

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS

SIVE

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

### OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD USQUE INNOCENTII III TEMPORA  
FLORUERUNT;

RECUSIO CHRONOLOGICA OMNIUM QUÆ  
EXISTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM  
PRIORA ECCLESIE SÆCULA,

UXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM  
DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS  
DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI  
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM  
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM  
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUOBUS INDICIBUS GENERALIBUS LOCUPLETATA: ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID  
UNUSQUISQUE PATRUM IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO  
SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN  
QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ  
TEXTUS COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR: CHARACTERUM NITIDITAS,  
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS  
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANter  
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSENTINQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,  
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM  
Æ. AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS  
FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES PRIMA,

IN, QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE LATINÆ  
A TERTULLIANO AD GREGORIUM MAGNUM.

FACCURANTE J.-P. MIGNÈ, *Cursuum Completorum IN SINGULOS SCIENTIÆ  
ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.*

---

### PATROLOGIÆ TOMUS XVI.

S. AMBROSII TOMI SECUNDI ET ULTIMI PARS PRIOR.

---

PARISIIS, EXCUDEBAT VRAYET,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PRES LA BARRIERE D'ENFER.  
OU PETIT-MONTROUGE.

1845.

HARVARD COLLEGE LIBRARY

1875, March 22.

Request of

James Walker, D. D., & L. D.

(H. U. 1814.)

President of Harv. Univ.

37-87  
1875  
3/22



**SANCTI**  
**AMBROSII**  
**MEDIOLANENSIS EPISCOPI**  
**OPERA OMNIA.**

**EDITIO PRÆ ALIIS OMNIBUS COMPLETA, QUARUM INSTAR HABERI POTEST ;**

**AD MANUSCRIPTOS CODICES VATICANOS, GALLICANOS, BELGICOS, ETC., NECNON AD VETERES  
EDITIONES, MAXIME VERO AD BENEDICTINIANAM RECENSITA ET EMENDATA ;}**

**NOTIS LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS, TEXTUI SUBJACENTIBUS, CONTINENTER ILLUSTRATA ;**

**VARIIS INSUPER OPUSCULIS QUÆ VEL OMISERE VEL NE MEMORAVERE QUIDEM ERUDITI  
BENEDICTINI, LOCUPLETATA.**

---

**TOMI SECUNDI ET ULTIMI PARS PRIOR.**

---

**PARISIIS, EXCUDEBAT VRAYET,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PRES LA BARRIERE D'ENFER,  
OU PETIT-MONTROUGE.**

**1845.**

# ELENCHUS OPERUM

QUÆ IN HAC POSTERIORIS TOMI PARTE CONTINENTUR.

---

De Officiis libri tres . . . . .	25
De Virginibus libri tres . . . . .	187
De Viduis liber unus . . . . .	233
De Virginitate liber unus . . . . .	239
De Institutione virginis liber unus . . . . .	305
De Exhortatione virginitatis liber unus . . . . .	335
De Lapsu virginis consecratæ liber . . . . .	367
De Mysteriis liber . . . . .	389
De Sacramentis libri sex . . . . .	417
De Pœnitentiâ libri duo . . . . .	465
De Fide libri quinque . . . . .	523
De Spiritu sancto libri tres . . . . .	703
De Incarnationis Dominicæ sacramento liber unus . . . . .	817
Fragmentum Ambrosianum ex Theodoro desumptum . . . . .	847
Epistolæ in duas classes distributæ . . . . .	875
De excessu fratris sui Satyri libri duo . . . . .	1289
Hymni nonnulli . . . . .	1409

---

Col. 324, lin. 9 : *cum*; leg. *eum*.

Col. 667, lin. 31 : *in psalmis*; leg. *in palmis*.

Col. 944, lin. 24 : *asservantes*; leg. *asseverantes*.

# PRÆFATIO

## IN HUNC SECUNDUM TOMUM.

Quidquid universim ad Operum sancti Ambrosii castigationem pertinet, speciatim vero ad illorum librorum, qui volumine primo continentur, non ita perfunctorie in Præfatione ad idem illud volumen exposuimus, ut in hac iterari sine justo lectoris fastidio posse videatur. Hoc igitur loco tantum superest, ut circa eos Tractatus quibus hic tomus constat, tam qui legitimi sunt, ac vere Ambrosiani, quam qui supposititii et adulterini, aliqua expendamus, ac de illis insuper, qui temporis injuria interierunt, quædam dicamus.

Editis in tomo superiore iis libris, qui quodam suo jure ad Scripturas divinas referuntur, in hoc cæteras Doctoris nostri commentationes exhibemus, eas nimirum quibus propriæ eximii quibusdam Christianæ vitæ generibus virtutes atque institutiones edocentur, et Catholica dogmata vel enucleantur rudioribus, vel ab impietate hæreticorum defenduntur. Quibus scriptionibus cum epistolas ejusdem Antistitis subjunxerimus, non secus atque Orationes ab eo in Satyri fratris, et imperatorum Valentiniani ac Theodosii funeribus habitas; ex his omnibus volumen efficitur cum ipsa varietate, ac diversarum ævi Ambrosiani sive in Ecclesia, sive imperio conversionum narratione jucundissimum, tum argumentorum queis bene multa fidei ac disciplinæ capita continentur, gravitate utilissimum. In cujus lectione illud contingit, ut utrum Ambrosii in sacris ministris ac virginibus instituendis pietatem, atque in propugnanda Christi et Spiritus sancti divinitate scientiam; an vero in exsequendis maximis rebus peritiam constantiamque magis mireris, prorsus nescias.

Cum sicut in priore tomo, ita etiam in hoc singulis operibus sua præmittatur Admonitio, qua eadem illa pro captu nostro examinavimus; superfluum rem hinc ageremus, si diutius in eorumdem excursionem immorareremur. Ordinem porro in iis collocandis, quoniam ætatis et chronologiæ rationem sequi minime licuit, illum tenuimus, quem et argumentorum affinitas postulare visa est, et ab editionum superiorum syntagmate minus abhorrentem judicavimus. Ne vero cuiquam negotium faceretur necessario inducta mutatio, omnium tractatum, qui hunc tomum componunt, syllabum una serie, et annotata cujusque initiali pagina contextum, huic subjecimus Præfationi.

De notis nostris quæ hoc in tomo frequentiores sunt ac longiores, illud iterum admonemus eas doctioribus scriptas non esse; quippe apud quos discipulorum nobis personam magis convenire quam præceptorum ultro fateamur. Verum cum cernere in argumentis longe gravissimis difficultates atque salebras minime leves subinde occurrere, gratiam aliquam a novis Theologis speravimus nos ini-

tueros, si eorum causa scabros illos locos complanaremus, quos veterani illæso vestigio calcare solent. Etiam si autem nobis vere simus conscii pro nostra virili connisos esse, ne vel transversum unguem a catholica fide recederemus; sicubi tamen, quæ humana infirmitas est, aliquid ei minus consonum protulerimus, illud delere non tantum lacrymis, sed etiam sanguine parati sumus. Quin hoc etiam profiteri licet, in iis ipsis opinionibus, in quibus quam quisque anteponat, sibi statuere maxime liberum est, cavisse nos sedulo ne ullis abrepti præjudiciis, usquam a recto itinere deflecteremus.

Plurima quidem codicum veterum beneficio emendavimus restitimusque in hoc volumine, sed multo plura, quæ in numerum Operum Ambrosianorum dudum irrepserant, partim omisimus, partim rejecimus in Appendicem, rati scilicet iniquum fore ut gloriosum tanti Patris nomen una cum legitimis liberis subdititii atque eodem prorsus indigni sibi arrogarent. Enimvero non possumus satis mirari tot libros atque sermones sancto Doctori suppositos fuisse, qui ab ejus ingenio, stylo, sæculo penitus abhorrent, et quorum etiam nonnulli inter aliorum scriptorum Opera circumferuntur. Sed hoc admirationem nobis incutit multo majorem, quod male feriati quidam homines adeo illuserint fidei publicæ, ut aliquas commentationes, quas Ambrosii non esse liquido prodebat prima lectio, variis locis interpolarent, quo eas pro Ambrosianis securius liceret obtrudere. Quod imposturæ genus qua parte levius sit eorum crimine, qui cusos abs se adulterinos nummos bonis admiscunt, nemo dixerit.

Itaque subdititii illi fetus duplici in ordine, ut jam indicavimus, constituti sunt, omissorum scilicet et in Appendice comprehensorum. Priores ideo censuimus prætermittendos, quod alibi cum aliorum auctorum scriptis, uti dictum est, editi quærentium diligentia facile occurrerent, aut rursus quod per se levissimi ac nullius utilitatis, perinde editorum labore ac lectorum studio indigni essent. Quod vero ad eos ex quibus Appendicem composuimus, illorum quoque gemina est ratio. Etenim vel ipsos editiones superiores venditaverant tanquam Ambrosianos, et horum numerus multo major est: vel eosdem quasi subreptitios, aut saltem suppositionis admodum suspectos in extremum agmen coegerant. Ex hac autem ultima classe quosdam tractatus retinimus; quos videlicet nec inutiles judicavimus, nec invenimus usquam alibi in lucem datos. De his porro omnibus, sicut et de quibusdam opellis in hac editione primum vulgatis, nihil adjicimus; præfixa enim singulis scriptis sua Admonitio, quidquid prædoceri lectoris interest, satis explicat.

<sup>a</sup> Vide *Monitum editoris*, tom. XV, col. 1961.

Ut ergo ad Opera in editionem nostram e superioribus non admissa jam veniamus, quæ ex Gillotiana editione jam Romani repudiaverant, ea nos similiter abdicavimus tanquam manifesto snposititia. Tale est fragmentum *De Fide Resurrectionis*, quod Gillotius legitimo Ambrosii de eadem materia libro etsi non sine dubitatione aliqua subjunxerat. Sed nunquam illud edi curasset; si ex epistola Hieronymiana ad Pammachium adversus errores Joannis Hierosolymitani conflatum esse deprehendisset. Tales etiam sunt meditationes ex archivis Cartusie Parisiensis, ut idem Gillotius testatur, de prompte: quæ quidem omnes reperiuntur inter eas meditationes, quas apud Augustinum tomo IX Lovaniensis editionis evolere est, sed non eodem tamen ordine. Exstant hæ ipsæ in appendice ad tomum VI novæ editionis, quibus et præmittitur Admonitio, quam consulere cuivis primum est. Nec etiam dissimiles sunt his descriptionibus, immo ab Ambrosii characterè magis abhorrent breves epistolæ philosophorum, quas tanquam a Viro sancto et Græca lingua in Latinam versas post Gilbertum Cognatum edidit Gillotius. Cum his rejecere idem Romani secundam ex illis duabus epistolis de monacho energumeno, quas e codice uno Germanensi, in quo tres libros Officiorum proxime sequuntur, Gillotiana editio repræsentarat. Extra dubium est jure semotam illam epistolam, cum non alia sit ab epistola Gregorii Magni ad Januarium Calaritanum episcopum: sed cum altera laciniæ sit avulsa e fine libri de vitiorum virtutumque conflictu, cur eadem Romana editio illam retineret, nihil erat causæ. Illo accedit, quod neutra epistola Ambrosii nomen in codice nostro inditum præfert; unde utrisque ex eo quod subjungantur libris Officiorum, male auctorem attributum esse perspicuum est.

Jam vero, ut de his tractatibus agamus, quos licet a Romana editione non repudiatos, a nostra tamen duximus excludendos, libri *De Vocatione gentium* ordinem ducent. Hi quidem hæctenus cum Operibus Ambrosianis editi fuerunt, sed eos tamen non esse Ambrosii tam constanter conveniunt Critici, quam de vero eorumdem auctore dissentiunt. Ne porro singulas de illis opiniones hic referamus, efficiunt duorum eruditorum hominum dissertationes, Quesnellii scilicet atque Aptelmi; horum enim prior cum eos libros inter Opera sancti Leonis edidisset, rationes quibus illos huic Pontifici arbitratus est asseri posse, in medium protulit: posterior autem injuriam Prospero suo fieri existimans, ipsius jura contra Quesnellium nunquam defendit. Et hoc etiam cum evenerit in *Epistola ad Demetriadem*, de eadem controversia, ubi de rejectis epistolis agendum erit, iterum dicemus.

Librum quoque *de Vitiorum virtutumque conflictu*, quem in calce tomi V Romani ediderant, omisimus. Hunc quidem manuscriptorum alii Ambrosio nostro, alii Augustino, vel etiam Leoni attribuunt, sed pari falsitate. Optime vero omnium codex unus abbatie sancti Ebrulphi cum Ambrosii Autperti nomine inscriptum habet: cui Autperto in appendice

tomus VI Augustiniani ultimæ editionis, ubi exstat eadem illa disceptatio, argumentis nequaquam inutilibus jam asserta est.

Sunt præterea in Appendice librorum Ambrosii quædam opellæ, quas in hac editione recudere superfluum duximus: ut puta, *Expositio fidei Symboli Nicæni contra Arium et Photinum*, quæ tota e locis aliquot primi librorum sancti Ambrosii *de Fide* consarcinata est: item *Exhortatio ad pœnitentiam agenda*; quia cum fere totidem verbis in Sermone 393 inter Augustinianos reperiatur, eam Ambrosio abjudicandam esse liquido patet. His item adde tractatum *De moribus Brachmanorum*, quem a quibusvis omnibus nemo queretur, ut pote Ambrosio plane indignum. Denique abdicatorum ordinem claudet *Sermo de Purificatione sanctæ Mariæ*, quem etsi codices non pauci Ambrosio tribuant, et e veteri manuscripto, in quo præferebat nomen Alcuini, cl. Baluzius primo Miscellaneorum suorum tomo ediderit, probabilius tamen videtur Ambrosii Autperti hunc sermonem esse. Nam præterquam quod sub ejus vocabulo vetustissimus codex Floriacensis illum exhibet, eundem auctorem pulcherrimas in sanctos, et in hoc beatissimæ Virginis festum scripsisse homilias testificatur Petrus Diaconus (*De viris illustr. Cassin. cap. 13*).

Et hæc de operibus quæ aliquando inter Ambrosiana vel in eorum Appendice locum habuerunt, dicta sufficiant: quod vero ad ea quæ in voluminum sancti Doctoris editionibus nusquam leguntur, nunc ipsa expendemus. Citatur in Decreto ex Synodo Romana sub Gelasio pontifice habita *Liber Physiologus*, qui ab hæreticis conscriptus est, et B. Ambrosii nomine præsignatus, apocryphus (*Distinct. 15, cap. Sancta Rom.*); quem Hormisdas quoque prohibuit in Decretali: sed hic tractatus jamdiu evanuit. In bibliotheca Sanctigallesi apud Helvetios asservantur duo codices 1000 annorum, in quorum altero tractatus exstat sub hoc lemma: *Liber sancti Ambrosii episcopi contra hæreticos*, cujus initium est: *David uno lapidis ictu*, etc., in altero autem alius tractatus ita inscriptus: *Liber sancti Ambrosii episcopi in laude sanctorum compositus*; cujus prima verba sunt: *Pertinere ad nos, dilectissimi fratres*. Utrumque autem Mabillonius noster dum Germania perlustraret bibliothecas, rogatu nostro, describi curavit: sed cum priorem, quem ex Parisino quoque manuscripto descriptum habemus, et pro Ambrosiano citatum videre est in Urbinatis Milleloquio, ad examen revocassemus, invenimus partem tantam esse Operis cujusdam semel atque iterum in *Bibliotheca Patrum* editi, primo quidem sub hac epigraphe: *Faustini episcopi contra Arianos*, etc., rursus vero sub ista: *Gregorii Beticæ Illiberitani episcopi ad Gallam Placidiam Augustam*. Tametsi vero non defuerint, qui hæc inducti inscriptione, id opusculum Gregorio tribuerent, melius tamen ab aliis Faustino ascribitur: sed hæc urgere non est hujus loci. Quod ad secundum horum tractatum, quam et ille alienus sit ab Ambrosio, vel hinc intel-

ligas, quod sermo quidam sit habitus ab episcopo A anonymo, qui se ex Britannis, ubi pacis concilianda gratia diu moratus fuerat, reducem esse aperte narrat. Illud autem eos qui hocce scriptum Doctori nostro rati sunt ascribendum, videtur decepisse, quod ejus auctor mentionem facit sanctorum Protasii atque Gervasii; quin etiam et Ambrosium ipsum alloquitur. Sed hoc ultimum sancti Antistitis orationem non esse abunde probat.

In codicibus bibliothecæ Ambrosianæ Mediolani opellæ item aliquot habentur Doctoris nostri titulo prænotatæ, quarum nonnullas laudatus supra Mabillonius ejusque socius D. Mich. Germanus, Musea Italicæ solita rimantis diligentia, detexerunt descripseruntque. Prima illarum est, quæ inscribitur: *Confessio fidei sancti Ambrosii*; incipit autem: *Sufficiebat fides conscripta apud Nicæam*. Sed hanc e Colbertino codice P. Jac. Homey Augustinianus Theologus edidit in *Supplemento Patrum*, jamque prius ipsam vulgaverat P. Quesnellius Operum sancti Leonis tomo II, pag. 138, ubi Faustini nomen in fronte gerit. Rationibus iis quibus Faustino idem Quesnellius eam vindicat, et inter annos 379 et 381 asserit scriptam, nihil repugnat: contra vero ut eandem Ambrosii esse existimemus, nihil suffragatur. Huic schedio iidem nostri Mabillonius atque Germanus alia duo etiam adjungere, videlicet *Libellum Fidei*, et epistolam *de Pudicitia et castitate*. Libellus acephalus est, epistola vero decurtata posteriori parte; ac præterea tam crebris lacunis utrumque intersectum, ut quamvis a characterè Ambrosii minus recederent, vix tamen essent tanti, ut in iis edendis charta et opera impenderetur. Idem etiam judicium esto de quibusdam aliis scriptionibus, quæ in eadem bibliotheca feruntur inveniri sub his titulis: *De Primitiis offerendis, de Melioribus litigantibus, et adversus Astronomos*, quæ opuscula memoratis sodalibus nostris per angustias temporis, quo versati sunt Mediolani, expiscari minime licuit.

In Vaticana bibliotheca, præter scriptiones paucas, quas edidimus in Appendice, aliæ occurrunt ascriptæ Ambrosio; istæ nimirum, *De beato Petro et Simone mago*, quod fragmentum est libri II Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii Pamphili Latine versum. Item, *De Pœnitentiâ Petri, De interfectione Agag, de Fide ad beatum Hieronymum, et Sententiâ in hominem pœnitentem*. Quæ quidem Sententiâ reperitur etiam in manuscripto Cisterciensi sub hoc lemmate: *Tractatus sancti Ambrosii episcopi de Pœnitentiâ*; et in appendice Operum beati Hieronymi sic prænotatur: *Epistola sancti Hieronymi ad quemdam, qui in sæculo pœnitebat*. Reliquos vero memoratos tractatus forte apud alios auctores reperient ii, quibus otii satis suppetet: nobis autem illud sufficit, quod ex lectione apographorum quos hic habemus, Ambrosii nam esse certo cognovimus.

Gallicanæ bibliothecæ quisdam similiter scriptionulas jaectant in Ambrosii Operibus nunquam edita, sed Ambrosianam mentientes nuncupatio-

nem. Hujusmodi quippe sunt in Regia sermones *de Eucharistia, de Cæco nato, de Pace, de falso Amico, et Contra eos qui animam non confitentur esse facturam, aut eam ex traduce esse dicunt*: in Colbertina sermones *in Nativitate B. Mariæ, ad habitantes in cœnobiis, et de Malitia carnis*: in aliquibus etiam provinciarum bibliothecis talia scripta pseudonyma reperiuntur, cujusmodi est *epistola sancti Ambrosii ad Hilarium*. Sed cum horum omnium ac similium, eruditius qui forte in illa inciderint, vix ullum possit imponere, statimque agnoscat suppositio; nihil hic addendum esse arbitramur.

Verumtamen silentio prætereundæ non sunt commentationes duæ, in Ambrosianarum quidem corpore nunquam, sub Ambrosii tamen titulo alibi editæ. Altera habetur apud Bollandum xiii kal. Febr. sub hac epigraphe: *S. Sebastiani Mart. Acta, auctore sancto Ambrosio episcopo*. Sed critici omnes judicii limatioris mendacem hanc esse inscriptionem nullo negotio deprehenderunt. Et sane multo minus ingenii præferunt Ambrosiani, quam Acta vel sanctorum Protasii ac Gervasii, vel sanctorum Vitalis atque Agricolæ; quæ tamen non immerito in Appendicem a nobis rejici, loco suo clare ostendetur. Unde mirum sit quomodo errare in hoc potuerit vir doctissimus.

Duorum autem Operum quæ indicabamus, alterum est *Historia Egesippi de bello Judaico et excidio Hierosolymitano*. Eam historiam non tantum editiones quædam Ambrosio tribuunt, sed etiam nonnulli manuscripti. Exempli causa quartus ex quinque libris ejusdem sic inscribitur in codice Carmelitarum Claromontanorum: *Sancti Ambrosii episcopi dispersionis Judæorum Flavii Josephi historiographi capitulum quartum*. Huc etiam accedit Cassiodori testimonium, affirmantis ætate sua Josephi versionem existisse *ab aliis quidem sancto Hieronymo, ab aliis Rufino, ab aliis vero deputatum Ambrosio* (*De Instit. Div. Litter. cap. 17*). Atqui eam non esse Hieronymi discimus ex ipsiusmet epistola ad Lucinium Bæticum, ubi profitetur ex historia ejusdem Josephi nihil a se esse translatum: neu autem Rufino illam addicamus, vel sola elocutio videtur prohibere; atque hoc pacto tota probabilitas ad Ambrosium redit. Quibus addi insuper possunt non paucae locutiones auctori sive interpreti dictæ historiæ eum Antistite nostro communes, quas diligenter abs se collectas inter se contendit Gronovius. Verum facile respondetur huic argumento comparationem istiusmodi fallacem esse; cum ex auctoribus diversissimis loquendi formulas inter se affines hinc inde rescare et componere cuius promptum sit. Solvi autem haud ægre potest auctoritas Cassiodori; aut enim ille hanc historiam non indicavit, quippe quæ non septem libris constet, sed tantum quinque; nec tam librorum Josephi sit tractatio, quam compendium, sæpe etiam aliunde petitis narrationibus interolatum: aut si maxime hanc ipsam designavit, quotidie fieri nemo negabit, ut incognito alicujus rei

auctore vero, eidem plures vulgi opinione substituantur ex æquo falsi. Credibile autem est ex eadem illa fama vulgari ab audaculo aliquo quibusdam codicibus Ambrosii nomen fuisse ascriptum; unde postea magis hic error fuerit propagatus. Certe quidem in hoc opere nihil inest Ambrosiani, neque styli, neque iudicii. Sed nec facile a nobis quisquam extorquebit; ut a rebus seriis credamus Ambrosio tantum vacasse, quantum necesse erat scribendis non modo his quinque libris, sed etiam aliis quatuor quos ex totidem Regum abs se compositos auctor memorat. De vocabulo autem *Hegeippi* ita sentimus, id factum esse *παρά τοῦ Ἰωσηποῦ*, at librarios loco Josepi sive Josipi, sub quo latere auctor voluit, corrupte Hegeippum seu Egesippum supposuisse.

Verum ut huic parti modum ponamus, optandum esset ut pro tot libellis Ambrosii nomine perperam inscriptis omnes legitimos illius fetus majori fide et sedulitate antiquitas nobis servasset, ac transmisisset. Eorum porro quos desideramus, in capite collocanda sunt *Commentaria in Esaiam prophetam*, e quibus non solum plurimos locos apud Augustinum legere licet, citatos adversus hæresim Pelagianam: sed quorum etiam mentionem facit ipsemet Ambrosius in *Expositione Evangelii secundum Lucam* (Lib. II, num. 56).

Excidit quoque aliud eximium opus Ambrosii nostri similiter ab Augustino magna cum laude commemoratum; de illo quippe ad Paulinum Nolanum scribens, ita loquitur: *Libros beatissimi papæ Ambrosii credo habere sanctitatem tuam; eos autem desidero, quos adversus nonnullos imperitissimos et superbissimos, qui de Platonis libris Dominum profecisse contendunt, diligentissime et copiosissime scripsit* (Epist. 31, novæ edit.). Hoc ipsum Opus alio atque alio modo variis locis idem allegat; interdum enim illud nominat, *de Sacramentis sive Philosophia*: interdum, *de Sacramento Regenerationis, sive Philosophia*: nonnumquam etiam simpliciter, *de Regeneratione*: alicubi demum, *de Philosophia adversus Platonem*. Dolemussane hanc pulcherrimam disceptationem interiisse; nobis tamen solatii non minimum est, quod restant adhuc opera bene multa, in quibus temerarios illos, omni nata occasione, confutare ac contundere numquam omittit, ut suis locis declaravimus.

Haud satis assequimur, quo sensu intelligi debeat Ambrosianum illud: *de Eliæ gestis plurima jam frequenti diversorum librorum sermone digessimus* (De Eliæ et Jejun. Cap. 3, n. 5). Siquidem enim nihil aliud Vir sanctus his significat, nisi frequentem in libris suis gestorum Eliæ fieri mentionem, vix quidquam erit quod in hæc parte videatur amissum: sin vero id argumentum ex professo pluribus libris abs se tractatum illi testatur, ante multa sæcula eosdem illos intercisisse dicamus necesse est.

Non eadem est dubitandi ratio num perierit ille tractatus, quem Pansophi pueri a mortuis a se suscitati causa scripserat, quemadmodum narrat Paulinus diaconus in illa verba: *Ad quem etiam infantulum,*

*libellum conscripsit, ut quod ætatis infantim scire non poterat, legendo cognosceret* (In Ambr. vita n. 28). Sed hunc libellum a longo tempore nusquam reperiri comperta res est.

Idem ille fidelissimus Ambrosii diaconus memoriæ tradidit ab illo compositam et ad Fritigil, quæ Marcomannorum regina erat, destinatam fidei Catholicæ institutionem, de qua sic ait: *Ad quam, nempe Fritigil, ille epistolam fecit præclaram in modum Catechismi* (Ibid., num. 56). At gemmulam istam prorsus evanuisse nulli dubitamus: quod enim nonnulli fragmentum quoddam a Theodoro Græce citatum (Polym. Dial. 2), nec non a nobis infra referendum, ex eadem epistola desumptum voluit, plane divinant.

Quamvis autem ipsemet Ambrosius epistolas suas videatur redegisse in librum, extra controversiam tamen est ab eo corpore quod nunc superest (Epist. 48, num. 7), plurimas abesse, gravissimasque illas, uti ex personis ad quas scriptæ fuerant, colligi datur. Nihilominus tamen epistolam illam ad Irenæum, in qua perdicis clamantis habetur mentio, quamque injuria temporis interceptam esse quidam autumant, nos incolumem existimamus. Quid vero doctis illis viris fraudi fuerit, melius alibi aperietur.

Veri quoque simillimum est a sancto Doctore opera quædam quæ perierint, in Apollinarii sectam fuisse lucubrata; quando Paternus Braccarensis episcopus, qui eidem hæresi nomen dederat, ad veram fidem lectione librorum adversus Apollinaristas ab Ambrosio editorum conversus legitur.

Multorum opinio est de sermone aliquo deperdito intelligenda esse Cassiodori verba, quæ sic habent: *Sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus sermonem fecit de judicio Salomonis* (Libri de Instit. Div. Litt. cap. 2). Verumtamen nihil aliud istic designari credimus, quam libri *de Virginitate*, qui hactenus cum libro tertio *de Virginibus* una serie connectebatur, ipsum exordium, cujus prima verba illa sunt: *Nobile apud veteres Salomonis illud fertur fuisse iudicium*, etc. Quod quidem exordium ostensuri sumus non multum habere affinitatis cum reliquo libro, et homiliam aliquam forsitan esse quæ cum eodem Opere compacta fuerit a librariis.

Idem ille Cassiodorus, ubi de libro *Sapientiæ* agit, in hunc modum loquitur: *De quo et pater Augustinus et sanctus Ambrosius homiliarum nomine nonnulla dixerunt* (Ibid., cap. 5). Si vere has homilias vidit Sefator, easque titulus non mendax addebat sancto Ambrosio, dicendum erit ad nostram ætatem illas non venisse. Etenim præter eos sermones, ex quibus multos sancti Doctoris libros constare sæpius docuimus, nullos alios jam superesse congruo loco a nobis probabitur.

Denique apud eundem Cassiodorum ista leguntur: *Dicitur, inquit, etiam et sanctus Ambrosius prophetarum Commentaria eloquii soliti dulcedine confecisse, quæ nullatenus potui reperire, quæ vobis magno studio quærenda derelinquo* (Ibid., cap. 5). Non satis clarum est quo de Commentario hæc debeant accipi, nisi

forte de Commentariis in Esaiam. Cæterum cum jam memoratus in quærendis Veterum libris diligentiam omnem adhibere solitus fuerit, hinc conjicias communi fama eum esse deceptum, aut illa scripta jam ejus ætate de medio sublata.

Sunt qui existiment Proverbia quoque ab Ambrosio exposita fuisse, inque illum sensum accipiant prima ista libri *de Mysteriis* verba: *Demoralibus quotidianum sermonem habuimus, cum vel Patriarcharum gesta, vel Proverbiorum legerentur præcepta.* Et sane beatum Antistitem edisserendis patriarcharum Abrahamæ, Isacii, et aliorum historiis per id tempus incubuisse exploratum est. Quod si pariter in illustrando Proverbiorum libro similem operam collocaverit, commentationem illam desiderari fatendum erit. Sed cum eo loci non nisi de sermonibus, quos quotidie ad populum habebat, loquatur Ambrosius; nihil prohibet, quin confectis libris e concionibus in Patriarchas, in earum forma quæ de Proverbiis erant, nihil mutarit: eadem verout soluta atque dispersa folia solent, deperditæ sint; aut forte etiam ne unquam quidem scriptis mandata, quod aliis quoque ejusdem Ambrosii sermonibus evenisse certissimum est.

Dicunt insuper ipsum testari de conjugio B. Virginis cum S. Joseph se copiose disseruisse; unde concipiunt de hoc argumento librum aliquem, qui jam non exstet, a sancto Viro esse conscriptum. Attamen cum sæpius hac ipsa de re illum egisse comperiamus, puta in Expositione Evangelii Lucæ semel ac iterum (*Lib. II, num. 1 et seq., et lib. X, num. 153*), in libro de *Instit. Virg.* totidem locis (*Cap. 6 et 7*), et in hymno tertio (*Strophe 5*), licet brevius; ut de libro perduto Ambrosianum locum accipiamus, necessum non est: idque maxime cum in Esaiæ commentariis aliisque operibus quæ vere exciderunt, denuo tractari ab ipso potuerit eadem materia.

Hic etiam locus quem ita legimus apud Ambrosium: *Ergo ille Samson, ut compendium faciamus historię; suo enim tempore totius lectionis digestio reservanda (Prolog. in lib. de Spir. S. n. 12):* quibus-

dam in animum induxit Doctorem nostrum de Samsonis gestis commentationem abs se edendam esse pollicitum: et quamvis eandem historiam in epistola ad Vigilium (*Epist. 19*) pertexuerit, suam tamen fidem non liberasse; nam præterquam quod ejusdem historię explicatio illi nulla est, promissum esse aiunt scriptum publicum, epistolam vero privatam. Verum ut omittamus Ambrosio ignotum non fuisse epistolas suas hand infrequenter publicas fieri, quis non videat nihil certi ac definiti Ambrosianis promitti verbis; nec tractatum potius, quam sermonem aliquem illic signari. Cui accedit sæpe sæpius usu venire, ut similis promissi auctorem suum aliis curis distractum et occupatum capiat oblivio.

Leontius Byzantinus Ambrosianum testimonium citat, *ex libro*, inquit (*Lib. II cont. Nest. et Eutychn.*), *contra Apollinarium*, quod in illis operibus, quæ nunc Ambrosii nomine circumferuntur, negatur inveniri. Sed non est cur magnopere confidamus hujus auctoris in citando diligentię, quippe qui libro *I contra Nestorium et Eutychem* duos locos proferat sub eodem lemma, quos tamen in libro de *Incar. Dom. Sacram.*, sed non iisdem omnino verbis reperire est. Quid ergo si tertium hunc locum, quem sequenti libro citatum legimus, tamquam ex eodem fonte petitum, quo duo illi, etiam ex libro de *Incar. natione* ductum credamus, licet non servatis iisdem verbis?

Non desunt tandem qui ex splendido Augustini loco (*Lib. II Solil. cap. 14*), quem quia paulo productior est, non referemus, Ambrosium nostrum peculiare opus de *Immortalitate animæ* edidisse contendunt. Atqui tamen ut Augustini verba plenum ac integrum sensum habeant, sufficere videtur, quod Ambrosius in variis libris de eadem immortalitate disputaverit. Si quis vero defenderit pertinacius illic tractatum ex proposito super ea re elucubratum significari, ea quidem lege non repugnemus, dum epistolæ ad Horontianum (*Epist. 54 et seq.*) a Doctore nostro circa eandem materiem scriptæ intelligantur.

## IN TRES LIBROS DE OFFICIIS ADMONITIO.

*Cum honorabilem inter cæteros fideles in Dominico grege locum obtineant sacri ministri, non potuit Ambrosius omnibus parochiæ sibi creditæ ordinibus instituendis numquam non intentus, egregiæ illius portionis mores iis præceptis destitutos relinquere, quibus et ipsa pervenire ad congruam suo muneri sanctimoniam valeret, et virtutum exemplo in eadem via plebi præire. Hinc origo horum librorum; nam cum prius voce clericos suos informare ad pietatem sedulo studuisset, postea ne datæ præceptiones ex eorum animis paulatim effluerent, easdem in operis legitimi corpus redactas ipsi quasi manu ac sinu semper ferendas tradere constituit. Jure igitur eidem Operi titulum fecit De Officiis Ministrorum, quem nos ex manuscriptis fere omnibus ac notæ melioris restitimus.*

*In primo libro (Cap. 1), statim causis illis quibus ad scribendum inductus esset, non sine ingenua sui demissione propositis, ostendit (Cap. 2. et seq.) silentium optimum esse loquendi magistrum, et maxime in ira retinendum: ejus vero leges Prophetam regem ante Pythagoram et multo præstantius nobis dedisse (Cap. 10, num. 81). Tum propositum suum aggressus, unde oriatur vox Officium (Cap. 8 et 9), quæ sit ejus significatio, et*

quot in partes distribuatur (Cap. 11), scite explicat : admonet autem ante omni Christiano viro cavendum esse, ne philosophorum more honestum aut utile ex vita præsentis metiendum putet, sed ex futura. Officium medium in præceptorum, perfectum vero in consiliorum evangelicorum observatione positum dicit, idque philosophis sterili tantum speculatione fuisse cognitum. Deinde (Cap. 12 et seq.) confutatis quibusdam erroribus, ad singula Officiorum genera accedit. In adolescentibus præcipue commendat (Cap. 17 et seq.) illum pudorem, qui non modo exteriorem habitum regit, et in motu, incessu, sermone, et victu elucet; verum etiam internas componit facultates, Dei scilicet timore, veneratione parentum, et perturbationum animi moderatione. Et hæc quidem declarat potissimum requiri in clericis; quippe quos omni ex parte tam recte constitutos esse oporteat, ut nullam invidis calumniandi ansam præbentes, exemplo bonæ conversationis, cunctis præluceant. Postea (Cap. 25 et seq.) de virtutibus, quas cardinales vocant, instituta disceptatione, eas astruit fontes esse totius honesti atque decori, quod hujus libri argumentum est. Quamvis autem illas virtutes separari ab invicem non posse fateatur, de singulis tamen se junctim agit; et primo loco post prudentiæ definitionem (Cap. 27), sapientes paganos demonstrat incidisse in ea vitia, quæ cum ipsa pugnare non ignorabant. Eadem ratione tractat de justitia (Cap. 28 et seq.), cujus diversas partes examinat, maxime vero liberalitatem ac benevolentiam. De fortitudine autem verba faciens (Cap. 35 et seq.), eam in duobus consistere docet, in rerum externarum despicientia, et in eo, ut quis res magnas, arduas, plenasque laborum et periculorum suscipiat atque exsequatur. Qua occasione editos in veteri fœdere viros (Cap. 40 et seq.), a quibus bellica gloria profani heroes superentur, exemplis probat : sed Christianam fortitudinem asserit in terrenarum rerum despicientia, injuriarum calamitatumque tolerantia, et perpeitione sævissimorum pro Christi fide suppliciorum esse positam. Postremo de temperantia dicere adorsus (Cap. 45 et seq.), omnia ejus membra explicat, quorum illa præcipua sunt, tranquillitas animi, studium mansuetudinis, honesti cura, decori consideratio : quibus adjicitur illud placitum, minori honestati majorem semper esse præponendam.

Ab ipso limine secundi libri eandem honestatem felicitati ortum præbere ubi demonstravit (Lib. II, c. 1), philosophorum ac Ciceronis circa hujus vitæ supremum bonum errores refellit (Cap. 2 et seq.), in cognitione divinitatis, et fructu bonæ operationis illud situm esse patefaciens. Cum vero ad idem honestum per bonum utile perveniatur, de hoc disputat in toto libro; cumque hoc ipsum et consistat in pietate, et ab honesto sit indivisum (Cap. 6 et seq.); comparari non posse docet, nisi earum virtutum beneficio, quæ clarum apud homines existimationem charitatemque nobis acquirunt. Porro triplicem hominum conciliandorum rationem tradit (Cap. 8 et seq.), ut quis scilicet eorum amorem beneficentia, fidem justitia et prudentia, nec non insignibus ac præstantibus factis sibi devinciat. Hæc omnia illustrat appositis exemplis, et maximam partem ex divina auctoritate sumpsit; sed nihil magis pium excogitari potest, quam illa præcepta, quibus ad opera misericordie (Cap. 15 et seq.) et officia omnia, quæ ad mutuam hominum inter se societatem pertinent, informat, simulque vitia proscribit.

In tertio libro bonum honestum cum utili comparat sanctus Præsul, sed nos admonere (Lib. III, cap. 2) nequaquam negligit, hæc duo bonorum genera in justis viris insolubili nodo conjuncta esse; atque adeo collationem hanc non institui, nisi ex vulgi opinione hæc ipsa se junctis. Hoc exin generale placitum constituit, ut bonus vir nihil alteri detrahendum putet, nec alterius incommodo suum lucrum augeri velit (Ibid., num. 15). Quod cum naturalibus humanisque legibus, tum divinis ex utroque Testamento petitis probat (Cap. 3 et seq.): iis vero quæ contra isthæc sibi objicit, illam adhibet solutionem, Christianis viris ab exemplo Christi, qui alienæ utilitati suam numquam anteposuit, non discedendum. Inde colligit in omni actu atque contracta, semper et in quocumque casu honestum utili præferri oportere (Cap. 5 et seq.); etiamsi maxime constaret fraudem nostram Deo perinde atque hominibus fore ignotam. Addit hanc legem ab ipso Deo sancitam esse, atque adeo ad veteres fabulas non recurrendum, ut astruatur res certissima; Christianam enim religionem hujus exempla (Cap. 9 et seq.) in magnis illis viris suppeditasse, qui ea vere exsecuti sunt, quæ habebantur pro miraculis apud paganos. Ad postremum maxima quæque Romanorum exempla sacris heroibus omni ex parte inferiora esse ostendit (Cap. 15 et seq.).

Non diffitemur Ambrosium sequendam sibi proposuisse Ciceronis in Officiis suis æconomiam, sed Ciceronem ipsum libros Panætii et Hecatonis multo addictius imitatum esse audacter affirmamus. Manifesto enim significat sanctus Antistes non alio consilio sese Oratoris imitationi operam dedisse, nisi ut in eo, qui præ cæteris honestatis exactæ leges profitebatur, salsæ præcepta paganæ ethices fortius consularet; ac simul etiam palum faceret, quanto intervallo christianæ institutiones quidquid unquam inter gentiles perfectius fuit, antecederent. Passim explodit inanem illam eloquentiæ affectationem, quam idem Cicero nusquam non ostendit. Subinde vero in hoc incumbit, ut quidquid præstantius in morum disciplina tradiderunt philosophi, ex nostris auctoribus totum illud desumptum esse clare demonstrat. Inprimis autem ejusdem Tullii fastum evertit, ejusque scita de ultione atque ambitione funditus tollit. Sed illud caput longe gravissimum, a Cicero tamen vix delibatum, summa contentione firmare studet, præcipua nempe officia nostra Deum spectare, et omnia nostra facta dictave ad ejus gloriam esse referenda : illud quoque alterum, de quo ne per somnium quidem Orator, vitam præsentem viam esse ad immortalitatem, bonisque operibus illuc perveniri, obnixè probat. Ad hæc præcipit a terrenis bonis animum abstrahendum,



coercendam severiori castigatione corporis lasciviam, condonandas inimicis offensiones et injurias, majora beneficia illis præstanda, qui nos atrocius et injustius divexavere.

Verum ut curiosus lector facilius cognoscat, quibus in rebus cum Cicerone consentiat, aut ab eo discrepet Ambrosius noster, locos omnes tum Officiorum, tum aliorum operum ejusdem auctoris, quos sanctus Præsul visus est respicere, in inferiori margine exhibuimus. Qua ratione statim innotescet Ambrosium a M. Tullio ibi desciscere, ubicumque utriusque affinitas non subnotatur. Hinc etiam fiet compertum quanto judicio eosdem libros utilissimis præceptis refertos esse dixerit Augustinus (Epist. 82, ad Hieron., num. 21), quamque merito ipsos hactenus universi in pretio habuerint, quemadmodum ex manuscriptis omnium ætatum, quos reperias in bibliothecis, intelligitur.

Quapropter quis ferre possit Christianum auctorem de hisce libris ausum dicere: Scripsit de Officiis etiam D. Ambrosius, credo, ut pueris inculcaret religionem. Verum ego religionem ex Scripturis divinis censeo hauriendam esse, de civilibus moribus malim audire Ciceronem. Quæ sententia utrum Ambrosio an sacris paginis graviolem inurat injuriam, definitu non facile est. Etenim cum hi mores civiles, non alii sint quam humani actus ex prudentia aliisque virtutibus cardinalibus instituendi, nonne immanis contumelia est profanam ethicen præponere illis præceptis, quæ super hac re prophetis afflavit sanctus Spiritus, aut Christus ipse ore proprio apostolis dictavit suis? Non jam erigo mirum, si libros istos, in quibus moralem Christi disciplinam sanctus hic Doctor interpretatur insuper habeat heterodoxus; talibus enim Patrum contemptus familiaris est. Cæterum ansam dubitandi an eosdem libros unquam legerit, ipse suppeditat, cum de his scribit: Credo ut pueris inculcaret religionem; non enim pueris, sed Ecclesiæ ministris omnium ætatum destinatos esse ipsemet Ambrosius non paucis locis, et operis inscriptio in codicibus longe plurimis, ut jam dictum est, testificatur. Veruntamen licet Auctori erudiendi clericos consilium fuerit, nihilominus cuilibet conditioni hoc idem opus utile esse inficietur nemo; nam cum clerici ad superiores quibus obtemperant, et inferiores quos ipsi regunt, ordinem habeant; inde factum est, ut præcepta illic permulta contineantur, communi omnibus fructu referta.

Hæc eadem utilitas in causa fuit, cur iidem libri non solum toties exarati sint, verum etiam a multis in compendii aut excerptorum formam redacti. Excerpta ex illis exstant in uno manuscripto Lyrensis monasterii; compendium autem in uno codice Ecclesiæ Carnutensis, connexionibus ac transitionibus apte concinnatum, cujus apographum D. le Feron ejusdem insignis Ecclesiæ canonicus et sorbonicus doctor cura sua descriptum ad nos transmisit. Non inus inficius, quin prodierit ab antiqua manu istud exemplar, sed alia multa eodem illo antiquiora nobis suppetunt. Namque ut Benignianum annorum 800, Vaticana tria, Laudunense, Crespeiense, ac Bigotianum annorum circiter 700, prætermittamus, solum Colbertinum, alias Thuaneum ante 1000 annos haud dubie confectum, quatuor ut minimum sæculis superat Carnutense. Cum porro in omnibus illis codicibus Officia nostra in tres libros distribuantur, id evidenti argumento est Carnutense nihil aliud esse nisi epitomen: in quam quidem contrahi opus illud haud ægre potuit, unde exempla et excursiones absque sensus damno licet eximere.

Quod ad ætatem ipsius operis, volunt nonnulli Ambrosium nostrum ipso episcopatus sui exordio ad illud scribendum manum admovisse. Videtur quidem Baronius huic sententiæ patrocinari, cum ad annum 377 de eodem ita loquitur: Tres illos libros egregios scribere postea est aggressus, cum aliquamdiu popululum docuisset. Verum si fuisset in hac opinione magnus cardinalis, secum ipse non consensisset; quippe qui annos prædictum illum 377 non modico intervallo secutos ipse adjudicat factis quibusdam, quorum in hoc opere mentio exstat. Exempli gratia quod Ambrosius de vasis Ecclesiæ in captivorum redemptionem a se venditis ita memorat (Lib. II, cap. 15 et 28), idem Baronius refert ad bellum tyranni Maximi anno 387 gestum; tametsi nobis probabilis hoc pertineat ad eam barbarorum inundationem, qui anno 379 post Valentis mortem, direptis Thracia atque Illyria, usque in Italiam, unde innumeros captivos abduxere, vastando pervenerunt. Eandem circa hos libros opinionem et hoc refellit, quod in iisdem satis perspicue librum suum de Noe et Arca, anno 379, ut ostensum est, in lucem emissum consuli jubet. Eo accedit quod frequentius illic repetit ad eos clericos, quibus ipse manus imposuerat, verba se facere; unde cognoscitur clerum ei jam tunc fuisse satis numerosum, proindeque per annos aliquot initialum. Deinde persecutionem Justinæ annos etiam aliquam multos bacchatam significat, ubi se propter viduarum deposita multos regales impetus perpessum dicit (Ibid., cap. 29, num. 150). Non aliam quoque persecutionem, nisi Justinæ anni circiter 386 spectare videtur narratio de duobus clericis Arianae infestationis (Lib. I, cap. 18, num. 72) tempore a fide lapsis. Queritur præterea sanctus Antistes per insolitam annonæ penuriam Roma exactos esse omnes externos: hanc autem famem anno 385 contigisse Baronius auctor est. Alii tamen semel et iterum inopia frumenti laborasse Romanos volunt, primo nimirum sub extremam vitam Damasi pontificis, qui ab Ambrosio senex sanctissimus appellatur (Lib. III, cap. 7), secundo post ejusdem obitum, qui anno 384 ponitur: Baronium autem de sola priori fame locutum esse, cum utramque indicaverit Ambrosius noster. Quod etiam dicitur de Ticinensis viduæ deposito nulli alii aptius accommodari posse videtur (Lib. II, cap. 29, num. 150), quam legi cuidam a Valentinianno juniore in urbe Papia xv kal. Mart. datæ; ex loco enim, ubi lata est, satis colligitur, imperatorem cum per eam urbem iter haberet, a Justina matre catholicis episcopis numquam non infesta, inductum esse, ut tantum molestiæ Ticinensi præsuli creare niteretur.

Isthæc omnia eo mentem nobis impellunt, ut hosce libros non nisi post Justinæ infestationes, et Maximi

tyranni bellum ac brevissimo spatio secutam ipsius cædem credamus factos, id est, circiter annum 391, quo tempore pacatiorem Ecclesiæ suæ statum expertus, ea præcepta in legitimi Operis corpus digesta, clericis suis assidua manu volvenda tradere constituit, quibus eisdem e sacro pulpito primis ipsis annis episcopatus sui informaverat. Nullus enim est dubidandi locus, quin sermonibus publice habitis maximam partem consent hi libri; quandoquidem in eorum primo Scripturæ loci edisseruntur, quos in synaxi lectos fuisse ipse memorat: quosque iterum illic tractare forsam voluit, quod cum jam olim motos eis vidisset auditorum animos, hinc quoque eundem speraret fructum, si ab his ipsis non sine attentione perlegerentur.

# SANCTI AMBROSII

## MEDIOLANENSIS EPISCOPI

### DE OFFICIIS <sup>a</sup> MINISTRORUM

#### LIBRI TRES <sup>b</sup>,

---

#### LIBER PRIMUS.

---

#### I CAPUT PRIMUM.

*Episcopi proprium munus, docere: sibi autem discendum esse, ut doceat; immo etiam docendum quod non didicerit, aut saltem et discendum simul, et docendum.*

1. Non arrogans videri arbitror, si inter filios suscipiam affectum docendi; cum ipse humilitatis magister dixerit: *Venite, filii, audite me; timorem Domini docebo vos (Psal. xxxiii, 12)*. In quo licet et humilitatem verecundiæ ejus spectare et gratiam. <sup>c</sup> Dicendo enim, *timorem Domini*, qui **2** communis videtur esse omnibus, expressit insigne verecundiæ. Et tamen cum ipse timor initium sapientiæ sit, <sup>d</sup> et effector beatitudinis (quoniam timentes Deum beati sunt), præceptorem se sapientiæ edocendæ, et demonstratorem beatitudinis adipiscendæ, <sup>e</sup> evidenter significavit.

2. Et nos ergo ad imitandam verecundiam seduli, ad conferendam gratiam non usurpatores, <sup>f</sup> quæ illi Spiritus infudit sapientiæ, ea per illum nobis mani-

<sup>a</sup> Vox ministrorum deerat in superioribus edit. ac recentioribus aliquot mss., nos vero eam ex optimis quibusque ac frequentissimis reposuimus. Qua de re vide quæ supra in admonitione dicta sunt.

<sup>b</sup> Scripti circ. an. 391.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *docendo enim timorem*, etc. Plures autem ac potiores, nec non edit. omnes, ut in textu. Rursus ubi vet. edit. cum mss. nonnullis, *insigne documentum verecundiæ*; melius Rom. cum longe maxima parte mss., *insigne verecundiæ*, hoc est, signum et quasi vexillum verecundiæ.

<sup>d</sup> Vat. cod. unus, et effectæ beatitudinis.

<sup>e</sup> Ita edit. ant. et scripti cod. magno numero: Rom. vero et plures ex eisdem ant. in margine, *pudenter significavit*: edit. ultimæ Paris. ac mss. non pauci, *prudenter*; unus etiam, *potenter significavit*.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, *quæ ille Spiritus*.

<sup>g</sup> Era. et seq. edit. cum tribus aut quatuor mss., *usu comperta*: melius Amerb. cum mss. ut minimum, *viginti quinque, visu comperta*. Quomodo enim sibi *usu*, id est, experientia, *comperta* diceret, eo loci quo se adeo in scientia ecclesiastica tironem

A festata, et <sup>h</sup> visu comperta atque exemplo, vobis quasi liberis tradimus; cum jam effugere non possimus officium docendi, quod nobis refugientibus imposuit sacerdotii necessitudo: *Dedit enim Deus quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores (Ephes. iv, 11)*.

3. Non igitur mihi <sup>h</sup> apostolorum gloriam vindico.

**3** Quis enim hoc, nisi quos ipse Filius elegit Dei? Non prophetarum gratiam, non virtutem evangelistarum, non pastorum circumspectionem: sed tantummodo intentionem et diligentiam circa Scripturas divinas opto assequi, quam ultimam posuit Apostolus inter officia sanctorum, et hanc ipsam ut docendi studio possim discere. Unus enim verus **B** magister est, qui solus non didicit <sup>i</sup> quod omnes doceret: homines autem discunt prius quod doceant, et ab illo accipiunt quod aliis tradant.

4. Quod ne ipsum quidem mihi accidit. Ego enim profitetur? sed *visu*, id est, legendo, *comperta*; indicat videlicet exempla virtutum quæ consignata in Scripturis animadvertit, se traditurum. Sed præterea non obscure significat vix aliud quidpiam esse quod arctius sanctiusve astringat episcopos, quam docendi munus. Verum quidem est jam inde a primis Ecclesiæ sæculis hanc provinciam a quibusdam præsulibus demandatam fuisse presbyteris, inter quos illud officium Augustinus et Chrysostomus tanta cum Ecclesiæ utilitate obierunt, quanta cum ejusdem pernicie infamis Arius: attamen S. Ambrosius has episcopatus sui partes ipse per se numquam non implevit, qui non solum clericos, sed etiam populum suum erudiebat, publice singulis dominicis verba faciens; ut Confess. lib. vi, cap. 3, testatum reliquit Augustinus, et nos superiore tomo, admonit. in exposit. Evang. sec. Lucam observavimus.

<sup>h</sup> Nonnulli mss. et Gill. in margine, *vigilantiam apostolorum*.

<sup>i</sup> Non pauci mss., *quod homines doceret*.

raptus de tribunalibus atque administrationis <sup>a</sup> infu-  
lis ad sacerdotium, docere vos cœpi, quod ipse non  
didici. Itaque factum est ut prius docere inciperem,  
quam discere. Discendum igitur mihi simul et do-  
cendum est; quoniam non vacavit ante <sup>b</sup> discere.

### CAPUT II.

*Multiplex loquendo incurri periculum, cujus remedium  
Scriptura in silentio demonstrat esse positum.*

5. Quid autem præ cæteris debemus discere,  
quam tacere, ut possimus loqui: ne prius me vox con-  
demnet mea, quam absolvat aliena; scriptum est enim:  
*Ex verbis tuis condemnaberis (Matth. xii, 37)*. Quid  
opus est igitur ut properes periculum suscipere con-  
demnationis, loquendo; cum tacendo possis esse  
tutior? Quamplures vidi loquendo peccatum inci-  
disse, vix quemquam tacendo: ideoque tacere nosse  
quam loqui difficilius est. Scio loqui plerosque, cum  
tacere nesciant. Rarum est tacere quemquam, cum  
sibi loqui nihil prosit. Sapiens est ergo qui novit  
tacere. Denique Sapientia Dei dixit: *Dominus dedit  
mihi linguam eruditionis, quando oporteat sermonem  
dicere (Esaï. l, 4)*. Merito ergo sapiens qui a Domino  
accipit, quo tempore sibi loquendum sit. Unde bene  
ait Scriptura: *Homo sapiens tacebit usque ad tempus  
(Eccli. xx, 7)*.

6. Ideo sancti Domini, qui scirent quia vox homi-  
nis plerumque <sup>c</sup> peccati annuntiatio est, et initium  
erroris humani, sermo est hominis, amabant tacere.  
Denique sanctus Domini ait: *Dixi custodiam vias  
meas, ut non delinquam in lingua mea (Psal. xxxviii,  
2)*. Sciebat enim et legerat divinæ esse protectionis,  
ut homo a linguæ suæ flagello absconderetur, et a  
conscientiæ suæ testimonio (*Job v, 21*). Verbera-  
mur enim tacito cogitationis nostræ opprobrio; et  
iudicio conscientiæ: verberamur etiam vocis nos-  
træ verberare, cum loquimur ea quorum sono cæditur  
animus noster, et mens consueciatur. Quis autem  
est qui mundum cor a peccatorum habeat collu-  
sione, aut non delinquat in lingua sua? Et ideo quia  
neminem videbat <sup>d</sup> sanctum os servare posse ab  
immunditia sermonis, ipse sibi silentio legem impo-  
suit innocentiae; <sup>e</sup> ut tacendo culpam declinaret,  
quam vix effugeret loquendo.

7. Audiamus ergo cautionis magistrum: *Dixi, cus-  
todiam vias meas, <sup>f</sup> hoc est, dixi mihi, tacito cogita-  
tionis præcepto indixi mihi, ut custodirem vias*

<sup>a</sup> Infula erat capitis ornamentum e laneo filo,  
quod non solum magistratibus conveniebat, sed  
etiam supplicibus oratoribus, sacerdotibus, immo  
vero et victimis ipsis. Quod porro Ambrosius rap-  
tum se a tribunalibus ad sacerdotium dicit, id fu-  
sus explicat Paulinus in ejus vita; unde eandem  
rem alii postea mutuati sunt.

<sup>b</sup> Omnes edit. post verbum *discere*, sic prosequeun-  
tur: *Et quantumlibet quisque profecerit, nemo est qui  
doceri non egeat, dum vivit*. Sed cum isthæc omnino  
in mss. desiderentur, si Landinum unum excipias,  
at vix edit. ipsis antiquiorem, nec paucis interpola-  
tum hujusmodi laciniis; manifestum est non  
aliud nisi marginalem aliquam notam esse, quæ in-  
cogitantur in textum inducta est.

<sup>c</sup> Ver. edit cum mss. aliquot, *peccati annuntia est*:

meas. Aliæ sunt viæ quas debemus sequi, aliæ quas  
custodire: se sui vias Domini, custodire nostras; ne  
in culpam dirigant. Potes autem custodire, si non  
cito loquaris. Lex dicit: *Audi, Israel, Dominum Deum  
tuum (Deut. vi, 3)*. Non dixit, loquere, sed audi.  
Ideo Eva lapsa est, quia locuta est viro, quod non  
audierat a Domino Deo suo. Prima vox Dei dicit  
tibi: *Audi*. <sup>f</sup> Si audias, custodis vias tuas: et si  
lapsus es, cito corrigis. *In quo enim corrigit juvenior  
viam suam, nisi in custodiendo verba Domini (Psal.  
cxviii, 9)?* Tace ergo prius, et audi, ut non delin-  
quas in lingua tua.

8. Grave malum ut aliquis ore suo condemnetur.  
Etenim si pro otioso verbo reddet unusquisque ratio-  
nem (*Matth. xii, 36*), quanto magis pro verbo im-  
puritatis et turpitudinis! Graviora enim sunt verba  
præcipitationis quam otiosa. Ergo, si pro otioso  
verbo ratio poscitur, quanto magis pro sermone  
impietatis pœna exsolvitur!

### CAPUT III.

*Non perpetuum nec otiosum esse debere silentium: et  
quo pacto custodia cordi ac ori contra inordinatos  
affectus adhibenda sit.*

9. Quid igitur? Mutos nos esse oportet? Minime.  
Est enim tempus tacendi, et est tempus loquendi  
(*Eccles. iii, 7*). Deinde si pro otioso verbo reddimus  
rationem, videamus ne reddamus et pro otioso silen-  
tio. <sup>g</sup> Est enim et negotiosum silentium; ut erat Su-  
sanna, quæ plus egit tacendo, quam si esset locuta  
(*Dan. xiii, 3*). Tacendo enim apud homines, locuta  
est Deo: nec ullum majus iudicium suæ castitatis  
invenit, quam silentium. Conscientia loquebatur,  
ubi vox non audiebatur: nec quærebat pro se ho-  
minum iudicium, quæ habebat Domini testimo-  
nium. Ab illo igitur volebat absolvi, quem sciebat  
nullo modo posse falli. Ipse Dominus in Evangelio  
(*Matth. xxvi, 63*) tacens operabatur <sup>h</sup> salutem ho-  
minum. Recte ergo David non silentium sibi indixit  
perpetuum, sed custodiam.

10. Custodiamus ergo cor nostrum, custodiamus  
os nostrum; utrumque enim scriptum est: hic, ut  
os custodiamus, alibi tibi dicitur: *Omni custodia  
serva cor tuum (Prov. iv, 23)*. Si custodiebat Da-  
vid, tu non custodies? Si immunda labia habebat  
Esaïas, qui dixit: *O miser ego, quoniam compunctus  
sum, quia cum sim homo, et immunda labia habeam*

eadem edit. in margine, ac Rom. in textu cum mss.  
uno vel altero, *peccato adjuncta est*: alii codd. fre-  
quentissimi nobiscum faciunt.

<sup>d</sup> Erasim. et seq. edit. cum paucis mss., *castum os  
servare*.

<sup>e</sup> Erasim. et seq. edit., *hoc est tacito*.

<sup>f</sup> Ita mss. exceptis tribus, quorum unus legit *custo-  
dias*, alter autem, *cito corrigas*. edit. vero cum m-s.  
Full., *si audis, custodis* (Rom. et Full., *custodi*) *vias  
tuas: et si lapsus es, cito corrige*. Infra autem ubi  
ex mss. fere omnibus reposuimus, *ut non delinquas*:  
edit. cum paucis mss. legunt, *et non delinques*.

<sup>g</sup> Gill. ac Rom. edit., *est enim magnum et nego-  
tiosum*.

<sup>h</sup> Scripti codd. magno numero, *salutem omnium*;  
aliqui tamen et omnes edit., *salutem hominum*.

(*Esai.* vi, 5) : si propheta Domini immunda habebat **A** labia, quomodo nos munda habemus?

11. Et cui, nisi unicuique nostrum scriptum est : *Sepi possessionem tuam spinis... et argentum **5** et aurum tuum alliga, et ori tuo fac ostium et vectem, et verbis tuis jugum et stateram* (*Eccli.* xxviii, 28, 29)? Possessio tua mens tua est : aurum tuum cor tuum est : argentum tuum eloquium tuum est : *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum* (*Psal.* xi, 7). Bona etiam possessio mens bona. Denique possessio pretiosa homo mundus. Sepi ergo hanc possessionem, et circumvallato cogitationibus, munito <sup>a</sup> spinis, sollicitudinibus; ne in eam irruant, et captivam ducant irrationabiles corporis passiones, ne incurseant motus graves, <sup>b</sup> ne diripiant vindictam ejus, transeuntes viam. Custodi interiorem **B** hominem tuum. Noli enim quasi vilem negligere ac fastidire, quia pretiosa possessio est. Et merito pretiosa, cujus fructus non caducus et temporalis, sed stabilis atque aeternae salutis est. Cole ergo possessionem tuam, <sup>c</sup> ut sint tibi agri.

12. Alliga sermonem tuum, ne luxuriet, ne lasciviat, et multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, et ripis suis coerceatur. Cito lutum colligit amnis exundans. Alliga sensum tuum, non sit remissus ac defluus, ne dicatur de te : *Non est malagno apponere, neque oleum, neque alligaturam* (*Esai.* i, 6). Habet suas habenas mentis sobrietas, quibus regitur et gubernatur.

13. Sit ori tuo ostium, ut claudatur ubi oportet : et obseretur diligentius; ne quis in iracundiam excitet vocem tuam, et contumeliam rependas contumeliae. Audisti hodie lectum : *Irascimini et nolite peccare* (*Psal.* iv, 5). <sup>d</sup> Ergo etsi irascimur, quia affectus naturae est, non potestatis; malum sermonem non proferamus de ore nostro, ne in culpam ruamus : sed jugum sit verbis tuis et statera, hoc est, humilitas atque mensura; ut lingua tua menti subdita sit. Restringatur habentis vinculis, frenos habeat suos, quibus revocari possit ad mensuram : sermones proferat libra examinatos justitiae; ut sit gravitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus.

CAPUT IV.

*Eadem custodia prospicitur, ne a pravis motibus, sed*

<sup>a</sup> Ant. edit., *spinis sollicitudinum* : quaedam in marg. et pauci mss. in corp., *piis sollicitudinibus*, quod Rom. in textum admisit. Mss. autem alii non pauci, *spinis sollicitudinis*; plures tamen et probatiores, *spinis, sollicitudinibus*. Big. vero utrumque, *spinis, piis sollicitudinibus*, non male.

<sup>b</sup> Mss. aliquot et Gill. in marg., *ne disrumpant vindictam*.

<sup>c</sup> Ita vet. edit. ac prope omnes mss. At Rom. cum codd. aliis nonnullis, *ut sint tibi agri*, quae etiam annotat in marg. *Prov.* xxvii, nempe vers. 26, verum eone respexerit sanctus Praesul, haud satis patet.

<sup>d</sup> Edit. ultimae Paris. ac mss. aliquot, *Ergo et irascimur, quia effectus naturae est*.

<sup>e</sup> Mss. aliquot. ac edit. Era. et Gill. in marg., *cor suum* Rursus post pauca, ubi nos cum ant. edit. ac mss. prope omnibus, *quam interroget* : Rom. edit.

*a recta ratione prodeat oratio : in qua potissimum nobis diabolus insidiatur.*

14. Haec si custodiat aliquis, fit mitis, mansuetus, modestus. Custodiendo enim <sup>e</sup> os suum, et retinendo linguam suam, nec prius loquendo quam interroget, et expendat atque examinet <sup>f</sup> verba sua, si dicendum hoc, si dicendum adversus hunc, si tempus sermonis hujus est : is profecto exercet modestiam, ac mansuetudinem, et patientiam; ut non ex indignatione et ira in sermonem erumpat, non alicujus passionis indicium det in verbis suis, non ardorem libidinis flammare in sermone suo indicet, **6** et inesse dictis suis stimulos iracundiae : ne sermo postremo qui commendare interiora debet, vitium aliquod esse in moribus, aperiat et prodat.

15. Tunc enim maxime insidiatur adversarius, quando videt nobis passiones aliquas generari : tunc fomites movet, laqueos parat. Unde non immerito, sicut audisti hodie legi, Propheta dicit : *Quia ipse <sup>g</sup> liberavit me de laqueo venantium et a verbo aspero* (*Psal.* xc, 5). <sup>h</sup> Symmachus irritationis verbum dixit, alii perturbationis. Laqueus adversarii est sermo noster : sed etiam ipse non minus adversarius nobis. Loquimur perunumque quod excipiat inimicus, et quasi nostro gladio nos vulneret. Quanto tolerabilius est alieno gladio, quam nostro perire!

16. Explorat ergo adversarius nostra arma, <sup>i</sup> et concutit sua tela. Si viderit moveri me, inserit aculeos suos, ut seminaria jurgiorum excitet. Si emisero verbum indecorum, laqueum suum stringit. Interdum mihi quasi escam proponit vindictae possibilitatem; ut dum vindicari cupio, ipse me inseram laqueo, et nodum mortis astringam mihi. Si quis ergo hunc adversarium sentit praesentem esse, tunc magis custodiam adhibere debet ori suo, ne det locum adversario : sed non multi hunc vident.

CAPUT V.

*Contra visibilem etiam adversarium, cum nos instigat, utendum silentio, cujus unius ope superiores evadimus, et humilitatem quae exhibenda adversus omnes, conservamus.*

17. Sed etiam ille cavendus est, qui videri potest, quicumque irritat, quicumque incitat, quicumque exasperat, quicumque incentiva luxuriae aut libidinis suggerit. Quando ergo aliquis nobis conviciatur, la-

cum paucis mss. atque Era. in marg., *quam interrogetur* : sed *interroget* hoc loco refertur ad *verba sua*, estque synonymum cum duobus verbis illic adjunctis.

<sup>f</sup> Mss. non pauci, *verba sua, si custodiendum hoc*.

<sup>g</sup> Sic omnes edit. ac plures probatioresque mss. cum Psalterio Rom. et Vulg. : nonnulli tamen, *liberabit me*; quibus accedunt plurima e vet. Psalt. et Augustinus : Hieron. autem ex aliquot Graecis eod. *liberabit te*. At vero pro quod est. *verbo aspero*, Symmachus quidem scripsit, *λόγον ἐπιήρητος, sermonem violenti insultus, contumeliae, injuriae* : Theodoretus, *τὸν λόγον παραζώδη, sermonem turbulentum, ac perturbativum*.

<sup>h</sup> Tres mss., *Symmachus a verbo irritationis*.

<sup>i</sup> Rom. edit. ac pauci mss., *et acuit tela sua*.

cessit, ad violentiam provocat, ad jurgium vocat: **A** tunc silentium exerceamus, tunc muti fieri non erubescamus. Peccator est enim qui nos provocat, qui injuriam facit, et nos similes sui fieri desiderat.

18. Denique si taceas, si dissimules, solet dicere: Quid taces? Loquere, si audes. Sed non audes: mutus es, elinguem te feci. Si ergo taceas, plus rumpitur: victum sese putat, irrisum, posthabitum atque illusum. Si respondeas, superiorem se factum arbitratur, quia parem invenit. Si enim taceas, d. cetur: Ille conviciatus est, hunc contempsit iste. Si referas contumeliam, dicitur: Ambo conviciati sunt. Uterque condemnatur, nemo absolvitur. Ergo illius est studium, ut irritet, ut similia illi loquar, similia agam: justus est autem dissimulare, nihil loqui, tenere bonæ fructum conscientiae, plus committere **B** bonorum judicio, quam criminantis insolentiae, **7** contentum esse gravitate morum suorum. Hoc est enim silere a bonis; quia bene sibi conscius, falsis non debet moveri: nec astimare plus ponderis in alieno esse convicio, quam in suo testimonio.

19. Ita fit ut etiam humiliatam custodiat. Si autem nolit humilior videri, talia tractat, et dicit ipse secum: **A** Hic ergo ut me contemnat, et in conspectu meo loquatur talia adversum me, quasi non possim ego ei aperire os meum? Cur non etiam ego dicam, in quibus eum mœstificare possim? Hic ergo ut mihi injurias faciat, quasi vir non sim, quasi vindicare me non possim? Hic ut me criminetur, quasi ego non possim graviora in eum committere?

20. Qui talia dicit, non est mitis atque humilis, **C** non est sine tentatione. Tentator eum exagitat, ipse ei tales opiniones inserit. Plerumque **b** adhibet hominem, atque **ap**ponit nequam spiritus, qui hæc illi dicat: sed tu in petra fixum vestigium tene. Etsi servus convicium dicat, **c** justus tacet; etsi infirmus contumeliam faciat, justus tacet: etsi pauper criminetur, justus non respondet. Hæc sunt arma justii, ut cedendo vincat. Sicut periti jaculandi cedentes soleant vincere, et fugientes gravioribus sequentem vulnerare ictibus.

#### CAPUT VI.

*Hæc in re silentium atque humilitatem David imitanda esse, ne digni videamur injuria.*

21. Quid enim opus est moveri, cum audimus con-

**A** Hinc edit. Gill. ac Rom. unius aut alterius mss. auctoritate triplicem particulam ut sustulerant: quam tamen **abæ** edit. ac mss. frequentissimi elegantius exhibent. Est autem ibi quædam ellipsis supplenda per verbum *patiar*, *ferendum est*, aut quid simile.

**b** Rom. edit. sola, *adhibet hominem nequam spiritus*.

**c** Mss. non pauci hic et infra, *justus taceat*: et post pauca, *justus non respondeat*.

**d** Mss. non pauci, *Semei filius, tacebat David*; alii aliquot, *Semei filius Gera, tacebat David*. Rom. edit., *Semei filius Gera, filii Gemeni*, etc.

**e** Cod. Theod., *cui abundabat honor et operum conscientia*.

**f** Plerique mss., post *quasi senserit*, omittunt *torquetur*: cujus loco legit cod. Laud., *est quasi senserit*.

**g** Confer hunc locum et ea quæ priori tomo pag. 841, num. 1 et 2, in titulum hujus ipsius psalmi di-

vicia? Cur non imitatur dicentem: *Obmutui, et humiliatus sum, et situi a bonis* (Psal. xxxviii, 5)? An hoc dixit tantummodo, non etiam fecit David? Immo et fecit (II Reg. xvi, 6 et seq.). Nam cum ei conviciaretur **d** Semei filius Jemini, tacebat David: et quamvis septus armatis, non retorquebat convicium, non ultionem quærebat, eousque ut dicenti sibi Sarvie filio quod vindicare in eum vellet, non permiserit. Hæc ergo tanquam mutus et humiliatus, ibat tacens, nec movebatur, cum vir appellaretur sanguinis, qui erat conscius propriæ mansuetudinis. Non ergo movebatur conviciis, **e** cui abundabat bonorum operum conscientia.

22. Itaque is qui cito injuria movetur, facit se dignum videri contumelia, dum vult ea indignus probari. Melior est itaque qui contemnit injuriam, quam qui dolet; qui enim contemnit, quasi non sentiat, ita despicit: qui autem dolet, quasi senserit, **f** torquetur.

#### 8 CAPUT VII.

*Quam pulchre proœmio loco usurpatus fuerit psalmus xxxviii, quo inductus Vir sanctus de Officiis scribere constituit: idque potiori jure quam olim Cicero ad filium, et quam ob causam.*

23. Neque improvide ad vos filios meos scribens, hujus psalmi proœmio (Psal. xxxviii, 1) usus sum. Quem psalmum **g** propheta David sancto Idithum canendum dedit, ego vobis tenendum suadeo, delectatus ejus sensu profundo et virtute sententiarum. Advertimus enim ex his quæ breviter libavimus, et silendi patientiam, et opportunitatem loquendi, et in posterioribus (Ibid. 8) contemptum divitiarum, quæ maxima virtutum fundamenta sunt, hoc psalmo doceri. Dum igitur hunc psalmum considero, successit animo de Officiis scribere.

24. De quibus etiam si quidam Philosophiæ studentes scripserint, **h** ut Panætius, et filius ejus apud Græcos, Tullius apud Latinos; non alienum duxi a nostro munere, ut etiam ipse scriberem. Et sicut Tullius **i** ad erudiendum filium, ita ego quoque ad vos informandos filios meos; neque enim minus vos diligo quos in Evangelio genui, quam si conjugio suscepissem. Non enim vehementior est natura ad diligendum, quam gratia. Plus certe diligere debemus quos perpetuo nobiscum putamus futuros, quam

contur, et affinitatem non parvam utrobique animadvertes.

**h** Panætium, cujus mentionem non uno loco Tullius facit, Rhodium fuisse ex Strabone refert Vossius lib. de Phil. sectis, cap. 19, pag. 103, quem consulite. De filio autem ejus qui scripserit aliquid, præter Ambrosium forte reperias neminem, nisi quis aut Possidonium ejus discipulum et successorem intelligat, de quo Toll. lib. iii de Offic. et epist. 16 ad Attic. vel Heratonem Panætii quoque auditorem, quem idem Tull. sex libros de hoc ipso argumento scripsisse auctor est.

**i** Lib. 1 de Offic. pag. 351, tom. IV ejusdem Cic. operum Genevæ apud Jer. des Planches an. 1884 editum, quam edit. in sequentibus semper laudabimus, lin. 3: *Sed cum statuissem aliquid hoc tempore ad te scribere*, etc. Item ad Attic. epist. 327, lib. xv.

quos in hoc tantum sæculo. Illi degeneres nascuntur A frequenter, qui dedeant patrem: vos ante elegimus, ut diligamus. Itaque illi necessitate diliguntur, quæ non satis idonea atque diuturna est ad perpetuitatem diligendi magistra: vos iudicio, quo magnum<sup>a</sup> charitatis pondus ad vim diligendi adjungitur, probare quos diligas, et diligere quos elegeris.

#### CAPUT VIII.

*Nomen Officii, non solum philosophis, sed etiam scriptoribus sacris usitatum esse; et unde hoc deductum?*

25. Ergo quoniam personæ conveniunt, videamus utrum res ipsa conveniat scribere de Officiis: et utrum hoc nomen philosophorum tantummodo scholæ aptum sit, an etiam in Scripturis reperiatur divinis. Pulchre itaque dum legimus hodie Evangelium (quasi adhortaretur ad scribendum) Spiritus sanctus B obtulit nobis lectionem, qua confirmaremur etiam in nobis Officium dici posse. Nam cum Zacharias sacerdos obmutuisset in templo, et loqui non posset: *Factum est, inquit, ut impleti sunt dies<sup>b</sup> Officii ejus, abiit in domum suam* (Luc. 1, 23). Legimus igitur Officium dici a nobis posse.

9 26. Nec ratio ipsa abhorret, quandoquidem<sup>c</sup> Officium ab efficiendo dictum putamus, quasi efficium: sed propter decorem sermonis unâ immutata littera, officium<sup>d</sup> nuncupari: vel certe, ut ea agas, quæ nulli officiant, prosint omnibus.

#### CAPUT IX.

*Officium ab honesto et utili, nec non ab amborum inter se comparatione desumi: sed a Christianis nihil quod ad futuram vitam non conferat, honestum aut C utile agnosci; atque adeo non supervacaneum fore hunc de Officio tractatum.*

27. Officia<sup>e</sup> autem ab honesto et utili duci existimaverunt, et de iis duobus eligere quid præstet: f deinde incidere ut duo concurrant honesta, et duo utilia; et quæretur quid honestius, et quid utilius. Primum igitur in tres partes Officium dividitur: honestum, et utile, et quid præstantius. Deinde hæc

<sup>a</sup> Vet. edit. cum paucis mss., *charitati pondus.*

<sup>b</sup> Ita edit. Vulg. Græcus autem textus, τῶν λειτουργίας αὐτόν, ministrations, seu ministerii ejus. Sed cum officium sit id quod cuique convenit, unde dicitur Græce καθήκον: nihil vero sacro ministro æque conveniat, atque ipsa ministratio; hinc intelligas haud absurde Ambrosianam hanc officii acceptionem defendi posse.

<sup>c</sup> Hanc Officii etymologiam probat Franc. Sanctius, *Minervæ* lib. iv, *De Antiphrasi*, § 4, et Donati auctoritate confirmat: secundam refellit hoc ipso D. Ambrosii testimonio. Sed male, cum utramque perinde amplectatur S. Autistes.

<sup>d</sup> Plures mss., *dici existimaverant*, non recte.

<sup>e</sup> Cic. lib. 1 de Offic. pag. 351: *Triplex igitur est, etc.*

<sup>f</sup> Mss. non pauci, *deinde indicere*; quidam, *incedere.*

<sup>g</sup> Sententiam hanc non nihil impeditam ita explica: Nos autem sola decentia et honesta tractamus ac definimus, idque facimus magis regula futurorum, quam presentium.

<sup>h</sup> Era. et seq. edit. cum uno vel altero mss., *æque oneri magis cum sint æstimari, quam, etc.* Sed ea transpositio quæ reliquis mss. et Amerb. edit. contraria est, loci non tollit obscuritatem. Hanc ergo ut amoveas, subintellige verbum *putamus*; et interpretare, *cum sint, positum pro, cum adsint*; ut opponatur se-

tria in quinque genera diviserunt, in duo honesta, et duo utilia, et eligendi iudicium. Prima pertinere dicunt ad decus honestatemque vitæ, secunda ad vitæ commoda, copias, opes, facultates: de iis eligendis subesse iudicium. Hæc illi.

28. <sup>κ</sup> Nos autem nihil omnino nisi quod deceat et honestum sit, futurorum magis quam presentium metimur formula: nihilquæ utile nisi quod ad vitæ illius æternæ prosit gratiam definimus, non quod ad delectationem presentis. Neque aliqua commoda in facultatibus et copiis opum constituimus: sed incommoda hæc putamus, si non rejiciantur; <sup>h</sup> æque oneri cum sint æstimari magis, quam dispendio cum erogantur.

29. Non superfluum igitur scriptionis nostræ est B opus, quia Officium diversa æstimamus regula atque illi æstimaverunt. Illi sæculi commoda in bonis ducunt, nos hæc etiam in detrimentis; quoniam qui hic recipit bona, ut ille dives, illic cruciatur: et Lazarus qui mala hic pertulit, illic consolationem invenit (Luc. xvi, 25). Deinde qui illa non legunt, nostra legent si volent: qui non sermonum supellectilem, neque artem dicendi; sed simplicem rerum exquirunt gratiam.

#### CAPUT X.

*Prius in sacris litteris decorum quam in philosophorum libris frequentatum esse: Pythagoram silentii sui legem mutuatum a Davide: sed hujus tamen præstare disciplinam; cum primum officium sit loquendi modus.*

30. Decorum<sup>i</sup> autem in nostris Scripturis primo C constitui loco (quod Græce περίπων 10 dicitur) instruimur et docemur, legentes: *Te decet hymnus, Deus, in Sion* (Psal. lxiiv, 2): vel Græce, Σοὶ περίπει ὕμνος ὁ Θεός, ἐν Σιών. Et Apostolus ait: *Loquere quæ decent sanam doctrinam* (Tit. ii, 1). Et alibi: *Decebat autem eum per quem omnia, et propter quem omnia, multis filiis in gloriam adductis, ducem salutis eorum per passionem consummari* (Hebr. ii, 10).

31. Numquid i prior Panætius, numquid Aristotenti membro, cum erogantur.

<sup>i</sup> Lib. 1 Offic. pag. 363: *Hoc loco continetur id, quod dici Latine decorum, etc.*

<sup>j</sup> Quod Aristoteles disputasse de officio dicitur, non ita accipimus quasi peculiarem sub hoc titulo ediderit commentationem: sed quod multa quæ ad singulorum officia pertineant, tradiderit in lib. Politic. Œconom., maxime vero in tribus Moralium suorum voluminibus, quæ manibus omnium evoluntur. Quod vero David hisce philosophis asseritur esse antiquior, id cum chronologia consentire jam observavimus tomo I, pag. 766 et 982. Et certe Panætius florebat tantum an. ab Urbe condita circ. 625, id est, 126 an. ante salutis reparationem; Aristoteles an. ab Urbe condito circ. 3570, id est, an. ferme 380 ante Christum; Socrates anno mundi 3525; Pythagoras denique ante Virginis partum circ. 550, hoc est, an. 500 post Davidem. Porro qui plura de his philosophis desideraverit, adeat de Pythagora Laertium, Porphyrium, Anonymum apud Photium; August. *De Civit. Dei* lib. xviii, cap. 37; Vayerium, *De Virtute paganorum*; et Naudeum, *Apologia illustrium Virorum*; de Socrate autem, præter plures et memoratis, Diodorum Sicul., Aristidem orat. 2, Eusebium, Suidam et alios. Nam de Panætio jam quantum sufficiat, attigimus.

teles, qui et ipse disputavit de Officio, quam David; A cum et ipse Pythagoras, qui legitur Socrate antiquior, prophetam secutus David (*Psal. xxxviii, 2 et seq.*), legem silentii dederit suis? Sed ille ut per quinquennium discipulis usum inhiheret loquendi: David autem non ut naturæ munus immineret; sed ut custodiam proferendi sermonis doceret. Et Pythagoras quidem ut non loquendo loqui doceret, David ut loquendo magis disceremus loqui. Quomodo enim sine exercitio doctrina, aut sine usu profectus?

32. Qui disciplinam bellicam vult assequi, quotidie exercetur armis, et tamquam in procinctu positus præluit prælium, et velut coramposito prætendit hoste: atque ad peritiam viresque jaculandi, vel suos explorat lacertos, vel adversariorum declinat ictus, et a vigilantia exit obtutu. Qui navim in mari regere gubernaculis studet, vel remis ducere, prius in fluvio præluit. Qui canendi suavitatem et vocis affectant præstantiam, prius sensim canendo vocem excitant. Et qui viribus corporis, legitimoque luctandi certamine coronam petunt, quotidiano usu palæstræ durantes membra, nutrientes patientiam, laborem assuescunt.

33. b Hæc ipsa natura nos in parvulis docet, quod prius sonos meditantur loquendi, ut loqui discant. Itaque c sonus exercitatio quædam et palæstra vocis est. Ita ergo et qui volunt discere cautionem loquendi, quod naturæ est, non negent: quod custodiae est, exercent; ut qui in specula sunt, speculando intendant, non dormiendo. Omnis enim res propriis ac domesticis exercitiis augetur.

34. Ergo David tacebat non semper, sed pro tempore: non jugiter, neque omnibus; sed irritanti adversario, provocanti peccatori non respondebat. Et, sicut alibi ait (*Psal. xxxvii, 13, 14*), loquentes vanitatem, et cogitantes dolum, non audiebat quasi surdus, et quasi mutus non aperiebat illis os suum; quia et alibi habes: *Noli respondere imprudenti ad imprudentiam ejus, ne similis illi fias* (*Prov. xxvi, 4*).

35. Primum igitur officium est loquendi modus. Hoc sacrificium laudis Deo dependitur, **11** hoc reverentia exhibetur, cum Scripturæ divinæ leguntur, hoc honorantur parentes. d Scio loqui plerosque, cum tacere nesciant. Rarum est tacere quemquam, cum sibi non prosit loqui. Sapiens ut loquatur, multa prius considerat, quid dicat, aut cui dicat, quo in loco, et tempore. Est ergo et tacendi et loquendi

a Ita vet. edit. ac mss. fere ad unum: Rom. autem edit., *vigilanti excipit obtutu*. Sed nihil mutandum. Quidni enim recte dicatur, exire ictum vel exire extra ictum, quemadmodum e contrario dicimus, venire intra jactum aut ictum teli?

b Mss. aliquot, *Nec ipsa natura*; edit. vet., *Nec non ipsa natura*.

c Mss. nonnulli, *sonus excitatio*.

d Hanc sententiam jam legimus cap. 2, num. 5, eisdem verbis. Et eam quidem hoc loco non habet ms. Vat. unus et Tellerianus: verum cum in aliis omnibus atque edit. reperitur, ipsam loco movere

modus: est etiam facti modus. Pulchrum igitur tenere mensuram officii.

#### CAPUT XI.

*Officium omne, aut medium, aut perfectum esse Scripturæ testimoniis ostenditur: cui subjungitur misericordiæ laus, atque ad eam exhortatio.*

36. Officium autem omne e aut medium, aut perfectum est, quod æque Scripturarum auctoritate probare possumus. Habemus etenim in Evangelio dixisse Dominum: *Si vis in vitam æternam venire, serva mandata. Dixit ille? Quæ? Jesus autem dixit illi: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices: honora patrem et matrem: et, Diliges proximum tuum sicut te ipsum* (*Matth. xix, 17 et seq.*). Hæc sunt media officia, quibus aliquid deest.

37. Denique dicit illi adolescens: *Omnia hæc custodivi a juventute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia bona tua, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cælo, et veni, sequere me* (*Ibid., xx, 21*). Et supra (*Matth. v, 44, 45*) ita est scriptum, ubi diligendos inimicos, et orandum dicit pro calumniantibus et persequentibus nos, et benedicere maledicentes; hoc nos facere debemus, si volumus perfecti esse, sicut Pater noster qui in cælo est, qui super bonos et malos solem jubet radios suos fundere, et pluvia et rore terras universorum sine ulla discretionem pinguescere. Hoc est igitur perfectum officium, f quod κατ' ὀρθωσις dixerunt Græci, quo corriguntur omnia, quæ aliquos potuerunt lapsus habere.

38. Bona etiam misericordia, quæ et ipsa perfectos facit, quia imitatur perfectum Patrem. Nihil tam commendat Christianam animam quam misericordia. g Primum in pauperes, ut communes iudices partus naturæ, quæ omnibus ad usum generat fructus terrarum; ut quod habes, largiaris pauperi, et consortem et conformem tuum adjuves. Tu nummum largiaris, ille vitam accipit: tu pecuniam das, ille substantiam suam æstimat. Tuus denarius, census illius est.

39. Ad hæc plus ille tibi confert, cum sit debitor salutis. Si nudum vestias, te ipsum induis justitiam. Si peregrinum sub tectum inducas tuum, si suscipias egentem: ille tibi acquirit sanctorum amicitias et æterna tabernacula. Non mediocris ista gratia. Corporalia seminas, et recipis spiritalia. Miraris iudicium Domini de sancto Job? Mirare virtutem ejus, qui poterat dicere: **12** *Oculus eram cæcorum, pes claudorum. Ego eram infirmorum pater, velleribus nolimus; præsertim cum Ambrosio insolens non sit easdem sententias subinde repetere.*

e Cic. lib. i Offic. pag. 531, lin. 36: *Atque etiam alia divisio est*, etc. Adverte interim Ambrosii doctrinam de præceptorum et consiliorum distinctione, quæ tam pertinaciter ab heterodoxis necotericis impugnatur et rejicitur.

f Ibid. pag. 551, lin. 37: *Perfectum autem officium*, etc.

g Lib. ii Offic. pag. 383, lin. 12: *In illo autem altero genere*, etc.

*a juuorum meorum calefacti sunt humeri eorum. Foris non habitabat peregrinus : ostium autem meum omni venienti patebat (Job xxix, 15, 16).* Beatus plane, de cuius domo numquam vacuo sinu pauper exiit; neque enim quisquam magis beatus, quam qui intelligit super pauperis necessitatem et infirmi atque inopis ærumnam. In die iudicii habebit salutem a Domino, quem habebit suæ debitorem misericordiæ.

## CAPUT XII.

*Ne quis ab exercenda misericordia revocetur, ostenditur Deum curare actus hominum, et quemlibet improbum in ipsa opum affluentia miserum esse Jobi auctoritate demonstratur.*

40. Sed plerique revocantur ab officio dispensatricis misericordiæ, dum putant hominis actus non curare Dominum, aut nescire eum quid in oculis geramus, quid teneat nostra conscientia: aut iudicium ejus nequaquam justum videri, quando peccatores divitiis abundare vident, gaudere honoribus, sanitate, liberis: contra autem, justos inopes degere, inhoneros, sine liberis, infirmos corpore, luctu frequenti.

41. Nec mediocris ea quæstio, quandoquidem tres illi reges amici Job, propterea eum peccatorem pronuntiabant, quia inopem factum ex divite, orbatum liberis ex secundo parente, perfusum ulceribus, a inhorrentemque vibicibus, exaratum vulneribus a capite usque ad pedes videbant (*Job. iv, 3, 11, 14 et seq.*). Quibus hanc sanctus Job proponit assertionem: Si ego propter peccata mea hæc patior, *Cur impij vivunt? Inveteraverunt autem, et in divitis semen eorum secundum voluntatem, filii eorum in oculis, domus ipsorum abundant, timor autem nusquam: Flagellum autem a Domino non est in ipsis (Job xxi, 7 et seq.)*.

42. Hæc videns infirmus corde exagitur, et studium avertit suum. Cujus dicturus sermones, ante sanctus præmisit Job, dicens: *Portate me, ego autem loquar, deinde ridete me. Nam et si arguor, quasi homo arguor. Portate ergo onus sermonum meorum (Ibid., 1 et seq.)*. Dicitur enim sum quod non probō: sed ad vos redarguendos proferam sermonis iniquos. Aut certe; quia ita est <sup>b</sup> versus. *Quid autem? Numquid ab homine arguor?* hoc est, <sup>c</sup> homo me non potest redarguere quia peccavi, etsi argui dignus sum; quia non ex evidenti culpa me arguitis, sed ex injuriis astimatis merita delictorum. Videns ergo infirmus abundare <sup>d</sup> injusio successibus prosperis, se autem alteri, dicit Domino: *Discede a me, vias tuas*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *inhorrentemque vili cibo*: quidam... *varicibus*: neutri -atis commode, nec mutanda vox Auctori nostro familiaris.

<sup>b</sup> Versus hoc loco ponitur pro *conversus*; aliam enim ejusdem loci Ambrosius, ut alibi sæpe, versionem proponit.

<sup>c</sup> Cod. Tell., *homo mentiens non potest redarguere*.

<sup>d</sup> Quidam mss., *injusto successioneibus prosperis*.

<sup>e</sup> Plato lib. II de Rep. Glauconem in eorum qui justitiæ præferendam injustitiæ dicebant, loquentem inducit, atque impositum sibi munus ita excusantem: *Ἐπεὶ ἐμοὺς, ὡς Σόκρατες, εἶτι οὐ δοκεῖ οὕτως*. Et infra:

*scire nolo (Ibid., 14).* Quid prodest, quia servivimus ipsi: aut quæ utilitas, quia occurrimus ipsi? In manibus ipsorum omnia bona, opera autem impiorum non videt.

43. Laudatur in <sup>e</sup> Platone, quod in Politia sua **13** posuit eum qui contra justitiæ disputandi partes recepisset, postulare veniam dictorum quæ non probaret, et veri inveniendi atque examinandæ disputationis gratia, illam sibi impositam personam dicere. Quod eousque Tullius probavit, ut ipse in libris quos scripsit de Republica, in eam sententiam dicendum putaverit.

44. <sup>f</sup> Quanto antiquior illis Job, qui hæc primus reperit, nec eloquentiæ phalerandæ gratia, sed veritatis probandæ, præmittenda æstimavit? Statimque ipse quæstionem eodem reddidit, subjiciens quod extingatur lucerna impiorum, et futura sit eorum eversio (*Job xxi, 17*): non falli Deum doctorem sapientiæ et disciplinæ, sed esse veritatis judicem (*Ibidem, 22*): et ideo non secundum forensam abundantiam æstimandam beatitudinem singulorum; sed secundum interiorem conscientiam, quæ innocentium et flagitiosorum merita discernit, vera atque incorrupta pœnarum præmiorumque arbitra. Moritur innocens in potestate simplicitatis suæ, in abundantia propriæ voluntatis, sicut adipe repletam animam gerens (*Ibid., 23 et seq.*). At vero peccator quamvis foris abundet, deliciis diffluit, et odoribus fragret, in amaritudine <sup>g</sup> animæ suæ vitam exigit, et ultimum diem claudit, nihil secum eorum quæ <sup>h</sup> epulatus fuerit, boni referens: nihil secum auferens, nisi scelerum suorum pretia.

45. Hæc cogitans nega, si potes, divini esse iudicii remunerationem. Ille suo affectu beatus, hic miser: ille suo iudicio absolutus, hic reus: ille in exitu læus, hic mœrens. Cui absolvi potest, qui nec sibi innocens est? Dicite, inquit, mihi, ubi est protectio tabernaculorum ejus (*Job xxi, 28*)? Signum ejus non invenietur. Vita etenim facinorosi, ut somnium. Aperuit oculos, transivit requies ejus, evanuit delectatio: licet ipsa quæ videtur, etiam dum vivunt, impiorum requies in inferno sit: viventes enim in inferna descendunt.

46. Vides convivium peccatoris, interroga conscientiam ejus. Nonne gravius omnibus fetet sepulcris? Intueris lætitiæ ejus, et salubritatem miraris corporis filiorum atque opum abundantiam: introspice ulcera et vibices animæ ejus, et cordis mœstitudinem. Nam de opibus quid loquar, cum legeris:

*Μὴ ἐμὶ οὖν λέγειν, ὡς Σόκρατες, ἀλλὰ τοὺς ἐπαινοῦντας, πρὸ δικαιοσύνης ἀδικίαν ἐρούσι δὲ τὰδε*

<sup>f</sup> Job scriptorum omnium antiquissimus vulgo creditur, natusque anno post orbem conditum circiter 2530, cum Plato vix ante annum 3550 floruerit. Non desunt tamen a quibus liber qui ipse nomine inscribitur, non ei, sed Moysi attribuitur. Vides Jobi Historiam multa cum eruditione a Spanhemio elucubratam.

<sup>g</sup> Pauci mss., *animæ suæ ille victum accipit*.

<sup>h</sup> Vet. edit. et quidam mss., *epulatus fuerit, referens: bonorum nihil, etc.*



*Quia non in abundantia est vita ejus ( Luc. xii, 15) : A* curam? Quis deserat et destituat quod ipse condendum scias quia etsi tibi videatur dives, sibi pauper est, et tuum iudicium **14** suo refellat? De multitudine quoque filiorum, et de indolentia quid loquar; cum se ipse luceat, et sine hærede futurum iudicet, cum imitatores sui successores suos esse nolit? Nulla enim hæreditas peccatoris. Ergo impius ipse sibi pœna est: justus autem <sup>a</sup> ipse sibi gratia; et utrique aut bonorum aut malorum operum merces ex se ipso solvitur.

### CAPUT XIII.

*Refelluntur philosophorum opiniones qui Deo vel mundi totius, vel alicujus ex ejus partibus curam abjudicant.*

**47.** Sed revertamur ad propositum, ne divisionem faciam præteritisse videamur, quia occurrimus opinioni eorum qui videntes sceleratos quosque divites, lætos, honoratos, potentes, cum plerique justorum egeant, atque infirmi sint, putant vel nihil Deum curare de nobis, ut <sup>b</sup> Epicurei dicunt: vel nescire actus hominum, ut flagitiosi putant: vel si scit omnia, iniquum esse judicem; ut bonos egere patiatur, abundare improbos. Nec superfluum vel quidam excursus fuit, ut opinioni hujusmodi ipsorum affectus responderet, quos beatos iudicant, cum ipsi se miseros putent. Arbitratus enim sum quod ipsi sibi facilius quam nobis crederent.

**48.** Quo decurso, proclive æstimo, ut refellam cætera. Et primo eorum assertionem, qui Deum putant curam mundi nequaquam habere, sicut <sup>c</sup> Aristoteles asserit usque ad lunam ejus descendere providentiam. Et quis operator negligat operis sui

<sup>a</sup> Edit. et mss. aliquot, *ipse sibi gloria*: plurimi vero et optimi quique, *ipse sibi gratia*; id est, quies atque oblectatio.

<sup>b</sup> Cum providentia et mundi administratione non solum felicitatem divinam stare non posse docuit Epicurus, sed multo minus humanam. Quocirca omni modo conatus est ex hominum animis numinis motum evellere; ut videre licet apud cl. Petrum Gassendum in Syntagm. Epic. Phil., ii part., sect. 2, c. 5 et 6, nec non in part., cap. 20 et 21, quam ob impietatem discipulus ejus Lucretius eundem miris laudibus extollit tum in ipso limine lib. i ac ii, tum maxime in, ubi ipsum ob eam causam in deos referendum canit.

<sup>c</sup> Diog. Laertius in vita hujus philosophi eandem opinionem ipsi attribuit, hisce verbis, διατείνει δὲ αὐτοῦ (θεοῦ) τὴν πρόνοιαν μέχρι τῶν οὐρανίων, τὰ δὲ ἐπιγίγναι κατὰ πρός ταῦτα συμπάθειαν οὐκ οὐκ εἰσθαι. Sed ea sententia in iis, quæ restant, Aristotelis scriptis non legitur.

<sup>d</sup> Epicuro Deum neque creatorem mundi, neque, uti supra diximus, gubernatorem esse, ignorat nemo: qua de re adiri potest cl. Gassendus Phil. Epic. Syntagm. parte ii, sect. 1, cap. 3, et sect. 2, cap. 2, 3, 4, 5 et 6. Porro quod Epicurei esse in ea opinione dicuntur, ut Deum asserant rebus admisceri omnibus, videtur istud respicere ad Lucretium qui lib. i initio hæc ipsa sub Veneris nomine atque involucri significat. Hinc autem desumptos constat celebres duos Virgilio locos, alterum Georgic. iv, alterum i Æneid.; quos consule.

<sup>e</sup> Epicurum ebrium hic vocat, quippe qui ter in die, ut quidam tradidere, crapulam evomere consueverit, et per usquam in balneo voluntariam obiret mor-

tem: Τὸν ἀκρατον ἔσπασεν, ut loquitur Diog. Laert. in ejus vita. Quod vero spectat ad susceptum ab eo voluptatis patrociniū, frustra sunt qui eum de anime voluptate intelligendum aiunt; eum ejus verba ab eodem Diog. memorata contrarium demonstrant; sunt autem hujusmodi: Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τινος οὐτ' ἀγαθὸν ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀπροδοσιῶν, καὶ τὰς δι' ἀκραμάτων, καὶ τὰς διὰ μορφῶν. Et hoc non minus evincit ejusdem eum perditissimis adolescentibus ac mulierculis consuetudo. Neque tamen dissimulandum eundem Laertium ibidem scribere hanc dementiam illi ab æmulis invidiae confecta ergo sui se attributam; nec defuisse magnos viros, qui se defensores Epicuri profiterentur, quorum autesignanum doctissimum Gassendum propter ejusdem philosophi vitam eruditè admodum ab eo scriptam jure nominamus. Verum cum Tullius lib. iii Tuscul. Quest. hæc ipsa in libro Epicuri *De summo bono*, quem ejus esse negabat nemo, contineri asserat: cumque sancti Patre eandem ipsi de voluptate sententiam tribuant; credibilis est, ut indicat idem Tullius, Epicuri discipulos invidiae levandæ causa ad animi voluptatem tanquam ad sacram ancoram, cum urgerentur, confugisse.

**49.** <sup>d</sup> Quod si aut Deum creatorem suam abnegant, aut ferarum et bestiarum se haberi numero censent: quid de illis dicamus, qui hæc se condemnant injuria? Per omnia Deum ire ipsi asserunt, et omnia in virtute ejus consistere, vim et majestatem ejus per omnia elementa penetrare, terras, cœlum, maria: et putant injuriam ejus, si mentem hominis qua nihil nobis ipse præstantius dedit, penetret, et divinæ majestatis ingrediatur scientia?

**50.** Sed horum magistrum velut <sup>e</sup> ebrium, et **15** voluptatis patronum, ipsi qui putantur sobrii, irridunt philosophi? Nam de Aristotelis opinione quid loquar, qui putat Deum suis contentum esse finibus, et præscripto regni modo degere, ut poetarum loquuntur fabulæ, qui mundum <sup>f</sup> inter tres ferunt esse divisum; ut alii cœlum, alii mare, alii inferna coercenda imperio, sorte obvenerint: eosque cavere ne usurpata alienarum partium sollicitudine, inter se bellum excitent. Similiter ergo asserit quod terrarum curam non habeat, sicut maris vel inferni non habet. Et quomodo ipsi <sup>g</sup> excludunt quos sequuntur, poetas?

### CAPUT XIV.

*Dei cognitionem nihil fugere et Scripturarum testimoniis, et solis comprobatur exemplo, qui licet creatura sit, tamen vel lumine, vel calore cuncta penetrat.*

**51.** Sequitur illa responsio, utrum Deum, si

tem: Τὸν ἀκρατον ἔσπασεν, ut loquitur Diog. Laert. in ejus vita. Quod vero spectat ad susceptum ab eo voluptatis patrociniū, frustra sunt qui eum de anime voluptate intelligendum aiunt; eum ejus verba ab eodem Diog. memorata contrarium demonstrant; sunt autem hujusmodi: Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τινος οὐτ' ἀγαθὸν ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀπροδοσιῶν, καὶ τὰς δι' ἀκραμάτων, καὶ τὰς διὰ μορφῶν. Et hoc non minus evincit ejusdem eum perditissimis adolescentibus ac mulierculis consuetudo. Neque tamen dissimulandum eundem Laertium ibidem scribere hanc dementiam illi ab æmulis invidiae confecta ergo sui se attributam; nec defuisse magnos viros, qui se defensores Epicuri profiterentur, quorum autesignanum doctissimum Gassendum propter ejusdem philosophi vitam eruditè admodum ab eo scriptam jure nominamus. Verum cum Tullius lib. iii Tuscul. Quest. hæc ipsa in libro Epicuri *De summo bono*, quem ejus esse negabat nemo, contineri asserat: cumque sancti Patre eandem ipsi de voluptate sententiam tribuant; credibilis est, ut indicat idem Tullius, Epicuri discipulos invidiae levandæ causa ad animi voluptatem tanquam ad sacram ancoram, cum urgerentur, confugisse.

<sup>f</sup> Cuncta edit. ac mss. haud pauci, *in tres ferunt*, etc. Melius alii, *inter tres*, etc. Iterum eadem edit. ac mss. aliquot, *coercenda imperii sorte obvenerint*: mss. plures et antiquiores, *coercenda imperio*, etc. Melius, ut vox imperio referatur ad *coercenda*. De divisione autem illa qua mundus inter tres, Jovem nimirum, Neptunum ac Plutonium divisus fertur, opera Philosophi ad nos transmissa nihil habent.

<sup>g</sup> Aristoteles quidem lib. i Metaph. cap. 2, poetas

operis sui cura non præterierit, prætereat scientia. Ergo qui plantavit aurem, non audit: qui finxit oculum, non videt, non considerat?

52. Non præterit hæc vana opinio sanctos prophetas. Denique David inducit eos loquentes, quos superbia inflatos asserit. Quid enim tam superbum, quam cum ipsi sub peccato sint, alios indigne ferant peccatores vivere, dicentes: *Usquequo peccatores, Domine, usquequo peccatores gloriabantur (Psal. xciii, 3)?* Et infra: *Et dixerunt. Non videbit Dominus, neque intelliget Deus Jacob.* Quibus respondet propheta dicens: *Intelligite nunc insipientes in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audit: et qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes, non arguit, qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt (Ibid. 7 et seq.).* Qui ea quæcumque vana sunt deprehendit, ea<sup>a</sup> quæ sancta sunt, nescit, et ignorat quod ipse fecit? Potest opus suum ignorare artifex? Homo est, et in opere suo latentia deprehendit; et Deus opus suum nescit? Altius ergo profundum in opere, quam in auctore. Et fecit aliquid quod supra se esset, cujus meritum ignoraret auctor, cujus affectum nesciret arbiter? Hæc illis.

53. Cæterum nobis satis est ipsius testimonium, qui ait: *Ego sum scrutans corda et renes (Jerem. xvii, 10).* Et in Evangelio ait Dominus Jesus: *Quid cogitatis mala in cordibus vestris (Luc. v, 22)?* Sciebat enim quod cogitarent mala. Denique Evangelista testatur dicens: *Sciebat enim Jesus cogitationes eorum (Luc. vi, 8).*

54. Quorum non poterit satis movere opinio, si facta eorum consideremus. Nolunt supra se esse iudicem, quem nihil fallat: nolunt ei dare occultorum scientiam, qui metuunt occulta sua prodii. Sed etiam Dominus sciens opera eorum, tradidit eos in tenebras. *In nocte, inquit, erit fur. Et oculus adulteri servabit tenebras, dicens: Non considerabit me oculus: et latibulum personæ posuit suæ (Job xxiv, 14, 15).* **16** Omnis enim<sup>b</sup> qui lucem fugit, diligit tenebras, studens latere, cum Deum latere non possit, qui intra profundum abyssi, et intra hominum mentes non solum tractata, sed etiam volvenda cognoscit. Denique et ille qui dicit in Ecclesiastico: *Quis videt me? Et tenebræ cooperiunt me, et parietes, quem vereor (Eccli. xxiii, 25, 26)?* quamvis in lecto<sup>c</sup> suo positus hæc cogitet, ubi non putaverit, comprehenditur. *Et erit, inquit, dedecus, quod non intellexerit timorem Dei (Ibid. 31).*

55. Quid autem tam stolidum, quam putare quod Deum quidquam prætereat; cum sol qui minister luminis est, etiam abditi penetret, et in fundamenta domus vel secreta conclavia vis caloris ejus irrumpat? Quis neget verna temperie tepesieri interiora terrarum, quas glacies hiberna constrinxerit? No-

de diis indigna fabulantes negat audiendos, eorumque fabulas ibidem lib. xiv, cap. 8, exagitat: sed hoc multo uberius tractatum reperiis apud Platonem cum alibi, tum præcipue libris ii, iii, et x de Rep.

<sup>a</sup> Edit. cum mss. aliquot, quæ facta sunt. Sed in

runt ergo arborum occultam vim caloris vel frigoris, adeo ut radices arborum aut urantur frigore, aut fotu solis virescant. Denique ubi clementia cæli ariserit,<sup>e</sup> varios terra se fundit in fructus.

56. Si igitur radius solis fundit lumen suum super omnem terram, et in ea quæ clausa sunt, se inserit, nec vectibus ferreis aut gravium valvarum obicibus, quominus penetret, impeditur; quomodo non potest intelligibilis Dei splendor in cogitationes hominum et corda semet quæ ipse creavit, inserere: sed ea quæ ipse fecit, non videt, et fecit ut meliora sint quæ facta sunt, et potentiora, quam ipse est qui ea fecit, ut possint quando volunt, cognitionem sui operatoris latere? Tantam ergo virtutem et potestatem inseruit mentibus nostris; ut eam comprehendere cum velit, ipse non possit?

#### CAPUT XV.

*Quibus displicet quod bonis male, et malis bene sit, eis Lazari exemplo et Pauli auctoritate ostenditur post vitam pœnus ac præmia reservari.*

57. Duo absolvimus et, ut arbitramur, non incongrue nobis hujusmodi cecidit disputatio. Tertium genus quæstionis residet hujusmodi: cur peccatores abundant opibus et divitiis, epulentur jugiter, sine mœnore, sine luctu; justii autem egeant, et afficiantur aut conjugum amissione, aut liberorum? Quibus satisfacere debuit illa Evangelii parabola, quod dives bysso et purpura induebatur, et epulas copiosas exhibebat quotidie: pauper autem plenus ulcerum de mensa ejus colligebat reliquias. Post obitum vero utriusque, pauper erat in sinu Abraham: dives in suppliciis (Luc. xvi, 25). Nonne evidens est meritorum aut præmia aut supplicia post mortem manere?

58. Et recte, quia in certamine labor est, post certamen aliis victoria, aliis ignominia. Numquid priusquam cursus conficiatur, palma cuiquam datur, aut defertur corona? Merito Paulus: *Certamen, inquit, bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi: quod reliquum est, reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus* **17** *in illa die, justus iudex: non solum autem mihi, sed etiam his qui diligunt adventum ejus (II Tim. iv, 7, 8).* *In illa, inquit, die reddet, non hic. Illic autem in laboribus, in periculis, in naufragiis, quasi athleta bonus decertabat; quia sciebat quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Ergo non potest quis præmium accipere, nisi ubi fuerint laboriosa certamina.*

#### CAPUT XVI.

*Confirmato quod supra de præmiis et pœnis dictum fuerat, subjungitur non mirum esse si quibus merces in futuro non destinatur, hic illi non laborent neque*

plurimis ac probatissimis legitur quæ sancta sunt. In qua lectione inest antithesis non inelegans.

<sup>b</sup> Rom. edit. qui male agit, lucem fugit, etc.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, varios terras effundit in fructus.

*confligant : additurque ideo temporalia bona ipsis A concedi, ne qua relinquantur excusatio.*

59. Nonne injustus est, qui <sup>a</sup> ante dat præmium, quam certamen fuerit absolutum? Ideoque Dominus in Evangelio ait: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum (Matth. v, 5).* Non dixit: Beati divites, sed pauperes. Inde incipit beatitudo iudicio divino, ubi ærumna æstimatur humana. *Beati qui esuriunt, quia ipsi saturabuntur. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem habebunt. Beati misericordes, quoniam ipsi miseribitur Deus. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis, cum vobis maledicent, et persequentur, et dicent omne malum adversum vos, propter justitiam. Gaudete et exsultate quoniam merces vestra copiosa est in cælo (Ibid., 5 et seq.).* Futuram, non præsentem: in cælo, non in terra mercedem promisit esse reddendam. Quid alibi poscis, quod alibi debetur? quid præpropere coronam exigis, antequam vincas? quid detergere pulverem? quid requiescere cupis? quid epulari gestis, antequam stadium solvatur? Adhuc populus spectat, adhuc athletæ <sup>b</sup> in scammate sunt, et tu jam otium petis.

60. Sed forte dicas: Cur impii lætantur? cur luxuriantur? cur etiam ipsi non mecum laborant? Quoniam qui non subscripserint ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis: qui in stadium non descenderint, non se perfundunt oleo, non oblinunt pulvere. Quos manet gloria, exspectat injuria. <sup>c</sup> Unguentati spectare solent, non decertare: non solem, æstus, pulverem, imbresque perpeti. Dicant ergo et ipsis athletæ: Venite, nobiscum laborate. Sed respondebunt spectatores: Nos hic interim de vobis iudicamus: vos autem sine nobis coronæ, si viceritis, gloriam vindicabitis.

61. Isti igitur qui in deliciis, qui in luxuria, rapinis, quæstibus, honoribus, studia posuerunt sua, spectatores magis sunt quam præliatores. Habent <sup>d</sup> lucrum laboris, fructum virtutis **18** non habent. Fovent otium, astutia et improbitate aggerant divitiarum acervos: sed exsolvent, seram licet, nequitie suæ pœnam. Horum requies in infernis, tua in paradiso. Unde pulchre vigilare eos in tumultu Job dixit (*Job. xxi, 32*); quia soporem quietis habere <sup>d</sup> non possunt, quem ille dormivit, qui resurrexit.

62. Noli igitur ut parvulus sapere, ut parvulus

<sup>a</sup> Era. et sequentes edit., *qui ante quærat præmium.* Amerb. et mss. omnes, *qui ante dat præmium.* Non male; utrumque enim injustitiæ ascribi debet.

<sup>b</sup> Ant. edit. cum paucis mss., *in stemmate*: Rom. cum aliis pluribus, *in scammate.* Quid sit autem *scamma*, dictum est ad lib. de Elia et jejuniis, cap. 13, pag. 550.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *Unguentati spectatores solent.* Et continuo post quidam alii, *non solent æstus*, etc.

<sup>d</sup> *Lucrum laboris*, id est, immunitatem laboris; non vero lucrum quod ex labore gignitur.

<sup>e</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 368, lin. 4: *Et quoniam*

loqui, ut parvulus cogitare, ut parvulus vindicare ea quæ sunt posterioris ætatis. Perfectorum est corona. Exspecta, ut veniat quod perfectum est, quando non per speciem in ænigmate, sed facie ad faciem formam ipsam redoptertæ veritatis possis agnoscere. Tunc qua causa ille dives fuerit, qui erat improbus et raptor alieni, qua causa potens alius, qua causa ille abundaverit liberis, ille fultus honoribus, revelabitur.

63. Fortasse ut dicatur raptori: Dives eras, qua causa aliena rapiebas? Egestas non compulit, inopia non coegit. Nonne ideo te divitem feci, ut excusationem habere non possis? Dicatur etiam potenti: Cur non adfuisi viduæ, orphanis quoque injuriam patientibus? Numquid tu infirmus eras? Numquid non poteras subvenire? Ideo te feci potentem, ut non inferres violentiam, sed repelleres. Non tibi scriptum est: *Eripe injuriam accipientem (Eccli. iv, 9)*? Non tibi scriptum est: *Pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate (Psal. lxxxii, 4)*? Dicatur etiam abundanti: Liberis, et honoribus cumulavi te, salubritatem corporis concessi tibi; cur non secutus es præcepta mea? Famule meus, quid feci tibi, aut quid contristavi te? Nonne ego tibi liberos dedi, honores contuli, salutem donavi; cur me negabas? Cur æstimabas quod ad scientiam meam quæ gereres non pervenirent: cur tenebas dona mea, despiciebas mandata mea (*Mich. vi, 3 et seq.*).

64. Denique de Juda proditore hæc colligere licet, qui et apostolus inter duodecim electus est, et oculos pecuniarum quas pauperibus erogaret, commissos habebat, ne videretur aut quasi inhonorus, aut quasi egenus Dominum prodidisse. Et ideo ut justificaretur in eo Dominus, hæc ei contulit; ut non quasi injuria exasperatus, sed quasi prævaricatus gratiam, majori esset offensæ obnoxius.

#### CAPUT XVII.

*Adolescentis officia, et exempla eidem ætati accommodanda proponuntur.*

65. Quoniam igitur et pœnam improbitati, et virtuti fore præmium satis claruit, de Officiis aggreduamur dicere; <sup>e</sup> quæ nobis ab adolescentia spectanda sunt, ut cum ætate accrescant <sup>f</sup> simul. Est igitur honorum adolescentium timorem Dei habere, deferre parentibus, honorem habere senioribus, castitatem tueri, **19** non aspernari humilitatem, diligere clementiam ac verecundiam, quæ ornamento sunt minori ætati. Ut enim in senibus gravitas, in juvenibus alacritas; ita in adolescentibus

*officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur, aliaque sunt juvenum, etc.*

<sup>f</sup> Omnes edit., *simul studia bonorum actuum*: sed quæ resecaimus, a mss. absunt, nec videntur sensui ullo modo necessaria. Rursus edit. et pauci recentioresque mss., *deferre parentibus honorem, habere senioribus reverentiam*: plures autem ac potiores mss. jugulata voce *reverentiam*, verbum *deferre* absolute ponunt; nec non et infra duobus locis, quorum e primo expungunt vocem *honorem*, quæ in edit. posita erat ante, *deferens*: in altero autem scribunt *sedulo tamen obsequio*, pro *sedulum tamen obsequium*, editionum.

verecundia, velut quadam dote commendatur naturæ.

66. Erat Isaac Dominum timens, utpote Abraham indoles, deferens patri usque adeo, ut adversus paternam voluntatem nec mortem recusaret (*Gen. xxii, 9 et seq.*). Joseph quoque cum somniasset quod sol et luna et stellæ adorarent eum, sedulo tamen obsequio deferebat patri (*Gen. xxxvii, 6 et seq.*): castus ita ut ne sermonem quidem audire vellet nisi pudicum: humilis usque ad servitutem, verecundus usque ad fugam, patiens usque ad carcerem, remissor injuriæ usque ad remunerationem. Cujus tanta verecundia fuit, ut comprehensus a muliere, vestem in manibus ejus fugiens mallet relinquere, quam verecundiam deponere (*Gen. xxxix, 8 et seq.*). Moyses quoque et Hieremias electi a Domino, ut oracula Dei prædicarent populo, quod poterant per gratiam, excusabant per verecundiam (*Exod. iv, 10; Jerem. i, 6*).

### CAPUT XVIII.

*De partibus verecundiæ: quemadmodum sermonem ac silentium temperet, pudicitiam comitetur, preces nostras Deo commendat, motibus corporeis moderetur; ubi refertur historia de duobus clericis observatu minime indigna: tum subnectitur qua ratione componendus ex eadem virtute incessus, quantave cautio ne quid inverecundum ore proferatur, aut delegatur in corpore, adhibenda sit: et hæc omnia exemplis appositis illustrantur.*

67. Pulchra igitur <sup>a</sup> virtus est <sup>b</sup> verecundiæ, et suavis gratia, quæ non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur sermonibus; ne modum progrediari loquendi, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis plerumque in verbis refulget. Ipsum vocis sonum librat modestia, ne cujusquam offendat aurem vox fortior. Denique in ipso canendi genere prima disciplina verecundia est: immo etiam in omni usu loquendi; ut sensim quis aut psallere, aut canere, aut postremo loqui incipiat; ut verecunda principia commendent processum.

68. Silentium quoque ipsum, in quo est reliquarum virtutum otium, maximus actus verecundiæ est. Denique si aut infantia putatur aut superbia, probro datur: si verecundiæ, laudi ducitur. Tacebat in periculis Suzanna, et gravius verecundiæ, quam vitæ damnus putabat, nec arbitratur periculo pudoris tuendam salutem. Deo soli loquebatur (*Dan. xiii, 35*), cui poterat casta verecundia eloqui: re-

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *virtus est misericordiæ et suavis gratiæ.*

<sup>b</sup> Cic. Offic. lib. i, pag. 369, lin. 43: *In primis provident, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus, etc.*

<sup>c</sup> Ita edit. ac mss. perpauci: alii frequentissimi, *qui si prætentat, et quæ prima... tentari non sinat: unus, qui sibi prætentat, et quæ prima, etc.*, alius, *quasi prætentat, etc.*, quæ lectio satis arripit.

<sup>d</sup> Mss. nec pauci, nec inferioris notæ, *speciem peregrinatur, quidam, peregrinatus, aspectus, etc.* Infra vero ubi edit. ac pauci mss. *sermonem refelleret;*

fugiebat ora intueri virorum; est enim et in oculis verecundia, ut nec videre viros femina, nec videri velit.

69. Neque vero quisquam solius hanc laudem <sup>20</sup> castitatis putet. Est enim verecundia pudicitia comites, cujus societate castitas ipsa tutior est. Bonus enim regenda castitatis pudor est comes: <sup>e</sup> qui si se prætentat ad ea quæ prima pericula sunt, pudicitiam temerari non sinat. Hic primus in ipso cognitionis ingressu, Domini matrem commendat legentibus, et tamquam testis locuples, dignam quæ ad tale munus eligeretur, astruit: quod in cubiculo, quod sola, quod salutata ab angelo tacet, et mota est in introitu ejus, quod ad virilis sexus <sup>d</sup> speciem peregrinam turbatur aspectus Virginis (*Luc. i, 29 et seq.*). Itaque quamvis esset humilis, præ verecundia tamen salutantem non resalutavit, nec ullum responsum retulit, nisi ubi de suscipienda Domini generatione cognovit; ut qualitatem effectus disceret, non ut sermonem referret.

70. In ipsa oratione nostra multum verecundia placet, multum conciliat gratiæ apud Deum nostrum. Nonne hæc prætulit Publicanum, et commendavit eum qui nec oculos suos audebat ad cælum levare? Ideo justificatur magis Domini judicio, quam ille Pharisæus, quem deformavit præsumptio (*Luc. xviii, 13, 14*). Ideoque oremus in incorruptione quieti et modesti spiritus, qui est ante Deum locuples, ut ait Petrus (*I Petr. iii, 4*). Magna igitur modestia, quæ cum sit etiam sui juris remissior, nihil sibi usurpans, nihil vindicans, et quodammodo intra vires suas contractior, dives est apud Deum, apud quem nemo dives. Dives est modestia, quia portio Dei est. Paulus quoque orationem deferri præcepit cum verecundia et sobrietate. Primam hanc et quasi præviam vult esse orationis futuræ, ut non gloriatur peccatoris oratio: sed quasi <sup>e</sup> calore pudoris obducta, quo plus defert verecundiæ de recordatione delicti, hoc uberiorem mereatur gratiam (*Tim. ii, 9*).

71. Est etiam <sup>f</sup> in ipso motu, gestu, incessu tenenda verecundia. Habitus enim mentis in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut levior, aut jaclantior, aut turbidior: aut contra gravior, et constantior, et purior, et maturior æstimatur. Itaque vox quædam est animi, corporis motus.

72. <sup>g</sup> Meministis, filii, quemdam amicum, cum sedulis se videretur commendare officiis; hoc solo

reliqui legunt partim, *sermonem præferret*, aliqui, *proferret*: partim, *sermonem referret*, quod ultimum sensui videtur esse magis congruum.

<sup>e</sup> Mss. haud pauci, *colorem pudoris obducatur.*

<sup>f</sup> Cic. lib. i Offic., pag. 368, lin. 28: *Sed quoniam decorum illud in omnibus factis et dictis, in corporis denique motu et statu cernitur.*

<sup>g</sup> Mirare quantam in corporeo ipso Clericorum habitu perfectionem requirebat sanctus Præsul; et hinc collige quas et quantas in eisdem animi virtutes expetebat.

tamen in clerum a me non receptum, quod gestus ejus plurimum dedecet: alterum quoque cum in clero reperissem, jussisse me ne umquam præiret mihi; quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos feriret meos. Idque dixi, cum redderetur post offensam muneri. Hoc solum excepi, nec fefellit sententia; uterque enim ab Ecclesia recessit, ut qualis incesso prodebat, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Arianæ infestationis tempore, fidem deseruit: alter pecuniæ studio, ne iudicium a subiret sacerdotale, se nostrum negavit.

**21** Lucebat in illorum incesso imago levitatis, species quædam scurrarum percurantium.

**75.** Sunt etiam qui b sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, et quasi quædam fercula pompæ, et statuarum motus nutantium, ut quotiescumque gradum transferunt, modulos quosdam servare videantur.

**74** Nec cursim ambulare honestum arbitror, nisi cum causa exigit alicujus periculi, c vel justa necessitas. Nam plerumque festinantes anhelos videmus torquere ora, quibus si causa desit festinationis necessariæ, nævus est justæ offensionis. Sed non de his dico, quibus rara properatio ex causa nascitur: sed quibus jugis et continua in naturam vertitur. Nec in illis ego tamquam simulacrorum effigies probo, nec in istis tamquam exessorum ruinas.

**75.** Est etiam gressus probabilis, in quo sit species auctoritatis, gravitatisque pondus, tranquillitatis vestigium; ita tamen si studium desit atque affectatio, sed motus sit purus ac simplex; nihil enim fucatum placet. Motum natura informet. Si quidsane in natura vitii est, industria emendet; ut ars desit, non desit correctio.

**76.** Quod si etiam ista spectantur altius, quanto magis cavendum est ne quid turpe ore exeat; hoc enim graviter coinquinat hominem. Non enim cibus coinquinat, sed injusta obirectatio, sed verborum d obscœnitas. Hæc etiam vulgo pudori sunt. In nostro vero officio nullum verbum quod inhoneste cadat, non incutiat verecundiam. Et non solum nihil ipsi indecorum loqui, sed ne aurem quidem debemus hu-

**A** jusmodi præbere dictis: sicut Joseph ne incongrua suæ audiret verecundiæ, veste fugit relicta (*Gen. xxxix, 12*); quoniam quem delectat audire, alterum loqui provocat.

**77.** Intelligere quoque quod turpe sit, pudori maximo est. Spectare vero si quid hujusmodi fortuito accidat, quanti horroris est! Quod ergo in aliis displicet, numquid potest in se ipso placere? e nec ipsa natura nos docet? quæ perfecte quidem omnes partes nostri corporis explicavit; ut et necessitati consulere, et gratiam venustaret. Sed tamen eas quæ decoræ ad aspectum forent, in quibus formæ apex quasi in arce quadam locatus, et figuræ suavitas, et **22** vultus specie semineret, operandique usus esset paratior, obvias atque apertas reliquit: eas vero in quibus esset naturalis obsequium necessitatis, ne deforme sui præberent spectaculum, partim tamquam in ipso amandavit atque abscondit corpore, partim docuit et suasit tegeudas.

**78.** Nonne igitur ipsa natura est magistra verecundiæ? Cujus exemplo f modestia hominum (quam a modo scientiæ quid deceret appellatam arbitror) id quod in hac nostri corporis fabrica abditum reperit, operuit et textit; ut ostium illud quod ex transverso faciendum in arca illa Noe justo dictum est (*Gen. 6. 16*); in qua vel Ecclesiæ, vel nostri figura est corporis: per quod ostium egeruntur reliquiæ ciborum. Ergo naturæ opifex sic nostræ studuit verecundiæ, sic decorum illud et honestum in nostro custodivit corpore, ut g ductus quosdam atque exitus cuniculorum nostrorum post tergum relegaret, atque ab aspectu nostro averteret, ne purgatio ventris visum oculorum offenderet. De quo pulchre Apostolus ait: *Quæ videntur, inquit, membra corporis infirmiora, necessariora sunt: et quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his abundantiorum honorem circumdamus: et quæ inhonesta sunt nostra, honestatem abundantiorum habent* (*I Cor. xii, 23*). Etenim imitatione naturæ industria auxit gratiam. Quod alio loco etiam altius interpretati sumus (*Lib. I de Noe et Arca, cap. 8*), ut non solum abscondamus ab oculis, verum etiam quæ abscondenda accepimus, eorum indicia

**D** detur declarare in sequentibus. Cæterum ab istis parum admodum abhorruisse constat funerum gestamina, quibus defuncti cadaver dum efferretur, avorum ejus præmittebantur imagines. Quæ omnia cum non sine magna gravitate veherentur atque incesso tarditate, locum dare Ambrosianæ Ciceronianæque comparationi facile potuerunt.

e Mss. aliquot, *vel justæ necessitatis.*

d Cic. lib. I Offic., pag. 368, lin. 39: *Quarumque partium corporis usus sunt necessarii eas neque partes, etc.*

e Ibid., lin. 32: *Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, etc.* Hic autem in Ambrosii contextu Era. et seq. edit. præferunt: *Hæc ipsa natura nos docet*, mss. vero constantissime, *nec ipsa natura*, Amerlb., *nec hoc ipsa natura*, etc. Non male; est enim cæptæ interrogationis continuatio.

f Ibid., pag. 372, lin. 47: *Itaque ut eundem nos modestiam, etc.*

g Edit., *ut velut ductus quosdam aquæ, exitus cuniculorum, etc.* Mss. vero prope ad unum ut nos in textu.

\* Sic mss. magno consensu, si duos excipias qui perinde ac vet. edit. habent: *subiret, sacerdotem se nostrum, etc.* Sola edit. Rom., *subiret sacerdotum, se nostrum, etc.*, sensu a lectione nostra non alieno. Videtur autem hic acceptæ administrationis aut furti cuiuspiam rationem reddere defugiens, transfugisse ad Arianos. Porro de judiciis ecclesiasticis, ac bonorum Ecclesiæ œconomia alio loco dicetur commodius.

b Cic. lib. I Offic. pag. 369, lin. 8: *Nam et palæstrici motus, etc.* Et infra 14: *Cavendum est autem ne aut tarditatis, etc.* Varii generis erant fercula apud antiquos, alia enim in triumphis usurpabantur, cum devictarum gentium spolia, vestem pretiosam, aurum sive factum sive signatum, coronas, arma, machinas, ipsas denique urbium captarum imagines in plaustris ante currum triumphantium portabantur: alia erant ludorum ac spectaculorum, non multum prioribus illis absimilia: alia denique sacrorum, in quibus gestabantur deorum simulacra; et de ultimis hi-c ferculis maxime hic loqui Ambrosium ipse vi-

ususque membrorum suis appellationibus nuncupare A indecorum putemus.

79. Denique si casu aperiantur hæ partes, confunditur verecundia : si studio, impudentia æstimatur. Unde et filius Noe Cham offensam retulit, quia nudatum videns patrem risit : qui autem operuerunt patrem, acceperunt benedictionis gratiam (Gen. ix, 22 et seq.). <sup>a</sup> Ex quo mos vetus et in urbe Roma, et in plerisque civitatibus fuit, ut filii puberes cum parentibus, vel generi cum soceris non lavarent, ne paternæ reverentiæ auctoritas minueretur : licet plerique se et in lavacro quantum possunt tegant ; ne vel illic ubi nudum totum est corpus, huiusmodi inlecta sit portio.

80. Sacerdotes quoque veteri more, sicut in Exodo legimus, brachias accipiebant, sicut ad 23 Mosen dictum est a Domino : *Et facies illis brachias lineas, ut tegatur* <sup>b</sup> *turpitude pudoris. A lumbis usque ad femora erunt, et habebit eas Aaron et filii ejus, cum intrabunt in tabernaculum Testimonii : et cum accedent sacrificare ad aram Sanctuarii, et non inducent super se peccatum, ne moriantur* (Exod. xviii, 42, 43). Quod nonnulli nostrorum servare adhuc ferunt ; plerique spiritali interpretatione ad cautionem verecundiæ et custodiam castitatis, dictum arbitrantur.

#### CAPUT XIX.

*Decorum quomodo describatur ab Oratore : an et quan-*

<sup>a</sup> Cic. lib. i Offic. pag. 369, lin. 3: *Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, etc.* Laudabilem hanc consuetudinem in Africa non obtinuisse indicat sanctus Augustinus Confess. lib. ii, cap. 3. Nam alioquin antiquis Christianis publicarum balnearum usu interdictum neutiquam fuisse non solum inde intelligimus, quod Marcianus alique Christiani ac pii imperatores thermas con-truxere, verum etiam ex eo quod legamus apud Irenæum lib. iii, cap. 3, nec non apud alios scriptores ecclesiasticos Joannem apostolum cum aliquando lavatum ivisset ; ac intus Cerinthum reperisset, illotum discessisse, ne videlicet corrueret balneum in quo veritatis inimicus lavaret. Et certe usque adeo usum balnei, dummodo necessitatis non luxuriæ causa adhiberetur, vitiosum non putavit Gregorius Magnus, ut lib. xi, epist. 3, responderit eo ne dominica quidem die abstinendum. Porro valetudinem in causa fuisse cor eodem Joannes Evangelista uteretur, auctor est Theodoretus lib. ii Hæret. fabul., quamvis rem totam aliter narret Epiphanius Hæret. 30, quem consule. Augustinus etiam ut moestitudinem sibi allatam ex matris obitu deliniret, balneum se petiisse commemorat lib. ix Confess. cap. 12. Sola igitur luxuria in balneis interdicitur ; unde DD. Athanasius, lib. de Virginibus, et Leander, de Instit. Virginum cap. 10, illas virginibus non omnibus quidem, sed sanis prohibuit, sicut e contrario easdem sanctus Benedictus Reg. cap. 56, monachis concessit ægrotis. Fuere tamen qui nec infirmi quidem iis uti vellent, ut Egesipus et Hieronymus narrant de Jacobo apostolo, Palladius de Isidoro atque Evagrio, de Basilio Gregor. Nazianzenus. Immo nec defuere inter philosophos qui hanc eamdem laudem sibi vindicarent, quemadmodum Seneca epist. 108, de seipso, et de Plotino Porphyrius tradiderunt.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *turpitudine sudoris* : melius alii longe plurimi, ac vet. edit., *turpitude pudoris* ; ubi reposuit Rom., . . . *corporis* ; nimirum ex. LXX, apud quos : *καλύψαι ἀσχημοσύνην χρωτὸς αὐτῶν*. Vulg. vero, *ut operiant carnem turpitudinis* : text. Hebr., . . *nuditatis*.

*tum ad virtutem conferat formositas : postremo qua cura ne quid affectatum aut effeminatum in nobis appareat, efficiendum ?*

81. Delectavit me diutius in partibus demorari verecundiæ ; quia ad vos loquebar, qui aut bona ejus ex vobis recognoscitis, aut damna ignoratis. Quæ cum sit omnibus ætatibus, personis, temporibus et locis apta, tamen adolescentes, juvenilesque annos maxime decet.

82. In omni autem servandum ætate, ut deceat quod agas et conveniat, et quadret sibi ordo vitæ tuæ. Unde <sup>c</sup> Tullius etiam ordinem putat in illo decore servari oportere : idque positum dicit in formositate, ordine, ornatu ad actionem apto : quæ difficile ait loquendo explicari posse, et ideo satis esse intelligi.

83. Formositatem autem cur posuerit, non satis intelligo ; quamvis ille etiam vires corporis laudet. Nos certe in pulchritudine corporis locum virtutis non ponimus, gratiam tamen non excludimus ; quia verecundia et vultus ipsos solet pudore obfundere, gratioresque reddere. Ut enim artifex in materia commodiore melius operari solet, sic verecundia in ipso quoque corporis decore plus eminent ; ita tamen ut etiam ipse non sit affectatus decor corporis : sed naturalis, simplex, neglectus magis quam expetitus, non pretiosus <sup>d</sup> et albertibus adjutus vestimentis sed

<sup>c</sup> Cic. lib. i Offic. pag. 368, lin. 29 : *Idque positum est in tribus rebus formositate, etc.*

<sup>d</sup> Ibid., lin. 49 : *Quibus in rebus duo sunt maxime fugienda, etc.* Albas vestes lætitiæ indices olim fuisse in confesso est. Hinc non solum Romanos in festis et in cœnis eum colorem indui solitos frequentissima scriptorum testimonia prodidere ; verum etiam sacri interpretes, quod Christi vestimenta in transfiguratione alba facta sint, quodque angeli post resurrectionem albatu apparuerint, ad eandem trahunt significationem : quo etiam non absurde id referatur, quod recens baptizati per octavam Paschatis in alba veste incedere soliti erant ; in quo tamen innocentiae quoque demonstrabatur indicium. Sed nec adeo lætitiæ addictus erat candidus color, ut non luctui etiam interserviret ; novimus enim quondam mulieres apud Romanos albatas fuisse in funeribus : quem morem etiam in Gallia servatum a reginis viduis fuisse volunt nonnulli. Alias tristitiæ niger seu pullus color convenire existimabatur ; unde sibi eum monachi, quorum est tum sua tum aliorum peccata flere delegerant. Quapropter Magnus Antonius, martyrii desiderio incensus, ne coloris monastici cognitus indicio, ab accessu judicis prohiberetur, album induit, ut disserit in ejusdem vita Rosveidus. Eo similiter colore sacras virgines indui solitas Baronius ad an. 57 scribit. Idem vero e quodam loco epistolæ Hieronymi ad Nepotianum, quam ad annum 393 refert, clericos antiquitus non pulla nec alba, sed castanea veste ac violacea usos colligens, addit in Ecclesia tunc primum irrepsisse colorem nigrum, cum monachismus in nonnullis Ecclesiis a clericis receptus est, et ex monachis episcopi creati sunt. Certe quidem in hac posteriori parte cum doctissimo Cardinali facere videtur, quod scribitur in vita sancti Martini, eum postquam ad episcopalem sedem evectus esset, nigrum pallium, quo prius monachum agens utebatur, retinuisse : verum ille in exponendo Hieronymi loco dissentit a Petro Cluniacensi ; hic enim eum ita interpretatur, ac si tantum admoneatur Nepotianum, in utriusque coloris usu fastum caveat. Sed quamvis

communibus; ut honestati vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitore.

**24 84.** Vox ipsa non remissa, non fracta, nihil femineum sonans, qualem multi gravitatis specie simulare consueverunt, sed formam quamdam et regulam ac succum virilem reservans. Hoc est enim pulchritudinem vivendi tenere, convenientia cuique sexui et personæ reddere. Hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnem actionem accommodus. Sed ut molliculum et infractum aut vocis sonum, aut gestum corporis non probo; ita neque agrestem ac rusticum. Naturam imitemur: ejus effigies, formula disciplinæ, forma honestatis est.

#### CAPUT XX.

*Ad conservandam verecundiam intemperantium hominum consortia, convivia extraneorum, ac mulierum commercia vitanda: sed otium nostrum domi in piis honestisque studiis insumendum.*

**85.** Habet sane suos scopulos verecundia, non quos ipsa invehit, sed quos sæpe incurrit; si intemperantium incidamus consortia, qui sub specie jucunditatis venenum infundunt bonis. Hi si assidui sunt, et maxime in convivio, ludo ac joco, enervant gravitatem illam virilem. Caveamus itaque ne dum relaxare animum volumus, solvamus omnem harmoniam, quasi concentum quemdam bonorum operum; usus enim cito inflectit naturam.

**86.** <sup>a</sup> Unde quam prudenter factis convenire ecclesiasticis, et maxime ministrorum officiis arbitror, declinare extraneorum convivia: vel ut ipsi hospitales situs peregrinantibus, vel ut ea cautione nullus sit opprobrio locus. Convivia quippe extraneorum occupationes habent, tum etiam <sup>b</sup> epulandi produunt cupiditatem. Subrepunt etiam fabulæ frequenter de sæculo ac voluptatibus: claudere aures non potes, prohibere, putatur superbiæ. Subrepunt etiam præter voluntatem pocula. Melius est tuæ domui semel excuses, quam alienæ frequenter: et ut ipse sobrius surgas, tamen ex aliena insolentia condemnari non debet præsentia tua.

**87.** <sup>c</sup> Viduarum ac virginum domos, nisi visitandi gratia, **25** juniores adire non est opus: et hoc cum

minus coacta videatur Baronii expositio, certum tamen est ab Ambrosio hoc loci aliud nihil clericis prohiberi, nisi candorem vestium affectatum ac nimis lucentem; ut quæ sequuntur satis ostendunt, nihil accedat nitore. Et hoc profecto mirifice convenit cum iis quæ Basiliius epist. 1, ad Gregorium Nazian., præcipit. Sed illam ipse consulas licet.

<sup>a</sup> Ita edit. ac mss. nonnulli: alii vero partim, unde prudenter faciliis convenire; partim, unde quod prudenter agitis, convenire, etc., non incongrue.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, epulandi produunt cupiditatem.

<sup>c</sup> Magnam semper gessit Ecclesia existimationis ministrorum suorum curam. Hinc est quod Ambrosius hoc loco tot conditionibus clericorum adolescentiorum cum viduis ac sacris virginibus congressum circumscribit. Qua etiam prudentia inducti quartæ synodi Carthaginensis antistites, ut significarent omnem hujusmodi familiaritatis occasionem tollendam e medio, definierunt can. 102: *Ad reatum episcopi pertinere.... si sustentandæ vitæ præsentis causa* (qua tamen vix alia justior esse potest) *viduæ*

*vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subjiciantur.* Cum autem qua ratione a clericis hujusmodi feminæ accedentes excipiendæ sint, S. Doctor nequaquam præcipiat; inde conjiciamus haud ita frequenter eas domo egredi ad invisendum quempiam consuevisse. Ab Ecclesia tamen universim provisum reperimus, ut mulier sine diaconissa ad diaconum debeat accedere. Quod si tanta cautione de simplici feminæ ad diaconum aditu constitutum sit, quis miraretur presbyterorum cum mulieribus contubernium tot canonibus proscriptum esse?

<sup>d</sup> Cic. lib. 1 Offic. pag. 363, lin. 12: *Prohibenda maxime ira*, etc. Hic porro dissidet a Cicerone noster Ambrosius; quandoquidem ille virtutem more Stoicorum in affectuum vacuitate, hic autem ex Christianorum scitis in moderatione constituit.

<sup>e</sup> Vel. edit. ac mss. aliquot, mala enim lex peccati.

<sup>f</sup> Quidam mss., affectione propositi in naturam vertat.

<sup>g</sup> Nonnulli mss. et edit. Gill. in marg. ac Rom. in corp., atque evinci non queat.

**A** senioribus, hoc est, vel cum episcopo, vel si gravior est causa, cum presbyteris. Quid necesse est ut de mus sæcularibus obtrectandi locum? Quid opus est ut illæ quoque visitationes crebræ accipiant auctoritatem? Quid si aliqua illarum forte labatur? cur alieni lapsus subeas invidiam? Quam multos etiam fortes illecebra decepit! Quanti non dederunt errori locum, et dederunt suspicioni!

**88.** Cur non illa tempora, quibus ab Ecclesia vacas, lectioni impendas? Cur non Christum revisas, Christum alloquaris, Christum audias? Illum alloquimur cum oramus, illum audimus cum divina legimus oracula. Quid nobis cum alienis domibus? Una est domus, quæ omnes capit. Illi potius ad nos veniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaribus Christi, non obsequium hominibus deferendum recepimus.

**89.** Humiles nos esse decet, mites, mansuetos, graves, patientes, modum tenere in omnibus; ut nullum vitium esse in moribus vel tacitus vultus, vel sermo annuntiet.

#### CAPUT XXI.

*Iracundiam priusquam oriatur, præcavendam; si oborta fuerit, reprimendam ac mitigandam: si nec id assequi valuerimus linguam saltem a conviviis coercendam; ut sint motus nostri puerilium commotionum similes. Dictum Architæ memoratur, ostenditurque Davidem ipsi hac in re factis et scriptis prævisse.*

**90.** Caveatur <sup>d</sup> iracundia, aut si præcaveri non potest, cohibeatur; <sup>e</sup> mala enim illex peccati indignatio est: quæ ita animum perturbat, ut rationi non relinquat locum. Primum est igitur, si fieri potest, ut morum tranquillitas usu quodam, <sup>f</sup> affectione, proposito, in naturam vertatur. Deinde quoniam ita plerumque motus infixus est naturæ ac moribus, ut evelli <sup>g</sup> atque evitari non queat: si prævideri potuerit, ratione reprimatur. Aut si prius occupatus fuerit animus ab indignatione, quam consilio prospici ac provideri potuerit, ne occuparetur: meditare quomodo motum animi tui vincas, iracundiam temperes. Resiste iræ, si potes: cede, si non potes;

quia scriptum est : *Date locum iræ* (Rom. xii, 19).

94. Jacob fratri indignanti pie cessit (*Gen. xxvii, 42 et seq.*), et Rebecca, id est, patientiæ instructus consilio, abesse maluit et peregrinari, quam excitare fratris indignationem; et tunc redire, cum fratrem mitigatum putaret. Et ideo tantam apud Deum invenit gratiam. Quibus deinde obsequiis, quantis muneribus fratrem ipsum reconciliavit sibi; ut ille præreptæ benedictionis non meminisset, meminisset delatæ satisfactionis (*Gen. xxxii, 3 et seq.*)!

95. Ergo si prævenit et præoccupaverit mentem tuam iracundia, et ascenderit in te, non relinquant locum tuum. Locus tuus patientia est, **26** locus tuus sapientia est, locus tuus ratio est, locus tuus sedatio indignationis est. Aut si te contumacia respondentis moverit, et perversitas impulerit ad indignationem: si non poteris mitigare mentem, reprime linguam tuam. Sic enim scriptum est: *Cohibe linguam tuam a mulo, et labia tua ne loquantur dolorem*. Deinde inquire pacem, et sequere eam (*Psal. xxxiii, 14, 15*). Pacem illam sancti<sup>a</sup> Jacob vide, qua tu primum sedato animo: si non prævalueris, frenos linguæ impone tuæ: deinde reconciliationis studium non prætermittas. Hæc oratores sæculi de nostris usurpata in suis posuere libris: sed ille sensus hujus habet gratiam, qui prius dixit.

96. Vitiosus ergo, aut temperemus iracundiam; ne sit ejus aut in laudibus exceptio, aut in vitii exaggeratio. Non mediocre est mitigare iracundiam: non inferius quam omnino non commoveri. Hoc nostrum est, naturæ illud. Denique commotiones in pueris innoxie sunt, quæ plus habent gratiæ, quam amaritudinis. Et si cito pueri inter se moventur, facile sedantur, et majori suavitate in se recurrunt. Nesciunt se subdole artificiosæque tractare. Nolite hos contemnere pueros, de quibus Dominus ait: *Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut puer isto, non intrabitis in regnum cælorum* (*Matth. xviii, 3*). Itaque et ipse Dominus, hoc est, Dei virtus, sicut puer, cum malediceretur, non remaledixit: cum percuteretur non repercutit (*1 Petr. ii, 23*). Ita ergo te compara, ut quasi puer injuriam non teneas, malitiam non exerceas: omnia a te innocenter proficiantur. Non consideres quid ab aliis<sup>b</sup> in te revertatur. Locum tuum serva, simplicitatem et puritatem tui pectoris custodi. Noli respondere irato ad iracundiam ejus, sive imprudenti ad imprudentiam. Cito culpa culpam excutit. Si lapides teras, nonne ignis erumpit?

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *Jacob vide. Quanta primum sedatio animi*. Vet. edit. et pauci mss., *Jacob vide qua primum sedato animo*: alii nonnulli, *Jacob, Vide quantum: primum, etc.*; cæteri denique ut in textu, nisi quod pro, *qua tu*, legunt aliqui, *quanto: perperam*.

<sup>b</sup> Vet. edit. ad mss. nonnulli, *in te referatur*.

<sup>c</sup> Val. Maximus eadem refert de Archita lib. iv, cap. 1. Hunc autem fuisse constat Davide multo posteriore; ejus enim præceptorem Pythagoram vixisse annis demum 3389 post mundum conditum communior chronologorum calculus sancit; cum

94. Ferunt gentiles, ut in majus omnia verbis extollere solent<sup>c</sup> Architæ Tarentini dictum philosophi, quod ad villicum suum dixerit: O te infeliceem, quem afflictaem, nisi iratus essem! Sed jam David et armatam dexteram in indignatione compresserat (*1 Reg. xxv, 32*). Et quanto plus est non remaledicere, quam non vindicare? Et bellatores adversus Nabal ad ultionem paratos, Abigail deprecatione revocaverat. Unde advertimus tempestivis quoque intercessionibus non solum cedere nos, sed etiam delectari oportere. Eo usque autem delectatus est, ut benediceret intervenientem, quod ab studio vindictæ revocatus foret.

95. Jam dixerat de inimicis suis: *Quoniam declinaverunt in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi* (*Psal. lvi, 4*). Audiamus turbatus in ira quid dixerit: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam* (*Ibid., 7*)? Illi ad iracundiam provocabant, hic tranquillitatem eligebat.

96. Jam dixerat: *Irascimini, et nolite peccare* (*Psal. iv, 5*). Moralis magister, qui naturalem affectum inflectendum magis ratione doctrinæ, quam extirpandum **27** noverat, moralia docet; hoc est, irascimini ubi culpa est, cui irasci debeatis.<sup>d</sup> Non potest enim fieri, ut non rerum indignitate moveamur: alioquin non virtus, <sup>e</sup> sed lenitudo et remissio judicatur. Irascimini ergo ita, ut a culpa abstinatis. Vel sic: Si irascimini, nolite peccare, sed vincite ratione iracundiam. Vel certe sic: Si irascimini, vobis irascimini, quia commoti estis, et non peccabitis. Qui enim sibi irascitur, quia cito commotus est, desinit irasci alteri: qui autem vult iram suam justam probare, plus inflammatur, et cito in culpam cadit. Melior est autem secundum Salomonem (*Prov. xvi, 32*), qui iracundiam continet, quam qui urbem capit; quia ira etiam fortes decipit.

97. Cavere igitur debemus, ne in perturbationes prius incidamus, quam animos nostros ratio componat; exanimat enim mentem plerumque aut ira, aut dolor, aut formido mortis, et improvise percellit ictu. Ideo prævenire pulchrum est cogitatione, quævolvendo mentem exercent; ne repentinis excitetur commotionibus, sed jugo quodam rationis et habenis stricta mitescat.

## CAPUT XXII.

*De cogitationibus, et appetitu: deque decoro sermonis in confabulatione, ac disceptatione servando.*

98. Sunt autem gemini motus, hoc est, <sup>f</sup> cogitationum et appetitus: alteri cogitationum, alteri ap-

David jam inde ab anno 2887 floruerit. Alii tamen alii hæc ipsa attribuerunt, ut Laertius Platoni, Plutarchus Charillo, Theanoni Stobæus.

<sup>d</sup> Cic. lib. 1 Offic. pag. 370, lin. 4: *Objurgationes etiam nonnumquam incidunt necessariae, etc.*

<sup>e</sup> Ant. edit. cum parte mss., *sed lenitudo*: Gill. in marg. ac Rom. in textu, cum aliis mss., *sed lenitudo*: commodius; hæc siquidem in vitii est: at non alia.

<sup>f</sup> Cic. lib. 1, pag. 369, lin. 19: *Motus autem animorum duplices sunt, alteri cognitionis, alteri appetitus, etc.*



petitus : non confusi, sed discreti et dispares. Cogitationes verum exquirere, <sup>a</sup> et quasi emolere numeris habent : appetitus ad aliquid impellit agendum atque excitat. Itaque ipso genere naturæ suæ et cogitationes tranquillitatem sedationis infundunt, et appetitus motum agendi excutit. Ita ergo informati simus, ut bonarum rerum subeat animum cogitatio : appetitus rationi obtemperet (si vere ut illud decorum custodiamus, animum volumus intendere) ne rationem excludat rei alicujus affectus : sed ratio quid honestati conveniat, examinet.

99. <sup>b</sup> Et quoniam ad conservationem decori **28** spectare diximus, ut sciamus in factis dictisque quis modus : prior autem ordo loquendi quam faciendi est ; sermo in duo dividitur, in colloquium familiare, et in tractatum, disceptationemque fidei atque justitiæ. **B** In utroque servandum, ne sit aliqua perturbatio : sed tamquam mitis et placidus, et benevolentiae plenus et gratiæ, sine ulla sermo ducatur contumelia. Absit pertinax in familiari sermone contentio ; quæstiones enim magis excitare iuanes, quam utilitatis aliquid afferre solet. Disceptatio sine ira, suavitas sine amaritudine sit, monitio sine asperitate, hortatio sine offensione. Et sicut in omni actu vitæ id cavere debemus, ne rationem nimis animi motus excludat, sed teneamus consilii locum : ita etiam in sermone formulam eam teneri convenit, ne aut ira excitetur, aut odium, aut cupiditatis nostræ, aut ignaviæ aliqua exprimamus indicia.

100. Sit igitur sermo hujusmodi de Scripturis **C** maxime. Quid enim magis nos oportet loqui, quam de conversatione optima, adhortatione observationis,

<sup>a</sup> Mss. aliquot, et quasi emoliri.

<sup>b</sup> Cic. lib. 1. Offic. pag. 369, lin. 23 : *Et quoniam magna vis orationis, etc.* Intra etiam, lin. 39 : *Sit igitur hic sermo, in quo Socratici excellunt, lenis, etc.* Item lin. 40 : *Sed quoniam in omni vita, etc.* Universam autem concionum ecclesiasticarum materiam duobus membris comprehensam proponit Ambrosius ; aut enim circa fidem versatur, aut circa mores sive morales virtutes : has autem sub justitia, virtute scilicet universali, complectitur. Sic ipse Christus ad Joannem Baptistam, oportet nos implere omnem justitiam, id est, omnem virtutem ; et sanctus presul eandem justitiam generalem infra quasi in propria membra distribuit, nimirum in continentiam quæ ad nos ipsos, in justitiam particularem quæ ad proximum, denique in diligentiam quæ maxime ad Dei cultum atque obsequium pertinet. Quod autem subdit non unum tractatum esse oportere, sed prout se dederit peracta in Ecclesiæ conventu lectio, arripiendum ; præcipit quidem aliter sermonem cum in Scriptura de continentia agitur, aliter cum de justitia vel de pietate instituentium : non tamen meditationem seu preparationem removet ; immo potius eam requirit, ubi orationem æquo breviorum veterum fieri, causam hanc reddit, ne desidiam prodat atque incuriam. Sed forte iterum hac de re dicendi nascetur locus.

<sup>c</sup> Ibid., lin. 49 : *Et ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.*

<sup>d</sup> Supra, lin. 25 : *Contentionis præcepta Rhetorum sunt multa, etc.*

<sup>e</sup> Pag. 365, lin. 13 : *Ludo autem et joco uti illis quidem licet, etc.* S. Thomas 2-2, art. 168, art. 2, ad 1. Ambrosii verbis nihil aliud vult significari,

A disciplinæ custodia. Habeat <sup>e</sup> caput ejus rationem et finis modum. Sermo enim tædiosus iram excitat. Quam vero indecorum, ut cum omnis confabulatio habere soleat incrementum gratiæ, habeat nævum offensionis ?

101. Tractatus quoque de doctrina fidel, de magisterio continentiae, de disceptatione justitiæ, adhortatione diligentiae, non unus semper, sed ut se dederit lectio, nobis et arripiendus est, et prout possumus, prosequendus : neque nimium prolixus, neque cito interruptus ; ne vel fastidium derelinquat, vel desidiam prodat atque incuriam. Oratio pura, simplex, dilucida, atque manifesta, plena gravitatis et ponderis : non affectata elegantia, sed non intermissa gratia.

### CAPUT XXIII.

*Jocos etsi nonnumquam honesti sint, tamen in ecclesiasticis viris omnino proscribendos : vocem autem puram ac simplicem esse oportere.*

102. <sup>d</sup> Multa præterea de ratione dicendi dant præcepta sæculares viri, quæ nobis prætereunda arbitrator, <sup>e</sup> ut de jocandi disciplina. **29** Nam licet interdum honesta joca ac suavia sint, tamen ab ecclesiastica abhorrent regula ; quoniam quæ in Scripturis sanctis non reperimus, ea quemadmodum usurpare possumus ?

103. Cavenda enim etiam in fabulis, ne inflectant gravitatem severioris propositi. *Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis (Luc. vi, 21) !* ait Dominus : et nos ridendi materiam requirimus, ut hic ridentes, illic fleamus ? Non solum profusos, sed omnes etiam jocos declinandos arbitrator ; nisi forte <sup>f</sup> ple-

nisi jocos christianis oratoribus populo sacram doctrinam exponentibus abjiciendos esse. At bona cum venia tanti doctoris, jocos ab ecclesiastica regula abhorrent non idem videtur ac jocos abstinendum in tradenda sacra doctrina, sed nullam esse in sacris paginis aut canonibus regulam, qua joci clericis permittatur. Sed ut maxime de tradenda populo doctrina Christiana intelligatur hic locus, non tamen vim solvit objectionis ; sibi enim ille opposuerat ejusdem doctoris verba ex num. seq. ubi de fabulis, id est, familiari confabulatione agens, proposita Christi adversus ridentes comminatione, nullum omnino jocum non damnat. Neque vero mirum est Ambrosium jocorum usu clericis indicare, cum universum ridere homini christiano fas esse neget Basilius Reg. brevior. Inter. 31. Hunc etiam consule epist. 411, et Constit. monastic. cap. 12, quem in hac quoque doctrina S. Benedictus Regulæ suæ cap. 6 est imitatus. Quæ quidem ita pertinent ad ascetas, ut etiam omnibus quotquot virtutis studiosi fuerint, convenient, et maxime sacerdotibus, de quibus vere juxta ac pie Bernardus lib. 11 de Consid. cap. 13 : *Inter sæculares, inquit, nugæ sunt : in ore sacerdotis, blasphemiae.* Ad similit. Tract. de Ordine vitæ et morum Instit. inter opera S. Bernardo male ascripta, ubi cap. 3 textus Ambrosii, quo de agimus, ad verbum exscribitur. Cæteram fatendum in hoc genere omnium gravissime peccare eos, qui theatralis facetias ad sacrum transferunt suggestum, et histronica scurrilique dicacitate gravitatem evangelicam solvunt et conspurcant. Vide Mabillonii nostri notam ad Bernardi locum supra laudatum, J. B. Thiers et alios.

<sup>f</sup> Vet. edit. et quidam mss., *plenum tamen suavitatis.*

num suavitatis et gratiæ sermonem esse, non in- A decorum est. dijudicavit. Deinde cum descenderet in Ægyptum, monuit ut diceret se sororem esse, non uxorem ipsius.

104. Nam de voce quid loquar, quam simplicem et puram esse satis arbitror: <sup>a</sup> canoram autem esse naturæ est, non industriæ. Sit sane distincta pronuntiationis modo, et plena succi virilis; ut agrestem ac subrusticum fugiat sonum, non ut rythmum affectet scenicum, sed <sup>b</sup> mysticum servet.

#### CAPUT XXIV.

*Tria in vitæ actibus observanda, nimirum ut rationi appetitus subjiciatur, ut in studijs justa servetur moderatio, denique ut suo quæque tempore atque ordine gerantur. Quæ omnia in sanctis veteris Testamenti viris adeo præfulserunt, ut manifestum sit eos cardinalibus, quas vocant, virtutibus egregie instructos fuisse.*

105. De ratione dicendi satis dictum puto, nunc de actione vitæ quid congruat, consideremus. <sup>c</sup> Tria autem in hoc genere spectanda cernimus: unum, ut rationi appetitus non reluctetur; hoc enim solummodo possunt officia nostra illi decoro convenire. Si enim appetitus rationi obediat, facile id quod deceat in omnibus officiis conservari potest. Deinde ne majore studio quam res ipsa est quæ suscipitur, <sup>d</sup> vel minore: aut parvam magno ambitu suscepisse, aut magnam inferiore destituisse videamur. Tertium de moderatione studiorum, operumque nostrorum: de ordine quoque rerum et de opportunitate temporum, non dissimulandum puto.

106. Sed primum illud quasi fundamentum est C omnium, ut appetitus rationi pareat: secundum et tertium idem est, hoc est, in utroque moderatio. Vacat enim apud nos speciei liberalis, quæ pulchritudo habetur, et dignitatis contemplatio. Sequitur de ordine rerum, et de opportunitate temporum. Ac per hoc tria sunt, quæ videamus utrum in aliquo sanctorum consummata possimus docere.

107. Primum ipse pater Abraham, qui ad magisterium futuræ successionis informatus et instructus est, jussus, exire de terra sua, et de cognatione sua, et de domo patris sui (Gen. xii, 1 et seq.); nonne <sup>e</sup> multiplicatæ necessitudinis præstrictus affectu, tamen appetitum rationi obedientem præbuit? Quem enim terræ suæ, cognationis, domus D quoque propriæ gratia non delectaret? Et hunc ergo mulcebat suorum suavis, sed imperii cælestis 30 et remunerationis æternæ consideratio movebat amplius. Nonne considerabat uxorem imbecillem ad labores, teneram ad injurias, decoram ad incentiva insolentium, sine summo non posse duci periculo? Et tamen subire omnia, quam excusare consultius

<sup>a</sup> Cic. lib. 1 Offic., pag. 369, lin. 29: *In voce autem duo sequamur, ut clara sit et suavis*, etc.

<sup>b</sup> *Mysticum servet*, id est, mysteriorum sanctitatis congruum.

<sup>c</sup> Cic. lib. 1, pag. 370, lin. 57: *In omni autem actione suscipienda, tria sunt tenenda*, etc.

108. Adverte, quanti appetitus. Timebat uxoris pudori, timebat propriæ saluti, suspectas habebat Ægyptiorum libidines; et tamen prævaluit apud eum ratio exsequendæ devotionis. Consideravit enim quod Dei favore ubique tutus esse posset, offenso autem Domino, etiam domi non posset illæsus manere. Vicit igitur appetitum ratio, et obedientem sibi præstitit.

109. <sup>f</sup> Capto nepote, non perterritus neque tot regum turbatus populis, bellum repetit: victoria potitus, prædæ partem cujus ipse fuit auctor, recusavit (Gen. xiv, 14 et seq.). Promisso quoque sibi B filio, cum consideraret emortui corporis sui vires depositas, sterilitatem conjugis, et supremam senectutem, etiam contra usum naturæ Deo credidit (Gen. xv, 6).

110. Adverte convenire omnia. Appetitus non defuit, sed repressus est: animus æqualis gerendis, qui nec magna pro vilibus, nec minora pro magnis duceret, moderatio pro negotiis, ordo rerum, opportunitas temporum, mensura verborum. Fide primus, justitia præcipuus, in prælio strenuus, in victoria non avarus, domi hospitalis, uxori sedulus.

111. Sanctum quoque ejus nepotem Jacob delectabat domi securum degere: sed mater voluit peregrinari, ut daret fraternæ iracundiæ locum (Gen. xxvii, 24 et seq.). Vicit appetitum consilii salubritas. Exsul domo, profugus a parentibus, ubique tamen convenientem mensuram negotiis tenuit, et temporibus opportunitatem reservavit. Acceptus domi parentibus, ut alter maturitate provocatus obsequii benedictionem daret, alter amore pio propenderet (Gen. xxv, 34). Fraterno quoque judicio prælatus, cum cibum suum fratri cedendum putasset: delectabatur utique alimento secundum naturam, sed secundum pietatem cessit petito. Pastor domino gregis fidus, socero gener sedulus, impiger in labore, in convivio parcus, in satisfactione prævius, in remuneratione largus (Gen. xxxi, 6 et seq.). Denique sic fraternam mitigavit iracundiam; ut cujus verebatur inimicitias, adipisceretur gratiam (Gen. xxxiii, 1).

112. Quid de Joseph loquar, qui utique habebat cupiditatem libertatis, et suscepit servitii necessitatem? Quam subditus in servitute, quam in virtute constans, quam benignus in carcere, sapiens in interpretatione, in potestate moderatus, in ubertate providus, in fame justus, ordinem laudis rebus adjungens, et opportunitatem temporibus, æquitatem populis officii sui moderatione dispensans (Gen. xxxix, 1 et seq.)?

<sup>d</sup> Mss. non pauci, *vel minorem ac parvam magno ambitu*, etc.

<sup>e</sup> Nonnulli mss. ac edit., *multiplicatæ*; quædam, *multiplici necessitudinis præstrictus affectu*.

<sup>f</sup> Rom. edit. cum uno vel altero mss., *Capto nepotem.... bello repetit*.

113. Job quoque juxta secundis, atque adversis A rebus irreprehensibilis, patiens, gratus Deo atque acceptus, vexabatur doloribus, sed se consolabatur (Job. II, 3 et seq.).

31 114. David etiam fortis in bello, patiens in adversis, in Hierusalem pacificus, in victoria mansuetus, in peccato dolens, in senectute providus, rerum modos, vices temporum per singularum sonos servavit ætatum; ut mihi videatur non minus vivendi genere, quam canendi suavitate prædulcis <sup>a</sup> immortalæ Deo sui fuisse meriti cantilenam (I Reg. XVII).

115. Quod his viris principalium virtutum officium defuit? Quarum primo loco <sup>b</sup> constituerunt prudentiam, quæ in veri investigatione versatur, et scientiæ plenioris infundit cupiditatem: secundo justitiam, quæ suum cuique tribuit, alienum non vindicat, utilitatem propriam negligit, ut communem æquitatem custodiat: tertio fortitudinem, quæ et in rebus bellicis excelsi animi magnitudine, et domi eminet, corporisque præstat viribus: quarto temperantiam, quæ modum, ordinemque servat omnium, quæ vel agenda, vel dicenda arbitramur.

#### CAPUT XXV.

*Exposito cur ductum non fuerit a memoratis virtutibus exordium, easdem in veteribus Patribus existisse pressius demonstratur.*

116. Hæc forsitan aliquis dicat primo loco oportuisse, quoniam ab his quatuor virtutibus nascuntur officiorum genera. Sed hoc artis est, <sup>c</sup> ut primo officium definiatur, postea certa in genera dividatur. Nos autem artem fugimus, exempla majorum proponimus: quæ neque obscuritatem afferant ad intelligendum, neque ad tractandum versutias. Sit igitur nobis vita majorum disciplinæ speculum, non calliditatis commentarium: imitandi reverentia, non disputandi æstutia.

117. Fuit igitur in sancto Abraham primo loco prudentia, de quo dicit Scriptura: *Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam* (Gen. xv, 6).

<sup>a</sup> Ita mss. frequentissimi, ac edit. Era. et Gill. in marg. Alii tamen nonnulli et omnes edit. in contextu, *moralem Deo*: Benig., *immortalis Deo sui*, etc.

<sup>b</sup> Cic lib. I, pag. 352, lin. 36: *Sed omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua*, etc.

<sup>c</sup> Pag. 351, lin. 27: *Placet igitur, quoniam omnis disputatio de officio futura est, ante definire*, etc.

<sup>d</sup> Plana sunt quæ hic tribuuntur Manichæo atque Ario; hunc enim imperfectionem Christo, quem in creaturarum ordinem dejecit, affinxisse, illum vero corporalium rerum creationem diabolo adjudicasse, nemo est qui nesciat. At vero id fortasse cuiquam moveat difficultatem, quod Marcioni potius quam Ario jungatur Eunomius. Constat siquidem hunc Aetii fuisse discipulum cum Arianis, ut Socrates lib. II, cap. 15, testatur, idem et dicentis et sentientis, cujus etiam sectæ postea nomen dedit ipse Eunomius, ut idem Socrates loco citat., sicut et lib. I, cap. 7 et 13 significat. Cui jungere licet Sozomenum lib. IV, cap. 25, et lib. VI, cap. 26, atque alios. Sed nodum solvit Theodoretus; hic enim cum lib. II Hist. cap. 29, tantum scripsisset Eunomium Aarii blasphemiam nova impietatis accessione cumulasse, in lib. IV Hær. fabul. rem evolvit enucleatius ita inquiens: *Baptizans usque ad pectus aqua ma-*

Nemo enim prudens, qui Deum nescit. Denique insipiens dixit quia *non est Deus* (Psal. XIII, 1); nam sapiens non diceret. Quomodo enim sapiens qui non requirit auctorem suum, qui dicit lapidi: *Pater meus es tu* (Jerem II, 27): <sup>d</sup> qui dicit diabolo, ut Manichæus: *Auctor meus es tu?* Quomodo sapiens Ariannus, qui mavult imperfectum auctorem habere atque degenerem, quam verum atque perfectum? <sup>e</sup> Quomodo sapiens Marcion atque Eunomius, qui malunt Deum malum quam bonum habere? Quomodo sapiens, qui Deum suum non timet? *Initium enim sapientiæ timor Domini* (Psal. CX, 9). Et alibi habes: *Sapientes non declinant de ore Domini, sed tractant* 32 *in confessionibus suis* (Prov. XXIV, 7). Simul quoque dicente Scriptura: *Reputatum est ei ad justitiam; alterius virtutis ei gratiam detulit.*

118. Primi igitur nostri definiunt prudentiam in veri consistere cognitione. Quis enim illorum ante Abraham, David, Salomonem? Deinde justitiam spectare ad societatem generis humani. Denique David ait: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in æternum. Justus miseretur, justus commodat* (Psal. CXI, 9). Sapienti et justo totus mundus divitiarum est. Justus communia pro suis habet, sua pro communibus. Justus se ipsum, priusquam alios, accusat. Ille enim justus, qui nec sibi parcit, et occulta sua latere non patitur. Vide quam justus Abraham. In senectute susceperat filium per reprobationem (Gen. XXII, 3 et seq.), reprobanti Domino negandum ad sacrificium, quamvis unicum, non putavit.

119. Adverte hic omnes virtutes quatuor in uno facto. Fuit sapientiæ, Deo credere, nec filii gratiam anteferre auctoris præcepto: fuit justitiæ, acceptum reddere: fuit fortitudinis, appetitum ratione cohibere. Ducebat hostiam pater, interrogabat filius, tentabatur affectus patrius, sed non vincebatur. Repetebat filius appellationem paternam, compungebat paterna viscera, sed non minuebat devotio-

*deficiant, reliquis autem partibus tamquam execrandis aquam adhibere prohibent.... Sed et aliud audere illos dicunt, quod scriptis committere non ausim*, etc. Illic profecto aperte colligitur eum admisisse duplex principium, bonum alterum a quo partes corporis superiores quas bonas esse non negabant, procederent: malum alterum a quo inferiores, quas malas esse iidem contendebant. Unde miramur eos qui collectos ejusdem Eunomii errores scripto prodiderunt, ut puta ex antiquis Epiphanium et Augustinum, e recentioribus vero Baronium, Petavium aliosque omnes, impietatem de qua hic loquitur beatus Doctor, non advertisse. Porro in causa forte fuit ejusdem erroris atrocitas, cur in quibusdam imperatorum legibus, qualis ea Gratiani fuit, cujus meminit Sozomenus lib. VII, c. 1, cum liberum cuique relinquatur quancumque religionem aut cœtum sectari prohibito, adjectum fuerit, exceptis Manichæis, Photinianis et Eunomianis. Non videtur certe dubium quin Ambrosius ipse ad hanc blasphemiam respexerit lib. II Hexæm. cap. 5, ubi nominantur Eunomiani *radicis degeneris*, Arianorum scilicet, *fructus deterior*.

<sup>e</sup> Mss. non pauci, *Quomodo sapiens, ut Ariannus.... ut Marcion*.

nem. Accedit et quarta virtus, temperantia. Tenebat A justus et pietatis modum, et executionis ordinem. Denique dum sacrificio necessaria vebit, dum ignem adolet, dum filium ligat, dum gladium educit, hoc immolandi ordine meruit, ut filium reservaret.

120. Quid sapientius sancto Jacob, qui Deum vidit facie ad faciem, et meruit benedictionem (*Gen. xxxii, 1 et seq.*)? Quid justius, qui ea quæ acquisierat, oblatiis muneribus cum fratre divisit? Quid fortius, qui cum Deo luctatus est? Quid modestius eo qui modestiam ita et locis et temporibus deferebat, ut filiæ injuriam mallet prætexere conjugio, quam vindicare; eo quod inter alienos positus amori potius consulendum, quam odia colligenda censebat?

121. Noe quam sapiens, qui tantam fabricavit arcam (*Gen. vi, 14 et seq.*)! Quam justus, qui ad B semen omnium reservatus, solus ex omnibus et præteritæ generationis superstes est factus, et auctor futuræ, mundo potius et universis magis quam sibi natus! Quam fortis, ut diluvium vinceret! Quam temperans, ut diluvium toleraret! quando introiret, qua moderatione degeret, quando corvum, quando columbam dimitteret, quando 33 reciperet revertentes, quando exeundi opportunitatem caperet, agnosceret?

#### CAPUT XXVI.

In inquirenda veritate contra sua præcepta peccasse philosophos: Moysen vero illis sapientiorum se præbuisse. Eo majore studio enitendum ad comparandam sapientiam, quo major est ipsius dignitas, ad quam omnes ipsa natura impelluntur.

122. Itaque tractantur in veri investigatione tenendum illud decorum, ut summo studio requiramus quid verum sit, non falsa pro veris ducere, non obscuris vera involvere, non superfluis vel implexis atque ambiguis occupare animum. Quid tam indecorum, quam venerari ligna, quod ipsi faciunt? Quid tam obscurum, quam de astronomia et geometria tractare, quod probant; et profundi aeris spatia metiri, cælum quoque et mare numeris includere: relinquere causas salutis, errores quærere.

123. At non ille eruditus in omni sapientia Ægyptiorum Moyses probavit ista: sed illam sapientiam detrimentum et stultitiam judicavit, et aversus ab ea, intimo Deum quæsivit affectu; ideoque vidit, interrogavit, audivit loquentem. Quis magis sapiens quam ille quem docuit Deus, qui omnium sapientiam Ægyptiorum, omnesque artium potentias operis sui virtute evacuavit (*Exod. iii, 1 et seq.*)? Non hic incognita pro cognitis habebat, hisque temere assentiebatur: quæ duo in hoc maxime naturali atque honesto loco vitanda discant, qui sibi nec contra naturam

<sup>a</sup> Cic. lib. 1 Offic., pag. 352, lin. 42: *Velut ex ea parte, quæ primo descripta est.... inest indagatio atque inventio veri*, etc.

<sup>b</sup> Ibidem pag. 353, lin. 4: *Ex quatuor autem locis in quos*, etc.

<sup>c</sup> Sic vet. edit. cum mss. pluribus nec non antiquioribus: Rom. vero cum aliis, *pecuniæ imprudenti*. LXX interp., ἵνα τί ὑπῆρξε χρήματα ἀφροῦ:

esse, nec turpe judicant saxa adorare, et a simulacris auxilium petere, quæ nihil sentiant.

124. Quanto igitur excelsior virtus est sapientia, tanto magis enitendum arbitror, ut assequi eam possimus. Itaque ne quid contra naturam, ne quid turpe atque indecorum sentiamus, duo hæc, id est, et tempus et diligentiam ad considerationem rerum examinandi gratia referre debemus. Nihil est enim quo magis homo cæteris animantibus præstet, quam quod rationis est particeps, causas rerum requirit, generis sui auctorem investigandum putat, in cujus potestate vitæ necisque nostræ potestas sit, qui mundum hunc suo nutu regat, cui sciamus rationem esse reddendam nostrorum actuum. Nihil est enim quod magis proficiat ad vitam honestam, quam ut credamus eum judicem futurum, quem et occulta non fallant, et indecora offendant, et honesta delectent.

125. Omnibus igitur hominibus inest secundum naturam humanam verum investigare, quæ 34 nos ad studium cognitionis et scientiæ trahit, et inquirendi infundit cupiditatem. In quo excellere universis pulchrum videtur, sed paucorum est assequi: quivolvendo cogitationes, consilia examinando, non mediocrem impendunt laborem; ut ad illud beate honesteque vivendum pervenire possint, atque operibus appropinquare. *Non enim qui dixerit*, inquit, *michi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui fecerit ea quæ dico* (*Math. vii, 21*). Nam studia scientiæ sine factis, haud scio an etiam involvant magis.

#### CAPUT XXVII.

Primum officii fontem esse prudentiam, ex qua derivatæ tres aliæ virtutes, ita cum ea atque inter se connexæ sunt, ut ab invicem divelli ac separari nequeant.

126. Primus igitur Officii fons<sup>b</sup> prudentia est. Quid enim tam plenum officii, quam deferre Auctori studium atque reverentiam? Qui tamen fons et in virtutes derivatur cæteras; neque enim potest justitia sine prudentia esse, cum examinare quid justum, quidve injustum sit, non mediocris prudentiæ sit; summus in utroque error. *Qui enim justum judicat injustum, injustum vero justum, execrabilis apud Deum. Ut quid abundant<sup>c</sup> justitiæ imprudenti?* Salomon ait (*Prov. xvii, 15, 16*). Neque iterum prudentia sine justitia est; pietas enim in Deum initium intellectus. Quo advertimus illud ab hujus sæculi translatum magis quam inventum sapientibus; quia pietas fundamentum est omnium virtutum.

127. Justitiæ<sup>d</sup> autem pietas est prima in Deum, secunda in patriam, tertia in parentes, item in omnes: quæ et ipsa secundum naturæ est magisterium. Siquidem ab ineunte ætate ubi primum sensus infun-

a quibus non abluunt cæteræ versiones; nisi quod Aq. et Theod. scribunt, ἵνα τί τοῦτο ἀντάλλαγμα ἐν χειρὶ ἀνοήτου, magis ad textum Hebraicum.

<sup>d</sup> Cic. ibid. lin. 22: *De tribus autem reliquis, latissime patet eoratio*, etc. Docet hoc loco sanctus Ambrosius pietatem justitiæ annexam esse, quod etiam astruit Angelicus Doctor, 2-2, q. 8, a. 1. Et hæc pietas donum est Spiritus sancti, ut docet idem Thomas 2-2, q.

di cœperit, vitam amamus tamquam Dei munus, patriam, parentesque diligimus, deinde æquales quibus sociari cupimus. Hinc charitas nascitur, quæ alios sibi præfert, non querens quæ sua sunt, in quibus est principatus justitiæ.

128. Omnibus quoque animantibus innascitur, a primum salutem tueri, cavere quæ noceant, expe-tere quæ prosint, ut pastum, ut latibula quibus se a periculo, imbribus, sole defendant, quod est prudentiæ. Succedit quoque ut omnium genera animantium congregabilia natura sint: primo generis sui ac formæ consortibus, tum etiam cæteris; ut videmus boves armentis, b equos gregibus, et maxime pares paribus delectari: cervos quoque cervis, et plerumque 35 hominibus adjungi. Jam de procreandi studio et sobole, vel etiam generantium amore, quid B loquar, in quo est forma justitiæ præcipua?

129. Liquet igitur et has, et reliquas cognatas sibi esse virtutes. Siquidem et fortitudo (23, quæst. 3, c. Fortitudo) quæ vel in bello tuetur a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena sit justitiæ: et scire quo consilio defendat atque adjuvet, captare etiam temporum et locorum opportunitates, prudentiæ ac modestiæ sit: et temperantia ipsa sine prudentia modum scire non possit: opportunitatem noscere, et secundum pœn- suram reddere, sit justitiæ: et in omnibus istis magnanimitas necessaria sit, et quædam fortitudo mentis, plerumque et corporis; ut quis quod velit, possit implere.

#### CAPUT XXVIII.

*Societatem constare justitiâ et beneficentia: illius partes duas ultionem et privatam possessionem a Christianis non agnoscere: quod vero de rerum communitate ac mutuo auxilio tradunt Stoici, hoc eos e Scripturis sacris mutatos esse. Quantum justitiæ splendor, et quinam scopuli accessum ad illam præpediant.*

130. Justitia c igitur ad societatem generis humani, et ad communitatem refertur. Societatis enim ratio dividitur in duas partes, justitiam et beneficentiam, quæ eamdem liberalitatem et benignitatem vocant: justitia mihi excelsior videtur, liberalitas gratior: illa censuram tenet, ista bonitatem.

121, art. 1, de illa vero quæ ad parentes, quamque virtutem ipse vocitat, in eo dissentit ab Ambrosio, quod parentes patriæ, Ambrosius autem patriam parentibus præponi jubet. Prævit autem sancto Præsuli Cicero lib. Offic. pag. 353, lin. 32: *Sed quoniam, ut præclare scriptum est a Platone, non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici, etc.* Item pag. 358, lin. 35: *Sed cum omnia ratione animoque lustraveris, omnium societatem nulla est gratior, nulla charior, quam ea quæ cum Rep. est unicuique nostrum. Chari sunt parentes, chari liberi, etc.* Lib. quoque III, pag. 400, lin. 30: *Quid si tyrannidem occupare, si patria proderet conabitur pater? .... Ad extremum si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet salutem patriæ.* Cæterum quæ verba ex Platone a s3 translata dicit Orator, ea reperiuntur epist. 9 ejusdem philosophi, quæ est ad Architam †, hunc in modum: *Ἀλλὰ κάκεινο δαί σε ἐθυμῆσθαι ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὐτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τὰς γενέσεως ἡμῶν*

A 131. Sed d primum ipsum quod putant philosophi justitiæ munus, apud nos excluditur. Dicunt enim illi eam primam esse justitiæ formam, ut nemini quis noceat, nisi lacessitus injuria: quod Evangelij auctoritate vacuatur (Luc. ix, 56); vult enim Scriptura, ut sit in nobis spiritus Filii hominis, qui venit conferre gratiam, non inferre injuriam.

132. Deinde formam justitiæ putaverunt, ut quis e communia, id est, publica pro publicis habeat, privata pro suis. Ne hoc quidem secundum naturam, natura enim omnia omnibus in commune profudit. Sic enim Deus generari jussit omnia † ut pastus omnibus communis esset, et terra foret omnium quædam communis possessio. Natura igitur jus commune generavit, usurpatio jus fecit privatam. Quo in loco aiunt e placuisse Stoicis, quæ in terris gignantur, omnia ad usus hominum creari: homines autem hominum causa esse generatos; ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint.

133. Unde hoc, nisi de nostris Scripturis dicendum assumpserunt? Moyse enim scripsit, quia dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem nostram et secundum similitudinem, et habeat potestatem piscium maris, et volatilium cœli, et pecorum;* 36 *et omnium repentium super terram (Gen. 1, 26).* Et David ait: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi: volucres cœli, et pisces maris (Psal. viii, 8, 9).* Ergo omnia subjecta esse homini de nostris didicerunt, et ideo censent propter hominem esse generata.

C 134. Hominem quoque hominis causa generatum esse in libris Moysi reperimus, dicente Domino: *Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adjutorium simile sibi (Gen. ii, 18).* Ad adjumentum ergo mulier data est viro, quæ generaret; ut homo homini adjumento foret. Denique antequam mulier formaretur, dictum est de Adam: *Non est inventus adjutor similis illi (Ibid., 20);* adjumentum enim homo nisi de homine habere non poterat. Ex omnibus igitur animantibus nullum animal simile, et ut absolute dicamus, nullus adjutor hominis inventus est: mulieribus igitur sexus adjutor expectabatur.

135. h Ergo secundum Dei voluntatem, vel naturæ

D τὸ μὲν τὴ πατρὶς μερίζεται, τὸ δὲ τὶ οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι.

a Cic. lib. I Offic. pag. 352, lin. 4: *Principio generi animantium omni est a natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, etc.*

b Nonnulli mss., equos vel arietes gregibus.

c Cic. lib. I Offic., pag. 353, lin. 22: *De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, etc.*

d Ibid., lin. 25: *Sed justitiæ primum munus est ut ne cui, etc.*

e Ibid., lin. 26: *Deinde ut communibus utatur pro communibus, privatis ut suis. Sunt autem, etc.*

f Mss. aliquot, ut partus omnibus communis esset. Et terra ergo foret, etc. Melius alii ac edit ut in textu.

g Cic. lib. I Offic., pag. 353, lin. 32: *Sed quoniam, ut præclare scriptum est, etc.*

h Ibid., lin. 36: *In hoc naturam debemus ducem sequi, etc.* Item pag. 357, lin. 37: *Optime autem societas hominum, etc.*

copulam, invicem nobis esse auxilio debemus, certare officiis, velut in medio omnes utilitates ponere, et ut verbo Scripturæ utar, adjumentum ferre alteri, vel studio, vel officio, vel pecunia, vel operibus, vel quolibet modo; ut inter nos societatis augeatur gratia. Nec quisquam ab officio vel a periculi terrore revocetur: sed omnia sua ducat, vel adversa vel prospera. Denique sanctus Moyses pro populo patriæ bella suscipere gravia non reformidavit, nec regis potentissimi trepidavit arma, nec barbaricæ immanitatis expavit ferociam: sed abjecit salutem suam, ut plebi redderet libertatem.

136. <sup>b</sup> Magna itaque justitiæ splendor, quæ aliis potius nata quam sibi, communitatem et societatem nostram adjuvat: <sup>c</sup> excelsitatem tenet; ut suo judicio omnia subjecta habeat, opem aliis ferat, pecuniam

conferat, officia non abnuat, pericula suscipiat aliena. 137. Quis non cuperet hanc virtutis arcem tenere, <sup>d</sup> nisi prima avaritia infirmaret atque inflecteret tantæ virtutis vigorem? Etenim dum augere opes, aggregare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, præstare divitiis; justitiæ formam exuimus, beneficentiam communem amisimus. Quomodo enim potest justus esse, qui studet eripere alteri, quod sibi quærat?

138. Potentiæ <sup>e</sup> quoque cupiditas, formam justitiæ virilem effeminat? Quomodo enim potest pro aliis intervenire, qui alios sibi subjicere conatur: et infirmo adversus potentes opem ferre, qui ipse gravem libertati affectat potentiam?

### 37 CAPUT XXIX.

*Justitiam in bello etiam atque ipsis hostibus servari oportere Moysis ac Elisæi exemplis ostenditur: ab Hebræis mutuo veteres accepisse, ut hostes appellarent nomine mollioris: denique justitiæ fundamentum in fide esse, ac formam in Ecclesia.*

139. Quanta autem justitia sit ex hoc intelligi potest, quod nec locis, nec personis, nec temporibus excipitur, quæ etiam <sup>f</sup> hostibus reservatur; ut si constitutus sit cum hoste aut locus aut dies prælio, adversus justitiam putetur aut loco prævenire, aut tempore. Interest enim utrum aliquis pugna aliqua et conflictu gravi capiatur, <sup>g</sup> an superiore gratia, vel aliquo eventu. Siquidem vehementioribus hostibus et infidis, et his qui aniplius læserint, vehementior refertur ultio; ut de Madianitis qui per mulieres suas plerosque peccare fecerant ex plebe Judæorum, unde et Dei in populum patrum iracundia effusa est. Et ideo factum est ut nullum Moyses victor super-

<sup>a</sup> Cic. lib. 1 Offic., p. 354, lin. 35: *Est enim difficilis cura rerum alienarum; quamquam Terentianus, etc.*

<sup>b</sup> Ibid., pag. 353, lin. 25: *In qua virtutis splendor est maximus.*

<sup>c</sup> Ibid., pag. 352, lin. 25: *Ex quo animi magnitudo, etc.*

<sup>d</sup> Ibid., pag. 353, lin. 49: *Maximam autem partem ad injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, etc.*

<sup>e</sup> Ibid., pag. 354, lin. 7: *Maxime autem adducuntur plerique, etc.*

<sup>f</sup> Cic. lib. 1 Offic. pag. 355, lin. 23: *Atque in republica maxime conservanda jura belli, etc.*

A esse pateretur (*Num. xxxi, 3 et seq.*): Gabaonitas autem qui fraude magis quam bello tentaverant plebem patrum, non expugnaret Jesus; sed conditionis impositæ afficeret injuria (*Josue ix, 20 et seq.*). Syros vero Elisæus, quos obsidentes in civitatem induerat, momentanea cæcitate percussos, ut quo ingrederentur videre non possent, volenti regi Israel percutere non acquiesceret dicens: *Non percutes quos non captivasti in lancea et in gladio tuo: pone eis panem et aquam, ut manducent et bibant, et remittantur et eant ad dominum suum (IV Reg. vi, 14 et seq.)*; ut humanitate provocati gratiam repræsentarent. Denique postea in terram Israel venire piratæ Syriæ destiterunt.

140. Si ergo etiam in bello justitia valet, quanto magis in pace servanda est? Et hanc gratiam propheta his detulit, qui ad eum corripiendum venerant. Sic enim legimus, quod in obsidionem ejus miserat rex Syriæ exercitum suum, cognito quod Elisæus esset, qui consiliis et <sup>h</sup> argumentationibus ejus obviaret omnibus. Quem videns exercitum Giezi servus prophetæ, de salutis periculo trepidare cœpit. Cui dixit propheta: *Noli timere, quoniam plures nobiscum sunt, quam cum illis.* Et rogante propheta ut aperirentur oculi servo suo, aperti sunt. Et vidit itaque Giezi totum ~~campum~~ equis repletum et curribus in circuitu Elisæi. Quibus descendentibus ait propheta: *Percute, Deus, cæcitate exercitum Syriæ.* Quo impetrato, dixit ad Syros: *Venite post me, et ducam vos ad hominem quem quæritis.* Et viderunt Elisæum, quem corripere gestiebant: et videntes tenere non poterant. Liqueat <sup>i</sup> igitur etiam in bello fidem et justitiam servari oportere, nec illud decorum esse posse, si violetur fides.

141. Denique etiam <sup>i</sup> adversarios molli veteres appellatione nominabant, ut peregrinos vocarent; hostes enim antiquo ritu peregrini dicebantur. Quod æque etiam ipsum de nostris assumptum dicere possumus; adversarios enim suos Hebræi Allophylos, hoc est, alienigenas Latino appellabant vocabulo. Denique in libro Regnorum primo sic legimus: *Et factum est in diebus illis, convenerunt alienigenæ in pugnam ad Israel (I Reg. iv, 1).*

142. <sup>i</sup> Fundamentum ergo est justitiæ fides; justorum enim corda meditantur fidem: et qui se D justus accusat, justitiam supra fidem collocat; nam tunc justitia ejus apparet, si vera fateatur. Denique et Dominus per Esaiam: *Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamentum Sion (Esai. xxviii, 18)*, id est, Chri-

<sup>g</sup> *Superiore gratia*, id est, majori aliqua temporis aut loci opportunitate, ut contextus clare demonstrat.

<sup>h</sup> *Argumentatio* non idem hic sonat atque argumenti seu rationis explicatio: sed idem prorsus valet, atque argute sive acute excogitata machinatio.

<sup>i</sup> Cic. lib. 1 Offic., pag. 355, lin. 46: *Equidem illud etiam animadverto quod qui proprio nomine perduellis esset, etc.*

<sup>j</sup> Ibid. pag. 353, lin. 39: *Fundamentum autem est justitiæ fides, etc.*

stum in fundamenta Ecclesiae. Fides enim omnium, A Christus : Ecclesia autem quaedam forma justitiae est. Commune jus omnium : <sup>a</sup> in commune orat, in commune operatur, in commune tentatur. Denique qui se ipsum sibi abnegat; ipse justus, ipse dignus Christo est. Ideo et Paulus fundamentum posuit Christo (I Cor. III, 11), ut supra eum opera justitiae locaremus; quia fides fundamentum est : in operibus autem aut malis iniquitas, aut bonis justitia est.

## CAPUT XXX.

*De beneficentia-et ejus partibus benevolentia et liberalitate : quomodo illae simul jungendae sint; quaenamve adjuncta, ut liberalitatem cum laude ac merito quis exerceat, requirantur ?*

143. Sed jam de beneficentia loquamur, quae dividitur etiam ipsa in benevolentiam et liberalitatem. B Ex his igitur duobus constat beneficentia, ut sit perfecta. Non enim satis est bene velle (*Dist. 86, c. Non satis*), sed etiam bene facere : nec satis est iterum bene facere, nisi id ex bono fonte, hoc est, bona voluntate profisciscatur : *Hilarem enim datorem diligit Deus* (II Cor. IX, 7). Nam si invitus facias, quae tibi merces est? Unde Apostolus generaliter : *Si volens hoc ago, mercedem habeo : si invitus, dispensatio mihi credita est* (I Cor. IX, 17). In Evangelio quoque multas disciplinas accepimus justae liberalitatis.

144. Pulchrum est igitur bene velle, et eo largiri consilio, <sup>b</sup> ut prosis, non ut noceas. Nam si luxurioso ad luxuriae effusionem, adultero ad mercedem adulterii largiendum putes; non est beneficentia ista, ubi nulla est benevolentia. Officere enim istud est, non prodesse alteri, si <sup>39</sup> largiaris ei qui conspiret adversus patriam, qui congregare cupiat tuo sumptu perditos, qui impugnent Ecclesiam. Non est haec probabilis liberalitas, si adjuves eum qui adversus viduam et pupillos gravi decernit jurgio, aut vi aliqua possessiones eorum eripere conatur.

145. Non probatur largitas, <sup>c</sup> si quod alteri largitur, alteri quis extorqueat : si injuste quaerat, et juste dispensandum putet; nisi forte ut ille Zacchaeus (*Luc. XIX, 8*), reddas prius quadruplum ei quem fraudaveris : et gentilitatis vitia fidei studio et credentis operatione compenses. Fundamentum igitur habeat liberalitas tua.

146. Hoc primum quaeritur, ut cum fide conferas,

<sup>a</sup> Ad frequentandas Ecclesiae synaxes precesque D in communi apud Deum fundendas maximo semper opere populum Christianum exhortati sunt antiqui Patres, ut cognoscimus non modo ex vetustissima illa epistola nomine beati Barnabae promulgata, verum etiam ex Ignatii epist. ad Ephes. ex Apoget. Tertuliani cap. 39, aliisque innumeris tum Patrum testimoniis, tum canonibus conciliorum. Verum tamen non de publicis huius precibus hic agi verisimilius est : sed cum dicitur, *in commune orat*, etc., hoc tantummodo significari, pro omnibus, sive in omnium utilitatem orat, operatur, ac tentatur : in quo sanctorum communio posita est. Neque tamen ita Ecclesia orat in commune, ut non etiam preces nuncupet pro singulis : vidimus quippe tomo superiori Ambrosium peccatoribus, ut ad Ecclesiae orationes confugerent, non semel suasisse : at vero hae ipsae preces pro singulorum utilitatibus conceptae, etiam in commodum

fraudem non facias oblati; ne dicas te plus conferre, et minus conferas. Quid enim opus est dicere? Fraus promissi est : in tua potestate est largiri quod velis. Fraus fundamentum solvit, et opus corrumpit. Numquid Petrus ita indignatione efferbuit, ut Ananiam exstingui vellet, vel uxorem ejus (*Act. V, 3 et seq.*)? Sed exemplo eorum noluit perire caeteros.

147. Nec illa perfecta est liberalitas, <sup>d</sup> si jactantiae causa magis quam misericordiae largiaris. Affectus tuus nomen imponit operi tuo : quomodo a te profisciscitur, sic aestimatur. Vides quam moralem judicem habeas. Te consulit, quomodo opus tuum suscipiat, mentem tuam prius interrogat. *Nesciat, inquit, sinistra tua, quid faciat dextera tua* (*Matth. VI, 3*). Non de corpore loquitur, sed etiam unanimes tuus, frater tuus quod facis nesciat; ne dum hic mercedem quaeris jactantiae, illic remunerationis fructum amittas. Perfecta autem est liberalitas, ubi silentio quis tegit opus suum, et necessitatibus singulorum occulte subvenit : quem laudat os pauperis, et non labia sua.

148. Deinde <sup>e</sup> perfecta liberalitas (*Dist. 86, c. Non satis, § Perfecta liberalitas*) fide, causa, loco, tempore commendatur; ut primum opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa si, sciente te, fidelis egeat : si scias eum sine sumptu esse, <sup>f</sup> famem tolerare, aeternam perpeti, qui praesertim egere erubescat : si in causam ceciderit aut captivitatis suorum, aut calumniae, et non adjuves : si sit in carcere, et poenis, et suppliciis propter debitum aliquod justus excrucietur (nam etsi omnibus debetur misericordia, C tamen justo amplius) si tempore afflictionis suae nihil a te impetret : si tempore periculi quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri. De quo pulchre Job dixit : *Benedictio perituri in me veniat* (*Job. XXXI, 13*).

149. Personarum quidem Deus acceptor non est, quia novit omnia. Nos autem omnibus quidem debemus misericordiam : sed quia plerique fraude eam quaerunt, et asungunt aeternam; <sup>40</sup> ideo ubi causa manifestatur, persona cognoscitur, tempus urget, largius se debet profundere misericordia. Non enim avarus Dominus est, ut plurimum quaerat. Beatus quidem qui dimittit omnia, et sequitur eum : sed et ille beatus est, <sup>g</sup> qui quod habet, ex affectu facit. Denique duo aera viduae illius divitum muneribus

universorum charitatis beneficio derivantur. Juvat etiam hic adnotare sanctum doctorem continuo posui, non uni fidei, quod heterodoxo faciunt, sed etiam operibus ex fide atque charitate profectis justificationem attribuere.

<sup>b</sup> Cic. lib. I Offic., pag. 356, lin. 37 : *Videndum est enim primum ne obsit benignitas et iis ipsis quibus, etc.*

<sup>c</sup> Cic. lib. I Offic., pag. 356, lin. 42 : *Et qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt injustitia, etc.*

<sup>d</sup> Ibid., pag. 357, lin. 3 : *Videre etiam licet plerisque non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos, etc.*

<sup>e</sup> Ibid., lin. 6 : *Tertium est propositum ut in liberalitate delectus, etc.* Item lin. 33 : *Sed in collocando beneficio, etc.*

<sup>f</sup> Mss. aliquot et vet. edit., *fame laborare.*

<sup>g</sup> Edit. ultimae Paris. cum uno aut altero mss.,

prætulit (*Luc. xxi, 3*); quia totum illa quod habuit, **A** *est, secundum id quod habet, acceptum est, non secundum quod non habet. Non enim ut aliis refectio sit, vobis autem angustia: sed ex æqualitate in hoc tempore, vestra abundantia ad illorum inopiam, ut illorum abundantia sit ad 4] vestram inopiam; ut fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit: et qui modicum, non minoravit (Ibid., 11 et seq.).*

150. Est etiam illa probanda liberalitas (*Dist. 86, c. Est probanda*), <sup>b</sup> ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deponere, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamen ut illi ditiores eo fieri velint, quod tu potes conferre inopibus; causa enim præstat, non gratia. Neque enim propterea te Domino dicasti, ut tuos divites facias: sed ut vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, et pretio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere? Pretium tuum quæerunt, vitæ tuæ fructum adimere contendunt, <sup>c</sup> et se juste facere putant. Et accusat quod eum divitem non feceris, cum te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede.

151. Consilium prompsimus, auctoritatem petamus. Primum neminem debet pudere, si ex divite pauper fiat, dum largitur pauperi; quia Christus pauper factus est, cum dives esset, ut omnes sua inopia ditaret. Dedit regulam quam sequamur, ut bona ratio sit exinaniti patrimonii; si quis pauperum famem repulit, inopiam sublevavit. Unde *et consilium in hoc do*, Apostolus dicit: *Hoc enim vobis utile est, ut Christum imitemini (II Cor. viii, 10)*. Consilium bonis datur, correptio errantem coercet. Denique quasi bonis dicit: *Quia non tantum facere, sed et velle coepistis ab anno præterito (Ibid.)*. Perfectorum utrumque est, non pars. Itaque docet et liberalitatem sine benevolentia, et benevolentiam sine liberalitate non esse perfectam. Unde ad perfectum hortatur, dicens: *Nunc ergo et facere consummate, ut quemadmodum prompta est in vobis voluntas sciendi, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta*

*qui quod debet; melius aliæ ac reliqui codd., qui quod habet, supple, in potestate: ut Marci xiv, 8, quod habuit, hæc fecit.*

<sup>a</sup> Cic. lib. i, pag. 356, lin. 49: *Alter erat locus cautionis, etc.* Item pag. 358, lin. 9: *Sed quoniam copia parvæ sunt, etc.*

<sup>b</sup> Ibid., pag. 358, lin. 40: *Sed si contentio quædam et comparatio fiat, etc.*

<sup>c</sup> *Et se juste facere putant, absunt isthæc ab ant. edit. ac maximo numero mss. ea tamen non solum in edit. Rom. sed etiam in mss. quatuor invenire est. Infra vero ubi edit. omnes, Consilium præmisimus; mss. fere ad unum legunt, Consilium prompsimus. Obiter autem animadvertite quanta Ambrosii prudentia hic innotescat, quæ ita pietati quod suum est, ascribit, ut nihil detrahat justitiæ. Etenim pietatis est cognatos affinesque in beneficentia collocanda non præterire, sed eos primorum pauperum habere loco: justitiæ vero, non illos ex eo quod aliis debetur pauperibus, ditare. Nec vero existimandum est hoc*

**D** *veluti majoris cujusdam perfectionis esse consilium, alioqui enim nequitiam adderetur, et accusat quod eum divitem non feceris, cum te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede. Facessant igitur inepta cupiditatis humane tegumenta. Ecclesiæ nunquam fuit hoc propositum vel sacerdotis luxui, vel consanguineorum ejus ambitioni satisfacere.*

<sup>d</sup> Ne quis crederet modum omnem in largiendo semper esse imperfectioni conjunctum, ex eo nimium quod proxime dixerat, *Ideo modum, quia imperfectis dabat consilium*; clarius mentem suam exponit, asserens qui sibi partem aliquam patrimonii retinuerit, ne oneri sit Ecclesiæ, eum nequaquam, imperfectum existimandum. Hinc cognoscimus ad Ambrosii nostri sententiam Augustinum severitatis aliquid adjecisse, qui clericos omnino patrimonio suo spoliatos volebat communem vitam simul agere, ut discere est e compluribus ejusdem operum locis, sed maxime ex lib. de Conum. vita Clericorum.



inter natos mulierum, inferior tamen erat eo, qui minor est in regno cœlorum.

157. Potest et sic : Non abundat Dei gratia corporaliter, quia spiritalis est. Quis potest ejus aut magnitudinem aut latitudinem comprehendere, quam non videt? Fides si fuerit sicut granum sinapis, montes transferre potest, et non tibi datur ultra granum sinapis. Si abundet in te gratia <sup>a</sup>, non est verendum ne mens tua tanto munere incipiat extolli; quia multi sunt qui ab altitudine cordis sui gravius corruerunt, quam si nullam habuissent Domini gratiam? Et qui parum habet, non minuit; quia non est corporeum ut dividatur: et quod parum videtur habenti, plurimum est cui nihil deest.

42 158. Consideranda <sup>b</sup> etiam in largiendo (*Dist. 36, c. Consideranda*) aetas atque debilitas, nonnumquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales; ut senibus plus largiaris, qui sibi labore jam non queunt victum quærere. Similiter et debilitas corporis, et hæc juvanda promptius. Tum si quis ex divitiis cecidit in egestatem: et maxime si non vitio suo, sed aut latrociniiis, aut proscriptione, aut calumniis, quæ habebat, amisit.

159. Sed forte dicat aliquis: Cæcus uno loco sedet et præteritur, et juvenis validus frequenter accipit. Et verum est, quia obrepit per importunitatem. Non est illud judicii, sed tædii. Nam et Dominus ait in Evangelio (*Luc, xi, 8*) de eo qui jam clauserat ostium suum, si quis ostium ejus procaecius pulset, quia surgit et dat illi propter importunitatem.

### CAPUT XXXI.

*Acceptum beneficium largiori manu remittendum terræ præcipitur exemplo: nec non adductus ad eandem rem Salomonis de convivio locus, postea spiritali sensu exponitur.*

160. Pulchrum quoque est propensioem ejus haberi rationem, qui tibi aut <sup>c</sup> beneficium aliquod, aut munus contulit, si ipse in necessitatem incidit. Quid enim tam contra officium, quam non reddere quod acceperis? Nec mensura pari, sed uberiore reddendum arbitror, et <sup>d</sup> usum pensare beneficii; ut et tu subvenias, quantum ejus ærumnam repellas. Etenim superiorem non esse in referendo <sup>e</sup> quam in conferendo beneficio, hoc est minorem esse, quoniam qui prior contulit, tempore superior est, humanitate prior.

<sup>a</sup> Negatio non deest in edit. omnibus et mss. nonnullis; ea tamen in longe pluribus potioribusque cod. reperitur. Si per interrogationem sententiam nobiscum acceperis; non incongrue.

<sup>b</sup> Cic. lib. I, pag. 357, lin. 6: *Tertium est propositum, ut in beneficentia*, etc. Item lib. II, pag. 382, lin. 12: *In illo autem altero genere largiendi*, etc.

<sup>c</sup> Ibid., lib. I, pag. 357, lin. 20: *Sin autem erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia*, etc.

<sup>d</sup> Edit. ac. pauci mss. *usum pensandum beneficii, ut tanto subvenias, quanto*, etc.

<sup>e</sup> *Quam in conferendo*, desunt in duobus mss. et Rom. edit. sed in reliquis exstant, nec sensum ullo modo impediunt.

<sup>f</sup> Cic. lib. I Offic., pag. 357, lin. 24: *Annon imitari*

161. Unde imitanda nobis est in hoc quoque natura terrarum, quæ susceptum semen multiplicatiori solet numero reddere quam acceperit. Ideo tibi scriptum est: *Sicut agricultura est homo insipiens, et tamquam vinea homo egens sensu. Si reliqueris eum, desolabitur* (*Prov. xxiv, 30, 31*). Sicut agricultura ergo etiam sapiens, ut tamquam fenerata sibi majore mensura semina suscepta restituat. Terra ergo aut spontaneos fructus germinat, aut creditos uberiore cumulo refundit ac reddit. Utrumque debes quodam hæreditario usu parentis, ne relinquaris sicut infœcundus ager. Esto tamen ut aliquis excusare possit <sup>f</sup> quod non dederit, quomodo excusare potest quod non reddiderit? <sup>g</sup> Non dare cuiquam vix licet, non reddere vero non licet.

B 162. Ideo pulchre Salomon ait: *Si sederis cœnare ad mensam potentis, sapienter intellige ea quæ apponuntur tibi: et mitte manum tuam sciens quod oportet te talia præparare. Si autem insatiabilis es, 43 noli concupiscere escas ejus; hæc enim obtinent <sup>h</sup> vitam fallacem* (*Prov. xxiii, 1 et seq.*). Quas nos imitari cupientes sententias, scripsimus. Conferre gratiam bonum est: at qui referre nescit, durissimus. Humanitatis exemplum ipsa terra suggerit. Spontaneos fructus ministrat quos non severis, multiplicatum quoque reddit quod acceperit. Negare tibi pecuniam numeratam non licet, quomodo licet acceptam non referre gratiam? <sup>i</sup> In proverbii quoque habes, quod ita plurimum redhibitio ista gratiæ apud Deum consuevit valere, ut etiam in die ruinæ inveniat gratiam quando possunt præponderare peccata. Et quid aliis utar exemplis, cum Dominus ipse remunerationem uberiorem sanctorum meritis in Evangelio polliceatur, atque exhortetur ut operemur bonum opus, dicens: *Dimittite et dimittetur vobis; date et dabitur vobis; <sup>j</sup> mensuram bonam, commotam, supereffluentem dabunt in sinum vestrum* (*Luc. vi, 37, 38*)?

163. Itaque et illud convivium Salomonis non de cibis, sed de operibus est bonis. Quo enim melius epulantur animi, quam bonis factis? Aut quid aliud tam facile potest justorum explere mentes, quam boni operis conscientia? Qui autem jucundioribus, quam facere voluistatem Dei? Quem cibum sibi solum Dominus abundare memoravit, sicut scriptum est in Evangelio: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei qui est in cœlo* (*Joan. iv. 54*).

*agros fertiles qui multo plus afferunt quam acciperunt.*

<sup>g</sup> Ibid., lin. 27: *Demus necne in nostra potestate est: non reddere viro bono non licet.*

<sup>h</sup> Omnes edit. et pauci mss., *vitam falsam*. Alii multo plures, *vitam fallacem*. LXX, ταῦτα γὰρ ἔχεται ζωῆς ψευδοῦς. Aq. et Th., καὶ αὐτὸς ἄριστος ψευσμάτων. Et continuo post edit. Amerb., *quam nos; alia quem nos*, etc.; mss. prope ad unum, *quas nos*, etc.

<sup>i</sup> Rom. edit. sola, *In Salomone quoque habes*: sed aut Ambrosius locum memoriter citavit, aut non libri titulum, sed materiam designavit; constat enim proverbialibus sententiis Ecclesiasticus. Infra vero eadem edit., *illud convivium in proverbii non de cibis*, etc.

<sup>j</sup> Rom. edit. sola, *Mensuram bonam conferentiam*.

164. Hoc cibo delectemur, de quo ait Propheta : *A* *enim sunt qui indigent beneficio, quam qui abundant.* *Delectare in Domino (Psal. xxxvi, 4).* Hoc cibo delectantur; qui superiores delectationes mirabili ingenio comprehenderunt, qui possunt scire qualis sit illa munda et intelligibilis mentis delectatio. Edamus ergo panes sapientiæ; et saturemur in verbo Dei; quia non in solo pane, sed in omni verbo Dei vita est hominis facti; ad imaginem Dei. De poculo vero satis expresse dicit sanctus Job : *Sicut terra exspectans pluviam, sic et isti sermones meos (Job. xxix, 23).*

#### CAPUT XXXII.

*Præmisso quid gratiæ ob memorati convivii fercula sit referendum, variæ reddendi beneficii rationes recensetur; ubi et de benevolentia laude, effectis atque ordine disseritur.*

165. Pulchrum est ergo ut divinarum Scripturarum humescamus alloquio, et quasi ros sic in nos Dei verba descendant. Cum igitur sederis ad illam mensam potentis, intellige quis sit iste potens: et in paradiso delectationis positus, atque in convivio sapientiæ locatus, considera quæ apponuntur tibi. Scriptura divina convivium sapientiæ est: singuli libri singula sunt fercula. **44** Intellige prius quæ habeant ferculorum dapes, et tunc mitte manum; ut ea quæ legis vel quæ accipis a Domino Deo tuo, operibus exsequaris, et collatam in te gratiam officii repræsentes: ut Petrus et Paulus, qui evangelizando vicem quamdam largitori muneris reddiderunt, ut possent singuli dicere: *Gratia autem Dei sum quod sum, et gratia ejus egena in me non fuit: sed abundantius illis omnibus laboravi (I Cor. xv, 10).*

166. Alius ergo fructum accepti beneficii, ut aurum auro, argentum argento rependit: alius laborem, alius, haud scio an etiam locupletius, <sup>a</sup> solum restituit affectum. Quid enim si reddendi nulla facultas suppetit? In beneficio referendo plus animus quam census operatur: magisque præponderat benevolentia, quam possibilitas referendi in muneris. Gratiæ enim in eo ipso quod habetur, refertur. Magna igitur benevolentia, quæ etiam si nihil conferat, plus exhibet: et cum in patrimonio nihil habeat, largitur pluribus; idque facit sine ullo sui dispendio, et lucro omnium. Et ideo præstat benevolentia supra ipsam liberalitatem. Ditiore hæc moribus, quam illa muneribus; plures

<sup>a</sup> Cic. Offic. lib. II, p. 384, lin. 26: *Nimirum enim inops ille, si bonus est vir, etiam si referre gratiam non potest, habere certe potest, commode autem, etc.*

<sup>b</sup> Cic. Offic. lib. I, p. 358, lin. 46: *Consilia, sermones, cohortationes, etc.*

<sup>c</sup> Translata est hæc sententia ex Cic. lib. de Amicitia, p. 425, lin. 18, ubi habetur: *Solem enim e mundo tollere videtur, qui amicitiam e vita tollunt.*

<sup>d</sup> Cic. lib. I Offic. p. 358, lin. 5: *Ex quo sunt illa communia: non prohibere aquam profluentem: pati ab igne, etc.*

<sup>e</sup> Post voces, *deferre hospitium*, edit. Rom. continuo subjungit, *aquam de aqua profluenti dare, lumen de lumine accendere.* Verum non satis attenderunt qui ei præferunt, viri doctissimi, verba ista, *Non igitur, etc.*, quamdam esse parentthesin quæ per causam verborum, *deferre hospitium*, introducta est.

*enim sunt qui indigent beneficio, quam qui abundant.*

167. Est autem benevolentia etiam conjuncta liberalitati, a qua ipsa liberalitas proficiscitur, cum largitatis affectum sequitur largiendi usus: et separata atque discreta. Ubi enim deest liberalitas, benevolentia manet, communis quædam parens omnium, quæ amicitiam connectit et copulat: <sup>b</sup> in consilii fidelis, in prosperis læta, in tristibus mœsta; ut unusquisque benevolentis se magis quam sapientis credat consilio: ut David cum esset prudentior, Jonathan tamen junioris consilii acquiescebat. <sup>c</sup> Tolle ex usu hominum benevolentiam, tamquam solem e mundo tuleris, ita erit; quia sine ea usus hominum esse non potest <sup>d</sup> ut peregrinanti monstrare viam, revocare errantem, <sup>e</sup> deferre hospitium, (non igitur mediocris virtus, de qua sibi plaudebat Job dicens (Job. xxxi, 32): *Foris autem non habitabat hospes, janua mea omni venienti patebat*) aquam de aqua profluenti dare, lumen de lumine accendere. Benevolentia itaque in his est omnibus, tamquam fons aquæ reficiens sitientem, et tamquam lumen quod etiam in aliis luceat, nec illis desit, qui de suo lumine aliis lumen accenderint.

168. Est etiam illa benevolentia liberalitas, ut si quod habes debitoris chirographum, scindens restituas, nihil a debitore consecutus debiti. Quod exemplo sui facere nos debere Job sanctus admonet (*Ibid.*, 35 et seq.). Nam qui habet, non mutuatur: qui non habet, non liberat sygrapham. Quid igitur etiam si ipse non exigas, avaris hæredibus reservas, quam potes cum benevolentia laude sine damno pecuniæ repræsentare?

**45** 169. Atque ut plenius discutiamus; <sup>f</sup> benevolentia a domesticis primum profecta personis, id est, a filiis, parentibus, fratribus, per conjunctionum gradus in civitatum pervenit ambitum, et de paradiso egressa mundum replevit. Denique cum in viro et femina benevolentem Deus posuisset affectum, dixit: *Erunt ambo in una carne (Gen. II, 24)*, et in uno spiritu. Unde se Eva serpenti credidit; quoniam quæ benevolentiam acceperat, esse malevolentiam non opinabatur.

#### CAPUT XXXIII.

*Benevolentiam in Ecclesia maxime, et earundem aut affinium virtutum hominibus perseverare.*

170. Augetur benevolentia cœtu & Ecclesiæ, fidei

<sup>f</sup> Cic. Offic. lib. I, pag. 357, lin. 37: *Optime autem societas hominum, etc.* Item, pag. 358, lin. 16: *Arctior vero colligatio societatis propinquorum..... prima societas in ipso est conjugio, etc.* Nec non lin. 40: *Sed si contentio quædam, etc.*

<sup>g</sup> *Ibid.*, pag. 358, lin. 24: *Magnum est enim eadem habere, etc.* Videtur autem per voces *percipiendæ gratiæ necessitudine* potissimum ea signari necessitudo, quæ inter ordinantem atque ordinatum, baptizantem et baptizatum, nec non inter catechizantem et catechizatum contrahitur, quo etiam referri potest quæ inter susceptores atque susceptos nascitur sacra cognatio. Quarum autem appellationem Ecclesiæ societas origo est, primam dicit *reverentiam filiorum*, qua videlicet non solum Christiani laici, sed et clerici quoque episcopos patris nomine salutabant, ut infra, cap. 41, beatum Sixtum ter compellat eo nomine sanctus

consortio, initiandi societate, percipiendæ gratiæ necessitudine, mysteriorum communione. Hæc enim etiam appellationes necessitudinum, reverentiam filiorum, auctoritatem et pietatem patrum, germanitatem fratrum sibi vindicant. Multum igitur ad cumulandam spectat benevolentiam necessitudo gratiæ.

171. Adjuvant etiam parium <sup>a</sup> studia virtutum. Siquidem benevolentia etiam morum facit similitudinem. Denique Jonathas filius regis imitabatur sancti David mansuetudinem, propter quod diligebat eum (I. Reg. xix, 2 et seq.). Unde et illud : *Cum sancto sanctus eris (Psal. xvii, 26)*, non solum ad conversationem, sed etiam ad benevolentiam derivandum videtur. Nam utique et filii Noe simul habitabant, et non erat in his morum concordia (Gen. ix, 22 et seq.). Habitabant etiam in domo patria Esau et Jacob, sed discrepabant (Gen. xxv, 27). Non enim erat benevolentia inter eos, quæ sibi præferret alterum : sed magis contentio, quæ præriperet benedictionem (Gen. xxvii, 14 et seq.). Nam cum alter prædurus, alter mansuetus esset, inter dispares mores, et studia compugnantia, benevolentia esse non poterat. Adde quia sanctus Jacob paternæ degenerem domus virtuti præferre non poterat.

172. Nihil autem tam <sup>b</sup> consociabile, quam cum æquitate justitia : quæ velut compar et socia **46** benevolentia, facit ut eos quos pares nobis credimus, diligamus. Habet autem in se benevolentia, etiam fortitudinem; nam cum amicitia ex benevolentia fonte procedat, non dubitat pro amico gravia vitæ sustinere pericula : *Et si mala mihi, inquit, evenerint per illum, sustineo (Eccli. xxii, 31)*.

Laurentius. Secundum vero statuit auctoritatem et pietatem patrum, qua nempe ibidem Sixtus vicissim appellat Laurentium, et Ambrosius cum passim hoc in opere clericos suos, tum alibi pluribus locis sacras virgines atque viduas filias nominat, quod quidem non minus pietatis esse quam auctoritatis ipsemet satis indicavit cap. 7, ubi ait : *Neque enim minus vos diligo, quos in Evangelio genui, quam si in conjugio suscepissem*, etc. Tertio demum loco germanitatem fratrum collocat, quo vocabulo primos Christianos nominari consuevisse ex bene multis intelligitur Actuum apostolorum, canonicarumque epistolarum locis.

<sup>a</sup> Cic. Offic. lib. i, p. 358, lin. 25 : *Sed omnium societatum nulla præstantior est*, etc. Item lin. 30 : *Nihil autem est amabilius*, etc.

<sup>b</sup> Ibid., lin. 28 : *Et quamquam omnis virtus nos ad se allicit, facitque ut eos diligamus*, etc.

<sup>c</sup> Ibid., lin. 32 : *Efficiturque id quod Pythagoras*, etc.

<sup>d</sup> Ibid., lin. 46 : *Interdum etiam objurgationes in amicis*, etc.

<sup>e</sup> Ibid., lin. 43 : *Sed his omnibus officiis tribuendis*, etc.

<sup>f</sup> Ibid., pag. 359, lin. 11 : *Intelligendum est autem, cum proposita*, etc. Quod Ambrosius armorum tractationem clericis illicitam esse patefaciens, particulam jam semel et iterum hic adhibeat, manifestum est hoc modo eos distingui vel ab antiqui foederis sacerdotibus ac levitis quibus arma ferre nefas non erat, vel potius a laicis Christianis, quos quidem Evangelica lex non prohibet a militia. Scimus tamen Erasmum traduci a Sixto Sen. lib. vi Biblioth., annot. 156, nec non ab aliis nonnullis, quasi in suis

## CAPUT XXXIV.

*Alia nonnulla benevolentia commoda memorantur.*

173. Benevolentia etiam gladium iracundiæ extorquere consuevit. Benevolentia facit ut amici vulnera utilia quam voluntaria inimici oscula sint (Prov. xxvii, 6). <sup>e</sup> Benevolentia facit, ut unus fiat ex pluribus; quoniam si plures amici sint, unus fiunt, in quibus unus spiritus et una sententia est. Simul advertimus etiam <sup>d</sup> correptiones in amicitia gratas esse, quæ aculeos habent, dolorem non habent. Compungimur enim censoriis sermonibus, sed benevolentia delectamur sedulitate.

174. Ad summam, non <sup>e</sup> omnibus eadem semper officia debentur, nec personarum semper, sed plerumque causarum et temporum prælationes sunt, ut vicinum quis interdum magis quam fratrem adjuverit. Quoniam et Salomon dicit : *Melior vicinus in proximo, quam frater longe habitans (Ibid., 10)*. Et ideo plerumque amici se benevolentia quisque committit, quam fratris necessitudini. Tantum valet benevolentia, ut plerumque pignora vincat naturæ.

## CAPUT XXXV.

*De fortitudine quæ dividitur in bellicam atque domesticam : primam sine justitia et prudentia virtutem non esse : alteram maxime in tolerantia esse positam.*

175. Satis copiose justitiæ loco honesti tracturam et vim tractavimus. Nunc de <sup>f</sup> fortitudine tractemus, quæ velut excelsior cæteris, dividitur in res bellicas et domesticas. Sed bellicarum rerum studium a nostro officio jam alienum **47** videtur, quia animi magis quam corporis officio intendimus : nec ad arma jam spectat usus noster, sed ad pacis negotia. Majo-

Annot. in cap. iii, maxime vero in xxii Evang. secundum Lucam voluerit licitum non esse Christianis bellum gerere; adversæque opinioni notam inusserit impietatis. Verum ipsemet ita mentem explicat suam, ut sola Christianorum in Christianos bella penitus damnet, Christianorum autem contra Barbaros eatenus dicat se approbare cum Ambrosio, ut simul admonet hæc ipsa puritatis evangelicæ non esse. Attamen hoc non ita habere vel hinc intelligas quod hi Cæsares quos ob gesta bella laudatos ab Ambrosio Erasmus narrat, non omnes semper pugnare contra Barbaros. Etenim qui inter illos principes ordinem ducit Theodosius, bello Maximum atque Eugenium tyrannos, Christianos tamen, est persecutus. Et certe infra lib. iii, cap. 3, bellum a se non improbari S. Doctor palam indicat, ubi ait : *Cum gloriosum unicuique ducatur, si periculis propriis quærat universarum tranquillitatem*, etc. Quod igitur sanctus Martinus ubi primum christianus factus est, militia, Sulpitio Severo teste, abdicare cogitans, *Christi, inquit, ego sum, pugnare non mihi licet*; hoc ad singularem Spiritus sancti impulsu, quo ille ad perfectius vocabatur pugnandi genus, referri debet. Hinc est quod imperatores, qui suis edictis milites spirituali hac militia interdixere, a sanctis Patribus liberius objurgati sunt. Alias autem eis qui Christo nomen dedissent, liberum semper fuisse armorum usum vel hoc evincit, quod primis temporibus referti erant militibus christianis exercitus etiam ethnicorum imperatorum. Vide Tertullianum de Corona militis, cap. 11; Aug. de Lib. Arbit., cap. 5; Serm. 303, de S. Laurentio; de Civ. Dei lib. 1, cap. 21, et alibi pluribus locis, et præter cæteros S. Thomam 2-2, q. 40.

res autem nostri, ut Jesus Nave, Hierobaal, Samson, David summam rebus quoque bellicis retulere gloriam.

176. Est itaque fortitudo velut excelsior cæteris, sed numquam incomitata virtus; non enim seipsam committit sibi: alioquin <sup>a</sup> fortitudo sine justitia iniquitatis materia est. Quo enim validior est, eo promptior ut inferiorem opprimat; cum in ipsis rebus bellicis justa bella an injusta sint, spectandum putetur.

177. Numquam David nisi læcessitus bellum intulit. Itaque prudentiam fortitudinis comitem habuit in prælio. Nam et adversus Goliath immani mole corporis virum singulari certamine dimicaturus, arma quibus operaretur, respuit (I Reg. xvii, 40); virtus enim suis lacertis magis quam alienis integumentis nititur. Deinde exinus, quo gravius feriret, ictu lapidis hostem interemit. Postea numquam nisi consulto Domino (II Reg. v, 19 et seq.), bellum adorsus. Ideo in omnibus victor præliis, usque ad summam senectutem manu promptus, bello adversum Titanas suscepto, ferocibus bellator misceretur agminibus (II Reg. xxi, 15 et seq.) gloriæ cupidus, incuriosus saluti.

178. Sed non hæc sola præclara fortitudo est; sed etiam illorum gloriosam fortitudinem accipimus, qui per fidem magnitudine animi obstruxerunt leonum ora, exstinxerunt virtutem ignis <sup>b</sup>, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate fortes (Hebr. xi, 33, 34): qui non comitatu et legionibus succincti communem cum multis victoriam, sed nuda virtute animi singularem de perfidis retulerunt triumphum. Quam insuperabilis Daniel, qui <sup>c</sup> circa latera sua rugientes non expavit leones! Fremebant bestię, et ille quæbatur (Dan. xiv, 38).

#### CAPUT XXXVI.

Fortitudinis officium aliud esse, ut injuriam a debiliori depellamus: aliud ut non reatos animi motus coerceamus: aliud demum tam ut aspernemur humilitati, tum ut honesta infracto animo prosequamur. Quæ ab universis quidem Christianis, sed potissimum ab Ecclesiasticis viris præstandu demonstrantur.

178. Non igitur in <sup>d</sup> viribus corporis et lacertis tantummodo fortitudinis gloria est, sed magis in virtute animi: <sup>e</sup> neque in inferenda (23, q. 2, c. Non in inferenda), sed in depellenda injuria lex virtutis est. Qui enim non repellit a socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit. Unde (Exod. ii, 11 et seq.) sanctus Moyses hinc prius orsus

<sup>a</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 359, lin. 22: *Sed ea animi elatio quæ cernitur in periculis et laboribus, si justitia vacat, etc.*

<sup>b</sup> Ita Gill. et Rom. edit. cum parte mss.; aut. vero cum alia, *effugerunt aciem gladii*. Sed in Græco textu habetur, *ἐφυγον στόματα μαχαίρας, effugerunt*, etc., cui consentiunt varię translationes. At infra ubi omnes edit. ac mss. aliquot, *legionibus succincti*; legunt alii mss., *legionibus subjecti*, quidam *legionibus subjectis*, etc.

<sup>c</sup> Plures mss., *circa latera sua rudentes*.

<sup>d</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 361, lin. 38: *Omnino autem illud honestum, quod ex animo excelso, etc.*

A est tentamenta bellicæ fortitudinis. Nam cum vidisset Hebræum ab Ægyptio injuriam accipientem, defendit; ita ut Ægyptium sterneret, atque in arena absconderet. Salomou quoque ait: *Eripe eum qui ducitur ad mortem* (Prov. xxiv, 10).

179. Unde igitur hoc vel Tullius, vel etiam Panætius, aut ipse Aristoteles transtulerint, apertum est satis. Quamquam etiam his duobus antiquior dixerit Job: *Salvum feci pauperem de manu potentis, et pupillum cui adjutor non erat, adjuvi. Benedictio perituri in me veniat* (Job xxix, 12, 13). Nonne hic fortissimus, qui tam fortiter pertulit impetus diaboli, et vicit eum virtute mentis suæ? Neque vero de ejus dubitandum fortitudine, cui dicit Dominus: *Accinge sicut vir lumbos tuos, suscipe altitudinem et virtutem: omnem autem injuriosum humiliat* (Job. xl, 2). Apostolus quoque ait: *Habetis fortissimam consolationem* (Hebr. vi, 18). Est ergo fortis qui se in dolore aliquo consolatur.

180. Et re vera jure ea fortitudo vocatur, quando unusquisque se ipsum <sup>f</sup> vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non adversis perturbatur, non extollitur secundis, et quasi veuto quodam, variarum rerum circumfertur mutatione. Quid autem excelsius et magnificentius, quam exercere mentem, afficere carnem et in servitudinem redigere; ut obediat imperio, consilii obtemperet, ut in adeundis laboribus impigre exsequatur propositum animi ac voluntatem?

181. Hæc igitur prima vis fortitudinis, quoniam in duobus generibus <sup>g</sup> fortitudo spectatur animi. Primo, ut externa corporis pro minimis habeat, et quasi superflua despicienda magis quam expetenda ducat. Secundo, ut ea quæ summa sunt, omnes quæ res in quibus honestas et illud <sup>h</sup> *πρότερον cernitur*, præclara animi intentione usque ad affectum persequatur. Quid enim tam præclarum, quam ut ita animum informes tuam, ut neque divitiis, neque voluptates, neque honores in maximis constitutas, neque in his studium omne conteras? Quod cum ita affectus animo fueris, necesse est illud honestum ac decorum præponendum putes, illique mentem ita intendas tuam, ut quidquid acciderit quo <sup>i</sup> frangi aucti solent, aut patrimonii amissio, aut honoris immunitio, aut obtrectatio infidelium, quasi superior non sentias. Deinde ut te salutis ipsius pericula pro justitia suscepta non moveant.

182. Hæc vera fortitudo est, quam habet Christi

<sup>e</sup> Ibid., pag. 353, lin. 42: *Sed injustitiæ duo genera sunt, etc.*

<sup>f</sup> Ibid., pag. 360, lin. 13: *Non est autem consentaneum, qui metu non frangitur, eum frangi cupiditate, etc.*

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *fortitudo flectatur*; quidam, *flectitur animi*. Cic. Offic. lib. 1, pag. 359, lig. 49: *Omnino fortis animus et magnus duobus rebus maxime cernitur, etc.*

<sup>h</sup> In mss. dictio *πρότερον* varias peperit ineptias; in quibusdam enim legitur, *honestum cernitur*; in aliis, *proponi cernitur*; in nonnullis, *præponderare*; in aliquibus, *præpotens cernitur*.

<sup>i</sup> Mss. aliquot, *frangi homines solent*.

athleta, <sup>a</sup> qui, nisi legitimo certamine, non coronatur. An mediocre tibi videtur præceptum fortitudinis: *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio autem spem* (II Cor vii, 5)? Vide quot certamina, et una corona. Quod præceptum non datur, nisi qui est confortatus in Christo Jesu, cujus caro requiem non habebat. Afflictio undique: foris pugnae, intus timores. Et quamvis in periculis, in laboribus plurimis, in carceribus, in mortibus positus; animo tamen non frangebatur, sed præliabatur, adeo ut potentior suis fieret infirmitatibus.

183. Itaque considera quemadmodum eos qui ad officia Ecclesiae accedunt, quæscientiam rerum humanarum habere debere doceat. Si ergo **40** mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc velut viventes de hac mundo discernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne gustaveritis, quæ sunt omnia <sup>b</sup> ad corruptelam ipso usu (Coloss. ii, 20 et seq.). Et infra: Si ergo concurrebatis cum Christo, quæ sursum sunt querite, non quæ super terram (Coloss. iii, 1). Et iterum: *Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram* (Ibid., 5). Et hæc quidem adhuc omnibus fidelibus: tibi autem, fili, contemptum divitiarum, profanarum quoque et animum fabulorum suadet declinationem, nihil permittens nisi quod te exercent ad pietatem; quia corporalis exercitatio nulli rei usui est: pietas autem ad omnia utilis.

184. Exerceat ergo te pietas ad justitiam, continentiam, mansuetudinem; ut fugias juvenilia opera, confirmatus et radicatus in gratia bonum fidei su-

as beas certamen: non te implicet negotiis secularibus, quoniam Deo militas. Etiam si is qui imperatori militat, a <sup>c</sup> susceptionibus litium, actu negotiorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus; quanto magis qui fidei exerceat militiam, ab omni usu negotiationis abstinere debet, agelluli sui contemptus fructibus, si habet: si non habet, <sup>d</sup> stipendiorum suorum fructu! Siquidem bonus testis est qui dicit: *Juvenis fui, et senex, et non vidi justum derelictum, nec semen ejus querens panem* (Psal. xxxvi, 25). Ea est enim tranquillitas animi et temperantia, quæ neque studio querendi afficitur, neque egestatis metu angitur.

#### CAPUT XXXVII.

*Servandam ut in prosperis, ita et in adversis mentis æqualitatem; mala tamen interdum declinanda.*

185. Ea est etiam quæ dicitur <sup>e</sup> vacuitas animi ab aegoribus; ut neque in doloribus meliores simus, neque in prosperis elatiores. Quod si hi qui <sup>f</sup> ad escapendam rempublicam adhortantur aliquos, hæc præcepta dant, quanto magis nos qui ad officium Ecclesiae vocamur, talia debemus agere quæ placeant Deo; ut **50** præcedat in nobis virtus Christi, et ita simus nostro probati imperatori, ut membra nostra arma justitiæ sint, arma non carnalia in quibus peccatum regnet, sed arma fortia Deo quibus peccatum destituatur: inoriatur caro nostra, ut in ea omnis culpa moriatur; et quasi ex mortuis viventes, novis resurgamus operibus ac moribus!

186. Hæc sunt plena honesti et decori officii sti-

<sup>a</sup> Nonnulli mss., nisi qui legitime certaverit.

<sup>b</sup> Quidam mss., ad corruptelam ipsorum, et infra, filii, inquit, Timothee, contemptum divitiarum... suadeo, etc.

<sup>c</sup> Tria olim prohibita militibus fuisse ostendit Ambrosius, nimirum alienarum causarum defensionem aut procurationem, negotiorum etiam propriorum nendum alienorum in foro prosecutionem, distractionem rerum venalium. Et de mercatura quidem, quam per leges vetitam fuisse militibus Chrysostomus quoque in Epist. I ad Timotheum prodit, plana sunt Auctoris nostri verba: duas vero priores partes non alio, quam quo eas interpretamur, sensu explicandas esse ex his legibus, quæ plures in eandem materiam supersunt, intelligere est. Etiam quas ille litium susceptiones vocat, quis non videat hoc ipsum esse quod lege 6 de Cognitor. et Procur. Olybrio et Probino cons. ab Arcadio atque Honorio sancita exprimitur in illa verba: *Nemo militantium fiat susceptor defensorve causarum, nec ad cognitionem alieni jurgii suffragator, etc.* Quam vero conveniunt hæc voces, actu negotiorum forensium cum lege 3 de Commeatu, iisdem cons. atque ab illis principibus data, ubi legimus: *Hi qui vacationem temporariam... impetrarint, nihil sibi necessitatis usurpent, nullorum actibus miscantur, etc.*: item cum seq. 15 et 17 de Re militari; quarum in priore quæ Arcadium iv, Honorium III cons. præfert, sic habetur: *Si quis posthac militem in privato negotio repertus fuerit retinere, etc.*; in posteriore autem quæ Honor. iv et Eufych. cons., ita scriptum est: *Si quis miles... repertus fuerit tibi vacans, vel alieno negotio contentus, nobis illico nuntietur, etc.* Quibus sane militem perinde a domesticis atque exteris arceri negotiis manifestum est. Neque tamen crediderimus Ambrosium respexisse ad eas leges, ut pote multo posteriores hocce tractatu: sed ipsas in aliam similitudinem quæ postea intercederint, confirmationem scriptas arbitramur. Quod etiam colligere

C licet ex Vegetio lib. ii, cap. 19. Cæterum Ambrosius ipso forensis actus satis proscrit his verbis, *ab omni usu negotiationis*; cum ea respondeant superioribus illis, *non te implicet negotiis secularibus*, quibus contentiosa quoque fori negotia planum est contineri. De aliis vero negotiationibus generibus ejusdem verba non tam rigide atque ad apices exponenda sunt. Constat siquidem non modo presbyteris et diaconis honorum Ecclesiae solitam committi administrationem; sed et sanctum Felicem omnibus pro Christo facultatibus exutum tria, ut scribit Paulinus, agri jugera condixisse, unde suæ nec non aliorum seipso pauperum vitam consuleret: præterea can. 3 synodi iv Carthag. præcipitur ut clerici victum vestitumque sibi comparent, vel artificii vel agriculturæ beneficio. Quæ omnia perfici sine quadam negotiatione non poterant. Videsis hæc de re Sozom. lib. iii, cap. 17, edit. Vales.; Decr. dist. 88 et 89; Godefridum ad legem 6 imperatorum Arcadii et Honorii supra indicatam; Spencæum lib. ii Digress. cap. 15; Ren. a Valle in Hipparcho sive lib. de Relig. negot., Thaumassinum atque alios.

<sup>d</sup> Stipendium ad significandam pensionem viris ecclesiasticis ad victum atque vestitum præberi solitam e castris translatum; quando non solum Ambrosium hic, Augustinum Serm. 19 de verbis Domini. Hincmarum de Archid. et presbyt. eo usus reperias: verum etiam conc. Carth. iv, can. 18; Agath. can. 36; Aquisgr. cap. 119, et alia non pauca.

<sup>e</sup> Cic. Offic. lib. i, pag. 360, lin. 20: *Vacandum autem est omni animi perturbatione, etc.* Item pag. 363, lin. 17: *Atque etiam in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluentibus, etc.*

<sup>f</sup> Cic. Offic. lib. i, pag. 360, lin. 45: *Caposcentibus autem rempublicam nihilominus quam philosophis, etc.* Item pag. 362, liq. 34: *Omnino qui reip. profuturi sunt, etc.*

pendia fortitudinis. <sup>a</sup> Sed quia in omnibus quæ agimus, non solum quid honestum, sed etiam quid <sup>b</sup> possibile sit quærimus, ne forte aggrediamur aliquid quod non possimus exsequi. Unde nos tempore persecutionis de civitate in civitatem concedere, immo ut verbo ipso utar, *fugere* (*Matth. x, 23*) vult Dominus; ne temere aliquis dum martyrii desiderat gloriam, offerat se periculis, quæ fortasse caro infirmior, aut remissior animus ferre ac tolerare non queat.

#### CAPUT XXXVIII.

*Adversus futura incommoda mentem exercitatione roborandam, nec non confirmandam prævidentia: et quæ hic incurrant difficultates?*

187. Nec rursus propter <sup>c</sup> ignaviam cedere quis ac deserere fidem debet metu periculi. Qua gratia præparandus est animus, exercenda mens, stabilienda ad constantiam, ut nullis perturbari animus possit terroribus, nullis frangi molestiis, nullis suppliciiis cedere. Quæ difficile quidem sustinentur: sed quia omnia supplicia graviorum suppliciorum vincuntur formidine, ideo si consilio firmes animum tuum, nec a ratione discedendum putes, et proponas divini iudicii metum, perpetui supplicii tormenta, potes animi subire tolerantiam.

188. Hoc igitur <sup>d</sup> diligentia est, ut quis ita se comparet: illud ingenii, si quis potest vigore mentis prævidere quæ futura sunt, et tamquam ante oculos locare quid possit accidere, et quid agere debeat, si ita acciderit, desinere; interdum **51** duo et tria simul volvere animo, quæ conjiciat aut singula aut conjuncta accidere posse, et aut singulis aut conjunctis disponere actus quos intelligat profuturos.

189. Fortis ergo est viri non dissimulare cum aliquid immineat, sed præterire, et tamquam explorare de specula quadam mentis, et obviare cogitatione provida rebus futuris, <sup>e</sup> ne forte dicat postea: Ideo ista incidi, quia non arbitrabar posse evenire. Denique nisi explorentur adversa, cito occupant. Ut in bello improvisus hostis vix sustinetur, et si imparatos inveniat, facile opprimit: ita animum mala inexplorata plus frangunt.

190. <sup>f</sup> In his igitur duobus illa est animi excellentia, ut primum animus tuus bonis exercitus cogita-

<sup>a</sup> Hic Rom. edit. jugulaverat voculam *quia*, et pro *quærimus*, posuerat *quæramus*; quod videlicet sensum quodammodo suspensum efficiat antiqua lectio: verum eandem cum alia edit. ac mss. omnes exhibeant, nobis visa est in integrum restituenda. Quare periodum ita interpreteris, ut ejus pars ultima sit, *ne forte aggrediamur*, etc., quæ verba tantumdem valent, ac si scriberetur, *caveamus ne aggrediamur*, etc.

<sup>b</sup> Ibid., pag. 364, lin. 3: *Ad rem gerendam autem qui accedit, caveat ne id modo consideret*, etc.

<sup>c</sup> Ibid., lin. 4: *In quo ipso considerandum est*, etc.

<sup>d</sup> Ibid., lin. 6: *In omnibus autem negotiis*, etc. Item lin. 47: *Fortis vero animi et constantis est non perturbari*, etc.

<sup>e</sup> Cic. lib. 1: *Offic. pag. 362. lin. 4: Nec committere ut aliquando dicendum sit: Non putaram.*

<sup>f</sup> In edit. Ben. numerum 189 sequuntur numeri 200, 201, etc., evidenti mendo. EDD.

<sup>g</sup> Tres mss., *perturbatur cogitationibus*.

<sup>h</sup> Cod. Fisc., *Nudus egressus sum de utero matris meæ*.

tionibus, mundo corde quod verum et honestum est videat: *Beati enim mundo corde, quia ipsi etiam Deum videbunt* (*Matth. v, 8*): atque id quod honestum est solum bonum judicet: deinde nullis <sup>g</sup> perturbetur occupationibus, nullis cupiditatibus fluctuet.

191. Neque vero id facile quisquam facit. Quid enim tam difficile quam dispicere tamquam ex arce aliqua sapientiæ opes, aliaque omnia quæ plerisque videntur magna et præcelsa? Deinde ut iudicium tuum stabili ratione confirmes, et quæ judicaveris levia, tamquam nihil profutura contemnas? Deinde ut si quid acciderit adversi, idque grave et acerbum putetur, ita feras, ut nihil præter naturam accidisse putes, cum legeris: <sup>h</sup> *Nudus sum natus, nudus exibo. Quæ Dominus dedit, Dominus abstulit* (*Job 1, 21*); utique et filios amiserat et facultates. Servesque in omnibus personam sapientis et justi, sicut ille servavit qui ait: *Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum* (*Ibid.*). Et infra: *Sicut una insipientium mulierum locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini, quæ mala sunt non sustinebimus* (*Job 11, 40*)?

#### CAPUT XXXIX.

*Fortitudinem adversus omnia vitia dimicare debere, præcipue adversus avaritiam: quod in sancto Job docetur factum.*

192. Non est igitur mediocris nec discreta a cæteris animi fortitudo, quæ bellum cum virtutibus gerat: sed quæ sola defendat ornamenta virtutum omnium, et judicia custodiat; et quæ <sup>i</sup> inexpiabili prælio adversus omnia vitia decernat, invicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior adversus voluptates, dura adversus illecebras, quibus aurem deferre nesciat, nec (ut dicitur) ave dicat; pecuniam negligat, <sup>j</sup> avaritiam fugiat tamquam labem quamdam, quæ **52** virtutem effeminet. Nihil enim tam contrarium fortitudini, quam lucro vinci. Frequenter pulsus hostibus, et inclinata in fugam adversariorum acie <sup>k</sup>, dum exuviis cæsorum capitur præliator, inter ipsos quos stravit, miserandus occubuit: et triumphis suis dejectæ legiones dum spoliis occupantur, hostem in se revocaverunt, qui fugerat.

195. Fortitudo igitur tam immanem pestem re-

<sup>i</sup> Benign. et alii nonnulli, *inexplebili prælio: Fisc., insuperabili.*

<sup>j</sup> Cic. *Offic. lib. 1, pag. 360, lin. 15: Quamobrem et hæc vitanda sunt, et pecuniæ, etc.*

<sup>k</sup> Eodem sensu Polybius lib. x *Histor. : και πολλοί δή τινες κατορθώσαντες τὰς ἐπιβολὰς... οὐ μόνον ἐξέπεσον, ἀλλὰ τοῖς θλοῖς ἐσφάλησαν.* Exemplum ejus rei ipsemet suggerit lib. v. In Xenæta Antiochi præfecto Molonis perduellis arte ad interuccionem deletio. Alia suppeditant Justinus lib. 1 in Cyro Tomyris astutia profligato, atque truncato; Corn. Tacitus libro 1 *Annalium* in Armenio Germanorum duce a Cæcina Germanici legato, et alii in aliis. Quæ quidem haud annotaremus, nisi Christianorum, qui patrum memoria Turcas apud Erlam in Hungaria fusos ac stratos aviditate prædæ in se revocarunt, lugenda simul et erubescenda clades admoneret imperatores nostros alieno damno nihil fieri cautiore. Prudenter ergo rex Israel 1. iv Reg. c. 8, ne sibi prædæ occasione fraustreretur, prospiciebat. Similiter etiam Romani obser-

pellat et proterat, nec tentetur cupiditatibus, nec A  
frangatur metu; quia virtus sibi constat, ut fortiter  
omnia persequatur vitia, tamquam virtutis venena :  
iracundiam velut quibusdam propulset armis, quæ  
tollat consilium, et tamquam ægritudinem vitet. Glo-  
riæ <sup>a</sup> quoque caveat appetentiam, quæ frequenter no-  
cuit immoderatus expetita, semper autem usurpata.

194. Quid horum sancto Job vel in virtute defuit,  
vel in vitio obrepsit? Quomodo laborem ægritudinis,  
frigoris, famis pertulit? Quomodo despexit salutis  
periculum? Numquid rapinis divitiæ coæservatæ,  
de quibus tanta inopibus affluebant? <sup>b</sup> Numquid avari-  
tiam census, aut voluptatis studia cupiditatesque  
excitavit? Numquid trium regum injuriosa conten-  
tio, vel servorum contumelia in iram excussit? Num-  
quid gloria sicut levem extulit, qui imprecabatur B  
gravia sibi, si umquam vel non voluntariam cela-  
visset culpam, vel reveritus esset multitudinem ple-  
bis, quominus annuntiaret eam in conspectu om-  
nium? Neque enim consentaneæ sunt vitii virtutes,  
<sup>c</sup> sed sibi constant. Quis igitur tam fortis quam san-  
ctus Job: cui secundus adjudicari potest, qui parem  
vix reperit?

#### CAPUT XL.

*Virtutem bellicam nostris etiam non defuisse, veterum  
exemplis, maximeque præclaro Eleazari facto de-  
monstratur.*

195. Sed fortasse aliquos <sup>d</sup> bellica defixos gloria  
tenet, ut putent solam esse <sup>e</sup> præliarem fortitudi-  
nem; et ideo me ad hæc deflexisse, quia illa nostris  
deforet. Quam fortis Jesus Nave, ut uno prælio quin- C  
que reges captos sterneret cum populis suis (*Josue  
x, 5 et seq.*)! Deinde cum adversum Gabaonitas  
† urgeret prælium, et vereretur ne nox impediret vi-  
ctoriam, magnitudine mentis et fidei clamavit: *Stet  
sol*; et stetit, donec victoria consummaretur. Ge-  
deon in trecentis viris de ingenti populo et acerbo  
hoste revexit triumphum (*Judic. vii, 8 et seq.*). Jona-  
thas adolescens † virtutem fecit in magno prælio  
(*I Reg. xiv, 1 et seq.*). Quid de Machabæis loquar  
(*I Mach. ii, 35 et seq.*)?

196. Sed prius de populo dicam Patrum, qui cum  
essent parati ad repugnandum pro templo 53 Dei,  
et pro legitimis suis, dolo hostium die lacessiti sab-  
bati, maluerunt vulneribus offerre nuda corpora,  
quam repugnare, ne violarent sabbatum. Itaque om- D

vatione illius moris de quo Polybius l. x, jam allegato.

<sup>a</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 359, lin. 46: *Facillime  
autem ad res injustas, etc.* Item pag. 360, lin 18: *Ca-  
venda est etiam gloriæ cupiditas, etc.*

<sup>b</sup> Ita mss. fere ad unum: edit. vero, *Numquid  
avaritia, census, aut voluptatis, etc.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *Sed sibi consistunt*; Benig., *Sed sibi  
contra sistunt*: quæ lectio, si vox sibi disjungeretur,  
non displiceret.

<sup>d</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 361, lin. 7: *Sed cum ple-  
rique arbitrentur res bellicas majores esse, etc.*

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *præliatorum fortitudinem.*

<sup>f</sup> Vet. edit. ac mss. non pauci, *surgeret prælium.*

<sup>g</sup> Rom. edit. sola, *virtutem magnam fecit in prælio.*

<sup>h</sup> Edit. Gill. ac Rom. cum mss. aliquot, *se proripuit*; melius aliæ cum mss. pluribus ac potioribus, *se*

nes læti se obtulerunt morti. Sed Machabæi consi-  
derantes quod hoc exemplo gens omnis posset pe-  
rire, sabbato etiam, cum ipsi in bellum provocaren-  
tur,ulti sunt innocentium necem fratrum suorum.  
Unde postea stimulatus rex Antiochus, cum bellum  
accenderet per duces suos Lysiam, Nicanorem, Gor-  
giam, ita cum Orientalibus suis et Assyriis atritus  
est copiis, ut quadraginta et octo millia in medio  
campi a tribus millibus prosternerentur.

197. Virtutem ducis Judæ Machabæi de uno ejus  
milite considerate (*I Machab. vi, 43 et seq.*). Nam-  
que Eleazarus cum supereminente cæteris ele-  
phantum, lorica vestitum regia, adverteret, arbitratus  
quod in eo esset rex, cursu concitus in medium le-  
gionis <sup>h</sup> se proripuit, et abjecto clypeo, utraque  
manu interfecit, donec pervenit ad bestiam, atque  
intravit sub eam, et subjecto gladio interemit eam.  
Itaque calens bestia oppressit Eleazarum, atque ita  
mortuus est. Quanta igitur virtus animi! Primo, ut  
mortem non timeret: deinde, ut circumfusis legio-  
nibus inimicorum, in confertos raperetur hostes, me-  
dium penetraret agmen, et contempta morte fero-  
cior, abjecto clypeo, utraque manu vulneratæ mo-  
lem bestię subiret ac sustineret: post infra ipsam  
succederet, quo pleniori feriret ictu; cujus ruina  
inclusus magis quam oppressus, suo est sepultus  
triumpho.

198. Nec fefellerit opinio virum, quamvis regius fe-  
fellerit habitus; tanto enim virtutis spectaculo de-  
fixi hostes <sup>i</sup> inermem, occupatum incursare non  
ausi, post casum ruentis bestię sic trepidaverunt, ut  
impares se omnes unius virtuti arbitrarentur. De-  
nique rex † Antiochus Lysię filius, qui cum centum  
vinginti millibus hominum armatis venerat et cum  
triginta duobus elephantis; ita ut ab ortu solis per  
singulas bestias velut montes quidam splendor ar-  
morum corusco, tamquam lampadibus ardentibus  
refulgeret, unius territus fortitudine, pacem rogaret.  
Itaque Eleazarus hæredem virtutis suæ pacem reli-  
quit. Sed hæc triumphorum sint.

#### CAPUT XLI.

*Laudata Judæ ac Jonathæ magnitudine animi, marty-  
rum in tolerando constantia, quæ pars non minima  
fortitudinis, ob oculos ponitur.*

199. Verum quia fortitudo non solum secundis  
rebus, sed etiam adversis probatur; spectemus

*proripuit.* Rursus vero ubi ant. edit. et plures mss.,  
*interficiebat bestiam*; elegantius edit. Rom. atque alii  
mss. licet pauciores, *interficiebat, donec pervenit*  
(Rom. edit., *perveniret*) *ad bestiam.*

<sup>i</sup> Quomodo *inermem*, qui gladio armatus utraque  
manu hostes interfecit? Sed hoc ad abjectum cly-  
peum referendum est, juxta illud Ciceronis orat. pro  
Cecina, pag. 45: *Arma esse suis nominibus alia ad  
tegendum, alia ad nocendum: quæ qui non habuerint  
eos inermes fuisse, etc.*

<sup>j</sup> Sic edit. Gill. et Amerb. in marg. cum mss.  
longe plurimis: aliæ vero cum mss. nonnullis omit-  
tunt, *Lysię filius*; quod videlicet contrarium Scri-  
pturæ auctoritati videatur. Sed hoc loco *filius* idem  
est ac pupillus sive alumnus; creditus enim a patre  
fuerat Lysię fidei et quasi tutelæ hic Antiochus.



nunc Jude Machabæi exitum (I *Marc.* ix, 8 et seq.). **A** 54 Is enim post victum Nicanorem regis Demetrii duces, occurrit adversus viginti millia exercitus regis, cum congentis viris bellum adorsus, volentibus his cedere, ne multitudine opprimerentur, gloriosam magis mortem, quam turpem fugam sensit: *Ne crimen, inquit, nostræ relinquamus gloriæ.* Itaque commisso prælio, cum a primo orto diei in vesperam dimicaretur, dextrum cornu, in quo validissimam manam advertit hostium, aggressus facile avertit. Sed dum fugientes sequitur, a tergo vulnere locum præbuit: ita <sup>a</sup> gloriosorem triumphis locum mortis invenit.

200. Quid Jonatham fratrem ejus atroxam; qui cum parva manu adversus exercitus regios pugnans, desertus a suis, et cum deobus tantum relictus reparavit bellum, avertit hostem, fugitantes suos ad societatem revocavit triumphi?

201. Habes fortitudinem bellicam, in qua non medicis honesti ac decori forma est; quod mortem servituti præferat ac turpitudini. Quid autem de martyrum dicam passionibus? Et ne longius evagemur, non minores de superbo rege Antiocho Machabæi <sup>b</sup> pueri reverterunt triumphos, quam parentes proprii. Siquidem illi armati, isti sine armis vicerant (II *Machab.* vii, 1 et seq.). Stetit invicta septem puerorum cohors, regis cincta legionibus: defecerunt supplicia, cesserunt tortores, non defecerunt martyres. Alius corium capitis exutus, speciem muta-

erat, virtutem auxerat. Alius linguam jussus amputandam promere, respondit: Non solum Dominus audit loquentes, qui audiebat Moysen tacentem. (*Exod.* xiv, 15). Plus audit tacitas cogitationes suorum, quam voces omnium. Linguae flagellum times, flagellum sanguinis non times? Habet et sanguis vocem suam, qua clamat ad Deum, sicut clamavit in Abel (*Gen.* iv, 10).

202. Quid de matre loquar, quæ spectabat læta filiorum quot funera tot trophæa, et morientium vocibus tamquam psallentium cantibus delectabatur, pulcherrimam ventris sui citharam in filiiis cernens, et pietatis harmoniam omni Tyræ numero dulciorem (II *Machab.* vii, 20 et seq.)?

203. Quid de <sup>c</sup> bimulis loquar, qui ante palmam victoriæ acceperunt, quam sensum naturæ? Quid de sancta Agne, quæ in duarum maximarum rerum posita periculo, castitatis et salutis, castitatem protexit, salutem cum immortalitate commutavit?

204. Non prætereamus etiam sanctum Laurentium, qui cum videret Xystum episcopum suum ad martyrium duci, flere cœpit, non passionem illius, sed suam remansionem. Itaque his verbis appellare cœpit: Quo progredieris sine filio, pater: quo, sacerdos sancte, sine diacono properas **55** tuo? Numquam sacrificium sine ministro offerre consueveras. quid in me ergo displicuit, pater? Num degenerem probasti? Experire certe utrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti Domini <sup>d</sup> sanguinis con-

<sup>a</sup> Erasm. ac seq. edit. cum mss. duobus, *gloriosam triumphis mortem.*

<sup>b</sup> Non pigeat conferre hanc narrationem de martyrio fratrum Machabæorum cum eorumdem historia lib. ii de Jacob et Vita beata cap. 14, latius exposita, nec non cum illis cap. seq. num. 53, verbis: *Quæ cithara dulciores ederet cantus, etc.*; videbisque alteram alteri exemplaris loco fuisse propositam.

<sup>c</sup> Infantes intelligit a bimatu et infra Herodis jussu trucidatos, quos Ecclesiæ traditio semper numeravit inter martyres. Non incongruum scilicet esse creditum est, ut quibus ad peccati debitum aliena voluntas suffecerat, eis etiam sufficeret ad gloriæ meritum aliena, id est, Christi voluntas, et parentum dolor: *Quando Rachel ploravit filios suos, ut lacrymis obtulos suis pro Christo offerret infantes, ut Ambrosius ipse loquitur epist. ad Horontianum, olim in vet. edit. 39, quam inde avulsam Rom. edit. inter Enarrationes in Genesim collocarunt. Habuerunt varii SS. Patres sermones in natalem SS. Innocentium, maxime vero Augustinus atque Bernardus; quos consule.*

<sup>d</sup> Ita vet. edit. quibus consentiunt omnes mss. nisi quod unus e Vat. et decem e Gall. habent *Domini corporis et sanguinis consecrationem.* At Rom. edit. ab omnibus et scriptis et exensis Ambr. cod. discedens pro *consecrationem* repositit *dispensationem.* Ex qua mutatione causam legitimam habere se sibi visi sunt heterodoxorum non pauci, ut corruptionem ac matam editorum Helem clamarent invidiosissime. Sed non satis consulta isthæc accusatio; memniss enim ipsos oportuerat Hospinianum lib. v. Hist. Sacram. cap. 6, non editioni Rom. quæ jam multis ab annis vulgata fuerat, verum Eutropio corruptionem hanc attribuere. Nec forte vacat etiam temeritate hæc ipsa Hospiniani insinuatio. Etenim non solum in vita beati Sixti apud Linomanum, Venetæ edit. an. 1554,

verum etiam in vita sancti Laurentii, ut habetur in legenda Lombardica Jac. Genuensis excusa Nurembergi an. 1487, legitur *Domini sanguinis dispensationem*: quod quidem haud levi indicio est, atque existare exemplar aliquod, in quo sic legatur. Verum tamen antiquiori atque genuina, minimeque, ut cum card. Bona dicamus, formidanda lectioni standum est. Enimvero sumitur *consecratio* vel pro ipso consecrandi actu, vel pro ejusdem effectu, id est, jam peracta consecratione, quorum neutrum a sensu catholico abhorret. Nam si placeat prima ratio, quid mirum Diacono consecrationem attribui, eam Guericus abbas serm. 5, de Purif., etiam populum atterat consecrare? Sane diacono competit non tantum uni e fidelium conventu, sed tanquam primario consecrantis sacerdotis ministro illius actioni cooperari per modum cujusdam, ut sic loquamur, consecrationis: quo spectat synodi Rom. can. 5, ad episcop. Gall., apud Sirmond. tom. I Conc. Gall. Et hoc sensu accipiendos putamus locos duos, alterum Petri Blesensis epist. 125 ad episc. Londin., alterum Petri Cant. lib. de Verbo Mirif. cap. 41, quorum utrumque Hallerius lib. iii Hierar. pag. 375, de sola dispensatione, priorem vero de sola presentia Cardin. Bona lib. i. Rer. Liturg. cap. 25, num. 4, interpretatur, quos consule, sicut et Menardum nostrum in Sacrament. S. Gregorii. Porro secunda *consecrationis* acceptio, nimirum pro rei consecrate distributione, omni prorsus caret officio, maximeque nobis arridet: tum quia vox *commissisti* aliquid jam perfectum signat, et aliæ illæ *consummandorum consortium sacramentorum*, pulchre ad eandem dispensationem referuntur: tum quia proprium Diaconorum officium erat plebi Domini sanguinem administrare, quemadmodum Conc. Aquisgr. cap. 7: *Nam sicut in sacerdote, inquit, consecratio, ita in ministro dispensatio sacramenti est. Ille oblata*



secrationem, cui consummandorum consortium sacramentorum, huic sanguinis tui consortium negas? Vide ne periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abiectio discipuli detrimentum est magisterii. Quid! quod illustres et præstantes viri discipulorum certaminibus quam suis vincunt. Denique Abraham filium obtulit (*Gen. xxii, 9*), Petrus Stephanum præmisit (*Act. vii, 57*). Et tu, pater, ostende in filio virtutem tuam, offer quem erudisti, ut securus iudicii tui comitatu nobili pervenias ad coronam.

205. Tunc Xystus ait: Non ego te, fili, relinquo ac desero: sed majora tibi debentur certamina. Nos quasi senes levioris pugnae cursum recipimus: te quasi juvenem manet gloriosior de tyranno triumphus. Mox venies, flere desiste, post triduum me sequeris. <sup>a</sup> Sacerdotem et levitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magistro vincere, quasi adiutorem quæreret. Quid consortium passionis meæ expetis? Totam tibi hæreditatem ejus dimitto. Quid præsentiam meam requiris? Infirmi discipuli magistrum præcedant, fortes sequantur, ut vincant sine magistro, qui jam non indigent magisterio. Sic et Elias Elisæum reliquit. Tibi ergo mando nostræ virtutis successionem.

206. Talis erat contentio, digna sane de qua certarent sacerdos et minister, quis prior pateretur pro Christi nomine. In fabulis ferunt tragicis excitationem theatri magnos esse plausus, cum se Pylades Orestem diceret; Orestes, ut erat, Orestem se esse asseveraret: ille ut pro Oreste neceretur, Orestes ne Pyladem pro se pateretur necari. Sed illis non licebat vivere, quod uterque <sup>b</sup> esset parricidii reus: alter qui <sup>c</sup> fecisset, alter qui adjuvisset. Hic Laurentium sanctum ad hoc nullus urgebat, nisi amor devotionis; tamen et ipse post triduum, cum illuso tyranno, impositus super craticulam exureretur:

*sanctificat, hic sanctificata dispensat.* Quæ verba etiam reperire est apud Isidorum lib. ii Off. Eccl. cap. 8, et veterem auctorem qui Hieronymi titulum falso præferit. Coactor autem hæc ei non videbitur explicatio, qui cum Ant. Godello Historiæ Eccl. tom. I, pag. 579, perpenderit in ipso missæ sacrificio dum in calice particula hostiæ sacræ immittitur, consecrationem sumi pro re consecrata. Huc adde quod ait cardinalis Bona loco laudato, dici diaconum consecrare, *quatenus sanguinem dispensat, qui est consecratio et sanctificatio nostra, et fons atque essentia omnis sanctificationis.* Apage ergo vanum quorundam cum Hospitiano commentum, qui loco citato et lib. i ejusdem Hist. Sacr. cap. 25, ex his Ambrosii verbis exprimere conatur licuisse olim diaconis in sacerdotum absentia eucharistiam conficere. Nam præterquam quod in mss. plusquam 24, et in omnibus scriptoribus a quibus hic idem locus citatur, corporis Domini omittitur mentio; ipsemet sanctus Levita non sacrificantem, sed sacrificantis ministrum se profiteretur, nec de sacerdotis absentia loquitur, sed de consortio. Quapropter sicubi diaconos alio sensu legitur consecrasse, id superbæ ac temerariæ ascribendum est usurpationi.

<sup>a</sup> Omnes edit. et mss. aliiquod, *Inter sacerdotem*, etc. At plures mss. omittunt *inter*. Cum autem per sacerdotem episcopus intelligatur, et per levitam diaconus

*A Assum est, inquit, versa et manduca. Ita animi virtute vincebat ignis naturam.*

#### CAPUT XLII.

*Potestates non irritandas, neque adulationi præbendas aures.*

207. Cavendum etiam reor, ne dum aliqui nimia gloriæ ducunt cupiditate, insolentius abutantur potestatibus, et plerumque aversos a nobis animos gentiliū in studia persecutionis excitent, atque inflamment ad iracundiam. Itaque ut illi perseverare possint, et supplicia vincere, quantos perire faciunt?

208. <sup>c</sup> Prospiciendum etiam ne adolescentibus aperiamus aures; emolliri enim adulatione, non solum fortitudinis non esse, sed etiam ignavia videtur.

#### CAPUT XLIII.

*De temperantia et præcipuis ejus partibus, nimirum animi tranquillitate ac moderatione, honestatis cura, et decoris consideratione.*

209. Quoniam de tribus virtutibus diximus, <sup>d</sup> restat ut de quarta virtute dicamus, quæ temperantia ac modestia vocatur: in qua maxime tranquillitas animi, studium mansuetudinis, moderationis gratia, honesti cura, decoris consideratio spectatur et quæritur.

210. Ordo igitur quidam vitæ nobis tenendus est, ut a verecundia prima quædam fundamenta ducantur: quæ socia ac familiaris est mentis <sup>e</sup> placiditati, protervix fugitans, ab omni aliena luxu, sobrietatem diligit, honestatem fovet, decorum illud requirit.

211. Sequatur conversationis electio, <sup>f</sup> ut adjungamur probatissimis quibusque senioribus. Namque ut æqualium usus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodam et ductu vitæ colorat mores adolescentium, et velut murice probitatis inficit. Namque si hi qui sunt ignari locorum, cum solertibus viarum

(nam ut postea Syn. Aquisgr. cap. 7, ex lib. ii Constit. Apost. cap. 25, et epist. 85 sancti Hieron. definit: *Diaconorum ordo a tribu Levi accepit exordium*) apte asseritur inter utrumque tridui interstitium convenire; sunt enim tres in hierarchia distincti gradus, episcopi, presbyteri ac diaconi, et Patres Tridentini majorum traditioni adhærentes, confirmarunt.

<sup>b</sup> *Alter qui fecisset*, id est, Orestes qui matrem Clytemnestram in ultionem occisi ab ea patris Agamemnonis interemerat. *Alter qui adjuvisset*, Pylades nimirum ejusdem Orestis cognatus atque amicus adeo fidelis, ut uterque pro veræ amicitia forma fuerit habitus. Hic autem locus desumptus translatusque est, non ex Euripidis *Iphigenia in Tauris*, ut in margine notavit Rom. edit., sed ex Cicer. lib. v de Fin. Bon. et Mal. pag. 109, et Dial. de Amic. pag. 422, ubi hos plausus in M. Pacuvii tragedia excitatos narrat.

<sup>c</sup> Cic. Offic. lib. i, pag. 363, lin. 59: *Cavendum est ne assentatoribus patrifaciamus aures, nec adulari nos sinamus*, etc.

<sup>d</sup> *Ibid.*, lin. 44: *Sequitur ut de illa reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua verecundia, etc.*

<sup>e</sup> Cic. Offic. lib. i, p. 368, lin. 5: *Est igitur adolescentis majores natu*, etc. Item lib. ii, pag. 380, lin. 38: *Facillime autem, et in optimam partem cognoscuntur adolescentes*, etc.

iter adoriri gestiunt; quanto magis adolescentes cum senibus debent novum sibi iter vitæ aggredi, quominus errare possint, et a vero tramite virtutis deflectere! Nihil enim pulchrius quam eosdem et magistros vitæ et testes habere.

212. Quærendum etiam in omni actu <sup>a</sup> quid personis, quid temporibus conveniat atque ætatibus, quid etiam singulorum ingenii sit accommodum. Sæpe enim quod alterum decet, alterum non decet. Aliud juveni aptum, aliud seni: aliud in periculis, aliud in rebus secundis.

213. Saltavit ante arcam Domini David (II Reg. vi, 14): non saltavit Samuel; nec ideo ille reprehensus, sed magis iste laudatus. Mutavit vultum <sup>b</sup> contra regem, cui nomen Achis (I Reg. xxi, 13): at hoc si fecisset remota formidine quo minus cognosceretur, nequaquam levitatis reprehensione carere potuisset. Saul quoque vallatus choro prophetarum, etiam ipse prophetavit; et de solo quasi indigno memoratum est: *Et Saul inter prophetas* (I Reg. xix, 24).

#### CAPUT XLIV.

*Officio sibi congruo quemque studere oportere: sed multos impediri paternorum imitatione studiorum; contra quam Ecclesiastici viri faciunt.*

214. Unusquisque igitur suum ingenium <sup>c</sup> noverit, et ad id se applicet, quod sibi aptum elegerit. Itaque quid sequatur, prius consideret. <sup>d</sup> Noverit bona sua, sed etiam vitia cognoscat: æqualemque se iudicem sui præbeat, ut bonis intendat, vitia declinet.

215. Alius <sup>e</sup> distinguendæ lectioni aptior, alius psalmo gratior, alius exorcizandis qui malo laborant spiritu, sollicitior, alius sacrario oportunior habetur. Hæc omnia spectet sacerdos, et quid cuique congruat, id officii deputet. Quo etenim unumquemque suum ducit ingenium, aut quod officium decet, id maiore <sup>f</sup> impletur gratia.

216. Sed id cum in omni vita difficile, tum in **58** nostro actu difficillimum est. <sup>g</sup> Amat enim unusquisque sequi vitam parentum. Denique plerique ad

<sup>a</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 365, lin. 42: *Altera autem quæ proprie singulis est attributa; ut enim in corporibus, etc.*

<sup>b</sup> Edit. et mss. non pauci *coram rege*: alii vero non pauciores, sed iidem antiquiores, *contra regem*, id est, ex adverso regis.

<sup>c</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 366, lin. 16: *Admodum autem tuenda sunt sua cuique, etc.* Et infra, lin. 40: *Suum igitur quisque noscat ingenium, etc.* Item pag. 367, lin. 30: *In qua deliberatione ad suam cuiusque naturam, consilium est omne revocandum, etc.*

<sup>d</sup> Pauci mss. et vel. edit., *Non solum noverit, etc.*

<sup>e</sup> Quamvis hic nulla fiat mentio acolythi et ostiarii, minime tamen hinc sequitur eorum ordines in Ecclesia tum temporis non exstitisse, cum illi quatuor qui recensentur, tantum exempli causa memorentur. Quod autem cum lectore atque exorcista numerantur psalmista et sacrarii custos, quorum apud nos jam nulli sunt ordines; hoc inde putamus factum quod cum minores illi clericatus ecclesiasticæ tantum institutionis sint, pro variis necessitatibus modo aucti, modo imminuti ab Ecclesia reperiuntur. De psalmista quidem sive cantore loquitur conc. Carthag. iii, can. 21; item iv, can. 40: Gregorius magnus lib. xi, 54;

A militiam feruntur, quorum militaverunt parentes, alii ad actiones diversas.

217. In ecclesiastico vero officio nihil rarius invenias quam eum qui sequatur institutum <sup>b</sup> patris: vel quia gravis deterret actus, vel quia in lubrica ætate difficilior abstinencia, vel quia alacri adolescentiæ videtur vita obscurior; et ideo ad ea convertuntur studia, quæ plausibilia arbitrantur. Præsentia quippe plures quam futura præferunt. Illi autem præsentibus, nos futuris militamus. Unde quo præstantior causa, eo debet esse cura attentior.

#### CAPUT XLV.

*De pulchro et honesto: quid sit inter illa discriminis tam apud profanos auctores, quam sacros.*

218. Teneamus igitur verecundiam, et eam quæ totius vitæ ornatum attollit modestiam. Non enim mediocre est rebus singulis modum servare, atque impartiri ordinem, <sup>i</sup> in quo vere præluet illud quod decorum dicitur: quod ita cum honesto jungitur, ut separari non queat. Siquidem et quod decet, honestum est, et quod honestum est, decet; ut magis in sermone distinctio sit, quam in virtute discretio. Differre enim ea inter se intelligi potest, explicari non potest.

219. Et ut conemur aliquid eruere distinctionis, <sup>j</sup> honestas velut bona valetudo est, et quædam salubritas corporis: decus autem tamquam venustas et pulchritudo. Sicut ergo pulchritudo super salubritatem ac valetudinem videtur excellere, et tamen sine his esse non potest, neque ullo separari modo; quoniam nisi bona valetudo sit, pulchritudo esse ac venustas non potest: sic honestas decorum illud in se continet, ut ab ea profectum videatur, et sine ea esse non possit. Velut salubritas igitur totius operis actusque nostri honestas est, et sicut species est decorum, quod cum honestate confusum, opinione distinguitur. Nam etsi in aliquo videatur excellere, tamen in radice est honestatis, sed flore præcipuo, ut sine ea decidat, in ea floreat. Quid enim est honestas, nisi quæ turpitudinem quasi mortem fugiat?

Ordo Rom. et alii: de custode vero sacrarii atque ipsius officio dicemus ad caput hujus libri L. Observa interim non omnes omnibus, sed singulis singulos ordines tribui solitos: nec non in episcopi positum fuisse arbitrio quem cui ordini destinaret.

<sup>f</sup> Ita mss. melioris notæ: alii vero et edit., *maiore implet gratia*, parum admodum diverso sensu.

<sup>g</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 367, lin. 5: *Quorum vero patres aut majores aliqua gloria præstiterunt, eorum plerique in hoc genere, etc.*

<sup>h</sup> *Patris*, spiritualis scilicet, id est, institutoris ac magistri: aut si contenderis patrem naturalem intelligendum, minime sane repugnabimus, modo intellexeris de patre in minoribus tantum gradibus constituto, et eatenus de initiato majoribus, quatenus eos liberos ante ordinationem suam sustulerit. Etenim ab hoc ultimo necessarie servandam continentiam Ambrosium nostrum docuisse postea suo loco evidentissime ostendemus.

<sup>i</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 363, lin. 47: *Hoc loco continetur id quod dici Latine decorum potest, etc.*

<sup>j</sup> Ibid., pag. 364, lin. 10: *Ut enim venustas et pulchritudo corporis secerni non potest a valetudine, etc.*

Quid vero inhonestum, nisi quod ariditatem ac mortem afferat? Virente igitur substantia virtutis, decorum illud tamquam flos emicat, quia radix salva est: at vero<sup>a</sup> propositi nostri radice vitiosa, nihil germinat.

**59** 220. Habes hoc in nostris aliquanto expressius. Dicit enim David: *Dominus regnavit, decorem induit* (Psal. xcii, 1). Et Apostolus ait: *Sicut in die, honeste ambulate* (Rom. xiii, 13).<sup>b</sup> Quod Græci dicunt εὐσχημόνως, hoc autem proprie significat, bono habitu, bona specie. Deus ergo primum hominem cum conderet, bona habitudine, bona membrorum compositione formavit, et optimam ei speciem dedit. Remissionem non dederat peccatorum: sed posteaquam renovavit eum spiritu, et infudit ei gratiam, qui venerat in servi forma, et in hominis specie assumpsit decorem redemptionis humanæ. Et ideo dixit Propheta: *Dominus regnavit, decorem induit*. Deinde alibi dicit: *Te decet hymnus, Deus, in Sion* (Psal. lxxiv, 2); hoc est dicere: Honestum est ut te timeamus, te diligamus, te precemur, te honorificemus; scriptum est enim: *Omnia vestra honeste fiant* (I Cor. xiv, 40). Sed possumus et hominem timere, diligere, rogare, honorare: hymnus specialiter Deo dicitur. Hoc tamquam excellentius cæteris credere est decorum, quod deferimus Deo. Mulierem quoque<sup>c</sup> in habitu ornato orare convenit: sed specialiter eam decet orare velatam, et orare promittentem castitatem cum bona conversatione (I Tim. ii, 9, 10).

#### CAPUT XLVI.

*Proponitur bifida decori divisio: tum postquam ostensum est quod secundum naturam sit, honestum: quod secus, turpe censendum; exemplis illustratur hæc ipsa divisio.*

**221.** Est igitur decorum quod præeminet, cujus<sup>d</sup> divisio gemina est. Nam est decorum quasi generale, quod per universitatem funditur honestatis, et quasi in toto spectatur corpore: est etiam speciale, quod in parte aliqua enitet. Illud generale ita est, ac si æquabilem formam atque universitatem honestatis in omni actu suo habeat concinentem; cum omnis sibi ejus vita consentit, nec in ulla aliqua re discrepat: hoc speciale, cum aliquem actum in suis habet virtutibus præminentem.

**222.** Simul illud adverte quod et<sup>e</sup> decorum est secundum naturam vivere, secundum naturam de-

gere, et turpe est quod sit contra naturam. Ait enim Apostolus quasi interrogans: *Decet mulierem non velatam orare Deum?* *ἢ ἡ ἴψα natura<sup>f</sup> docet vos quod vir quidem si comam habeat, ignominia est illi; quoniam contra naturam est* (I Cor. xi, 13)? Et iterum dicit: *Mulier vero si capillos habent, gloria est illi* (Ibid. 15). Est enim secundum naturam, quoniam quidem capilli pro velamine sunt; hoc est enim naturale velamen. Personam igitur nobis et speciem natura ipsa dispensat, quam servare debemus: **60** utinamque et innocentiam ejus custodire possimus, nec acceptam nostra malitia mutaret!

**223.**<sup>g</sup> Habes hoc decorum generale, quia fecit Deus mundi istius pulchritudinem. Habes et per partes, quia cum faceret Deus lucem, et diem noctemque distingueret (Genes. 1, 3 et seq.), cum conderet cælum, cum terras et maria separaret, cum solem et lunam et stellas constitueret lucere super terram, probavit singula. Ergo decorum hoc, quod in singulis mundi partibus elucebat, in universitate resplenduit, sicut probat Sapientia, dicens: *Ego eram cui applaudebat.... cum lætaretur orbe perfecto* (Prov. viii, 30, 31). Similiter ergo et in fabrica humani corporis grata est uniuscujusque membri portio: sed plus in commune compositio membrorum apta delectat, quod ita sibi quadrare et convenire videantur.

#### CAPUT XLVII.

*Ut in vita nostra eluceat decorum illud, quid præstare nos oporteat, quosve appetitus refrænare?*

**224.** Si quis igitur<sup>h</sup> æquabilitatem universæ vitæ, et singularum actionum modos servet, ordinem quoque, et constantiam dictorum atque operum, moderationemque custodiat, in ejus vita decorum illud excellit, et quasi in quodam speculo elucet.

**225.** Accedat tamen<sup>i</sup> suavis sermo, ut conciliet sibi affectum audientium, gratumque se vel familiaribus, vel civibus, vel, si fieri potest, omnibus præbeat. Neque adulantem se, neque adulandum cuiquam exhibeat; alterum enim calliditatis est, vanitatis alterum.

**226.** Non<sup>j</sup> despiciat quid de se unusquisque et maxime vir optimus sentiat; hoc enim modo discit bonis deferre reverentiam. Nam negligere bonorum judicia vel arrogantia, vel dissolutionis est: quo-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *in virtute propositi nostri; at comodium in aliis, nec non in edit. deest, in virtute.*

<sup>b</sup> Edit. et quidam mss., *Quod Græce dicitur.*

<sup>c</sup> Rom. edit., *in habitu ordinato*: cæteræ non modo cum mss. sed etiam cum vulgata vers. in *habitu ornato* ex Græco scilicet, *ἐν καταστολῇ κοσμίῳ*. Rursus vero eadem edit. Rom. pro eo quod alie, ac mss. plures habent, *cum bona conversatione* reposuit cum nonnullis, *per bonam conversationem*, respiciens scilicet illud Apostoli ex loco citato. ἀλλὰ (ὁ πρέπει γυναικὶ ἐπαγγελιομένης θεοσίδειας) δι' ἔργων ἀγαθῶν promittentes pietatem per bona opera: ubi Ambrosius pietatem etiam mutavit in *castitatem*.

<sup>d</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 364, lin. 13: *Est autem ejus descriptio duplex. Nam et generale quoddam decorum, etc.*

<sup>e</sup> Ibid., lin. 13: *Decorum id esse quod concinentia*

*neum sit hominis excellentiæ, etc.* Item infra lin. 40: *Officium autem quod ab eo ducitur, hunc primum, etc.* Ibid., pag. 367, lin. 34: *Nam cum in omnibus quæ aguntur, etc.*

<sup>f</sup> Omnes edit., *nos docet quod vir, etc.*, sed contra mss. auctoritatem, quibus etiam suffragatur textus Apostolicus, *διδάσκει ὑμᾶς ὅτι ἀνὴρ, etc.* non vero *διδάσκει ἡμᾶς, etc.*

<sup>g</sup> Nonnulli mss. et vet. edit., *Habes hunc decorem generalem.*

<sup>h</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 364, lin. 33: *Sic hoc decorum quod elucet in vita, movet, etc.*

<sup>i</sup> Ibid., pag. 370, lin. 5: *Maximeque curandum, eos quibuscum sermonem conferimus et vereri et diligere videamur.*

<sup>j</sup> Ibid., pag. 364, lin. 35: *Adhibenda est igitur hæc reverentia adversus homines, etc.*

✓ 225

rum alterutrum superbiam ascribitur, alterum negligentiam.

227. Caveat etiam <sup>a</sup> motus animi sui; ipse enim sibi et observandus et circumspiciendus est: et ut adversum se cavendus, ita etiam de se tuendus. Sunt enim motus, in quibus est appetitus ille, qui quasi quodam prorumpit impetu; unde Græce ὄρμη dicitur quod <sup>b</sup> vi quadam serепente proripiat. Non mediocri in his vis quædam animi atque naturæ est. Quæ tamen vis gemina est, una in appetitu, altera in ratione posita, quæ appetitum refrenet, et sibi obedientem præset, et ducat quo velit: et tamquam sedulo magisterio edoceat quid fieri, quid vitari oporteat, <sup>c</sup> et bonæ domitrici obtemperet.

228. Solliciti enim debemus esse, <sup>d</sup> ne quid timere aut incuriose geramus, aut quidquam **61** omnino <sup>B</sup> cuius probabilem non possimus rationem reddere. Actus enim nostri causa, etsi non omnibus redditur, tamen ab omnibus examinatur. Nec vero habemus, in quo nos possimus excusare. Nam etsi vis quædam naturæ in omni appetitu sit; <sup>e</sup> tamen idem appetitus rationis subjectus est lege naturæ ipsius, et obedit ei. Unde boni speculatoris est ita prætereundum animo, ut appetitus neque præcurrat rationem, neque deserat; ne præcurrendo perturbet atque excludat, eamque deserendo destituat. Perturbatio tollit constantiam, destitutio prodit ignaviam, accusat pigritiam. Perturbata enim mente latius se ac longius fundit appetitus, et tamquam efflato impetu frenos rationis non suscipit, nec ulla sentit aurigæ moderamina, quibus possit reflecti. Unde plerumque non solum <sup>C</sup> animus exagitatur, amittitur ratio; sed etiam inflammatur vultus, vel iracundia, vel libidine: pallescit timore, voluptate se non capit, et nimia gestit lætitia.

229. Hæc cum sunt, abjicitur illa <sup>f</sup> naturalis quædam censura, gravitasque morum: nec teneri potest illa quæ in rebus gerendis atque consiliis sola potest auctoritatem suam, atque illud quod deceat tenere, constantia.

230. Gravior autem appetitus <sup>g</sup> ex indignatione nimia nascitur, quam acceptæ plerumque accendit injuriæ dolor. De quo satis nos psalmi quem in

<sup>a</sup> Cic. Offic. lib. 1, p. 364, lin. 44: *Neque enim solum corporis.... sed multo etiam magis animi, etc.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *vi quadam serpente.*  
<sup>c</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *ut bonæ domitrici; alii plures potioresque, ut bonæ domitrici.* Aptius id quidem; refertur enim ad superiora, quæ appetitum refrenet, etc.

<sup>d</sup> Cic. Offic. lib. 1, pag. 364, lin. 48: *Omnis autem actio vacare debet temeritate et negligentia, etc.*

<sup>e</sup> Cic. lib. 1, Offic., lin. 1: *Efficiendum autem est ut appetitus rationi obediant, etc.*

<sup>f</sup> Ibid., pag. 365, lin. 6: *A quibus non modo animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet ora ipsa cernere, etc.*

<sup>g</sup> Ibid., lin. 11: *Neque enim ita generati.... sed ad severitatem potius, etc.*

<sup>h</sup> Ibid., pag. 370, lin. 12: *Rectum est autem etiam in illis contentionibus quæ cum inimicissimis fiunt, etc.*

<sup>i</sup> In superior. edit. hoc erat initium cap. 48, seq

præfatione posuimus (Cap. II. 6, 7), præcepta instruit. Pulchre autem et hoc accidit, ut scripturæ de Officiis, ea præfationis nostræ assertionem uteremur quæ et ipsa ad officii magisterium pertineret.

231. Sed quia supra, ut oportebat, perstrinximus quemadmodum unusquisque cavere possit, ne exaltet accepta injuria, verentes ne præfatio prolixior fieret, nunc de eo uberius disputandum arbitror. Locus enim opportunus est, ut in partibus temperantiam dicamus quemadmodum reprimatur iracundia.

#### CAPUT XLVIIII.

*Repetito compescendæ iracundiæ argumento, tres eorum qui læcessuntur injuriis, ordines explicantur: ad quorum perfectissimum Apostolus ac David dicuntur pervenisse: ubi ex occasione quædam hujus ac futuræ vitæ traduntur discrimina.*

232. Tria itaque genera esse hominum injuriam accipientium in Scripturis divinis demonstrare volumus, si possumus. Unum est eorum quibus peccator insultat, <sup>1</sup> conviciatur, inequitat. Iis quia deest justitia, pudor crescit, augetur dolor. Horum similes plurimi de meo ordine, de meo numero. Nam mihi infirmo si quis injuriam faciat, forsitan, licet infirmus, donem injuriam meam. <sup>k</sup> Si crimen objiciat, **62** non sum tantus, ut sim contentus conscientia mea, etiamsi me ejus objecti alienum noverim: sed cupio abluere <sup>l</sup> ingenui pudoris notam, tamquam infirmus. Ergo oculo pro oculo, et dentem pro dente exigo, et convicium convicio rependo.

233. Si vero is sum qui conviciam, etsi nondum perfectus, non retorqueo contumeliam: etsi <sup>m</sup> influat ille convicium, et inundet aures meas contumeliis, ego taceo, et nihil respondeo.

234. Si vero perfectus sim (verbi gratia loquor, nam veritate infirmus sum) si ergo perfectus sim, benedico maledicentem, sicut benedicebat et Paulus; qui ait: *Maledicimur, et benedicimus* (1 Cor. IV, 12). Audierat enim dicentem: *Diligite inimicos vestros, orate pro calumniantibus et persequentibus vos* (Matth. V, 44). Ideo ergo Paulus persecutionem patiebatur, et sustinebat, quia vincebat et mitigabat humanum affectum propositæ mercedis gratia; ut illius Dei fieret, si dilexisset inimicum.

**D** incommodo.

<sup>i</sup> Mss. aliquot, *conviciator iniquus; unus conviciator iniquitatis; alii non pauci, conviciatur iniquitas; alii et edit. Amerb., conviciatur iniquitate; nonnulli, ac Eras. et Gill., conviciatur, inequitat; duo, conviciatur, iniquitates incitat; ceteri denique atque edit. Rom., conviciatur, inequitat: quod verbum a scribis minime intellectum tantam peperit diversitatem; cum hic inequitat, nihil aliud sit, quam velut calcaribus incitat exagitatque.*

<sup>k</sup> Cod. Big., *Sciens me non egisse que objiciat, non sum tantus,.... etiamsi mei objecti alienum noverim.*

<sup>l</sup> Mss. nonnulli, *injecti pudoris notam.*

<sup>m</sup> Edit. et pauci mss., *influat ille conviciis; alii mss. longe plurimi..... convicium.* Rursus vero ubi edit. et mss. plerique, *nihil respondeo; mss. nonnulli habent, nihil rependo.*

<sup>n</sup> Duo mss., *et benedicimus; persecutionem patimur, et sustinemus.*

235. Tamen et sanctum David in hoc quoque genere virtutis imparem Paulo non fuisse edocere possumus. Qui primo quidem cum malediceret ei filius Semei (II Reg. xvi, 7 et seq.) et crimina objiceret, tacebat et humiliabatur, et silebat a bonis suis (Psal. xxxviii, 3), hoc est bonorum operum conscientia: deinde expetebat maledici sibi, quia maledicto illo divinam acquirere misericordiam.

236. Vide autem quomodo et humilitatem et justitiam et prudentiam emerenda a Domino gratiæ reservaverit. Primo dixit: *Ideo maledixit mihi, quia Dominus dixit illi ut maledicat* (II Reg. xvi, 10). Habes humilitatem; quia ea quæ divinitus imperantur, æquanimiter quasi servulus ferenda arbitrabatur. Iterum dixit: *Ecce filius meus qui exivit de ventre meo, quærit animam meam* (Ibid., 11). Habes justitiam; si enim a nostris graviora patimur, cur indigne ferimus quæ inferuntur ab alienis? Tertio ait: *Dimittit illum ut maledicat; quoniam dixit illi Dominus, ut videat humiliationem meam, et retribuatur mihi* (Ibid., 12). Nec solum conviciantem pertulit, sed etiam lapidantem et sequentem illæsum reliquit (II Reg. xix, 22), quin etiam post victoriæ petenti veniam libenter ignovit.

237. Quod ideo inserui, ut Evangelico spiritu sancto David non solum inoffensum, sed etiam gratum fuisse convicianti docerem, et delectatum potius quam exasperatum injuriis, pro quibus mercedem sibi reddendam arbitrabatur. Sed tamen quamvis perfectus, adhuc perfectiora quærebat. Incalescebat injuriæ dolore, quasi homo: sed vincebat quasi bonus miles; tolerabat quasi athleta fortis. Patientiæ autem finis, promissorum expectatio, et ideo dicebat: *Notum fac mihi, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, quis est, ut sciam quid desit mihi* (Psal. xxxviii, 5). **63** Finem illum quærit promissorum cœlestium, vel illum, quando unusquisque surget in suo ordine: *Primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in adventum ejus crediderunt, deinde finis* (I Cor. xv, 23). Tradito enim regno Deo et Patri, et evacuatis omnibus potestatibus, ut Apostolus dixit, perfectio incipit. Hic ergo impedimentum, hic

<sup>a</sup> Ms. unus, quia maledictio illa.  
<sup>b</sup> Duo mss. Dominus benedictionem pro maledicto hoc.

<sup>c</sup> Ita mss. plures ac probatiores: alii nonnulli, atque edit. *Sed vincebat spiritu quasi, etc.*

<sup>d</sup> Thuan. cod. ac tres alii, *hic imago, veritas in cælestibus*. Verum alia lectio non solum multo pluribus mss. omnibusque edit. nititur, verum etiam consensione alterius loci ex Expos. psal. xxxviii, num. 25, ubi hæc eadem verba sine ulla diversitate legere est. Porro Edm. Albertinus lib. II. cap. 2, pag. 503, his Ambrosii verbis, *imago in Evangelio, et nunc in imagine, etc.*, hunc sensum affingit, quasi neget Vir sanctus Christum jam hic offerri, nisi in imagine, cum e contra in cælis offerat se in veritate; atque ita imago et veritas invicem opponantur, ut altera alteram excludat. Verum nisi partium studio occæcatus esset, pervidisset utique Christum non alia de causa in imagine offerri dictum, nisi quia offertur quasi homo, quasi passionem recipiens. Quapropter ut clare sancti Doctoris mens pateat, advertendum est his verbis,

infirmas etiam perfectorum, illic plena perfectio. Ideo et dies illos requirit vitæ æternæ, qui sunt, non qui præterant; ut cognoscat quid sibi desit, quæ terra sit repromissionis perpetuos fructus ferens, quæ prima apud patrem mansio, quæ secunda, quæ tertia, in quibus pro ratione meritorum unusquisque requiescet.

238. Illa igitur nobis expetenda, in quibus perfectio, in quibus veritas est. Hic umbra<sup>d</sup>, hic imago, illic veritas. Umbra in Lege, imago in Evangelio, veritas in cælestibus (Hebr. x, 1, et seq.). Ante agnus offerebatur, offerebatur et vitulus, nunc Christus offertur: sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem; et offert se ipse quasi sacerdos, ut peccata nostra dimittat: hic in Imagine, ibi in veritate, ubi apud patrem pro nobis quasi advocatus intervenit. <sup>e</sup> Hic ergo in Imagine ambulamus, in imagine videmus: illic facie ad faciem, ubi plena perfectio; quia perfectio omnis in veritate est.

#### CAPUT XLIX.

*Hic servandam in nobis virtutum imaginem, diaboli vero et vitiorum erudendam, ac in primis avaritiæ: quæ libertatem nobis adimit, variisque turbato vanitatibus imagine Dei spoliat.*

239. Ergo dum hic sumus, servemus imaginem, ut ibi perveniamus ad veritatem. Sit in nobis imago justitiæ, sit imago sapientiæ; quia venietur ad illum diem, et secundum imaginem æstimabimur.

240. Non inveniat in te adversarius imaginem suam, non rabiem, non furorem; in his enim imago nequitiæ est. Adversarius enim diabolus sicut leo rugiens quærit quem occidat, quem devoret. Non inveniat auri cupiditatem, non argenti acervos, non vitiorum simulacra; ne auferat tibi vocem libertatis. Vox enim libertatis illa est, ut dicas: *Veniet hujus mundi princeps, et in me inveniet nihil* (Joan. xiv, 30). Itaque si securus es quod nihil in te inveniat, cum venerit **64** perserutari, dices illud quod dixit ad Laban Jacob patriarcha: *Cognosce si quid tuorum apud me est* (Gen. xxxi, 32). Merito beatus Jacob, apud quem nihil Laban suum potuit reperire! Abscon-

<sup>d</sup> *Hic umbra, hic imago, etc.*; Ecclesiam ab eo sic describi, ut sit status quidam medius inter Synagogam et cælum; quod videlicet in illa fuerit sola umbra, in hoc autem sola veritas: at in Ecclesia utraque res simul conjuncta. Et certe adeo verum est ab Ambrosio veritatem cum imagine in Evangelico fœdere copulatam significari, ut eas sejungere non potuerit, quin ipsiusmet crucienti sacrificii, atque adeo Dominicæ incarnationis veritatem funditus everteret; cum hæc mysteria ex mente ipsius non ad Synagogam, neque ad cælum referri queant, sed ad Ecclesiam. Sed ipse Ambrosius mentem suam loco citato Expos. psal. xxxviii, tam claris verbis exprimit, ut nullam cavillis relinquat ansam. *Videmus nunc, inquit, per imaginem bona, et tenemus imaginis bona. Vidimus Principem sacerdotum ad nos venientem, vidimus et audivimus offerentem pro nobis sanguinem suum. Sequimur, ut possumus... quia etsi nunc Christus non videtur offerre, tamen ipse offertur in terris, quando Christi corpus offertur, etc.*

<sup>e</sup> Ms. Thuan., *Hic ergo in imagine videmur.*

derat enim Rachel simulacra deorum ejus aurea et argentea. **A** pinxerit Hierusalem Dominus ad imaginem suam, tunc adversariorum omnis imago deletur.

## CAPUT L.

241. Itaque si sapientia, si fides, si contemptus sæculi, si gratia tua abscondat omnem perfidiam, beatus eris; quia non respicis in vanitates et insanias falsas (*Psal.* xxxix, 5). An mediocre est tollere vocem adversario, ut arguendi te non possit habere auctoritatem? Itaque qui non respicit in vanitates, non conturbatur; qui enim respicit conturbatur, et vanissime quidem. Quid est enim congregare opes, nisi vanum; quia caduca quærere vanum est satis? Cum autem congregaveris, qui scias an possidere liceat tibi?

242. Nonne vanum est ut mercator noctibus ac diebus conficiat iter, <sup>a</sup> quo aggregare possit thesauri acervos, <sup>b</sup> merces congreget, conturbetur ad pretium, ne forte minoris vendat quam emerit, aucupetur locorum pretia, et subito aut latrones <sup>c</sup> in se invidia famosæ negotiationis excitet, aut non expectatis serenioribus flatibus, dum lucrum quærir, <sup>d</sup> naufragium impatiens moræ incidat?

243. Annon conturbatur etiam ille vane, qui summo labore concervat, quod nesciat cui hæredi relinquat? Sæpe quod avarus summa congesserit sollicitudine, præcipiti effusione <sup>e</sup> dilacerat hæres luxuriosus: et diu quæsita turpis belluo, præsentium cæcus, futuri improvidus, quadam absorbet voragine. Sæpe etiam speratus successor invidiam <sup>f</sup> partæ acquirit hæreditatis, et celeri obitu extraneis aditæ successionis transcribit compendia.

244. Quid <sup>g</sup> ergo vane araneam texis, quæ inanis **C** et sine fructu est, et tamquam casses suspendis inutiles divitiarum copias: quæ etsi fluant, nihil prosunt; immo exuunt te imaginem Dei, et induunt terreni imaginem? <sup>h</sup> Si tyranni aliquis imaginem habeat, nonne obnoxius est damnationi? Tu deponis imaginem æterni imperatoris, et erigis in te imaginem mortis. Ejice magis de civitate animæ tuæ imaginem diaboli, et <sup>i</sup> attolle imaginem Christi. Hæc in te fulgeat, in tua civitate, hoc est, anima resplendat, quæ obliterat vitiorum imagines. De quibus ait David: *Domine, in civitatetua, 65 ad nihilum deduces imagines eorum* (*Psal.* lxxii, 20). Cum enim de-

*Levitas a terrenis cupiditatibus maxime alienos esse debere. Quæ sint illorum virtutes ex Apostolo, quantave in ipsis castimonia requiratur: item quæ dignitas eorum atque officium, ad quod primariæ virtutes sunt necessariæ. Hasce ignotas non fuisse philosophis, sed in ordine illos peccovisse: nonnulla esse natura secundum officium, quæ ob adjuncta fiant contra officium; unde colligitur quantas dotes postulet dignitas levitarum: quæ sequitur verborum Moysis tribui leviticæ benedicentis expositio.*

245. Quod si Evangelio Domini etiam populus ipse ad despicientiam opium informatus atque institutus est; quanto magis vos levitas oportet terrenis non teneri cupiditatibus, quorum Deus portio est? Nam cum divideretur a Moyse possessio terrena populo parum, exceptio levitas Dominus i a terrenæ possessionis consortio, quod ipse illis esset funiculus hæreditatis (*Num.* xviii, 23). Unde ait David: *Domine pars hæreditatis meæ, et calicis mei* (*Psal.* xv, 5). Denique sic appellatur levita <sup>k</sup> ipse meus, vel ipse pro me. Magnum ergo munus ejus, ut de eo Dominus dicat: Ipse meus; vel quemadmodum Petro dixit de statere in ore piscis reperto: *Dabis eis pro me et pro te* (*Matth.* xvii, 26). Unde et Apostolus cum episcopum dixisset debere esse sobrium, pudicum, ornatum, hospitem, docibilem, non avarum, non litigiosum, domui suæ bene præpositum, addidit: *Diaconos similiter oportet esse graves, non bilivagos, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura* (*I Tim.* iii, 8). Et hi autem probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes.

**66** 246. Advertimus quanta in nobis requirantur: ut abstinentes sit a vino minister Domini, ut testimonio bono fulciatur non solum fidelium, <sup>l</sup> sed etiam ab his qui foris sunt. Decet enim actuum operumque nostrorum testem esse publicam existimationem, ne derogetur muneri; ut qui videt ministrum altaris congruis ornatu virtutibus, auctorem prædicet, et Dominum veneretur, qui tales servulos

<sup>a</sup> Mss. aliquot, quo aggerare; quidam, augere possit. **D**

<sup>b</sup> Edit. ac pauci mss. merces congerat.

<sup>c</sup> Ms. unus, in se vindices amor negotiationis excitet.

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, naufragium patiens mare; unus mortem incidat.

<sup>e</sup> Quidam mss. et edit., dilapidat hæres luxuriosus.

<sup>f</sup> Nonnulli mss., partem acquirat hæreditatis.

<sup>g</sup> Rom. edit. sola, Quid ergo telam araneæ texis?

<sup>h</sup> Confer, si lubet, quæ hic dicuntur cum iis quæ tom. I, lib. iv de Interpell. num. 21, et Expos. in *Psal.* xxxviii, num. 27. Sed præter hos duos locos ad quos hic respexisse Ambrosium ipsæ res loquitur, alibi quoque non semel ut puta lib. vi Hexaem. cap. 9, num. 57, et Serm. 10, Expos. in *psal.* cxviii, num. 25, meminit imaginum imperatoriarum. Neque mirum id quidem; certum enim est non alio honoris genere Romanos principes ambitiosius coli solitos. Namque ut omittamus imagunculas illas, quas pri-

vatum nonnulli secum ferebant, et quibus depromptis, eos qui sibi mali quidpiam minitarentur, absterrebant, ut Corn. Tacitus lib. iii *Annal.* auctor est; iisdem imperatoribus maxime postquam recens proclamati fuerant, aut insignem aliquam victoriam adepti, statuas aureas, argenteas, aut ex alia pretiosa materia, non modo in earum urbium ubi erat imperii sedes, privatis ac publicis ædibus erigi, verum etiam ad remotiores provincias mitti consuesse ex multis veterum monumentis colligere est. Videsis Zosimi *Hist.* lib. iv, Libanii *epist.* 841, ad Sever., et quæ nos superiori tomo pag. 1095 annotavimus.

<sup>i</sup> Cod. Big., et attollere in imaginem Christi.

<sup>j</sup> Mss. duo, æternæ possessionis consortio: sed minus commode.

<sup>k</sup> Hanc eamdem interpretationem habes tomo I, col. 210, num. 11, et fusius col. 1056, num. 4.

<sup>l</sup> Mss. aliquot, sed etiam infidelium, id est, eorum qui foris sunt.

habeat. Laus enim Domini, ubi munda possessio, et A innocens familiæ disciplina.

247. De <sup>a</sup> castimonia autem quid loquar, quando una tantum (*Dist. 26, Una tantum*), nec repetita permittitur copula? Et in ipso ergo conjugio lex est non iterare conjugium, nec secundæ conjugis sortiri conjunctionem. Quod plerisque mirum videtur, cur etiam ante baptismum iterati conjugii ad electionem muneris et ordinationis prærogativam impedimenta generentur; cum etiam delicta obesse non soleant, si lavacri remissa fuerint sacramento. Sed intelligere debemus quia baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In conjugio non culpa, sed lex est. Quod culpæ est igitur in baptismo relaxatur: quod legis est in conjugio non solvitur. Quomodo autem potest hortator esse viduitatis qui ipse B conjugia frequentaverit?

248. Inoffensum autem exhibendum et immaculatum ministerium, <sup>b</sup> nec ullo conjugali coitu violan-

<sup>a</sup> Cic. *Offic. lib. 1, pag. 368, lin. 8: Maxime autem hæc atas a libidinibus, etc.* Ob verba autem Ambrosiana Madeburgenses Cent. IV, cap. 10, Doctorem nostrum insimularunt, quod secundas nuptias videatur damnare. Sed illa vel de quibuslibet christianis dicta putaverunt, et sic auctoris mentem non pervidere: vel de solis clericis acceperunt, ut re vera accipienda sunt, atque ita non in unum Ambrosium, sed in Ecclesiam universam recidit ea criminatio. Siquidem digamiæ impedimentum ad sacros ordines antiquissimum est omnium, utpote in ipsis Apostoli ad Timotheum ac Titum præceptis stabilitum. At enim mirum profecto videatur illud ita intelligi non tantum ab heterodoxis, sed quibusdam etiam catholicis, quasi nihil aliud sacris ministris interdicitur, nisi plurimarum eodem tempore uxorum usus. Quasi vero in Ecclesia unquam vel ipsis laicis permissa fuerit hujusmodi polygamia? Sed non est immorandum in eo errore refutando, qui tota Ecclesiasticæ traditionis serie invictissime profligatur. Est autem aliud quod doctores antiquos in opiniones diversas scidit, nimirum utrum qui aliam conjugem ante baptismum, aliam jam baptizatus accepisset, digamiæ lege teneretur. Affirmat hic et epist. ad Vercell. Ambrosius; Hieronymus vero lib. 1 in Jovin., epist. 83, ad Ocean., et in cap. 1 ad Titum negat. Primum secuti sunt fidelissimus ejus discipulus Augustinus lib. de Bono conjug. cap. 18, num. 21; Innoc. I, epist. ad Maced., quæ in codice canonum Quenellii cura edito exhibetur; et Leo etiam I, duabus epist. quarum altera est ad Anast. Thessal. episc., altera ad episc. Metropol. per Illyr. Quæ quidem horum summorum pontificum definitio in Ecclesia occidentali apud omnes (si unum aut alterum excipias) deinceps obtinuit. Sunt autem viri eruditi qui apud orientalem Hieronymi valuisse sententiam autumet, ducti potissimum annotationibus Zonaræ ac Balsamonis in can. 17 apostolorum, quem ipsum aperte Hieronymo favere existimant. Verumtamen idem ille canon nullam conjugii ante susceptum baptismum initii facit mentionem. Et ut demus eorumdem auctorum, qui etiam non de conjugio, sed de peccatis regenerationis sacramentum antecedentibus loquuntur, eam quæ ipsis tribuitur, mentem esse; tamen quid ipsi sentiant, non quid universa orientis Ecclesia, eos testari contendemus. Quis enim credat memoratum Doctorem si tot auxiliariis copiis, fuisset succinetus, adeo timide in priore adversus Rufinum Apologia responsurum, ut cum ad Oceanum adversam sententiam Cainitarum hæresi tantum non accenseret, in allegato opere animos demittens ita scribe-

dum cognoscitis, qui integri corpore, incorrupto pudore, alieni etiam ab ipso consortio conjugali, sacri ministerii gratiam recepistis? Quod eo non præterii, quia in plerisque additioribus locis cum ministerium gererent, vel etiam sacerdotium, filios susceperunt: et id tamquam usu veteri defendunt, quando per intervalla dierum sacrificium deferebatur; et tamen castificabatur etiam populus per biduum aut triduum, ut ad sacrificium purus accederet, ut in veteri Testamento legimus (*Exod. XIX, 10*); et lavabant vestimenta sua. Si in figura tanta observantia, quanta 67 in veritate? Disce, sacerdos atque levita, quid sit lavare vestimenta tua, ut mundum corpus celebrandis exhibeas sacramentis. Si populus sine ablutione vestimentorum suorum prohibebatur accedere ad hostiam suam, tu illotus mente pariter et corpore nudes pro aliis supplicare, <sup>c</sup> audes aliis ministrare?

249. Non mediocre officium levitarum, de quibus

ret: Sed interrogati a fratribus quid nobis videretur, respondimus, nulli præjudicantes sequi quod velit, nec alterius decretum nostra sententia subvertentes. Neque vero cum omnem mundum plenum esse hujusmodi ordinationibus prius asseverasset, hic verba sua ad sacerdotes nonnullos restringeret. Nihil autem agit Franciscus a Messana, dum hoc Ambrosii atque Hieronymi dissidium metaphysicis quibusdam distinctionibus nititur conciliare; non enim argutiis tam manifesta tollitur discrepantia. Cæterum haud facile alium in Patribus Ambrosio vetustiorum quid de hac digamia scripserit, invenimus. Nam quo jure ad Tertullianum revocaverit Spencæus hanc quæstionem, non satis constat, cum e contrario digamiam ex marito ante baptismum contractam viduis obessa noluerit idem ille Pater Lib. de Monogamia cap. 11.

<sup>b</sup> Ambrosianus hic locus pro clericali continentia tam clarus tamque apertus est, ut Centuriatores iisdem Cent. et cap. supra cit. ad solitas artes confugere coacti fuerint, id est, auctorem ipsum in falsi dogmatis crimen vocare. Atqui hoc loco non legislatorem agit sanctus Præsul, qui novum clericorum cervicibus jugum imponat: sed receptæ atque inolitæ consuetudini præbet testimonium. Enim vero quam universalis illa fuerit quamque firma vel hoc satis indicat, quod non nisi in *additioribus locis*, quo solent vitia quærere perflugium, invenirentur, qui institutum illud violare attentarent. Accedit præterea quod isti non ullam novi fœderis auctoritatem, non cujusquam concilii canonem, non usum quarundam Ecclesiarum in defensionem afferebant suam: sed tantum veteris Testamenti morem. Hoc autem incontinentium clericorum integumentum egregie discutit sanctus Doctor. Confer etiam quæ idem super hoc ipso argumento disputat epist. ad Vercellenses.

<sup>c</sup> Edit. cum. mss. aliquot, *laudes pro aliis ministrare*. Melius in aliis pluribus potioribusque omittitur præpositio. Et post duos versus ubi vet. edit. cum mss. omnibus, *Ecce eligo levitas, etc.*, solæ Rom. edit., *Ecce tui ego levitas in medio filiorum Israel: redemptiones eorum erunt, et erunt mihi levitæ. Mihi enim ex quo die percussi primogenitum in terra Ægypti, sanctificavi omne primogenitum in omni Israel*. Nobiscum autem satis consentiunt paginæ sacre, nisi quod ultimam partem quam contractam exhibet Ambrosius, illæ paulo fusius dilatant in hæc verba: *Mihi enim omne primogenitum. In qua die percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificavi mihi omne primogenitum in Israel.*



dicit Dominus : *Ecce eligo levitās de medio filiorum Israel pro omni primogenito aperiente vulvam filiis Israel : redemptiones eorum erunt isti, et erunt mihi levitās. Mihi enim sanctificavi primogenitum in terra Aegypti (Num. iii, 12 et 13).* Cognovimus quia non inter ceteros levitae computantur, sed omnibus praeferuntur, qui eliguntur ex omnibus, et sanctificantur; ut primogenita fructuum atque primitiae quae Domino deputantur, in quibus est votorum solutio, et redemptio peccatorum. *Non accipies, inquit, eos inter filios Israel : sed constitues levitas super tabernaculum testimonii, et super omnia vasa ejus astare, et super quaecumque sunt in ipso. Ipsi tollant tabernaculum et omnia vasa ejus, et ipsi ministrent in eo, et in circuitu tabernaculi castra ipsi constituunt, et promovendo, tabernaculum ipsi deponant levitae : et constituendo castra, rursum ipsum tabernaculum ipsi stant. Alienigena quicumque accesserit, morte moriatur (Num. i, 49 et seq.).*

250. Tu ergo electus es ex omni numero filiorum Israel, inter sacros fructus quasi primogenitus aestimatus, praepositus tabernaculo, ut praetendas in castris sanctitatis et fidei, ad quae si alienigena accesserit, morte morietur, positus ut operias arcam Testamenti. Non enim omnes vident alta mysteriorum, quia operiuntur a levitis; ne videant qui videre non debent, et sumant qui servare non possunt. Moyses denique circumcisionem vidit spiritualem: sed operuit eam, ut in signo circumcisionem praescriberet. Vidit azyma veritatis et sinceritatis, vidit passionem Domini: operuit azymis corporalibus azyma veritatis, operuit passionem Domini, agni vel vituli immolatione. <sup>b</sup> Et boni levitae servaverunt mysterium, fidei suae tegmine; et tu mediocre putas quod commissum est tibi? Primum ut alta Dei videas, quod est sapientiae: deinde <sup>c</sup> ut excubias pro populo deferas, quod est justitiae: castra defendas, taberna-

<sup>a</sup> Erasmi in marg. et Gill. in corp. cum mss. nonnullis, *vasa ejus, astare, et super*; Rom. edit., *vasa ejus, et super*.

<sup>b</sup> Duo mss., *ut bono levitae servaretur mysterium fidei suae tegmine, unus, et boni levitae... servaverunt et tegmina*: reliqui nobiscum faciunt exceptis paucis illisque jupioris manus, qui cum edit. legunt, *Et boni levitae... sub hoc tegmine*.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, *ut excubias populo deferas*.

<sup>d</sup> Cic. lib. i Offic., pag. 372, lin. 22: *Nam cum omnis honestas... placet igitur aptiora esse naturae ea officia quae ex communitate, etc.* Culpat autem philosophos Ambrosius noster, quod justitiam quae ad communitatem societatemque hominum refertur, anteposuerint sapientiae; cum hujus initium sive pars prima ad fidem divinumque cultum pertineat. Verumamen hoc loco S. Ambrosius nequaquam videtur Ciceronis doctrinam satis expendisse. Hic enim illi soli prudentiae, quam Graeci *ῥησιν* dicunt, justitiam praefert, non vero illi principi omnium virtutum, quam *σοφία* Graeci vocant: quae rerum est divinarum atque humanarum scientia, in qua continetur Deorum et hominum communitas, et societas inter ipsas. Ubi vides divinitatis cognitionem, ac religionis officia sapientiae ab Oratore accesseri. Quod porro illam *ῥησιν* jubet postponi justitiae, non mirum id cuiquam videatur; cum ad hanc etiam refe-

rat cultum divinum, etc. Et sane ipsemet Ambrosius supra cap. 27, pietatem in Deum justitiae subjecit. Quod autem prudente dignitatem supra justitiam ex eo extollit, quod hujus illa sit fundamentum, fundamentum autem Christus, pio et christiane id quidem; non absurde tamen Tullius pag. 372, lin. 30 et seq., societatem omnibus officiis antecellere ita colligit: *etenim, inquit, cognitionem prudentiamque sequitur considerata actio; ita fit ut considerate agere pluris sit, quam cogitare prudenter. Sed facile conciliabitur illud disidium, si dixerimus originis ac necessitatis in prudentia, in justitia vero dignitatis ac utilitatis esse praestantiam.*

251. Haec <sup>d</sup> virtutum genera principalia constituerunt etiam hi qui foris sunt: <sup>e</sup> sed communitatis superiorem ordinem quam sapientiae judicaverunt; cum sapientia fundamentum sit, justitia opus sit, quod manere non potest, nisi fundamentum habeat. Fundamentum autem Christus est (I Cor. iii, 11).

252. Prima ergo fides, <sup>f</sup> quae est sapientiae, ut Salomon dicit, sequitur patrem: *Initium sapientiae timor Domini (Prov. ix, 10)*. Et lex dicit: *Dilige Dominum Deum tuum, dilige proximum tuum (Deut. vi, 5)*. Pulchrum est enim ut gratiam tuam atque officia in societatem humani generis conferas. <sup>g</sup> Sed primum illud decorum est, ut quod habes pretiosissimum, hoc est, mentem tuam, qua nihil habes praestantius, Deo depones. Cum solveris auctori debitum, licet ut opera tua in beneficentiam et adjumenta hominum conferas, atque opem feras necessitatibus, aut pecunia, aut officio, aut etiam quocumque munere; quod late patet in vestro ministerio: pecunia, ut subvenias debito, ut obligatum liberes: officio, ut servanda suscipias, quae manuum amittere, qui deponenda crediti.

253. Officium est igitur depositum servare ac reddere. <sup>h</sup> Sed interdum commutatio fit, aut tempore, aut necessitate, ut non sit officium reddere quod acceperis; ut si quis contra patriam, opem Barbaris ferens, pecuniam apertis hostis repositat: aut si cui reddas, cum adsit qui extorqueat: si furenti restituas, cum servare non queat: si insanienti gladium depositum non neges, quo se ille interimat, nonne solvise contra officium est? Si furto quaesita sciens suscipias, ut fraudeur qui amiserat, nonne contra officium est?

254. Est etiam contra officium (22, *quest. 4, c.*

rat cultum divinum, etc. Et sane ipsemet Ambrosius supra cap. 27, pietatem in Deum justitiae subjecit. Quod autem prudente dignitatem supra justitiam ex eo extollit, quod hujus illa sit fundamentum, fundamentum autem Christus, pio et christiane id quidem; non absurde tamen Tullius pag. 372, lin. 30 et seq., societatem omnibus officiis antecellere ita colligit: *etenim, inquit, cognitionem prudentiamque sequitur considerata actio; ita fit ut considerate agere pluris sit, quam cogitare prudenter. Sed facile conciliabitur illud disidium, si dixerimus originis ac necessitatis in prudentia, in justitia vero dignitatis ac utilitatis esse praestantiam.*

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *sed commutavimus superiorem ordinem, quem, etc.* Minus commode. At continuo post ubi edit. cum paucis mss., *fundamentum sit, justitia opus sit, quod, etc.*; alii partim, *fundamentum sit, justitia opus sit, quod, etc.*; partim, *fundamentum sit justitiae, opus sit; tria, et opus sit quod, etc.*

<sup>f</sup> Era. et seq. edit. cum paucis mss., *quae est sapientia*.

<sup>g</sup> Cic. Offic. lib. i, pag. 373: *In ipsa autem communitate sunt gradus officiorum... ut prima Diis immortalibus, etc.*

<sup>h</sup> Ibid., pag. 364, lin. 41: *Sed incidunt saepe tempora, cum ea quae maxime, etc.*



Est etiam) nonnumquam a solvere promissum, sacramentum custodire: ut Herodes qui juravit quoniam b quidquid petitus esset, daret filie Herodias, et necem Joannis praestitit, ne promissum negaret (Math. xxv, 7 et seq.). Nam de Sephthe quid dicam, qui immolavit filiam, quae sibi victori prima occurreret, quo votum impleret, quod sponderat, ut quidquid sibi primum occurrisset, offerret Deo (Judis. xi, 39)? Melius fuerat. c nihil tale promittere, quam promissum solvere parricidio.

255. Haec quanti consilii sit prospicere, non ignoratis. Et ideo eligitur lexica e, qui secretarium custodiat, ne fallatur consilio, ne fidem deserat, ne mortem timeat, ne quid intemperantius gerat, ut specie ipsa gravitatem praeferat d: nec solum animam, sed etiam oculos continentis habere quae debeat; ne vel ipseferentem sobrietatis fortassis violent occurrans; quoniam: Qui viderit uxorem ad concupiscendam eam, adulteravit eam in corde suo (Math. v, 28). Ita adulterium non solum facti collusionione, sed etiam aspectus intentione committitur.

256. Magna haec videatur, ac nimis severa, sed in magno munere non superflua; quando tanta est levitatum gratia, ut de his Moyses ip benedictioni-

bus diceret: Date Levi e viros ejus, date Levi manifestos ejus, date Levi sortem suffragii sui, et veritatem ejus viro sancto, quem tentaverunt in tentationibus, maledixerunt super 70 aquam contradictionis. Qui dicit patri suo et matri: Non oppro te; et fratres suos non cognovit, et filios suos abdicavit: hic custodit verba tua, et testamentum tuum observavit (Deut. xxxiii, 8 et seq.).

257. Illi ergo viri ejus, et manifesti ejus, qui nihil in corde doli habeant, nihil fraudis occultent, sed verba ejus custodiant, et in corde suo conferant, sicut conferebat et Maria (Luc. ii, 19): qui suos parentes officio suo non noverint praefarendos, qui violatores oderint castitatis, pudicitiae ulciscantur injuriam, noverint officiorum tempora; quod majus, quod minus sit, quod cum aptum tempore est, et ut id solum sequantur quod honestum est; et esse ubi dup honeste, id quod honestius est, praepoendum putent; hi jure benedicti.

258. Si quis ergo manifestet justitias Dei, et incensum imponat: Benedic, Domine, virtutem ipsius, opera manuum ejus suscipe (Deut. xxxiii, 10); ut gratiam propheticae benedictionis inveniat apud eum qui vivit et regnat in saecula saeculorum, Amen,

a Cic. Offic. lib. 1, lin. 47: Potest etiam accidere promissum dliquod, etc.

b Blinæ edit. Paris., quidquid petitura esset.

c Jam dixerat supra, cap. 44, sanctus Ambrosius, alius sacrario opportunior: quae verba magno viris qui vel non legerant hunc locum, vel se legisse non meminerant, haud parum negotii facessere. Nonnulli secretarii custodiam rati sunt illis etiam quandoque demandata, qui nullum ordinem ne minorem quidem acciperent: quidam vero etsi ordinis alicujus ab aliis distincti nomen non esse arbitrarentur, hoc tamen officium hypodiacoenis aut ostiaris committi solum contenderunt. Cum autem sacrarii nomine secretarium seu sacristia, et sanctuarium praecipue intelligantur, essent forte qui objicerent synodi Laodic., can. 20, quo hypodiacoenis et eorumdem locorum ingressu et sacrarium vasorum tactu interdicatur. Responderi tamen poterat cum Balsamone ac Zonara, ingressum in sacrarium non nisi cum sacra mysteria illic celebrarentur, tactum vero vasorum initiatorum non nisi cum Christi sanguinem continebant aut in supplicationibus ferebantur, illis prohibatum; si locus hic rem non decideret in eorum gratiam qui secretarii curam diaconis impositam volunt. Hinc sacrarium idem esse docent atque apud Graecos δεσφύριον et στυροφυλάκιον; licet huic officio non solum diaconos, verum etiam presbyteros et chorepiscopos Constantinopoli praefectos fuisse reperiamus. Sacrarium autem etiam idem erat, quod in orientali Ecclesia martyrion, sive coemeterio accipias extra basilicas posito, ubi martyrum corpora sepulta essent, sive pro ipsis basilicis quae non nisi super martyrum reliquias edificabatur, sive pro ipso sanctuario atque adeo sancto altari, sub quo cum sanctum recondentur sacri cineres, proprie martyrum confessio atque memoria vocabatur. Vide plura Hallerum de Eccl. Hierar., cap. de num. Eccles. Ordin.; Morium de Sacr. Ordin. Exercit. II, cap. 4; cardin. Bonam, lib. 1 Rer. Liturgie., c. 24; Thomassinum parte 1 Discipl. Eccl., lib. 1, c. 36; et cl. Gangium verbo Sacrarium. Porro debium non est quin Sanctus nostro provinciam hanc potissimum diaconis commissam voluerit, ut locum sanctum

majori auctoritate prohiberent ab injuria, maxime vero a profanis illis conviviis, de quibus nos aliquid lib. de Edia et Joviuo jam attigimus, et forte in posterum, ubi se dederit occasio, non nihil adjiciemus.

d Cic. lib. 1, p. 357, lin. 10: Bene Pericles... At enim praetorem, Sophocles, decet non solum manuum, sed etiam oculos abstinentes habere.

e Edit. omnes, veros ejus; mss. e contrario, viros ejus. Potuit quidem fieri ut mss. recentiores antiquum aliquod exemplar secuti sint, in quo i. pro e fuerit positum, ut advertimus in Thuanoe plusquam 1000 an. scriptum esse docit, studit, quodlibet, mercedem, et similia; veri tamen similis est viros ejus germanum esse, repositumque ab editoribus veros, ut esset quasi synonymum. Voci manifestos, cum LXX tantummodo habeant Δότε Δεσφύριον Αγορο, καὶ ἀποθεῖαν, etc. Sed fallacem esse eam conjecturam vel hinc intelligas, quod cum sanctus Ambrosius, lib. de Benedict. Patriarch., cap. 3, tantum posuerit, Date Levi sortem suffragii sui et veritatem, etc., hinc conjecterit Flam. Nobilius S. Doctorem legisse ἀπίρους, loco δότους; cum tamen eum utrumque legisse hic locus demonstrat. Textus autem Heluaticus praefert, Perfectiones et illuminationes tuae viro pio tuo. Vulg.: Perfectio tua et doctrina tua viro sancto tuo. Chald. paraph.: Perfectione et lumine judicasti virum, qui inventus est sanctus coram te.

f Cic., lib. 1 Offic., p. 372, lin. 20: Eorum autem imperium quae honesta sunt, etc.

g Ita mss. complures, quibus etiam edit. accedunt, nisi quod secunda parte nonnihil immutata praefereunt, et incensum ponat. Codex autem Thuan. et alij aliquot bonae antiquitatis, manifeste justitias Dei incensum imponat. Neque id pessime, si tamen hoc modo interpretaris: Si quis remota disputatione justitias Dei pro incenso vel tamquam incensum quoddam offerat. Iterum vero mss. plures et antiquiores post verbum inveniat. Anunt primum librum: alij autem atque edit. addunt, apud eum; cod. Dig., apud Deum qui vivit et regnat; quatuor mss., apud se qui vivit et regnat, etc.

/258.

## LIBER SECUNDUS.

## 69 CAPUT I.

*Vita beatitudinem acquiri honestate, quippe qua Christianus gloriam et favores hominum spernens, opera sua Deo soli placere in votis habet.*

1. Superiore <sup>a</sup> libro de officiis tractavimus, quæ convenire honestati arbitraremur, in qua vitam beatam positam esse nulli dubitaverunt, quam Scriptura appellat vitam æternam. Tantus enim splendor <sup>b</sup> honestatus est, ut vitam beatam efficiant tranquillitas conscientiæ, et securitas innocentiae. Et ideo sicut exortus sol lunæ globum et cætera stellarum abscondit lumina, ita fulgor honestatis, ubi vero et incorrupto vibrat decore, cætera quæ putantur bona secundum voluptatem corporis, **70** aut secundum sæculum clara et illustria, obumbrat.

2. Beata plane, quæ non alienis æstimatur iudiciis, sed domesticis percipitur sensibus, tamquam sui iudex. Neque enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit, neque pro supplicio pavet. Itaque quo minus sequitur gloriam, eo magis super eam eminet. Nam qui gloriam requirunt, his ea merces presentium, umbra futurorum est, quæ impediatur vitam æternam; quod in Evangelio scriptum est: *Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam (Math. vi, 2)*; de his scilicet qui velut <sup>c</sup> tuba canente, vulgare liberalitatem suam quam faciunt circa pauperes, gestiunt. Similiter et de jejuniis quod ostentationis causa faciunt: *Habent, inquit, mercedem suam.*

3. Honestatis igitur est vel misericordiam facere, **71** vel jejuniis deferre in abscondito; ut mercedem videaris a solo Deo tuo quærere, non etiam ab hominibus. Nam qui ab hominibus quærit, habet mercedem suam: qui autem a Deo, habet vitam æternam: quam præstare non potest nisi auctor æternitatis, sicut illud est: *Amen, dico tibi, hodie tecum eris in paradiso (Luc. xiiii, 43)*. Unde expressius Scriptura vitam æternam appellavit eam quæ

<sup>a</sup> Cic. Offic., lib. ii, p. 373, lin. 45: *Quemadmodum officia ducentur ab honestate... explicatum arbitror libro superiore.*

<sup>b</sup> Ultimæ edit. Paris., *honestati arbitrabamur.... positam esse minime dubitabamus.*

<sup>c</sup> Edit. et quidam mss., *tuba canendo; alii, tuba canentes.*

<sup>d</sup> Edit., *æstimanda relinqueretur*; mss., *æstimandum relinqueretur*: supple, negotium.

<sup>e</sup> Quæ de variis philosophorum opinionibus circa naturalem beatitudinem hic referuntur, ea desumpta sunt a Cicerone, non quidem ex Officiorum, sed ex aliis ejusdem philosophicis libris, puta ex iis qui supersunt *Academ. quæst.* e quinque libris lib. *de Finibus bon. et mal.* ac potissimum e quinto, nec non e libris totidem *Tuscul. quæst.*, et maxime etiam ex ultimo: ubi tantam locutionum, doctrinæ, atque in multis ipsius ordinis consensionem cum eis quæ hoc et proximis duobus capitibus traduntur, advertere est; ut non sit dubium quin eo respexerit sanctus Ambrosius.

A sit beata; ut non hominum opinionibus <sup>d</sup> æstimandum relinqueretur, sed divino iudicio committeretur.

## CAPUT II.

*Variæ philosophorum de beatitudine opiniones: eam in Dei cognitione ac bonorum operum studio consistere primum probatur ex Evangelio: tum ne a philosophis videatur hoc sumptum, prophetarum testimoniis confirmatur.*

4. Itaque philosophi <sup>e</sup> vitam beatam, alii in non dolendo posuerunt, ut Hieronymus: alii in rerum scientia, ut Herillus, qui audiens ab Aristotele et Theophrasto mirabiliter laudatam esse rerum scientiam, solam eam quasi summum bonum posuit; cum illi eam quasi bonum, non quasi solum bonum laudaverint. Alii <sup>f</sup> voluptatem dixerunt, ut Epicurus: alii, ut Callipho, et post eum Diodorus, ita interpretati sunt, ut alter ad voluptatem, alter ad vacuitatem doloris, consortium honestatis adungerent, quod sine ea non possit esse beata vita. Zenon Stoicus solum et summum bonum quod honestum est: Aristoteles autem vel Theophrastus et cæteri peripatetici in virtute quidem, hoc est honestate vitam beatam esse, sed compleri ejus beatitudinem etiam <sup>g</sup> corporis atque externis bonis asseruerunt.

5. Scriptura autem divina vitam æternam in cognitione posuit divinitatis, et fructu bonæ operationis. Denique utriusque assertionis Evangelicum suppetit testimonium. Nam et de scientia ita dixit Dominus Jesus: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum (Joan. xvii, 3)*. Et de operibus ita respondit: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit (Math. xix, 29)*.

6. Sed ne æstimetur hoc recens esse, et prius tractatum a philosophis, quam in Evangelio prædi-

<sup>f</sup> Voluptatem hanc non tam corpoream quam spiritalem intelligi debere, sunt qui contendunt: qua de re satis diximus ad cap. 13, num. 50.

<sup>g</sup> Edit. ac pauci mss., *corporis voluptatibus atque externis bonis*: alii nonnulli, *corporis egregiis voluptatibus*, etc. Sed Thuan., duo Vatic., totidem Laudun. et alii aliquot, *corporis, atque externis bonis*. Optime, siquidem vox *corporis* congruit cum *bonis*; ut infra clarius exprimitur. Et post duos versus ubi edit., *vitam beatam in cognitione*; unus ms., *in conjunctione*, etc.; omnes alii legunt *vitam æternam*, etc. Idque ita legendum esse declarant quæ continuo post adducuntur Scripturæ testimonia, tum quod infra dicitur, *Habet ergo vitam æternam fides*. Porro ex tota serie facile intelligas non hic agi de illa æterna vita, quæ resurrectionem secutura est, sed quæ per hanc etiam lucis usuram a justis vivitur; ac proinde vitam æternam appellari eam quæ sit beata, ut supra sub finem cap. 1 declaratur, proptereaque in sensu non errasse editiones.

catum (anteriores enim Evangelio philosophi, id est, Aristoteles et Theophrastus, vel Zenon atque Hieronymus, sed posteriores prophetis), **72** accipiant quam longe antequam philosophorum nomen audiretur, per os sancti David utrumque aperte videatur expressum. Scriptum est enim: *Beatus quem tu erudieris, Domine; et de lege tua docueris eum* (Psal. xciii, 12). Habemus et alibi: *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus cupiet nimis* (Ps. cxl, 1). Docuimus de cognitione, cujus præmium æternitatis fructum esse memoravit, adjiciens Propheta, <sup>a</sup> quia in domo hujus timentis Dominum, vel eruditi in Lege, et cupientis in mandatis divinis: *Gloria et divitiæ, et justitia ejus manet in sæculum sæculi* (Ibid. 3). De operibus quoque in eodem psalmo subjunxit vitæ æternæ suppetere præmium viro justo. Denique ait: *Beatus vir qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in judicio; quia in sæculum non commovebitur. In memoria æterna erit justus* (Ibid., 5, 6). Et infra: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in æternum* (Ibid., 9).

7. Habet ergo vitam æternam fides, quia fundamentum est bonum: habent et bona facta, quia vir justus et dictis et rebus probatur. Nam si exercitatus sit in sermonibus, et desidiosus in operibus, prudentiam suam <sup>b</sup> factis refellit: et gravius est scire quid facias, nec fecisse quod faciendum cognoveris. Contra quoque strenuum esse in operibus, affectu infidum, ita est ac si vitioso fundamento pulchra culminum velis elevare fastigia: quo plus extruxeris, plus corrui: quia sine munimento fidei bona opera non possunt manere. Infida statio in portu navem perforat, et arenosum solum cito cedit, nec potest impositæ ædificationis sustinere onera. Ibi ergo plenitudo præmii, ubi virtutum perfectio, et quædam in factis atque dictis æqualitas sobrietatis.

### CAPUT III.

*Petita e Scripturis beatitudinis definitio expenditur, demonstraturque nihil ipsi vel propter externa bona accedere, vel decedere propter incommoda.*

8. Et quoniam sola rerum scientia explosa est, vel quasi inanis secundum Philosophiæ disputationes superfluas, vel quasi semiperfecta sententia; consideremus quam enodem de eo divina scriptura absolvat sententiam, de quo <sup>c</sup> tam multiplices et implicatas atque confusas videmus esse quæstiones Philosophiæ. Nihil enim bonum Scriptura nisi quod honestum asserit, virtutemque in omni rerum statu beatam judicat, quæ neque augeatur bonis corporis,

<sup>a</sup> Ita mss. multo plures potioresque: alii autem atque edit., *quæ sint in domo... Gloria, inquit, et divitiæ in domo ejus, etc.*

<sup>b</sup> Edit. ac mss. aliquot, *factis repellit.*

<sup>c</sup> Tullius in libris de Fin. bon. et mal. nec non in Tuscul. quæst. tam multas opiniones circa naturalem hujus vitæ beatitudinem esse agnoscit, ut confusionis vitandæ causa cogatur illas ad certum quemdam ordinem atque capita revocare. Sanctus autem Augustinus lib. xix de Civ. Dei, cap. 4, a Varrone proditum scribit easdem usque ad 288 posse perduc.

### PATROL. XVI.

vel externis, neque minuatur adversis: nihilque tam beatum, nisi quod a peccato alienum sit, **73** plenum innocentiae, repletum gratiae Dei. Scriptum est enim: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non sedit: sed in lege Domini fuit voluntas ejus* (Ps. 1, 1, 2). Et alibi: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini* (Ps. cxviii, 1).

9. Innocentia igitur et scientia beatum faciunt. Bonæ quoque operationis mercedem esse beatitudinem vitæ æternæ superius advertimus (Sup., cap. 2). Restat igitur ut spreto patrocínio voluptatis, aut doloris metu (quorum alterum quasi infractum et molliculum, alterum quasi eviratum et infirmum <sup>d</sup> despuit), in ipsis doloribus vitam beatam eminere demonstrat. Quod facile doceri potest, cum legerimus: *Beati estis, cum vobis maledicent, et persequuntur, et dicent omne malum adversus vos propter justitiam. Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelo. Sic enim persecuti sunt et prophetas, qui erant ante vos* (Matth. v, 11, 12). Et alibi: *Quis vult venire post me, <sup>e</sup> tollat crucem suam, et sequatur me* (Matth. xvi, 24).

### CAPUT IV.

*Idem argumentum, scilicet rebus externis non minui neque augeri beatitudinem, veterum exemplis illustratur.*

10. Est ergo beatitudo et in doloribus, quos plena suavitatis virtus comprimit et coerces, ipsa sibi domesticis opibus abundans, <sup>f</sup> vel ad conscientiam, vel ad gratiam. Neque enim parum beatus Moyses, cum Ægyptiorum vallatus populis, et mari clausus, per fluctus sibi et populo patrum pedestrem viam piis meritis invenisset (Exod. xiv, 13). Quando autem fortior, quam tunc cum extremis circumventus periculis non desperabat salutem, sed exigebat triumphum?

11. Quid Aaron, quando se beatiorem credit, quam tunc quando medius stetit inter vivos ac mortuos, et objectu sui statuit mortem, ne ad vivorum transiret agmina a cadaveribus mortuorum (Num. xvi, 48)? Quid de puero Daniele loquar, qui tam sapiens erat, ut inter leones fame exasperatos, nulla bestialis sævitæ formidine frangeretur: ita alienus a metu, ut posset epulari, nec vereretur, ne ad pastum exemplo sui feras provocaret (Dan. xiv)?

12. Est ergo et in dolore virtus, quæ sibi bonæ suavitatem exhibeat conscientiae; et ideo indicio est, quod non minuat dolor virtutis voluptatem. Sicut ergo nulla virtuti decessio beatitudinis per dolorem,

Adeundum hoc idem caput sicut duo proxime sequentia, ex quibus non parum lucis his quæ traduntur ab Ambrosio, adjici potest.

<sup>d</sup> Edit. cum uno aut altero mss., *despuitur.... demonstrat*: alii mss. magno numero et consensu, *despuit.... demonstrat*. Non incommode, si modo ista duo verba referas ad Scripturam de qua numero superiori.

<sup>e</sup> Edit., *post me, abneget semetipsum, tollat; mss., post me, tollat.*

<sup>f</sup> Mss. nonnulli, *vel ad constantiam.*

ita etiam nulla accessio per voluptatem corporis aut commodorum gratiam. De quibus pulchre Apostolus ait: *Quæ mihi lucra fuerunt, hæc duxi propter Christum detrimenta esse* (Phil. III, 7, 8). Et addidit: *Propter quem omnia damna duxi, et æstimo ut ster-cora, ut Christum lucrifaciam* (Hebr. XI, 26).

13. Denique Moyses damnium suum credidit thesauros esse Ægyptiorum, et opprobrium Dominicæ crucis prætulit: nec tunc dives cum abundaret pecunia, nec postea pauper cum egeret alimento; nisi forte tunc alicui minus beatus **74** videretur fuisse, cum in deserto quotidiana alimonia sibi et populo suo deforet. Sed quod summi boni ac beatitudinis nemo negare audeat, manna ei, hoc est, panis Angelorum ministrabatur e cælo; carnis quoque quotidiana pluvia totius plebis epulis redundabat (Exod. XVI, 13 et seq.).

14. Eliæ quoque sancto panis ad victum deerat, si quæreretur (III Reg. XVII, 6): sed non videbatur deesse, quia non quæreretur. Itaque diurno corvorum obsequio mane panis, caro ad vesperam deferre-batur. Numquid ideo minus beatus, quia pauper erat sibi? Minime. Immo eo magis beatus, quia erat Deo dives. Aliis enim quam sibi divitem esse præstat, ut iste erat, qui tempore famis cibum a vidua petebat, largiturus ut hydria farinae per triennium et sex menses non deficeret, et quotidianos usus olei vas viduæ inopi sufficeret ac ministraret (Ibid., 14). Merito ibi volebat Petrus esse, ubi istos videbat (Matth. XVII, 4). Merito in monte cum Christo in gloria appa-ruerunt; quia et ipse pauper factus est, cum dives esset.

15. Nullum ergo adminiculum præstant divitiæ ad vitam beatam. Quod evidenter Dominus in Evan-gelio demonstravit dicens: *Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuriunt et sitiunt, quia saturabuntur. Beati qui nunc fle-tis, quia ridebitis* (Luc. VI, 20 et seq.). Itaque pauper-tatem, famem, dolorem, quæ putantur mala, non solum im-pedimento non esse ad vitam beatam, sed etiam ad-jumento evidentissime pronuntiatum est.

#### CAPUT V.

*Quæ putantur bona, plerumque impedimento esse ad beatam vitam: et quæ mala, materiam esse virtutum: quod beatitudinis ac aliis exemplis confirmatur.*

16. Sed et illa quæ videntur bona, divitias, satietatem, lætitiâ expertem doloris, detrimento esse ad fructum beatitudinis. Dominico declaratum iudicio liquet, cum dicitur: *Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram! Væ vobis qui saturati estis,*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *Beati pauperes spiritu*; sequenti autem versu edit. solæ, et *sitiunt iustitiam*.

<sup>b</sup> Mss. quatuor, *corporis voluptates, aut externa bona*; melius alii, *corporis aut externa bona*; uti supra 71.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *angi dolore, deplorare*.

<sup>d</sup> Paris. quædam edit., *metu doloris*; aliæ ac mss., *motu doloris*. Continuo autem ubi omnes edit. cum duobus omnino mss., *metuentem accidere*; mss. aliquot, *pænæ accidere*, perjeram; alii nonnulli, *nec pænæ accidere hæc*. Melius quidem; sed omnium op-

**A** *quia esurietis* (Ibid., 24 et seq.)! Et illis qui rident, quia lugebunt. Sic ergo non solum adminiculo non sunt ad vitam beatam <sup>b</sup> corporis, aut externa bona, sed etiam dispendio sunt.

17. Inde enim beatus Nabathe etiam cum lapidaretur a divite (III Reg. XXI, 13), quia pauper et infirmus adversus opes regie, solo erat affectu et religione dives, ut pecunia regali non commutaret paternæ vineæ hæreditatem: coque perfectus, quia sanguine proprio defenderet jura majorum suorum. Inde quoque miser Achab etiam suo iudicio, quia pauperem necari fecerat; ut ejus possideret vineam.

18. Certum est solum et summum bonum esse virtutem, eamque abundare solam ad vitæ fructum beato: nec externis aut corporis bonis, sed virtute sola vitam præstari beatam, per quam vita æterna acquiritur. Vita enim beata fructus præsentium: vita autem æterna spes futurorum est.

**75** 19. Sunt tamen qui in hoc corpore tam infirmo, tam fragili, impossibilem vitam beatam putant, in quo necesse est <sup>c</sup> angi, dolere, deplorare, ægrescere: quasi vero ego in corporis exultatione dicam vitam beatam consistere, et non in altitudine sapientiæ, suavitate conscientie, virtutis sublimitate. Non enim in passione esse, sed victorem esse passionis beatum est, nec frangi temporalis <sup>d</sup> motu doloris.

20. Pone accidere hæc quæ gravia ad vim doloris feruntur, cæcitate, exsilium, famem, stuprum filia, amissionem liberorum. Quis neget beatum Isaac, qui non videbat in senectute, et beatitudines suis benedictionibus conferebat (Gen. XVII, 1 et seq.)? Annon beatus Jacob qui profugus patria domo, mercenarius pastor exsilium sustinuit, filia pudicitiam ingemuit esse temerata, famem pertulit (Gen. XXXI, 1, et seq.)? Non ergo beati quorum fide Deus accipit testimonium, cum dicitur: *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob* (Gen. XXXIV, 1 et seq.)? Misera est servitus, sed non miser Joseph; immo plane beatus, cum dominæ libidines in servitute positus coerceret (Gen. XXXIV, 8 et seq.)? Quid de sancto David loquar, qui trium filiorum deploravit <sup>e</sup> obitum (II Reg. XIII, 5), et quod his durius, incestum filia (II Reg. XVIII, 33)? Quomodo non beatus, de cuius successione beatitudinis auctor exortus est, qui plurimos fecit beatos? *Beati enim qui non viderunt et crediderunt* (Joan. XX, 29). Fuerunt et ipsi in sensu infirmitatis, sed evaluatorunt de infirmitate fortes. Quid laboriosius autem sancto Job vel <sup>f</sup> in domus incendio, vel filiorum decem interitu momentaneo, doloribus corporeis? Numquid minus

time Thuan. et alii longe plurimi: *Pone accidere*, id est, fac, esto, flnge: quæ verba rhetorice concessionem inserviunt.

<sup>e</sup> Ita mss. summo consensu; edit. vero subdunt, *interitum Ammon et Absalon atque infantuli ex ea quæ fuit Uriæ nati.... filia Thamar*.

<sup>f</sup> Mss. nonnulli, *in domorum incendio*: sed cum nullam Jobi domum incendio consumptam in sacris paginis reperiamus, non deerunt forte qui suspectam habeant utramque lectionem. Attamen recte dici potest *domus incendium*, pro clade illius ac ruina.

beatus, quam si illa non pertulisset, in quibus magis probatus est (*Job* 1, 14 seq.; II, 7 seq.)?

21. Esto tamen fuisse in illis aliquid acerbitatis, quem virtus animi non abscondit dolorem. Neque enim <sup>a</sup> profundum mare negaverim, quia vadosa sunt littora; neque cœlum lucidum, quia interdum obtexitur nubibus; neque terram secundam, quia aliquibus locis jejuna <sup>b</sup> glareæ est: aut lætas segetes, quia intermixtam solent habere sterilem avenam. Similiter puta <sup>c</sup> beata mensuram conscientiæ interpellari aliquo acerbo doloris. Nonne totius manipulis vitæ beatæ, si quid forte accidit adversi atque amaritudinis, tamquam sterilis avena absconditur, aut tamquam lolii amaritudo frumenti suavitate obducitur? <sup>d</sup> Sed jam ad proposita pergamus.

## 76. CAPUT VI.

*De utili non quæstioso illo, sed justo et honesto, quod etiam damnis quæritur: ac dividitur in utile corporum et pietatis.*

22. Superiore libro ita <sup>e</sup> divisionem fecimus, ut primo loco esset honestum ac decorum, a quo officia ducerentur, secundo loco quid utile. Et quemadmodum in primo diximus quia inter honestum et decorum est quedam distinctio, quæ magis intelligi quam explicari possit: sic et cum utile tractamus, considerandum videtur quid utilius.

23. <sup>f</sup> Utilitatem autem non pecuniarii lucri æstimatione subducimus, sed acquisitione pietatis; sicut Apostolus ait: *Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ præsentis et futuræ* (I Tim. IV, 8). Itaque in scripturis divinis, si diligenter quæramus, sæpe invenimus quod honestum est, utile vocari: *Omnia mihi licent, sed non omnia utilia sunt* (I Cor., VI, 12). Supra de vitis loquebatur. Hoc ergo dicit: *Licet peccare, sed non decet. In potestate sunt peccata, sed non sunt honesta. Luxuriari promptum, sed non justum. Non enim Deo esca, sed ventri colligitur.*

24. Ergo quia quod utile, id etiam justum: justum est ut <sup>g</sup> serviamus Christo qui nos redemit; ideo justus, qui pro ejus nomine morti se obtulerunt: injusti qui declinaverunt, <sup>h</sup> de quibus dicit: *Quæ utilitas insana-*

<sup>a</sup> Ex Ciceronis lib. V de Fin. bon. et mal. sub finem, ubi hæc habentur: *At enim qua in vita est aliquid mali, ea beata esse non potest. Ne seges quidem igitur spicis uberibus et crebris, si avenam uspiam videris: nec mercatura quæstiosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. An hoc usquequaque aliter in vita, et non ex maxima parte de tota judicabis?* etc.

<sup>b</sup> *Glareæ*, terra est arenosa, minutisque scrupis et calculis referta: de qua Virg. lib. II Georg. versu 212:

*Nec jejuna quidem clivosi glareæ ruris  
Vix humiles apibus castas roreisque ministrat.*

<sup>c</sup> Sic. edit. omnes, ac plerique mss.; alii tamen aliquot partim, *beatam conscientiam*, partim *beatæ esse conscientiæ*. Ubi vero eadem edit. ac pauci mss., *acerbo dolore*: alii plures legunt, *acervo*, partim, *beatam conscientiam*, partim, *beatæ esse doloris*: commedius vero Thuan. et reliqui, *acerbo doloris*.

<sup>d</sup> Cic. lib. II, pag. 374, lin. 49: *Sed jam ad instituta pergamus.*

*quino meo* (*Psal.* XXIX, 10); id est, qui justitiæ meæ profectus? Unde et illi: *Alligemus justum, quia inutile est nobis Esai.* III, 10), <sup>i</sup> id est, iniustus qui nos arguit, condemnat, corripit. Licet hoc possit etiam ad avaritiam hominum impiorum derivari, quæ perfidiæ vicina est; sicut in Juda proditore legimus, qui avaritiæ studio et pecuniæ cupiditate, laqueum proditoriis incurrit atque incidit.

25. De hac igitur tractandum est utilitate, quæ sit plena honestatis, sicut ipsis verbis definitur Apostolus dicens: *Hoc autem ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum injiciam vobis, sed ad id quod honestum est* (I Cor. VII, 35). Liqueat igitur i quod honestum est, utile esse; et quod utile, honestum: et quod utile justum; et quod justum, utile. Neque enim mihi ad mercatores lucri cupidine avaros, sed ad filios sermo est, et sermo de Officiis, quæ vobis quos elegi <sup>j</sup> in ministerium Domini, inculcare gestio atque infundere; ut ea quæ mentibus ac moribus vestris usu atque institutione inolita atque **77** impressa sunt, etiam sermone ac disciplina aperiantur.

26. Itaque de utilitate dicitur, utar illo versiculo prophético: *Declina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam* (*Psal.*, 118, 36); ne utilitatis sonus excitet pecuniæ cupiditatem. Denique aliqui habent: *Declina cor meum in testimonia tua, et non ad utilitatem*; hoc est, illam quæstum nundinas aucupantem utilitatem, illam usu hominum ad pecuniæ studia inflexam ac derivatam. Vulgo enim hoc solum dicunt utile, quod quæstuosum: nos autem de ea tractamus utilitate, quæ damnis quæritur; ut Christum lucremur, <sup>k</sup> cujus quæstus est pietas cum sufficientia (I Tim. VI, 6). Magnus profecto quæstus, <sup>l</sup> quo pietatem acquirimus, quæ apud Deum dives est, non caducis facultatibus, sed muneribus æternis: in quibus non tentatio lubrica, sed constans et perpetua sit gratia.

27. Est igitur utilitas alia corporalis, alia pietatis, sicut divisit Apostolus: *Corporalis enim exercitatio ad modicum, inquit, utilis est: pietas autem ad omnia utilis est* (I Tim. IV, 8). Quid autem tam honestum, quam integritas? Quid tam decorum, quam

<sup>e</sup> Ibid. *Quinque igitur rationibus propositis officii perseguendi quarum duæ ad decus, etc.*

<sup>f</sup> Ibid., pag. 375, lin. 4: *Quod utile appellatur; in quo verbo lapsa consuetudo, etc.*

<sup>g</sup> Alluditur ad id quod ibidem, pag. 376, lin. 48, dicitur: *Atque etiam subjiciunt se homines imperio alterius et potestati, etc.*

<sup>h</sup> Edit., *de quibus dicitur.... dum descendo in corruptionem, id est, quis, etc.*

<sup>i</sup> Sex mss., *id est injustis*: cui lectioni conjecturæ suæ calculum adiecit vir non inductus: alii tamen 28 et omnes edit., *id est, injustus*. Magis apposite; non enim ad vocem, *nobis*: sed ad *inutilis* referenda est vox, *injustus*: cum id agat hoc loco sanctus Doctor, ut et utile pro justo, et contra inutile pro injusto sumi demonstrat.

<sup>j</sup> Ita mss. omnes, duobus exceptis, in quibus est aliquod confusionis: edit. vero, *quod honestum est, utile et justum esse: et quod utile, honestum et justum: et quod justum, utile et honestum.*

<sup>k</sup> Cic. lib. II, pag. 375, lin. 48: *Deos placatos pietas efficit et sanctitas, etc.*

immaculatum servare corpus, et inviolatum atque A intaminatum pudorem? Quid etiam tam decorum, quam ut vidua uxor defuncto conjugii fidem servet? Quid etiam hoc utilius, quo regnum cœleste acquiratur? Sunt enim qui se castraverunt propter regnum cœlorum (*Matth.*, xix, 12).

## CAPUT VII.

*Utilitatem idem esse ac honestatem; nihil autem utilius dilectione, quæ mansuetudine, affabilitate, beneficentia, justitia aliisque virtutibus comparatur; quemadmodum ex Moysis atque Davidis historia datur intelligi: postremo et e dilectione fidem nasci, et rursus e fide dilectionem.*

28. Est igitur non solum familiare contubernium honestatis et utilitatis, sed eadem quoque utilitas, quæ honestas. Ideo et ille qui regnum cœlorum volebat omnibus aperire, non quod sibi utile quærebat, sed quod omnibus. Unde ordo quidam nobis et gradus faciendus est, etiam ab his usitatis et communibus ad ea quæ sunt præcellentia; ut ex pluribus utilitatis colligamus profectum.

29. Ac primum noverimus nihil tam utile, <sup>a</sup> quam diligere: nihil tam inutile, quam non amari; nam odio haberi exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus, ut omni sedulitate commendemus existimationem opinionemque nostram, ac primum <sup>b</sup> placiditate mentis et animi benignitate influamus in affectum hominum. Popularis enim et grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum ac facilitate, tum moderatione præcepti, <sup>c</sup> et affabilitate sermonis, verborum honore, patienti quoque sermonum vice, modestiæque adjuvetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis.

78. 30. <sup>d</sup> Legimus enim non solum in privatis; sed etiam in ipsis regibus, quantum facilitas blandæ <sup>e</sup> affabilitatis profecerit, aut superbia verborumque obfuerit tumor; ut regna ipsa labefactaret, et potestatem solveret. Jam si quis <sup>f</sup> consilio, usu, ministerio, officiis popularem comprehendat gratiam: aut si quis periculum suum pro universa plebe offerat; non est dubium quod tantum charitatis a plebe in eum refundatur, ut populus salutem ejus et gratiam sibi præferat.

31. Quantas Moyses a populo illatas <sup>g</sup> absorbebat contumelias (*Exod.* xxxii, 11 et seq.): et cum Dominus in insolentes vindicare vellet; se tamen pro populo offerebat frequenter, ut indignationi divinæ plebem subduceret! <sup>h</sup> Quam mihi sermone post injurias appellabat populum, consolabatur in laboribus, delinibat oraculis, fovebat operibus: et cum Deo

<sup>a</sup> Cic. lib. ii, pag. 377, lin. 2: *Rerum autem omnium nec aptius est quidquam ad opes tuendas quam diligere*, etc.

<sup>b</sup> Edit., ac facilitate animi, moderatione præcepti, et affabilitate sermonis, verborumque honore. Cic. lib. ii, pag. 378, lin. 24: *Sed est alius quidam aditus ad multitudinem, ut in universorum animos tamquam influere*, etc.

<sup>c</sup> Cic. lib. ii, pag. 380, lin. 48: *Sed tamen difficile dictu est quantopere conciliet animos hominum*, etc.

<sup>d</sup> Ibid. lin. 49: *Exstant epistolæ et Philippi ad*

constanter loqueretur (*Gen.*, xxxiii, 8 et seq.); homines tamen humili et grata appellatione affari sollebat! Merito æstimatus est supra homines, ut et vultum ejus non possent intendere (*Gen.*, xxxiv, 29 et seq.), et sepulturam ejus non repertam crederent (*Deut.*, xxxiv, 6); quia sic sibi totius plebis mentes devinxerat, ut plus eum pro mansuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur (*I Reg.* x, 12, et alibi).

32. Quid ejus imitator sanctus David, electus ex omnibus ad plebem regendam, quam mitis et blandus, humilis spiritu, sedulus corde, facilis affectu! Ante regnum se pro omnibus offerebat: rex cum omnibus æquabat suam militiam, et partiebatur laborem: fortis in prælio, mansuetus in imperio, patiens B in convicio, ferre magis promptus quam referre injurias. Ideo tam charus erat omnibus, ut juvenis ad regnum etiam invitatus peteretur, resistens cogeretur, senex ne prælio interesset a suis rogaretur; quod mallent omnes pro ipso periclitari, quam illum pro omnibus.

33. Ita sibi gratis officiis plebem obligaverat (*II Reg.*, ii, 2, et seq.), primum, ut in discordiis populi exulare in Hebron mallet, quam in Hierusalem regnare: deinde, ut etiam in hoste positam virtutem diligeret: justitiam etiam his qui arma contra se tulerant æque ac suis præstandam putaret: denique (*II Reg.*, iii, 32 et seq.) fortissimum adversæ partis propugnatorem Abner ducem et inferentem prælia miratus est, et orantem pacis gratiam non aspernatus, honoravit convivio: interemptum insidiis doluit et flevit, prosecutus exsequias honestavit; mortem ultus, conscientiam fidem præstitit, quam filio inter hæreditaria jura transcripsit, magis sollicitus, ne innocentis mortem inultam relinqueret, quam quo suam mortem doleret.

34. Non mediocre istud, præsertim in rege, sic obire humilitatis nuntia, ut communem se exhiberet etiam infirmis, alieno periculo cibum non quærere, potum recusare (*II Reg.* xxxiii, 13 et seq.), peccatum fateri, seque ipsum pro populo offerre morti, ut in se divina indignatio converteretur, cum ferienti angelo offerens se diceret: *Ecce sum, ego peccavi, 79 et ego pastor malum feci, et iste grex quid fecit? Fiat manus tua in me.*

D 35. Nam quid alia dicam, quod dolum meditantibus os suum non aperiebat, et, tamquam non audiens, nullum sermonem referendum putabat: non respondebat conviciis: cum sibi derogaretur, orabat: cum malediceretur, benedicebat? Ambulans in simplicitate, et superborum <sup>i</sup> fugitans, sectator

*Alexandrum... quibus præcipiunt ut oratione benigna multitudinis animos*, etc.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *affabilitatis profuerit*. Et infra, *a populo Dei illatas*, etc.

<sup>f</sup> Quidam mss., *consilii usus ministerio*.

<sup>g</sup> Nonnulli mss., *absolvebat contumelias*.

<sup>h</sup> Ult. edit. Paris., *quam mitis in sermone*,

<sup>i</sup> Edit. ac mss. duo, *fugitans arrogantiam*: alii paulo plures, *conventicula fugiens*: reliqui maximo numero et auctoritate neque *arrogantiam* agnoscunt,

immaculatorum, qui cinerem miscebat alimentis A suis, cum peccata propria deploraret, et potum suum temperabat fletibus (*Psal. xxxvii, 14, et alibi*). Merito sic expetitus est ab universo populo, ut venirent ad eum omnes tribus Israel dicentes: *Ecce nos ossa tua et caro tua sumus: heri et nudius tertius cum esset Saul, et regnaret super nos; tu eras qui producebas et inducebas Israel. Et dixit tibi Dominus: Tu pasces populum meum* (II *Reg. v, 1 et seq.*). Et quid plura de eo dicam, de quo hujusmodi Dei processit sententia, ut de eo diceret: *invenit David secundum cor meum* (*Psal. lxxxviii, 21*)? Quis enim in sanctitate cordis et justitia sicut iste ambulavit, ut impleret voluntatem Dei: propter quem et delinquentibus posteris ejus venia data, et prærogativa est reservata hæredibus (III *Reg. xi, 12, 13*)?

36. Quis igitur non diligeret eum, quem videbat ita charum amicis; ut quia ipse sincere amicos diligebat, æque diligi se a suis amicis arbitraretur? Denique parentes eum filiis suis, filii præferebant parentibus. Unde graviter indignatus Saul, percutere Jonathan filium hasta voluit; quia pluris apud eum valere David amicitiam judicabat, quam vel pietatem, vel auctoritatem paternam (I *Reg. xx, 30 et seq.*).

37. Etenim ad incentivum charitatis communis plurimum proficit, si quis vicem amantibus reddat, nec minus redamare se probet, quam ipse amatur, idque amicitiae fidelis <sup>a</sup> pateat exemplis. Quid enim tam populare, quam gratia? Quid tam insitum naturæ, quam ut diligentem diligas? Quid tam inolitum atque impressum affectibus humanis, quam ut eum amare inducas in animum, a quo te amari velis? Merito sapiens dicit: *Perde pecuniam propter fratrem et amicum* (*Eccli. xxix, 13*). Et alibi: *Amicum salutare non erubescam, et a facie illius non me abscondam* (*Eccli. xxii, 31*). Siquidem vitæ et immortalitatis medicamentum in amico esse Ecclesiasticus sermo testatur (*Eccli. vi, 16*): et summum in charitate præsidium nemo dubitaverit, cum Apostolus dicat: *Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas numquam cadit* (I *Cor. xiii, 7 et seq.*).

38. Ideo David non cecidit, quia charus fuit omnibus, et diligi a subjectis quam timeri maluit. <sup>b</sup> Timor enim temporalis tutaminis servat excubias, nescit diuturnitatis custodiam. Itaque ubi timor decesserit, audacia obrepit; quoniam fidem non timor cogit, sed affectus exhibet.

39. Prima ergo ad commendationem nostri est

neque conventicula: sed nec ulli omnino verbum exstitit, quod in editis legitur post, *sectator*.

<sup>a</sup> Mss. nonnulli, *faciat exemplis*; quidam *exemplum*.

<sup>b</sup> Cic. lib. ii, pag. 377, lin. 8: *Malus enim custos diuturnitatis metus, etc.*

<sup>c</sup> Ibid., pag. 378, lin. 13: *Certum igitur hoc sit, idque et primum et maxime necessarium familiaritates habere fidus, etc.*

<sup>d</sup> Ibid., pag. 376, lin. 38: *Quæcumque igitur ho-*

<sup>e</sup> charitas. Bonum est ergo testimonium habere de plurimorum dilectione. Hinc nascitur **80** fides, ut committere se tuo affectui non vereantur etiam alieni, quem pluribus charum adverterint. Similiter etiam per fidem ad charitatem pervenitur; ut qui uni aut duobus præstiterit fidem, tamquam influat in animos universorum, et omnium acquirat gratiam.

#### CAPUT VIII.

*Nihil ad conciliandam gratiam magis valere quam consilia: sed eis confidere posse neminem, nisi justitia nitantur ac prudentia: quantum autem hæ duæ virtutes eluxerint in Salomone, ex ipsius celeberrimo judicio palam fieri.*

40. Duo igitur hæc ad commendationem nostri plurimum operantur, <sup>d</sup> charitas et fides; et tertium **B** hoc, si habeas quod in te admiratione dignum plerique existiment, et jure honorandum putent.

41. Et quia consiliorum usus maxime conciliat homines, ideo <sup>e</sup> prudentia et justitia in unoquoque desideratur, et ea expectantur a pluribus; ut in quo ea sint, illi deferatur fides, quod possit utile consilium ac fidele desideranti dare. Quis enim ei se committat, quem non putet plus sapere, quam ipse sapiat qui quærit consilium? Necesse est igitur ut præstantior sit a quo consilium petitur, quam ille est qui petit. Quid enim consulas hominem, quem non arbitraris posse melius aliquid reperire, quam ipse intelligis?

42. Quod si eum inveneris qui vivacitate ingenii, mentis vigore atque auctoritate præstet, et accedat eo ut exemplo et usu paratior sit, præsentia solvat pericula, prospiciat futura, denuntiet imminentia, argumentum expediat, remedium ferat in tempore, paratus sit non solum ad consulendum, sed etiam ad subveniendum; huic ita fides habetur, ut dicat qui consilium petit: *Et si mala mihi evenerint per illum, sustineo* (*Eccli. xxii, 54*).

43. Hujusmodi igitur viro salutem nostram et estimationem committimus, qui sit, ut supra diximus, justus et prudens. Facit enim <sup>f</sup> justitia, ut nullus sit fraudis metus: facit etiam prudentia, ut nulla sit erroris suspicio. Promptius tamen nos justo viro quam prudenti committimus, ut secundum usum vulgi loquar. <sup>g</sup> Cæterum sapientum definitione, in quo una virtus est, concurrunt cæteræ, nec potest sine justitia esse prudentia. Quod etiam in nostris invenimus; dicit enim David: *Justus miseretur et fenerat* (*Psal. xxxvi, 21*). Quid feneret justus, alibi dicit: *Jucundus vir qui miseretur et fenerat, disponet sermones suos in judicio* (*Psal. cxii, 5*).

*mines, etc.* Item pag. 378, lin. 21: *Summa igitur et perfecta gloria constat, etc.*

<sup>e</sup> Ibid., pag. 378, lin. 34: *Fides autem ut habeatur, duabus rebus effici potest, etc.*

<sup>f</sup> Ibid., lin. 39: *Justis autem et fides hominibus id est, bonis... Harum igitur duarum ad fidem faciendam justitia plus pollet, etc.*

<sup>g</sup> Ibid., lin. 46: *Sed ne quis sit admiratus cur cum inter omnes philosophos constet... qui unam haberet, etc.*

44. Ipsum illud nobile Salomonis iudicium nonne sapientiæ plenum ac iustitiæ est? Itaque spectemus illud si ita est. Dux, inquit mulieres in conspectu regi Salomonis steterunt, et dixit una ad eum: Audi me, domine. Ego et **81** hæc mulier in uno habitans cubiculo, ante diem tertium partu edito, singulos filios suscepimus, et erramus una, arbiter nullus domi, nec ulla alia nobiscum femina, nisi nos sola: et mortuus est filius ejus hac nocte, et obdormivit super eum: et surrexit media nocte, et accepit filium meum de sinu meo, et collocavit eum in gremio suo, et filium suum mortuum posuit in sinu meo. Et surrexi mane, ut lactarem parvulum, et inveni mortuum. Et consideravi illum diluculo, et non erat filius meus. Et respondit altera: Non, sed filius meus est, qui vivit: filius autem tuus, qui mortuus est (III Reg. in, 16 et seq.).

45. Et hæc erat contentio, cum utraque filium sibi vindicarent superstitem: defunctum autem suum negarent. Tunc rex iussit afferri machæram, et infantem dividi, ac singulas partes dari singulis: dimidiam uni, et dimidiam alteri. Exclamabat mulier quæ vero erat affectu percita: Nequaquam, domine, infantem divides: detur potius illi, et vivat, et non interficias eum. At illa respondit altera: Neque meus, neque hujus sit infans, dividite eum. Et statuit rex dari infantem ei mulieri quæ dixerat: Nolite interficere eum, sed date eum illi mulieri; quia mota sunt, inquit, viscera ejus in filio suo.

46. Itaque non immerito æstimatus est intellectus Dei in eo esse; <sup>a</sup> quoniam quæ occulta sunt Deo? Quid autem occultius internorum viscerum testimonio, in quæ sapientis intellectus velut quidam pietatis descendit arbiter, et velut quandam genitalis alvi vocem eruit; quia maternus paluit affectus, qui eligeret filium suum vel apud alienam vivere, quam in conspectu matris necari.

47. Sapientiæ igitur fuit latentem distinguere conscientias, ex occultis eruere veritatem; et velut quandam machæra, et illi spiritus gladio penetrare non solum uteri, sed etiã animæ et mentis viscera: iustitiæ quoque, ut quæ suum necaverat, alienum non tolleret; sed vera mater reciperet suum. Denique etiam Scriptura hoc pronuntiavit: *Audivit, inquit, omnis Israel hoc iudicium, quod iudicavit rex: et timuerunt a facie regis, eo quod intellectus Dei in eo esset, ut faceret iustitiam* (III Reg. in, 28). Denique et ipse Salomon ita poposcit sapientiam, ut daretur sibi

<sup>a</sup> Omnes edit. ac pauci mss., in quo occulta sunt Dei; alii sex aut septem, quoniam quæ occulta sunt Dei, manifesta facta sunt ei. Cæteri ferine, quoniam quæ occulta sunt Deo patent; sed cum verbum, patent, omittatur in antiquissimis, qui sententiã interrogationis formã referendam non perspexere, de suo quisque quod sensui necessarium visum est, addiderunt.

<sup>b</sup> Cic. lib. II, pag. 378, lin. 50: *Quamobrem ut vulgus, ita nos hoc loco loquimur, ut aliis fortes, etc.*

<sup>c</sup> Paris. edit. nonnullæ, quæ eliminandæ veritatis causa. Non satis recte.

<sup>d</sup> Cic. lib. II, Offic. pag. 378, lin. 41: *Harum igitur*

cor prudens audire et iudicare cum iustitia (Ibid., 9).

#### CAPUT IX.

*Quamvis individue sint iustitia atque prudentia, vulgi tamen cardinales virtutes distinguuntis ingenio servandum esse.*

48. Liqueat igitur etiam secundam scripturam divinam, quæ antiquior est, sapientiam sine iustitia esse non posse; quia ubi una earum virtutum, ibi utraque est. Daniel quoque **82** quam sapienter alta interrogatione fraudulentæ accusationis deprehendit mendacium, ut calumniatorum sibi responsio non conveniret! Prudentiæ igitur fuit vocis suæ testimonio reos prodere: iustitiæ quoque, nocentes supplicio dare, innocentem subducere (Dan. xiii, 54 et seq.).

49. Est ergo individuum sapientiæ atque iustitiæ contubernium: <sup>b</sup> sed vulgi usu dividitur una quædam forma virtutum, ut temperantia sit in despiciendis voluptatibus: fortitudo spectetur in laboribus et periculis: prudentia in delecto bonorum, sciens commoda et adversa distinguere: iustitia quæ sit bona custos juris alieni, et vindex proprietatis, suum cuique conservans. Sit ergo nobis communis opinionis gratia quadripartita hæc facta divisio, ut ab illa subtili disputatione philosophicæ sapientiæ, <sup>c</sup> quæ limandæ veritatis causa quasi ex adyto quodam eruitur, retrahentes pedem, forensium usum ac popularem sensum sequamur. Hæc igitur divisione servata, revertamur ad propositum.

#### CAPUT X.

*Salutem justi viri quam prudentis consilio magis committi: eum autem qui iustitiam ac prudentiam in se conjanxerit, ab omnibus expecti volere: hujus rei exemplum fuisse tum Salomonem, de quo verba reginæ Sabæ exponuntur; tum Josephum, et Danielem.*

50. Prudentissimo cuique causam nostram committimus, et ab eo consilium promptius quam a cæteris poscimus. Præstat tamen fidele <sup>d</sup> justi consilium viri, et sapientissimi ingenio frequenter præponderat. <sup>e</sup> *Utilia enim vulnera amici, quam aliorum oscula* (Prov. xxvii, 6). <sup>f</sup> Deinde quia justi iudicium est, sapientis autem argumentum: in illo cænsura disceptationis, in hoc calliditas inventionis.

51. Quod si utrumque connectas, erit magna consiliorum salubritas, quæ ab universis spectatur admiratione sapientiæ et amore iustitiæ; ut omnes quærant audire sapientiam ejus viri, in quo utrius-

*tur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet, etc.*

<sup>e</sup> Edit. cum mss. pauculis, *Utiliora* (Amerb., *utilia*) enim vulnera amici, quam alienorum oscula. Mss. vero multo plures ac vetustiores, *Utilia . . . quam aliorum oscula*. Hunc versiculum, qui habetur apud solos LXX crebro citari ab Ambrosio advertas licet, semper autem illum ita exprimit, ut pro *utiliora* mss. probatioribus exhibeant *utilia*, ubi subintellige *adverbum magis*, at vero pro *aliorum oscula*, quod hic scribitur, nusquam non invenias, *voluntaria oscula inimici*, ut LXX, nimirum *ἐκούσια ἐχθρῶν ἐχθρῶν*.

<sup>f</sup> Huc usque cap. 9, in vet. edit. protendebatur: quam autem recte, quisvis lectorum facile iudicabit.



que virtutis copula sit: sicut quærebant omnes reges A terræ videre faciem Salomonis, et audire sapientiam ejus; ita ut et Saba regina veniret ad eum, et tentaret eum in quæstionibus: *Et venit, et omnia locuta est quæ habebat in corde suo, et audivit omnem sapientiam Solomonis, nec ullum verbum præterivit eam* (III Reg. x, 2 et 3).

52. Quæ sit ista, quam nihil prætereat, nec sit aliquid quod ei non annuntiaverit verus Salomon, cognosce, o homo, ex his quæ audis loquentem: *Verus est, inquit, sermo quem audivi in terra mea de sermonibus tuis, et de prudentia tua, et non credidi his qui dicebant mihi, donec veni, et viderunt oculi mei: et nunc non est nec dimidia quidem pars secundum ea quæ annuntiabant mihi. Apposisti bona super omnia quæ audivi* 83 *in terra mea. Beatæ mulieres tuæ, et beati pueri tui qui assistunt tibi, qui audiunt omnem prudentiam tuam* (Ibid., 6 et seq.). Intellige convivium veri Salomonis, et quæ apponuntur in eo convivio, intellige sapienter, et considera in qua terra congregatio nationum audierit famam sapientiæ veræ: atque justitiæ, et quibus eum viderit oculis, contemplantibus utique ea quæ non videntur. Quoniam quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna (II Cor. iv, 14).

53. Quæ sunt beatæ mulieres, nisi illæ de quibus dicitur, *quia multæ verbum Dei audiunt et parium* (Luc. xi, 28)? Et alibi: *Quicumque enim verbum Dei fecerit, ipse meus frater et soror et mater est* (Matth. xii, 50). Qui etiam pueri tui beati qui assistunt, nisi Paulus qui dicebat: *Usque in hunc diem sto protestans minori ac majori* (Act. xxvi, 22), Simeon qui expectabat in templo ut videret consolationem Israel (Luc. ii, 25)? Quomodo enim dimitti posceret, nisi quia assistens Domino, discedendi habere facultatem non poterat, nisi voluntatem Domini adeptus esset? Exempli causa propositus est nobis Salomon, a quo certatim ut audiretur ejus sapientia, postulabatur.

54. <sup>b</sup> Joseph quoque nec in carcere feriatns erat, quo minus de rebus incertis consuleretur. Cujus consilium Ægypto universæ profuit; ut non sentiret septem annorum sterilitatem, aliosque populos miseræ famis levaret jejunio (Gen. xli, 40 et seq.).

55. Daniel ex captivis, regaliam consultorum arbiter factus, consiliis suis emendavit præsentia, annuntiavit futura. Ex his enim quæ frequenter interpretatus ostenderat <sup>c</sup> veri se esse annuntium, fides ei in omnibus deferebatur (Dan. ii, 40 et seq.).

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *Beatæ quæ verbum Dei*, etc. Sed hic Scripturæ sensum, potius quam verba citari manifestum est.

<sup>b</sup> In superioribus edit. hinc incipiebat, cap. 41, sed male. Namque hoc et sequens exemplum ad cap. 40 spectare constat: postea vero de tertia illa parte agi, quæ capitis 8 initio proposita est.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *vera se esse annuntiatum*.

<sup>d</sup> Cic. lib. ii, pag. 379, lin. 3. *Erat igitur ex tribus,*

## CAPUT XI.

*Tertia conditio quæ ad fidem alicui conciliandam valet, in Moyse, Daniele ac Josepho fulsisse ostenditur.*

56. Sed etiam <sup>d</sup> tertius locus de his qui admiratione digni æstimarentur, Joseph, Salomonis et Danielis exemplo decursus videtur. Nam quid de Moyse loquar, cujus omnis Israel quotidie consilia præstolabatur, quorum vita fidem faciebat prudentiæ, admirationemque ejus augebat? Quis se non committeret consilio Moysi, cui seniores si qua supra suum intellectum et virtutem esse arbitrarentur, dijudicanda servabant?

57. Quis Danielis consilium refugeret, de quo Deus ipse dixit: *Quis Daniele sapientior* (Ezech. xxviii, 3)? Aut quomodo homines de eorum dubitationibus possent, quibus Deus tantam conferebat gratiam? Moysi consilio bella conficiebantur: Moysi meritis de cælo affluebat alimonia, potus et petra.

58. Quam purus Danielis animus, ut mulceret barbaros mores, mitigaret leones (Dan. xiv, 39)! Quæ in illo temperantia! Quanta animi et corporis 84 continentia! Nec immerito mirabilis factus omnibus, quando (quod vehementer admirantur homines) regalibus fultus amicitiiis, aurum non quærebat, nec delatum sibi honorem pluris faciebat quam fidem. Quin etiam periclitari malebat pro lege Domini, quam pro gratia hominis inflecti.

59. Nam de sancti Joseph (quem pone præterieram) castimonia et justitia quid dicam; quarum altera illecebras heriles respuit, refutavit præmia: altera mortem contempsit, metum repulit, carcerem præoptavit (Gen. xxxix, 8 et seq.)? Quis hunc privatæ causæ ad consulendum idoneum non judicaret, cujus ferax animus et mens fertilis, temporis sterilitatem quodam consiliorum et cordis ubere fecundavit (Gen. xli, 25 et seq.).

## CAPUT XII.

*Neminem ab homine vitiiis contaminato consilium poscere; nec rursus a moroso et difficili: sed ab eo cujusmodi exemplar habemus in Scripturis.*

60. Advertimus igitur quod in acquirendis consiliis plurimum adjungat vitæ probitas, virtutum prærogativa, benevolentæ usus, <sup>e</sup> facilitatis gratia. Quis enim in cæno fontem requirat? Quis <sup>f</sup> turbida aqua potum petat? Itaque ubi <sup>g</sup> luxuria est, ubi intemperantia, ubi vitiorum confusio; quis inde sibi aliquid hauriendum existimet? Quis non despiciat morum colluvionem? Quis utilem causæ alienæ judicet, quem videt inutilem vitæ suæ? Quis iterum <sup>h</sup> improbum, malevolum, contumeliosum non fugiat, et

*quæ ad gloriam pertinent, hoc tertium, etc.*

<sup>e</sup> Omnes edit., *frugalitatis gratia*. Elegantius mss. prope ad unum, *facilitatis gratia*; nam frugalitas in vitæ probitate supra continetur, de facilitate vero infra etiam acturus est sanctus Ambrosius.

<sup>f</sup> Cic. lib. ii Offic., pag. 379, lin. 8: *Despiciunt autem eos et contemnunt in quibus nihil virtutis, etc.*

<sup>h</sup> Ibid., lin. 10: *Nam quos improbos, malédicos, etc.*

ad nocendum paratum; quis non eum omni studio A  
declinet?

61. Quis vero quamvis instructum ad consilii opem, difficili tamen accessu, ambiat; in quo sit illud, tanquam si quis aquæ fontem præcludat? Quid enim prodest habere sapientiam, si consilium neges? Si consulendi intercludas copiam, clausisti fontem; ut nec aliis influat, nec tibi prosit.

62. Pulchre autem et de illo convenit, qui habens prudentiam, <sup>a</sup> commaculat eam vitiorum sordibus, eo quod aquæ exitum contaminet. <sup>b</sup> Degeneres animos vita arguit. Quomodo enim eum potes judicare consilio superiorem, quem videas inferiorem moribus? Supra me debet esse, cui me committere paro. An vero idoneum eum putabo, qui mihi det consilium, quod non det sibi: et mihi eum vacare credam, qui sibi non vacet: cujus animum voluptates occupent, <sup>c</sup> libido devincat, avaritia subjuget, cupiditas perturbet, quatiat metus? Quomodo hic consilii locus, ubi nullus quieti?

63. Admirandus mihi et suspiciendus consiliarius (Esai. III, 5), quem propitius Dominus Patribus dedit, offensus abstulit. Hujus imitator debet esse qui potest consilium dare, et alienam a vitiis custodire prudentiam, quoniam nihil inquinatum in illam incurrit.

### 85 CAPUT XIII.

*Declarata divinis testimoniis sapientiæ pulchritudine, ad probandam ejus cum virtutibus aliis societatem transit oratio.*

64. Quis igitur <sup>d</sup> tanquam vultu speciem præferat pulchritudinis, et belluinis posterioribus ac ferinis unguibus formæ superioris dehonestet gratiam; cum tam <sup>e</sup> admirabilis et præclara forma virtutum sit, et specialiter pulchritudo sapientiæ, sicut series Scripturæ indicat? Est enim hæc speciosior sole, et super omnem stellarum dispositionem luci comparata <sup>f</sup> invenitur prior. Lucem etenim hanc suscipit nox, sapientiam autem non vincit malitia (Sap. VII, 29).

65. Diximus de ejus pulchritudine, et Scripturæ testimonio comprobavimus: superest ut doceamus Scripturæ auctoritate nullum ei contubernium cum vitiis esse, sed individuum cum cæteris virtutibus conjunctionem: cujus spiritus est disertus, sine iniquamento, certus, sanctus, amans bonum, acu-

<sup>a</sup> Cic. lib. II Offic., lin. 15: *Nam et voluptates, blandissimæ dominæ, etc.*

<sup>b</sup> Translatum ex illo Virg. Æneid. IV:

Degeneres animos timor arguit . . . . .

<sup>c</sup> Edit. ac pauci mss., *libido devinciat.*

<sup>d</sup> Era. et seq. edit. *tantam vultu speciem*; Amerb. autem cum mss. *ferre omnibus, tanquam vultu speciem*. Non incommode. Confer hunc locum cum initio tract. Horatiani de Arte Poet.

<sup>e</sup> Cic. lib. II, Offic., pag. 379, lin. 19: *Quis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis, etc.*

<sup>f</sup> Erasm. et seq. edit. cum mss. quibusdæm, *invenitur prior.*

<sup>g</sup> Ita Amerb. et mss. excepto quod nonnulli, *veritatem* legunt, non *virtutem*. Cum autem eam sententiam Era. et Gill. rescuissent, illam edit. Rom.

tus, qui nihil vetet benefacere, benignus, stabilis, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens (Sap. VII, 22 et seq.). <sup>g</sup> Et infra: Sobrietatem docet, et justitiam et virtutem (Sap. VIII, 7).

### CAPUT XIV.

*Prudentiam cum omnibus virtutibus conjunctam esse, maxime vero cum opum despicientia.*

66. Omnia <sup>h</sup> igitur operatur prudentia, cum omnibus bonis habet consortium. Nam quomodo potest utile consilium dare, nisi <sup>i</sup> habeat justitiam, ut induat constantiam, <sup>j</sup> mortem non formidet, nullo terrore, nullo revocetur metu, nulla adulatione a vero deflectendum putet: exsilium non refugiat, quæ noverit sapienti patriam mundum esse: egestatem non timeat, quæ nihil deesse sapienti sciat, cui totus mundus divitiarum est? Quid enim præcelsius illo viro, qui auro moveri nesciat, contemptum habeat pecuniarum, et velut ex arce quadam despiciat hominum cupiditates? Quod qui fecerit, hunc homines supra hominem esse arbitrantur: *Quis est, inquit, hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua* (Eccli. XXXI, 9). Quomodo enim non admirandus, qui divitias spernit, <sup>k</sup> quas plerique salutis propriæ prætulerunt?

67. <sup>k</sup> Decet igitur omnes censura frugalitatis, continentiæ auctoritas, et maxime eum qui honore præstet, ne præ eminentem virum thesauri possideant sui, et pecuniis serviat, qui præstat liberis. Illud magis decet, ut supra thesaurum sit animo, et infra amicis obsequio. Humilitas enim gratiam auget. Hæc plena laudis et digna primario viro, non communem cum Tyriis negotiatoribus et Galaaditis mercatoribus habere turpis lucri cupidinem, nec omne bonum locare in pecunia, et tamquam mercenario munere quotidianos numerare quæstus, <sup>l</sup> calculari compendia.

### CAPUT XV.

*De liberalitate. Quibusnam potissimum impartienda: et qua ratione illam tenuioris census homines opera et consiliis exercent.*

68. Quod si ab his sobrius gerere animum laudabile est, quanto illud præstantius si <sup>m</sup> dilectionem multitudinis liberalitate acquiras, neque superflua circa importunos, neque restricta circa indigentes!

69. Plurima autem <sup>n</sup> genera liberalitatis sunt, non solum quotidiano sumptu egentibus, quo vitam

restituerat sic immutatam: *Et alibi: Sobrietatem enim et prudentiam edocet, justitiam et fortitudinem.*

<sup>h</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 379, lin. 25: *Itaque illa tria omnia justitia conficit, etc.*

<sup>i</sup> Erasm. et seq. edit. ac mss. aliquot, *habeat justitiam, induat constantiam.*

<sup>j</sup> Ibid., lin. 22: *Nemo enim justus esse potest, qui mortem, etc.*

<sup>k</sup> Paris. aliquot edit, *Docet igitur omnes; et infra, Illud magis docet, etc.*

<sup>l</sup> Omnes edit., *calculari compendio*: contra vero mss., *calculari compendia*, multo commodius.

<sup>m</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 378, lin. 26: *Quæ quidem benevolentia beneficii capitur maxime.* Item pag. 382, lin. 1: *Nonnunquam tamen est largiendum, etc.*

<sup>n</sup> Ibid., pag. 383, lin. 12: *In illo autem genere*

sustinere suam possint, disponere ac dispensare alimoniam; verum etiam his qui publice egere recedantur, consulere ac subvenire, quatenus communis egenorum alimonia non exhauriatur. De eo enim loquor qui præest alicui muneri, ut si officium sacerdotis gerat, aut dispensatoris; ut de his suggerat episcopo, nec reprimat si quem positum in necessitate aliqua cognoverit, aut dejectum opibus ad inopiæ necessitatem redactum: <sup>a</sup> maxime si non effusione adolescentiæ, sed direptione alicujus et amissione patriam in eam reciderit injuriam, ut sumptum exercere diurnum non queat.

70. Summa etiam liberalitas, <sup>b</sup> captos redimere, eripere ex hostium manibus, subtrahere neci homines, et maxime feminas turpitudini, reddere parentibus liberos, parentes liberis, cives patriæ restituere. Nota sunt hæc nimis <sup>c</sup> Illyrici vastitate et Thraciæ: quanti ubique venales **87** erant toto captivi orbe, quos si revoces, unius provinciæ numerum explere non possint! Fuerunt tamen qui et quos Ecclesiæ redemerunt, in servitutem revocare vellent, ipsa graviore captivitate, qui inviderent alienam misericordiam. Ipsi si in captivitate venissent, servirent liberi: si venditi fuissent, servitutis ministerium non recusarent; et volunt alienam libertatem rescindere, qui suam servitutem non possent rescindere, nisi forte pretium recipere emptori placeret: in quo tamen non rescinditur servitus, sed redimitur.

71. Præcipua est igitur liberalitas, <sup>d</sup> redimere captivos, et maxime ab hoste barbaro, qui nihil deferat humanitatis ad misericordiam, nisi quod

*largiendi*, etc. Multa sunt in Ambrosiano textu quæ non perfunctorie, sed attentius videntur observanda; primo enim hinc cognoscitur antiquis illis episcopis hand mediocri curæ fuisse, ne quis vel manifesto vel clanculum ac secreto, indigentium necessario ad sustentandam vitam subsidio destitueretur: deinde constitui solitos quibus ea demandaretur provincia, sive illi e sacerdotum numero eligerentur, quod etsi frequentius erat in Ecclesia orientali, tamen in occidentali quoque nonnumquam usu venisse ex hoc et sequenti capite intelligimus: sive assumerentur ex ordine diaconorum, quod fere obtinuisse per occidentem non modo quæ sanctus Præsul frequenter hoc in opere de beato Laurentio, nec non et Prudentius in Hymno de eodem martyre tradunt, palam faciunt; verum etiam quod Sulp. Severus in Vita sancti Martini ab eo archidiaconum suum ei muneri præfectum fuisse commemorat. Postremum autem illud est quod hinc advertas, dispensatores illos non pro libito, sed ex episcopi, ad quem omnia referre consueverant, nutu et voluntate cuncta gessisse; ita ut nihil in ejus potestate non esset positum. Et hoc sane oppido quadrat cum apostolorum can. 39, 40 et 41, synodi Laodic. can. 57, et sequentium conc. definitionibus prope innumeris.

<sup>a</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 378, lin. 14: *Propensior benignitas... nisi forte erunt digni*, etc.

<sup>b</sup> Ibid., lin. 25: *Atque hæc benignitas etiam reip. utilis est, redimi et servitutem captos*, etc.

<sup>c</sup> Hanc Illyrici Thraciæque populationem Baronius auctor est anno reparatæ salutis 387 contigisse. Verum hoc loco non satis coherentia loquitur Cardinalis eruditissimus. Etenim si hoc eodem anno conflata et venundata fuerint ab Ambrosio vasa sacra;

avaritia reservaverit ad redemptionem: æs alienum subire, si debitor solvendo non sit, atque arctetur ad solutionem, quæ sit jure debita, et inopia destituta: enutrire parvulos, pupillos tueri.

72. Sunt etiam qui virgines orbatas parentibus tuendæ pudicitæ gratia connubio locent, nec solum studio, sed etiam sumptu adjuvent. Est etiam genus illud liberalitatis quod Apostolus docet: *Ut si quis fidelis habet viduas, subministret illis, ut earum alimoniis Ecclesia non gravetur, ut his quæ vere viduæ sunt, sufficiat* (1 Tim. v, 16).

73. Utilis igitur hujusmodi liberalitas, sed non communis omnibus. Sunt enim plerique etiam viri boni, qui tenues sunt censu, contenti quidem exiguo ad sui usum, sed non idonei ad subsidium levandæ paupertatis alienæ; tamen suppetit aliud beneficiæ genus, quo juvare possint inferiorem. Est enim duplex liberalitas: una quæ subsidio rei adjuvat, id est, usu pecuniæ; altera <sup>f</sup> quæ operum collatione impenditur, multo frequenter splendidior, multoque clarior.

74. Quanto illustrius Abraham captum armis victricibus recepit nepotem (Gen. xiv, 16), quam si redemisset! Quanto utilius regem Pharaonem sanctus Joseph consilio providentiæ juvit, quam si contulisset pecuniam! Pecunia enim unius civitatis non redemit ubertatem: prospicientia totius Ægypti <sup>g</sup> per quinquennium famem repulit (Gen. xli, 53 et seq.).

75. Facile autem <sup>h</sup> pecunia consumitur, consilia exhauriri nesciunt. Hæc usu augentur: pecunia minuitur, et cito deficit, atque ipsam destituit benigni-

necessario hinc eruitur nisi post memoratum annum hosce libros Officiorum editos esse: cum tamen ipsos toto decennio prius in lucem prodixisset ad annum 377 affirmaverit. Cæterum multo probabilius videtur cladem hanc, cujus hoc loco meminit sanctus Ambrosius, atrocem Valentis imperatoris exitum secutam esse; cum ipsius ducibus Trajano et Sebastiano cæsis, omnique adeo exercitu interiectione deleto, Gothi alique barbari, vasto Illyrico usque ad Alpes Julianas ac Venetorum regionem, omnia igne ferroque populati sunt, ut post Ammianum Marc., Socratem, Sozomenum atque Theodoretum Baronius ipse scripto prodidit. Ad etiam cl. v. Hermannum in Ambrosii Vita, lib. II, cap. 12.

<sup>d</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 382, lin. 15: *Liberales autem qui facultatibus aut captos a prædonibus redimunt... aut in fidiarum collocatione adjuvant*, etc.

<sup>e</sup> Ibid. pag. 381, lin. 33: *Deinceps de beneficentia dicendum: cujus est ratio duplex*, etc.

<sup>f</sup> Erasm. et seq. edit., *Quæ operum collatione*.

<sup>g</sup> Gill. in marg. et Rom. edit. in corpore, *per septennium*. Sed cum aliæ omnes ac mss. præferant *quinquennium*, credibile est sanctum Antistitem ita posuisse, quod putaverit populum Ægyptium saltem primis duobus annis victitasse privatis fructibus, antequam eum ad regia horrea confugere fames cogeret. Sane huic sensui videtur favere, quod legitur, καὶ ἐγένετο λιμὸς ἐν πάσῃ τῇ γῆ, ἐν δὲ πάσῃ τῇ γῆ Ἀγύπτου ἦσαν ἄρτοι. Licet dissimulandum non sit haberi in mss. nonnullis, οὐκ ἦσαν ἄρτοι, cui etiam concinit Syriaca versio. Sed aliarum omnium, ipsiusque textus hebraici consensus, nec non orationis ipsa series aliam adstruit lectionem.

<sup>h</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 381, lin. 37: *Largitioque quæ*

latem; ut quo pluribus largiri volueris, eo pauciores adjuves, et sæpe tibi desit quod aliis conferendum putaveris. Consilii **88** autem operisque collatio, quo in plures diffunditur, eo redundantior manet, et in suum fontem recurrit. In se enim refluit ubertas prudentiæ: et quo pluribus fluxerit, eo exercitius sit omne quod remanet.

## CAPUT XVI.

*Modum in liberalitate servandum, ne profundatur in indignos quod dignioribus debebatur; non tamen nimis parce ac timide ministrandas eleemosynas: sed imitandum beatum Joseph, cujus prudentia prolixioribus verbis commendatur.*

76. Liqueat igitur debere esse <sup>a</sup> liberalitatis modum, ne fiat inutilis largitas. Sobrietas tenenda est, maxime sacerdotibus, ut non pro jactantia, sed pro **B** justitia dispensent. Nusquam enim <sup>b</sup> major aviditas petitionis. Veniunt validi, veniunt nullam causam nisi vagandi habentes, et volunt subsidia evacuare pauperum, exinanire sumptum: nec exiguo contenti, majora quæerunt, ambitu vestium captantes petitionis suffragium, et natalium simulatione licitantes incrementa quæstuum. His si quis facile deferaat fidem, cito exhaurit pauperum alimoniis profutura compendia. Modus largiendi adsit, ut nec illi inanes recedant, neque transcribatur vita pauperum in spolia fraudulentorum. Ea ergo mensura sit, ut neque humanitas deseratur, nec destituatur necessitas.

77. Plerique simulant debita. Sit veri examen. Exutos se per latrocinia deplorant; aut injuria fidem **C** faciat, aut cognitio personæ, quo propensius juventur. <sup>c</sup> Ab Ecclesia relegatis sumptus impariendus, si desit eis alendi copia. Itaque qui modum servat, avarus nulli, sed largus omnibus est: non enim solas aures præbere debemus audiendis precantium vocibus, sed etiam oculos considerandis necessitatibus. Plus clamat operatori bono debilitas, quam vox

*fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit, etc.*

<sup>a</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 382, lin. 7: *Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas* **D** *aperire non possit, etc.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *major aviditas. Petitionis causa veniunt validi.* Et continuo post, alii pauci, nisi vacandi habentes.

<sup>c</sup> Sic edit. omnes, et major potiorque pars mss. Aliqui tamen: *Ab Ecclesia relegatis.* Queritur autem in prima lectione, quinam sunt illi, *ab Ecclesia relegati?* Voluerunt nonnulli eos hoc loco intelligendos qui propter fidem ab Ecclesiis suis exulare coacti essent. Sed nunquam tam parce ac tenuiter de his locuturus erat sanctus Doctor. Eos ergo intelligimus qui ab Ecclesiæ sacris penitentiae causa fuerant separati; quibus etsi Ecclesiasticas eleemosynas auferri consuevisse testetur Augustinus, tamen in extrema necessitate christiana liberalitas non dederat. Potest etiam ita explicari, ut *ab Ecclesia referatur ad impariendus*, minime vero *ad relegatis*, id est, exsulibus.

<sup>d</sup> Quædam edit. Paris., *imprudentiæ locus sit.*

<sup>e</sup> Non sane properantulo oculo transmittenda est laudabilis ea consuetudo, qua prisci illi christiani pecuniam suam (economio seu dispensatori Ecclesiæ in manus tradebant, ab eodem postea fidelium pau-

peris. Neque vero fieri potest ut non extorqueant amplius importunitas vociferantium: sed non semper <sup>a</sup> impudentiæ locus sit. Videndus est ille, qui te non videt: requirendus ille, qui erubescit videri. Ille etiam clausus in carcere occurrat tibi; ille affectus ægritudine mentem tuam personet, qui aures non potest.

78. Quo plus te operari viderit populus, magis diligit. Scio plerosque sacerdotes, quo plus contulerunt, plus abundasse; quoniam quicumque bonum operarium videt, <sup>e</sup> ipsi confert quod **89** illesuo officio dispenset, securus quod ad pauperem sua perveniat misericordia: nemo enim vult, nisi pauperi proficere suam <sup>f</sup> collationem. Nam si quem aut immoderatum aut nimis tenacem dispensatorem viderit, utrumque despiciet: si aut superfluis erogationibus dissipet alieni fructus laboris, aut recondat sacculis. Sicut igitur modus liberalitatis tenendus est, ita etiam <sup>g</sup> calcar plerumque adhibendum videtur. Modus ideo, <sup>h</sup> ut quod benefacis, id quotidie facere possis; ne subtrahas necessitati, quod indulseris effusioni: calcar propterea, quia melius operatur pecunia in pauperis cibo, quam in divitis sacculo. Cave ne intra loculos tuos includas salutem inopum, et tanquam in tumulis sepeliis vitam pauperum.

79. Potuit donare Joseph totas Ægypti opes, et effundere thesauros regio; noluit tamen de alieno effusus videri: maluit frumenta vendere, quam donare esurientibus; quia si paucis donasset, plurimis defuisset. Eam liberalitatem probavit, quo abundaret omnibus. Patefecit horrea, ut omnes emerent subsidium frumentarium (*Gen. xli, 56, 57*), ne gratis accipiendo, cultus terrarum relinquerent; quoniam qui alieno utitur, suum negligit.

80. Itaque primum omnium coacervavit pecunias, deinde instrumenta cætera, ad postremum jura terrarum regi acquisivit, non ut omnes exneret suo, <sup>i</sup> sed fulciret: i publicum tributum constitueret, quo

perum gregibus distribuendam. Insignis hac de re locus est in beati Justinii Apologia secunda proxime ante finem, cujus verba non pigebit hic subjicere: *Cæterum qui locupletiores sunt, inquit, et volunt, pro arbitrio quisque suo quod visum est, conferunt: et quod ita colligitur, apud præpositum deponitur: atque ille inde opitulatur pupillis et viduis, et his qui propter morbum aut aliquam aliam causam egent, quique in vinculis sunt, et peregre advenientibus hospitibus; et ut simpliciter dicam, indigentium is omnium curator est.*

<sup>f</sup> Nonnulli mss., *suam consolationem.* Sed omnino cum aliis, atque edit. legendum, *suam collationem*, id est, suam eleemosynam, quam collectam vocat Apostolus. Et infra ubi edit. ac mss. non pauci, *utrumque despiciet*; Thuan. et alii aliquot præferunt, *utrumque displicet.*

<sup>g</sup> Codex Thuan. et alii non parvo numero, *calcar plerumque. Adhibendus videtur modus, etc.*

<sup>h</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 382, lin. 3: *Quid autem est stultius, quam quod libenter facias, etc.*

<sup>i</sup> Mss. aliquot, *sed fulciret publicam, vel publico tributum, etc.*

<sup>j</sup> Sic. lib. II Offic., pag. 385, lin. 3: *Danda est opera omnino, si possit, etc.* Item lin. 15: *Danda etiam opera est, ne... tributum sit conferendum, etc.*

sua tantis habere possent. Quod ita fuit gratum omnibus quibus terras ademerat; ut non venditionem sui juris, sed redemptionem salutis putarent. Denique dixerant: *Sanasti nos, invenimus gratiam in conspectu Domini nostri* (Gen. XLVII, 14 et seq., 25). Nam et de proprietate nihil amiserant, qui jus receperant: et de utilitate nihil perdididerant, qui acquisierant perpetuitatem.

81. O<sup>a</sup> virum magnum, qui non largitatis superfluum temporalem captavit gloriam, sed perpetuam commoditatem constituit providentiæ! Fecit enim ut tributis populi se juvarent suis, nec in tempore necessitatis aliena subsidia desiderarent. Melius enim fuit conferre aliquid de fructibus, quam totum de jure amittere. Quintam<sup>b</sup> portionem collationis statuit et in providendo perspicacior, et in tributo liberalior. Denique nunquam postea Ægyptus hujusmodi famem pertulit.

82. Quam præclare autem collegit futura! Primum quam argute regalis interpretis somnii veritatem expressit! Somnium regis primum hoc fuit: Septem juvencæ ascendeant de flumine, visu decoræ, et pingues corpore, et ad oram pascabantur fluminis. Aliæ quoque vitulæ visu deformes<sup>c</sup> ac jejunæ corpore, post illas juvencas<sup>d</sup> ascendeant de flumine, et juxta eas in ipso riparum thoro pascabantur: et visæ sunt hæ vitulæ tenues atque exiles devorare illas quæ præstabant et forma et gratia. Et somnium secundum hoc fuit: Septem spicæ pingues, electæ et bonæ<sup>e</sup> de terra surgebant: et post eas septem spicæ exiles et vento<sup>f</sup> corruptæ ac marcidæ se subjicere moliebantur: et visum est quod lætas et uberes spicas steriles spicæ et tenues devoraverunt.

83. Hoc somnium ita aperuit sanctus Joseph, eo quod septem juvencæ septem anni forent, et septem spicæ similiter septem anni forent, ex fetu et fructu interpretatus tempora. Fetns enim juvencæ ænum exprimit, et fructus segetis ænum consummat integrum. Quæ ideo ascendeant de flumine, quod dies, anni, ac tempora fluminis prætereunt modo, et cursim labuntur. Annos itaque septem priores uberis terræ fertiles ac fecundos declarat futuros: posteriores autem alios septem annos steriles atque infecundos, quorum sterilitas absorptura foret ubertatem superiorum. Quæ gratia prospiciendum admonuit, ut uberioribus annis congregaretur subsidium frumentarium, quod sustentare posset inopiam futuræ infecunditatis.

84. Quid primum mirer? Ingenium quo in ipsam

<sup>a</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 386, lin. 33: *O virum magnum, dignumque, etc.*

<sup>b</sup> Mss. nonnulli, *portionem collationem statuit.*

<sup>c</sup> Mss. non pauci, *ac jejuno corpore.*

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *de terræ surgebant sinu.*

<sup>e</sup> Thuan. et alii aliquot mss., *corruptæ ac madidæ; alii non pauci, corruptæ ac mucidæ, quod non displicet.*

<sup>f</sup> Hæc duo testimonia e Genesi ac Deuteronomio paulo aliter citantur lib. de Benedict. Patriarch. cap. 11, num. 46 et 53. Satis autem hoc loco conveniunt ant. edit. cum mss. nisi quod habent illæ, *zelotes filius meus, filius meus adolescentior. Adjuvet te... et benedicat te... in rubo, veniat super caput, etc.*

veritatis descendit eabile: an consilium quo tam gravi atque diuturnæ prospexit necessitati: an vigilantiam atque justitiam; quarum altera, imposito sibi tanto munere, congregavit tam multiplices comatus: alteraque æqualitatem per omnes servavit? Nam de magnanimitate quid loquar; quod venditus a fratribus in servitutem, non retulit injuriam, sed famem depulit? Quid de suavitate, qua dilecti fratris præsentiam pia fraude quæsit, quem simulato per elegantiam furto, reum statuit rapinæ, ut obsidem teneret gratiæ (Gen. XLIV, 2 et seq.).

85. Unde merito ei a patre dicitur: *Filius ampliatus meus Joseph, filius ampliatus meus, zelotes filius meus adolescentior.... Adjuvet te Deus meus, et benedixit te benedictione cæli a summo, et benedictione terræ, terræ habentis omnia, propter benedictiones patris tui et matris. Prævaluit super benedictiones montium manentium, et desiderium collium æternorum* (Gen. XLIX, 22 et seq.), et in Deuteronomio: *Qui visus es, inquit, in rubo, ut venias super caput Joseph, et super verticem ipsius. Honorificus inter fratres: primitivus lawri decus ejus, cornua unicorni cornua ipsius. In ipsius cornu gentes ventilabit simul usque ad extremum terræ. 6 Ipsi decem millia Ephraem, et ipsi millia Manasses* (Deut. xxxiii, 16 et seq.).

## 91 CAPUT XVII.

*Quæ virtutes in eo quem consulamus, inesse oportent: et qua ratione iisdem Joseph ac Paulus ornati fuerint?*

86. Talis itaque debet esse qui consilium alteri det, ut se ipsum formam aliis præbeat ad exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate; ut sit ejus sermo salubris atque irreprehensibilis, consilium utile, vita honesta, sententia decora.

87. Talis erat Paulus, qui consilium dabat virginibus (I Cor. VII, 25 et seq.), magisterium sacerdotibus (Tit. II, 7), ut primum se ipsum formam nobis præberet ad imitandum. Ideo et humiliari sciebat, sicut scivit et Joseph, qui summo ortus patriarcharum genere, non dedignatus degenerem servitutem, exhibebat eam obsequiis, illustrabat virtutibus. Scivit humiliari, qui et venditorem et emptorem passus est, et dominum appellabat eum. Audi humiliantem se: *Si Dominus meus<sup>h</sup> propter me nihil scit in domo sua, et omnia quæcumque habet, dedit in manus meas, neque subtractum est a me quidquam præter te, quia uxor illius es; quomodo fa-*

Set eas varietates sicut et quas addidit edit. Rom. ad scriptos cod. et maxime ad Thuan. castigavimus.

<sup>g</sup> Rom. edit. sola, *Ipse decem millia Ephraim, et ipse millia Manasses.* At omnes aliæ, ac mss. nobiscum faciunt; quibus etiam hebraicus textus patrocinauit. LXX vero præferunt: *ἄνται μυριάδες Ἐφραϊμ, καὶ ἄνται χιλιάδες Μανασσῆ;* et his accedunt reliquæ versiones.

<sup>h</sup> Edit. vet. et quædam Paris., cum paucis mss., *præter me nihil scit, ... quæ uxor illius es.* Rom. cum potiori parte mss. ut in textu; et quidem commodius, cum id reddatur, quod est apud LXX, *ὃ γινώσκει δὲ ἐμὲ οὐδὲν... διὰ τὸ σε γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι.*

*ciam verbum malum hoc, et peccabo coram Domino* A (Gen. xxxix, 8 et seq.)? Plena vox humilitatis, plena castimonix: humilitatis, quia domino <sup>a</sup> deferebat; honorificentix, quia referebat gratiam: plena quoque castimonix, quia turpi flagitio contaminari grave peccatum putabat.

88. Talis igitur debet esse consiliarius, qui nihil nebulosum habeat, <sup>b</sup> nihil fallax, nihil simulatum, quod vitam ejus ac mores refellat; nihil improbum ac malevolum, quod avertat consulentes. <sup>c</sup> Alia sunt enim quæ fugiuntur, alia quæ contemnuntur. Fugimus ea quæ possunt nocere, quæ inaltiose possunt in noxam serpere; ut si is qui consulitur, dubia sit fide, et pecuniæ avidus, ut possit pretio mutari: si injuriosus, hic fugitur ac declinatur. Qui verovoluptuarius, intemperans, etsi alienus a fraude; tamen avarus et cupidior lucri turpis, hic contemnitur. Quod enim specimen industriæ, quem fructum laboris edere potest, quam recipere animo curam ac sollicitudinem, qui se torpori dederit atque ignavia?

89. Ideo boni vir consili dicit: *Ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse* (Phil. iv, 11). Sciebat enim omnium malorum radicem esse avaritiam, et ideo suo contentus erat, alienum non requirebat (I Tim. vi, 10). Satis mihi est, inquit, quod habeo; sive parum, sive plurimum habeam, mihi plurimum est. Expressius aliquid dicendum videtur. Signato verbo usus est: <sup>d</sup> Sufficit mihi, inquit, in quo sum; id est, nec deest, nec superfluit. Non deest, quia nihil quæro amplius: non superfluit, quia non solum mihi habeo, sed pluribus. Hoc de pecunia.

92 90. Cæterum de omnibus dici potest quia sufficiebant illi præsentia, hoc est, non honorem majorem, non obsequia uberiora desiderabat; non gloriæ immodicæ cupidus, aut gratiam indebite quærebat: sed debiti finem certaminis, patiens laboris, securus meriti præstolabatur: *Scio, inquit, et humiliari* (Phil. iv, 12). Non ergo inducta humilitas, sed quæ habeat sui modestiam et scientiam, laudi datur. Est enim humilitas formidinis, est imperitiæ atque ignorantix; et ideo Scriptura ait: *Et humiles spiritu salvabit* (Psal. xxxiii, 19). Præclare ergo dixit: *Scio et humiliari*, id est, quo in loco; qua moderatione, quo fine, in quo officio, in quo munere. Nescivit Phariseus humiliari, ideo dejectus est: scivit publicanus, ideo justificatus est D (Luc. xviii, 11 et seq.).

91. Sciebat et abundare Paulus, quia animum habebat divitem; etsi thesaurum divitis non habe-

<sup>a</sup> Ita mss. optimi quique ac numerosissimi: aliqui tamen et curcæ edit., *deferebat honorificentiam, quia referebat gratiam.*

<sup>b</sup> Omnes edit., *nihil fallax, nihil fabulosum*: sed *nihil fabulosum* in mss. longe plurimis nec non antiquissimis præterminitur.

<sup>c</sup> Cic. lib. ii Offic., pag. 379, lin. 9: *Non enim omnes eos contemnunt, de quibus male existimant, etc.*

<sup>d</sup> Vetustissimi cod., *Efficit mihi, inquit, ... quia efficiebant illis.*

<sup>e</sup> Omnes edit., *esurire et sitire Dominum*; mss. nonnulli, *esurire Deum, sitiret, aut sitire et Dominum*; alii

bat. Sciebat abundare, qui non quærebat datum in pecunia, sed requirebat fructum in gratia. Possumus et sic intelligere, quia sciebat abundare, qui poterat dicere: *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est* (II Cor. vi, 11).

92. In omnibus erat imbutus, et saturari et esurire. Beatus qui sciebat saturari in Christo. Non ergo illa corporalis, sed spiritualis est satiety, quam operatur scientia. Et merito scientia opus est; quia *non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo Dei* (Deut. viii, 3). Ergo qui sic sciebat saturari et sic esurire, sciebat ut semper nova quæreret, <sup>e</sup> esuriret Deum, sitiret in Dominum. Sciebat esurire, qui sciebat quia esurientes manducabunt (Matth. v, 6): sciebat et poterat abundare, qui nihil habebat, et B possidebat omnia (II Cor. vi, 10).

#### CAPUT XVIII.

*Quantum iniqui consilarii damni afferant, exemplo decem tribuum a rege Roboam desciscientium sat intelligi.*

93. Egregie itaque viros alicui <sup>f</sup> præsentibus muneris commendat justitia: contra iniquitas destituit atque impugnat. Exemplo nobis est Scriptura quæ dicit quia cum populus Israel post mortem Salomonis rogasset filium ejus Roboam, ut relevaret cervices eorum a servitute dura, et paterni imperii temperaret austeritatem, illum spreto senili consilio de suggestionem adolescentium responsum dedisse hujusmodi, quia et onus adjiceret super patrium jugum, et leviora gravioribus suppliciis mutaret C (III Reg. xii, 4 et seq.).

94. Quo responso exasperati responderunt populi: *Non est nobis portio cum David, neque hæreditas in filiis Jesse. Revertere unusquisque in tabernacula tua, Israel* (Ibid. 16); <sup>g</sup> quoniam hic homo neque in principem, neque in ducem erit nobis. Itaque desertus a populo ac destitutus, vix duarum tribuum propter David meritum habere potuit societatem.

#### 93 CAPUT XIX.

*Justitia et benevolentia et affabilitate plurimos conciliari: sed hanc sinceram esse debere.*

95. Claret ergo quoniam et <sup>h</sup> æquitas imperia confirmet, et injustitia dissolvat. Nam quomodo potest malitia regnum possidere, quæ ne unam quidem privatam potest regere familiam? Summa igitur benignitate opus est, ut non solum publica gubernacula, sed etiam privata jura tueamur. Plurimum juvat benevolentia, quæ omnes studet beneficiis amplecti, devincire officiis, oppignerare gratia.

magno numero, *esuriret Deum, sitiret in Dominum*; in quorum tamen aliquibus non legitur in præpositio.

<sup>f</sup> Cic. lib. ii Offic., pag. 385, lin. 40: *Nullum igitur vitium tetrius... quam avaritia, præsertim in principibus, etc.*

<sup>g</sup> *Quoniam hic homo, etc.* non reperiuntur in bibliis; sicut nec ultima verba, *erit nobis*, in pluribus potioribusque mss. quorum etiam aliqui pro *neque in ducem*, legunt *neque in judicem*.

<sup>h</sup> Cic. lib. ii Offic., pag. 378, lin. 8: *Quæ si populo Rom. injuste, etc.* Item pag. 379, lin. 43: *Cum igitur tanta vis justitiæ sit, etc.*

96. Affabilitatem quoque sermonis diximus ad A conciliandam gratiam valere plurimum. Sed hanc volumus esse <sup>a</sup> sinceram ac sobriam sine ulla adulatione, ne simplicitatem ac puritatem alloqui <sup>b</sup> deceat sermonis adulatio; forma enim esse debemus cæteris non solum in opere, sed etiam in sermone, in castitate ac fide. Quales haberi volumus, tales simus: et qualem affectum habemus, talem aperiamus. Neque dicamus in corde nostro verbum iniquum, quod abscondi putemus silentio; quia audit in occulto dicta, qui occulta fecit: et cognoscit secreta viscerum, qui sensum visceribus infudit. Ergo tamquam sub oculis constituti iudicis, quidquid gerimus, in luce positum putemus, ut omnibus manifestetur.

## CAPUT XX.

*Omnibus multum prodesse bonorum familiaritatem, maxime vero adolescentibus: hoc Jesu Nave ac Moysi, aliisque exemplis probari: quibus subjicitur qui ætate sint disparēs, virtute interdum pares esse, ut Petrus ac Joannes patefaciunt.*

97. Plurimum itaque prodest unicuique bonis jungi. <sup>c</sup> Adolescentibus quoque utile, ut claros et sapientes viros sequantur; quoniam qui congregitur sapientibus, sapiens est: qui autem cohæret imprudentibus, imprudens agnoscitur. Et ad instructionem <sup>d</sup> itaque plurimum proficit, et ad probitatis testimonium. Ostendunt enim adolescentes eorum se imitatores esse, quibus adhærent; et ea convalescit opinio, quod ab his vivendi acceperint similitudinem, cum quibus conversandi hauserint cupiditatem.

98. Inde tantus Jesus Nave, quod eum non solum erudit ad Legis scientiam Moysi copula, verum etiam sanctificavit ad gratiam (*Exod. xxiv, 13*). Denique cum in ejus tabernaculo divina <sup>e</sup> refulgere præsentia videretur majestas Domini, solus erat in tabernaculo Jesus Nave. Moyses cum Deo <sup>94</sup> loquebatur, Jesus pariter nube sacra tegebatur. Presbyteri et populus deorsum stabant; Jesus cum Moyse ad accipiendam Legem ascendebat (*Exod. xxxiii, 11*). Omnis populus intra castra erat, Jesus extra castra in tabernaculo testimonii. Cum columna nubis descenderet, et loqueretur cum Moyse, quasi fidus astabat minister: nec exibat de tabernaculo juvenis, cum seniores longe positi divina trepidarent miracula.

<sup>F</sup> <sup>a</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 380, lin. 9: *Quam præclare Socrates hanc viam . . . ut qualis haberi vellet, talis esset. Quod si qui simulatione, etc.*

<sup>b</sup> Edit. ultimæ Paris. cum paucis mss., *deleat sermonis adulatio.*

<sup>c</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 380, lin. 38: *Facillime autem . . . adolescentibus qui se ad claros et sapientes, etc.*

<sup>d</sup> Superiores Edit., *itaque bonis jungi plurimum proficit.*

<sup>e</sup> Edit. cum mss., *refulgeret præsentia et videretur majestas, etc.*

<sup>f</sup> Cic. lib. de Senectute pag. 409, lin. 9: *Etenim adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur, etc.*

99. Ubique igitur inter admiranda opera et reverenda secreta sancto Moysi individuus adhærebat. Unde factum est ut qui fuerat socius conversationis, fieret successor potestatis (*Deut. xxxiv, 9*). Merito vir hujusmodi evasit, ut sisteret fluminum cursus (*Josue III, 15 et seq.*), diceret: Stet sol, et staret sol (*Josue x, 12, 13*); quasi ejus spectator victoriæ noctem differret, diem produceret: quid! (quod Moysi negatum est) solus eligeretur, ut populum introduceret in terram repromissionis. Magnus vir fidei miraculis, magnus triumphis. Illius augustiora opera, hujus prosperiora. Uterque igitur divina subnixus gratia, ultra humanam processit conditionem (*Exod. xiv, 21*): ille mari, hic cælo imperavit.

100. Pulchra itaque <sup>f</sup> copula seniorum atque adolescentium (*Gen. xii, 4*). Alii testimonio, alii solatio sunt: alii magisterio, alii delectationi. Omitto quod Abrahæ adhæsit Loth adolescentulus etiam proficiscenti; ne forte hoc propinquitatis magis fuisse existimetur, et necessariae potius quam voluntariæ adjunctionis. Quid Eliam atque Elisæum loquamur? Licet non expresse Elisæum juvenem Scriptura significaverit, advertimus tamen et colligimus juniorem fuisse (*III Reg. xix, 21*). In Actibus apostolorum Barnabas Marcum assumpsit, Paulus Silam, Paulus Timotheum, Paulus Titum (*Act. xii et alibi*).

101. Sed illis superioribus videmus divisa officia, ut seniores consilio prævalerent, juniores ministerio. Plerumque etiam virtutibus pares, disparēs ætatibus, sui delectantur copula, sicut delectabantur Petrus et Joannes. Nam adolescentem legimus in Evangelio <sup>g</sup> Joannem et sua voce, licet meritis et sapientia nulli fuerit seniorum secundus, erat enim in eo senectus venerabilis morum et cana prudentia. Vita enim immaculata bonæ senectutis stipendium est.

## CAPUT XXI.

*Plurimum valere ad commendationem, si defendas infirmos, aut peregrinos suscipias, similiave officia exhibeas, et hoc maxime viris probatis. Ubi injecta avaritiæ vituperatione, potissimum prodigalitas in sacerdotibus improbat.*

102. Adjuvat hoc quoque ad profectum bonæ existimationis, <sup>h</sup> si de potentis <sup>95</sup> manibus eripias inopem, de morte damnatum eruas, quantum sine perturbatione fieri potest; ne videamur jactantiæ

<sup>g</sup> Rom. edit. resecaverat, et sua voce, quod tamen in aliis edit. et cunctis mss. reperimus.

<sup>h</sup> Cic. lib. II Offic. pag. 381, lin. 29: *Maxime autem et gloria paritur et gratia defensionibus, etc.* Quod autem ait Ambrosius, *de morte damnatum eruas*, de hoc adeas licet, quæ nos tomo I Expos. in psal. cxviii, serm. 8, num 41, subnotavimus. Hic vero id unum libet adjicere, cautionem appositam hoc loco hinc promanasse, quod cum interdum episcopi, clerici vel etiam monachi ferventiore quam prudentiore zelo reos supplicii eripere nitentur, aut seditionibus, aut saltem gravibus iudicium imperialium querelis ansam dabant. Adde quod etiam fieri poterat, ut quos per corruptionem ipsi liberaverant, eos per vim ab episcopis raptos causaren-

magis causa facere, quam misericordiae, et graviora inferre vulnera, dum levioribus mederi desideramus. Jam si oppressum opibus potentis, et factione magis quam sceleris sui pretio gravatum liberaveris, egregiae convalescit opinionis testimonium.

103. Commendat plerosque etiam <sup>a</sup> hospitalitas. Est enim publica species humanitatis, ut peregrinus hospitio non egeat, suscipiatur officiose, pateat advenienti <sup>b</sup> janua. Valde id decorum totius est orbis existimatione, peregrinos cum honore suscipi, non deesse mensae hospitalitatis gratiam, occurrere officii liberalitatis, explorare adventus hospitum.

104. Quod Abraham laudi est datum, qui ante januam suam speculabatur, ne forte praeteriret peregrinus aliquis: et diligenter praetendebat excubias, ut occurreret, ut praeveneret, ut rogaret, ne transiret hospes, dicens: *Domine, si inveni gratiam ante te, ne praeterieris puerum tuum (Gen. xviii, 1 et seq.)*. Et ideo pro hospitalitatis mercede fructum posteritatis recepit.

105. Loth quoque nepos ejus non solum genere, sed etiam virtute proximus, propter hospitalitatis affectum Sodomitana a se suisque supplicia detorsit (*Gen. xix, 1 et seq.*).

106. Decet igitur hospitalem esse, benignum, justum, non alieni cupidum; immo <sup>c</sup> de suo jure cedentem potius aliqua, si fuerit lacesitus, quam aliena jura pulsantem, fugitantem litium, abhorrentem a jurgis, redimentem concordiam et tranquillitatis gratiam. Siquidem de suo jure virum, bonum aliquid relaxare, non solum liberalitatis, sed <sup>C</sup> plerumque etiam commoditatis est. Primum dispendio litis carere, non mediocre est lucrum; deinde acitur. Tollendo igitur huic malo leges nonnullae reperiuntur datae ab imperatoribus; ut puta a Theodosio et Arcadio lib. xv et xvi, de *Poenis*. Porro morem hunc quo clerici ac monachi supplicio reos alias eximebant, Cujacius, Paratilo cod. de *Episc. audientia*, autumat ortum duxisse ab exemplo paganorum sacrificarum; hoc enim eo jure potitos esse Taciti, Suetonii et Plutarchi auctoritate idem astruit. Superest autem etiamnum apud nos vestigium quoddam priscae hujus consuetudinis, dum Rothomagi singulis annis, festo Ascensionis die, unus de reis homicidii, postquam solemni ritu sacrum Romani episcopi feretrum humeris subivit, absolvitur: Aureliani quoque novo episcopo in eam urbem ingredienti quisquis occurrerit, si rerum capitalium noxa teneatur, eadem donatur impunitate; cujus privilegii meminit Ivo Carnot. epist. 53.

<sup>a</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 384, lin. 37: *Recte etiam a Theophrasto est laudata hospitalitas, etc.*

<sup>b</sup> Quidam mss., *janua. Quanta gratia et merces est, qui hospites et peregrinos suscipit. Valde id, etc.*

<sup>c</sup> Ibid., pag. 385, lin. 30: *In omni re contrahenda . . . æquum et facilem, multa multis de suo jure cedentem, etc.*

<sup>d</sup> Edit. omnes, *quæ contemnti aliquo in tempore, postea fructuosæ sint?* mss. vero omnes, ut in contextu; si tamen unum aut alterum excipias, ubi legitur: *quæ contemnti aliqua in tempore, postea fructuosa erunt.*

<sup>e</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 384, lin. 22: *Itaque vulgo loquuntur se in beneficiis collocandis mores hominum, etc.*

<sup>f</sup> Plures edit. et quidam mss., *Qui scis an et tu*

A cedit ad fructum quod angetur amicitia, ex qua oriuntur plurimæ commoditates, <sup>d</sup> quæ contemnti aliqua in tempore, postea fructuosæ erunt.

107. In officii autem hospitalibus, omnibus quidem humanitas impartienda est: <sup>e</sup> justis autem uberior deferenda honorificentia: *Quicumque enim justum receperit in nomine justii, mercedem justii accipiet (Math. x, 41, 42)*, ut Dominus pronuntiavit. Tanta autem est apud Deum hospitalitatis gratia, ut ne potius quidem aquæ frigidæ a præmiis remunerationis immunis sit. Vides quia Abraham Deum recepit hospitio, dum hospites quaerit? Vides quia Loth angelos recepit? <sup>f</sup> Unde scis ne et tu cum suscipis hominem, suscipias Christum? Licet in hospite sit Christus; quia Christus **96** in paupere est, sicut ipse ait: *In carcere eram, et venistis ad me: nudus eram, et operuistis me (Math. xxv, 36)*.

108. Suave est igitur non pecuniæ, sed gratiæ studere. <sup>g</sup> Verum hoc malum jamdudum humanis influxit mentibus, ut pecunia honori sit, et animi hominum divitiarum admiratione capiantur. Inde se immersit avaritia, velut quædam honorum ariditas officiorum; ut homines damnatum putent quicquid præter morem impenditur. Sed etiam in hoc adversus avaritiam, ne quod afferre possit impedimentum, prospexit Scriptura venerabilis, dicens: *Quia melior est hospitalitas cum oleribus (Prov. xv, 17)*. Et infra: *Melior est panis in suavitate cum pace (Prov. xvii, 1)*. Non enim prodigos nos docet esse Scriptura, sed liberales.

<sup>C</sup> 109. Largitatis enim <sup>h</sup> duo sunt genera: unum liberalitatis, alterum prodigæ effusionis. Liberale est hospitio recipere, nudum vestire, redimere captum suspicis hospitem . . . cum in hospite sit Christus.

<sup>g</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 384, lin. 23: *Sed quis est tandem qui inopis et optimi viri causæ non anteponat, etc.* Item lin. 43: *Sed corrupti mores depravatiqæ sunt admiratione divitiarum.*

<sup>h</sup> Ibid., pag. 382, lin. 12: *Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi dicuntur, etc.* Quæ autem prodigalitatæ exempla subjecit sanctus Ambrosius, eadem jam priore tomo sæptis exagitaverat; enimvero conviviorum luxum atque effusionem cum alibi non semel, tum plurimis locis lib. de *Elia et Jejunio*, suis coloribus descripta reperies: de circi autem ac theatri spectaculis præcipue habes in psal. cxviii, serm. 5, pag. 1025. Quod autem in gladiatorum munera non ita crebro invehitur, hinc forte merito collegeris, Mediolani parum usitatum fuisse crudele illud oblectationis genus, quod nunquam non summo cum stomacho detestati sunt antiqui Patres. De hujusmodi certaminibus præter veteres auctores e recentioribus accuratissimo disputavit J. Lipsius lib. duob. *Saturnalium*: Rosinus in *Antiq. Rom.* nonnulla, Laurentius in *Polymathia* multa congescit. Ultimum tandem prodigi sumptus exemplum ponit venationes, circenses videlicet in quibus feras insolitas per totam Africam aliasque dissitissimas regiones maximis impensis conquistatis populo exhibebant: de qua venandi ratione multa sunt apud Maritalem epigrammata: nonnulla quoque habet Suetonius, atque alii: sed adeundus præ cæteris Tertull. de *Spectaculis*, et Cassiod. lib. v Var.

<sup>i</sup> Cod. Big. post vocem *genera* subjungit, *De duobus generibus largitatis*. Sed ex margino.



tivos, non habentes sumptu juvare: prodigum est, A sumptuosius effluere conviviis, et vino plurimo; unde legisti: *Prodigum est vinum, et contumeliosa ebrietas* (*Prov. xx, 1*). Prodigum est popularis favoris gratia exinanire proprias opes: quod faciunt qui ludis circensibus, vel etiam theatralibus, et muneribus gladiatorii, vel etiam venationibus patrimonium dilapidant suum, ut vincant superiorum celebritates; cum totum illud sit inane, quod agunt. Quandoquidem etiam honorum operum sumptibus immoderatum esse non deceat.

110. <sup>a</sup> Pulchra liberalitas (*Dist. 86, cap. Pulchra*) erga ipsos quoque pauperes <sup>b</sup> mensuram tenere, ut abundes pluribus: non conciliandi favoris gratia ultra modum fluere. Quidquid ex affectu puro ac sincero promitur, hoc est decorum: <sup>c</sup> non superfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere necessarias.

111. Et maxime sacerdoti hoc convenit, ornare Dei templum decore congruo, ut etiam hoc cultu aula Domini resplendeat: impensas misericordiæ convenientes frequentare: quantum oporteat largiri peregrinis; non superflua, sed competentia: non redundantia, sed congrua humanitati; ne sumptu pauperum alienam sibi quærat gratiam, nec restrictionem erga clericos aut indulgentiorem se præbeat. Alterum enim inhumanum, alterum prodigum; si aut sumptus desit necessitati eorum quos a sordidis negotiationis aucupii retrahere debeas: aut voluptati superfluat.

### 97 CAPUT XXII.

*Modum inter nimiam remissionem ac severitatem esse statuendum; eos enim qui affectata remissione in aliorum animos irrepere moliantur, solidum ac duraturum nihil consequi: quod Abessalonis exemplum satis ostendit.*

112. Quin etiam verborum ipsorum et præceptorum esse mensuram convenit; ne aut nimia remissio videatur, aut nimia severitas. Plerique enim <sup>d</sup> remissiores malunt esse, ut videantur boni esse: sed nihil simulatum et fictum veræ virtutis esse certum est; quin etiam diuturnum esse non solet. In principio vernat, in processu tamquam flosculus dissipatur et solvitur: quod autem verum ac sincerum, <sup>e</sup> alta radice fundatur.

113. Et ut exemplis assertiones nostras probemus, quoniam quæ simulata sunt, diuturna esse non possunt, sed tamquam ad tempus virentia cito decidunt, ex ea familia ex qua nobis plurima ad virtutis profectum exempla accersivimus, unum simulationis et fraudis proferamus testimonium (*II Reg. xiv, 25*).

114. Abessalon (*II Reg. xv, 1 et seq.*) erat David

<sup>a</sup> Grat., *Pulchra etiam liberalitas est in ipso pauperis dato mensuram tenere.*

<sup>b</sup> Cic. lib. II *Offic.*, pag. 383, lin. 34: *Habenda autem est ratio rei familiaris*, etc.

<sup>c</sup> *Ibid.*, lin. 3. *Atque etiam illæ impensæ meliores sunt, murti, novalia, portus, etc.*

<sup>d</sup> Cic. lib. II *Offic.*, pag. 380, lin. 41: *Quod si qui*

regis filius, decore insignis, egregius forma, præstans juvenia; ita ut vir talis in Israel non reperiretur, a vestigio pedis usque ad verticem immaculatus. Is fecit sibi currus et equos, et viros quinquaginta, qui præcurrerent ante eum. Surgebat diluculo, et stabat ante portam in via: et si quem advertisset regis judicia quærentem, accedebat ad eum, dicens: Ex qua civitate es tu? Respondebat ille: Ex una tribu sum de tribubus Israel, servus tuus. Referebat Abessalon: Verba tua bona sunt et directa, et qui te audiat non est tibi datus a rege. Quis constituet me judicem, et quisquis ad me veniet, cuiusque fuerit iudicium necessarium, justificabo illum? Talibus delinibat singulos sermonibus. Et cum accederent adorare eum, extendens manus suas, apprehendebat atque osculabatur eos. Sic convertit in se corda omnium, dum blanditiæ hujusmodi intimatorum tangunt viscerum sensum.

115. Sed delicati isti et ambitiosi elegerunt honorabilia et grata ad tempus et jucunda: ubi parva processit dilatio, quam prudens omnium propheta paulisper cedendo interponendam putavit, non potuerunt tolerare ac sustinere. Denique (*II Reg. xviii, 5*) non dubitans de victoria David, commendabat filium dimicaturis, ut ei parcerent. Ideoque nec prælio <sup>e</sup> interesse maluit; ne vel referre arma, parricidæ licet, videretur, sed tamen filio.

116. Liquet igitur ea esse perpetua ac solida, quæ vera sunt, et quæ sincere potius quam dolo congregantur: ea vero quæ simulatione atque assentatione parata sunt, non posse diu perseverare.

### 98 CAPUT XXIII.

*Eorum qui vel pecunia vel ambitu redempti fuerint, fluxam fidem esse.*

117. Quis igitur vel illos <sup>f</sup> qui pecunia ad obedientiam redimuntur, vel eos qui assentatione invitantur, fidos sibi arbitretur? Nam et illi frequenter se vendere volunt, et isti imperia dura ferre non possunt. Levi assentationum facile capiuntur: si perstrinxeris verbo, immurmurant, deserunt, infesti abeunt, indignantes relinquunt, imperare malunt, quam obedire: quasi obnoxios beneficio, subjectos sibi debere esse existimant, quos præpositos sibi habere debeant.

118. Quis igitur sibi fideles putet, quos vel pecunia vel adulatione sibi obligandos crediderit? Nam et ille qui pecuniam acceperit, vilem se et despectum judicat, nisi sæpe redimatur? Itaque frequenter expectat pretium suum: et ille qui obsecratione ambitus videtur, vult semper se rogari.

### CAPUT XXIV.

*Bonis artibus ad honores nitendum, maxime ecclesiasticos: adeptum vero munus moderate ac sapienter*

*simulatione, et inani ostentatione, etc.* Item pag. 382, lin. 27: *Ipsaque illa delinitio multitudinis, etc.*

<sup>e</sup> Rom. elit., *interesse voluit, ne vel inferre arma.*

<sup>f</sup> *Ibid.*, pag. 376, lin. 45: *Mala enim se res habet, cum quod virtute effici debet, etc.* Item pag. 384, lin. 42: *Præclare in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, etc.*

*administrandum. Nec inferiores ordines simulatis A* neque si quid boni habeas, id ad deformationem virtutibus episcopo derogare, nec item episcopum alterius et vituperationem exerceas.

119. Ergo <sup>a</sup> bonis actibus et sincero proposito nitendum ad honorem arbitror, et maxime ecclesiasticum; ut neque resupina arrogantia, vel remissa negligentia sit: neque turpis affectatio, et indecora ambitio. Ad omnia abundat animi directa simplicitas, satisque se ipsa commendat.

120. In ipso vero munere <sup>b</sup> neque severitatem esse duram convenit, nec nimiam remissionem; ne aut potestatem exercere, aut susceptum officium nequaquam implere videamur.

121. Enitendum quoque ut beneficiis atque officiis <sup>c</sup> obligemus plurimos, et collatam reservemus B gratiam; ne jure beneficii fiant immemores, qui se graviter læsos dolent. Sæpe enim usu venit ut quos gratia fovetis, vel aliquo superiore cumulaveris gradu, avertas, si indigne aliquem eis præponendum judices. Sed et sacerdotem beneficiis suis vel judiciis favere convenit, ut æquitatem custodiat, et presbytero vel ministro deferre, ut parenti.

122. Neque hos quia semel probati sunt, arrogantes esse oportet; sed magis tamquam memores gratiæ, humilitatem tenere: neque offendi sacerdotem, si aut presbyter, aut minister, aut quisquam de clero, aut misericordia, aut jejunio, aut integritate, aut doctrina et lectione existimationem accumulet suam: <sup>d</sup> Gratia enim Ecclesiæ laus doctoris est. Bonum, opus **99** alicujus prædicari, ita tamen si nullo studio fiat C jaclantiæ. Laudent enim unumquemque proximorum labia, et non os suum: et commendent opera, non studia sua.

123. <sup>e</sup> Cæterum si quis non obediat episcopo, extollere atque exaltare sese desideret, obumbrare merita episcopi simulata affectatione doctrinæ aut humilitatis, aut misericordiæ, is a vero devius superbit; quoniam veritatis ea est regula, <sup>f</sup> ut nihil facias commendandi tui causa, quo minor alius fiat:

<sup>a</sup> Sic Amerb. cum mss. prop. omnibus: Era. autem ac sequentes edit., bonis artibus.

<sup>b</sup> Cic. lib. 1 Offic., pag. 363, lin. 5: *In juris æqualitate exercenda etiam est facilitas... et tamen ita probanda est mansuetudo, etc.*

<sup>c</sup> Lib. 11, pag. 376, lin. 12: *Proprium hoc statuo esse virtutis, conciliare sibi animos, etc.* Item p. 384, lin. 12: *Licet tamen opera prodesse multis, etc.*

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *Grata enim Ecclesia laus, etc.*

<sup>e</sup> Clericos episcopo suo perinde ac Deo ipsi morem gerere oportere beatus Ignatius multis epistolarum locis præcipit, maxime vero epist. ad Ephes., epist. ad Magnes. et epist. ad Trallian. Cyprianus vero epist. 55 et 65 docet non aliunde exoriri solere hæreses atque schismata, nisi ex eo quod præsulibus suis obedire cleri detrectant ac refugiant. Cujus quidem rei exemplum luctuosum in Ario proponit Theodoretus Hist. Eccl. lib. 1, cap. 2, et in aliis alii.

<sup>f</sup> Codex Thuan., *ut nihil fuci commendandi tui, etc.* non male, si verbum aliquod subintelligas, quod forte a scriptore fuerit prætermissum.

<sup>g</sup> Cic. lib. 11 Offic., pag. 381, lin. 21: *Atque etiam hoc præceptum officii diligenter tenendum est, neque unquam innocentem judicio capitis accersas... Nec*

neque si quid boni habeas, id ad deformationem alterius et vituperationem exerceas.

124. Ne <sup>h</sup> defendas improbum, et sancta indigno committenda arbitraris: neque iterum urgeas et impugnes, cujus crimen non deprehenderit. Nam cum in omnibus <sup>i</sup> injustitia cito offendat, tum maxime in Ecclesia, ubi æquitatem esse oportet, ubi æqualitatem haberi decet; ut nihil sibi potentior plus vindicet, nihil plus usurpet ditior. Sive enim pauper, sive dives, in Christo unum sunt. Nihil sanctior plus sibi arroget; ipsum enim par est esse humiliorem.

125. Sed nec personam alterius accipiamus in judicio: gratia absit, <sup>j</sup> causæ merita decernant. Nihil sic opinionem, immo fidem gravat, quam si in judicando potentiori dones causam inferioris: vel pauperem innocentem arguas, divitem excuses reum culpæ. Pronum quidem est genus hominum favere honoratoribus, ne læsos sese putent, ne victi doleant. Sed primum si offensam vereris, <sup>k</sup> non recipias judicium: si sacerdos es, aut si quisquam alius, non lacessas. Licet tibi silere in negotio duntaxat pecuniario; quamquam sit constantiæ adesse æquitati. In causa autem Dei, ubi communionis periculum est, etiam dissimulare peccatum est non leve.

#### CAPUT XXV.

*Beneficia in pauperes potius conferenda quam in divites; hos enim aut quæsitam a se beneficii vicem putare, aut indignari quod videantur hinc facti debitores: pauperes vero et debitorem pro se Deum ipsum constituere, et libenter accepta beneficia confiteri. Quibus additur ad pecuniæ contemptum adhortatio.*

126. Quid autem et tibi prodest favere diviti? An quia citius amantem remuneratur? <sup>l</sup> His enim favemus frequentius, a quibus referendæ vicem speramus gratiæ. Sed eo **100** magis infirmo et inopinos studere convenit; quia pro eo qui non habet, remunerationem speramus a Domino Jesu (*Luc. xiv, 12, 13*): qui sub specie convivii generalem virtutum edidit

*tamen ut hoc fugiendum est, ita habendum est religioni contrarium, etc.*

<sup>h</sup> Ibid., pag. 384, lin. 48: *Extremum autem præceptum... ne quid contendas, etc.*

<sup>i</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *causam merita decernant*; mss. nonnulli, *discernant*: Thuan. vero et antiquissimi quique, *causæ merita decernant*; id est, confligant, ac decertent.

<sup>j</sup> His verbis non obscure innuere videtur Ambrosius, episcopis licitum fuisse causarum ac litium sæcularium recusare arbitrium; cum tamen alii hoc munus ab Apostolo I Cor. vi, 1 et seq., ipsis impositum fuisse contendant. Veruntamen observat Augustinus lib. de Opere Monach. cap. 15, a Paulo ipso impetrari non potuisse, ut hujusmodi munia exerceret. Quin immo ipsemet Christus Dominus delatam ad se de patrimonio quod fratrum duorum alter cum altero dividere volebat, querelam non admisit. Quid igitur mirum, si sanctissimos quosque antistites hanc litium decidendarum necessitatem, sibi populorum improbitate obtrusam, tam frequenter, tamque graviter quæstos reperiamus.

<sup>k</sup> Cic. lib. 11, pag. 381, lin. 24: *A quo enim expeditior et celerior remuneratio fore videtur, etc.*

formam: ut his potius nostra conferamus beneficia, qui nobis ea non possunt repræsentare, docens ad convivium atque epulas non eos qui divites sunt, sed pauperes invitandos. Divites enim rogari videntur, ut ipsi quoque nobis reddant convivium; pauperes, quia non habent quod restituant, cum acceperint, remuneratorem nobis faciunt Dominum, qui se pro paupere obligandum obtulit.

127. Ad ipsum quoque sæculi usum collatio beneficii facta in pauperes magis quam in locupletes plus juvat; <sup>a</sup> quia dives dedignatur beneficium, et pudet eum debitorem esse gratiæ. Quia etiam id quod collatum est sibi, meritis suis arrogat, quod velut debitum acceperit, vel ideo datum sit eo quod is qui dedit, reddendum sibi a divite uberius existimaverit. Ita in accipiendo beneficio, eo ipso quod acceperint divites, delisse se magis quam accipi-se existimant: <sup>b</sup> pauper vero etsi non habet unde reddat pecuniam, refert gratiam. In quo certum est quod plus reddat, quam acceperit; pecunia enim nummo solvitur, gratia numquam exinanitur. Reddendo vacuatur pecunia: gratia autem et habendo solvitur, et solvendo retinetur. Deinde quod dives refugit, pauper fatetur quod sit obligatus debito, sibi que subventum, non honori suo delatum putat: donatos sibi arbitratur filios, vitam redditam, servatam familiam. Quanto igitur melius apud bonos, quam apud ingratos locare beneficium?

128. Unde Dominus ad discipulos ait: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam;* (*Matth. x, 9*); quia velut falce, pullulantem in pectoribus humanis succidit avaritiam. Petrus quoque claudo, qui ex utero matris suæ portabatur, ait: *Argentum et aurum non habeo: sed quod habeo, do tibi. In nomine Jesu Christi Nazareni surge et ambula* (*Act. iii, 6*). Itaque pecuniam non dedit, sanitatem dedit. Quanto melius est salutem habere sine pecunia, quam pecuniam sine salute! Surrexit claudus, quod non sperabat: pecuniam non accepit, quam sperabat. Sed hæc vix in sanctis Domini reperiuntur, ut divitiæ contemptui sint.

### 101 CAPUT XXVI.

*Quam vetus malum sit avaritiam, multis veteris testamenti exemplis clarum esse; hincque præterea patere quam inanis sit pecuniarum possessio.*

129. Cæterum ita incubuerunt <sup>c</sup> mores hominum admiratione divitiarum, ut nemo nisi dives honore dignus putetur. Neque hic recens usus: sed jam dudum, quod pejus est, inolevit hoc vitium humanis mentibus. Siquidem cum Hiericho magna civitas

<sup>a</sup> Cic. lib. ii Offic., p. 384, lin. 29: *At qui se locupletes honoratos, etc.*

<sup>b</sup> Ibid., lin. 33: *At vero ille tenuis, cum quidquid factum sit, se spectatum putet, etc.*

<sup>c</sup> Ibid., lin. 43: *Sed corrupti mores depravatique sunt admiratione divitiarum, etc.*

<sup>d</sup> Ita Era. cum sequent. edit. ac potioribus mss. Amerb. vero, *lineam*; et mss. non pauci, *regulum*, aliqui, *laminam auream*. Et infra ubi nos cum melio-

tubarum sacerdotalium sono cornisset, et Jesus Nave potiretur victoria, cognovit infirmatam esse virtutem populi per avaritiam, atque auri cupiditatem. Nam cum de spoliis urbis incensæ sustulisset Achaz vestem auream, et ducenta argenti didrachmata, et <sup>d</sup> linguam auream, oblatum Domino negare non potuit, sed prodidit furtum (*Josue vii, 19 et seq.*).

150. Vetus igitur et antiqua avaritia est, quæ cum ipsius divinæ legis cœpit oraculis, immo propter ipsam reprimendam lex delata est. Propter avaritiam Balach putavit Balaam præmiis posse tentari, ut malediceret populum patrum: et vicisset avaritia, nisi Dominus a maledicto <sup>e</sup> eum abstinere jussisset (*Num. xxii, 7 et seq.*). Propter avaritiam præcipitatus Achaz, in exitium deduxerat totam plebem parentum. Itaque Jesus Nave, qui potuit <sup>f</sup> solem statuere, ne procederet (*Josue x, 12, 13*), avaritiam hominum non potuit sistere, ne serperet. Ad vocem ejus sol stetit, avaritia non stetit. Sole itaque stante, confecit Jesus triumphum: avaritia autem procedente, pene amisit victoriam.

151. Quid fortissimum omnium Samson, nonne Dalila mulieris avaritia decepit? Itaque ille qui rugientem leonem manibus discerpit suis, qui victus et alienigenis traditus, sine ullo adjutore solus dissolutis vinculis, mille ex his peremit viros: qui funes intextis nervis velut mollia sparti fila dirupit; is super genua mulieris inflexa cervice truncatus, invicti crinis ornatum, prærogativam suæ virtutis amisit. Influxit pecunia in gremium mulieris, et a viro discessit gratia (*Judic. xvi, 5 et seq.*).

152. Feralis igitur avaritia, illerebrosa pecunia, quæ habentes contaminat, non habentes non juvat. Esto tamen ut aliquando adjuvet pecunia, inferiorem tamen et ipsam desiderantem. Quid ad eum qui non desiderat, qui non requirit, qui auxilio ejus non indiget, studio non flectitur? Quid ad alios, si sit ille copiosior qui habet? Numquid ideo honestior; quia habet quo honestas plerumque amittitur, quia habet quod custodiat magis quam quod possideat? Illud enim possidemus quo utimur: **102** quod autem ultra usum est, non utique habet possessionis fructum, sed custodia: periculum.

### CAPUT XXVII.

*In pecuniæ contemptu inesse formam justitiæ: quam virtutem nec non alias nonnullas sectari debent tam clerici quam antistites; ubi potissimum de non ferenda precipitanter excommunicatione.*

153. Ad summam novimus quod pecuniæ contemptus justitiæ forma sit; et ideo avaritiam decli-

ris ævi cod. *lex delata est*, alii partim cum ant. edit. *lex Dei data est*, partim cum Rom. *lex Dei lata est*.

<sup>e</sup> Omnes edit., *eum abstinere vetuisset*, contrario et inepto sensu, cui tamen etiam omnes mss. patrocinantur, excepto Fulhiac. quem hoc loco cæteris ducimus præponendum.

<sup>f</sup> Erasmi. et seq. edit., *solem sistere*.

<sup>g</sup> Cic. lib. ii Offic., p. 384, lin. 45: *Illum fortasse adjuvat, qui habet, etc.*

nare debemus, et omni studio intendere, ne quid faciamus unquam adversus justitiam, sed in omnibus gestis et operibus custodiamus eam.

134. Si volumus commendare nos Deo, charitatem habeamus, unanimes simus, humilitatem sequamur, alterutrum existimantes superiorem sibi. Hæc est enim humilitas, si nihil sibi quis arroget, et inferiorem se esse existimet. Episcopus ut membris suis utatur clericis, et maxime ministris qui sunt vere filii: quem cuique viderit aptum muneri, ei deputet.

135. <sup>a</sup> Cum dolore amputatur etiam quæ putruit pars corporis, et diu tractatur, si potest sanari medicamentis: si non potest, tunc a medico bono absciditur. Sic episcopi affectus boni est, ut optet sanare infirmos, serpensia sufferre ulcera, adurere aliqua, non abscidere: postremo quod sanari non potest, cum dolore abscidere. Unde pulcherrimum illud præceptum magis eminet, ut cogitemus non quæ nostra sunt, sed quæ aliorum (*Phil. II, 4*). Hoc enim modo nihil erit, quod vel irati nostro indulgeamus affectui, vel faventes nostræ plus justo tribuamus aliquid voluntati.

#### CAPUT XXVIII.

*Misericordiam etiam cum invidia propria largius exercendam: ad quod refertur memorabilis vasorum sacrorum in captivorum redemptionem ab Ambrosio fractorum historia, et pulcherrima de auri et argenti quæ Ecclesia possidet, legitimo usu præcipiuntur. Hinc postquam ex facto sancti Laurentii quinam veri sint Ecclesie thesauri ostensum est, regulæ in constandis atque impendendis vasis initialis servandæ proponuntur.*

136. Hoc maximum incentivum misericordiæ, ut compatiamur alienis calamitatibus (*Dist. 86, cap. Pulchra, § Compatiamur*), necessitates aliorum, quantum possumus, juvemus; et plus interdum quam possumus. Melius est enim pro misericordia causas

<sup>a</sup> Eodem pietatis sensu hic affectum se ostendit Ambrosius noster, quo Ecclesia filiorum suorum mater amatissima moveri sese contestatur, dum generalibus in conciliis a suo corpore quempiam cogitur abscidere. Ephesina synodus act. 1, in sententia contra Nestorium lata loquitur in hunc modum: *Coacti per sacros canones, et epistolam sanctissimi Patris nostri et comministri Cælestini Romanæ Ecclesie episcopi, lacrymis subinde perfusi ad lugubrem hanc contra eum sententiam necessario venimus. Conc. quoque Chalcedonense act. etiam 1, et Constant. 7, adversus Eutychem ita lamentantur: Unde lacrymantes et gementes perfectam ejus perditionem, decrevimus, etc. Vide similiter in conc. Chalced., act. 5, Patrum adversus Dioscorum subscriptiones, imprimis vero Maximi, Cyri, Constantini, Patricii atque Epiphani.*

<sup>b</sup> Discimus ex hoc toto capite jam inde a primis seculis in Ecclesia fuisse vasa pretiosa, quorum alia ad usum sacramentorum initiata et consecrata essent, alia minime, sed tantum ad decus et ornamentum: utraque vero tam multa existisse, ut redimendæ innumerorum captivorum multitudini sufficerent. Hinc præterea intelligimus auream illam Ecclesie suppellectilem Ambrosio nullo modo fuisse improbatam, cum non nisi certis ac delinitis casibus, et deficientibus aliis subsidiis eam jure distrahi posse

præstare, vel invidiam perpeti, quam præterdere inclementiam; ut nos aliquando in invidiam incidimus, quod confregerimus vasa <sup>b</sup> mystica, ut captivos redimeremus, quod arianis displicere potuerat; nec tam factum displiceret, quam ut esset quod in nobis reprehenderetur. Quis autem est tam durus, immitis, ferreus, cui displiceat quod homo redimitur a morte, femina ab impuritatibus barbarorum, quæ graviores morte sunt: adolescentulæ, vel pueruli, vel infantes ab idolorum contagiis, quibus mortis metu inquinabantur?

137. Quam causam nos etsi non sine ratione aliqua gessimus; tamen ita in populo persecuti sumus, ut confiteremur, multoque fuisse commodius astrueremus, ut animas Domino quam aurum servaremus (*Math. x, 9*). Qui enim sine auro misit apostolos, Ecclesias sine auro congregavit. Aurum Ecclesia habet (*12, quæst. 2, cap. Aurum*); non ut servet, sed ut eroget, et subveniat in necessitatibus. Quid opus est custodire quod nihil adjuvat? An ignoramus quantum auri atque argenti de templo Domini Assyrii sustulerint (*IV Reg. xxiv, 13*)? Nonne melius <sup>c</sup> constant sacerdotes propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quam ut sacrilegus contaminata asportet hostis? Nonne dicturus est Dominus: Cur passus es tot Inopes fame mori? Et certe habebas aurum, ministrasses alimoniam. Cur tot captivi deducti <sup>d</sup> in commercio sunt, nec redempti, ab hoste occisi sunt? Melius fuerat ut vasa viventium servares, quam metallorum.

<sup>c</sup> 138. His non posset responsum referri. Quid enim diceres: Timui ne templo Dei ornatus deesset? Responderet: Aurum sacramenta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacramentorum redemptio captivorum est. Vere illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas a morte. Ille verus thesaurus est Domini, qui operatur quod sanguis ejus operatus est. Tunc vas Domini san-

concedat. Itaque sicubi nonnulli sancti Patres, ut Hieronymus epist. 2, ad Nepotianum; Chrysostomus hom. 52 in *Matth.* et 60 ad populum Antioch.; Isidorus Pelusiotæ lib. II, epist. 88, et Bernardus, cap. 11 Apologice, videntur aureorum argenteorumve ornamentorum in Ecclesiis usum condemnare; ita mens <sup>d</sup> eorum interpretanda est, ut non usum legitimum, sed abusum proscriptum velint, videlicet aut luxum et fastum plane profanum, aut præposteram eorum religionem qui multos pauperes perire, quam aureum aliquod vasculum et sacrario decedere levius ferrent. Hoc autem animo fuisse agnoscimus arianos illos, qui sancto nostro invidiam, hujus numquam satis laudati facinoris occasione, conflare molebantur. Huc refer quæ supra habentur pag. 86, num. 70, ubi quo tempore ea acciderint subnotavimus, sicut et in Admonit. nostra ad hos de Offic. Minist. libros.

<sup>e</sup> Era. et edit. seq. cum mss. nonnullis, *confat sacerdos propter alimoniam* (edit. Rom., *pro alimonia*) *pauperum. . . . quam sacrilegus contaminata asportet*; quidam mss., *contaminat, asportat hostis*. Rom. edit., *quam ut sacrilegus contaminet et asportet*, etc. Amerb. cum aliis longe plurimis, ut in textu, nisi quod aliqui mss. pro, *sacrilegus*, legunt *sacrilegiis*.

<sup>d</sup> Edit. ac pauci mss., *in commercium, nec redempti? Cur tot ab hoste, etc.*

gulis <sup>a</sup> agnoscutur, cum in utroque viderit redemptionem; ut calix ab hoste redimat, quos sanguis a peccato redimit. Quam pulchrum, ut cum <sup>b</sup> agmina captivorum ab Ecclesia redimuntur, dicatur: Hos Christus redemit! Ecce aurum quod probari potest, ecce aurum utile, ecce aurum Christi quod a morte liberat, ecce aurum quo redimitur pudicitia, servatur castitas.

139. Hos ergo malui vobis liberos tradere, quam aurum reservare. Hic numerus captivorum, hic ordo præstantior est, quam <sup>c</sup> species poculorum. Huic muneri proficere debuit aurum Redemptoris, ut redimeret periclitantes. Agnosco infusum auro sanguinem Christi non solum irrutilasse, verum etiam divinæ operationis impressisse virtutem redemptionis munero.

140. Tale aurum sanctus martyr Laurentius **104** Domino reservavit, a quo cum quærerentur thesauri Ecclesiæ, promisit se demonstraturum. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus ubi essent thesauri quos promiserat, ostendit pauperes dicens: Hi sunt thesauri Ecclesiæ. Et vere thesauri, in quibus Christus est, in quibus fides est. Denique Apostolus ait: *Habemus thesaurum in vasis fictilibus* (II Cor. iv, 7). Quos meliores thesauros habet Christus, quam eos in quibus se esse dixit? Sic enim scriptum est: *Esurivi, et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere: hospes eram, et collegistis me* (Matt. xxv, 35). Et infra: *Quod enim vni horum fecistis, mihi fecistis* (Ibid., 40). Quos meliores Jesus habet thesauros, quam eos in quibus nmat videri?

141. Hos thesauros demonstravit <sup>d</sup> Laurentius, et vicit, quod eos nec persecutor potuit auferre. Itaque Joachim qui aurum in obsidione servabat, nec dispensabat alimonix comparandæ; et aurum vidit eripi, et se in captivitatem deduci (IV Reg. xxiv, 13). Laurentius qui aurum Ecclesiæ maluit erogare pauperibus, quam persecutori reservare, pro singulari suæ interpretationis vivacitate sacram martyrii accepit coronam. Numquid dictum est sancto Laurentio: Non debuisti erogare thesauros Ecclesiæ, vasa sacramentorum vendere?

142. Opus est ut quis fide sincera et perspicaci providentia munus hoc impleat. Sane si in sua aliquis derivat emolumenta, crimen est: sin vero pauperibus erogat, captivum redimit, misericordia est. Nemo enim (12, q. 2, cap. Aurum, § Nemo potest) potest dicere: Cur pauper vivit? Nemo potest queri, quia captivi redempti sunt: nemo potest accusare, quia templum Dei est ædificatum: nemo potest indignari,

A quia humanis fidelium reliquiis spatia laxata sunt: nemo potest dolere, quia in sepulturis Christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa Ecclesiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet.

143. Opus est ut de Ecclesia mystici poculi forma non exeat, ne ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo intra Ecclesiam primum quæsitæ sunt vasa quæ initiata non essent: deinde comminuta, postremo conflata, <sup>e</sup> per minutias erogationis dispensata egentibus, captivorum quoque pretiis profecerunt. Quod si desunt nova, et quæ nequaquam initiata videantur, in hujusmodi usus, quos supra diximus, arbitrator omnia pie posse converti.

### 105 CAPUT XXIX.

B *Deposita viduarum, immo omnium fidelium in Ecclesia cum sui etiam periculo defendi oportere: quæ res Oniæ sacerdotis, Ambrosii ac Ticinensis episcopi exemplis lucem capit.*

144. Illud sane diligenter intuendum est, ut deposita viduarum intemerata maneant, sine ulla serventur offensione, non solum viduarum, sed etiam omnium; fides enim exhibenda omnibus est, sed major est viduarum causa et pupillorum.

145. Denique hoc solo viduarum nomine, sicut in libris Machabæorum legitur (II Machab. iii, 40 et seq.), commendatum templo omne servatum est. Nam cum indicium factum esset pecuniarum, quas in templo Hierosolymis maximas reperiri posse Simon nefarius Antiocho regi prodidit, missus <sup>f</sup> in rem C Heliodorus, ad templum venit, et summo sacerdoti aperuit indicii invidiam, et adventus sui causam.

146. Tunc sacerdos deposita esse dixit viduarum victualia et pupillorum: <sup>g</sup> quædam autem Hircani Tobix viri sancti, eaque demonstravit. Argenti talenta quadraginta erant, auri vero ducenta. Quæ cum Heliodorus ereptum ire vellet, et regis vindicare commodis, sacerdotes ante altare jactaverunt se, induti sacerdotales stolas: et Deum vivum qui de depositis legem dederat, flentes invocabant, ut custodem se præceptorum præstaret suorum. Vultus vero et color summi sacerdotis immutatus declarabat dolorem animi, et mentis intentæ sollicitudinem. Flebant omnes, quod in contemptum locus venturus foret, si nec in Dei templo iuta fidei servaretur custodia: accinctæque mulieres pectus, et clausæ virgines pulsabant januam: ad muros alii currobant, per fenestras alii prospectabant, omnes ad eorum tendebant manus, orantes ut suis Dominus adesset legibus.

147. Heliodorus autem nec his terrius, quod in-

<sup>a</sup> Era. et seq. edit. cum mss. nonnullis, *agnosco, cum in utroque videro*, etc.

<sup>b</sup> Codex Thuan. et alii magno numero, *agmina peccatorum*.

<sup>c</sup> Quidam mss., *species vasculorum*.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *Laurentius, et vidit quos eos*, etc.

<sup>e</sup> Edit. ac multi mss. *per minutas erogationes*: Thuan. vero et alii aliquot bonæ notæ, *per minutias erogationis*.

<sup>f</sup> Edit. omnes ac plerique mss., *missus in Hieru-*

*salem*: verum potiores antiquioresque constanter legunt, *missus in rem*, supple *presentem*, id est, in ipsum locum.

<sup>g</sup> *Quædam autem...* auri vero ducenta, desunt isthæc omnia in Thuan. aliisque pluribus ac melioris ævi cod. Et proinde nobis majorem in modum suspecta sunt. Attamen cum in nonnullis, atque omnibus edit. habeantur eis spongiam inducendam non putavimus. Quatuor mss., *quædam autem orphani Tobix*.

tenderat, urgebat, et satellitibus suis ærarium sepe-  
rat; cum subito apparuit illi terribilis equus armis  
præfulgens aureis: equus autem ejus erat insigni  
ornatus opertorio. Alii quoque duo juvenes appa-  
ruerunt in virtute incluta, decore grato, cum splen-  
dore gloriæ, speciosi amictu, qui circumsteterunt  
eum, et utraque ex parte flagellabant sacrilegum,  
sine **106** ulla intermissione continuato verbere.  
Quid multa? Circumfusus caligine in terram concidit,  
et evidenti divinæ operationis indicio exanimatus  
jacebat, nec ulla spes in eo residebat salutis. Oborta  
est letitia metuentibus, metus superbis: <sup>a</sup> dejectique  
ex amicis Heliodori quidam rogabant Oniam, vitam  
poscentes ei, quoniam supremum gerebat spiri-  
tum.

**148.** Rogante itaque sacerdote summo, iidem ju-  
venes iterum Heliodoro apparuerunt, iisdem amicti  
vestibus, et dixerunt ad eum: Oniæ summo sacerdoti  
gratias age, propter quem tibi vita est reddita. Tu  
autem expertus Dei flagella, vade, et nuntia tuis om-  
nibus, quantam cognoveris templi religionem, et Dei  
potestatem. His dictis, non comparuerunt. Heliodo-  
rus itaque recepto spiritu, hostiam Domino obtulit,  
Oniæ sacerdoti gratias egit, et cum exercitu ad regem  
revertitur dicens: Si quem habes hostem, aut ali-  
quem insidiatorem rerum tuarum, illuc illum dirige,  
et flagellatum recipies eum.

**149.** Servanda est igitur, filii, depositis fides,  
adhibenda diligentia. Egregie hinc vestrum enitescit  
ministerium, si suscepta impressio potentis, quam  
vel vidua vel orphanus tolerare non queant, Ecclesiæ  
subsidio cobeatur: si ostendatis plus apud vos  
mandatum Domini, quam divitis valere gratiam.

**150.** Meministis ipsi quoties adversus regales im-  
petus pro viduarum, immo omnium depositis certa-

<sup>a</sup> Quædam edit., *delectique ex amicis*. Consequenter  
autem omnes edit. ac pauci mss., *ut vitam posceret*  
*ei*. Venique Rom. edit. sola, *agebat spiritum*.

<sup>b</sup> Mss. plures et antiq., *Clerici contendebant aucto-  
ritatem*; quatuor, *contemnebant auctoritatem*; unus,  
*obtendebant*; alius, *non tenebant*, *contendebant aucto-  
ritatem*. Attamen videtur potior aliorum et edit.  
lectio; nisi quis id velit per *contendebant*, significari,  
clericos intendisse ac verbis amplificasse Cæsaream  
auctoritatem; propterea quod ei cederent: quod non  
male cohæret cum sequentibus. Infra vero ubi edit.  
Amerb. et Era. cum mss. aliquot, *Legebatur rescripti  
forma director, magister officiorum statuta agens in  
rebus imminebat*. Gill. autem ac Rom. cum mss. etiam  
nonnullis, *Legebatur rescripti forma, directio magistri,  
officiorum, etc.* Quidam mss., *rescripti forma di-  
recti, magister*; quidam etiam, *rescripti forma, di-  
rectio magistri*; reliqui tandem in quibus Thuan. et  
alii probatoris notæ, ut nos in textu. Porro quid  
esset rescriptum, quibusve nominibus diceretur  
priori loco jam diximus: de quo etiam videas licet  
jurisconsulti Bulengeri lib. ii de Imperat. Rom.  
cap. 12. Sunt autem alia quædam vocabula, quæ ne  
moræ sint legenti, explicabimus. *Interpellare* hoc  
loco idem est ac compellere, convenire et juridice  
postulare. *Honorati* non alii intelliguntur quam qui  
publicis muneribus ante defuncti, emerito honore  
pollebant. Sic non solum hic et lib. iii. cap. 7, sed  
etiam apud scriptores Ambrosio æquales suppareve,  
nec non in Cod. Theod. tit. de Officio jud. ea vox ac-  
cipienda est. Vide Cassiod. Variarum lib. ii, epist. 3,

men subierimus. Commune hoc vobiscum mihi. Re-  
cens exemplum Ecclesiæ Ticinensis proferam, quæ  
viduæ depositum, quod susceperat, amittere pericli-  
tabatur. Interpellante enim eo qui sibi illud imperi-  
ali rescripto vindicare cupiebat, <sup>b</sup> clerici non tene-  
bant auctoritatem: honorati quoque et intercessores  
dati non posse præceptis imperatoris obviare ferebant.  
Legebatur rescripti forma director, magistri officio-  
rum statuta, agens in rebus imminebat. Quid plura?  
<sup>c</sup> Traditum erat.

**151.** Tamen communicato mecum consilio, obse-  
dit sanctus episcopus ea conclavia, ad quæ trans-  
latum illud depositum viduæ cognoverat. Quod ubi  
non potuit auferri, receptum sub chirographo est.  
Postea iterum flagitabatur ex chirographo: præ-  
ceptum imperator iteraverat, ut ipse per semetipsum  
nos conveniret. Negatum est: et exposita divinæ legis  
auctoritate, et serie lectionis, et Heliodori periculo,  
vix tandem **107** rationem imperator accepit. Post  
etiam tentata fuerat obreptio; sed prævenit sanctus  
episcopus, ut redderet viduæ quod acceperat. Fides  
interim salva est: <sup>d</sup> impressio non est formidini;  
quia jam res, non fides periclitatur.

### CAPUT XXX.

*Libri conclusio per exhortationem ad fugiendos invi-  
dos, atque ad prudentiam, fidem aliasque virtutes  
prosequendas.*

**152.** Filii, fugite improbos, cavete invidos. Inter  
improbum et invidum hoc interest: improbus suo  
delectatur bono, invidus torquetur alieno: ille dili-  
git mala, hic bona odit; ut prope tolerabilior sit, qui  
sibi vult bene, quam qui male omnibus.

**153.** Filii, ante factum cogitate: et cum diutius  
cogitaveritis, tunc facite quod probatis. <sup>e</sup> Laudabilis

4, 8, 29, 40. Ad similiter eundem Bulenger. de Im-  
perio Rom. lib. ii, cap. 16. *Intercessores*, teste Go-  
thofrido in lib. i de Pignoribus, erant ii qui a recto-  
ribus provinciarum exsecutores dabantur. *Magister  
Officiorum* palatinis præerat officii. *Agentes* autem  
in rebus dicti sunt, quod sub Magistro Officiorum age-  
rent, ut docet Gothofridus, tit. de Agentibus in rebus:  
Bulengerus vero de hoc utroque officio tractat lib. iii  
de Imperio Rom., cap. 14, et lib. vi, cap. 42.  
Postremo dicitur *rescripti forma director*, id est,  
plana et aperta, nec ullis ambagibus involuta. De  
illo autem viduæ deposito apud Ecclesiam Ticinen-  
sem egimus in Admonit. in hosce de Offic. libros.

<sup>e</sup> Mss. Divion., *creditum erat*. Mss. Feron. et  
Laud., *tradendum erat*. Sed nihil mutandum in  
lectione aliorum atque edit. sæpe enim per præteri-  
tum esserimus, quod statim futurum significamus; ut  
cum dicimus, hoc factum puta, vel urbs capta erat,  
nisi auxilio venisset, etc.

<sup>d</sup> Vet. edit., *oppressio non est formidini*. Rursus  
vero ubi eadem cum Rom. et pluribus mss., *quia  
jam res, non fides periclitatur*; cod. Thuan. et alii ali-  
quot, *quia res non est, fides periclitabatur*. Sed forte  
*non est*, librarii lapsu scriptum est, pro non est, sive,  
*non etiam*, nisi hic quoque fuerit transpositio pro,  
et non.

<sup>e</sup> Omnes edit. cum mss. nonnullis, *Laudabilis  
mors, cum occasio*, etc. Cod. Thuan. et alii probatio-  
res, *Laudabilis mortis*, etc. Magis apposite; non  
enim omnis mors laudabilis, nec proinde quælibet  
mortis occasio rapienda.

mortis cum occasio datur, rapienda est illico. Dilata gloria fugit, nec facile comprehenditur.

**108** 154. Fidem diligite, quoniam per fidem et devotionem Josias magnum sibi <sup>a</sup> ab adversariis amorem acquisivit; quoniam celebravit pascha Domini, cum esset annorum decem et octo, quemadmodum nemo ante eum (IV Reg. xxiii, 21 seq.). Zelo itaque ut vicit superiores, ita et vos, filii, zelum Dei sumite. Exquirat vos Dei zelus et devoret; ut unusquisque vestrum dicat: *Exquisivit me zelus domus tuæ* (Psal. lxxviii, 10). Apostulus Christi zelotes dictus est (Luc. vi, 15). Quid de Apostolo dico? Ipse Dominus ait:

<sup>a</sup> Ita mss. plures ac potiores: non pauci tamen atque omnes edit. *ab universis*. Veri tamen similis est hoc loco alludere Ambrosium ad id quod lib. II Paralip. cap. xxxv memoratur cum eo regem Ægypti **B**

*Zelus domus tuæ comedit me* (Joan. ii, 17). Sit ergo Dei zelus, non iste humanus <sup>b</sup> quem invidia generat.

155. Sit inter vos pax, quæ superat omnem sensum. Amate vos invicem. Nihil charitate dulcius, nihil pace gratius. Et vos ipsi scitis quod præ cæteris vos semper dilexi et diligo: quasi unius patris filii coaluistis in affectum germanitatis.

156. Quæ bona sunt tenete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum in Domino Jesu: cui est honor, gloria, magnificentia, potestas, cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

non nisi invitum, et postquam amanter eum dissuadere conatus esset, manus conseruisse.

<sup>b</sup> Cod. Carn., *qui invidiam generat*.

## LIBER TERTIUS.

### 107 CAPUT PRIMUM.

*A Davide ac Salomone nobis præceptum, qua ratione cum corde nostro conversandum sit, proindeque Scipionem dicti, quod ei tribuitur, primum auctorem non reputandum. Quam pulchra in otio suo perpetraverint sancti prophetæ: horum atque aliorum otia conferuntur, ostenditurque numquam solum aut in angusto iustum esse.*

1. David propheta docuit nos tamquam in ampla domo deambulare in corde nostro, et conversari cum eo tamquam cum bono contubernali: ut ipse sibi diceret, et loqueretur secum, ut est illud: *Dixi, custodiam vias meas* (Psal. xxxviii, 2). Salomon quoque filius ejus ait: *Bibe aquam de tuis vasis, et de puteorum tuorum fontibus* (Prov. v, 15); hoc est tuo consilio utere. *Aqua enim alta, consilium in corde viri* (Prov. xx, 5). *Nemo, inquit, alienus particeps sit tibi. Fons aquæ tuæ sit tibi proprius: et jucundare cum uxore, quæ est tibi a juventute. Cervus amicitiae et pullus gratiarum confabulentur tecum* (Prov. v, 17, 18).

2. Non ergo primus <sup>a</sup> Scipio scivit solus non esse, cum solus esset; <sup>b</sup> nec minus otiosus, cum otiosus esset: scivit ante ipsum Moyses, qui cum taceret, clamabat (Exod. xiv, 15): cum otiosus staret, præliabatur; nec solum præliabatur, sed etiam de hostibus, quos non contigerat, triumphabat (Exod. xvii, 11 et seq.). Adeo otiosus, ut manus ejus alii sustinerent: nec minus **108** quam cæteri negotiosus, qui otiosis manibus expugnabat hostem, quem non poterant vincere qui dimicabant. Ergo Moyses et in si-

lento loquebatur, et in otio operabatur. Cujus autem majora negotia, quam hujus otia, qui quadringinta diebus positus in monte, totam Legem complexus est, et in illa solitudine qui cum eo loqueretur, non defuit (Exod. xxiv, 15 et seq.)? Unde et David ait: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus* (Psal. lxxxiv, 9). Et quanto plus est si cum aliquo Deus loquatur, quam ipse secum!

3. Transibant apostoli, et umbra eorum curabat infirmos. Tangebantur vestimenta eorum, et sanitas deferebatur (Act. v, 16).

4. Sermonem locutus est Elias, et pluvia stetit nec cecidit super terram tribus annis et sex mensibus. Iterum locutus est, et hydria farinæ non defecit, et vas olei toto famis diurnæ tempore non est exinanitum (III Reg. xvii, 1 et seq.).

5. Et quoniam plerosque delectant bellica; quid est præstantius, exercitus <sup>c</sup> magni lacertis, an solis meritis confecisse prælium? Sedebat Elisæus in uno loco, et rex Syriæ magnam belli molem inferebat populo patrum, diversisque consiliorum acervabat fraudibus, et circumvenire insidiis moliebatur: sed omnes ejus apparatus propheta deprehendebat, et vigore mentis per gratiam Dei ubique præsens, cogitationes hostium suis annuntiabat, et monebat quibus **109** caverent locis. Quod ubi regi Syriæ manifestatum est, misso exercitu, clausit prophetam. Oravit Elisæus, et omnes illos cæcitate percuti fecit, et captivos intrare in Samariam, qui venerant obsidere eum (IV Reg. vi, 8 et seq.).

est opus, cum procul dubio ellipsis quædam sit ita supplenda: *Nec primus scivit minus otiosus esse, cum otiosus esset*. Duo tamen codices legunt, *nec minus pugnaret quam cæteri, nec otiosus esset*, etc. Non satis apte.

<sup>c</sup> Amerb., Gill. ac mss. non pauci, *magnis lacertis*; melius tamen, *magni lacertis*, ut in cæteris. Et continuo post, Era. et seq. edit. cum paucissimis mss., *vis meritis*; Amerb. vero cum aliis longe plurimis ac probatissimis, *solis meritis*.

<sup>a</sup> Cic. lib. III Offic. statim initio: *Publium Scipionem, Marce fili, cum qui primus*, etc. De hac autem sententia multo fusius disputat Ambrosius epist. 3, ad Sabinum.

<sup>b</sup> Vel. edit., *nec minus negotiosus, cum otiosus esset*, Rom. cum mss. prope omnibus, *nec minus otiosus, cum*, etc. Sententiam autem hanc cum non satis assequerentur, qui ultimis Paris. edit. præfuerunt, particulam quam, ante voces, *cum otiosus esset*, quasi ænsui necessariam addidere. Sed ea hoc loci non

6. Conferamus <sup>a</sup> hoc otium cum aliorum otio. Alii enim requiescendi causa abducere animum a negotiis solent, et a conventu cœtueque hominum subtrahere sese; et aut ruris petere secretum, captare agrorum solitudines, aut intra urbem vacare animo, indulgere quieti et tranquillitati: Elisæus autem aut in solitudine Jordanem transitu suo dividit (IV Reg. II, 8); ut pars defluat posterior, superior autem in fontem recurrat: aut in Carmelo resoluta <sup>b</sup> difficultate generandi, inopina sterilem conceptione fecundat: aut resuscitat mortuos: aut ciborum temperat amaritudines, et facit farinæ admixtione dulcescere: aut decem panibus distributis, reliquias colligit, plebe saturata: aut ferrum securis excussum, et in fluvii Jordanis mersum profundum, misso in aquas ligno, facit supernatare: aut emundatione leprosum, aut siccitatem imbribus, aut famem mutat fecunditate (IV Reg. IV, 46 et seq., et alibi.)

7. Quando ergo justus solus est, qui cum Deo semper est? Quando solitarius est, qui numquam separatur a Christo? *Quis nos, inquit, separabit a dilectione Christi? Confido quia neque morte, neque vita, neque angelus (Rom. VIII, 38).* Quando autem feriat a negotio, qui numquam feriat a merito, quo consumatur negotium? Quibus autem locis describitur, cui totus mundus divitiarum possessio est? Qua æstimatione definitur, qui numquam opinione comprehenditur? Etenim quasi ignoratur et cognoscitur: quasi moritur, et ecce vivit: quasi tristis, et semper lætior: ut egenus, et largus: ut qui nihil habeat, et possideat omnia (II Cor. VI, 8). Nihil enim spectat vir justus, nisi quod constans et honestum est. Et ideo etiam alii videatur pauper, sibi dives est: qui non eorum quæ caduca, sed eorum quæ æterna sunt, æstimatione censetur.

#### CAPUT II.

*Quod philosophi de honesti atque utilis comparatione disputant, hoc apud Christianos locum non habere, quibus nihil nisi quod iustum. Quæ officia perfecta, quæque media? Eadem voces diversis diverse convenire: postremo virum iustum numquam alieno incommodo commodum suum querere, sed contra semper aliorum studere utilitati.*

8. Et quoniam de duobus superioribus locis diximus, in quibus <sup>c</sup> honestum illud et utile tractavimus, sequitur utrum honestatem et utilitatem inter se comparare debeamus, et querere quid sit sequendum. Sicut enim supra **110** tractavimus, utrum honestum illud an turpe esset; et secundo loco, utrum

utile an inutile: similiter hoc loco, utrum <sup>d</sup> honestum sit an utile nonnulli requirendum putant.

9. Nos autem movemur, ne hæc inter se velut compugnantia inducere videamur, quæ jam supra unum esse ostendimus: nec <sup>e</sup> honestum esse posse, nisi quod utile: nec utile, nisi quod honestum; quia non sequimur sapientiam carnis, apud quam utilitas pecuniariæ istius commoditatis pluris habetur, sed sapientiam quæ ex Deo est, apud quam ea quæ in hoc sæculo magna æstimantur, pro detrimento habentur.

10. Hoc etenim *κατορθώμα*, quod <sup>f</sup> perfectum et absolutum officium est, a vero virtutis fonte profiscitur. Cui secundum est commune officium, quod ipso sermone significatur non esse arduæ virtutis ac singularis, quod potest plurimis esse commune. Nam pecuniæ compendia captare familiare multis, elegantiori convivio et suavioribus delectari epulis usitatum est: Jejunare autem et continentem esse pauperum est; et alieni cupidum non esse, rarum: contra autem detrahare velle alteri, et non esse contentum suo; nam in hoc cum plerisque consortium est. Alia igitur prima, alia <sup>g</sup> media officia. Prima cum paucis, media cum pluribus.

11. Denique in iisdem verbis frequenter discretio est. Aliter enim bonum Deum dicimus, aliter hominem: aliter justum <sup>h</sup> Deum appellamus, aliter hominem. Similiter et sapientem Deum aliter dicimus, aliter hominem. Quod et in Evangelio docemur: *Estote ergo et vos perfecti, sicut et pater vester qui in caelis est, perfectus est (Math. V, 48).* Ipsum Paulum lego perfectum et non perfectum. Nam cum dixisset: *Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim: sequor autem si comprehendam (Phil. III, 12)*, statim subiecit: *Quicumque ergo perfecti sumus (Ibid., 15).* Duplex enim forma perfectionis: alia medios, alia plenos numeros habens: alia hic, alia ibi: alia secundum hominis possibilitatem, alia secundum perfectionem futuri. Deus autem justus per omnia, sapiens super omnia, perfectus in omnibus.

12. Inter ipsos quoque homines distantia est. Aliter Daniel sapiens, de quo dictum est: *Quis Daniels sapientior (Ezech. XXVIII, 5)?* Aliter alii sapientes, aliter Salomon, qui repletus est sapientia super omnem sapientiam antiquorum, et super omnes sapientes Ægypti (III Reg. IV, 29 et seq.). Aliud est enim communiter sapere, aliud sapere perfecte.

<sup>i</sup> Qui communiter sapit, pro temporalibus sapit, pro se sapit; ut alteri aliquid detrahat, et sibi adjungat. Qui perfecte sapit, nescit sua spectare commoda:

<sup>a</sup> Cic. lib. III Offic., pag. 387, lin. 47: *Sed nec otium hoc cum Africani otio, nec hæc solitudo, etc.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *Difficultate et generandi inopia, sterilem conceptionem; quidam, conceptione fecundat.*

<sup>c</sup> Cic. lib. III, pag. 388, lin. 30: *Pacetiarius igitur... tribus generibus propositis, etc.*

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, et ultimæ edit. Paris., *honestum sit an inutile: concinnius reliqui... an utile.* Rursus vero ubi omnes edd., *Nos autem movemur; mss. fere ad unum præferunt, Nos autem movemur, haud incommode; idem siquidem est, ac si scriptum sit, Nos autem veremur, etc.*

<sup>e</sup> Cic. lib. III Offic., pag. 389, lin. 3: *Nam sive honestum solum bonum est ut, stoicis placet, etc.*

<sup>f</sup> Ibid., lin. 15: *Etenim quod summum bonum a stoicis dicitur convenienter, etc.*

<sup>g</sup> Ibid., lin. 23: *Hæc igitur omnia officia... media stoici appellant, ea communia, etc.*

<sup>h</sup> Ibid., lin. 36: *Nec vero cum duo Decii, aut duo Scipiones fortes viri commemorantur, aut cum Fabricius, etc.*

<sup>i</sup> Ibid., lin. 48: *Qui autem omnia meliuntur emolumentis et commodis, neque ea volunt, etc.*



sed ad illud quod æternum est, quod decorum atque honestum, toto affectu intendit, querens non quod sibi utile est, sed quod omnibus.

15. Itaque hæc sit formula, ut inter duo illa, honestum atque utile, errare nequeamus; eo quod **111** justus nihil alteri detrahendum putet, nec alterius incommodo suum commodum augeri velit. Hanc formam tibi præscribit Apostolus dicens : *Omnia licent, sed non omnia expediunt : omnia licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius* (I Cor. x, 23); hoc est nemo commodum suum quærat, sed alterius : nemo honorem suum quærat, sed alterius. Unde et alibi dicit : *Alter alterum existimantes superiorem sibi, non quæ sua sunt singuli cogitantes, sed quæ aliorum* (Philipp. ii, 3, 4).

14. Nemo etiam suam gratiam quærat, nemo suam laudem, sed alterius. Quod evidenter etiam in Proverbiis declaratum possumus advertere, dicente sancto per Salomonem Spiritu : *Fili, si sapiens fueris, tibi sapiens eris et proximis ; si autem malus evaseris, solus hauries mala* (Prov. ix, 12). Sapiens enim aliis consulit, sicut justus ; quando quidem consors sui est, utriusque forma virtutis.

#### CAPUT III.

*Præmissum de non quærendo proprio emolumento præceptum urgetur, primum a Christi exemplo, tum ab interpretatione nominis, denique ab ipsa membrorum forma et usibus. Unde ostendit quam flagitiosum sit alienæ utilitati detrudere ; cum hoc scelere naturalis lex æque ac divina violetur, atque insuper illud amittatur quo præstatum cæteris animantibus, ad postremum leges civiles cum summa infamia conculcentur.*

15. Si quis igitur vult placere omnibus, per omnia quærat non quod sibi utile est, sed quod multis, sicut quærebat et Paulus. Hoc est enim conformari Christo, alienum non quærere, nihil alteri detrudere, ut acquirat sibi (Philipp. ii, 6 et seq.). Christus enim Dominus cum esset in Dei forma, exinanivit se, ut formam susciperet hominis, quam operum suorum locupletaret virtutibus. Tu ergo spoliatus, quem Christus induit ? Tu exulis, quem vestivit Christus ? Hoc enim agis, quando alterius detrimento tua commoda augere expetis.

16. Considera, o homo, unde nomen sumpseris ; ab humo utique, quæ nihil cuiquam eripit, sed omnia largitur omnibus, et diversos in usum omnium animantium fructus ministrat. Inde appellata humanitas specialis et domestica virtus hominis, quæ consortem adjuvet.

17. Ipsa te doceat forma tui corporis, membrorumque usus. Numquid membrum tuum alterius

membrum officia sibi vindicat, aut oculus officium oris, autos oculi officium sibi vindicat, aut manus pedum ministerium, aut pes manuum ? Quin etiam ipsæ manus dextera ac sinistra dispartita habent officia plerique, ut si usum commutes utriusque, adversum naturam sit ; priusque totum hominem exuas, quam membrorum tuorum ministeria convertas : si aut de sinistra cibum suggeras, aut de dextera fungaris ministerio sinistra, ut reliquias ciborum abluas nisi forte poscat necessitas.

18. Finge hanc et da oculo virtutem, ut possit detrudere sensum capiti, auditum auribus, **112** menti cogitationes, odoratum naribus, ori saporem, et sibi conferat ; nonne omnem statum dissolvit naturæ ? Unde pulchre Apostolus ait : *Si totum corpus oculus, ubi auditus ? Si totum auditus, ubi odoratus* (I Cor. xii, 17) ? Omnes ergo unum corpus sumus et diversa membra, sed omnia corpori necessaria ; non enim potest membrum de membro dicere : Non est mihi necessarium. Quin etiam ipsa quæ videntur infirmiora membra esse, multo magis necessaria sunt, et majorem plerumque tuendi se requirunt sollicitudinem. Et si quid dolet membrum unum, compatiuntur ei membra omnia.

19. Unde quam grave est ut detrahamus aliquid ei, cui nos compati oportet : et cui debemus consortium ministerii, ei fraudi et noxæ simus ! Hæc utique lex naturæ est, quæ nos ad omnem astringit humanitatem, ut alter alteri tamquam unius partes corporis invicem deferamus. Nec detrahendum quidquam putemus, cum contra naturæ legem sit non juvare. Sic enim nascimur ut consentiant membra membris, et alterum alteri adhæreat, et obsequantur sibi mutuo ministerio. Quod si unum desit officio suo, impediantur cætera : ut si eruat oculus manus, nonne sibi operis sui usum negavit ? Si pedem vulneret, quantorum sibi actuum profectum invidit ? Et quanto gravius est totum hominem quam unum membrum detrahi ? Jam si in uno membro totum corpus violatur, utique in uno homine communio totius humanitatis solvitur ; violatur natura generis humani, et sanctæ Ecclesiæ congregatio, quæ in unum connexum corpus atque compactum unitate fidei et charitatis assurgit : Christus quoque Dominus, qui pro universis mortuus est, mercedem sanguinis sui evacuatam dolebit.

20. Quid ! quod etiam ipsa lex Domini hanc formam tenendam edocet, ut nihil alteri detrahas, tui commodi servandi gratia, cum dicit : *Non transferas terminos, quos statuerunt patres tui* (Prov. xxii, 28) ; cum vitulum errantem fratris tui reducendum præcipit (Exod. xxiii, 4), cum furem mori jubet (Exod. xxii, 2), cum vetat mercenarium debita mercede

<sup>a</sup> Cic. lib. iii Offic., p. 390, lin. 41 : *Itaque ut sine errore dijudicare possimus.... formula quædam constituenda est, etc.* Et infra lin. 21 : *Detrahere igitur aliquid alteri, et hominem, etc.*

<sup>b</sup> Cic. lib. iii Offic. pag. 390, lin. 27 : *Ut enim si unumquodque membrum sensum hunc haberet, etc.*

<sup>c</sup> Edit. ac pauci mss., *membrum membro dicere : Non es mihi, etc.*

<sup>d</sup> Cic. lib. iii Offic. pag. 390, lin. 32 : *Illud quidem natura non patitur, etc.*

<sup>e</sup> Ibid., lin. 37 : *Atque hoc multo magis exigit ipsa naturæ ratio, quæ est lex divina et humana, etc.*

frandari, cum pecuniam sine usuris reddendam censuit (*Levit. xix. 13*). Subvenire enim non habenti humilitatis est: duritiæ autem plus extorquere quam dederis (*Deut. xviii. 19*). Etenim <sup>a</sup> si ideo auxilio tuo erit opus, quia non habuit unde de suo redderet; nonne impium est ut sub humanitatis simulatione amplius ab eo posscas, qui non habebat unde minus solveret? Absolvit igitur alteri debitorem, ut condemnes tibi: et hanc humanitatem vocas, ubi est <sup>b</sup> iniquitatis auctio?

21. Hoc præstantius cæteris animantibus, quod alia genera animantium conferre aliquid nesciunt: feræ autem eripiunt, homines tribuunt. Unde et Psalmista ait: *Justus miseretur, et tribuit* (*Psal. xxxvi. 21*). Sunt tamen quibus et feræ conferant. Si quidem collatione sobolem suam nutriunt, et aves cibo suo pullos satiant suos: homini autem soli tributum est, ut omnes tamquam suos pascat. Debet istud ipso naturæ jure. Quod si non licet non dare, quomodo detrahere licet? Nec ipsæ <sup>c</sup> leges **113** nos docent? ea quæ detracta ut alicui, cum injuria personæ, aut rei ipsius cumulo, restitui jubent; quo furem a detrahendo, aut pœnis deterrant, aut multa revocant.

22. Pone tamen quod aliquis possit aut pœnam non timere, aut multæ illudere; numquid dignum est <sup>d</sup> ut aliqui alteri detrahant? Servile hoc vitium, et familiare ultimæ conditioni; adeo contra naturam, ut inopia magis hoc extorquere videatur, quam natura suadere. Servorum tamen occulta furta, divitum rapinæ publicæ.

23. Quid autem tam <sup>e</sup> contra naturam, quam violare alterum tui commodi causa; cum pro omnibus excubandum, subeundas molestias, suscipiendum laborem naturalis affectus persuadeat: et gloriosum unicuique ducatur, si periculis propriis quærat universorum tranquillitatem: multoque sibi unusquisque arbitretur gratius excidia patriæ repulisse, quam propria pericula: præstantiusque esse existimet quod operam suam patriæ impenderit, quam si in otio positus tranquillam vitam voluptatum copiis functus egisset.

#### CAPUT IV.

*Ubi strictius ostensum est eum qui commodi sui causa*

<sup>a</sup> Ita mss. longe plurimi atque antiquissimi: nonnulli tamen et omnes edit., *si ideo inops auxilio tuo eguit, etc.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *iniquitatis actio*. Minus commode.

<sup>c</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 390, lin. 36: *Hoc enim spectant leges, hoc volunt, etc.*

<sup>d</sup> Rom. edit., *ut alter alteri detrahat.*

<sup>e</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 390, lin. 45: *Itemque magis est secundum naturam pro omnibus gentibus, etc.*

<sup>f</sup> Ibid., pag. 391, lin. 1: *Ex quo efficitur hominem naturæ obediens homini nocere non posse.*

<sup>g</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *Scriptura condemnat*; elegantius autem alii, *Scriptura commendat*. Hoc enim refertur ad domesticum judicium conscientiæ, de quo agitur.

<sup>h</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 391, lin. 2: *Sin fugiendum id quidem censet, sed et multo illa pejora, mortem, paupertatem, etc.*

<sup>i</sup> Nonnulli mss., *quam exsilium, debilitas, dolor.*

<sup>j</sup> Ibid., lin. 8: *Ergo unum debet esse omnibus, etc.*

*noceat alteri, graves conscientiæ suæ pœnas luiturum, colligitur uni utile nihil esse, quod itidem non sit omnibus: atque adeo propositæ a philosophis de naufragis duobus quæstioni locum non esse apud Christianos, quibus ubique charitas atque humilitas exercendæ sunt.*

24. Hinc ergo <sup>l</sup> colligitur quod homo, qui secundum naturæ formatus est directionem, ut obediat ei, nocere non possit alteri: quod si cui noceat, naturam violet: neque tantum esse commodi quod adipisci sese putet, quantum incommodi, quod ex eo sibi accidat. Quæ enim pœna gravior, quam interioris vulnus conscientiæ? Quod severius judicium, quam domesticum, quo unusquisque sibi est reus, seque ipse arguit quod injuriam fratri indigne fecerit? Quod non mendaciter <sup>m</sup> Scriptura commendat dicens: *Ex ore stultorum baculum contumeliæ* (*Prov. xiv. 3*). Stultitia igitur condemnatur, quia contumeliam facit. <sup>n</sup> Nonne hoc magis fugiendum, quam mors, quam dispendium, quam inopia, <sup>o</sup> quam exsilium, quam debilitatis dolor? Quis enim vitium corporis, aut patrimonii damnum non levius ducat vitio animi, et existimationis dispendio?

25. <sup>p</sup> Liqueat igitur <sup>q</sup> id spectandum et tenendum omnibus, quod eadem singulorum sit utilitas, quæ sit universorum: nihilque judicandum utile, nisi quod in commune prosit. Quomodo enim potest <sup>r</sup> uni prodesse? Quod inutile sit omnibus, nocet. Mihi certe non videtur, qui inutilis est omnibus, sibi utilis esse posse. Etenim si una lex nature omnibus, una utique utilitas universorum, ad consulendum utique omnibus naturæ lege constringimur. Non est ergo ejus qui consultum velit alteri secundum naturam, nocere ei adversus legem naturæ.

26. Etenim si hi <sup>s</sup> qui in stadio currunt, ita feruntur præceptis informari atque instrui, ut unusquisque celeritate non fraude contendat, cursuque, quantum potest, ad victoriam properet; supplantare autem alterum aut manu dejicere non ausit: quanto magis in hoc cursu vitæ istius, sine fraude alterius et circumscriptione <sup>t</sup> gerenda nobis victoria est?

27. Quærent aliqui, <sup>u</sup> si sapiens in naufragio posi-

<sup>v</sup> Mss. aliquot et edit. omnes, *id expetendum*; alii non pauci, *id expectandum*, reliqui tandem etiam **D** multi, *id spectandum*; quod aliis præstare negabit nemo.

<sup>w</sup> Edit. omnes, ac pauci nec non recentiores mss., *uni prodesse quod inutile sit omnibus? Alii paulo plures, uni prodesse, quod omnibus noceat? Quidam etiam utrumque... quod inutile est et omnibus nocet? Aptius vero Thuan. ut in contextu. Iterum autem obi cunctæ edit. cum uno aut altero codice junioris manus, *utilitas universorum; quod si una utilitas universorum, ad consulendum, etc.*, cæteri mss. omittunt quæ resecurimus.*

<sup>x</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 393, lin. 26: *Scite Chrysippus... qui stadia, inquit, currunt, etc.*

<sup>y</sup> Sic Ambrh. cum longe plurimis veterissimisque mss. Fra. autem et seq. edit. cum aliis, *quærenda nobis, etc.*

<sup>z</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 391, lin. 24: *Forsitan quispiam dixerit: Nonne igitur sapiens, etc. Item pag.*

tus insipienti naufrago tabulam extorquere possit, utrum debeat? Mihi quidem, etsi præstabilius communi videatur usui sapientem de naufragio quam insipientem evadere; tamen non videtur quod vir christianus, et justus, et sapiens, quærere sibi vitam aliena morte debeat: utpote qui etiam si latronem armatum incidat, a ferientem referire non possit; ne dum salutem defendit, pietatem contamine. De quo in Evangelii libris aperta et evidens sententia est: *Reconde gladium tuum; omnis enim qui gladio percusserit gladio ferietur* (Matth. xxvi, 52). Quis latro detestabilior, quam persecutor qui venerat ut Christum occideret? Sed noluit se Christus persecutorum defendi vulnere, qui voluit suo vulnere omnes sanare.

28. Cur enim te potior altero judices, cum viri sit christiani præferre sibi alterum, nihil sibi arrogare, nullum sibi honorem assumere, non vindicare meriti sui pretium? Deinde cur non tuum tolerare potius incommodum, quam alienum commodum diripere assuescas? Quid tam adversus naturam, quam non esse contentum eo quod habeas, aliena quærere, ambire turpiter? Nam si honestas secundum naturam, omnia enim fecit Deus bona valde, turpitudine utique contraria est. Non potest ergo honestati convenire et turpitudini, cum hæc inter se discreta naturæ lege sint.

### 115 CAPUT V.

*Justum nihil agere quod sit contra officium, etiamsi latendi spem habuerit; ad hoc ipsum significandum fabulam de Gygis annulo excogitatam esse a philosophis, qua explosa, Davidis ac Joannis Baptistæ certa et vera exempla proferuntur.*

29. Sed jam ut etiam in hoc libro ponamus fastigium, in quo velut in fine disputationis nostræ dirigamus sententiam: ut nihil expetendum sit, nisi quod honestum. Nihil agit sapiens, nisi quod cum sinceritate, sine fraude sit: neque quidquam facit, in quo se crimine quoquam obliget, etiamsi latere possit. Sibi enim est reus priusquam cæteris; nec tam pu-

400, lin. 20: *Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, etc.*

<sup>a</sup> Cic. lib. II Offic., pag. 376, lin. 22: *Si quid importetur nobis incommodi, propulsemus ulciscamurque, etc.* Item pro Milone, *Si vita nostra in aliquas insidias... omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.* Confer cum hac Ambrosii doctrina quæ super eadem argumento tradit Tertullianus in Apologet.; Cyprianus epist. ad Thebanos edit. Prioriana 56 et 57, ad Cornelium papam; synodus Ancyr. can. 22, de homicidio involuntario, et Basilii epist. ad Amphilocho. can. 11. Ex his enim facile intelliges Doctorem nostrum non in Ciceronis aliorumque licet honestiorum inter paganos, sed in eadem Christi schola, qua sancti illi patres edoctum esse.

<sup>b</sup> Ibid., pag. 591, lin., 39: *Modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans, etc.*

<sup>c</sup> Quidam mss., *Sed ne jam in hoc libro ponamus fastidium.* Cic. lib. III Offic., pag. 392, lin. 2: *Sed quoniam operi inchoato... tamquam fastigium, etc.*

<sup>d</sup> Omnes edit. *Nihil namque agit sapiens, nisi quod honestum sit:* verum quæ omisit, in omnibus mss. desiderantur. Cic. lib. III Offic., pag. 392, lin. 33: *Quamobrem hoc deliberantium genus pellatur e medio,*

*denda apud eum publicatio flagitii, quam conscientia est. Quod non fictis fabulis, ut philosophi disputabant, sed verissimis justorum virorum exemplis docere possumus.*

30. Non igitur ego simulabo terræ hiatus, quæ magnis quibusdam dissiluerit soluta imbribus, in quem descendisse Gyges, atque ibi fabularum illum equum æneum offendisse a Platone inducitur, qui in lateribus suis fores haberet: quas ubi aperuit, animadvertit anulum aureum in digito mortui hominis, cujus illic exanimus corpus jaceret, aurique avarum sustulisse anulum. Sed cum se ad pastores recepisset regio de quorum ipse numero foret, casu quodam, quod palam ejus annuli ad palmam converterat, ipse omnes videbat, atque a nullo videbatur: deinde cum in locum suum revocasset anulum, videbatur ab omnibus. Cujus solers factus miraculi, per annuli opportunitatem reginæ stupro potitus, necem regi intulit, cæterisque interemptis, quos necandos putaverat, ne sibi impedimento forent, Lydiæ regnum adeptus est.

31. Da, inquit, hunc anulum sapienti, ut beneficio ejus possit latere, cum deliquerit: non enim minus fugiet peccatorum contagium, quam si non possit latere. Non enim latebra sapienti spes impunitatis, sed innocentia est. Denique *lex non justo, sed injusto posita est* (I Tim. I, 9); quia justus legem habet mentis suæ, et æquitatis ac justitiæ suæ normam: ideoque non errore pœnæ revocatur, a culpa, sed honestatis regula.

32. Ergo ut ad propositum redeamus, non fabulosa pro veris, sed vera pro fabulosis exempla proferam. Quid enim mihi opus est fingere hiatus terræ, equum æneum, anulumque aureum in digito defuncti repertum; cujus annuli tanta sit vis, ut pro arbitrio suo qui eum sit indutus anulum, appareat, cum velit: cum autem nolit, e conspectu se præsentium subtrahat, ut præsens non possit videri? Nempe eo tendit istud, utrum sapiens etiam si isto utatur annulo, quo possit propria flagitia celare, et

etc. Et infra lin. 37: *Atque etiam in omni deliberatione celandi et occultandi spes, etc.*

<sup>e</sup> Rom. edit., *quam conscientia est.* Haud satis recte; nec enim hic significatur minus pudendam esse flagitii publicationem, quam conscientia publicationem, sed quam conscientiam ipsam, id est, interiori admissi flagitii cognitionem. Infra etiam eadem edit. Rom., *quem magna quadam imbrum tempestate exorta, terram percussit, et in quem, etc.* Sed quorsum ea mutatio spectet, non satis assequimur.

<sup>f</sup> Cic. lib. III Offic., pag. 392, lin. 40: *Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui cum terra decessisset, etc.*

<sup>g</sup> Edit. Amerb. et Erasm., *fabularium illum equum; Gill. et Rom., fabularem, etc.*

<sup>h</sup> Mss. omnes scribunt, *palam;* tres tamen ex illis explanationis ergo hæc habent in margine: *Al. palam; sic enim vocat superiore partem annuli, in qua lapis infixus est.*

<sup>i</sup> Cic. lib. III Offic., pag. 392, lin. 49: *hunc igitur ipsum anulum si habeat sapiens, etc.*

<sup>j</sup> Ibid., pag. 393, lin. 3: *Hæc est vis hujus annuli et hujus exempli, etc.*

regnum assequi; nolito peccare, et gravius ducat sceleris contagium poenarum doloribus: an vero spe impunitatis utatur ad perpetrandum scelus? Quid, inquam, mihi opus est sigmento annuli, cum possim docere ex rebus gestis quod vir sapiens cum sibi in peccato non solum latendum, sed etiam regnandum videret, si peccatum admitteret; contra autem periculum salutis cerneret, si declinaret flagitium; elegerit tamen magis salutis periculum, ut vacaret flagitio, quam flagitium quo sibi regnum pararet?

55. Denique David cum fugeret a facie regis Saul, quod eum rex cum tribus millibus virorum electorum ad inferendam necem in deserto quaereret, ingressus in castra regis, cum dormientem offendisset, non solum ipse non percussit, sed etiam protexit; ne ab aliquo qui simul ingressus fuerat, perimeretur. Nam cum diceret ei Abessa: *Conclussi hodie Dominus inimicam tuam in manibus tuis, et nunc occidam eum?* respondit: *Non consumas eum, quoniam quis injiciet manum suam in christum Domini, et purus erit?*<sup>a</sup> Et addidit: *Vivit Dominus, quoniam nisi Dominus percusserit illum, aut nisi hora illius venerit, ut moriatur, aut in pugna discesserit, et apponatur mihi; non sit a Domino injicere manum meam in christum Domini* (I Reg. xxvi, 8 et seq.).

56. Itaque non permisit necari eum, sed solam lanceam quæ erat ad caput ejus, et lenticulam sustulit. Itaque dormientibus cunctis, egressus de castris transivit in cacumen montis, et coarguere cœpit stipatores regios, et præcipue principem militiæ Abner, quod nequaquam fidam custodiam regi et domino suo adhiberet; denique demonstraret, ubi esset lancea regis, vel lenticula quæ erat ad caput ejus. Et appellatus a rege lanceam reddidit: *Et Dominus, inquit, restituat unicuique justitias suas, et fidem suam: sicut tradidit te Dominus in manus meas, et nolui vindicare manu mea in christum Domini.* Et cum hæc diceret, timebat tamen insidias ejus, et fugit, sedem exsillo mutans. Nec tamen salutem prætulit innocentia, cum jam secundo facultate sibi tributa regis necandi, nolisset uti occasionis beneficio: quæ et securitatem salutis metuenti, et regnum offerebat exsuli.

55. Ubi opus fuit Joanni Gyge annulo, qui si tacuisset, non esset occisus ab Herode (Marc. vi, 18)?

<sup>a</sup> Rom. edit., et ait David: *Vivit Dominus.*

<sup>b</sup> Vet. edit. ac Rom. hoc loco non discrepant, nisi quod hæc sic interpungit, ... et apponatur, mihi non sit a Domino, etc. Nimirum ut respondeat his verbis ex LXX: *καὶ προστῆ, μαθαιμὸς μοι,* etc. Mss. autem cum veteribus magis faciunt, excepto quod hæc præferunt, *vel in pugnam, hi vero, ut in pugnam;* et pro *descenderit, Thuan. discesserit.* Et post pauca, ubi omnes edit., et lenticulam tulit aquæ, dormientibusque, etc., scribitur in mss. ut in textu.

<sup>c</sup> Omnes edit., *injicere manum meam in christum Domini:* quidam mss. *inducere manum,* etc.; cæteri omnes ut in textu.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *nec personam suam indutus abscondat. Romanis Apostolus ait.*

<sup>e</sup> Era. et seq. edit., *prædicari non expetamus;* Amerb. et mss. aliquot, *prædicari non expectamus;* alii demum elegantius, ... *non expectemus.*

A Præstare hoc illi potuit silentium suum, ut et videretur et non occideretur: sed quia non solum 117 peccare se propter salutis defensionem passus non est, sed ne alienum quidem peccatum ferre ac perpeti potuit; ideo in se causam necis excitavit. Certe hoc negare non possunt potuisse fieri ut taceret, qui de illo Gyge negant potuisse fieri ut annuli beneficio absconderetur.

56. Sed fabula, et al vim non habet veritatis, hæc tamen rationem habet, ut si possit celare se vir justus; tamen ita peccatum declinet, quasi celare non possit: <sup>d</sup> nec personam suam indutus annulum, sed vitam suam Christum indutus abscondat, sicut Apostolus ait: *Quia vita nostra abscondita est cum Christo in Deo* (Coloss. iii, 3). Nemo ergo hic fulgere quaerat, nemo sibi arroget, nemo se jactet (Luc. ix, 58). Nolebat se Christus hic cognosci, nolebat prædicari in Evangelio nomen suum, cum in terris versaretur: venit ut lateret sæculum hoc. Et nos ergo simili modo abscondamus vitam nostram Christi exemplo, fugiamus jactantiam, <sup>e</sup> prædicari non expectemus. Melius est hic esse in humilitate, ibi in gloria. *Cum Christus, inquit, appa-ruerit, tunc et vos cum illo apparebitis in gloria* (Coloss. iii, 4).

#### CAPUT VI.

*Prævalere apud nos emolumentum non oportere. Quid obtendere soleant qui a frumentis lucrum captant: quidve illis debeat responderi? Ubi eisdem Evangelica parabola et Salomonis effata sub oculis ponuntur.*

C 37. Non vincat igitur <sup>f</sup> honestatem utilitas, sed honestas utilitatem: hanc dico utilitatem, quæ æstimatur secundum vulgi opinionem. Mortificetur avaritia, moriatur concupiscentia. Sanctus in negotiationem introisse se negat; quia pretiorum captare incrementa non simplicitatis, sed versutiæ est. Et alius ait: *Captans pretia frumenti, maledictus in plebe est* (Prov. xi, 26).

38. Definita est sententia, nihil disputationi relinquens, <sup>g</sup> quale controversum genus solet dicendi esse, cum alius allegat agriculturam laudabilem apud omnes haberi, fructus terræ simplices esse, plus qui seminaverit eo probatiorum fore, <sup>h</sup> uberioribus redditus industriæ non fraudari, negli-

D <sup>f</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 394, lin 26: *Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse utile,* etc.

<sup>g</sup> Edit. omnes, et mss. nonnulli, *quale controversiarum genus;* alii autem numero et antiquitate præstantiores, *quale controversum genus.* Infra etiam ubi in iisdem edit. ac mss. pauculis habetur, *simplices esse triplos;* in longe plurimis probatissimisque omititur, *triplos.*

<sup>h</sup> Hunc omnem locum ex Cic. lib. Oeconomicōn, qui jam non exstant, desumptum esse forsitan haud sine causa quis conjecerit. Etenim quod hic dicitur: *Uberiores redditus industriæ,* etc., id apertissime cum Xenophontis, cujus librum ejusdem argumenti ab Oratore translatum scimus, his verbis quadrat: *Τοὺς γὰρ ἀριστα θεραπεύοντας αὐτὴν πλείστα ἀγαθὰ ἀντιποιεῖ;* et illis, *ἀνὴρ οὐ λαμβάνει σίτον ἐκ τοῦ ἀγροῦ, οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται ὡς αὐτῷ σπειρεται ἢ ὡς κοπρὸς γίνεται.* Alia similia ipse per te observes licet.

gentiam magis et incuriam ruris inculti reprehendi solere.

39. Aravi, inquit, studiosius, uberius seminavi, diligentius excolui, bouos collegi proventus, sollicitius recondidi, servavi fideliter, provide custodivi. Nunc in tempore famis a vendo, subvenio esurientibus: vendo frumentum non alienum, sed meum; non pluris quam ceteri, immo etiam minori pretio. Quid hic fraudi est, cum multi possent periclitari, si non haberent quod emerent? Num industria in crimen vocatur? Num diligentia reprehenditur? Num providentia vituperatur? Fortasse dicat: Et Joseph **118** frumenta in abundantia collegit, in charitate vendidit. Num charius aliquis emere compellitur? Num vis adhibetur emptori? Omnibus defertur emendi copia, nulli irrogatur injuria.

40. His igitur quantum cujusque fert ingenium disputatis, exsurgit alius, dicens: Bona quidem agricultura, quæ fructus ministrat omnibus, quæ simplici industria accumulat terrarum fecunditatem, nihil doli, nihil fraudi interserens. Denique si quid vitii fuerit, plus dispendii est; quia si bene aliquis seminaverit, melius metet: si sincerum tritici grana severit, puriorem ac sinceram messem colligit. Fecunda terra multiplicatum reddit, quod acceperit: fidelis ager feneratoris solet restituere proventus.

41. De redivis igitur uberis glebæ exspectare debes tui mercedem laboris, de fertilitate pinguis soli justa sperare compendia. <sup>b</sup> Cur ad fraudem convertis <sup>c</sup> naturæ industriam? Cur invides <sup>d</sup> usibus hominum publicos partus? Cur populis minus abundantiam? Cur affectas inopiam? Cur optari facis a pauperibus sterilitatem? Cum enim non sentiunt beneficia fecunditatis, te auccionante pretium, te condente frumentum, optant potius nihil nasci, quam te de fame publica aegotiari. Ambis frumentorum indigentiam, alimentorum penuriam, uberes soli partus ingemiscis, fies publicam fertilitatem, horrea frogam plena deploras, exploras quando sterilior proventus sit, quando exillor partus. Volis tuis gaudes arrisisse maledictum, ut nihil cuiquam nasceretur. Tunc messem tuam venisse lactaris, tunc tibi de omnium miseria congeris opes: et hanc tu industriam vocas, hanc diligentiam nominas, quæ calliditatis versutia, quæ astutia fraudis est; et hoc tu remedium vocas, quod est commentum nequitie. Latrocinium hoc, an fenus appellem? Captantur tanquam latrocinii tempora, quibus in viscera ho-

<sup>a</sup> Rom. edit. inde expunxerat verbum, *vendo*: sed cum aliarum et mss. omnium injuria.

<sup>b</sup> Cic. lib. III Offic., pag. 394, lin. 31: *Si vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti*, etc.

<sup>c</sup> Edit. ac mss. nonnulli, *naturæ industriam et indulgentiam*.

<sup>d</sup> Mss. aliquot hic et infra non *partus*, sed *pastus*, scribunt. Iterum vero post pauca nonnulli cod. habent, *te auccionantē, et propter pretium condente frumentum*.

<sup>e</sup> Erasum. et seq. edit., *frumentarii pretii agrorum*

minum durus insidiator obrepas. Angetur pretium tamquam sorte cumulatam fenoris, quo periculum capitis acervatur. Tibi condite frugis multiplicentur usura: tu frumentum quasi fenerator occultas, quasi venditor auctionaris. Quid imprecaris male omnibus, quia major futura sit fames, quasi nihil frugum supersit, quasi infecundior annus sequatur? Lucrum tuum damnum publicum est.

42. Joseph sanctus aperuit horrea, non clausit: nec pretia captavit annonæ, sed perenne subsidium collocavit: nihil sibi acquisivit, sed quemadmodum fames etiam in posterum vinceretur, provida ordinatione disposuit (*Gen. xli, 56*).

43. Legisti quemadmodum hunc <sup>e</sup> frumentarium pretii captatorem exponat in Evangelio Dominus Jesus, cujus possessio divites fructus attulit, et ille quasi regens dicebat: *Quid faciam? Non habeo quo congregem, destruam horrea, et majora faciam* (*Luc. xii, 47, 48*); **118** cum scire non posset, utrum sequenti nocte anima sua ab eo reposceretur. Nesciebat quid faceret: quasi ei alimenta deessent, hærebat ambiguo. Non capiebant horrea annonam, et ille se egere credebat.

44. Recte igitur Salomon: *Qui continet*, inquit, *frumentum, relinquet illud nationibus* (*Prov. xi, 26*), non hæredibus, quoniam avaritiæ emolumentum ad successorum jura non pervenit. Quod non legitime acquiritur, quasi ventis quibusdam, ita extraneis diripientibus dissipatur. Et addidit: *Captans annonam maledictus in plebe est: benedictio autem ejus qui participat* (*Ibid.*). Vides ergo quod largitorem frumenti essa deceat, non pretii captatorem. Non est igitur ista utilitas, in qua plus honestati detrahitur, quam utilitati adjungitur.

#### CAPUT VII.

*Peregrinos tempore fumis ex urbe neutiquam expellendos. Egregium hac in re christiani senis consilium refertur: cui opponitur indignum facinus Romæ admissum; nec non utroque inter se comparato, primum cum honestate atque utilitate conjunctum fuisse ostenditur, secus vero secundum.*

45. Sed et illi qui <sup>e</sup> peregrinos urbe prohibent, nequaquam probandi: expellere eo tempore quo debent juvare, separare a commerciis <sup>b</sup> communis parentis, fusos omnibus partus negare, inita jam consortia vivendi averruncare: cum quibus fuerint communia jura, cum his nolle in tempore necessitatis substula partiri. Ferae non expellunt feras, et homo excludit hominem. Fere ac bestia communem putant omnibus victum, quem terra ministrat. Illæ reservari.

<sup>f</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *benedictio autem ejus in capite*. Era. et seq. edit., *in capite ejus qui participat*. Quæ lectio cum hebræo textu et præcipuis versionibus quadrat: antiquissimi tamen cod. cum Paraphr. Chald. omittunt vocem, *in capite*, idque sine ullo sententiæ incommodo.

<sup>g</sup> Cic. lib. III Offic., pag. 394, lin. 6: *Male etiam qui peregrinos urbibus uti prohibent*, etc.

<sup>h</sup> Mss. non pauci, nec infimæ notæ, *communes parentes*. Haud ita male; ut referatur ad id quod infra

etiam conformem sui generis adjuvant, homo impugnat, qui nihil a se alienum debet credere quidquid humani est.

46. Quanto ille rectius, qui cum jam provecta processisset ætate, et famem toleraret civitas, atque (ut in talibus solet) peterent vulgo ut peregrini a urbe prohiberentur, præfecturæ urbanæ curam ceteris majorem sustinens, convocavit honoratos et locupletiores viros, poposcit ut in medium consulerent, b dicens quam immane esse peregrinos ejici, quam hominem ab homine exui, qui cibum morienti negaret. Canes ante mensam impastos esse non patimur, et homines excludimus: quam inutile quoque tot populos mundo perire, quos dira confliebat tabes: quantos urbi suæ perire, qui solerent adjubato esse, **120** vel in conferendis subsidiis, B vel in celebrandis commerciis: c neminem famem alienam juvare: protrahere ut plurimum diem posse, non inopiam repellere; immo tot cultoribus extinctis, tot agricolis occidentibus, occasura in perpetuum subsidia frumentaria. Hos igitur excludimus, qui victum nobis inferre consueverunt: hos nolimus in tempore necessitatis pascere, qui nos omni ætate paverunt? Quanta sunt quæ ab ipsis nobis hoc ipso tempore ministrantur! *Non in solo pane vivit homo* (Deut. viii, 3). Nostra illic familia, plerique etiam nostri parentes sunt. Reddamus quod accepimus.

47. Sed veremur ne cumulemus inopiam. Primum omnium misericordia numquam destituitur, sed adjuvatur. Deinde subsidia annonæ, quæ his impartienda sunt, collatione redimamus, reparemus auro. Numquid his deficientibus, non alii nobis redimendi cultores videntur? d Quanto vilis est pascere, quam emere cultorem! Ubi etiam repares, ubi invenias quem reformes? Adde si invenias, quod ignarum, et alieni usus, numero possis substituere, non cultui.

legitur, *Plerique etiam nostri parentes sunt*; concinnius tamen, *communis parentis*, id est, Romæ, quæ totius imperti erat quasi mater, vel potius terræ quæ communis omnium mater est.

a Rom. edit., *urbe pellerentur*. Qui porro fuerit pius ille senex, cujus consilio Roma exacti non sint peregrini, agere intelligas. Id tamen certum videri potest, fuisse videlicet cum Christianæ religioni addictum, cum ab Ambrosio sanctissimus senex appelleretur: ac præterea non annonæ præfectum, sed urbis existisse; illum enim sub hujus auctoritate fuisse, ac utrumque annonæ civilis curam gessisse auctor est J. C. Bulengerus lib. vi de Imperio Rom. cap. 2, nec alio spectare dixerimus Ambrosiana verba, *præfecturæ urbanæ curam ceteris majorem sustinens*: quibus verbis cum aliæ minores, tum potissimum annonæ præfectura includitur, sicut etiam frumenti dividendi, de qua idem Bulengerus ibidem lib. v, cap. 15. Quod autem Baronius hoc factum Graccho ascribendum autumat, quamquam nullo nititur alicujus auctoritatis momento, saltem nihil involvit contrarietatis. Cum enim is secundam illam frumenti penuriam de qua continuo post agitur, collocet anno 383, quod prohibeat, quominus prior accidere potuerit an. 376 aut 377, quibus Gracchum præfecturam gessisse tradit Gothofridus lib. iii de

A 48. Quid plura? Collato auro, coacta frumenta sunt. Ita nec abundantiam urbis minuit, et peregrinis alimoniam subministravit. Quantæ hoc commendationis apud Deum fuit sanctissimo seni, quantæ apud homines gloriæ! Hic magnus vere probatus, qui vere potuit imperatori dicere, demonstrans provincie totius populos: Hos tibi omnes reservavi, hi vivunt beneficio tui senatus, hos tua curia mortui abstulit.

49. Quanto hoc utilius quam illud quod proxime Romæ factum est, ejectos esse urbe amplissima, qui jam plurimam illic ætatem transegerant, fientes cum filiis abiisse, quibus velut civibus amolendum exsilium deplorarent, interruptas complurium necessitudines, diremptas affinitates! Et certe arriserat anni fecunditas, investitio urbs sola egebat frumento: potuisset juvari, si peteretur ab Italis frumentum, quorum filii expellebantur. Nihil hoc turpius, excludere quasi alienum, et exigere quasi suum. Quid illum ejicis, qui de suo pascitur? Quid illum ejicis, qui te pascit? Servum retines, trudis parentem? Frumentum suscipis, nec affectum impertis? Victum extorques, nec rependis gratiam?

50. Quam deformis hoc, quam inutile! Quomodo? enim potest utile esse quod non decet? **121** Quantis e corporatorum subsidiis dudum Roma fraudata est? Potuit et illos non amittere, et evadere famem, expectatis ventorum opportunis flatibus, et speratarum commeatu navium.

51. Quam vero illud superius honestum atque utile! C le! Quid enim tam decorum atque honestum, quam collatione locupletum juvari egentes, ministrari victum esurientibus; nulli cibum defore? Quid tam utile, quam f cultores agro reservari, non interire plebem rusticorum?

52. Quod honestum igitur, et utile est: et quod utile, honestum. Et contra quod inutile, indecorum; quod autem indecorum, id etiam inutile.

Quæstionibus, ubi etiam duos locos, alterum Hieronymi, Prudentii alterum, de eadem præfectura explicat. Sed in hoc cum Gothofrido Hermannus vitæ Ambr. lib. i, cap. 6, non concinit, sicut nec cum Baronio de fame anni 383, primam quippe contigisse hoc anno ibidem lib. iii, cap. 8, vero putat simulillum.

b Era. et seq. edit., *dicens quam immane esset peregrinos ejici, quam hominem exueret quæ*, etc. Amerb. et propemodum omnes mss. ut in contextu, nisi quod nonnulli pro, *ab homine*, habent, *ex homine*: quidam vero utrumque confodiunt.

c Sic Amerb. ac mss. majori consensu: Era. vero et seq. edit., *neminem fame aliena juvari*; quæ lectione ambiguitas evitatur, sed auctoris verba non retinentur.

d Gill. in marg. et quædam Paris. edit. in corpore, *Quanto utilius est*, etc. Perperam: *vilis* enim hoc loco idem est, ac minori pretio atque impensis.

e Corporati dicuntur in variarum artium societates et collegia cooptati, ut puta sculptorum, pictorum, etc. De his loquitur Symmach. lib. x, epist. 27 et 53. Vid. Gothofrid. in lib. ii de *Privilegiis corporatorum*, Cod. Theod., Scalig. et alios.

f Edit et pauci mss., *cultores agrorum reservari*.

## CAPUT VIII.

*Eos qui honestum utili anteponant a Deo probari, Josue, Caleb, et aliorum exploratorum patere exemplis.*

53. Quando majores nostri servitio exire potuissent, nisi id non solum turpe, sed etiam inutile credidissent regi servire Ægyptiorum (*Exod. xii, 34 et seq.*)?

54. Jesus quoque et Caleb missi ad explorandam terram, uberem quidem terram, sed a ferocissimis inhabitari gentibus nuntiaverunt. Terrore belli populus infractus, recusabat terræ ejus possessionem (*Num. xiii, 28 et seq.*). Suadebant missi exploratores Jesus et Caleb terram esse utilem: indecorum putabant cedere nationibus: lapidari potius eligebant, quod minabatur populus, quam decedere de honestate. Dissuadebant alii; <sup>a</sup> plebs reclamabat, dicens **B** adversus diras et asperas gentes bellum fore, cadendum sibi in prælio, mulieres suas et pueros direptioni futuros.

55. Exarsit Domini indignatio, ut omnes vellet perdere: sed rogante Moyse, temperavit sententiam, ultionem distulit, satis esse perfidis supplicii judicans, etsi parceret interim, nec percuteret incredulos, ad eam tamen terram quam recusaverant, propter incredulitatis suæ pretium non pervenirent: sed pueri et mulieres qui non immurmuraverant, vel sexu, vel ætate veniabiles, caperent ejus terræ promissam hæreditatem. Denique quicumque erant a vigesimo anno et supra in deserto, eorum membra ceciderunt, sed aliorum dilata est pœna. Qui autem ascenderunt cum Jesu, et dissuadendum putaverunt, <sup>b</sup> plaga magna statim mortui sunt: Jesus vero et Caleb cum innoxia ætate vel sexu in terram promissionis intraverunt (*Num. xiv, 6 et seq.*).

56. Pars igitur melior gloriam saluti prætulit, deterior salutem honestati. Divina autem sententia eos probavit, qui honesta utilibus præstare arbitrabantur: eos vero condemnavit, apud quos ea quæ videbantur saluti potius quam honestati accommodatæ præponderabant.

## 122 CAPUT IX.

*Fraudes et turpia lucra maxime dedecere clericos, quorum est utilitati omnium inservire: illos in causis pecuniariis intervenire nequaquam debere, secus vero in capitalibus. Eisdem ne cui, etiam lacescunt, noceant, exemplum David; non autem vitam honestati præferant, cædes Nabuthe proponitur.*

57. Nihil itaque deformius quam nullum habere

<sup>a</sup> Mss. aliquot, plebes reclamabant dicentes.

<sup>b</sup> Edit. cum uno vel altero mss., plaga mala statim, etc.

<sup>c</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 398, lin 2: *Mihi quidem etiam veræ hæreditates non honestæ videntur, etc.*

<sup>d</sup> Ita mss. longe plurimi ac vetustissimi; quidam tamen atque omnes edit., *aucupia quæsitæ hæreditatis.*

<sup>e</sup> Era. et seq. edit. expunxerunt, *competentia*, quæ vox tamen in Amerb. ac mss. prope omnibus reperitur. Quæ porro de causis tum pecuniariis, tum capitis hic dicuntur, cum his conferenda sunt quæ habentur sup. pag. 93 et 100.

**A** amorem honestatis, et usu quodam degeneris mercaturæ, quæstu sollicitari ignobili, avaro æstuaræ corde, diebus ac noctibus liare in alieni detrimenta patrimonii, non elevare animum ad honestatis nitorem, non considerare veræ laudis pulchritudinem.

58. <sup>e</sup> Illic nascuntur <sup>d</sup> aucupio quæsitæ hæreditates, continentia atque gravitatis simulatione captata: quod abhorret a proposito christiani viri; omne enim quod arte elicatum, et fraude compositum est, caret merito simplicitatis. In ipsis qui nullum Ecclesiastici ordinis officium receperint, incongrua judicatur affectatæ ambitio hæreditatis. In supremo fine vitæ positos suum habere judicium, ut libere testentur quod sentiunt, qui postea non sunt emendaturi: cum honestum non sit <sup>e</sup> competentia <sup>f</sup> compendia aliis vel debita, vel parata avertere; cum vel sacerdotis vel ministri sit prodesse, si fieri potest, omnibus, obesse nemini.

59. Denique (*14, quæst. 5, cap. Denique*) si non potest alteri subveniri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum juvari, quam gravari alterum. Ideoque in causis pecuniariis intervenire non est sacerdotis: in quibus non potest fieri, quin frequenter lædatur alter qui vincitur, quoniam intercessoris beneficio se victum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, prodesse velle omnibus: posse autem solius est Dei. Nam in causa capitis nocere ei quem juvare debeas periclitantem, non sine peccato est gravi: in causa autem pecuniæ odia quærere, insipientiæ est; cum pro salute hominis graves frequenter fiant molestiæ: in quo etiam periclitari gloriosum sit. Proposita igitur forma in sacerdotis officio teneatur; <sup>g</sup> ut nulli noceat, ne lacescitur quidem, et aliqua injuria offensus. Bonus enim est vir qui dixit: *Si reddidi retribuentibus mihi mala (Psal. vii, 5).* Quæ enim est gloria, si eum non lædimus, qui nos non læserit? Sed illa virtus est, si læsus remittas.

60. Quam honestum, <sup>h</sup> quod cum potuisset regi inimicò nocere, maluit parcere (*I Reg. xxiv, 5 et seq.*)! Quam etiam utile, quia successori hoc profuit, ut discerent omnes fidem regi proprio servare, nec usurpare imperium, sed vereri! Itaque et honestas utilitati prælata est, et utilitas secuta honestatem est.

**123** 61. Parum est quod pepercit, addidit quod etiam in bello doluit occisum, et flebiliter deploravit dicens: *Montes qui estis in Gelbeal, neque ros, neque pluvia cadat super vos. Montes mortis, quoniam ibi sublata est protectio potentium, protectio Saul.* <sup>i</sup> Non

<sup>f</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 398, lin. 11: *Homo autem justus... nihil cuiquam quod in se transferat, detrahet, etc.*

<sup>g</sup> Ibid., lin. 14: *Jam se ipse doceat eum virum bonum esse, qui prosit quibus possit; noceat nemini, nisi lacescitur injuria. Vide quod hanc in rem annotatum est a nobis pag. 114, ad num. 27.*

<sup>h</sup> Ibid., pag. 396, lin. 28: *Sive vir bonus est, qui prodest, quibus potest, nocet nemini, etc.*

<sup>i</sup> Ita mss. plures ac potiores, quibus accedunt edit. nisi quod præfertur, *sed sanguine*; alii vero aliquot, *quasi non sit unctus oleo et a sanguine vulneratorum.*

est unctus in oleo et sanguine vulneratorum, et ex adipe belligerantium. Sagitta Jonathæ non est reversa retro, et gladius Saul non est reversus vacuus. Saul et Jonathas speciosi et charissimi, inseparabiles in vita sua, et in morte non sunt separati. Super aquilas leviores, super leones potentiores. Filia Israel, plorate super Saul, qui vestiebat vos vestimenta coccinea cum ornamento vestro, qui imponebat aurum super vestimenta vestra. Quomodo ceciderunt potentes in media pugna? Jonathas in morte vulneratus est, Doleo in te, frater meus, Jonathas, speciosus mihi valde. Ceciderunt amor tuus in me, sicut amor mulierum. Quomodo ceciderunt potentes, et perierunt arma concupiscenda (II Reg. 1, 21 et seq.)?

62. Quæ mater sic unicum desleret filium quem admodum hic deslevisit inimicum? Quis gratiæ auctorem tantis prosequeretur laudibus, quantis iste prosecutus est insidiatorem capitis sui? Quam pie doluit, quanto ingemuit affectu! Aruerunt montes prophetico maledicto, et divina vis sententiam maledicentis implevit. Itaque pro regiæ uccis spectaculo pœnam elementa solverunt.

63. Quid vero sancto Nabuthe, quæ fuit causa mortis, nisi honestatis contemplatio? Nam cum ab eo vineam rex posceret, pecuniam daturum se pollicens; indecorum pretium pro paterna recusavit hæreditate, maluitque morte declinare hujusmodi turpitudinem. Non mihi, inquit, *faciat Dominus, ut dem tibi hæreditatem patrum meorum* (III Reg. XXI, 5); hoc est, tantum mihi opprobrium non fiat, non permittat Deus tantum extorqueri flagitium. Non utique de vitibus dicit, neque enim de vitibus cura est Deo, neque de terreno spatio, sed de jure loquitur patrum. Potuit utique alteram vineam de vineis regis accipere, et amicus esse; in quo non mediocris sæculi hujus utilitas æstimari solet: sed quod turpe erat, judicavit non videri utile: maluitque periculum a cum honestate subire, quam utilitatem cum opprobrio: vulgarem utilitatem loquor, non illam in qua etiam honestatis gratia est.

64. Denique et ipse rex potuit extorquere, sed impudens arbitrabatur, sed occisum doluit. Dominus quoque b mulieris immanitatem, quæ honestatis immemor turpe antetulit lucrum, congruo supplicio plectendam annuntiavit.

65. Turpis est itaque c omnis fraus. Denique etiam in rebus vilibus execrabilis est stateræ falla-

<sup>a</sup> Erasm. et seq. edit., cum honestate, quam utilitatem.

<sup>b</sup> Edit. Rom., mulieris osus immanitatem; mss. autem aliquamulti, muliebris ausus immanitatem; alii denique majori numero, necnon edit. Amerb. atque Era. ut in contextu.

<sup>c</sup> Cic. lib. III Offic., pag. 396, lin. 29: Numquam igitur est utile peccare, quia semper est turpe, etc.

<sup>d</sup> Omnes edit., apud Deum; omnes mss., coram Domino: nonnulli, coram Deo.

<sup>e</sup> Nonnulli mss., mensura æqualitatis.

<sup>f</sup> In edit. omnibus habetur: Nonne honestatis formulæ sunt; in cunctis vero mss. desideratur honestatis.

cia, et fraudulenta mensura. Si in foro rerum venalium, in usu commerciorum fraus plectitur, potestne irreprehensibilis videri inter officia virtutum? Clamabat Salomon: *Pondus magnum et exiguum, et mensuræ duplices immundæ sunt coram Domino* (Prov. xx, 10). Supra quoque ait: *Statera adultera, abominatio est Domino, pondus autem æquum acceptabile est illi* (Prov. xi, 1).

#### CAPUT X.

De fraude in omni contractu fugienda non solum in politico jure cautum esse, verum etiam in sacris litteris, ut Josue ac Gabaonitarum patet exemplo.

66. In omnibus igitur decora est fides, justitia grata, e mensura æquitatis jucunda. Quid autem loquar de contractibus cæteris, ac maxime de coemptione prædiorum, vel transactionibus, atque pactis? f Nonne formulæ sunt, s dolum malum abesse: eumque cujus dolus fuerit deprehensus, duplici pœnæ obnoxium fore? Ubique igitur honestatis præponderat consideratio, quæ dolum excludit, fraudem ejicit. Unde recte generalem David propheta prompsit sententiam dicens: *Nec fecit proximo suo matum* (Psal. xiv, 5). Non solum h itaque in contractibus (in quibus etiam vitia eorum quæ veneant, prodi jubentur, ac nisi intimaverit venditor, quamvis in jus emptoris transcripserit, doli actione vacuantur), sed etiam generaliter i in omnibus dolus abesse debet: aperienda simplicitas, intimanda veritas est.

67. Veterem autem istam de dolo non jurisperitorum formulam, sed patriarharum sententiam Scriptura divina evidenter expressit in libro Testamenti veteris, qui Jesu Nave inscribitur. Nam cum exisset fama per populos, siccatum esse mare in Hebræorum transitu, fluxisse aquam de petra, de cœle diurnam ministrari alimoniam tot populi millibus abundautem; corruisse muros Hierico sacro tubarum i sono, icu et ululatu plebis arietatos; Hethæorum quoque regem victum, et suspensum in ligno usque ad vesperam: Gabaonitæ metuentes validam manum, venerunt cum versutia, simulantes se de terra longinqua esse, diuque peregrinatos dirupisse calceamenta, detrivisse amictus vestium, quarum veterascentium indicia monstrarent; causam autem lauti laboris, emerendam paciæ, et ineundam cum Hebræis esse amicitiam cupiditatem: et coeperunt ab Jesu Nave poscere, ut secum armaret societatem. Et quia adhuc erat ignarus locorum, atque incola-

<sup>e</sup> Cic. lib. III Offic., pag. 396, lin. 5: Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, etc. Item infra lin. 31: Ac de jure quidem prædiorum, ..... duplicem pœnam subiret, etc.

<sup>b</sup> Ibid., lin. 34: Quidquid enim inest prædio vitii, id statuerunt... præstare oportere, etc.

<sup>i</sup> Ibid., pag. 397, lin. 6: Ratio igitur hoc postulat, ne quid insidiosæ, etc. Item lin. 21: Quintus quidem Scævola... fideique bonæ munus existimabat manare latissime, etc. Item lin. 29: Nec vero in prædiis solum jus civile ductum a natura, etc.

<sup>j</sup> Ita mss. fere ad unum: omnes autem edit., sono ictos, et ululatu, etc., sed icu ad collisionem lagenarum referendum est.



rum incius, non cognovit fraudes eorum, neque A Deum interrogavit : sed cito credidit.

68. Adeo sancta erat illis temporibus fides eorum, ut fallere aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui ceteros de suo affectu æstimant; et quia ipsis amica est veritas, mentiri neminem putant, fallere quid sit **125** ignorant: libenter credunt quod ipsi sunt, nec possunt suspectum habere quod non sunt. Hinc Salomon ait: *Innocens credit omni verbo* (Prov. xiv, 15; 22, q. 4, c. *Innocens*). Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem esse ignorare quod noceat: et si circumscriptur ab aliquo; de omnibus tamen bene judicat, qui fidem esse in omnibus arbitrat.

69. Hac igitur mentis suæ devotione inclinatus ut B crederet, testamentum disposuit, pacem dedit, confirmavit societatem. Sed ubi in terras eorum ventum est, deprehensa fraude, quod cum essent finitimi, advenas se esse simulaverant, circumscriptum sese populus patrum indignari cepit. Jesus tamen pacem quam dederat, revocandam non censuit; quia firmata erat sacramenti religione; ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solveret. Multavit tamen eos vilioris obsequio ministerii. Clementior sententia, sed diuturnior; manet enim officii pœna veteris astutiæ, hæreditario in hunc diem ministerio deputata (Josue ix, 15 et seq.).

#### CAPUT XI.

*Inductis per reticentiam rhetoricam fraudum quarumdam exemplis, eas atque alleg omnes apertius in C Scriptura damuari ostenditur.*

70. Non ego <sup>a</sup> in hæreditatibus adeundis digitorum percussiones, et <sup>b</sup> nudi successoris saltationes notabo; nam hæc etiam vulgo notabilia: non simulatæ piscationis compositas copias, ut emptoris illiceretur affectus. Cur enim tam studiosus luxuriæ ac deliciarum repertus est, ut hujusmodi fraudem pateretur?

71. Quid mihi tractare de Syraeusano illo amœno secretoque secessu, et de <sup>c</sup> Siculi hominis calliditate: qui cum peregrinum aliquem reperisset, cognito quod cupidus esset hortorum venalium, ad cœnam in hortos regaverit: <sup>d</sup> promississe invitatum, postridie venisse: offendisse illic magnam piscatorum multitudinem, exquisitis copiis adornatum convivium, in prospectu cœnantium ante hortulos compositos piscatores, ubi numquam ante jaciebant

relia: unusquisque quod ceperat, certatim offerebat epulantibus: supra mensam pisces ingerebantur, oculos recumbentium resiliens verberabant. Mirari hospes tantam copiam piscium, <sup>e</sup> tantumque numerum cymbarum. Responsum quærenti, aquationem illic esse, dulcis aqua gratia innumerabiles eo pisces convenire. Quid multa? Pellexit hospitem, ut sibi extorqueret hortos: vendere volens cogitur, <sup>f</sup> pretium gravatus suscipit.

72. Sequenti die ad hortos emptor cum amicis venit, navigium nullum invenit. Percorantibus num aliqua piscatoribus eo esset die feriarum solemnitas, respondetur nulla, nec unquam illic **126** præter hesternum diem piscari solitos. Quam hic redarguendi haberet auctoritatem doli, qui tam turpe captarit aucupium deliciarum? Qui enim alterum peccati arguit, ipse a peccato debet alienus esse. Non ergo hujusmodi nugas ego in hanc Ecclesiasticæ censionis auctoritatem vocabo, qua generaliter condemnat omnem lucri turpis appetentiam, brevique sermonis compendio excludit levitatem ac versutiam.

73. Nam de illo quid loquar, qui de eo <sup>g</sup> testamento quod ab aliis licet factum, falsum tamen cognoverit, hæreditatem sibi aut legatum vindicet, et lucrum quærat alieno erimine: cum etiam leges publicæ eum qui sciens falso utitur, tamquam reum facinoris astringant? Regula autem justitiæ manifesta est, quod a vero declinare virum non deceat bonum, nec damno injusto afficere quemquam, nec doli aliquid annectere fraudisve componere.

74. Quid evidentius eo quod Ananias (Act. v, 1 et seq.), qui fraudavit de pretio agri sui, quem ipso vendiderat, et portionem pretii tamquam summæ totius numerum ante pedes posuit apostolorum, sicut reus fraudis interit? Licuit utique illi nihil offerre, et hoc sine fraude fecisset. Sed quia fraudem admiscuit, non liberalitatis gratiam reportavit, sed fallaciæ pœnam exsolvit.

75. Et Dominus in Evangelio cum dolo accedentes repudiabat, dicens: *Vulpes foveas habent* (Matth. viii, 20); quoniam in simplicitate cordis, et innocentia nos jubet vivere. David quoque ait: *Sicut novacula acuta fecisti dolum* (Psal. li, 4); nequitiæ arguens proditorem, eo quod instrumentum hujusmodi ad hominis adhibetur ornatum, et plerumque D ulcerat. Si quis igitur prætendat gratiam, et dolum nectat proditoris exemplo, ut <sup>h</sup> eum quem protegere debeat, prodat ad mortem; instrumenti istius

<sup>a</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 398, lin. 7: *Itaque si vir bonus habeat hanc vim: ut si digitis conceperit... At si doret hanc vim M. Crasso... in foro, mihi crede, saltaret.* Pouitur autem digitorum percussio seu crepitu pro re vilissima; unde proverbium, digitorum crepitu non emam.

<sup>b</sup> Vet. edit. cum mss. longe plurimis, *nudi*; mss. aliquot, *crudi*, *successoris salutationes*; Rom., *nudis successoribus salutationes*. Melius alii mss. ut nos in textu.

<sup>c</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 395, lin. 30: *Caius Caninus eques Romanus... cum se Syracusas otiaudi*

*causa, non negotiandi, etc.*

<sup>d</sup> Era. et seq. edit. cum mss. duobus, hisque recentioribus, *Promissit invitatus postridie se venire, veniens offendit, etc.*

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *tantorumque numerum convivarum.* <sup>f</sup> Amerb. et mss. non pauci, *regatus suscipit*; alix edit., *gravatum*; mss., *gravatus suscipit.*

<sup>g</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 395, lin. 41: *L. Minuti Basilii, locupletis hominis falsum testamentum quidam e Græcia, etc.*

<sup>h</sup> Sic mss. magno consensu, si unum aut alterum exceperis, ubi sicut et in edit. legitur, *Doech pro-*

comparatione censetur, quod ebriae mentis et titubantis vitio manus vulnerare consuevit. <sup>a</sup> Sicut iste malitiae ebrius vino, per funestae proditionis indicium <sup>b</sup> Abimelech sacerdoti necem detulit, eo quod Prophetam hospitio receperisset, quem rex invidiae accensus stimulis persequeretur (I Reg. xxii).

## CAPUT XII.

*Nihil promittendum quod sit inhonestum, nec si quid injustum juraveris, id observandum; contra quam peccasse Herodes demonstratur. Culpatur etiam votum a Jephthe nuncupatum, itemque alia omnia quae sibi exsolvi Deus nolit. Denique filia ejusdem Jephthe cum duobus Pythagorae componitur ac praeponeitur.*

76. Purum igitur ac sincerum oportet esse affectum, ut unusquisque (22, q. 4, c. Unusquisque) simplicem sermonem proferat, vas suum in sanctitate possideat, nec fratrem circumscriptione verborum inducat, <sup>c</sup> nihil promittat inhonestum: ac si promiserit, **127** tolerabilius est promissum non facere, quam facere quod turpe sit.

77. Saepe plerique <sup>d</sup> constringunt seipsum jurisjurandi sacramento: et cum ipsi cognoverint promittendum non fuisse; sacramento tamen contemplatione faciunt quod sponderunt: sicut de Herode supra scripsimus (Sup. c. 9), qui saltatrici praemium turpiter promisit, crudeliter solvit. Turpe, quod regnum pro saltatione promittitur: crudele, quod mors prophetae pro jurisjurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuisset perjurium sacramento? Si tamen perjurium posset dici, quod ebrius inter vina juraverat, quod <sup>e</sup> eviratus inter sakan- **C** tium choros promiserat. Infertur disco prophetae caput: et hoc aestimatum est fidei esse, quod mentis fuit.

78. Neque umquam adducar ut credam non incaute principem <sup>f</sup> promississe Jephthe, ut immolaret Deo quidquid sibi revertenti intra limen domus suae occurreret; cum et ipsum voti poenituerit sui, postquam filia occurrit sibi. Denique conscidit vestimenta sua, et dixit: *Heu me! filia mea, <sup>g</sup> impedisti mihi, stimulum doloris facta es mihi* (Judic. xi, 35). Qui licet pio metu ac formidine acerbitatem durae solutionis impleverit: tamen luctum annuum etiam posteris deplorandum statuit ac dereliquit. Dura

*ditoris . . . quem celare et protegere debeat.*

<sup>a</sup> Cod. Laud., *Sicut iste idem Doech maligne ebrius vino.*

<sup>b</sup> Erasmod. et seq. edit., *Achimelech.*

<sup>c</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 400, lin. 47: *Quid si sapiens rogatus sit ab eo, qui eum haereditatem faciat . . . ut antequam haereditatem adeat, luce palam in foro salvet, etc.*

<sup>d</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 401, lin. 4: *Ac ne illa quidem promissa servanda sunt, quae non sunt iis ipsis utilia, etc.*

<sup>e</sup> Amerb. cum mss. aliquot, *dejeratus*; quidam alii *ejuratus* . . . *promiserat*; non pauci, *promiserat*; aliae vero edit. ac mss. nobiscum faciunt, nisi quod pro *eviratus*, in quibusdam legitur, *iratus*: prorsus incongrue.

<sup>f</sup> Cic. lib. iii, pag. 401, lin. 11: *Quid Agamemnon cum devovisset, etc.*

promissio, acerbior solutio, quam necesse habuit lugere etiam ipse qui fecit. Denique factum est praecipuum et decretum in Israel ex diebus in dies: *Ambulabant, inquit, filiae populi Israel, lugentes filiam Jephthe Galaaditidis quatuor diebus in anno* (Ibid., 40). Non possum accusare virum qui necesse habuit implere quod voverat; sed tamen miserabilis necessitas, quae solvitur parricidio (22, q. 4, cap. Unusquisque, § Miserabilis).

79. Melius est non vovere, quam vovere id quod sibi cui promittitur, nolit exsolvi. Denique in Isaac habemus exemplum (Gen. xxii, 13), pro quo arietem Dominus statuit immolari sibi. Non semper igitur promissa solvenda omnia sunt (22, q. 4, cap. Non semper). Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut Scriptura indicat. Nam et in eo libro qui inscribitur Numeri, proposuerat percutere morte et perdere populum: sed postea rogatus a Moyses, reconciliatus est populo suo (Num. xvi, 12 et seq.). Et iterum ad Moysen et Aaron ait: *Dividite vos de medio Synagogae ejus, et consummabo eos simul* (Num. xvi, 21). Quibus discedentibus de coetu, Dathan et Abiron subito impios terra praerupto soluta hiato absorbit.

80. Praecellentius et antiquius istud exemplum de filia Jephthe, quam illud quod memorabile habetur apud philosophos <sup>h</sup> de duobus Pythagorae quorum alter cum a tyranno Dionysio capitis damnatus esset, praescripto mortis die, poposcit ut domum pergendi ei facultas daretur, quo commendaret suos: ac ne revertendi **128** nutaret fides, vadem mortis obtulit, ea conditione ut si ipse deforet ad constitutum diem, vas ejus sibi pro eo moriendum agnosceret. Nec qualitatem sponsionis qui offerebatur recusavit, constantique animo diem necis praestolabatur. Itaque alter se non subtraxit, <sup>i</sup> alter ad diem recepit. Quod eousque fuit mirabile, ut tyrannus eos sibi in amicitiam adscisceret, quorum urgebat periculum.

81. Quod ergo in spectatis et eruditis viris plenum miraculi est, hoc in virgine multo magnificentius, multoque illustrius deprehenditur, quae ingemiscenti patri ait: *Fac mihi ut exivit de ore tuo* (Jud. xi, 36 et seq.). Sed spatium duorum poposcit

**D** <sup>g</sup> Vet. edit., *impedisti mihi, impedisti mihi, in stimulum dolorum facta es mihi*. Rom., *Decepisti me, impedimentum in oculis meis, in stimulum dolorum facta es mihi*. Mss. vero inter se consentiunt, nisi quod aliqui legunt, *impedisti mihi, in stimulum, etc.*, ubi reliqui, *impedisti me, stimulum, etc.*

<sup>h</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 393, lin. 45: *Damonem et Pythiam pythagoraeos, serunt hoc animo inter se fuisse, etc.* Vide etiam lib. v Tusc. Quæst., pag. 186, lin. 48, et Val. Max. lib. iv, cap. 7, et rursus Ambr. lib. ii de Virgin.

<sup>i</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *alter ad diem redavit*; reliqui autem partim *redisti*, partim *se recepit*, partim etiam *receptus est*; Thun. vero et alii nonnulli melioris notæ, *alter ad diem recepit*. Haud male, si ad vadem referas; idem enim prorsus erit ac si legeretur: *alter spondit ad diem constitutum, nisi rediisset reus, mortem subiturum.*

mensium, ut cum æqualibus conventum ageret in A cæcitate obduxerat, et dixit: *Domine, aperi oculos eorum, ut videant, et viderunt* (IV Reg. vi, 18 et seq.)? Itaque cum rex Israel percutere ingressos vellet, eamque sibi dari a propheta facultatem posceret; respondit non percutiendos, quorum captivitatem non esset manu operatus, armisque bellicis, sed magis subsidio alimentorum juvandos. Denique epularibus refecti copiis, numquam postea in terram Israel piratæ Syriae revertendum putarunt.

## CAPUT XIII.

*Juditham cum multa pericula pro honestate subiisset, multiplicem reportasse utilitatem.*

82. Ecce tibi Judith se offert mirabilis, quæ formidatum populis virum Holofernem adit, Assyriorum triumphali septum caterva. Quem primo formæ gratia et vultus decore perculit, deinde sermonis circumscriptis elegantia (*Judith x, 12 et seq.*). Primus triumphus ejus fuit, quod integrum pudorem de tabernaculo hostis revexit: secundus, quod femina de viro reportavit victoriam, a fugavit populos consilio suo (*Judith xiii, 20*).

83. Horruerunt Persæ audaciam ejus. Utique quod in illis Pythagoræis duobus mirantur, non expavit mortis periculum, sed nec pudoris, quod est gravius bonis feminis: non unius ictum carnificis, sed nec totius exercitus tela trepidavit. Stetit inter cuneos bellatorum femina, in molem spectat periculi, moritura processit: quantum ad fidem, dimicatura.

84. Honestatem igitur secuta est Judith, et dum eam sequitur, utilitatem invenit. Honestatis enim C consideravit? ut inhonestas nuptias etiam in rege non posset perpeti, dicens: *Non licet tibi illam uxorem habere* (*Marc. xiv, 4*). Potuit tacere, nisi indecorum sibi judicasset mortis metu verum non dicere, f inclinare regi propheticam auctoritatem, adulationem subtexere. Sciebat utique moriturum se esse, quia regi adversabatur: sed honestatem saluti prætulit. Et tamen quid utilius quam quod passionis viro sancto advexit gloriam?

85. Quanta honestatis auctoritas, ut consilium 129 de summis rebus femina sibi vindicaret, b nec principibus populi committeret! Quanta honestatis auctoritas, ut Deum adiutorem præsumeret: quanta gratia, ut inveniret!

86. Quid vero Elisæus nisi honestatem secutus est, cum exercitum Syriae, qui ad obsidendum eum venerat, captivum introduxit in Samariam, cujus oculos vitam utile præoptavisset, non tantam reportasset gloriam: immo etiam id quod non solum inutile, sed etiam periculosum foret, pœnam criminis forsitan non evasisset (*Dan. xiii*). Advertimus igitur quia id quod turpe est, non possit esse utile: neque rursus id quod honestum est, inutile; quia complex honestatis est semper utilitas, et utilitatis honestas.

## CAPUT XIV.

*Elisæi factum quam honestum atque utile fuerit. Ejusdem cum decantato Græcorum facinore comparatio. Joannem pro honestate vitam impendisse: nec non Susannam eadem causa se mortis periculo objecisse.*

86. Quid vero Elisæus nisi honestatem secutus est, cum exercitum Syriae, qui ad obsidendum eum venerat, captivum introduxit in Samariam, cujus oculos

<sup>a</sup> Mss. aliquot, fugavit populos cum filio suo.

<sup>b</sup> Ms. Thuan., nec a principibus populi adiutorem præsumeret.

<sup>c</sup> Cic. Offic. lib. iii, pag. 394, lin. 17: Themistocles post victoriam hujus belli, quod cum Persis fuit, etc. Idem legimus apud Plutarchum in Aristide.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, et publicam honestatem, propriam acquisivit utilitatem; alii nonnulli, et publicam ho-

nestatem propria acquisivit utilitate. Magis scite reliqui ac edit. ut in textu.

<sup>e</sup> Rom. edit., Non licet tibi habere uxorem fratris tui.

<sup>f</sup> Ita mss. longe plurimi; alii autem aliquot et omnes edit., inclinari regi, propheticam auctoritatem adulatione subtexere.

## CAPUT XV.

*Relato Romanorum generoso consilio, maximam fuisse Moysi honestatis curam, ex ejus factis declaratur.*

91. Memorabile ferunt rhetores, quod <sup>a</sup> dux Romanorum cum ad eum adversarii regis medicus venisset, pollicens daturum se regi venenum, vincit eum ad hostem remiserit. Et revera præclarum, ut qui virtutis certamen susceperat nollet fraude vincere. Non enim in victoria honestatem ponebat, sed ipsam, nisi honestate quæsitam, victoriam <sup>b</sup> turpem pronuntiabat.

92. Redeamus ad nostrum Moysen, atque ad superiora revertamur; ut quanto præstantiora, tanto antiquiora promamus. Nolebat Ægypti rex populum dimittere patrum. Dixit Moyses sacerdoti Aaron, ut extenderet virgam suam super omnes aquas Ægypti. Extendit Aaron, et conversa est aqua fluminis in sanguinem, et nemo poterat bibere aquam, omnesque Ægyptii siti peribant: sincera autem fluentia patribus abundabant (*Exod. vii, 20*). Jactaverunt favillam in cælum, et facta sunt ulcera, et <sup>c</sup> vesicæ candentes in hominibus et quadrupedibus (*Exod. ix, 10 et seq.*). Deduxerunt grandinem in igne flammeo, contrita erant super terram omnia. Rogavit Moyses, et universa in suam gratiam reverterunt: grando sedata est, sanata ulcera, solitos potus flumina præbuerunt (*Ibid. 30*).

93. Iterum caligantibus tenebris operata erat terra per triduum, ex quo Moyses manum levaverat, et tenebras infuderat (*Exod. x, 22*). Moriebatur omne primogenitum Ægypti, cum Hebræorum omnis esset inoffensa progenies. <sup>d</sup> Rogatus Moyses, ut his quoque finem exitiis daret, oravit et impetravit (*Exod. xii, 29 et seq.*). In illo prædicandum, quod a fraudis consortio temperaverit: in hoc mirabile quoniam divinitus intentata supplicia virtute propria etiam ab hoste detorsit, vere nimium, sicut scriptum est, mansuetus et mitis. Sciebat quod fidem rex non servaret promissis; tamen honestum putabat ut rogatus oraret, læsus benediceret, appetitus remitteret (*Num. xii, 3*).

94. Projecit virgam, et serpens factus est, qui devoravit serpentes Ægyptiorum (*Exod. vii, 12*): significans quod Verbum caro fieret, quæ serpentis diri venena **131** vacuaret per remissionem et indulgentiam peccatorum. Virga est enim Verbum directum, regale, plenum potestatis, insigne imperii. Virga serpens facta est, quoniam qui erat Filius Dei ex Deo Patre natus, Filius hominis factus est, natus ex Virgine: qui quasi serpens exaltatus in cruce, medicinam vulneribus infudit humanis. Unde et ipse Dominus ait: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis* (*Joan. iii, 14*).

95. Denique et alterum signum ad Dominum Je-

<sup>a</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 399, lin. 42: *Quantum id quidem cum sæpe alias, tum Pyrrhi bello..... perfuga ab eo venit in castra Fabricii, eique est pollicitus, si præmium, etc.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *turpem renuntiabat*.

<sup>c</sup> Vet. edit. ac mss. nonnulli, *vesicæ cadentes*, forte *calentes*; quidam, *scatentes*.

<sup>d</sup> Mss. ac vet. edit. hoc tantum dissident, quod

A sum pertinet, quod fecit Moyses: *Manum suam misit in sinum, et protulit eam, et facta est manus ejus sicut nix. Iterum misit, et protulit eam, et erat sicut carnis humanæ species* (*Exod. iv, 6, 7*); significans Domini Jesu primum fulgorem divinitatis, postea susceptionem carnis, in qua fide credere omnes gentes populosque oporteret. Merito manum misit, quia dextera Dei Christus est, in cujus divinitate et incarnatione si quis non crediderit, quasi reprobus flagellatur: sicut iste rex qui quoniam signis non credidit evidentibus, postea flagellatus orabat, ut veniam mereretur. Quantus igitur honestatis affectus esse debeat, ex his probatur, et eo maxime quod se objiciebat pro populo, dicens ut remitteret populo Deus, aut certe de libro viventium se deleret.

## CAPUT XVI.

*Paucis de Tobia injectis, Raguelem honestate philosophis antecelluisse evincitur.*

96. Tobis quoque formam expressit honestatis evidentius, cum relicto convivio mortuos sepeliret, et ad cibos pauperis mensæ invitaret inopes (*Tobia ii, 2 et seq.*). Raguelem præcipue, qui contemplatione honestatis, cum rogaretur ut filiam suam in conjugium daret, vitia quoque filie non tacebat; ne circumvenire petitorum videretur tacendo. Itaque cum Tobis filius Tobis posceret ut sibi daretur puella, respondit lege quidem ipsi eam deberi tamquam propinquo, sed dedisse se eam jam sex viris, et omnes eos esse mortuos. Justus itaque vir plus alienis timebat, et malebat innuptam sibi manere filiam, quam propter nuptias ejus extraneos periclitari (*Tobia vii, 13 et seq.*).

97. Quam breviter absolvit omnes quæstiones philosophorum. <sup>e</sup> Illi de vitis tractant domorum, tegenda an prodenda a venditore videantur: noster iste nec filie vitia celanda arbitratus est. Et certe non ipse affectabat ut eam traderet, sed rogabatur. Quanto utique iste honestior sit illis, dubitare non possumus, si conferamus quanto præstantior sit filie causa, quam rei venalis pecunia.

**132** CAPUT XVII.

*Quanto honestatis studio antiqui patres in captivitatem abituri, sacrum ignem occuluerint.*

98. Consideremus aliud quod in captivitate gestum, summum tenuit honestatis decorem. Nullis enim adversis honestas impeditur, quæ in his eminet, et magis præcellit quam in prosperis. Inter vincula itaque, inter arma, flammam, servitutem, quæ liberis omni supplicio gravior est, inter pœnas morientium, excidia patriæ, <sup>f</sup> vivorum formidinem, sanguinem peremptorum, non excidit tamen cura honestatis majoribus nostris: sed inter eversæ patriæ cineres

pro rogatur, plures mss. legunt *rogatus*, et pro *exitis*, mss. nonnulli habent *exitus*. Rom. autem edit. post verbum daret, adjecit et *benediceret*, sublatis hisce aliis *oravit et impetravit*.

<sup>e</sup> Cic. Offic. lib. iii, pag. 395, lin. 4: *Vendat cedes vir bonus propter aliqua vitia, quæ ipse vitiat, etc.*

<sup>f</sup> Amerb. cum mss. non paucis, *virorum formidinem*.

et favillas <sup>a</sup> in affectibus piis resplenduit et refulsit. A

99. Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri, qui tunc Dei omnipotentis cultores erant, acceptum ignem de altari sacerdotes Domini occulte in valle absconderunt. Erat illic <sup>b</sup> velut patens puteus, aquæ secessu infrequens, nec populari usui patens, ignoto et ab arbitris remoto loco: ibi obaignaverunt <sup>c</sup> indicio sacro pariter ac silentio ignem reconditum (II Mach. 1, 19 et seq.). Non illis studio fuit aurum defodere, argentum abscondere, quod servarent posteris suis: sed inter extrema sua honestatis curam habentes, sacrum ignem servandum putarunt; ne eum vel impuri contaminarent, vel defunctorum sanguis exstingueret, vel deformium ruinarum acervus aboleret.

100. Abierunt itaque in Persidem sola religione B liberi; quoniam sola illis per captivitatem extorqueri nequivit. Post vero plurimum temporis, quando placuit Deo, dedit hanc mentem regi Persarum, ut restaurari in Júdeâ templum, et legitimos reparari Hierosolymis ritus juberet. Cujus gratia muneris Neemiam sacerdotem rex Persarum direxit. At ille secum deduxit sacerdotum illorum nepotes, qui profecturi de patrio solo, sacrum ne periret ignem absconderant. Venientes autem, ut patrum sermone est proditum, non invenerunt ignem, sed aquam. Et cum deesset ignis, quo adolerent altaria, haurire eos aquam Neemias sacerdos, sibi que deferre, et aspergere super ligna jussit. Tunc, visu mirabile! cum esset cœlum intextum nubibus, sol repente illuxit, accensus est magnus ignis; ita ut omnes in tam evi- C denti Domini gratia factum stupentes, lætitia perfunderentur. Orabat Neemias, psallebant sacerdotes <sup>d</sup> hymnum Deo. Utque consumptum est sacrificium, jussit iterum Neemias residua aqua majores perfundi lapides: quo facto flamma accensa est, <sup>e</sup> lumen autem refulgens ab altari consummatum illico est.

101. Hoc patefacto indicio, rex Persarum eo loco in quo ignis fuerat absconditus, et postea reperta est aqua, templum fieri mandavit, cui 133 inferebantur dona plurima. Appellaverunt autem illud qui erant cum sancto Neemia, <sup>f</sup> ephthar, quod interpretationem habet purificationis: a plurimis nephthe vocatur. Invenitur autem in descriptionibus Hieremiæ prophetæ, quod jusserit accipere de igne eos qui postea essent futuri. Hic est ignis qui cecidit super D

sacrificium Moysi, et consumpsit illud, sicut scriptum est: *Quia exivit ignis a Domino, et consumpsit universa quæ erant super altare holocausta (Levit. ix, 24)*. Hoc igne oportebat sanctificari sacrificium; ideoque et in filios Aaron qui alienum ignem inferre voluerunt, exivit iterum ignis a Domino et consumpsit eos, ita ut mortui extra castra projicerentur (Levit. x, 1 et seq.).

101<sup>o</sup>. <sup>g</sup> Veniens autem Hieremias in locum, invenit domum in modum speluncæ, et tabernaculum et arcam, et altare incensi intulit illuc, et obstruxit ostium: quod cum hi qui simul venerant, curiosius perscrutarentur, ut notarent sibi locum; nequaquam comprehendere atque invenire potuerunt. Ut autem cognovit Hieremias quod affectassent, dixit: Ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, et propitius fiat. Tunc Deus ostendit hæc, et apparuit majestas Domini (II Mach. 11, 3 et seq.).

#### CAPUT XVIII.

*Superioris eventus, ac potissimum oblatis a Neemia sacrificii narratione Spiritum sanctum, Christianorumque baptisma significari: et eodem etiam Moysis et Eliæ sacrificium, atque historiam Noe referri.*

102. Congregationem populi tenemus, <sup>h</sup> propitiationem Domini Dei nostri agnoscimus, quam propitiator in sua operatus est passione. Arbitror quod nec ignem istum possimus ignorare, cum legerimus quia baptizat Dominus Jesus in Spiritu sancto et igni, sicut in Evangelio dixit Joannes (Joan. 1, 33). Merito consumebatur sacrificium, quoniam pro peccato erat. Ille autem ignis typus Spiritus sancti fuit, qui descendurus erat post Domini ascensionem, et remissurus peccata omnium: qui quasi ignis inflamat animum ac mentem fidelem. Unde ait Hieremias accepto Spiritu: *Et factum est in corde meo ut ignis ardens, flammigerans in ossibus meis: et dissolutus sum undique, et ferre non possum (Jer. xx, 9)*. Sed etiam in Actibus apostolorum cum descendisset super apostolos Spiritus, et plerosque, qui expectabant promissa Domini, tamquam ignem <sup>i</sup> dispersas esse linguas legimus. Denique sic vaporabatur singulorum animus, ut musto <sup>j</sup> repleti esse æstimarentur, qui acceperant linguarum diversitatem (Act. 11, 4 et seq.).

103. Quid ergo sibi vult esse quod ignis aqua D factus est, et aqua ignem excitavit; nisi quia spiri-

<sup>a</sup> In affectibus piis resplenduit, et refulsit, desunt in mss. pluribus nec inferioris notæ, quorum in nonnullis pro *sed inter*, legitur *nec inter* minime male. Aliorum mss. et omnium edit. lectio præferenda.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *velut puteus haud quaquam patens, aquæ secessu infrequens*; unus, *velut puteus aquæ non patiens*; alter, *haud aquam patiens, atque secessu infrequens*.

<sup>c</sup> Indicio sacro, id est, nota aliqua mystica cujus ope locus postea dignosci posset.

<sup>d</sup> Edit. et pauci mss., *hymnum Deo usquequo consumptum est*, etc.

<sup>e</sup> Ita mss. ac vet. edit. magno consensu, nisi quod aliqui et edit. legunt, *consumptum est*, ubi probatissimi quique, *consummatum est*. Rom. edit. sola, *quæ tandem lamina refulgente ab altari consumpta illico est*.

<sup>f</sup> Rom. edit. ex LXX, *nephthar*; vet. autem edit. cum Aldino cod. eorumdem LXX, *ephthar*, quo etiam

accedunt mss., nisi quod eorum complures scriptorum inscitia exhibent, alii *epathar*, alii *ephatur*, quidam etiam *phatur*: Infra vero ubi omnes edit. multique mss. *nephthe*, mss. aliquot præferunt *nephe*. Adis Plinium lib. 11, cap. 118, et lib. xxxv, c. 15.

<sup>g</sup> Vide col. 204, not. <sup>c</sup>. Sicubi idem numerus, etiam omissis asterisco, his continenter occurrerit, sciat lector, nos in his aut similibus casibus nihil mutasse, nisi forte major lacuna inter duos numeros, graviore mendo, irrepisset.

<sup>h</sup> Mss. aliquot, *propitiationem non cognoscimus*. Haud male, si modo per figuram admirationis aut interrogationis efferatur.

<sup>i</sup> Rom. edit., *dispertitas apparuisse linguas*.

<sup>j</sup> Cuncti propemodum mss., *repleti esse qui acceperant, æstimarentur linguarum diversitate*.

talis gratia per ignem exurit, per aquam mundat. **A** peccata nostra? Eluitur enim peccatum, et exurit. Unde et Apostolus ait: *Unusquisque* **134** *opus quale sit, ignis probabit* (I Cor. iii, 15); et infra: *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem* (Ibid., 15).

104. Quod ideo posuimus, ut probarem per ignem exuri peccata. Notum est ergo hunc esse vere ignem sacrum, qui tunc in typo futuræ remissionis peccatorum descendit super sacrificium.

105. Hic igitur ignis absconditur captivitatis tempore, quo culpa regnat: tempore autem <sup>a</sup> libertatis promitur. Et licet in aquæ speciem mutatus, tamen servat ignis naturam, ut consumeret sacrificium. Nec mireris cum legeris, quia Pater Deus dixit: *Ego sum ignis consumens* (Deut. iv, 24); et alibi: *Me dereliquerant fontem aquæ vivæ* (Jerem. ii, 15). Ipse quoque Dominus Jesus quasi ignis inflammabat audientium corda (Luc. xii, 49), quasi fons refrigerabat; nam ipse in Evangelio suo dicit quod ideo venerit, ut ignem in terras mitteret, et potum sitientibus aquæ vivæ ministraret (Joan. vii, 57 et seq.).

106. Eliæ quoque tempore descendit ignis, quando provocavit prophetas gentium, ut altare sine igne accenderent. Et cum illi nequissent facere, hostiam suam tertio ipse perfudit aqua, et manabat aqua in circuitu altaris, et exclamavit, et cecidit ignis a Domino de cælo, et consumpsit holocaustum (III Reg. xviii, 58).

107. Hostia illa tu es. Considera tacitus singula. Iu te descendit vapor Spiritus sancti, te videtur **C** exurere, cum tua peccata consumit. Denique quod consumptum est sacrificium Moysi tempore, sacrificium pro peccato erat. Unde Moyses ait, sicut in Machabæorum scriptum est libro (II Mach. ii, 41), eo quod non sit manducatum quod erat pro peccato, consumptum est. Nonne tibi consumi videtur, quando in baptismatis sacramento interit <sup>b</sup> homo totus exterior? Vetus homo noster confixus est cruci, Apostolus clamat (Rom. vi, 6). Illic, sicut Patrum exempla te docent, <sup>c</sup> Ægyptius demergitur, Hebræus resurgit, sancto renovatus Spiritu, qui etiam per mare Rubrum inoffenso transivit vestigio, ubi baptizati sunt patres sub nube, et in mari (I Cor. x, 1 et seq.).

108. In diluvio quoque Noe tempore mortua est **D** omnis caro, justus tamen cum sua progenie servatus est (Gen. vii, 21 et seq.). Annon consumitur homo, <sup>d</sup> cum absolvitur mortale istud a vita? Denique exterior corrumpitur, sed interior renovatur. Nec solum in baptisate, sed etiam in pœnitentia fit carnis interitus ad profectum spiritus; sicut Apostolica docemur auctoritate, dicente sancto Paulo:

<sup>a</sup> Rom. edit., *libertatis revelatur.*

<sup>b</sup> Omnes edit., *homo noster exterior crucifixus est.*

<sup>c</sup> Edit. omnes ac mss. aliquot, *Ægyptus demergitur.*

<sup>d</sup> Ita mss. plures ac potiores: alii vero et edit., *cum absorbetur.*

*Judicavi ut præsens eum qui sic operatus est, tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi* (I Cor. v, 5, 4).

109. Prolixior excursus admirandi gratia mysteriorum factus videtur, dum studemus revelatum plenus sacramentum pandere, quod eo usque plenum honestatis est, ut sit plenum religionis.

### 135 CAPUT XIX.

*Narratur admissum in levitæ cujusdam uxorem a civibus Gabaa flagitium, atque ex illius ultione colligitur quam veteribus illis cordi fuerit honestatis ratio.*

110. Quanta autem honestatis cura majoribus fuit, ut unius mulieris injuriam stupro illatam intemperantium bello persequerentur, et victo populo, tribus Benjamin obtestarentur in conjugium se eis proprias filias non duros! Remanserat tribus sine ullo posteritatis subsidio, nisi fraudis necessariæ accepisset licentiam. Quæ tamen indulgentia congruo intemperantiæ supplicio non videtur vacare, quando illis hoc solum permissum est, ut rapti inirent conjugia, non connubii sacramento. Et revera dignum fuit ut qui alienum contubernium solverant, ipsi nuptiarum amitterent solemnitatem.

111. Quam plena autem miserationis historia! Vir, inquit (Judic. xix, et seq.), levita acceperat sibi jugalem (<sup>e</sup> quam a concubitu <sup>f</sup> concubinam appellatam arbitror) quæ aliquanto post quibusdam, ut fieri solet, offensa rebus, ad patrem se contulit, et fuit illic quatuor mensibus. Et surrexit vir ejus, et abiit ad soceri sui domum, ut cum sua jugali repararet gratiam, et revocaret eam, ac reduceret; occurrit ei mulier, atque in domum patris sui introduxit maritum.

112. Lætatus est adolescentulæ pater: venit obviam, et sedit cum eo tribus diebus; et epulati sunt, et quieverunt. Et sequenti die surrexit levita diluculo, et retentus est a socero, ut tam cito non desereret convivii jucunditatem. Et alio et tertio die non permisit pater adolescentulæ proficisci generum suum, donec lætitia et gratia inter eos omnis consummaretur. Sed die septimo cum jam ad vesperum declinaret dies, post mensas et læta convivia, cum prætexeret finitimæ noctis viciniam, ut apud suos potius, quam apud extraneos requiescendum putaret, nequivit tenere, et dimisit una cum filia sua.

113. Verum ubi facta est aliqua progressio, cum vesper jam propior urgeret, <sup>g</sup> et appropinquatum foret ad urbem Jebusæorum, dicente servulo, ut ad eam dominus suus deflecteret, non acquievit dominus suus; quia non erat ea civitas filiorum Israel: sed intendit pervenire usque Gabaa, quæ habitabatur a populo tribus Benjamin. Nec erat quisquam

<sup>e</sup> Pauci mss. *quam.... concubinam appellabat.*

<sup>f</sup> Adverte pulcherrime hinc confirmari, quod observatione in lib. I de Abraham cap. 4, col. 290, volum. I, num. 23, diximus, nimirum legitimam uxorem haud raro concubinæ nomine vocitari.

<sup>g</sup> Omnes edit., *et appropinquandum foret.*

qui advenientes reciperet hospitio, nisi vir peregrinus progressa ætate. Qui cum aspexisset eos, et interrogasset levitam: Quo vadis, vel unde venis? quo respondente quod esset viator, et repeteret montem Ephræni, et non esset qui colligeret cum, hospitium ei obtulit, et adornavit convivium.

114. At ubi satiæ epulandi facta est, et mensæ remotæ, irruerunt pestilentes viri, et circumierunt domum. Tunc senior filiam suam virginem, **136** et a coæqualem ejus cum qua cubitare solita esset, offerebat viris iniquitatis, tantum ne vis irrogaretur hospiti. Verum ubi parum ratio processit, et vis prævaluit, cessit levites jugali sua: et cognoverunt eam, et tota nocte illuserunt ei. Qua atrocitate, vel dolore victa injuriæ, <sup>b</sup> ante ostium hospitis, quo vir suus diverterat, projecit se atque exhalavit spiritum, supremo licet vitæ munere affectum bonæ conjugis servans, ut exsequias saltem sui funeris marito reservaret.

115. Quo cognito (ne multis morer) omnis prope populus Israel in bellum exarsit, dubioque eventu cum anceps maneret prælium, tertia tamen præliandi vice, traditus est populus Benjamin populo Israel, et divina judicatus sententia, pœnas intemperantiæ luit. Condemnatus quoque ne quis ei <sup>c</sup> ex numero patrum filiam suam daret in uxorem: idque confirmatum jurisjurandi sacramento est. Sed compuncti quod tam acerbam in fratres tulissent sententiam, ita severitatem ejus temperaverunt, ut orbatas parentibus virgines in conjugium sibi adscicerent, quorum patres pro delicto perempti forent, vel <sup>C</sup> raptu copulam sociarent; quia pro tam turpis commissi facinore, qui alieni matrimonii jus violaverant, indignos se impetrando exhibere matrimonio. Sed ne periret una populo tribus, fraudis indulta est conniventia.

116. Quanta igitur honestatis cura majoribus fuerit, hinc proditur, ut quadraginta millia virorum stringerent gladium adversus fratres suos de tribu Benjamin, dum ulcisci volunt <sup>d</sup> injuriam pudicitia; quia temeratores <sup>e</sup> castitatis non sufferebantur. Itaque eo bello cæsa sunt utrinque <sup>f</sup> sexaginta quinque millia bellatorum, et exustæ urbes. Et cum inferior primo fuisset populus Israel, tamen nec adversi metu belli percitus, vindicandæ castitatis sequestravit dolorem. Ruelat in prælium, vel sanguine suo <sup>D</sup> parans commissi flagitii diluere notam.

<sup>a</sup> Edit. et pauci mss., *jugalem ejus... solitum esset*; sed optimi quique iidemque frequentissimi ut in textu.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *ante hospitium hospitis*. Erasm. et seq. edit., *ante ostium hospiti*.

<sup>c</sup> Cod. Thuan., *ex numero pater*.

<sup>d</sup> Quædam edit., *injuriam impudicitia*; aptius reliquæ, ac mss., *injuriam pudicitia*: nempe quam acceperat pudicitia.

<sup>e</sup> Gill. in marg. et Rom. edit. in corp., *castitatis non offerebantur*.

<sup>f</sup> Ita edit., ac mss. aliquot; alii vero, partim *quadraginta*, partim *quadraginta quinque millia*. Sed nisi locum Ambrosius memoriter citavit, omnino legen-

## CAPUT XX.

*Post solutam ex Elisæi vaticinio diram Samariæ obsidionem, quanta fuerit quatuor leprosis honesti cura, enarratur.*

117. Et quid mirum si populo Dei decorum illud atque honestum curæ fuit, quando etiam leprosis, sicut in libris Regnorum legimus (*IV Reg. vi*), honestatis non defuit consideratio?

118. Fames erat magna in Samaria, quia obsederat eam Syrorum exercitus. Rex militares excubias supra murum sollicitus revisabat; interpellavit eum mulier dicens: Persuasit mihi hæc mulier ut afferrem filium meum, et attuli, et coximus, et comediimus eum; et promisit ut et ipsa postea filium suum afferret, et carnes illius simul manducarem: nunc autem <sup>e</sup> filium suum abscondit, et non vult eum afferre. Motus rex quod non solum humanis, sed etiam parricidalibus **137** cadaveribus mulieres pastæ viderentur, et tam atrocis calamitatis exemplo percitus, Elisæo prophetæ denuntiavit necem, cujus in potestate fore crederet, ut obsidionem solveret, propulsaret famem: vel quia non permiserat regi ut percuteret Syros, quos cæcitate perfuderat.

119. Sedebat Elisæus cum senioribus <sup>h</sup> in Bethel, et priusquam introiret ad eum regis nuntius, ait ad seniores viros: Si vidistis quoniam filius homicidæ illius misit auferre caput meum? Et introivit nuntius, et mandatum regis pertulit, denuntiantis præsens capitis periculum (*IV Reg. vi, 32, 33*). Cui respondit propheta: Hac hora die crastina mensura similaginis sielo, et duæ mensuræ hordei sielo in porta Samariæ. Et cum missus a rege nuntius non credidisset, dicens: si pluerit Dominus de cælo abundantiam frumenti, nec sic quidem id posset effici; dixit ad eum Elisæus: Quia non credidisti, oculis tuis videbis, et non manducabis (*IV Reg. vii, 1, 2*).

120. Et factus est subito in castris Syriæ velut quadrigarum sonus <sup>i</sup>, et vox multa equitum, et vox magnæ virtutis, atque ingens belli tumultus: et arbitrati sunt Syri quod rex Israel in societatem advocasset prælii regem Ægypti, et regem Amorrhæorum: et fugerunt diluculo relinquentes tabernacula sua; quoniam verebantur ne improvise adventu novorum opprimerentur hostium, et conjunctis regum viribus non possent resistere. Id incognitum Samariæ erat, quoniam victi metu, et fame tabidi, nec prætereundæ audebant (*Ibid. 6, 7*).

dum 65 millia, ut in sacris codicibus haberi, subducta mortuorum in singulis præliis ratione, cognoscitur.

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *filium suum negat, et abscondit eum*.  
<sup>h</sup> Edit., *in domo sua*. Et infra post duos versus, *filius hic homicidæ*. Utrobique autem mss. prope ad unum ut in textu.

<sup>i</sup> Edit. cum uno vel altero mss., *et vox multitudinis*; alii mss. non multi, *et voces multæ, quantum et vox magnæ virtutis*; cæteri nobiscum faciunt. Rursus vero ubi nos cum ant. edit. et cunctis mss., *et regem Amorrhæorum*, Rom. edit. substituerat, *et regem Ethæorum*.

121. Erant autem leprosi quatuor ad portam civitatis, quibus vita erat supplicium, et mori lucrum; et dixerunt ad se invicem: Ecce nos hic sedemus, et morimur. Si ingredimur urbem, moriemur fame; si manemus hic, nullum subsidium vivendi suppetit nobis: eamus in castra Syriae, aut compendium mortis erit, aut solutis remedium. Perrexerunt itaque, et intraverunt in castra: et ecce omnia nuda hostium. Ingressi tabernacula, primum repertis alimentis fugaverunt famem, deinde auri et argenti quantum potuerunt, diripuerunt. Et cum a soli praedae incumberent, disposuerunt tamen nuntiare regi fugisse Syros; quia id honestum arbitrabantur, quam represso indicio fovere fraudis rapinam.

122. Quo indicio egressus est populus, et diripuit castra Syriae, et commeatu hostium abundantiam fecit, annonae vilitatem reddidit secundum propheticum dictum; ut mensura similitudinum sicut, et duae mensurae hordei pari pretio constarent. In hac laetitia plebis nuntius ille in quo quiescebat rex, contritus inter exeuntium festinationem et remeantium exultationem, conculcatus a plebe, mortuus est (IV Reg. vii, 3 seq., 8 seq.).

### 138 CAPUT XXI.

*Esther vitae periculo honestatis decus secutam esse, immo et regem barbarum, illata nece viro amicissimo; amicitiam enim honestati semper conjungendam, ut Jonathae atque Alchimelech exempla probant.*

123. Quid Esther regina, nonne ut populum suum periculo exueret, quod erat decorum atque honestum, morti se obtulit, nec immitis regis trepidavit furor (Esther iv, 16)? Ipse quoque rex Persarum ferox, atque tumido corde, tamen decorum judicavit indicii insidiarum quae sibi paratae forent, gratiam repraesentare, populumque liberum a servitute eripere, eruere neci, nec parcere ei, qui tam indecora suavisset (Esther vi, 5 et seq.). Denique quem secundum a se, ac praecipuum inter omnes amicos haberet, cruci tradidit, quod deonestatum se ejus fraudulentis consiliis animadvertisset (Esther vii, 9).

124. Ea enim amicitia probabilis, quae honestatem tuetur, praeferranda sane opibus, honoribus, potestatibus: honestati vero praeferrere non solet, sed honestatem sequi. Qualis fuit Jonathae, qui pro pietate nec offensam patris, nec salutis periculum refugiebat (I Reg. xx, 29 et seq.). Qualis fuit Abimelech, qui pro hospitalis gratiae officii necem potius

A sui, quam prodicionem fugientis amici, subeundam arbitrabatur (I Reg. xxi, 6).

### CAPUT XXII.

*Honestatem amici causa non deserendam; si tamen adversus amicum testimonium dicendum fuerit, cautionem adhibendam. Inter amicos quis candor in aperiendo pectore, quae generositas in patiendo, quae in arguendo libertas requiratur? Amicitiam virtutum custodem esse, nec nisi in similibus morum hominibus inveniri. Eandem in corripiendo mitem, atque a propriis commodis alienam esse oportere; et inde quam vari divitibus veri amici! Quanta amicitiae dignitas; quae quo major, eo detestabilior amici perfidia, ut Judae atque amicorum Job exemplis cognoscitur.*

125. Nihil igitur praeferrendum honestati, quae tamen ne amicitiae studio praetereatur, etiam hoc Scriptura admonet de amicitia. Sunt enim plerumque philosophorum quaestiones: ° utrum amici causa quisquam contra patriam sentire necne debeat, ut amico obediat? Utrum oporteat ut fidem deserat, dum indulget atque intendit amici commoditatibus?

126. Et Scriptura quidem ait: *Clava, et gladius, et sagitta ferrata, sic homo est testimonium dans falsum adversus amicum suum* (Prov. xxv, 18). Sed considera quid astruat. Non testimonium reprehendit dictum in amicum, sed falsum testimonium. Quid enim si Dei causa, quid si patriae cogatur aliquis dicere testimonium? Numquid praeponderare debet amicitia religioni, praeponderare charitati civium? **139** In his tamen ipsis rebus requirenda est veritas testimonii; ne amicus appetatur amici perfidia, cujus fide absolvi debeat. Amicus itaque neque noxio gratificari debet, neque innocenti insidiari.

127. Sane si necesse sit dicere testimonium, si quid in amico vitii cognoverit, corripere occulte; si non audierit, corripere palam. Sunt enim bonae correptiones, et plerumque meliores quam tacita amicitia. Et si lardi se putat amicus, tu tamen corripe; et si amaritudo correctionis animum ejus vulneret, tu tamen corripe, ne verearis: *tolerabilia sunt enim amici vulnera, quam adulantium oscula* (Prov. xxvii, 6). Errantem igitur amicum corripe, innocentem amicum ne deseras. Constans enim debet esse amicitia, perseverare in affectu; non puerili modo amicos mutare vaga quadam debemus sententia.

128. Aperi pectus tuum amico, ut fidelis sit tibi

° Sic mss. longe plurimi, ac notae probatoris: nonnulli tamen et omnes edit., *soli possent praedae incubare, elegerunt*, etc.

<sup>b</sup> Omnes edit. cum paucis mss. *constitutus in porta inter*, etc.

<sup>c</sup> Omnes edit., *nec parcere neci ejus*.

<sup>d</sup> Cic. lib. iii Offic., pag. 393, lin. 30: *Maxime autem perturbantur officia in amicitiiis*, etc.

<sup>e</sup> Ibid., lin. 33: *At neque contra rempublicam*, etc. Item de Amic. pag. 424, lin. 1: *Quamobrem videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat*, etc.

<sup>f</sup> Rom. edit., *praeponderare charitati vitium*.

<sup>g</sup> Cic. Offic. lib. i, pag. 358, lin. 46: *Interdum etiam objurgationes in amicis vigent maxime*. Item de Amic. pag. 425, lin. 5: *Consilium verum dare gaudeamus libere*, etc.

<sup>h</sup> Roma. edit. sola: *Utiliora sunt amici vulnera*: vet. autem ac mss., *Tolerabilia, seu, tolerabiliora*; quidam tamen, *probabiliora sunt amici vulnera*, etc.

<sup>i</sup> Cic. de Amic. pag. 428, lin. 1: *Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum satietates*, etc.

<sup>j</sup> Ibid., pag. 426, lin. 15: *Tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum et voluntatum*, etc.



et capias ex eo vitæ tuæ jucunditatem. Fidelis enim amicus medicamentum est vitæ, et immortalitatis gratia (Eccli. vi, 16),<sup>a</sup> Defer amico ut æquali, nec te pudeat ut prævenias amicum officio; amicitia enim nescit superbiam. Ideo enim Sapiens dicit: *Amicum salutare non erubescas* (Eccli. xxii, 31).<sup>b</sup> Nec deseras amicum in necessitate, nec derelinquas eum, neque destituas; quoniam amicitia vitæ adjumentum est. Ideo onera nostra portemus, sicut Apostolus docuit (Galat. vi, 2); dicit enim his quos ejusdem corporis complexa est charitas. Etenim si amici secundæ res amicos adjuvant, cur non et in adversis amici rebus amicorum adjumentum suppetat? Juvemus consilio, conferamus studia, compatiatur affectu.

129. Si necesse est, toleremus propter amicum etiam aspera. Plerumque inimicitia subeundæ sunt propter amici innocentiam, sæpe obrectationes, si restiteris vel responderis, cum amicus arguitur et accusatur. Nec te poeniteat ejusmodi offensionis; justi enim vox est: *Etsi mala mihi evenerint propter amicum, sustineo* (Eccli. xxii, 31). In adversis enim amicus probatur; nam in prosperis amici omnes videntur. Sed ut in adversis amici patientia et tolerantia necessaria, sic in prosperis auctoritas congrua est; ut insolentiam extollentis se amici reprimat et redarguat.

130. Quam pulchre in adversis positus Job dicit: *Miseremini mei, amici, miseremini* (Job. xix, 21). Non quasi abjecta vox ista est, sed quasi censoria. Nam cum injuste argueretur ab amicis, respondit: *Miseremini mei, amici*; hoc est, misericordiam debetis facere: opprimitis autem vos et impugnat is hominem, cujus ærumnis compati **140** pro amicitia vos oportebat.

131. Servate igitur, filii, in vitam cum fratribus amicitiam, qua nihil est in rebus humanis pulchrius.<sup>d</sup> Solatium quippe vitæ hujus est, ut habeas cui pectus aperias tuum, cum quo arcana participes, cui committas secretum pectoris tui; ut coiloces tibi fidelem virum, qui in prosperis gratuletur tibi, in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur. Quam boni amici Hebraei poeri, quos a sui

<sup>a</sup> Cic. de Amic., pag. 427, lin. 38: *Quid hæc ut omitam, quam graves, quam difficiles plerisque videntur calamitatum societates, etc.*

<sup>b</sup> Ibid., pag. 428, lin. 20: *Sed maximum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori, etc.*

<sup>c</sup> Edit. ac pauci mss., *Quos eudem complexa est charitas.*

<sup>d</sup> Cic. de Amic. p. 421, lin. 39: *Quid dulcius quam habere quicum omnia audeas sic loqui, ut tecum, etc.*

<sup>e</sup> Lib. iii Offic., pag. 393, lin. 41: *Nam si omnia faciendū sint quæ amici velint, etc.* Item de Amic. pag. 424, lin. 15: *Quod si rectum statuerimus vel concedere amicis, etc.* Item lin. 27: *Hæc igitur prima lex in amicitia, etc.*

<sup>f</sup> Eras. m. et seq. edit. cum mss. nonnullis, propter amicitiam deseratur.

<sup>g</sup> Cic. de Amic. pag. 425, lin. 45: *Quamobrem hoc quidem... constat, ut opinor, bonis inter bonos, etc.* Item pag. 429, lin. 49: *Par est autem primum esse*

amore nec fornacis ardentis flamma divisit (Dan. iii, 16 et seq.)! De quo supra diximus (Supr. c. 9). Bene ait sanctus David: *Saul et Jonathas speciosi et charissimi, inseparabiles in vita sua, et in morte non sunt separati* (II Reg. i, 25).

132. Hic est amicitia fructus,<sup>e</sup> ut non fides<sup>f</sup> propter amicitiam destruat. Non potest enim homini amicus esse, qui Deo fuerit infidus. Pietatis custos amicitia est, et æqualitatis magistra; ut superior inferiori se exhibeat æqualem, inferior superiori. Inter<sup>g</sup> dispares enim mores non potest esse amicitia; et ideo convenire sibi utriusque debet gratia. Nec auctoritas desit inferiori, si res poposcerit, nec humilitas superiori. Audiat quasi parem, quasi æqualem: et ille quasi amicus moneat, objurgat, non jactantia studio, sed affectu charitatis.

133. Neque<sup>h</sup> monito aspera sit, neque objurgatio contumeliosa; sicut enim adulationis fugitans amicitia debet esse, ita etiam aliena insolentia. Quid est enim amicus, nisi consors amoris,<sup>i</sup> ad quem animum tuum adjungas atque applices, et ita misceas, ut unum velis fieri ex duobus, cui te tamquam alteri tibi committas, a quo nihil timeas, nihil ipse commodi tui causa inhonestum petas? Non enim vectigalis amicitia est, sed plena decoris, plena gratia. Virtus est enim amicitia, non quæstus; quia<sup>k</sup> non pecunia paritur, sed gratia: nec licitatione pretiorum, sed concertatione benevolentia.

134. Denique meliores amicitia sunt inopum plerumque quam<sup>l</sup> divitum: et frequenter divites sine amicis sunt, quibus abundant pauperes. Non est enim vera amicitia, ubi est fallax adulatio. Divitibus itaque plerique assentatorie gratificantur: erga pauperem<sup>m</sup> nemo simulator est. Verum est quidquid defertur pauperi, hujus amicitia invidia vacat.

135. Quid amicitia pretiosius, quæ angelis communis et hominibus est? Unde et Dominus Jesus dicit: *Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui recipiant vos in æterna tabernacula sua* (Luc. xvi, 9). Ipse nos Deus amicos ex servulis facit, sicut ipse **141** ait: *Jam vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis* (Joan. xv, 14). Dedit formam amicitia quam sequamur, ut faciamus amici voluntatem, ut

*virum bonum, tum alterum similem sui quærere, etc.*

<sup>h</sup> Lib. i Offic. pag. 370, lin. 9: *Magna autem ex parte clementi castigatione licet uti, etc.* Item de Amic. pag. 430, lin. 48: *Nam et monendi amici sepe sunt et objurgandi, etc.*

<sup>i</sup> Cic. de Amic. pag. 429, lin. 41: *Est enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem... Et alterum acquirit cujus animum ita cum suo commisceat, etc.*

<sup>j</sup> Ibid., pag. 425, lin. 50: *Atque etiam mihi quidem videtur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, etc.*

<sup>k</sup> Edit. ac mss. aliquot, *non pecunia quaritur.*

<sup>l</sup> Cic. de Amic. p. 426, lin. 42: *Hæc enim est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas... Coluntur tamen simulatione amicitia, etc.... Multorum opes præpotentium excludunt fideles amicitias, etc.*

<sup>m</sup> Gill. ac Rom. edit., *nemo assentator est.*

aperiamus secreta nostra amico quaecumque in pectore habemus, et illius arcana non ignoremus. Ostendamus illi nos pectus nostrum, et ille nobis aperiat suum. *Ideo, inquit, vos dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis (Joan. xv, 14).* Nihil ergo occultat amicus, si verus est: effundit animum suum, sicut effundebat mysteria Patris Dominus Jesus.

136. Ergo qui facit mandata Dei, amicus est; et hoc honoratur nomine. Qui est unanims, ipse amicus est: quod unitas animum in amicis sit: neque quisquam detestabilior, quam qui amicitiam læserit. Unde in proditore Dominus hoc gravissimum invenit, quod ejus condemnaret perfidiam, quod gratiæ vicem non repræsentaverit, et convivii amicitiae venenum malitiæ miscuerit. <sup>a</sup> Itaque sic ait: *Tu vero homo unanims, dux meus et notus meus, qui semper mecum dulces capiebas cibos (Psal. lrv, 14)!* Hoc est, non potest sustineri istud, quia unanims appetisti eum, qui tibi donaverat gratiam: *Nam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique (Ibid., 13);* et ab eo **142** qui me oderat,

<sup>a</sup> Cod. Benig., de quo loco, ut supra diximus, bene ait sanctus David: tu vero, etc.

absconderem me. Inimicus vitari potest, amicus non potest, si in-idiari velit. Illum cavemus cui non committimus consilia nostra: hunc cavere non possumus, cui commisimus. Itaque ad acervandam peccati invidiam non dixit: Tu vero servus meus, apostolus meus; sed: Unanims meus; hoc est, non meus, sed etiam tuus proditor es, qui unanimum prodidisti.

137. Dominus ipse cum a tribus regibus offensus esset, qui sancto Job non detulissent, ignoscere his per amicum maluit, ut amicitiae suffragium remissio fieret peccatorum. Itaque rogavit Job, et Dominus ignovit. Profuit illis amicitia, quibus obfuerat insolentia (*Job, xlii, 7 et seq.*).

#### CONCLUSIO.

138. Hæc apud vos deposui, filii, quæ custodiatis in animis vestris: quæ utrum aliquid profectus habeant, vos probabit; interim copiam multam exemplorum offerunt: nam prope omnia Majorum exempla, plurima quoque dicta his tribus inclusa libris tenentur; ut et si sermo nihil deferat gratiæ, series tamen vetustatis quodam compendio expressa plurimum instructionis conferat.

## ADMONITIO IN LIBROS SEQUENTES, UBI ET DE VIRGINUM SACRARUM ORIGINE DISSERITUR.

*Virginitatis institutum cum in ipsis Christi Domini verbis, Doctorisque gentium consiliis stabilitum sit, atque in Ecclesia maximo semper fuerit in pretio; non immorabimur in refellendis illis hæreticis qui contra manifestam Scripturæ ac universæ traditionis auctoritatem, vel cælibatum postposuere matrimonio, vel continentiae vota tamquam temeraria, impia atque illicita proscripserunt. Sed quoniam inter catholicos alii jam ab ipsis Ecclesiæ incunabulis affirmant exstitisse virgines, quæ tum solemnia continentiae vota nuncuparent, tum etiam communem vitam in monasteriis amplecterentur: alii autem ipsis sola privata vota, et vitam aut in multarum sæculari contubernio, aut singulatim in paternis domibus actam concedunt: alii demum in ipsis simplex propositum quod illæ velo et vestium suarum modestia testabantur, agnoscunt, Ambrosio nostro primam parthenonum institutionem attribuentes; non ingratum duximus fore, si paulo uberius de eodem argumento proloqueremur.*

*Primam opinionem constat susceptam esse a pluribus, qui eam dissertationibus et ingentibus etiam voluminibus propugnare conati, Patrum et conciliorum quorundam testimonia, multorumque martyrum Acta congesterunt. Nihilominus tamen magnas ipsa difficultates pati videtur. Romanæ leges cælibatum severe prohibebant ac puniebant: Christianorum vel minimos cogi conventus nequaquam sinebant idololatræ; qui etiam pro sua libidinis impotentia maxime in virgines debacchabantur. Hæc tamen difficultatum repagula eorum quæ in martyrum bene multorum Actis leguntur, auctoritate removerentur, nisi illam elevaret vehemens suspicio, ne dicamus indicia prope manifesta, corruptionis. Quod autem ad allatos Patrum aut Conciliorum locos, facile illos ita exponunt alii, ut in suas etiam partes traducant.*

*Proinde lubentes cum Innocentio I agnoscimus duo sacrarum virginum genera; nimirum alias quæ Christo specialiter nupserunt, et velari a sacerdote meruerunt: et alias quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se manere promiserunt (Epist. ad Victric. Rotomag.). At vero utrasque perpetuo virginitatis voto astrictas fuisse contendimus. Et certe illud Patribus, maxime autem Augustino familiare videmus esse, ut voces propositum ac votum eodem usurpent significatu. Neque votum apud ipsos quoque scholasticos aliud sonat quam propositum voce firmatum. Quod utique sacræ illæ virgines factiabant, cum illud vestium mutatione, ac loci in Ecclesia separati occupatione palam facerent.*

*Quod si obtendant Cypriani locum, ubi præcipit: Quæ perseverare nolunt aut non possunt, melius est nubant, quam in ignem delictis suis cadant (Epist. ad Pompon.); id ea ratione statutum esse respondetur ob lapsum quarundam virginum, quæ offensionem Ecclesiæ etiam crudelitate tyrannorum vexatæ pariebant. Quocirca licet istius modi conjugia majorem in modum condemnaret, ea tamen tamquam minora mala vitandis majoribus toleranda censuit verius, quam probavit. Quin etiam sanctus Epiphanius (Hæres. 61) ad*

post eum Augustinus (*Lib. de Bono Viduit. cap. 10 et 11*) quorum temporibus virginum illarum vota usitata fuisse non dissentent adversarii, matrimonium post emissa vota contractum vltant dissolvi propter maritos, qui quidem si alias uxores duxissent domum, majori scelere se obligassent. Iidem vero maximum asserunt ipsarum esse crimen, ac pœnis ecclesiasticis dignum. Quænam, obsecramus, alia mens fuit Cypriano? Numquid enim non dicit corruptas et pollutas illas virgines firmiter continere decrevisse, atque Christo se devovisse; quove pacto votum in his positum esse negari queat? Et hinc est profecto quod idem Pater cum Augustino asseverat (*Enarrat. in psal. LXXXIII et LXXV*) adulterio teneri feminas illas, quippe quæ datam Christo Domino fidem fregissent.

Maneat igitur virginum et continentium vivendi rationem ipsi Christianæ religioni ætate non esse inferiorem: jam inde ab Apostolicis temporibus puellas exstitisse, quæ Deo virginitatem seu voto seu firmo perpetuæ continentiæ promisso consecrarent: postremo hæc vota coram episcopis, aut presbyteris, aut parentibus, aut tandem omnibus christianis per externa illa indicia, quæ jam ante memoravimus, declarari consuevisse. Difficillimis autem vastatæ atque sub acerbissima tyrannide gementis Ecclesiæ temporibus eadem virgines in paternarum ædium secreto debebant. Postquam vero divinæ benignitatis ope fidelibus tranquillitas concedi cœpta, illæ ipsæ Homini Dei sponsæ monasteria instituere aggressæ sunt in Oriente; unde Athanasius ob Arianorum persecutionem Romam per fugere coactus, ut nonnulla ibi constituerentur, causam præbuit. Illic quidem hoc vitæ genus initio minus valuit apud nobiles (*Ilieron. de laudib. Marcellæ*): at vero cum illud illustres quædam matronæ essent amplexæ, sensim in alias religiones maximi cujusque præsulis studio propagatum est.

In juvando tam sancto tamque utili instituto nemini inferiorem sese ostendit magnus Ambrosius; illud quippe non modo in diœcesi propria admissum totis viribus fovit atque auxit; verum etiam per vicinas provincias et trans maria quoque usque in Africam ac Mauritaniam amplificavit. Unde agnoscas sancto Antistiti sin minus primi apud Italos sancimonialium parentis laus debeat, proximam tamen eidem non posse nisi injuria negari, patroni scilicet ac propagatoris. Ut autem qua ratione virginitatis professio dilatata est, manifestius appareat, librorum, quos hic edimus, analysim aggredimur.

Cum nihil antiquius haberet vir sanctus, quam ut populum sibi creditum salutari doctrina informaret, operæ pretium episcopatus sui initio facturum se duxit, si demonstrata virginitatis sanctitudo ad eam profitendam christianas puellas pro sua virili accenderet. Habuit igitur de hoc argumento sermones tanta cum eloquentia et vehementia, ut maria ipsa pervaderent. Horum excita rumore beata ipsius soror Marcellina, eidem per litteras tam lætum prosperumque successum gratulata est: quem etiam ut quæ viva voce pronuntiabat, quando sibi coram audire minime liceret, saltem transmitteret scripto mandata, obsecravit. Quare ut tam justæ petitioni obsequeretur, conciones suas in tres illos libros, quos etiam nunc habemus, digerere animum induxit.

In primo libro virginitatis dignitatem expendit, ac post singularem sui demissionem statim in exordio demonstratam, quænam ad scribendum ipsum impulerint, aperit. Tum beatæ Agnetis cujus natalis inciderat in eum diem, præmissa laudatione, virginitatem a Deo Patre ad nos una cum Verbo descendisse affirmat. Inde colligit nullam apud Ethnicos, apud Hebræos autem adumbratam solum exstitisse virtutem illum: quam tametsi nequitiam imperetur, tamen matrimonio longe præstare compositis inter se ambobus, palam facit. Hinc arrepta occasione parentes ac potissimum viduus amanter arguit, quod filias ne vel ipsum de hac materia audirent concionantem, prohiberent. Ut autem quantopere hac in re peccent, planius fiat, illis ob oculos puellarum quæ Placentia et Bononia, immo etiam e transmarinis plagis Mediolanum Christo nupturæ veniebant, exemplum ponit. Ad postremum narrato pulcherrimo facinore cujusdam virginis, quæ ab altari, priusquam profiteretur continentiam, a suis avelli non potuit, liber clauditur.

In secundo virginum instituere mores aggressus, id a se negat commodius præstari posse quam exemplis, quorum primum ac præcipuum a Dei matre virginum omnium antesignana mutuatur. Hujus virtutes breviter quidem, sed summo cum ornatu et eloquentia describit. Huc Theclam addit Pauli discipulam, ac Mediolanensis Ecclesiæ patronam, quam illæ velut absolutum exemplar in se conentur exprimere. Verum ne exempla illa viribus suis majora causarentur, tertium ipsumque memoriæ recentioris eis objicit. Erat hæc virgo christiana, quæ dum se sponte exponit martyrio, ad lupanar a tyranno damnatur; unde christiani militis ope dirinitus elapsa, cum eo tandem martyrii palmam consecuta est. Deinde sanctus Præsul ad idololatriæ considerationem mentem reflectens, in laudatissima Damonis atque Pythiæ historia, nihil observari posse contendit, quod jure cum generosæ illius virginis constantia possit conferri. Denique excusata ista forte paulo nimia, quam in oratione adhibuerat, arte ac facundia, id eo consilio factum asserit, ut vi majori et suavitate ad Deum animos pelliceret.

Tertium librum orditur ab ea exhortatione, quam Liberius pont. max. ad Marcellinam cum Romæ in Basilica Apostolorum, ipso Dominici natalis festo, spectante fidelium innumera multitudine, velaretur, habuit. Ea cum fratre sæpius de hoc ipso sermone fuerat collocuta, cui proinde illum integrum hoc loco qui videbatur maxime opportunus, suis, non Auctoris verbis expressum, misit. Is autem erat animi fervor in hac virgine, ut intra Liberii præceptorum cancellos non clauderetur. Suadet itaque amantiſſimus juxta ac prudentiſſimus frater, ut remissis tantisper jejuniis, impensius orationi, atque interno reliquarum virtutum studio vacet. Cum vero isthæc non sorori tantum vellet profesſe, verum etiam altarum virginum institutioni, quid sequi, quidve fugere ipsa

oporteat, præscribit: atque imprimis a conviviolorum ac saltationis usu deterret. Postremo ubi *Marcellinæ* a qua interrogatus fuerat de illis virginibus quæ mortem sibi consciverant voluntariam, fecit satis, martyrium *Sotheris* cognationis vinculo sibi conjunctæ narrat, ac demum libro coronidem imponit. Quidquid enim deinceps legitur in editis cum in omnibus mss. tractatum distinctum constituat; id post librum de *Viduis* visum est rejiciendum.

Hos quidem libros ab se tertio episcopatus sui anno, id est, a reparata salute 377 compositos ipse testatur (*Lib. II, cap. 7*): sermones tamen quibus eos constare supra diximus, ante aliquod tempus pronuntiatos fuisse necessum est; cum eorum fana loca tam vastis maris tractibus sejuncta peragrasset. In quo sane illud non possumus non admirari, hominem vixdum a provinciæ administratione sæcularibusque tribunalibus abductum, sacris litteris et Christiana facundia tam exquisite instructum se præbuisse, ut libros conscriberet, *Hieronymi* (*Epist. ad Eustoch.*, et *Apolog. advers. Jovinian.*), *Augustini* (*Lib. IV de Doctr. Christ. cap. 21*), atque omnium eorum, qui sequentibus sæculis in Ecclesia floruerunt, laudibus cumulandos.

# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## DE VIRGINIBUS

AD MARCELLINAM SOROREM SUAM

LIBRI TRES.<sup>o</sup>

LIBER PRIMUS.

### 145 CAPUT PRIMUM.

*Ambrosius ab unoquoque verborum talentorumque suorum reddendam Deo rationem intelligens, ad scribendum mentem appellit; tum recensitis aliquot divinæ misericordiæ exemplis, provocat sese ad bene sperandum: sed mox illi officio imparem se esse confessus, ut secum tamquam cum evangelica ficu agatur, optat; quo tamen os censoribus opprimat suis, sperare se testatur verba sibi non defutura, qui loquatur Christum.*

1. Si, juxta cœlestis sententiam veritatis (*Matth. XII, 36*), verbi totius, quodcumque otiosum fuerimus locuti, habemus<sup>b</sup> præstare rationem: vel si unusquisque servus credita sibi talenta gratiæ spiritualis, quæ nummularis dividenda forent, ut crescentibus multiplicarentur usuris, intra terram suam vel quasi timidus fenerator, vel quasi avarus possessor absconderit (*Matth. XXV, 14 et seq.*), non mediocrem, domino revertente, offensam incidet; jure nobis verendum est, quibus licet ingenium tenue, necessitas tamen maxima eloquia Dei credita populi feneratorare mentibus, ne vocis quoque nostræ poscat ur usura: præsertim cum studium a nobis

<sup>a</sup> Scripti an. 377.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, præsentare rationem.

<sup>c</sup> Ita edit. omnes, ac mss. non pauci: alii vero aliquot, de nostris quoque nucleis, non satis recte; manifestum enim est Ambrosium nostrum, quæ sua

A Dominus, non profectum requirat. Unde scribendi aliquid sententia fuit. Majore siquidem pudoris periculo auditur vox nostra quam legitur; liber enim non erubescit.

2. Et quidem ingenio diffusus, sed divinæ misericordiæ 146 provocatus exemplis, sermonem meditari audeo; nam, volente Deo, etiam asina locuta est (*Num. XXII, 28*). Quod si mihi sub istius sæculi oneribus constituto assistat angelus, ego quoque muta diu ora laxabo; potest enim solvere impedimenta imperitiæ, qui in illa asina solvit naturæ. In arca veteris Testamenti virga floruit sacerdotis (*Num. XVII, 8*): facile Deo ut in sancta Ecclesia<sup>c</sup> de nostris quoque nodis flos germinet. Cur autem desperandum quod Dominus loquatur in hominibus, B qui est locutus in sentibus (*Exod. III, 4 et seq.*)? Deus nec rubum est dedignatus. Atque utinam meas quoque illuminet spinas! Erunt fortassis qui etiam in nostris sentibus aliquem<sup>d</sup> mirentur lucere fulgorem, erunt quos spina nostra non urat; erunt quibus de rubo audita vox nostra solvat de pedibus calceamentum, ut impedimentis corporalibus exuatur mentis incessus.

erat humilitas, seipsum cum virga rudi ac nodis aspera comparare.

<sup>d</sup> Mss. aliquantum multi, mereantur ducere fulgorem, quos spina nostra, etc.

3. Sed hæc sanctorum merita virorum. Utinam A me sub illa infructuosa (*Joan.* i, 48) adhuc ficu jacentem ex aliqua Jesus parte respiceret! ferret quoque post triennium fructus et nostra ficus (*Luc.* xiii, 6 et seq.). Sed unde tantum peccatoribus spei? Utinam saltem ille Evangelicus Dominicæ cultor vineæ ficum nostram fortasse jam jussus excidere, remittat illam et hoc anno, usque dum fodiat, et mittat coplinum stercoris; <sup>a</sup> ne forte de terra suscitet inopem, et de stercore erigat pauperem! Beati qui sub vile et olea equos suos alligant (*Gen.* xlix, 11), <sup>b</sup> laborum cursus suorum luci et lætitiæ consecrantes: me ficus adhuc, id est, illecebrosa deliciarum obumbrat prurigo mundi, humilis ad altitudinem, fragilis 147 ad laborem, mollis ad usum, sterilis ad fructum.

4. Ac fortasse miretur aliquis cur scribere audeo, B qui loqui nequeo. Et tamen si repetamus quæ legimus in Evangelicis Scripturis (*Luc.* i, 63, 64) et sacerdotalibus factis, ac nobis sanctus Zacharias propheta documento sit, inveniet esse quod vox non explicet, et stylus signet. Quod si nomen Joannis reddidit patri vocem, ego quoque desperare non debeo quod vocem licet mutus accipiam, si loquar Christum: cujus quidem generationem juxta propheticum dictum quis enarrabit (*Esai.* lxxviii, 8)? Et ideo quasi servus, <sup>c</sup> Domini familiam prædicabo; immaculatus enim Dominus immaculatam sibi familiam etiam in hoc pleno colluvionum fragilitatis humanæ corpore consecravit.

#### CAPUT II.

*Docet libri sui auspiciato proferrî exordium, cum natalis dies esset virginis, beatæ Agnetis videlicet: quam a nomine, a pudore, a martyrio elegantissime commendat: sed potissimum ab ætate; quippe quæ annos duodecim nata, terrores, promissa, cruciatus, mortem denique ipsam virili prorsus constantia detulcerit.*

5. Et bene procedit, ut quoniam hodie natalis est virginis, de virginibus sit loquendum, et a prædicatione liber sumat exordium. Natalis est virginis, integritatem sequamur. Natalis est martyris, hostias immolemus. Natalis est sanctæ Agnes, mirentur

<sup>a</sup> Edit., nam forte de terra; quædam, nam forte, etc.

<sup>b</sup> Omnes edit. cum paucis mss., laborem cursum suorum paci et lætitiæ consecrantes, ne ficus... obumbret; alii mss. majori numero et auctoritate, ut in textu.

<sup>c</sup> Rom. edit. ac mss. nonnulli, Domini famulam... immaculatam sibi famulam; melius vet. edit. cum reliquis mss. utrobique, familiam. Etenim hic universum de virginum statu atque ordine prius loquitur, ac deinde ad aliquam singillatim laudandam progreditur.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, mirentur inuuptæ, et imitentur.

<sup>e</sup> Eadem rom. edit. sola, vacuum laudis est: sed vocem luce ex ant. edit et cunctis mss. restituumus. Dicitur autem laudabile hoc nomen esse, quod agna sive Agnes, Græce ἀγνή, id est, pura, tum innocentis symbolum sit, tum religionis; cum ad sacrificium quondam maxime destinatum fuerit illud animal.

<sup>f</sup> Edit. omnes enim Teller. cod., Appellabo martyrem. Prædicavi satis. Prolixa, etc. Elegantius autem reliqui mss. ut in textu, nisi quod pro prædicabo, non pauci legunt prædicavi. Rursus vero post duos

virum, non desperent parvuli; <sup>d</sup> stupeant nuptæ, imitentur inuuptæ. Sed quid dignum de ea loqui possumus, cujus ne nomen quidem <sup>e</sup> vacuum luce laudis fuit? Devotio supra ætatem, virtus supra naturam; ut mihi videatur non hominis habuisse nomen, sed oraculum martyris, quo indicavit quid esset futura.

6. Habeo tamen unde mihi subsidium comparetur. Nomen virginis titulus est pudoris. <sup>f</sup> Appellabo martyrem, prædicabo virginem. Satis prolixa laudatio est, quæ non quæritur, sed tenetur. Facessant igitur ingenia, eloquentia conticescat, vox una præconium est. Hanc senes, hanc juvenes, hanc pueri canant. Nemo est laudabilior, quam qui ab hominibus laudari potest. Quot homines, tot præcones, qui martyrem prædicant, dum loquuntur.

7. Hæc <sup>g</sup> duodecim annorum martyrium fecisse 148 traditur. Quo detestabilior crudelitas, quæ nec minusculæ pepercit ætati: immo magna vis fidei, quæ etiam ab illa testimonium invenit ætate. Fuitne in illo corpuseulo vulneri locus? Et quæ non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo ferrum vinceret. At istius ætatis puellæ torvos etiam vultus parentum ferre non possunt, et acu districta solent puncta flere, quasi vulnera. Hæc inter eruentas carnificum impavida manus, hæc stridentium gravibus immobilis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata: vel si; ad aras invita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsi sacrilegis <sup>h</sup> focis tropæum Domini signare victoris: nunc ferratis colla manusque ambas inserere nexibus: sed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere.

8. Novum martyrii genus? Nondum idonea pœnæ, et jam matura victoriæ: certare difficilis, facilis coronari: magisterium virtutis implevit, quæ præjudicium vehebat ætatis. Non sic ad thalamum nupta properaret, ut ad supplicii locum lata successu, gradu festina virgo processit, non intorto erine caput compta, sed Christo: non flosculis redimita, sed moribus. <sup>i</sup> Flere omnes, ipsa sine fletu. Mirari ple-

versus rom. edit. sola, Vox una præconum est, minus congrue.

<sup>g</sup> Rom. edit., Hæc tredecim annorum, etc. Sic etiam non solum ejusdem sanctæ martyris Acta beato Ambrosio inter ejus epistolas nequicquam, ut suo loco ostendemus, inscripta, sed et magus Augustinus serm. de Diversis, 101, in edit. nova 275, quamquam in Floriacensi mss. hæc verba tredecim annorum omnino desint. Verum tamen minime mutanda mss. omnium, ac vet. edit. lectio. Solemus quippe eos qui tertium decimum annum necdum impleverint, promiscue vel duodecim vel tredecim annorum vocitare. Illam autem scriptores cum Baronio satis conveniunt in ultima persecutione fuisse passam. Cujus quidem festum apud Græcos die 14 et 21 Januarii, nec non 15 Julii celebratur, apud Latinos vero 21 et 28 Januarii.

<sup>h</sup> Tropæum Domini signare, id est, crucis figuram sublati in altum brachiis exprimere, quod primis christianis familiare fuit inter orandum.

<sup>i</sup> Nonnulli mss., Flere omnes propinqui poterant.

rique quod tam facile vitæ suæ prodiga, quam nondum hauserat, jam quasi perfuncta donaret. Stupere universi, quod jam divinitatis teatis existeret, quæ adhuc, <sup>a</sup> arbitra sui per ætatem esse non posset. Effecit denique ut ei de Deo crederetur, cui de homine adhuc non crederetur. Quia quod ultra naturam est, de auctore naturæ est.

9. Quanto terrore egit carnifex ut timeretur, quantis blanditiis ut snaderet! quantorum vota ut sibi ad nuptias perveniret! At illa: Et hæc <sup>b</sup> Sponsi injuria est exspectare placitum. Qui me sibi <sup>c</sup> prior elegit, accipiet. Quid, percussor, moraris? Pereat corpus quod amari potest oculis quibus nolo. Stetit, oravit, cervicem inflexit. Cerneres trepidare carnificem, quasi ipse addictus fuisset: tremere percussoris dextram, pallere ora alieno timentis periculo, <sup>B</sup> cum puella non timeret suo. Habetis igitur in una hostia duplex martyrium, pudoris et religionis. Et virgo permansit, et martyrium obtinuit.

### 149 CAPUT III.

*Variis e capitibus virginitalis laudes petuntur, sed hinc imprimis quod e cælo Verbum elicere in terram ipsa meruerit; unde postea ejus studium quod sub antiquo fœdere in paucis floruerat, propagatum est in innumeris.*

10. Invitat nunc integritatis amor, et tu, soror sancta, <sup>d</sup> vel mutis tacita moribus, ut aliquid de virginitate dicamus; ne veluti transitu quodam perstricta videatur, quæ principalis est virtus. Non enim ideo laudabilis virginitas, quia et in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres faciat.

11. Quis autem humano eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legibus? Aut quis naturali voce complecti, quod supra usum naturæ sit? E cælo accersivit quod imitaretur in terris. Nec immerito vivendi sibi usum quæsitivæ e cælo, quæ sponsum sibi invenit in cælo. Hæc nubes, æra, angelos, sideraque transgrediens, Verbum Dei in ipso sinu Patris invenit, et toto hausit pectore. Nam quis tantum cum invenit, relinquat boni? *Unguentum enim exinanitum est nomen tuum: propterea adolescentulæ dilexerunt te, et attraxerunt te (Cant. 1, 1).* Postremo non meum est illud, quoniam quæ non nubent, neque nubentur, erunt sicut angeli in cælo (*Matth. xxii, 30*). Nemo ergo miretur si angelis comparentur, quæ angelorum Domino

<sup>a</sup> Rogabit forte aliquis cur Agnem tredecim annos natam, arbitram sui aut ad ferendum testimonium habilem exstitisse neget Ambrosius, cum ex Tertulliano lib. de Virgin. velandis cap. 11, constet moris fuisse apud Ethnicos, ut puellæ 12 anno, masculi autem 14, ad sua negotia mitterentur. Verum observant ejus commentatores pupillas etsi a negotiorum tutela liberatas, nondum tamen absolvi a tutela auctoritatis. Unde licet propria negotia agere permitterentur, tamen quia etiamtum sub muliebri tutela erant, multa eisdem prohibebantur, quæ apud ipsos reperias. Postea vero legem de *venia ætatis* masculis anno 20, puellis 18, edidit Constantinus Magnus. Vide cod. Theod. ad hunc titulum, et Cassiod. lib. iii Variar. form. 41, atque in eosdem Godefridi ac Fornerii observationes.

A copulantur. Quis igitur neget hanc vitam fluxisse de cælo, quam non facile invenimus in terris, nisi postquam Deus in hæc terreni corporis membra descendit (*IV Reg. ii, 11*)? Tunc in utero <sup>e</sup> virgo concepit, et Verbum caro factum est, ut caro fieret Deus (*Matth. xvii, 3*).

12. Dicit aliquis: Sed etiam Elias nullis corporei coitus fuisse permixtus cupiditatibus invenitur. Ideo ergo curru raptus ad cælum, ideo cum Domino apparet in gloria, ideo Dominici venturus est præcursor adventus (*Malac. iv, 3*). Et Maria tympanum sumens pudore virgineo choros duxit (*Exod. xv, 20*). Sed considerate cujus illa speciem tunc gerebat. Nonne Ecclesiæ, quæ religiosos populi cœtus qui carmina divina concinerent, immaculato virgo spiritu copulavit? Nam etiam templo Hierosolymis fuisse legimus virgines deputatas. Sed quid Apostolus dicit? *Hæc autem in figura contingebant illis, ut essent indicia futurorum (I Cor. x, 11)*; figura enim in paucis est, vita in pluribus.

15. At vero posteaquam Dominus in corpus hoc veniens, contubernium divinitatis <sup>f</sup> et corporis sine ulla concretæ confusionis labe sociavit, tunc toto orbe diffusus corporibus humanis vitæ cœlestis usus inolevit. Hoc illud est quod ministrantes in terris angeli (*Matth. iv, 11*) declararunt futurum **150** genus, quod ministerium Domino immaculati corporis obsequiis exhiberet. Hæc est cœlestis illa militia, quam laudantium exercitus angelorum promittebat in terris. Habemus ergo auctoritatem vetustatis a sæculo, plenitudinem professionis a Christo.

### CAPUT IV.

*Negatur virginitalis decus in ethnicis ullis umquam exstitisse, puta in Vestalibus sacris deæ Phrygiæ ac Liberi patris, atque etiam in philosophis: ubi et de Pythagorea virgine, in qua tametsi laudatur animi magnitudo, continentia tamen desideratur; cum utraque in nostris virginibus emineat.*

14. Certe non est hoc mihi commune cum gentibus, non populare cum barbaris, non cum cæteris animantibus usitatum: cum quibus etsi unum eundemque vitalem aeris hujus carpinus spiritum, vulgarem terreni corporis participamus statum, generandi quoque non discrepamus usu; hoc solo tamen naturæ parilis convicia declinamus, quod virginitas affectatur a gentibus, sed consecrata

<sup>b</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *injuria est, inquit* (mss. omittunt *inquit*), *exspectare placituram*: alii mss.... *exspectare placitum*. Aptius. Sed quid si legamus *spectare pro exspectare*? Certe hoc ultimum loco prioris, perpetuo exhibent mss.

<sup>c</sup> Plures mss. *priorem elegit*: melius tamen *alii*, et cunctæ edit., *Prior elegit*.

<sup>d</sup> Mss. duo, *vel mitibus tacita moribus*; reliqui et omnes edit., *vel mutis*, etc. Rom. edit. addit, *petis*; at nulla causa, cum aperte subiintelligatur *invitas*; ubi Marcellinam sororem alloquitur, de qua in Admonitione.

<sup>e</sup> Vocem *virgo* edit. Rom. detraxerat, sed contra aliarum ac mss. omnium fidem.

<sup>f</sup> Pauci mss. *et corporis ne ulla....labe sociavit*.

violatur : incursatur a barbaris, nescitur a reliquis. **A** Igitur quæ mentis potuit tegere secretum, corporis

15. Quis mihi prædendit <sup>a</sup> Vestæ virgines et Pal-ladis sacerdotes? Qualis ista est <sup>b</sup> non morum pudicitia, sed annorum : quæ non perpetuitate, sed ætate præscribitur! Petulantior est talis integritas, cujus corruptela seniori servatur ætati. Ipsi docent virgines suas non debere perseverare, nec posse, qui virginitati finem dederunt. Qualis autem est illa religio, ubi pudicæ adolescententes jubentur esse, impudicæ anus? Sed nec illa pudica est, quæ lege retinetur : et illa impudica, quæ lege dimittitur. O mysteria! o mores! ubi necessitas imponitur castitati, auctoritas libidini datur. Itaque nec casta est, quæ metu cogitur : nec honesta, quæ mercede conducitur : nec pudor ille, qui intemperantium oculorum quotidiano expositus convicio, flagitiosis aspectibus verberatur. Conferuntur immunitates, offeruntur pretia; quasi non hoc maximum <sup>c</sup> petulantia sit indicium, castitatem vendere. Quod pretio promittitur, pretio solvitur: pretio addicitur, pretio annumeratur. Nescit redimere castitatem, quæ vendere solet.

16. Quid de <sup>d</sup> sacris Phrygiis loquar, in quibus impudicitia disciplina est, atque utinam sexus fragilioris! Quid de orgiis Liberi, ubi religionis mysterium est incentivum libidinis? Qualis igitur potest ibi vita esse sacerdotum, ubi colitur stuprum deorum? Non habent igitur <sup>e</sup> sacram virginem.

17. Videamus ne forte aliquam vel philosophicæ **151** præcepta formaverint, quæ magisterium sibi omnium solet vindicare virtutum. Pythagorea quædam una ex virginibus <sup>f</sup> celebratur fabula, cum a **C** tyranno cogeretur secretum prodere, ne quid in se ad extorquendam confessionem vel tormentis lice-ret, morsu linguam abscidisse, atque in tyranni faciem despuisse; ut qui interrogandi finem non faciebat, non haberet quam interrogaret.

18. Eadem tamen forti animo, sed tumentis utero, exemplum taciturnitatis et proluvium castitatis, victa est cupiditatibus, quæ tormentis vinci nequivit.

<sup>a</sup> Virgines Christianas Vestalibus cum alibi non semel opponit atque antepōnit Ambrosius noster, at maxime hoc loco et Relat. adversus Symm., quæ si invicem conferre non pigeat, lucem ex mutua contentione accipient. De ipsarum autem institutione, numero, officio, privilegio ac vivendi forma tractant abunde Dionysius Halicar. lib. II, J. Lipsius de Vestalibus, et Joseph Laurentius pluribus locis.

<sup>b</sup> Quidam mss., non morum prudentia.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., petulantium sit indicium. Et post pauca, pretio addicitur, pretio remuneratur.

<sup>d</sup> *Sacra phrygia* celebrabantur in honorem Cybeles matris deorum, cujus sacerdotes erant evirati quidam nebulones qui Galli dicebantur. De quorum sacrorum institutione multa refert Lucianus in *Dea Syria*; sicut de eorundem Agyrtarum seu Gallorum spurcis ac infandis libidinibus et imposturis in Asino, quæ in suum postea transtulit auxitque Apuleius. Vide hac de re præter Servium in IX *Æneidos*, Arnobium etiam lib. V, et August. lib. VI de *Civ. Dei*, cap. 7, et lib. VII, cap. 25, atque alios. *Orgia* vero eadem erant ac bacchanalia, quæ ita vocabantur a verbo *ὀργίζεσθαι*, id est, irasci ac furere, quod hujus sacris proprium fuisse ignorat nemo. De illis agunt T. Livius dec. 4, lib. IX; August. de *Civ. Dei*, lib.

non texit opprobrium. Vicit naturam, sed non tenuit disciplinam. Quam vellet in voce <sup>g</sup> munimentum sui pudoris existere! Eoque fortasse <sup>h</sup> erudierat illam patientia, ut culpam negaret. Non igitur invicta undique; nam et tyrannus, licet non potuerit invenire quod interrogabat, tamen quod non interrogabat, invenit.

19. Quanto nostræ virgines fortiores, quæ vincunt etiam quas non vident potestates: quibus non tantum de carne et sanguine, sed etiam de ipso mundi principe sæculique rectore victoria est! *Ætate* utique Agnes minor, sed virtute major, triumpho numerosior, constantia confidentior, non sibi linguam propter metum abstulit, sed propter tropæum reservavit. Nihil enim habuit quod prodi timeret, cujus non erat criminosa sed religiosa confessio. Itaque illa secretum tantummodo celavit; hæc probavit Dominum, quem quia ætas nondum poterat confiteri, natura confessa est.

#### CAPUT V.

*Virginitatis patriam cælum esse, auctorem vero Dei Filium: qui cum virgo esset ante virginem, ex virgine tamen editus virginem Ecclesiam duxit uxorem. Ab ipsa susceptos nos omnes esse, cujus dotes nonnullas commemorantur. Ejusdem filias hinc præcellere quod virginitas non subjiciatur præcepto, quodque ad pietatis cultum facultatem suppeditet quam expeditissimam.*

20. In laudationibus solet patria prædicari et parentes; ut commemoratione auctoris dignitas successione exaggeretur: ego licet laudationem non susceperim virginitatis, sed expressionem; ad rem tamen pertinere arbitror, ut quæ sit ei patria, quis auctor, appareat. Ac prius ubi sit patria definiamus. Si enim ibi est patria, ubi genitale domicilium: in cælo profecto est patria castitatis. Itaque hic advena, ibi incola est.

21. Quid autem est castitas virginalis, nisi expers contagionis integritas? Atque ejus auctorem quem possumus æstimare, nisi immaculatum **152** Dei Filium, cujus caro non vidit corruptionem, divinitas

II, cap. 9, et uberius adhuc lib. VII, cap. 21; Jos. Laurentius variis locis, nec non alii.

<sup>g</sup> Rom. edit. cum ms. Teller., *sacra virginem*. Quæ lectio minime displiceret, si paulo firmicri patrocinio niteretur.

<sup>f</sup> Ita mss. omnes, excepto Teller. cum quo edit., *celebratur fabulis, cum*; Rom., *quæ cum, a tyranno... linguam abscidisse fertur*. Sed *fertur* additum fuisse ab iis, qui infinitivum *abscidisse* ad *celebratur* referendum esse non advertebant. Cæterum per virginem illam Pythagoream videtur sanctus Præses indicare Leænæ adversus Hipparchum conspirationis conscia et deprehensa, cum libera linguæ abscissione silentium retinisset, statuat meruit sub figura Leænæ ore patulo et lingua vacuo expressæ. Consule Herod. in *Terpsic.*, Thucid. lib. I, Plutarch. de *Garrul.*; Plinium lib. XXXIV, cap. 8, et alios.

<sup>h</sup> Mss. non pauci, *momentum sui pudoris*; unus, *monimentum, etc.*

<sup>i</sup> Omnes edit., *erudierat illam patientia*: optime vero cuncti mss.,... *patientia*; nam quod nonnulli habent, *patientiam*, scriptorum inscitia imputandum est.

non est experta contagionem? Videte igitur quanta A virginitatis merita sint. Christus ante virginem, Christus ex virgine; a Patre quidem natus ante sæcula, sed ex virgine <sup>a</sup> natus ob sæcula. Illud naturæ suæ, hoc nostræ utilitatis est. Illud erat semper, <sup>b</sup> hoc voluit.

22. Spectate et aliud virginitatis meritum: Christus virginis sponsus, et si dici potest, Christus virginæ castitatis; virginitas enim Christi, non virginitatis est Christus. Virgo est ergo quæ nupsit, virgo quæ nos suo utero portavit, virgo quæ genuit, virgo quæ proprio lacte nutrit, de qua legimus: <sup>c</sup> *Quanta fecit virgo Hierusalem! Non deficient de petra ubera, neque nix a Libano, aut declinabit aqua valido vento quæ portatur (Jerem. xviii, 13 et seq.)*. Qualis est hæc virgo quæ Trinitatis fontibus irrigatur: cui de B petra fluunt aquæ, non deficient ubera, mella funduntur? Petra autem est juxta Apostolum Christus. Ergo a Christo non deficient ubera, claritas a Deo, flumen ab Spiritu. Hæc est Trinitas quæ Ecclesiam suam irrigat, Pater, Christus, et Spiritus.

23. Sed et jam a matre descendamus ad filias. De virginibus, inquit sanctus Apostolus, *præceptum Domini non habeo (I Cor. x, 4)*. Si Doctor gentium non habuit, habere quis potuit? Et præceptum quidem non habuit, sed habuit exemplum. Non enim imperari potest virginitas, sed optari; nam quæ supra nos sunt, in voto magis quam in magisterio sunt. *Sed volo vos, inquit, sine sollicitudine esse. Nam qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo... et virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu. Nam quæ nupta est, cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat viro suo (I Cor. vii, 32-34)*.

#### CAPUT VI.

*Sanctus vir a se minime damnari matrimonium contestatus, tamen ut bona mulierum ac virginum inter se componat, primo quæ mala fecunditatem comitentur, puta dolores pariendi, molestias educandi, addictam viro servitutem, nimiam formæ atque ornamentorum curam, proponit: tum illis opponit majorem virginum formæ gratiam feliciorisque fecunditatem; quibus eas Ecclesiæ perquam similes fieri asseverat.*

24. Non ego quidem dissuadeo matrimonium, sed virginitatis attero beneficium. *Qui infirmus est, inquit, olera manducet (Rom. xiv, 2)*. Aliud exigo, aliud admiror. *Alligatus es uxori? Noli quærere solu-*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *renatus ob sæcula*.

<sup>b</sup> Mss. quatuor, *hoc voluit circa finem*: reliqui (uno excepto, ubi legas, *hoc fieri voluit*) exhibent tantum, *hoc voluit*. Sic etiam edit. cunctæ præter Rom. in qua legitur, *hoc esse voluit*. Eadem quoque Rom. post vocem *Christus*, proxime sequentem adjecit, *virgo*, quæ neque in ant. edit. neque in mss. ullis reperitur.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, *Quanta fecit virgo Israel*.

<sup>d</sup> Mss. quatuor, *hæc si non peccat, æterna est*: alii totidem, *hæc si non nubat, non peccat, æterna est*. Mss. reliqui et edit. ut in textu.

<sup>e</sup> Mss. duo, *cum multis bonis virginum*.

*tionem. Solutus es ab uxore? Ne quæsieris uxorem (I Cor. vii, 27)*. Hoc præceptum est copulatis. De virginibus autem quid ait? *Et qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: et qui non jungit, melius facit (Ibid., 38)*. Illa non peccat, si nubat: <sup>d</sup> hæc si non nubat, æterna est. Ibi remedium infirmitatis, **153** hic gloria castitatis. Illa non reprehenditur, ista laudatur.

25. Conferamus, si placet, bona mulierum <sup>e</sup> cum ultimis virginum. Jactet licet <sup>f</sup> secundo se mulier nobilis partu: quo plures generaverit, plus laborat. Numeret solatia filiorum, sed numeret pariter et molestias. Nubit et plorat. Qualia sunt vota, quæ fiunt! Concipit et gravescit. Prius utique impedimentum fecunditas incipit afferre, quam fructum. Parturit, et ægroiat. Quam dulce pignus quod a periculo incipit, et in periculis desinit, prius dolori futurum, quam voluptati! Periculis emitur, nec pro arbitrio possidetur.

26. Quid recenseam nutriendi molestias, instituendi <sup>g</sup> et copulandi? Felicius sunt istæ miseræ. Habet mater hæredes, sed auget dolores. Nam de adversis non oportet dicere, ne sanctissimorum parentum animi contremiscant. Vide, mi soror, quam grave sit pati, quod non oportet audiri. Et hæc in præsentem sæculo. Venient autem dies, quando dicant: *Beatæ steriles, et ventres qui non genuerunt (Luc. xxiii, 29)*. Filia enim hujus sæculi generantur, et generant: <sup>h</sup> filia autem regni abstinet a voluptate viri, et a voluptate carnis; ut sit sancta corpore et spiritu.

27. Quid ergo famulatus graves et addicta viri servitia replicem feminarum, quas ante jussit Deus servire quam servos (*Gen. iii, 16*)? Quæ eo prosequor, ut indulgentius obsequantur; quibus hoc si probæ, merces est charitatis: si improbæ, pœna delicti.

28. Hinc (*Cf. S. Aug. lib. iv, de Doctr. Christ. cap. 21*) illa nascuntur incentiva vitiorum, ut quæsitis coloribus ora depingant, dum viris displicere formidant, et de adulterio vultus meditantur adulterium castitatis. Quanta hic amentia, effugiam mutare naturæ, picturam quærere; et dum verentur <sup>i</sup> maritale judicium, prodere suum! Prior enim de se pronuntiat, quæ cupit mutare quod nata est. Ita dum aliis studet placere, prius sibi ipsa displicet. Quem D judicem, mulier, veriosem requirimus deformitatis tuæ, quam te ipsam, quæ videri times! Si pulchra es, quid absconderis? Si deformis, cur te formosam

<sup>f</sup> Nonnulli mss., *secundosa mulier nobilis partu*.

<sup>g</sup> Ita edit. cum parte mss.; at alia pars haud multo minor, et *copulandi filiam. Sunt istæ miseræ. Non satis apte*.

<sup>h</sup> Rom. edit., *filia autem... a voluntate viri, et a voluntate carnis*, etc. Vet. et mss. satis inter se consentiunt, nisi quod horum non pauci præ se ferunt, *filia autem regni abstinet*, etc.; quidam etiam pro *filia*, legunt *fili*, utque loci totius constructionem restituant, ita concludunt, *ut sit quod Joannes dicit: Qui non ex voluptate viri, neque ex voluptate carnis, sed ex Deo nati sunt*.

<sup>i</sup> Quidam mss., *maritale judicium, perdidere suum*.



esse mentiris, nec tuæ conscientiæ, <sup>a</sup> nec alieni gratiam erroris habitura? Ille enim alteram diligit, tu alteri vis placere. Et irasceri si amet aliam, qui adulterare in te docetur? Mala magistra es injuriæ tuæ. Lenocinari enim refugit, etiam quæ passa leonem est; ac licet vilis mulier, non alteri tamen, sed sibi peccat: tolerabilioraque propemodum in <sup>b</sup> altero crimina sunt; ibi enim pudicitia, hic natura adolteratur.

29. Jam quanto pretio opus est, ne etiam pulchra displiceat! Hinc pretiosa collo dependent monilia, inde per humum vestis trahitur aurata. Emitur igitur hæc species, an habetur? Quid, quod <sup>c</sup> etiam ad odorem variæ adhibentur illecebræ! **154** Gemmis onerantur aures, oculis color alter infunditur. Quid ibi remanet suum, ubi tam multa mutantur? Sensus <sup>B</sup> suos amittit mulier, et vivere posse se credit?

30. Vos vero, beatæ virgines, quæ talia tormenta potius quam ornamenta nescitis: quibus pudor sanctus veracunda suffusus ora, et bona castitas est decori: non humanis addictæ oculis, alieno errore merita vestra pensatis. Habetis sane et vos vestræ militiam pulchritudinis, cui virtutis militat forma, non corporis: quam nulla exstinguit ætas, nulla eripere mors potest, nulla ægritudo corrumpere. Solus formæ <sup>d</sup> arbiter petatur Deus, qui etiam in corpore minus pulchro diligit animas pulchriores. Non utri onus notum, non dolor partus; et tamen numerosior soboles piæ mentis, quæ omnes pro liberis habet: secunda successoribus, sterilis orbitatibus, <sup>e</sup> nescit funera, novit hæredes.

31. Sic sancta Ecclesia immaculata coitu, secunda partu, virgo est castitate, mater est prole. <sup>f</sup> Parturit itaque nos virgo non viro plena, sed spiritu. Partit nos virgo non cum dolore membrorum, sed cum gaudis angelorum. Nutrit nos virgo non corporis lacte, sed Apostoli (I Cor. III, 2), quo infirmam adhuc crescentis populi lactavit ætatem. Quæ igitur nupta plures liberos habet quam sancta Ecclesia, quæ virgo est sacramentis, mater est populis, cujus fecunditatem etiam Scriptura testatur dicens: *Quoniam plures filii desertæ magis quam ejus quæ habet virum* (Esai. LIV, 1)? Nostra virum non habet, sed habet sponsum; eo quod sive Ecclesia in populis, sive anima in singulis, Dei verbo, sine ullo <sup>g</sup> flexu pudoris, quasi sponso in nubis æterno, effeta injuriæ, <sup>D</sup> feta rationis.

<sup>a</sup> Mss. plerique, *nec alieni gratiam oris habitura. Minime male.*

<sup>b</sup> Omnes edit. cum paucis mss., *in adulterio crimina sunt*: ita etiam apud August. loco in marg. citato, qui isthæc ibi retulit in præclarum dictionis grandis exemplum: alii magno numero, *in altero*, etc., nimirum in eo quod hæc mulier admittit, quæ sibi peccat, non alteri.

<sup>c</sup> Edit. ac pauci mss., *etiam odorum variæ*, etc.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *arbiter petitur Deus... diligit animas.*

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *nescit funera hæredes.*

<sup>f</sup> Mss. aliquot, *Parturit itaque nos virgo non cum dolore*: alii vero et edit. prorsus conveniunt, nisi quod pro *parturit*, in Rom. edit. repositum est, *concipit*.

## CAPUT VII.

*Parentes ut ad virginitatem filias instituant, hortatur, eisque quot molestiæ nascantur ex voluptate quam illi quærunt in nepotibus, ponit ob oculos. Negat tamen a se prohiberi nuptias; quin immo illas contra hæreticos earundem adversarios tuetur: cæterum ipsis virginitatem anteponens, quanta sit virginum sponsi pulchritudo, quibusve ab eo muneribus illæ donentur, explicat: tum expositis in eam rem Canticorum locis aliquot, inde morum ac virtutum præcepta exprimit virginum conditioni accommodata.*

32. Audistis, parentes, quibus erudire virtutibus, quibus instituere disciplinis filias debeatis; ut habere possitis quarum meritis vestra delicta redimantur. Virgo Dei donum est, munus parentis, sacerdotium castitatis. Virgo matris hostia est, cujus quotidiano sacrificio vis divina placatur. Virgo individuum pignus parentum, quæ non dote sollicita, <sup>h</sup> non emigratione destituta, non offendat injuriis.

**155** 33. Sed nepotes aliquis habere desiderat, et avi nomen acquirere. Primum suos tradit, dum quærunt alienos: deinde certis defraudari incipit, dum sperat incertos: confert opes proprias, et adhuc poscitur; nisi dotem solvat, exigitur: si diu vivat, onerosus est. <sup>i</sup> Emere istud est generum, non acquirere, qui parentibus filia vendat aspectus. Ideone tot mensibus gestatur utero, ut in alienum transeat potestatem? Ideo <sup>j</sup> commendandæ virginis cura suscipitur, ut citius parentibus auferatur?

34. Dicit aliquis: Ergo dissuades nuptias? Ego vero suadeo, et eos damno qui dissuadere consueverunt; ut pote qui Saræ ac Rebeckæ et Rachel, cæterarumque veterum conjugia feminarum pro documentis singularium virtutum recensere soleam. Qui enim copulam damnat, damnat et filios: et ductam <sup>k</sup> per successionum seriem generis societatem damnat humani. Nam quemadmodum duratura in sæculum ætas succedere posset ætati, nisi gratia nuptiarum procreandæ studium sobolis incitaret? Aut quomodo prædicari potest quod immaculatus Isaac ad altaria Dei victima paternæ pietatis accessit (Gen. XXI, 2), quod Israel humano situs in corpore Deum vidit (Gen. XXXII, 27), et religiosum populo dedit nomen, quorum originem damnat? Unum sane habent <sup>l</sup> homines licet sacrilegi, quod in his etiam a sapientissimis probetur; quia conjugia damnando, profitentur se non debuisse nasci.

<sup>g</sup> Ita vet. edit. cunctique prope mss.; at Rom. edit. cum uno vel altero mss., *fluxu pudoris.*

<sup>h</sup> Nihil apertius probare possit necdum monasteria virginum Mediolani fuisse instituta, secus vero Bononiæ, ut docetur infra, cap. 10, num. 57.

<sup>i</sup> Quidam mss., *Emereri studet generum.*

<sup>j</sup> Rom. edit. cum paucis mss., *comendæ virginis*; aliæ cum reliquis, *commendandæ*; duo mss., *commendatæ, virginis.*

<sup>k</sup> Pauci mss., *Per successorum seriem.*

<sup>l</sup> Manichæi scilicet, de quibus Augustinus in lib. de Hæres. cap. 46, ita loquitur: *Unde nuptias sine dubitatione condemnant, et quantum in ipsis est, prohibent; quando generare prohibent, propter quod conjugia copulanda sunt.*

35. Non itaque dissuadeo nuptias, sed fructus a-  
cratæ virginitatis enumero. Paucarum quippe hoc  
munus est, illud omnium. Nec potest esse virginitas,  
nisi habeat unde nascatur. Bona cum bonis comparo,  
quo facilius quid præstet, eluceat. Neque meam ul-  
lam sententiam affero, sed eam repeto, quam edidit  
Spiritus sanctus per prophetam : *Melior est, inquit,  
sterilitas cum virtute* (Sap. iv, 1).

36. Primum enim quod nupturæ præ cæteris concu-  
piscunt, ut sponsi decore se jactent, eo necesse est  
in pares sacris se fateantur esse virginibus, quibus  
solis contingit dicere : *Speciosus forma præ filiis  
hominum, diffusa est gratia in labiis tuis* (Psal. xlv,  
3). Quis est iste sponsus? Non vilibus addictus ob-  
sequiis, non caducis superbus divitiis : sed cujus  
sedes in sæculum sæculi. Filia regum in honore  
ejus. *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato,  
varietate circumamicta virtutum. Audi igitur, filia, et  
vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum  
tuum et domum patris tui; quoniam concupivit Rex  
speciem tuam, quia ipse est Deus tuus* (Ibid., 30 et seq.).

37. Et adverte quantum tibi Spiritus sanctus Scri-  
pturæ divinæ testificatione detulerit, regnum, aurum,  
pulchritudinem : regnum, <sup>a</sup> vel quia sponsa es regis  
æterni, vel quia invictum animum gerens, ab illece-  
bris voluptatum <sup>b</sup> non captiva haberi, sed quasi  
regina dominaris : aurum, quia sicut illa materies  
examinata igne pretiosior est, **156** ita corporis  
species virginalis Spiritui consecrata divino, formæ  
sue acquirit augmentum : pulchritudinem vero quis  
potest majorem existimare decore ejus, quæ amatur  
a Rege, probatur a Judice, dicatur Domino, consec-  
ratur Deo : semper sponsa, semper innupta ; ut nec  
amor finem habeat, nec damnus pudor.

38. Hæc profecto vera pulchritudo est, cui nihil  
deest, quæ sola meretur audire a Domino : *Tota es  
formosa, proxima mea, et reprehensio non est in te.  
Sponsa, veni huc a Libano, veni huc a Libano, transi-  
bis et pertransibis a principio fidei, a capite Sanir et  
Hernon, a latibulis leonum, a montibus pardorum*  
(Cant. iv, 7, 8). Quibus indicibus ostenditur perfecta,  
et irreprehensibilis virginalis animæ pulchritudo,  
altaribus consecrata divinis, inter occursum et lati-  
bula spiritalium bestiarum <sup>c</sup> non inflexa mortalibus,  
sed intenta mysteriis Dei meruisse dilectum, cujus  
ubera plena lætitiæ : *Vinum enim lætificat cor ho-  
minis* (Psal. ciii, 15).

39. *Odor, inquit, vestimentorum tuorum super omnia  
aromata* (Cant. iv, 10). Et infra : *Et odor vesti-  
mentorum tuorum sicut odor Libani* (Ibid., 11). Vide  
quem nobis tribuas, virgo, processum. Primus enim  
odor tuus super omnia aromata, quæ in Salvatoris  
missa sunt sepulturam (Joan. xix, 39) ; et emortuos

<sup>a</sup> Vel quia sponsa es regis æterni, hæc in mss. multo pluribus prætermittuntur

<sup>b</sup> Sic omnes edit. ; at mss. aliquot : alii autem majori numero, non captiva haberi.

<sup>c</sup> Mss. longe plurimi, non inflexa mortalibus ; unus, moribus.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, Favus itaque mellis tua opera com-

ponat. . . Ros quoque virgineus. Rom. edit., virgini-  
<sup>e</sup> Rom. edit. cum mss. aliquot, fetus laborum. Mi-  
nus commode.

**CAPUT VIII.**  
*Locum sequentem Canticorum, Favus distillans, etc.,  
sic edisserit, ut inde ansam arripiat cum apibus sa-  
cras virgines comparandi.*

40. <sup>d</sup> Favum itaque mellis tua opera componat  
(Cant. iv, 11) ; digna enim virginitas quæ apibus  
comparetur : sic laboriosa, sic pudica, sic continens.  
Rore pascitur apis, nescit concubitus, mella com-  
ponit. Ros quoque virginis est sermo divinus ; quia  
sicut ros, Dei verba descendunt. Pudor virginis est  
intemerata natura. Partus virginis fetus est <sup>e</sup> labio-  
rum, expers amaritudinis, fertilis suavitatis. In com-  
mune labor, communis est fructus.

41. Quam te velim, filia, imitricem esse hujus  
apiculæ <sup>f</sup> cui cibis flos est, ore soboles legitur, ore  
componitur ! Hanc imitare tu, filia. Verba tua nullum  
doli velamen obtendant, nullum habeant fraudis ia-  
volucrum ; ut et puritatem habeant, et gravitatis  
plena sint.

42. Meritorum quoque tuorum tibi æterna poste-  
ritas <sup>g</sup> tuo ore pariat. Nec soli tibi, sed etiam plu-  
ribus congreges, (qui scis enim quando a te anima  
tua repositur ?) ne receptacula horreorum frumentis  
coacervata dimittens, nec vitæ tuæ usui profutura,  
nec meritis, rapiaris eo quo thesaurum tuum ferre  
non possis. Dives igitur esto, sed pauperibus ; ut  
naturæ participes tuæ, participes sint etiam facultatum.

**157** 43. Florem quoque tibi demonstro carpen-  
dum, illum utique qui dixit : *Ego flos campi, et li-  
lium convallium. Tanquam liliium in medio spinarum*  
(Cant. ii, 1, 2) ; quod est evidentis indicii, spiritalium  
nequitiarum sentibus virtutes obsideri ; unde nemo  
fructum referat, nisi qui cautus accedat.

#### CAPUT VIII<sub>1</sub>.

*Pergit alios e Canticis canticorum locos aptare subjecto  
argumento, et primum virginem ad Christum inquiren-  
dum exhortatus, ubinam ille inveniat, exponit :  
tum descripta ejusdem secundum utramque naturam  
præstantia, quibus ab eo perfectionibus Sponsa exor-  
netur, quibusve muniatur præsiis, aperit : postremo  
eamdem cum angelis ob castitatem confert, nec non  
illi eorum parti quos e cælo intemperantia deturba-  
vit, præfert.*

44. Sume igitur alas, virgo, sed spiritus ; ut super-  
voles vitia, si contingere cupis Christum : *In altis  
habitat, et humilia respicit* (Psal. cxii, 5) ; et species  
ejus sicut cedrus Libani, qui comam nubibus, radi-  
cem terris inserit. Principium enim ejus e cælo,

ponat. . . Ros quoque virgineus. Rom. edit., virgini-

<sup>e</sup> Rom. edit. cum mss. aliquot, fetus laborum. Mi-  
nus commode.

<sup>f</sup> Hic non secus ac lib. v Hexaem. cap. 31, Vir-  
gillum imitatus est sanctus Doctor, ut illic a nobis  
observatum est.

<sup>g</sup> Mss. non pauci, tuo opere pariat.

posteriora ejus in terris, fructus cœlo proximos edit. A  
Scrutare diligentius tam bonum florem, necubi eum  
in pectoris tui convalle reperias; humilibus enim  
frequenter inhalatur.

45. Amat generari in hortis, in quibus eum Su-  
sanna dum deambulare, invenit: mori prius, quam  
violari parata (*Dan. xiii, 7*). Qui sint autem horti,  
ipse demonstrat dicens: *Hortus conclusus, soror mea*  
*Sponsa, hortus conclusus, fons signatus* (*Cant. iv, 12*);  
eo quod in hortis hujusmodi impressa signaculis ima-  
gine Dei, sinceri fontis unda resplendeat; ne volu-  
tabris spiritalium bestiarum sparsa cœno fluenta tur-  
bentor. Hinc ille <sup>a</sup> murali septus spiritu pudor clau-  
ditur, ne pateat ad rapinam. Itaque sicut hortus fu-  
ribus inaccessus vitem redolet, flagrat oleam, rosam B  
renidet; ut in vite religio, in olea pax, in rosa pu-  
dor sacratæ virginitatis inoleat. Hic est odor quem  
Jacob patriarcha flagravat, quando meruit audire:  
*Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni* (*Gen. xxvii,*  
*27*). Nam licet plenus omnibus fere fructibus patriar-  
chæ sancti fuerit ager; ille tamen fruges majore vir-  
tutis labore generavit, hic flores.

46. Accingere itaque, virgo, et si vis hujuscemodi  
tibi ut hortus aspiret, propheticus eum claudere præ-  
ceptis. Pone custodiam ori tuo, et ostium circum-  
stantiæ labiis tuis (*Psal. cxi, 3*); ut etiam tu possis  
dicere: *Tamquam malus* <sup>b</sup> *in lignis nemoris, ita fra-*  
*ternus meus in medio filiorum. In umbra ejus concupivi*  
*et sedi, et fructus ejus dulcis in faucibus meis* (*Cant.*  
*ii, 3*). *Inveni quem dilexit anima mea, tenui eum, et*  
*non relinquam* (*Cant. iii, 4*). <sup>c</sup> *Descendit fraternus meus*  
*in hortum suum, ut manducet fructum pomorum suo-*  
*rum* (*Cant. v, 1*). *Veni, fraterne mi, exeamus in agrum*  
*(Cant. vii, 11)*. *Pone me ut sigillum in cor tuum, et*  
*velut signaculum super brachium tuum* (*Cant. viii, 6*).  
*Fraternus meus candidus et rubeus* (*Cant. v, 10*). De-  
cet enim ut plene noveris, virgo, quem diligis, atque  
omne in eo et ingenitæ divinitatis et assumptæ mys-  
terium incorporationis agnoscas. Candidus merito,  
quia patris splendor: **158** rubeus, quia partus est  
virginis. Color in eo fulget et rutilat utriusque natu-  
ræ. Memento tamen antiquiora in eo divinitatis  
insignia, quam corporis sacramenta; quia non cœpit  
a virgine, sed qui erat, venit in virginem.

47. <sup>d</sup> Ille discretus a militibus, ille lancea vulne-  
ratus (*Matth. xxvii, 29 et seq.*), ut nos sacri vulneris D  
cruore sanaret, respondebit tibi profecto (est enim  
mitis et humilis corde (*Juan. xix, 34*), blandus as-  
pectu): *Exsurge, Aquilo, et veni, Auster, aspira hor-*  
*tum meum, et fluant aromata mea* (*Cant. iv, 16*). Ex  
omnibus enim partibus mundi odor sacratæ religio-  
nis <sup>e</sup> inolevit, dilectæque virginis membra flagra-

runt. *Formosa es, proxima mea, ut bona opinio: pul-*  
*chra, ut Hierusalem* (*Cant. vi, 3*). Non caduci itaque  
corporis pulchritudo vel morbo peritura, vel senio;  
sed nullis obnoxia casibus opinio honorum numquam  
moritura meritorum, virginibus est decori.

48. Et quoniam non humanis jam, sed cœlestibus,  
quorum vitam vivis in terris, digna es comparari:  
accipe a Domino præcepta quæ serves. *Pone me ut*  
*sigillum*, inquit, *in cor tuum, et velut signaculum su-*  
*per brachium tuum* (*Cant. viii, 6*): quo signatiore  
prudentiæ tuæ factorumque documenta promantur,  
in quibus figura Dei Christus eluceat, qui paternæ  
ambitum exæquans naturæ, totum quiddam a Patre  
divinitatis assumpsit, expressit. Unde etiam aposto-  
lus Paulus in Spiritu nos dicit esse signatos (*Ephes.*  
*i, 13*); quoniam Patris imaginem habemus in Filio,  
sigillum Filii habemus in Spiritu. Hac Trinitate si-  
gnati caveamus diligentius, ne quod accepimus pi-  
gnus in cordibus nostris, aut morum levitas, aut ul-  
lius adulterii fraus resignet.

49. Sed facessat hic sacris virginibus metus, qui-  
bus tanta præsidia tribuit primum Ecclesia, quæ ten-  
eræ prolis sollicita successu, ipsa quasi murus  
abundantibus in modum turrium increscit uberibus,  
donec soluto obsidionis hostilis incursu, pacem vali-  
dæ juventuti, maternæ præsidio virtutis, acquirat  
(*Cant. viii, 10*). Unde et Propheta ait: *Fiat pax in*  
*virtute tua, et abundantia in turribus tuis* (*Psal.*  
*cxxi, 7*).

50. Tum ipse pacis Dominus postquam validiori-  
bus brachiis commissa sibi vineta complexus, pal-  
mites suos gemmare conspexerit, vultu præsole,  
nascentibus fructibus auras temperat, sicut ipse tes-  
tatur dicens: *Vinea mea est in conspectu meo,* <sup>f</sup> *mille*  
*Salomoni, et ducenti qui servant fructum ejus* (*Cant.*  
*viii, 12*).

51. Supra ait: *Sexaginta potentes in circumitu pro-*  
*pagine ejus,* <sup>g</sup> *strictis armatos ensibus, et eruditos*  
*præliaribus disciplinis* (*Cant. iii, 7, 8*); hic mille et  
ducentos. Crevit numerus, ubi crevit et fructus; quia  
quo sanctior quisque, eo communitior. Sic Elisæus  
propheta exercitus angelorum præsidia sibi adesse  
monstravit (*IV Reg. vi, 17*): sic Jesus Nave ducem  
militiæ cœlestis agnovit (*Josue v, 14*). Possunt igitur  
fructum in nobis custodire, qui possunt etiam  
militare pro nobis. Vobis autem, virgines sanctæ,  
speciale præsidium est, quæ intemerato pudore sa-  
crum Domini servatis cubile. Neque mirum si pro  
vobis angeli militant, quæ angelorum moribus mili-  
tatis. **159** Meretur eorum præsidium castitas vir-  
ginalis, quorum vitam meretur.

52. Et quid pluribus exsequar laudem castitatis?

(*Rom., quo dilectæ virginis membra fragrarunt*: mss.  
vero cæteri nobiscum faciunt, nisi quod plures le-  
gunt *flagrabunt*; unus, *flagrabant*.)

<sup>f</sup> Mss. aliquot, *mille Salomon*; nonnulli, *mille, in-*  
*quit, Salomon*.

<sup>g</sup> Omnes edit., *strictis armatos telis*.

<sup>a</sup> Aliquot mss., *moralis septus spiritu*.

<sup>b</sup> Edit., *in lignis nemorosis*.

<sup>c</sup> Ita mss. plerique: nonnulli tamen et omnes edit.,  
*Descendat ... et manducet*: quod etiam consentit  
cum sacro textu.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, *Ille spretus a militibus*.

<sup>e</sup> Omnes edit. et pauci mss., *adolevit dilectæ quo*

Castitas etiam angelos fecit. Qui eam servavit, angelus est : qui perdidit, diabolus. Hinc <sup>a</sup> religio etiam nomen accepit. Virgo est, quæ Deo nubit : meretrix, quæ deos fecit. Nam de resurrectione quid dicam, cujus præmia jam tenetis? *In resurrectione autem neque nubent, neque ducent uxores : sed erunt sicut angeli, inquit, in cælo* (Matth. xxii, 30). Quod nobis promittitur, vobis præsto est, votorumque nostrorum usus apud vos. De hoc mundo estis, et non estis in hoc mundo. Sæculum vos habere meruit, tenere non potuit.

53. Quam præclarum autem <sup>b</sup> angelos propter intemperantiam suam in sæculum cecidisse de cælo, virgines propter castimoniam in cælum transisse de sæculo? Beatæ virgines, quas non illecebra sollicitat corporum, non colluvio præcipitat voluptatum! Cibus parcimonix, potus abstinentix docet vitia nescire, qui docet causas nescire vitiorum. Causa peccandi etiam justos sæpe decepit. Hinc populus Dei postquam sedit manducare et bibere, Deum negavit (Exod. xxxii, 6). Hinc Loth concubitus filiarum ignoravit, et pertulit (Gen. xix, 33). Hinc inversis vestigiis filii Noe patris quondam pudenda texerunt (Gen. ix, 22) : quæ procaax vidit, modestus erubuit, pius texit, offensurus si et ipse vidisset. Quanta vini est vis, ut quem diluvia non nudaverunt, vina nudarent!

#### CAPUT IX.

*Ultima virginitatis laus proponitur, avaritiæ nimirum immunitas. Hujus occasione sanctus Præsul sorori in mentem revocat, quanta sit illius felicitas quæ non cogatur luxuriæ atque vanitati, quibus nupturæ mancipantur, morem gerere.*

54. Quid illud? Quantæ felicitatis est, quod nulla vos habendi cupiditas inflammat? Pauper quod habes poscit, quod non habes non requirit. Fructus laboris tui thesaurus est inopi, et duo æra si sola sint, census est largientis.

54. <sup>c</sup> Audi ergo, soror, quantis careas. Nam cavera quid debeas, nec meum est docere, nec tuum dis-

<sup>a</sup> Theod. ac Tell. cod., *Hinc legio etiam dicitur.* Quod si cui arriserit, referendum erit ad diabolum, quem ob impuritatem in Evangelio *legionem* dictum indicat Sanctus noster lib. vi in Lucam, num. 47. Melius tamen reliqui, atque edit., *Hinc religio*, etc. Cave autem putes vocem *religio* a castitate deduci ab Ambrosio. Quid enim inter has voces cognationis? At vero *nomen accepit, interpretare titulum accepit*, ut nempe religio virgo dicatur, quemadmodum continuo post ipse significat. Cæterum *religionem* Tullius, lib. ii de Nat. Deor., a *relegendo*; Lactantius, lib. iv, cap. 28, a *religando*; Augustinus denique a *relegendo* dictam affirmant.

<sup>b</sup> Triplicem de angelorum peccato opinionem, quam apud alios Patres invenit Ambrosius, ipse tamquam probabilem admisit. Primam etenim qua de bonis angelis intelligitur, quod legitur secundum LXX : *Viderunt angeli Dei filias hominum*, etc., post Philonem et cum eo Patres fere ad unum, proponit hic et in Apologia David, p. 675. Secunda quæ eundem locum de malis Angelis jam propter superbiam de cælo lapsis exponit, ex eodem Philone et aliis nonnullis exhibetur lib. de Noe et Arca cap. 4, pag. 23. Tertia demum quæ de filiorum Seth conjugii cum filiabus Cain locum explicat, præfertur in eundem psalm. cxviii, serm. 4, pag. 1011. Ad quos om-

A cere; perfectæ enim virtutis usus magisterium non desiderat, sed informat. Cernis ut pomparum ferculis similis incedat, quæ se componit ut placeat, omnium in se vultus et ora convertens, eo ipso quo studet placere, deformior; **160** prius enim populo displicet, quam placeat viro. At in vobis <sup>d</sup> rejecta decoris cura plus decet : et hoc ipsum quod vos non ornatis, ornatus est.

55. <sup>e</sup> Cernere laceras vulneribus aures, et depressæ onera miserare cervicis. Non sunt allevamenta pœnarum discrimina metallorum. Hinc collum catena constringit, inde pedem compes includit. Nihil refert auro corpus oneretur an ferro. <sup>f</sup> Sic cervix premitur, sic gravatur incessus. Nil pretium juvat; nisi quod vos mulieres, ne pereat vobis pœna, trepidatis.

B Quid interest, utrum aliena sententia, an vestra vos damnet? Hinc vos etiam miserabiliores quam qui publico jure damnantur, quod illi optant exui, vos ligari.

56. Quam vero miserabilis illa conditio, quod tamquam mancipii forma venalis, nuptura licitatur; ut qui pretio vicerit, emat. Tolerabilius tamen mancipia veneunt, quæ sæpe sibi dominos eligunt : virgo si eligat, crimen est; si non eligat, contumelia. Quæ quamvis pulchra sit et decora, et timet et cupit videri : cupit, ut se charius vendat : timet, ne hoc ipsum dedecet quod videtur. Quanta autem votorum ludibria, et ad procorum eventus suspecti metus, ne pauper illudat, ne dives fastidiat, ne pulcher irrideat, ne nobilis spernat!

#### CAPUT X.

C *Objicientibus frequentium Ambrosii ad virginitatem exhortationum nullum fructum esse ut satisfaciat, adducit exempla cum aliarum virginum, tum Mauritanensium ac Bononiensium : sed harum imprimis virtutes ac propagandæ virginitatis ardorem laudat.*

57. Dicit aliquis : Tu nobis quotidie virginum canis laudes. Quid faciam qui eadem quotidie cantito, et proficio nihil? Sed non mea culpa. Denique <sup>g</sup> de Placentino sacrandæ virgines veniunt, <sup>h</sup> de Bono-

nes locos vide quæ sunt a nobis animadversa. Interim autem observabis eam opinionem quæ quarto sæculo ex Ambrosii, Hieronymi et Augustini auctoritate nata videtur, solam postmodum obtinuisse.

<sup>i</sup> In editione Benedictiniana duplex numerus 54 usurpatur : utrumque exscripsimus, posteriorem asterisco signantes. Item asterisci, quotiescumque numero affigitur, sensus. F. pp.

<sup>d</sup> Edit., *rejecta decoris cura plus placet.*

<sup>e</sup> Omnes edit. cum mss. uno vel altero, *Certe laceras vulneribus aures, et depressæ onere miseræ cervicis non sunt allevamenta pœnarum, sed*, etc. Mss. non pauci, *Carnes laceras vulneribus, aures et depressæ onera cervicis miserare. Non sunt*, etc. Reliqui demum melius, ut in textu. Porro si totum hunc locum libeat cum iis quæ in eadem materiam leguntur apud Clem. Alex. lib. ii Pædagogi sui, cap. 12, et Tertull. de Cultu femiu. cap. 6, componere; haud ægre animadvertes Ambrosio priscos hosce Patres nequaquam fuisse incognitos.

<sup>f</sup> Ita mss. magno numero : nonnulli tamen et edit., *Si cervix premitur, si gravaturi incessus, nil pretium, etc.*

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *de Placentinosa grandes virgines veniunt* : non recte.

<sup>h</sup> *De Bononiensi veniunt*, in mss. prope omnibus desideratur.

niensi veniunt, de Mauritania veniunt, ut hic velen-  
tur. Magnam rem videtis. Hic tracto, et alibi persua-  
deo. Si ita est, alibi tractemus, <sup>a</sup> ut vobis persua-  
deamus.

58. Quid, quod etiam qui me non audiunt, se-  
quuntur : qui audiunt, non sequuntur? Nam pleras-  
que virgines cognovi velle, et prohiberi etiam pro-  
dure a matribus, et quod est gravius, viduis, cum  
quibus hic mihi sermo est. Nempe <sup>b</sup> si hominem vel-  
lent amare filia vestra, per leges **161** possent eli-  
gere quem vellent. Quibus igitur hominem eligere  
licet, Deum non licet?

59. Contuemini quam dulcis pudicitiae fructus sit,  
qui barbaricis quoque inolevit affectibus. Ex ultimis  
infra ultraque Mauritaniae partibus deductae virgines  
hic sacrari gestiunt; et cum sint omnes familiae <sup>B</sup>  
<sup>c</sup> in vinculis, pudicitia tamen nescit esse captiva. Pro-  
fitetur regnum aeternitatis, quae moeret injuriam ser-  
vitutis.

60. Nam quid de Bononiensibus virginibus loquar,  
secundo pudoris agmine, quae mundanis se deliciis  
abdicantes, sacrarium virginitatis incolunt? Sine <sup>d</sup>  
contubernali sexu, contubernali pudore provectae  
ad vicenarium numerum, et centenarium fructum,  
relictisque parentum hospitio, tendunt in taberna-  
culis Christi, indefessae milites castitatis : nunc can-  
ticis spiritalibus personant, nunc victum operibus  
exercent, liberalitati quoque subsidium manu quaerunt.

61. Quod si <sup>e</sup> investigandi virgines inoleverit odor  
(namque praeter caeteris speculandi venatum pudoris <sup>C</sup>  
explorant), totis curarum vestigiis praedam latentem  
usque ad ipsa cubilia persequuntur : aut si liberior  
alicujus volatus affulserit, totis omnes videas assur-  
gere alis, concrepare pennis, emicare plausu; ut  
casto pudicitiae choro cingant volantem, donec al-  
benti delectata comitatu, in plagas pudoris et inda-  
ginem castitatis <sup>f</sup> domus patriae oblita, succedat.

#### CAPUT XI.

*Ut optabile sit virgini favere parentes suos, eam tamen  
laude majori dignam esse, quam iis reluctantibus di-  
vinus amor ad hoc propositum instigaverit. Non  
timendam igitur nec vim parentum nec patrimonii  
jacturam; quod memorabili nobilis ac pia virginis  
facto confirmatur.*

62. Bonum itaque si virgini studia parentum quasi <sup>D</sup>

<sup>a</sup> Quidam mss., ut alibi persuadeam.

<sup>b</sup> Edit. Si hominem amarent; mss. vellent amare.  
Qua autem ratione locus hic cum alio ex lib. 1 de  
Abraham, cap. 9, conciliandus sit, infra explicabitur  
in epistola ad Sisinnium.

<sup>c</sup> Designatur hoc loco Tyrannis non Firmi, ut  
quidam volunt, cum ille a comite Theodosio Theo-  
dosii Magni parente an. 373 victus fuerit : sed Gil-  
donis qui licet in Firmum fratrem pugnasset pro  
Romanis, eo tamen extincto, Africam ipsemet oppres-  
sit, ac Donatistarum atrociter Catholicos divexan-  
tium partes adjuvit. Quod autem ad Legem quae hoc  
anno data habetur in Cod. Theod. et qua baptismatis  
iteratio prohibetur; ea cum destinata fuerit Flavia-  
no Africae vicario qui et ipse hac eadem haeresi  
erat infectus, non credenda est Ecclesiae peperisse

flabra pudoris aspirant : sed illud gloriosius, si ten-  
eræ ignis aetatis etiam sine veteribus nutrimentis  
sponte se rapiat in fomitem castitatis. Dolem nega-  
bunt parentes : sed habes divitem sponsum cujus  
contenta thesauro, patriae successionis emolumenta  
non quaeras. Quanto dotalibus praestat compendiis  
casta paupertas!

63. Et tamen quam audistis aliquando propter  
studium integritatis, legitimae factam successionis  
extorrem? Contradiciunt parentes : sed volunt vinci.  
Resistunt primo, quia credere timent : indignantur  
frequenter, ut discas vincere : abdicationem minan-  
tur, ut tentent si potes damnum saeculi non timere :  
quaesitis blandiuntur illecebris, ut videant si va-  
riarum mollire **162** te non queat blanditia volup-  
tatum. Exercesis, virgo, dum cogeres. Et haec tibi  
prima certamina, anxia parentum vota proponunt.  
Vince prius, puella, pietatem. Si vincis domum,  
vincis saeculum.

64. <sup>e</sup> Sed esto maneant vos damna patrimonii :  
nonne caducarum et fragilium dispendia facultatum  
futura caeli regna compensant? Quamquam si verbis  
caelestibus credimus, nemo est qui reliquerit do-  
mum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut  
filios, propter regnum Dei, et non recipiat septies  
tantum in hoc tempore : in saeculo autem venturo  
vitam aeternam possidebit (*Matth. xix, 29*). Crede  
fidem tuam Deo : quae homini pecuniam credis, fe-  
nerare Christo. Bonus depositae spei custos multi-  
plicatis fidei tuae talentum solvit usuris. Non fallit  
veritas, non circumscribit justitia, non decipit vir-  
tus. Quod si non creditis oraculo, vel exemplis cre-  
dite.

65. Memoriae nostrae puella dudum nobilis in sae-  
culo, nunc nobilior Deo, cum urgeretur ad nuptias  
a parentibus et propinquis, ad sacrosanctum altare  
confugit. Quo enim melius <sup>b</sup> virgo, quam ubi sacri-  
ficio virginitatis offertur? Ne is quidem finis auda-  
ciae. Stabat ad aram Dei pudoris hostia, victima cas-  
tatis : nunc capitii dexteram sacerdotis imponens,  
prece[m] poscens, nunc justae impatiens morae, ac  
summum altari subjecta verticem. <sup>i</sup> Num melius,  
inquit, maforte me quam altare velabit, quod sanc-  
tificat ipsa velamina? Plus talis decet flammeus, in  
quo caput omnium Christus quotidie consecratur.  
Quid agitis vos, propinqui? quid exquirendis adhuc

quidquam auxilii. Videsis August. lib. II contra Pe-  
til. cap. 83, et epist. in nova edit. 87, num. 8. Item  
Ann. Marcell. lib. xxviii, et Claudianum de bello  
Gildon.

<sup>d</sup> Id est, masculino, quia feminas sine virorum  
contubernio degere tunc rarum erat.

<sup>e</sup> Omnes edit. et mss. duo, *investigandae virginitatis* :  
alii aliquot, *investigandae virginis* : reliqui ma-  
jori numero, ut in textu.

<sup>f</sup> Sic mss. omnes : edit. vero, *domus patriaeque oblita*.  
<sup>g</sup> Edit. Rom. sola, *sed quid refert te an tuos man-  
cant damna patrimonii? Et infra, et non recipiat  
multo plura... vitam aeternam. Crede, etc.*

<sup>h</sup> Omnes edit., *virgo recurreret, quam ubi, etc.*

<sup>i</sup> Amerb. atque Era. *Num melius, inquit, quam  
altare velabit : Gild. et Rom. Num melius, inquit, ma-*

nuptiis sollicitatis animum? Jamdudum provisus habeo. Sponsum offertis? Meliorem reperi. Quaslibet exaggerate divitias, jactate nobilitatem, prædicite potentiam: habeo eum cui nemo se comparet, divitem mundo, potentem imperio, nobilem cælo. Si talem habetis, non refuto optionem: si non reperitis, non providetis mihi, parentes, sed invidetis.

66. Silentibus cæteris, unus abruptius: Quid si, inquit, pater tuus viveret, inuuptam te manere pareretur? Tum illa majori religione, moderatiore

*ter tu me, quam altare velabit?* optime vero cuncti mss. *Num melius, inquit, maforte*, etc. Dicebatur autem maforte seu mavorte, ut Cassianus, lib. 1, cap. 7, velum quoddam quo virginis in consecratione sua caput operiebatur, non secus ac flammeum sive flammeus quo puellæ, dum matrimonio copulaban-

A pietate: Et ideo fortasse defecit, <sup>a</sup> ne quis impedimentum possit asferre. Quod ille responsum de patre, de se oraculum, maturo sui probavit exitio. Ita cæteri eadem sibi quisque metucentes, favere cœperunt, qui impedire quærebant: nec dispendium debitarum attulit virginitas facultatum, sed etiam emolumentum integritatis accepit. Habetis, puellæ, devotionis præmium: parentes, cavete offensionis exemplum.

tur, faciem obnubebant, unde nubere nuptiæque deducuntur. Attamen nonnumquam etiam flammeus de velo dicitur virgineo, ut hoc ipso loco, quod infra videre erit pluribus locis.

<sup>a</sup> Rom. edit. cum paucis mss. *ne quod impedimentum posset asferre*.

## LIBER SECUNDUS.

### 163 CAPUT I.

*Ambrosius hoc libro virginum mores instituendos esse cum agnosceret, cur exemplorum viam sibi proposuerit, docet: inde præsumptionis invidia abs se quam modestissime derivata, cur scripto potius quam voce id aggressus sit, monet.*

1. Superiore libro quantum virginitatis munus sit, <sup>a</sup> voluimus (non enim potuimus) explicare; ut per se cælestis gratia muneris invitet legentem. Secundo libro virginem institui decet, et tamquam competentium præceptorum magisteriis erudiri.

2. Sed quoniam <sup>b</sup> nos infirmi ad monendum sumus, et impares ad docendum (debet enim is qui docet supra cum qui docetur excellere), ne vel susceptum deseruisse munus, vel nobis arrogasse amplius videremur, exemplis potius quam præceptis putavimus imbuendam: licet amplius proficiatur exemplo; quoniam nec difficile quod jam factum est æstimatur, et utile quod probatum, et religiosum quod hæreditario quodam paternæ virtutis usu in nos est successione transfusum.

3. Quod si quis nos præsumptionis arguit, arguat potius sedulitatis; quia rogantibus virginibus ne hoc quidem putavi negandum. Malui enim me in periculum deduci pudoris, quam non obsequi voluntati earum, quarum studiis etiam Deus noster placido se indulget assensu.

4. Sed neque præsumptio notari potest, quoniam cum haberent unde discerent, affectum potius quam

<sup>a</sup> Omnes edit., *evolvimus. non enim potuimus*: omnes mss., *voluimus*, etc. Optime, ut sensus per se satis declarat.

<sup>b</sup> Edit. nonnullæ Paris., *infirmi ad movendum*. Hand incite quidem, si aliquo edit. aliarum vel mss. presidio niterentur.

<sup>c</sup> Omnes edit., *et excusari sedulitas non potest*; nullo vel contrario sensu, tollenda enim omnino negatio: sed deest etiam verbum in mss. quod subintelligendum relinquatur. Iterum vero ubi legitur in vet. edit. ac mss. aliquot, *auctoritatem matris*, et in

B magisterium quæsierunt meum: <sup>c</sup> et excusari sedulitas; quoniam cum haberent auctoritatem martyris ad observantiam disciplinæ, non superfluum judicavi, si nostri sermonis blanditiam derivarem ad professionis illecebram. Ille docere facilis, qui severo vitia coercet affectu: nos qui docere non possumus, blandiamur.

5. Et quoniam pleræque absentes nostri desiderabant sermonis usum, volumen hoc condidi: quo profectæ ad se vocis meæ munus tenentes, deesse non crederent, quem tenerent. Sed proposita persequamur.

### 164 CAPUT II.

*Virginibus exemplum Mariæ proponitur, cujus variae virtutes enumerantur, castitas, humilitas, vitæ asperitas, secessus amor; quæ quidem virtus ubi testimonio Evangelico probata est, inde etiam ejus pietas erga propinquas, discendi sedulitas, atque adeundi templi studium commendatur. Narratur denique quemadmodum illa tot muneribus exornata, innumeris virginibus obviam ventura sit, nec sine magifico triumpho ad thalamum Sponsi, et cælestia altaria quibus ob castitatem similes fuere, deductura.*

6. Sit igitur vobis tamquam in imagine descripta <sup>d</sup> virginitas vita Mariæ, de qua velut speculo refulgeat species castitatis et forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tamquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, <sup>e</sup> quid effingere, quid tenere debeatis, ostendunt.

edit. Rom., mss. aliis habetur, *auctoritatem martyris*; denique pro *derivarent*, quod est in omnibus edit. ac mss. nonnullis, alii plures concinnius exhibent *derivarem*.

<sup>d</sup> Ita mss. plures ac potiores: alii autem, et omnes edit., *virginitas, vitæque beatæ Mariæ, de qua velut in speculo refulget species castitatis*, etc.

<sup>e</sup> Omnes edit., *quid effugere*: mss. vero partim, *quid diffingere*; partim, *quid effingere*. Et hoc commodius; est effingere idem atque imitatione exprimere.

7. Primus discendi ardor nobilitas est magistri. A Quid nobiliter Dei matre? quid splendidius ea, quam Splendor elegit? quid castius ea quæ corpus sine corporis contagione generavit? Nam de cæteris ejus virtutibus quid loquar? Virgo erat (Cf. S. Aug. lib. iv de Doct. Christ. c. 21) non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum: corde humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcius, legendi studiosior: non in incerto divitiarum, sed in prece pauperum spem reponens: intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum quærere: nullum lædere, bene velle omnibus, asurgere majoribus natu, æqualibus non invidere, fugere jaclantiam, rationem sequi, amare virtutem. Quando ista vel vultu læsit parentes? quando dissen- B sit a propinquis? quando fastidivit humilem? quando derisit debilem? quando vitavit inopem; eos solos solita cœtus virorum invisere, quos misericordia non erubesceret, neque præteriret verecundia? Nihil torvum in oculis, nihil in verbis proca, nihil in actu inverecundum: non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior; ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo præterat ingressu nihil intus latere tenebrarum; ut mens nostra a nullis repagulis corporalibus impedita, tamquam lucernæ lux intus posita foris luceat.

8. Quid ego exsequar ciborum parcimoniam, officiorum redundantiam: alterum ultra naturam super- C perfuisse, alterum pene ipsi naturæ defuisse: 165 illic nulla intermissa tempora, hic congeminos jejuni dies? Et si quando reficiendi successisset voluntas, cibus plerumque obvius, qui mortem arceret, non delicias ministraret. Dormire non prius cupiditas quam necessitas fuit; et tamen cum quiesceret corpus, vigilaret animus: qui frequenter in somnis b aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda prænuntiat.

9. Prodire domo nescia, nisi cum ad Ecclesiam conveniret, et hoc ipsum cum parentibus, aut propinquis. Domestico operosa secreto, forensi stipata comitatu; nullo meliore tamen sui custode quam se ipsa: quæ incessu affatuque venerabilis, non tam vestigium pedis tolleret, quam gradum virtutis at- D tolleret. Ut tamen alios habeat virgo membrorum custodes suorum, morum autem suorum se habeat ipsa custodem: plures erunt de quibus discat, si ipsa se doceat c quæ virtutes magistras habet: quia quidquid egerit, disciplina est. Sic Maria intendebat omnibus, quasi a pluribus moneretur: sic omnia implebat virtutis officia, ut non tam disceret, quam doceret.

a Rom. edit., cum uno aut altero ms., nullis retinaculis corporalibus.

b Mss. aliquot, aut læta repetit.

c Nonnulli mss., quæ virtutis magistros habet, quia quidquid gerit.

10. Talem hanc evangelista monstravit (Luc 1, 27), talem angelus reperit, talem Spiritus sanctus elegit. Quid enim in singulis morer, ut eam parentes dilexerint, extranei prædicaverint, quæ digna fuit ex qua Dei Filius nasceretur? Hæc ad ipsos ingressus angeli inventa domi in penetralibus, sine comite, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obstreperet; neque enim comites feminas desiderabat, quæ bonas cogitationes comites habebat. Quin etiam tum sibi minus sola videbatur, cum sola esset. Nam quemadmodum sola, cui tot libri adessent; tot archangeli, tot prophetæ?

11. Denique et Gabriel eam ubi revisere solebat, invenit: et angelum Maria d quasi virum specie mota trepidavit, quasi non incognitum audito nomine recognovit (Ibid., 28 et seq.). Ita peregrinata est in viro, quæ non est peregrinata in Angelo; ut agnoscas aures religiosas, oculos verecundos. Denique salutata obmutuit, et appellata respondit: sed quæ primo e turbaverat affectum, postea promisit obsequium.

12. Quam vero religiosa in propinquas fuerit, Scriptura divina significat (Ibid., 45). Nam et humilior facta est, ubi se a Deo cognovit electam, et statim ad cognatam suam in montana processit: non utique ut exemplo crederet, quæ jam crediderat oraculo: Beata enim, inquit, quæ credidisti (Ibid., 56). Et tribus cum ea mensibus mansit. Tanti autem intervallo temporis non fides quæritur, sed pietas exhibetur. Et hoc posteaquam in utero parentis exsiliens puer matrem Domini salutavit, prius compos devotionis, quam naturæ.

13. Inde tot sequentibus signis, cum sterili pareretur, virgo conciperet, loqueretur mutus, adoraret magus, exspectaret Simeon, sidera nuntiarent, Maria mobilis ad introitum, immobilis ad miraculum: Conservabat, inquit, hæc omnia in corde suo (Luc. ii, 49). Quamvis mater Domini, 166 discere tamen præcepta Domini desiderabat: et quæ Deum genuerat, Deum tamen scire cupiebat.

14. Quid, quod annis quoque omnibus ibat in Hierusalem solemni die paschæ, et ibat cum Joseph? (Ibid., 41.) Ubique in virgine comes singularum virtutum est pudor. Hic individuus debet esse virginitati, sine quo non potest esse virginitas. Nec ad templum igitur Maria sine pudoris sui custode processit.

15. Hæc est imago virginitatis. Talis enim fuit Maria, ut ejus unius vita omnium sit disciplina. Si igitur auctor non displicet, opus probemus; ut quæcumque sibi ejus exoptat præmium, imitetur exemplum. Quantæ in una virgine species virtutum emicant? Secretum verecundiæ, vexillum fidei, devotionis obsequium: virgo intra domum, comes ad ministerium, mater ad templum.

d Mss. magno numero, quasi virum specie mutato: nonnulli tamen et edit. quasi virum (edit., viri) specie mota: quod magis placet.

e Omnes edit., titubaverat aspectu; omnes mss., turbaverat affectum.

16. O quantis illa virginibus occurret, quantas complexa ad Dominum trahet, dicens: Hæc thorum illi mei, hæc thalamos nuptiales immaculato servavit pudore! Quemadmodum eas ipse Dominus commendabit Patri; nimirum illud repetens suum: Pater sancte, istæ sunt quas custodivi tibi, in quibus Filius hominis caput reclinans quievit; peto ut ubi ego sum, et ipsæ sint mecum (*Joan xvii, 24*). Sed si<sup>a</sup> non solis sibi debent prodesse, quæ non solis vixerunt sibi: hæc parentes, hæc redimat fratres. Pater juste, mundus me non cognovit, istæ autem me cognoverunt, et mundum cognoscere noluerunt (*Ibid., 25*).

17. Quæ pompa illa, quanta angelorum lætitia plaudentium, quod habitare mereatur in cælo, quæ cœlesti vita vixit in sæculo! Tunc etiam Maria tympanum sumens, choros virginales excitabit cantantes Domino quod per mare sæculi sine sæcularibus fluctibus transierunt (*Exod. xv, 20*). Tunc unaquæque exsultabit dicens: *Et introibo ad altare Dei mei, et ad Deum qui lætificat juventutem meam* (*Psal. xlii, 4*). Immolo Deo sacrificium laudis, et reddo Altissimo vota mea (*Psal. xlix, 14*).

18. Neque enim dubitaverim vobis patere altaria Dei, quarum mentes altaria confidenter dixerim, in quibus quotidie pro redemptione corporis Christus immolatur. Nam si corpus virginis Dei templum est, animus quid est, qui tamquam membrorum cineribus exagitatis, sacerdotis æterni redoptatus manu, vaporem divini ignis exhalat? Beatæ virgines, quæ tam immortalis spirantis gratia, ut horti floribus, ut templa religione, ut altaria sacerdote!

### CAPUT III.

*Ut Maria vitæ informandæ, sic Thecla mortis obeundæ exemplar dicitur. Hanc a bestiis ad quas damnata fuerat, non solum nihil passam, sed e contrario cultam et adoratam esse. At ne quas superiora exempla deterreant, recentius quoddam narrandum proponitur.*

19. Ergo sancta Maria disciplinam vitæ informet, Thecla doceat immolari: quæ 167 copulam fugiens nuptialem, et sponsi furore damnata, naturam etiam bestiarum virginitatis veneratione mutavit.

<sup>a</sup> Quidam mss., non solis sibi debent posse. Et infra, mundus te non cognovit..

<sup>b</sup> Ita vet. edit. ac mss. paucis exceptis, ubi pro Quæ pompa illa, habetur Quæ bona illa: non satis recte; Gill. autem, ac Rom. edit. post voces Quæ pompa illa sine sponsore illo, subjungunt quæ gratia.

<sup>c</sup> Omnes edit. ac pauci mss., cineribus excitatis.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., non usus decepit assuetus.

<sup>e</sup> Martyrem vocat beatam Theclam, quod ea tormenta pro fide pertulerit, quæ natura sua mortem inferre debuerint; quanquam verisimilius putetur eam divinitus ab ipsis liberatam tranquille exspirasse. Vide Baron. in Appendice ad tom. X.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, fugitans publici usus ad aspectum, etc.; alii, et edit. ut in textu, nisi quod edit. præferunt, evitabat aspectum, ubi omnes mss., evitabat oculos. Multi porro in ea fuere opinione virginem, de qua hic agitur, eandem esse ac Theodoram illam Alexandrinam, quam a simili supplicio Didymi christiani militis ope liberatam fuisse Martyrologium antehac Bedæ Venerabilis nomine pervulgatum reperit. Hoc in errorem non tantum Molanum, Surium,

A Namque parata ad feras, cum aspectus quoque declinaret virorum, ac vitalia ipsa sævo offerret leoni, fecit ut qui impudicos detulerant oculos, pudicos referrent.

20. Cernere erat lingentem pedes bestiam cubitare humi, muto testificantem sono quod sacrum virginis corpus violare non posset. Ergo adorabat prædam suam bestia: et proprie oblita naturæ, naturam induerat quam homines amiserant. Videres quadam naturæ transfusione homines feritatem indutos, sævitiam imperare bestię: bestiam exosculantem pedes virginis, docere quid homines deberent. Tantum habet virginitas admirationis, ut eam etiam leones mirentur. Non impastos cibis flexit, non citatos impetus rapuit, non stimulatos ira exasperavit, non usus decepit assuetos, non feros natura possedit. Docuerunt religionem dum adorant<sup>e</sup> martyrem: docuerunt etiam castitatem, dum virgini nihil aliud nisi plantas exosculantur, demersis in terram oculis, tamquam verecundantibus, ne mas aliquis vel bestia virginem nudam videret.

21. Dicit aliquis: Cur exemplum attulisti Mariæ, quasi reperiri queat matrem Domini quæ possit imitari? Cur etiam Theclæ, quam gentium Doctor instituit? Da hujuscemodi doctorem, si discipulam requiris: Hujuscemodi recens vobis exemplum profero, ut intelligatis Apostolum non unius esse doctorem, sed omnium.

### CAPUT IV.

C *Antiochena virgo, cum sacrificare idolis recusaret, ad lupanar damnata, inde militis christiani opera, mutatis inter se vestibus, sine ullo pudoris damno evadit; at cum ille propterea duceretur ad supplicium, hæc e vestigio rediens, consanter de palma cum eodem contendit, qua tandem uterque donati sunt.*

22. Antiochiæ nuper virgo quædam fuit<sup>f</sup> fugitans publici visus: sed quo magis virorum evitabat oculos, eo amplius incendebat. Pulchritudo enim audita nec visa plus desideratur, duobus stimulis cupiditatum, amoris et cognitionis: dum et nihil occurrit quod minus placeat, et plus putatur esse quod placeat, quod non iudex oculus

aliosque complures induxerat, sed etiam ipsummet Baronium, qui proinde quod apud Ambrosium eventus ille Antiochiæ contigisse legitur, scriptorum iuperitiæ tribuendum in Notis ad Martyr. iv kal. Maii scribit. Verum idem Cardinalis sententiam suam in Annal. ad an. 509 revocavit, hoc potissimum argumento ductus, quod in citatis Martyrologiis passus cum Theodora Didymus non legatur. Alia duo proponunt Bollandi continuatores, nempe quod hæc virgo scribatur nuper in vivis fuisse, quodque ejus cum liberatore suo dialogus in quibusdam Theodoræ Actis non legatur. Sed responderi posset ad primum, eam comparatione quidem Theclæ quæ temporibus debebat apostolicis, nuper vixisse: ad secundum vero, colloquium illud non nisi brevitatis causa fuisse prætermisum. At quod illi putant esse aliquid in Ambrosii narratione quod ipse ex Actis proconsularibus, ut vocant, transtulerit, multo nobis verisimilius fuerit, illud ipsum ex Ambrosio in Acta illa translatum esse. Quænam igitur censenda est virgo illa Ambrosiana? Illud vero definire neque expeditum credimus, neque adeo necessarium.



explorat, sed animus amator exoptat. Itaque sancta virgo, ne diutius a alerentur potiendi spe cupiditates, integritatem **168** pudoris professa, sic restinxit improborum faces, ut non jam amaretur, sed proderetur.

23. Ecce persecutio. Puella fugere nescia, certe pavida, ne incideret insidiatore pudoris, animum ad virtutem paravit: tam religiosa, ut mortem non timeret: tam pudica, ut exspectaret. Venit coronæ dies. Maxima omnium expectatio. Producitur puella, duplex professa certamen, et castitatis, et religionis. Sed ubi viderunt constantiam professionis, metum pudoris, paratam ad cruciatus, erubescens ad aspectus, excogitare cœperunt quemadmodum <sup>b</sup> specie castitatis religionem tollerent; ut cum id abstulissent quod erat amplius, etiam id eriperent quod reliquerant. Aut sacrificare virginem, aut lupanari prostitui jubent. Quomodo deos suos colunt, qui sic vindicant: aut quemadmodum ipsi vivunt, qui ita iudicant?

24. Hic puella non quod de religione ambigeret; sed de pudore trepidaret, ipsa secum: Quid agimus? Hodie aut martyr, aut virgo: altera in nobis invidetur corona. Sed nec virginis nomen agnoscitur, ubi virginitatis auctor negatur. Nam quemadmodum virgo, si meretricem colas: quemadmodum virgo, si adulteros diligas, quemadmodum virgo, si amorem petas? Tolerabilius est (**22, q. 5, cap. Tolerabilis**) mentem virginem quam carnem habere. Utrumque bonum, si liceat: si non liceat, saltem non homini castæ, sed Deo simus. Et Rahab meretrix fuit, sed postquam Deo credidit, salutem invenit. (*Josue* II, 9 et seq.). Et Judith se, ut adultero placeret, ornavit (*Judith* IX, 1 et seq.); quæ tamen quia hoc religione, non amore faciebat, nemo eam adulteram iudicavit. Bene successit exemplum. Nam si illa quæ se commisit religioni, et pudorem servavit et patriam; fortassis et nos servando religionem, servabimus etiam castitatem. Quod si Judith pudicitiam religioni præferre voluisset, perdita patria, etiam pudicitiam perdidisset.

25. Itaque talibus informata exemplis, simul animo tenens verba Domini, quibus ait: *Quicumque perdidit animam suam propter me, inveniet eam* (*Matth.* X, 39); flevit, tacuit, ne eam vel loquentem <sup>d</sup> adulter audiret: nec pudoris elegit injuriam, sed Christi recusavit. Æstimate utrum adulterare poterit corpus, quæ nec vocem adulteravit.

26. Jam dudum verecundatur oratio mea, et quasi adire gestorum seriem criminosam atque expla-

nare formidat. Claudite aurem, virgines. Dicitur puella Dei ad lupanar. Sed aperite aurem, virgines. Christi virgo prostitui potest, adulterari non potest. Ubi cumque virgo Dei est, **169** templum Dei est: nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam.

27. Fit ingens petulantium concursus ad fornicem. Discite martyrum miracula, sanctæ virgines, dediscite locorum vocabula. <sup>c</sup> Clauditur intus columba, strepunt accipitres foris: certant singuli, quis prædam primus invadat. At illa manibus ad cælum levatis, quasi ad domum venisset orationis, non ad libidinis diversorium: Christe, inquit, <sup>d</sup> qui domuisti Danieli virgini feros leones (*Dan.* XIV, 39), potes etiam domare hominum feras mentes. Chaldæis roravit ignis (*Dan.* III, 50), Judæis se unda suspendit (*Exod.* XIV, 21), misericordia tua, non natura sua. Susanna ad supplicium genu fixit, et de adulteris triumphavit (*Dan.* XIII, 42): aruit dextera quæ templi tui dona violavit (*III Reg.* XIII, 4): nunc templum ipsum atrectatur tuum; ne patiaris incestum sacrilegii, qui non passus es furtum. Benedicatur et nunc nomen tuum; ut quæ ad adulterium veni, virgo discedam.

28. Vix compleverat precem, <sup>e</sup> et ecce vir militis specie terribilis irrupit. Quemadmodum <sup>f</sup> eum virgo tremuit, cui populus tremens cessit? Sed non illa immemor lectionis: Et Daniel, inquit, supplicium Susannæ spectaturus advenerat: et quam populus damnavit, unus absolvit (*Dan.* XIII, 45 et seq.). <sup>c</sup> Test et in hoc lupi habitu ovis latere. Habet et Christus milites suos, qui etiam legiones habet (*Matth.* XXVI, 53). Aut fortasse percussor intravit. Ne vereare, anima, talis solet martyres facere. O virgo, fides tua te salvam fecit!

29. Cui miles: Ne, quæso, paveas, soror. Frater huc veni salvare animam, non perdere. Serva me, ut ipsa serveris. Quasi adulter ingressus, si vis, martyr egrediar. Vestimenta mutemus; conveniunt mihi tua, et mea tibi: sed utraque Christo. Tua vestis me verum militem faciet, mea te virginem. Bene tu vestieris, ego <sup>g</sup> melius exuar, ut me persecutor agnoscat. Sume habitum, qui abscondat feminam: trade, qui consecret martyrem. Induere chlamidem quæ occultet membra virginis, servetque pudorem: Sume pileum quod tegat crines, abscondat ora. Solent erubescere qui lupanar intraverint. Sane cum egressa fueris, ne respicias retro, memor uxoris Loth quæ naturam suam, quia impudicos licet castis oculis respexit, amisit (*Gen.* XIX, 26). Nec vereare ne quid pereat sacrificio. Ego pro te hostiam Deo red-

<sup>a</sup> Edit. omnes, *alerentur potiendæ spe cupiditatis*; mss. fere ad unum ut in corpore.

<sup>b</sup> M. s. complures, *speciem castitatis tollerent*; unus, *speciem castitatis religionemque tollerent*; elegantius tamen alii, et edit., *specie castitatis*, etc. Sperabant enim illam idolis potius sacrificaturam, quam ut ad prostitutionem duceretur, passuram esse.

<sup>c</sup> Non pauci mss., *Claudite intus columbam... quis columbam primus invadat*.

<sup>d</sup> Non pauci mss. *qui domuisti virgini*. Haud male quidem, si referatur ad Theclam virginem, de qua supra.

<sup>e</sup> Plures mss., *et ecce vir miles, specie terribilis*.

<sup>f</sup> Edit., *eum virgo, ut vidit, tremuit*.

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *melius exuar, ut abscondaris; ne me persecutor agnoscat*. Et infra, *Sume pallium, quod tegat, etc.*

do, tu pro me militem Christo. Habes bonam militiam castitatis, quæ stipendiis militat sempiternis : lorica iustitiæ, quæ spiritali munimine corpus includat : scutum fidei, quo vulnus repellas : galeam salutis ; ibi enim est præsidium nostræ salutis, ubi Christus : quoniam mulieris caput vir, virginis Christus.

30. Et inter hæc verba chlamydem exiit. Suspectus tamen adhuc habitus et persecutoris et adulteri. Virgo cervicem, chlamydem miles offerre. Quæ pompa illa, quæ gratia, cum in lupanari de martyrio certarent ! Addantur personæ, miles et virgo, hoc est, dissimiles inter se **170** natura, sed Dei miseratione consimiles ; ut compleatur oraculum : *Tunc lupi et agni simul pascentur (Esai. Lxv, 25)*. Ecce agna et lupo non solum pascuntur simul, sed etiam immolantur. Quid plura ? Mutato habitu, evolat puella de laqueo, jam non suis alis, ut pote quæ spiritalibus ferebatur : et (quod nulla umquam viderunt sæcula) egreditur de lupanari virgo, sed Christi.

31. At illi qui videbant oculis, <sup>a</sup> et non videbant, ceu raptores ad agnam, ceu lupi fremere ad prædam. Unus qui erat immodestior, introivit. Sed ubi hausit oculis rei textum : Quid hoc, inquit, est ? Puella ingressa est, vir videtur. Ecce non fabulosum illud <sup>b</sup> cerva pro virgine, sed quod verum est, miles ex virgine. At etiam audieram et non credideram, quod aquam Christus in vinum convertit (*Joan. ii, 9*) : jam mutare cœpit et sexus. Recedamus hinc, dum adhuc qui fuimus, sumus. Numquid et ipse mutatus sum, qui aliud cerno, quam credo ? Ad lupanar veni, <sup>c</sup> cerno vadimonium : et tamen mutatus egrediar, pudicus exibo, qui adulter intravi.

32. Indicio rei, quia debebatur tanto corona victori, damnatus est pro virgine, qui pro virgine comprehensus est. Ita de lupanari non solum virgo, sed etiam martyres exierunt. Fertur puella ad locum supplicii cucurrisse, certasse ambos de nece, cum ille diceret : Ego sum jussus occidi, te absolvit sententia, quando me tenuit. At illa clamare cœpit : Non ego te mortis vadem elegi, <sup>d</sup> sed prædem pudoris optavi. Si pudor quæritur, manet sexus : si sanguis exposcitur, fidejussorem non desidero, habeo unde dissolvam. In me lata ista sententia, quæ pro me lata est. Certe si pecuniæ te fidejussorem dedissem, et absente me, iudex tuum censum feneratori adjudicasset ; eadem me sententia convenires, meo patrimonio solverem tuos nexos. Si recusarem, quis me indignam indigna morte censeret ? Quanto major est capitis hujus usura ! Moriar innocens, ne mo-

<sup>a</sup> Ita mss. omnes, nisi quod duo exhibent, *fremuere* : Rom. vero edit., post voces *et non videbant*, sola subjungit *corde*, at cum aliis particulam *ceum* de trahit ante vocem *lupi*.

<sup>b</sup> Cervam intellige in sacrificio pro Iphigenia virgine Agamemnonis regis filia suppositam : de qua Dicitur. Cret. lib. i, Eurip. in Iphigenia in Aulide, Ovid. lib. xii Metam., et alii.

<sup>c</sup> Vadimonium proprie est promissio sistendi se ad constitutum diem coram iudicibus, at dicitur hoc loco vadimonium quod se quasi vadem miles pro

Arriar nocens. Nihil hic medium est : hodie aut rea eris tui sanguinis, aut martyr mei. Si cito redii, quis me audeat excludere ? Si moram feci, quis audeat absolvere ? Plus legibus debeo, rea non solum fugæ meæ, sed etiam cædis alienæ. Sufficiunt membra morti, quæ non sufficiebant injuriæ. Est in virgine vulneri locus, qui non erat contumeliæ. Ego opprobrium declinavi, non martyrium. Tibi cessi vestem, non professionem mutavi. Quod si mihi præripis mortem, non redemisti me, sed circumvenisti. Cave, queso, ne contendas, <sup>e</sup> cave ne contradicere audeas. Noli eripere beneficium, quod dedisti. Dum mihi hæc sententiam negas, illam restituisti superiorem. Sententia enim sententia superiore mutatur. Si posterior me non tenet, tenet superior. Possumus uterque **B** satisfacere sententiæ, si me prius patiaris occidi. Ite non habent aliam quam exerceant, pœnam : in virgine obnoxius **171** pudor est. Itaque gloriosior eris, si videaris de adultera martyrem fecisse, quam de martyre adulteram reddidisse.

33. Quid exspectatis ? Duo contenderunt, et ambo vicerunt : nec divisa est corona, sed addita. Ita sancti martyres invicem sibi beneficia conferentes, altera principium martyrio dedit, alter effectum.

#### CAPUT V.

*Amicorum duorum e secta Pythagorea memorabile factum cum laude recensetur ; superiori tamen ostenditur esse postponendum : ubi etiam de Dionysii in spoliandis idolis irrisione, nec non de deorum in tolerandis illius sacrilegiis infirmitate disseritur, posita ex adverso quam Deus olim cœpit de Jeroboam, severa ultione.*

34. At etiam philosophorum gymnasia <sup>f</sup> Damonem et Pythiam Pythagoreos in cœlum ferunt, quorum unus cum esset morti adjudicatus, commendandorum suorum tempus poposcit : tyrannus autem astutissimus, quod reperiri non posse existimaret, petivit ut sponsorem daret, qui pro se feriretur, si ipse faceret moram. Quid de duobus præclarius, nescio. Utrumque præclarum. Alter mortis vadem invenit, alter se obtulit. Itaque dum reus moram supplicio faceret, fidejussor vultu sereno mortem non recusavit. Cum duceretur, amicus revertitur, cervicem substituit, colla subiecit. Tunc admiratus tyrannus chariorem philosophis amicitiam quam vitam fuisse ; petivit ut ipse ab his quos damnaverat, in amicitiam reciperetur. <sup>g</sup> Tantam virtutis esse gratiam, ut et tyrannum inclinaret.

35. Digna laude, sed minora nostris. Nam illic ambo viri ; hic una virgo, quæ primo etiam sexum

virgine constituerit.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *sed prædam pudoris expavi*. Plures vero ubi omnes edit. cum paucis aliis mss. *manet nexos*, præferunt elegantius *manet sexus*.

<sup>e</sup> Quidam mss. *cave contradicere audiaris*.

<sup>f</sup> De hoc amicorum pari agitur apud Cic. lib. iii Offic., loco jam a nobis citato atque alibi, nec non apud Val. Max. lib. iv, c. 7, et alios.

<sup>g</sup> Omnes edit., *Tanta virtutis est gratia*. Omnes mss., *tantam virtutis esse gratiam*, supple *constat*, aut quid simile.

vinceret : illi amici, isti incogniti : illi tyranno uni se A obtulerunt, isti tyrannis pluribus, hoc etiam crudelioribus, quod ille pepercit, isti occiderunt : inter illos in uno obnoxia necessitas, in his amborum voluntas libera. Hoc quoque isti prudentiores, quod illis studii sui finis amicitiae gratia, istis corona martyrii; illi enim certaverunt hominibus, isti Deo.

36. Et quoniam rei istius fecimus mentionem, par est contexere quid de diis suis senserit, quo magis infirmos judicetis, quos irrident sui. Namque is cum venisset in templum Jovis, <sup>a</sup> amictum aureum quo operiebatur simulacrum ejus, detrabi jussit, imponi laneum, dicens aurum hyeme frigidum, aestate onerosum esse. Sic deum irrisit suum, ut nec onus ferre posse, nec frigus putaret. Idem cum Æsculapii barbam vidisset auream, tolli imperavit, incongruum esse appellans ut filius barbam haberet, <sup>b</sup> patre non habente. Idem simulacris tenentibus aureas pateras ademit, allegans accipere se debere, quod dii darent : Quoniam hæc sunt vota, inquit, hominum, **172** ut a diis quæ bona sunt, adipiscantur : nihil autem auro melius : quod tamen si malum est, habere deos non debere : si bonum est, habere magis homines debere, qui uti scirent.

37. Ita ludibrio habitus sunt, ut neque Jupiter vestem suam defendere potuerit, nec barbam Æsculapius, nec Apollo pubescere adhuc cœperit, neque omnes qui dicuntur dii, retrahere potuerint pateras quas tenebant : non tam furti reatum timentes, quam sensum non habentes. Quis igitur eos colat, qui nec defendere se quasi dii, nec abscondere quasi homines possunt?

38. At in templo Dei nostri cum Jeroboam, rex sceleratissimus, dona quæ pater ejus posuerat, auferret, ac super sanctum altare libaret idollis; nonne dextera ejus quam tetendit, aruit, nec sua ei quæ invocabat, idola profuerunt? Deinde conversus ad Dominum, rogavit veniam, statimque manus ejus quæ aruerat sacrilegio, sanata est religione (III Reg. xiii, 2 et seq.). Tam maturum in uno et misericordiae divinæ et indignationis exemplum existit, ut sacrificanti subito dextera adimeretur, pœnitenti venia daretur.

## CAPUT VI.

*Libri secundi conclusio, qua testatur Auctor modestissimus, si quid hactenus boni scripserit, id totum in*

<sup>a</sup> De hisce Dionysii in deos suos ludibrii consule Didorum, Plutarch., Val. Maximum et alios.

<sup>b</sup> Omnes edit., Cum Apollo pater ejus adhuc non haberet, quæ verba in nullis mss. reperiuntur.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, vos si qua est gratia, nostro inhalastis ingenio.

<sup>d</sup> Rom. edit., Debuimus in nuptiis sponsæ crines calamistris quibusdam saltem orationis ornare. Vet. a mss. non discedunt, nisi quod hi pro in nuptiis, habent ferme ad unum, innuptiis, id est, virginibus. Haud male quidem, edit. tamen ob sequentia videntur præponendæ. Rursus eadem Rom. edit. sola, perpetuis spargere, etc. Melius aliæ, ac mss. perpetuos; ut opponantur perpetui thalami temporalibus de quibus versu sequenti. Ubi obiter advertit sola per-

*virginum merita referendum : sui autem officii fuisse asseverat, antequam severiora traderet præcepta, earum animos orationis atque exemplorum suavitate mulcere; quod et humano usu, et divinorum codicum auctoritate demonstrat.*

39. Hæc ego vobis, sanctæ virgines, nondum triennalis sacerdos munuscula paravi, licet usu inductus, sed vestris edoctus moribus. Quantus etenim adolescere usus potuit tam parva initiatæ religionis ætate? Si quos hic flores cernitis, de vestræ vitæ collectos legite sinu. Non sunt hæc præcepta virginibus, sed de virginibus exempla. Vestræ virtutis effigiem nostra depinxit oratio, vestræ gravitatis imaginem quasi in speculo quodam sermonis istius cernitis refulgere. <sup>e</sup> Vos si quam nostro gratiam inhalastis ingenio, vestrum est quidquid iste redolet liber. Et quoniam quot homines, tot sententiæ : si quid defæcatum est in sermone nostro, omnes legant : si quid decoctum, maturiores probent : si quid modestum, pectoribus inhæreat, genas pingat : si quid florulentum, ætas florulenta non improbet.

40. Debuimus sponsæ excitare amorem; scriptum est enim : *Diliges Dominum Deum tuum* (Deut. vi, 5). <sup>d</sup> Debuimus in nuptiis calamistris quibusdam crines saltem orationis ornare; scriptum est enim : *Plaudite manu, et percutite pede* (Ezech. xxi, 14). Debuimus perpetuos spargere thalamos rosis. Etiam in his conjugiiis temporalibus nubenti prius plauditur, quam imperatur; ne ante dura offendant imperia, **173** quam blanditiis amor fatus inolescat.

41. Equorum vis <sup>o</sup> plausæ sonitum discit amare cervicis, ne recuset jugum. Denique prius assuescitur verbo lasciviæ, quam verberare disciplinæ. Ast ubi colla subdiderit jugo; et habena constringit, et stimulus urget, et compares trahunt, et <sup>f</sup> jugalis invitatur. Sic etiam virgo nostra debuit prius amore pio ludere, aurea thori cœlestis fulcra mirari in ipso vestibulo nuptiarum, <sup>g</sup> et postes frondium sertis cernere coronatos, et chori strepentis interius haurire delicias; ne se prius Dominico jugo timefacta subduceret, quam vocata inclinaret.

42. *Veni igitur huc a Libano, Sponsa, veni huc a Libano, transibis et pertransibis* (Cant. iv, 8). Sæpius euim nobis iste versiculus recantandus est; ut vel Dominicis vocata verbis, sequatur, si qua non credit humanis. Hoc nos magisterium non invenimus, sed

petuæ castitatis vota pro legitimis haberi ab Ambrosio.

<sup>e</sup> Nonnulli mss., *Bucula plausus cujusdam sonitum discit amare, cervicis ne recuset jugum.* Agnosce apertam Virgilii imitationem, ex iii Georg. ubi legitur :

Tum magis atque magis blandis gaudere magistri  
Laudibus, et plausæ sonitum cervicis amare.

<sup>f</sup> Id est, jugarius, sive auriga.

<sup>g</sup> Veterem tangit nuptiarum morem, quo solebant in ejusmodi lætitiâ, corollis ac sertis fores ornare, ac musicorum tibicinumque choros conducere : qua de re scribit Lucianus vidisse nescio quam πάντα κατεστραμμένα, καὶ ἀλλήτριδας, καὶ θόρυβον, etc.

accepimus; sic instituit mystici carminis doctrina **A** tæque virtutis, ut aperiat manu claustra, in agrum exeat, in castellis maneat; in principio tamen retro odorem currit unguenti: mox cum in tabernaculum venerit <sup>c</sup> unguentum mutatur a castellis. Denique quo vadit, vide: *Si murus, inquit, est, ædificemus super eum turres argenteas* (Cant. viii, 9). Quæ ludebat osculis, jam turres erigit; ut pretiosis sanctorum turrita fastigiis, non solum hostiles frustretur incursus, verum etiam bonorum propugnacula structa tuta meritorum.

43. <sup>b</sup> At illa tam patiens duri laboris, exercita-

<sup>a</sup> Quidam mss., *curremus*.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *At illa impatiens duri laboris*.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, *unguentum mutatura castellis; cum aliis, denique quo evadat, videte: mss. autem B*

utrobique ut in contextu, nisi quod unus sic interpungit, *unguentum mutatur. A castellis denique, etc.; quod non displicet.*

## LIBER TERTIUS.

### 173 CAPUT 1.

*Liberii Marcellinam dato virginitatis velamine consecrantis refertur oratio: cujus exordium tum a frequentia confluentium ad illius Sponsi nuptias, a quo ipsos pascendo narrat, deducit: tum a convenientia diei quo ex virgine natus est Christus, ad cujus amorem eleganti perfectionum ejus descriptione illam inflammat.*

1. Quoniam quæ habuimus superioribus duobus **C** libris digessimus, tempus est, soror sancta, ea quæ tecum conferre soles, <sup>a</sup> beatæ memoriæ Liberii præcepta revolvere; ut quo vir sanctior, eo sermo accedat gratior. Namque is, cum Salvatoris natali ad apostolum Petrum virginitatis professionem <sup>b</sup> vestis quoque mutatione signares, (quo enim melius die, quam quo virgo posteritatem acquisivit?) astantibus etiam puellis Dei compluribus quæ certarent invicem de tua societate: Bonas, inquit, filia, nuptias desiderasti. Vides quantus ad natalem Sponsi tui populus convenerit, ut nemo impastus recedit? Illic est qui rogatus ad nuptias aquam in vina convertit (Joan. ii, 9). In te quoque sincerum sacra-

<sup>a</sup> Hic Liberius pontifex maximus idem quidem est, qui an. 357 Sirmiensi professioni a Demophilo sibi oblatae, sive posteriori ut Petavius Not. in Epiphanium et Blondellus contendunt, sive priori, ut Baronio et recentioribus quibusdam novo rationum præsidio instructis placet, subscripsit, ut reditum ab exilio impetraret. Sed is pulchre lapsum reparaverat suum, cum Ariminensi concilio summa constantia assensum suum ac suffragium negavit. Non itaque mirum est, si ab Ambrosio *beatæ memoriæ atque vir sanctior* appelletur, quando non absimiles honoris ac venerationis titulos meruit a Basilio Magno epist. 74; ab Epiphanio Hæresi 75, cap. 7; a Siricio demum epist. ad Himer. Tarrac. can. 4. Obiit autem Liberius, Baronii sententia, v idus Sept. an. 366, aliorum vero accuratiorum viii kal. Octob. an. 366, cujus nomen in additionibus ad Usuardum, Bedæ martyrologio, nec non in eo quod a Vandelberto versibus scriptum tm. V Spicitegii editum est, in sanctorum

mentum conferet virginitatis, quæ prius eras obnoxia vilibus naturæ materialis elementis. **174** Hic est qui quinque panibus et duobus piscibus quatuor millia populi in deserto pavit (Luc. ix, 13 et seq.). Plures potuit, si plures jam tunc qui pascerentur, fuissent. Denique ad tuas nuptias plures vocavit: sed jam non panis ex hordeo, sed corpus ministratur e cælo.

2. Hodie quidem secundum hominem homo natus ex virgine, sed ante omnia generatus ex Patre: qui matrem corpore, virtute referat patrem. Unigenitus in terris, unigenitus in cælo: Deus ex Deo, partus ex virgine: justitia de Patre, virtus de potente, lumen ex lumine: non impar generantis, non potestate discretus: non Verbi extensione, aut prolotione confusus, <sup>c</sup> ut cum Patre mixtus, sed ut a Patre generationis jure distinctus sit: ipse sed fraternalis tuus, sine quo nec cælestia, nec marina, nec terrestria, consistunt (Cant. v, 1). Verbum Patris bonum, quod erat, inquit, *in principio*: habes ejus aternitatem. *Et erat*, inquit, *apud Patrem* (Joan. i, 1 et seq.): habes indiscretam a Patre, inseparabilemque virtutem. *Et Deus erat Verbum*: habes ingenitam ejus

**D** Albo describitur.

<sup>b</sup> Adverte antiquitatem votorum publice nuncupandorum, quod sane non sine quibusdam ceremoniis peragebatur. Hoc videntur agnoscere Magdeburgenses pluribus locis, at præcipue Cent. 4, c. 7, ubi consecrandi monachi ritum e Dionysii Hierarchia referunt. Habes etiam apud Mabill. in antiquissimo Lection. veteris Liturgiæ Gallic. lib. ii, cap. 76: *Legenda in velatione virginum*; item in Missal. Franc. lib. iii, cap. 10: *Bened. super virgines*; et cap. 11: *Bened. vestim. viduæ*. Vide quoque Greg. Sacram. pag. 173 et seq.

<sup>c</sup> Sic omnes edit. cum mss. aliquot: alii vero plures, *ut cum Patre mixtus. . . distinctus sit persona, unitate confusus (unus, personæ unitate confusus) ut ambo unum, non uterque unus sit; indifferentiis (quidam, indifferenter) enim ipse est fraternalis tuus. At horum pleraque tam sapienter interpolationem, quam quod maxime.*

divinitatem; de compendio enim tibi fides est hau-  
rienda.

5. Hunc, filia, dilige, quia bonus est: *Nemo enim bonus nisi unus Deus (Luc. xviii, 19)*. Si enim non dubitatur quia Deus Filius, Deus autem bonus est: utique **175** non dubitatur, quia Deus bonus Filius. Hunc, inquam, dilige. Ipse est quem Pater genuit ante Luciferum, ut æternum: ex utero generavit (*Psal. cix, 3*), ut Filium: ex corde eructavit (*Psal. xlii, 2*), ut Verbum. Ipse est in quo complacuit Pater (*Matth. xvii, 5*): ipse est Patris brachium, quia creator est omnium: Patris sapientia (*Coloss. ii, 3*), quia ex Dei ore processit: Patris virtus (*Cor. i, 30*), quia divinitatis in eo corporaliter habitat plenitudo. Quem Pater ita diligit, ut in sinu portet, ad dexteram locet, ut sapientiam discas, virtutem

4. Si igitur virtus Dei Christus, numquid aliquando sine virtute Deus? Numquid aliquando sine Filio Pater? Si semper nique Pater, utique semper et Filius. Perfecti ergo patris perfectus est Filius. Nam qui virtuti derogat, ei derogat, cujus est virtus. Inæqualitatem non recipit perfecta divinitas. Dilige igitur, quem Pater diligit: honorifica, quem honorificat Pater: *Qui enim non honorificat Filium, non honorificat Patrem. Et qui negat Filium, nec Patrem habet (Joan. v, 23)*. Hæc quantum ad fidem.

#### CAPUT II.

*Virginis institutionem aggreditur, quæ in potu et cibo ratio serranda, et quo pacto motus animæ cohibendi sint, præcipiens: qua occasione ubi fabulosam Hippolyti necem ac suscitationem retulit suggillavitque, postremo calidiores escas et convivia vitanda monet.*

5. Sed interdum etiam cum fides tuta sit, juvenus suspecta est. Modico itaque vino utere, ne infirmitatem corporis augeas, non ut voluptatem excites; incendunt enim pariter duo, vinum et adolescentia. Infrenent etiam teneram ætatem jejunia, et parcimonia cibi retinaculis quibusdam indomitas cohibeant cupiditates. Ratio revocet, mitiget spes, restringat metus. Nam qui moderari nescit cupiditatibus, is sicut equis raptatus indomitis, volvitur, obteritur, laniatur, affligitur.

6. Quod aliquando a juveni ob amorem Dianæ contigisse proditur. Sed poeticis mendaciis coloratur fabula, ut Neptunus prælati rivalis dolore incitatus, equis diceatur furorem inmisisse, quo ejus magna potentia prædicetur, quod juvenem non virtute vicit, sed fraude decipit. Unde etiam sacrificium quotiannis instaurant Dianæ, ut equus ad ejus immoletur aris. Quam virginem dicunt, quæ (id quod etiam mere-

trices erubescere solent) amare potuit non amante. Sed habeant per me licet fabulæ suæ auctoritatem; quia licet scelestum utrumque, minus tamen sit juvenem amore adulteræ sic flagrasse ut periret, quam duos, ut ipsi dicunt, deos de adulterio certasse: Jovem autem dolorem scortantis filiæ in medicum vindicasse adulteri, quod ejus curarit vulnera, qui Dianam in silvis adulteraverit, venatricem sane optimam non ferarum, sed libidinum, sed ferarum etiam, ut nuda venaretur.

**176** 7. Dent igitur Neptuno dominatum furoris, ut astruant crimen incesti amoris. Dent Dianæ regnum in silvis quas incolerat, ut confirmet adulterium quod gerebat. Dent Æsculapio quod mortuum reformaverit, dummodo profiteantur quod fulminatus ipse non evaserit. Dent etiam Jovi fulmina quæ non habuit, ut testificentur quæ habuit opprobria. Sed a fabulis ad propositum revertamur.

8. Escis quoque omnibus quæ gignant membris calorem, parce utendum puto; carnes enim etiam aquilas volantes deponunt. In vobis quoque ales interior illa, de qua legimus: *Renovabitur sicut aquila juvenus tua (Psal. cii, 5)*, sublime tenens, virgineo præpes volatu, superflue carnis nesciat appetentiam. Conviviorum devitandæ celebritates, fugiendæ salutationes.

#### CAPUT III.

*Hortatur ad fugiendas visitationes, ad servandum pudorem, nec non ad silentium exemplo Mariæ per mysteriorum celebrationem præbendum: ea gratia ethnici adolescentis facto, et profani poetæ dicto memoratis, sancti cujusdam sacerdotis miraculum adjungit.*

9. Ipsas visitationes in junioribus esse parciores volo, si forte deferendum sit parentibus aut æqualibus. Teritur enim officii pudor, audacia emicat, risus subrepat, modestia solvitur, dum affectatur urbanitas: interroganti non respondere, infantia: respondere, fabula est. Deesse igitur sermonem virgini, quam superesse malim. Nam si mulieres etiam de rebus divinis in Ecclesia jubentur tacere, domi viros suos interrogare (*I Cor. xiv, 34*): de virginibus quid cautum putamus, in quibus pudor ornat ætatem, taciturnitas commendat pudorem?

10. An vero mediocre pudoris exemplum est, quod Rebeckâ cum veniret ad nuptias, et sponsum vidisset, velamen accepit (*Gen. xxiv, 65*); ne prius videretur, quam jungeretur? Et utique pulchra virgo non decori timuit, sed pudori. Quid Rachel; quemadmodum extorto osculo, flevit et gemit: nec flere desisset, nisi proximum cognovisset (*Gen. xxx,*

*ius est eam; et elevata voce flevit, et indicavit ei, etc.*, e quibus verbis quod hic de fletu pudicum illud osculum consecuto narratur. eleganter quidem et apposite ad materiam tribuitur Racheli; cum tamen ad Jacob referri oporteat. Et certe ut esset aliqua in aliis idiomatis ambiguitas, aperte apud LXX legere est, *και βοήσας τῇ φωνῇ αὐτοῦ, ἔλαυσεν*.

<sup>a</sup> Fabulam hanc de Hippolyto ab equis efferatis discernit aliter narrat Virg. vii lib. Æneid., Servius in eundem librum, Ovid. lib. xv Metamorph., Hyginus et alii.

<sup>b</sup> Ita mss. fere ad unum: nonnulli tamen et omnes edit., *sicut aquilæ juvenus tua*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *sublimi nitens, virgineo, præpes, etc.*

<sup>d</sup> Versio Vulg. et aliæ cum textu Hebræo, *oscula-*

11, 12)? Ita et pudoris servavit officium, et pietatis non omisit affectum. Quod si viro dicitur: *Virginem ne consideres, ne quando scandalizet te (Eccli. ix, 5)*; quid dicendum est sacratæ virgini, quæ si amet, animo peccat, si amatur, et factio?

11. Maxima est virtus tacendi, præsertim in Ecclesia. Nulla te divinæ sententia fugiet lectionum, si aurem admoveas, vocem premas. Nullum ex ore verbum quod revocare velis, proferas: sed parcius loquendi fiducia sit. Copiosum quippe in multiloquio peccatum. Homicidæ dictum est: *Peccasti, quiesce (Prov. x, 19)*, ne peccaret amplius: sed virgini dicendum est: *Quiesce, ne pecces*. Conservabat enim Maria, ut legimus, omnia in corde suo quæ de Filio dicebantur (*Luc. ii, 19*): et tu cum legitur aliquid quo Christus aut venturus **177** annuntiatur, aut **B** venisse ostenditur; noli fabulando obstrepere, sed mentem admove. An quidquam est indignius, quam oracula divina circumstrepere, ne audiantur, ne credantur, ne revelentur: circumsonare sacramenta confusis vocibus, ut impediatur oratio pro salute <sup>a</sup> deprompta omnium?

12. Gentiles idolis suis reverentiam tacendo deferunt. Unde illud exemplum proditur: Alexandro sacrificante Macedonum rege, puerulum barbarum qui ei lumen accenderet, excepisse ignem brachio, atque adusto corpore, mansisse immobilem, nec dolorem prodidisse gemitu, nec tacito pœnam indicasse fletu. Tanta in puero barbaro fuit disciplina reverentiæ, ut natura vinceretur. Atque ille non deos, qui nulli erant, sed regem timebat. Quid enim timeret eos, quos si idem ignis contigisset, arsissent?

13. <sup>b</sup> Quanto melius quod quidam in convivio patris adolescens jubetur ne meretricios amores indiciis insolentibus prodat? Et tu in mysterio, Dei virgo, gemitus, screatus, tussis, risus abstine. Quod ille in convivio potest, tu in mysterio non potes? Voce virginitas prima signetur, claudat ora pudor, debilitatem excludat religio, instituat consuetudo naturam. Virginem mihi prius gravitas sua nuntiet, pudore obvio, gradu sobrio, vultu modesto; et prænuntia integritatis anteeant signa virtutis. Non satis probabilis virgo est quæ requiritur, cum videtur.

14. Frequens sermo est, cum plurima ranarum murmura religiosæ auribus plebis obstrepent, sacerdotem Dei præcepisse ut conticescerent, ac reverentiam sacræ deferrent orationi; tunc subito cir-

<sup>a</sup> Omnes edit., *omnium, cum gentiles.... deferant*: mss. autem magno consensu nobiscum faciunt. Porro subjectam ephēbi hujusce barbari historiam memorat V. Maximus lib. iii, cap. 3, de Patientia.

<sup>b</sup> Edit., *Quid quod quidam. Et infra, in ministerio.... tusses, risus abstine.... in ministerio Dei non potes. Vocis, etc.*: mss. vero ut in textu, nisi quod aliqui pro *mysterio* legunt cum edit. *ministeria*. Cæterum hic indicatur ab Ambrosio Terentianæ fabulæ, quæ inscribitur *Heautontimorumenos*, Actus ii, ubi sub finem scenæ 3, admonetur Clitipho adolescens, ut præsentem patre modestiam in convivio retineat; ex eodem enim loco sanctus Præsul transtulit illa verba: *Gemitus, screatus, tussis, risus abstine.*

<sup>c</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *majora verbis*; reli-

*quæ cum fusos strepitus quievissent. Silent igitur paludes, homines non silebunt? Et irrationabile animal per reverentiam recognoscit, quod per naturam ignorat: hominum tanta est immodestia, ut plerique deferre nesciant mentium religioni, quod deferunt aurium voluptati?*

#### CAPUT IV.

*Recitata Liberii exhortatione, sororis virtutes laudat Ambrosius, maxime vero jejunium illius, quod tamen ut tantisper remittat, alternisque exercitiis mentem colat, hortatur, adductis in eam rem exemplis elegantissimis. Præterea ipsam ad preces frequentandas, orationem Dominicam et psalmos noctu etiam repetendos, recitandumque antelucanis horis symbolum urget.*

15. Hæc tecum sanctæ memoriæ Liberius: quæ apud alios <sup>e</sup> majora veris, apud te **178** minora exemplis; ita omnem disciplinam non solum virtute adæquasti, sed etiam æmulatione vicisti. Namque jejunium in præceptis habemus, sed singulorum dierum: tu autem multiplicatis noctibus ac diebus, innumera tempora sine cibo transigis; et si quando rogaris ut cibum sumas, paulisper deponas codicem, respondes illico: *Non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo Dei (Matth. iv, 4)*. Ipse epularum <sup>d</sup> usus cibus obviis; ut eadei fastidio jejunium desideretur: potus e fonte, fletus in prece, somnus in codice.

16. Hæc junioribus convenere annis, donec mens C ævi matura canesceret: ast ubi domiti trophæum corporis virgo sustulerit, moderandum labori, ut magistra <sup>e</sup> suppari servetur ætati. Cito secundis onerata palmitibus emeritæ ætatis vitis crepat, nisi aliquando reprimatur. Eadem tamen donec adolescent, exuberet, <sup>f</sup> et inveterata putetur; ne silvescat sarmentis, aut fetu nimio exanimata moriatur. Bonus agricola optimam vitem et fotu terræ cohibet, et defendit a frigore, et ne meridiano sole uratur, explorat. <sup>g</sup> Agrum quoque vicibus exercet: vel si non patitur otiosum, diversa alternat semina, mutatis ut fetibus arva requiescant. Tu quoque, virgo veterana, pectoris tui colles diversis saltem seminibus sere, nunc alimoniis mediocribus, nunc jejuniis parvioribus, lectione, opere, prece; ut mutatio laboris induciæ sint quietis.

17. <sup>h</sup> Non totus messem generat ager. Hinc de

qui, *majora veris*; uno excepto, ubi legitur, *major habebis*. Non sat congrue.

<sup>d</sup> Ita mss. complures, nisi quod pro *ut edendi fastidio*, exhibent *utendi fastidio*, quod non arridet: alii autem atque edit., *usus, cibus obviis, ut edendi fastidio*, etc.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *suppari servetur ætate*: aptius alii, et edit.... *ætati*, hoc est, adolescentioribus.

<sup>f</sup> Pauci mss., *et invetatu plantetur*. Et paulo post omnes edit., *exanimata moriatur*.

<sup>g</sup> Ex Virgilianis illis lib. i Georg.:

..... Mutatis requiescunt fetibus arva, etc.

<sup>h</sup> Idem Virg. *ibid.*:

..... Non omnis fert omnia tellus, etc.

collibus vineta consurgunt, illic purpurascens ceras olivas, hic olentes rosas. Sæpe etiam relictis aratris, ipse validus agricola digito solum scalpit, <sup>a</sup> ut florum deponat radices : et asperis manibus quibus luctantes inter vineta flectit juvencos, molliter ovium pressat ubera. Eo quippe melior ager est, quo numerosior fructus. Ergo et tu boni agricolæ exemplum secuta, non perennibus jejuniis tamquam depressis vomeribus humum tuam findas. Floreat in hortis tuis rosa pudoris, lilium mentis, et irriguum sacri sanguinis violaria bibant fontem. Vulgo hoc ferunt : Quod velis prolixè facere, aliquando ne feceris. Debet esse aliquid, quod Quadragesimæ diebus <sup>b</sup> addatur : sed ita, ut nihil ostentationis causa fiat, sed religionis.

18. Oratio quoque nos Deo crebra commendet. **B** Si enim propheta dicit : *Septies in die laudem dixi tibi (Psal. cxviii, 164)*, qui regni erat necessitatibus occupatus; quid nos facere oportet, qui legimus : *Vigilate et orate, ne intretis in tentationem (Matth. xxvi, 41)*? Certe solemnnes orationes cum gratiarum actione sunt deferendæ, cum e somno surgimus, cum prodimus, cum cibum paramus sumere, cum sumpserimus, **179** et <sup>c</sup> hora incensi, cum denique cubitum pergitur.

19. Sed etiam in ipso cubili volo psalmos cum oratione Dominica frequenti contexas vice, vel cum evigilaveris, vel antequam corpus sopor irriget; ut te in ipso quietis exordio rerum sæcularium curæ liberam, divina meditantem somnus inveniat. Denique etiam <sup>d</sup> qui primus philosophiæ ipsius nomen invenit, quotidie priusquam cubitum iret, tibicinem jubebat molliora canere, ut anxia curis sæcularibus corda mulceret. Sed ille, sicut is qui laterem lavat, sæcularia sæcularibus frustra cupiebat abolere; magis enim se oblinibat luto, qui remedium a voluptate quærebat : nos autem terrenorum vitiorum coluvione deteresa, ab omni inquinamento carnis ineniterna interna mundemus.

20. Symbolum quoque specialiter debemus tamquam nostri signaculum cordis antelucanis horis quotidie recensere : quo etiam cum horremus aliquid, animo recurandum est. Quando enim sine militiæ sacramento, miles in tentorio, bellator in prælio?

#### CAPUT V.

*Ad lacrymas fundendas hortatus Davidis versiculo,*

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *ut florem deponat radices.*

<sup>b</sup> Mss. non pauci, *augeatur, et ita ut nihil, etc.* Si vero hoc præceptum conferas cum ea hymni vespertinarum quadragesimalium strophe, qua jubemur cibo et potu uti parcius; haud injuria confiteberis, quo spiritu regitur Ecclesia, eodem afflatum fuisse Ambrosium.

<sup>c</sup> Horæ incensi meminit sanctus Lucas cap. ii, vers. 10, in quem locum Maldonatus, Jansenius Yprensis et alii scribunt in more fuisse apud Judæos, ut quotidie mane ac vespere thus adoleretur. Videtur autem Ambrosius de vespertina thuris oblatione intelligendus, cum mentio cubitus mox subsequatur.

*rorem lectum docet hic simpliciter accipi posse, vel figurate, ut corpus nostrum significet : quam acceptionem probat et confirmat. Quomodo Christus corpus doloris susceperit, stratumque versaverit in infirmitate? Omnia in honorem Christi referenda, et spiritali lætitia exsultandum, non autem illa, quæ in convivii insaniens Joanni Baptistæ mortem intulit.*

21. Jam illud quis non ad nostram institutionem dictum intelligat, quod ait sanctus Propheta : *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo (Psal. vi, 7)*? Nam sive lectum juxta litteram intelligas, tantam ubertatem ostendit profundi oportere lacrymarum; ut lavetur lectus, <sup>e</sup> stratum rigetur fletibus obsecrantis : fletus enim præsentium, merces est futurorum; quoniam beati qui fletis, ipsi enim ridebitis (*Luc. vi, 21*) : sive pro corpore accipiamus propheticum dictum, delicta corporis pœnitentiæ lacrymis ablueamus. Fecit enim sibi lectum Salomon ex lignis Libani, columnæ ejus erant argentæ, acclinatorium ejus aureum, dorsum ejus gemmatum stratum (*Cant. iii, 9, 10*). Quis est iste lectus, nisi nostri corporis species? Namque <sup>f</sup> in gemmis aerii species fulgoris ostenditur, in auro ignis, aqua in argento, terra per lignum : ex quibus corpus humanum quatuor constat elementis, in quo nostra recubat animæ; <sup>g</sup> si non aspero montium, non humi arido expers quietis existat, sed sublimis a vitiiis, ligno fulta requiescat. Unde etiam David dicit : *Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus (Psal. xl, 4)*. **180** Nam lectus doloris esse qui potest, cum dolere non possit, qui non habeat sensum? Corpus autem doloris sicut corpus est mortis ejus : *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus (Rom. vii, 24)*?

22. Et quoniam versiculum induximus, in quo Dominici corporis fecimus mentionem; ne quem forte perturbet legentem quod Dominus corpus suscepit doloris, recordetur quia Lazari mortem et doluit et flevit (*Joan. xi, 35*), et in passione est vulneratus, atque ex vulnere sanguis et aqua exivit (*Joan. xix, 34*), spiritumque exhalavit. Aqua ad lavacrum, sanguis ad potum, spiritus ad resurrectionem. Unus enim Christus est nobis spes, fides, charitas : spes in resurrectione, fides in lavacro, charitas **D** in sacramento.

23. Tamen ut corpus suscepit doloris, ita etiam stratum in infirmitate versavit (*Ps. xl, 4*); quia

<sup>d</sup> Pythagoram ejusque sectatores musica impendio delectatos multi litteris prodidere; puta : Cicero, lib. iv Tuscul. Quæst.; Macrobius in Somnium Scipionis; Gellius, lib. i, cap. 14; et Fabius, lib. ix, ubi quod hoc loco docet Ambrosius apertissime confirmatur.

<sup>e</sup> Mss. non pauci, *stratus rigetur fletibus.*

<sup>f</sup> Omnes edit. cum mss. duobus, *in gemmis aer specie fulgoris*; reliqui, *... aerii species fulgoris*; unus, *fulguris.*

<sup>g</sup> Ita edit. et pauci mss.; alii vero bene multi, *si non asperum montium, si non humi aridum, minus tamen congrue.*

<sup>a</sup> convertit in commodum carnis humanæ. Nam passione infirmitas est soluta, mors resurrectione. Et tamen mœrere pro sæculo, gaudere debetis in Domino: tristes ad pœnitentiam, alacres ad gratiam; licet et flere cum flentibus, et gaudere cum gaudentibus oportere gentium Doctor salutari præceptione præscripserit (*Rom. xii, 15*).

24. Verum qui penitus enodare <sup>b</sup> cicatricem omnem desiderat quæstionis, ad eundem confugiat Apostolum: *Omne, inquit, quodcumque facitis in verbo aut in facto in nomine Domini nostri Jesu Christi, gratias agentes Deo Patri per ipsum (Coloss. iii, 17)*. Omnia ergo dicta nostra factaque referamus ad Christum, qui vitam fecit ex morte, et lucem creavit ex tenebris. Namque ut corpus ægrotum nunc calidioribus fovetur, nunc frigidioribus temperatur; remediumque mutatio, si juxta præceptum fiat medici, salutaris est: si contra mandatum usurpetur, languoris augmentum est; ita medico nostro quidquid penditur Christo, remedium est: quidquid usurpatur, incommodum.

25. Debet igitur bene consciæ mentis esse lætitia, non inconditis comessionibus, non nuptialibus excitata symphoniis; ibi enim intuta verecundia, illecebra suspecta est, ubi comes deliciarum est extrema saltatio. Ab hac virgines Dei procul esse desidero. Nemo enim, ut dixit <sup>c</sup> quidam sæcularium doctor, saltat sobrius, nisi insanit. Quod si juxta sapientiam sæcularem, saltationis aut temulentia auctor est, aut amentia; quid divinarum Scripturarum cautum putamus exemplis cum Joannes prænuuntius Christi, saltatricis optione jugulatus, exemplo sit plus noquisse saltationis illecebram, quam sacrilegi furoris amentiam?

### 181 CAPUT VI.

*Mentione sancti Præcursoris inductus, omnia cædis ejus adjuncta quam eloquentissime describit et amplificat, ut a saltatione impiorumque conviviis deterreat.*

26. Et quoniam talis viri non strictim prætereunda est recordatio, interest ut quis, et a quibus, et quam ob causam, quomodo, et quo tempore sit occisus, advertere debeamus. Ab adulteris justus occiditur, et a reis in judicem capitalis sceleris pœna convertitur. Deinde præmium saltatricis mors est prophetæ. Postremo (quod etiam omnes barbari horrere consueverunt) inter epulas atque convivia consummandæ crudelitatis profertur edictum: et a convivio ad carcerem, de carcere ad convivium feralis flagitii circumfertur obsequium. Quanta in uno facinore sunt crimina!

<sup>a</sup> Mss. complures, *convertit incommoda*, etc.

<sup>b</sup> Cicatricem vocat difficultatis residuum, ducta metaphora a vulneribus, quibus sanatis eorum nota in carne adhuc perseverat.

<sup>c</sup> Ciceronem designat apud quem eadem reperitur Orat. pro L. Muræna.

<sup>d</sup> Rom. edit., *amandanda secretis*: aliæ ac mss., *mandata secretis*, duo mss. *commendata secretis*. Infra vero ubi edit., *filia de adultera discere matre*,

A 27. Extruitur regifico luxu ferale convivium, et explorato quando major solito turba convenerit, reginæ filia intimis <sup>d</sup> mandata secretis, in conspectu virorum saltatura produciitur (*Marc. vi, 21*). Quid enim potuit de adultera discere, nisi damnum pudoris? An quidquam est tam pronum ad libidines, quam inconditis motibus ea quæ vel natura abscondit, vel disciplina velavit, membrorum operata nudare, ludere oculis, rotare cervicem, comam spargere? Merito inde in injuriam divinitatis præceditur. Quid enim ibi verecundiæ potest esse, ubi saltatur, strepitur, concrepatur?

28. *Tunc rex, inquit, delectatus, dixit puellæ, ut peteret a rege quod vellet. Deinde juravit quod vel dimidium regni, si petisset, concederet (Ibid., 22, 23)*.

B Vide quemadmodum sæculares ipsi de sæcularibus suis judicant potestatibus, ut pro saltatione etiam regna donentur. Puella autem admonita a matre sua, poposcit afferri sibi in disco caput Joannis. <sup>e</sup> Quod dicit: *Rex contristatus est (Ibid., 25 et seq.)*; non pœnitentia regis, sed confessio iniquitatis est: quam divinæ habet consuetudo sententiæ, ut qui gesserunt impia, ipsi propria confessione se damnent. *Sed propter discumbentes, inquit*. Quid indignius quam ut homicidium fieri juberet, ne discumbentibus displiceret? *Et propter jus, inquit, jurandum*. O religionem novam! Tolerabilius pejerasset. Unde non immerito Dominus in Evangelio jubet non esse jurandum, ne sit causa perjurii; ne sit necessitas delinquendi. Itaque ne jusjurandum violaretur, percutitur innocens (*Math. v, 34*). Quid prius horrescam nescio. Tolerabiliora perjuria, quam sacramenta sunt tyrannorum.

182 29. Quis non cum e convivio ad carcerem cursare videret, putaret prophetam jussum esse dimitti? Quis, inquam, cum audisset natalem esse Herodis, solemne convivium, puellæ optionem eligendi quod vellet datam, missum <sup>f</sup> ad Joannis absolutionem non arbitraretur? Quid crudelitati cum deliciis? quid cum funeribus voluptati? Rapitur ad pœnam propheta <sup>g</sup> conviviali tempore, conviviali præcepto, quo non cuperet vel absolvi: perimitur gladio, caput ejus affertur in disco (*Marc. vi, 27 et seq.*). Hoc crudelitati ferculum debebatur, quo insatiata epulis feritas vesceretur.

D 30. Intuere, rex acerbissime, tuo spectacula digna convivio. Porrigere dexteram, ne quid sævitæ tuæ desit; ut inter digitos tuos rivi defluant sancti cruoris. Et quoniam non exsaturari epulis fames, non restingui poculis potuit inauditæ sævitæ sitis; bibe sanguinem scaturientibus adhuc venis exsecti capitis profluentem. Cerne oculos in ipsa morte

voces *filia*, et *matre*, in mss. omnibus desunt.

<sup>e</sup> Quidam mss. *Quo dicto, rex contristatus est*.

<sup>f</sup> Omnes edit., *ad Joannem ob solutionem*: mss. autem partim, *ad Joannem absolutionem*; partim, *ad Joannis absolutionem*. Magis congrue, nisi pro *missum*, quod antecedit, reponas *missam*, etc.

<sup>g</sup> *Conviviali tempore*, in cunctis edit. habetur, contra in mss. desiderantur.



sceleris tui testes, adversantes conspectum deliciarum. Clauduntur lumina non tam mortis necessitate, quam horrore luxuriæ. Os aureum illud exsangue, cujus sententiam ferre non poteris, conticescit, <sup>a</sup> et adhuc times. Lingua tamen, quæ solent etiam post mortem officium servare viventis, palpante licet motu, damnabat incestum. Portatur hoc caput ad Herodiadem: lætatur, exultat, quasi crimen evaserit; quia judicem trucidavit.

31. Quid dicitis vos, sanctæ feminae? <sup>b</sup> Videtis quid docere, quid etiam dedocere filias debeatis? Saltat, sed adulteræ filia. Quæ vero pudica, quæ casta est, filias suas religionem doceat, non saltationem. Vos autem, graves <sup>c</sup> et prudentes viri, discite detestabilium hominum epulas vitare. Si talia sunt convivia, qualia iudicia perfidorum?

#### CAPUT VII.

Quærenti Marcellinæ quid sentiendum de illis, qui ne in persecutorum manus deveniant, sibi vim inferunt, respondet; eoque Pelagiæ virginis, nec non ejusdem matris ac sororum exemplum oculis subjicit, singulari elegantia descriptum: quibus beatæ Sotheris ex qua ipse cum Marcellina ducuntur originem, martyrium adjicit.

32. Jam ad finem orationis vela pendenti bene suggeris, soror sancta, quid de earum meritis existimandum sit, quæ se præcipitavere ex alto, vel in fluvium demerserunt, ne persecutorum inciderent manus; cum Scriptura divina vim sibi Christianam prohibeat inferre. Et quidem **183** de virginibus in necessitate custodiæ constitutis eodem habemus assertionem, cum martyrii existet exemplum.

33. Sancta Pelagia apud Antiochiam quondam fuit, annorum fere quindecim, soror virginum, et ipsa virgo. Hæc primo domi classico persecutionis inclusa, cum se a prædonibus fidei vel pudoris circumsideri videret, absente matre et sororibus, vacua præsidio, sed Deo plenior: Quid agimus, inquit, nisi prospicias, <sup>d</sup> captiva virginitatis? Et votum

A est, et metus est mori; quia mors non excipitur, sed adsciscitur. Moriamur si licet, vel si nolunt licere, moriamur. Deus remedio non offenditur, et facinus fides ablevat. Certe si vim ipsam nominis cogitemus, <sup>e</sup> quæ vis voluntaria? Illa magis est vis, mori velle, nec posse. Nec difficultatem veremur. Quis enim est qui vult mori, et non possit; cum sint ad mortem tam proclives viæ? Jam enim sacrilegas aras præcipitata subvertam, et accensos focos cruore restinguam. Non timeo ne dextera deficiens non peragat ictum, ne pectus se dolore subducat. <sup>f</sup> Nullum peccatum carni relinquam. Non verebor, ne desit gladius. Possumus mori nostris armis, possumus mori sine carnificis <sup>g</sup> beneficio, matris in gremio.

B 34. Fertur ornasse caput, nuptialem induisse vestem; ut non ad mortem ire diceeres, sed ad sponsum. Ast ubi detestandi persecutores ereptam sibi viderunt prædam pudoris, matrem et sorores cæperunt quærere. Verum illæ spiritali volatu jam campum castitatis tenebant, cum subito hinc persecutoribus imminentibus, inde torrente fluvio exclusæ a fuga, inclusæ ad coronam: Quid veremur, Inquiunt? Ecce aqua, quis nos baptizari prohibet (Act. viii, 36)? Et hoc baptisma est, quo peccata donantur, regna quæruntur. Et hoc baptisma est, post quod nemo delinquit. Excipiat nos aqua, quæ regenerare consuevit. Excipiat nos aqua, quæ virgines facit. Excipiat nos aqua, quæ cælum aperit, <sup>h</sup> infirmos tegit, mortem abscondit, martyres reddit. C Te, rerum conditor, precamur, Deus, ne exanimata spiritu corpora vel unda dispergat; ne mors separet funera, quarum vitam non separavit affectus: sed sit una constantia, una mors, una etiam sepultura.

**184** 35. Hæc effata, <sup>i</sup> et suspensio paululum incinctum sinu, quo pudorem tegerent, nec gressum impedirent, consertis manibus tamquam choros ducerent, in medium progrediuntur ælycum; ubi unda torrentior, ubi profundum abruptius, illo vestigiis dirigentes. Nulla pedem retulit, nulla suspendi in-

cipuis circumstantiis eorum historię dissideant. Sed de his consule card. Baronium in notis ad Martyrologium Rom. ad v Idus Junii, et in Annal. Eccl. ad annum 309 jam citatum: item Froutonem Ducæum in Chrysostomi Hom. 41 et 51 ad populum Antiochenum.

D <sup>d</sup> Omnes edit. cum mss. nonnullis, *captiva virginitas*; alii magno numero, *captiva virginitatis*. Minime incongrue; apostrophe namque est qua semetipsam alloquens syllepsi utitur, nunc plurali, nunc singulari adhibito.

<sup>e</sup> Quidam mss., *quæ vis voluntaria illa magis est? Mori velle nec possum.*

<sup>f</sup> Pauci mss., *nullum peccatum carnis relinquam.*

<sup>g</sup> Ita mss. plures et probatores: ab his autem alii, ac edit. nihil discrepant, nisi quod interpungunt in hunc modum, *beneficio. Matris in gremio fertur*, etc.

<sup>h</sup> Rom. edit. sola, *inferos tegit.*

<sup>i</sup> Omnes edit., *suspensæ paululum, incincta sinu*, mss. nonnulli, *suspensio paululum incinctæ sinu*; reliqui *suspensio paululum in cinctum sinu*, hoc est, in modum cinctus; quod cum sequentibus pulchre congruit.

<sup>a</sup> Edit. omnes et adhuc timetur; mss. vero fere ad unum, et adhuc times.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *Videte quid docere.*

<sup>c</sup> Omnes edit. et pauci mss., *evitare. Talia sunt... perfidorum.* Et infra, *quid super eorum meritis... qui se*, etc.; alii mss. multo plures, ut nos in textu.

Porro non obscurum est a sorore interrogatum Doctorem sanctum quid de iis qui sibi manus afferrent violentas, judicaret, eas laudasse quæ castitatis tuendæ causa mortem sibi sponte peculiari Dei afflatu consciscerent: Augustinus autem, lib. i de Civ. Dei, cap. 49 et seq., de eadem materia disputans, non sine dubitatione sententiam aperit suam; forte propter Circumcelliones, ut Baronius ad an. 309 existimat. Idem cardinalis has ipsas martyres de quibus hoc loci Ambrosius, et etiam epist. ad Simplic. ibidem haud immerito conjicit easdem esse, quas tacitis nominibus, loco citato memorat Augustinus. Utrum autem hæc Ambrosii Pelagiæ distincta sit ab ea, cujus mentio extat in Actis S. Luciani martyris et presbyteri Antiocheni, et apud Eusebium, lib. viii Hist. cap. 12, Vales. edit., nec non apud Joan. Chrys. duabus homiliis, non minimum difficultatis est, cum in præ-

cessum, nulla tentavit ubi gressum figeret : anxie cum terra occurreret, offensæ vado, lætæ profundo. Videres piam matrem stringentem nodo manus, gaudere de pignore, timere de casu, ne sibi filias vel fluctus auferret. Has tibi, inquit, hostias, Christe, a immolo præsules castitatis, duces itineris, comites passionis.

36. Sed quis jure miretur tantam viventibus fuisso constantiam, cum etiam defunctæ immobilem stationem corporum vindicaverint? Non cadaver unda nudavit, non rapidi cursus fluminis volutarunt. Quin etiam sancta mater licet sensu carens, pietatis tamen adhuc servabat amplexum : et religiosum quem strinxerat, nodum nec in morte laxabat; ut quæ religioni debitum solverat, b pietate hærede moreretur. Nam quas ad martyrium junxerat, usque ad tumulum vindicabat.

37. Sed quid alienigenis apud te, soror, utor exemplis, quam hæreditariæ castitatis inspirata

a Amerb., Eras. et Rom. cum duobus cod., *Præsules virginitatis duces castitatis, comites passionis*; Gill. cum reliquis ut in contextu.

b Plerique mss., *pietatis hærede moreretur*: aliqui vero et edit. *pietati, hærede moreretur*; edit. vet., *moveretur*. Quod utrumque haud mediocriter nobis suspectum est.

c Beata hæc Sotheris, quæ Sotheres etiam dicitur in mss. quibusdam, et Sothera, ut Bollandi continuatoribus placet, vocari potest; cum virgo non modo in martyrologiis, verum etiam in Exhort. ad virginitatem ab Ambrosio ipso nominetur, qua ratione hic auctor generis, ac supra parens Marcellinæ scribatur, non immerito lector ambigat. Respondent autem iidem Bollandi continuatores haud insolitum fuisse illorum temporum scriptoribus non solum avos a quibus

A successio parentis infusione martyris erudit? Unde enim didicisti, quæ non habuisti unde disceres, constituta in agro, nulla socia virgine, nullo informata doctore? Non ergo discipulam, quod fieri sine magisterio non potest, sed hæredem virtutis egisti.

38. Qui enim fieri posset ut sancta Sotheris e tibi non esset mentis auctor, cui auctor est generis? Quæ persecutionis ætate, servilibus quoque contomeliis ad fastigium passionis evecta, etiam vultum ipsum qui inter cruciatus totius corporis liber esse consuevit injuriæ; et spectare potius tormenta quam perpeti, d carnifici dedit: tam fortis et patiens, ut cum teneras pænæ offerret genas, prius carnifex cædendo defecerit, quam martyr injuriæ cederet. Non vultum inflexit, non ora convertit: e non gemitum, non lacrymam dedit. Denique cum cætera pænarum genera vicisset, gladium quem quærebat, invenit f.

recta quis descenderet, sed et majores omnes et quorum stirpe esset oriundus, sic appellare. Passa vero est sancta hæc martyr an. ab Incarn. 304, si Baronio credimus: nam sunt qui martyrium ejus an. 293 aut 287 asserant contigisse. Porro de loco ubi passa sit non minima est discordia inter auctores, e quibus a vero propius aberrare videntur ii, qui Romam eidem putant assignandam. Festum autem ipsius ex martyr. Rom. iv, ex aliis vero viii Idus Februarias renuntiatur.

d Plerique mss., *carnifici dedit fortis et patiens, ut cum*, etc.

e Idem mss., *non gemitu victa, lacrymam dedit*.

f Hisce verbis cum tractatus desinat in mss. omnibus, quæ in edit. sequuntur, post librum de Viduis sub proprio titulo rejicienda esse duximus.

## IN LIBRUM DE VIDUIS ADMONITIO, UBI ET DE SANCTORUM INVOCATIONE NONNIHIL DELIBATUR.

Ambrosius in ipso Commentationis hujus limine (Num. 1) proficitur ad eam tribus libris de Virginibus conjungendam Apostoli, a quo utriusque conditionis laudes passim in epistolis suis copulantur, auctoritate atque exemplo inductum esse. At vero in operis serie (Cap. 9, num. 57 et seq.) quamdam occasionem deprehendimus quæ ipsum ut haberet chartisque committeret huncce tractatum, acrius movit. Exstincto conjuge matrona quædam, cui filiarum plures partim nubiles, partim jam nuptui traditæ supererant, ad commune mærentium omnium perfugium sese contulit, scilicet Ambrosium. Hanc vir sanctus pro sua facultate consolatus, eidem etiam auctor fuit, ut temperata mœstitiæ vehementia vestem lugubrem, quæ fortassi constitutum luctui tempus jam effluxerat, deponeret. Vidua illa quæ sub pullo syrmate voluptatis amorem occultaverat, Ambrosiana verba in cupiditatis suæ gratiam interpretans, nihil aliud nisi adornandas novas nuptias agitabat. Non fugit hoc sanctum Præsulem; cumque perspectissimum haberet quot mala, rixæ, lites, inimicitiarum, hinc necessario essent oritura; ut simul et illud conjugium dissuaderet, et suspicionem datæ approbationis abs se removeret, Christianæ viduitatis excellentiam prædicare, atque ad colendam eam viduas cohortari aggressus est.

Principio igitur proxime ad virginitatem accedere viduitatis professionem, nec non matrimonio longe præcellere asseverat (Cap. 1). Hujus rei argumentum profert non modo Apostolicum testimonium, verum etiam exemplum viduæ Sareptanæ (Num. 3, et seq.): cujus castitatem non solitariam exstitisse, sed pluribus aliis, puta hospitalitate ac pietate, stipatam docet. Enarrata secundum morem et mysticum sensum hac historia, transit ad Annam prophetidem (Cap. 4), a qua deinde ad eam viduam, cujus immissa in gazophylacium duo minuta Lucas memorat, gradum facit (Cap. 5). Postea decursis aliquot veteris Testamenti exemplis, nimirum Noemi (Cap. 6), Judithæ (Cap. 7) atque Deborah (Cap. 8), ipsarum historias et moraliter et mystice, Annæ tamen mystice tantum, edisserit. Libro denique post expositam de socru petri narrationem (Cap. 9, num. 53) ad umbilicum perducto, viduas ad perseverandum in vita cælibe cujus sanctitatem, munera, propriasque virtutes ibi describit (Cap. 10 et seq.), quanta verborum valet efficacia, compellit.

Porro dum socrus benti Petri mentionem facit, memoratam viduam (Cap. 9, num. 57 et seq.), cujus tamen parcat nomini, alloquitur. Docet itaque omnes illas causas quibus incundi novi conjugii tegebatur voluntatem, leves esse atque sublestatas, cum reapse hic solum voluptatis ac sæcularium voluptatum amorem sequeretur. Conjugale vinculum fatetur (Cap. 12 et seq.) bonum ac sanctum esse, Ecclesiamque cum agro fertili (Cap. 14, num. 87), qui diversæ pulchritudinis flores in virginibus, viduis et conjugatis gignit, comparat. Cunctas igitur florum exornat vocabulo, sed Ecclesiæ aream frumento magis abundare quam liliis, hoc est, conjugatarum numero virgines plurimum superari astruit. Denique ubi virginitati adversus conjugium primas vindicavit, ostenditque (Cap. 14, num. 84) solos idololatrias unquam exstitisse, qui pœnas irrogarent viduitati, ex hoc deducit Christianis omnibus feminis maritali necessitate absolutis a tam religioso proposito non recedendum; discussis postremo quæ viduæ nupturientes adhibere solent, larvatis rationibus, acriter urget in libri calce (Cap. 15, num. 86); at satis patet cum non ob aliud tam concitata peroratione usum nisi ut percussam hujusce mulieris mentem a consilio quod agitabat, facilius deterreret. Nihil dici potuit aut prudentius aut cum sana doctrina magis consonum, cum neque secundas condemnarit nuptias, neque officio suo defuerit, quo viduitatem illis anteferre, animasque sollicitudini suæ creditas ad perfectiora semper impellere tenebatur.

Cæterum illud esse voluit istius libri exordium, quod omnem de ipsius auctore dubitationem amoveat, nisi cui libros de Virginibus Ambrosio etiam abjudicare libuerit; quod quam sit absurdum ignorat nemo. Verumtamen Centuriatores injecta hujus ejusdem libri mentione, non sine fastidio scribunt: Ambrosius, si tamen Ambrosius est, permulta crassa habet de invocandis sanctis mortuis (Centur. 4, cap. 4). Quo quidem dubio quid ineptius? Si tamen eis non sufficiat quod jam diximus, voluerintque hac de re ab Ambrosio doceri expressis verbis, adeant ejusdem Commentarium in Evangelium secundum Lucam, et illic Commentationem hanc ab eo pro sua quater ut minimum citatam, lectoremque ad illam remissum invenient. Sed ut magis ac magis quanti facienda sit ejusmodi censorum auctoritas, quivis intelligat, addemus Hieronymi testimonium ex epist. 50 ad Pammachium: Legat, inquit, sancti Ambrosii de Viduis librum (Apolog. adv. Jovin.). Quid igitur in causa fuit, cur ista dissimulerent Magdeburgenses? Nimirum ut quæ super sanctorum invocatione tradit pius Doctor (Cap. 9, num. 55), paulo audacius crassa dicerent. Sed nihil promoverunt ingeniosi viri; nemo quippe non intelligit quod illi crassum vocitant, orthodoxum Ambrosio visum fuisse; nec enim eum cudere voluisse novum dogma, sed veritati catholicæ testimonium reddidisse. Enim vero numquam ea quæ isti propterea tantum exagitant, quia cum Romanæ Ecclesiæ placitis aperte faciunt, prudentissimus præsul ex suggestu populo proposuisset, si quid aut abhorrens a pietate, aut quoquo modo infirmiorum offensioni obnoxium inesse in hac doctrina existimasset. Non est autem cur afferamus in medium quod scripsit Perkinsius, librum de Viduis pugnare cum Commentario in cap. 1 Epist. ad Romanos; quandoquidem Rivetus (Crit. sac.) ipse ejus sectæ atque ordinis rationem adeo futilem, nulla prorsus consideratione dignam esse judicavit.

Ex iis omnibus quæ hactenus a nobis examinata sunt, intelligere est hunc librum sermonibus, in quibus viduam illam ad secunda nuptiarum vota aspirantem compellat sanctus Doctor, compositum esse: quem litteris deinde a se commendatum non multo post editos libros de Virginibus, hoc est, post annum 377 in lucem emissum abunde ab ipso operis exordio declaravit.

# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## DE VIDUIS

LIBER UNUS <sup>a</sup>.

### 185 CAPUT PRIMUM.

Postquam actum est de virginibus, de viduis opportune tractari, cum eas illis Apostolus sociaverit, utpote quodammodo virginitatis magistras, et conjugatis longe superiores. Quam viduis gloriosum sit quod ad viduam fuerit Elias destinatus! At illas laude dignas non esse, nisi virtutem istius imitentur, maxime vero hospitalitatem. Quæ virtus quanta fuerit in hac femina, exponitur: sed prius perstringitur hominum

A avaritia, qui dum communia sibi arrogat, divinis promissis sese privarunt.

1. Bene accidit, <sup>b</sup> fratres, ut quoniam <sup>c</sup> tribus libris superioribus de virginum laudibus disseruimus, viduarum tractatus incideret; neque enim inhonoras debuimus præterire, et a virginum præconio separare, quas apostolica sententia cum virginibus copulavit, juxta quod scriptum est: *Et mulier*

<sup>a</sup> Script. circa an. 377.

<sup>b</sup> Cod. Reg. et Col. unus, frater, ut quoniam, etc.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., quatuor libris superioribus.

innupta, et virgo cogitat quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore et spiritu (I Cor. vii, 34)? Quodammodo enim magisterium virginitalis viduarum valet exemplis. Quæ cum viro castum cubile custodiunt, documento virginibus sunt integritatem Deo esse servandam. Et propemodum non inferioris virtutis est eo abstinere conjugio, quod aliquando delectaverit, quam conjugii oblectamenta nescire. In utroque fortes; ut eas et conjugii non poeniteat, cui fidem servant, et conjugalia oblectamenta non alligent; ne videantur infirmæ, quæ sibi adesse non possint.

2. In hac ipsa tamen virtute præmia sunt reposita libertatis: *Mulier enim vincata est quanto tempore vir ejus vivit: quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanserit, secundum meum consilium; puto enim et ego spiritum Dei habeo* (Ibid., 39, 40). Evidenter igitur expressit Apostolus quid intersit, cum aliam viuctam esse dixerit, aliam beatiorem esse memoraverit: idque non tam ex suo iudicio quam divini Spiritus docuit infusione depromptum; ut cælestis ista, non humana sententia videretur.

3. Quid vero illud quod temporibus iis, quibus fames omne genus urgebat humanum, Elias ad viduam destinatus est (III Reg. xvii, 9)? Et vide quemadmodum propria singulis gratia reservetur: angelus ad virginem, propheta ad viduam (Luc. i, 27, 28). Adde quod Gabriel illic, hic Elias; ut ex angelorum et prophetarum numero præstantissimi principes videantur electi. Sed non simplex viduitatis laus est, nisi virtus etiam viduitatis accedat. Nam utique multæ viduæ ante, sed una omnibus antefertur: in quo non tam cæteræ revocantur ab studio, quam virtutis provocantur exemplo.

4. Sollicitas igitur aures præfatio facit, quamvis simplicitas intellectus ipsa moralis sit, quæ ad virtutis exemplum viduas cohortetur; quia non professione, sed merito videtur unaquæque præstare, et hospitalitatis apud Deum gratiam non perire, qui potum aquæ frigidæ, sicut in Evangelio ipse memoravit (Matth. x, 42), præmio æternitatis remuneretur amplissimo: et farinæ brevis, oleique mensuram indeficienti affluentium copiarum ubertate compenset (III Reg. xvii, 16). Nam si quis de gentilibus dixit communia omnia amicorum esse debere; quanto magis debent esse communia cognatorum! Cognati

<sup>a</sup> Quidam mss., *secundum meum consilium dico.*

<sup>b</sup> Ita edit. omnes et mss. aliquot: aliorum autem quidam legunt, *esse monstraverit*, quidam continuo post, *idque non jam ex suo iudicio, sed divini, etc.*

<sup>c</sup> Mss. non pauci, *propria signaculis gratia reservetur.*

<sup>d</sup> Edit. omnes, *aures præfatio facit*: omnes mss., *aures præfatio facit.*

<sup>e</sup> Sententiam hanc Diog. Laertius Pythagoræ tribuit in ejus vita. Citatur autem a Platone, Aristotele, Cicerone atque aliis: nec non ab Eras. explicatur Adag. chil. l. cent. i, prov. i.

<sup>f</sup> Omnes edit. cum mss. Tell., *non congregant, et redundant . . . . monumenta sententiæ*: reliqui ut n. textu. At sequentia in Rom. edit. ita fuerant par-

tim inversa, partim mutata, qua dictum est: *Omne lignum quod . . . super terram; ad usus proprios derivantes, et congerendo egemus, et congerendo, etc.*

5. Sed tamen non præscripto quodam hospitalitatis sine concludimur. Cur enim proprium id quod in sæculo est, putes; eum commune sit sæculo? Aut cur privatos terræ deputes fructus, cum terra communis sit? *Respicite*, inquit, *volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt* (Matth. vi, 26). Etenim quibus nihil est proprium, nihil deest: et sententiæ suæ Deus arbiter novit servare promissum. Denique aves non congregant, et edunt; quia Pater cælestis pascit illas. Nos autem generalis monita sententiæ ad usus proprios derivantes: *Omne, inquit, lignum quod habet in se fructus seminiosativi, erit votis in escam, et omnibus bestiis, et omnibus avibus, et omnibus serpentibus super terram* (Gen. i, 29, 30); congregando egemus, et congregando vacuumur. Non possumus enim sperare promissum, qui non servamus oraculum. Salubre est igitur præceptum quoque hospitalitatis advertere, ut hospitibus deferamus; quia nos quoque sumus hospites mundi.

6. Quam vero sancta vidua, quæ eum fame urgebatur extrema, venerationem Deo debitam reservabat: nec sibi soli usurpabat alimenta, sed cum filio dividebat ne caro pignori superviveret (III Reg. xvii, 12 et seq.). Magnum pietatis officium, sed religionis uberius. Nam sicut neminem filio oportuit anteferri, ita propheta Dei, ejus filio præferri debuit et salutis. Cui non exiguum victum, sed vitæ suæ omne subsidium existimanda est detulisse, quæ nihil reliquit sibi: tam hospitalis, ut totum daret: tam fidelis, ut cito crederet.

## CAPUT II.

*Veræ viduæ præcepta traduntur ex Apostolo: scilicet ut liberos educet, parentes colat, Deo placere desideret, irreprehensibilem se exhibeat, meritorum maturitatem præ se ferat, uni viro fuerit copulata; ubi tamen secundas nuptias negat a Paulo fuisse condemnatas: adjicit denum eas apud omnes clara virtutum fama valere oportere. Cur fugiendæ viduæ juniores; quove modo nubere quam uri melius dicatur? Postremo hinc declaratur viduarum dignitas, quod ob illatas ipsis injurias ira gravissime divina moveatur.*

7. Ergo vidua non abstinencia corporis tantum de-

tim inversa, partim mutata, qua dictum est: *Omne lignum quod . . . super terram; ad usus proprios derivantes, et congerendo egemus, et congerendo, etc.*

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *pignori superbiret.*

<sup>h</sup> Mss. aliquot, *sed religione superius*. Male; id enim hoc loco præcipit Ambrosius, quod jam docuerat lib. vii in Lucan. nam. 146, religionem præstare pietatis officii. Quod quidem etsi de religione quæ immediate in Deum, non autem quæ per creaturam aliquam in eundem refertur, intelligendum sit; credibile tamen est viduam illam tam manifesta divinæ voluntatis indicia in sancto propheta animadvertisse, ut de veritate verborum ejus dubitare nequaquam posset. Neque vero quisquam dixerit eandem, Chrysostomo teste, idolorum cultui fuisse ad-

finitur, sed virtute designatur: cui præcepta non do A  
ego, sed Apostolus tribuit. Honorificentiam non solum  
imparior, **188** sed gentium Doctor prius detulit  
dicens: *Viduas honora, quæ veræ viduæ sunt. Si  
qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat pri-  
mum suam domum regere, et mutuam vicem reddere  
parentibus (1 Tim. v, 3, 4).* Unde et advertitur utrum-  
que pietatis affectum viduæ inesse debere, ut filios  
diligat, parentibus deferat. Ita dum <sup>a</sup> obsequium pa-  
rentibus rependit, magisterium exercet <sup>b</sup> in filios,  
suoque se ipsa remuneratur officio; cum id quod  
aliis defert sibi proficit.

8. *Hoc enim, inquit, acceptum est coram Deo (Ibid.);*  
ideo si cogitas, vidua, quæ Dei sunt, debes id sequi  
quod Deo placere didicisti. Et supra quidem sanctus  
Apostolus ad continentiam studium viduas cohortatus, B  
dixit eas cogitare quæ sunt Domini (1 Cor. vii, 34).  
Alibi autem ubi eligitur vidua quæ probata est, non  
solum cogitare præcipitur, sed etiam sperare de Do-  
mino: *Quæ enim vere vidua est, inquit, et desolata,  
speret in Deum, et instet obsecrationibus et orationibus  
die ac nocte (1 Tim. v, 5).* Nec immerito has irre-  
prehensibiles ostendit esse debere, quibus ut opus  
virtutis indicitur, ita etiam honorificentia larga defer-  
tur, ut etiam ab episcopis honorentur.

9. Qualis autem eligi debeat, <sup>c</sup> ipsius Doctoris ser-  
mone describitur: *Non minus, inquit, sexaginta an-  
norum, quæ fuerit unius viri uxor (Ibid., 9).* Non  
quo <sup>d</sup> senectus sola viduam faciat, sed quo viduitatis  
merita stipendia sint senectutis. Nam utique illa  
præclarior, quæ calorem adolescentiæ, et junioris C  
fervescentem edomat ætatis ardorem; nec mariti  
gratiam, nec uberiora liberorum oblectamenta desi-  
derans: quam quæ effeta jam corpore, frigida senec-  
tute, matura ævi, nec calere voluptatibus potest,  
nec sperare de partu.

10. Neque vero si qua in secundas nuptias incide-

dictam; ipsemet enim ita subjungit: *Sed religiosam  
mulierem, quæ præveniente Deo, quam modicam in ca-  
psa farinam, tam magnam in corde habebat fidem.*

<sup>a</sup> Quiddam mss., *parentibus deferat honorem.*

<sup>b</sup> Sic Amerb. et omnes mss., aliquot exceptis, in  
quibus legas, *in filios suos: quæ se ipsam remunerat-  
tur.* Eras. edit. ac seq. ab Amerb. tantum discre-  
pant, quod in his particula se jugulata est. Non adver-  
terunt scilicet Ambrosium verbo remunerari in acti-  
va significatione uti solitum.

<sup>c</sup> Vet. edit., *ipso Doctoris sermone; Rom., ipso  
Doctoris gentium sermone.*

<sup>d</sup> Ambrosius hunc Apostoli locum ita explicat,  
quasi non tam sexagenariam exigit ætatem, quam  
gravitatem, aliasque virtutes quas par est inesse in  
sexagenaria, quæ proinde si in minori ætate reperian-  
tur, ea non excludi debeat a professione viduitatis.  
Hieronymus quoque ep. ad Furiam juniores viduas  
a Paulo rejici iudicatur, docens in iis solis ab eo  
requiri 60 annos, quæ Ecclesiæ sumptibus alendæ  
essent: quod etiam c. in Isaïæ ipse confirmat. Ne-  
que forsitan absurde illo referantur cum hæc ipsa  
Ambrosii verba, tum superiora illa: *Quibus ita ho-  
norificentia larga defertur, ut etiam ab episcopis hono-  
rentur; voces enim honor et honorificentia apud scrip-  
tores ecclesiasticos subsidium quo quis in susten-  
tanda vita adjuvatur, significant. At vero mavult in  
lib. de sacris Ordin. Exere. 10, cap. 2, Pater Mori-*

rit, quas utique <sup>e</sup> Apostolica præcepta non damnant,  
quasi fructu pudoris omissis, si rursus soluta fuerit  
viro, ab affectu viduitatis arectur. Habebit illa qui-  
dem vel seræ meritum castitatis, sed probatior erit  
quæ alterius non fuerit experta conjugium; in illa  
enim eminent studium castitatis: huic aut senectus,  
aut pudor modum videtur fecisse nubendi.

11. Nec sola tamen castitas corporis viduæ forti-  
tudo est, sed magna et uberrima disciplina virtutis:  
*Quæ in operibus bonis testimonium **189** habeat, si fi-  
lios educaverit, si hospitio receperit, si sanctorum pe-  
des laverit, si tribulationem patientibus ministraverit,  
si postremo omne opus bonum fuerit subsecuta  
(Ibid., 10).* Vides quam multas virtutum comprehen-  
derit disciplinas: primum, pietatis officium: secun-  
dum, hospitalitatis studium, et humilitatis obsequium:  
tertium, misericordiæ ministerium, liberalitatisque  
subsidium: ad summam omnis executionem boni  
operis flagitavit.

12. Et ideo adolescentiores divitandas putat  
(Ibid., 11), eo quod non queant tantæ operam im-  
plere virtutis. Etenim vicina est lapsibus adolescen-  
tia, quia variarum <sup>f</sup> æstus cupiditatum fervore ca-  
lentis inflammatur ætatis: bonique doctoris est, ma-  
teriam arcere peccati. Prima enim institutionis est  
disciplina culpam avertere, secunda virtutem infun-  
dere. Tamen cum Apostolus sciret Annam illam ab  
adolescentia octogenariam viduam Dominicorum  
operum exstitisse prænuntiam (Luc. ii, 36, 37), non  
puto quod juniores revocandas putarit a viduitatis  
affectu, maxime cum dixerit: *Melius est nubere quam  
uri (1 Cor. vii, 9).* Nam utique pro remedio nuptias  
suasit, ut peritura sanetur: non pro electione <sup>g</sup> præ-  
scripsit, ne castitatem continens sequatur; aliud est  
enim subvenire labenti, aliud suadere virtutem.

13. Et quid de humanis judiciis loquar, cum di-  
vinis judiciis in nullo gravius Julæi Dominum læ-

nus huncce annorum numerum non in omnibus quæ  
vidualem continentiam profiterentur, esse debere,  
sed in iis tantum quæ ad munus diaconissæ assume-  
rentur. Hinc illas eligendas præcipi, quæ uni viro  
prius nupsissent. Negat autem Thaumassinus Discipul.  
Eccl. part. 1, cap. 53, alia commodiori via Patres  
hoc loco conciliari posse, quam si dicamus eos qui  
sexagenarias viduas esse volunt, intelligendos de  
viduis illis quæ ad munus aliquod ecclesiasticum eli-  
gerentur: qui vero etiam eadem ætate minores non  
rejecerunt, eos de viduis solam castitatem nuncupan-  
tibus locutos. Nec sane quisquam sibi persuadeat  
Apostolum, ne viduæ debiles infra annum sexage-  
narium alerentur ab Ecclesia, prohibuisse; cum id  
ferri postea in conc. iv Carth. can. 101 et 102 de-  
cretum fuerit.

<sup>e</sup> Adverte Doctorem nostrum moderatione multo  
superiore hic esse, non solum iis qui contra Eccle-  
siæ sententiam omnino proscripterent secundas nu-  
ptias, ut Tertullianus et alii; sed etiam veterum Pa-  
trum non paucis, qui paulo severius easdem nuptias  
videntur perstrinxisse.

<sup>f</sup> Edit., *æstus cupiditatum fervorem calentis inflam-  
mat ætatis: aptius omnes mss. ut in textu, nisi quod  
Tell. legit.,.... fervor inflammat ætatis.*

<sup>g</sup> Omnes edit. cum solo cod. Tell., *præscripta  
casta et continens quid sequatur: cæteri autem ma-  
gno consensu nobiscum faciunt.*

sisse prodantur, quam quod viduæ gratiam, minorumque jura violarent? Hæc propheticis causa vocibus conclamatur, quæ meritum Judæis rejectionis invexerit. Hæc sola causa delicti invidiam mitigatura memoratur si honoretur vidua, minoribusque æqui justitia judicii deferatur; sic enim habes: *Judicate pupillo, et justifyate viduam; et venite, disputemus, dicit Dominus (Esai. 1, 17, 18)*. Et alibi: *Pupillum et viduam suscipiet (Psal. cxlv, 9)*. Et alibi: *Viduam ejus benedicens benedicam (Psal. cxxx, 15)*. In quo Ecclesiæ quocumque figura prætextitur. Videtis igitur, sanctæ viduæ, nequaquam lubrico munus studio deserendum, quod divinæ benedictionis subsidiis honoratur.

### CAPUT III.

*Redit ad Sarreptanam viduam, in qua Ecclesiæ figuram existisse ostendit, atque Esaiæ testimonio confirmat; unde colligit in illa virginibus, nuptis ac viduis exemplar esse. Conversus ad prophetam, in eo Christum quoque significatum dicit, quippe qui divina mysteria et futuram pluviæ irrigationem sit pollicitus. Eodem etiam geminum Gedeonis signum refertur atque explicatur. E quibus elicit nec cujusvis esse miracula facere, et Christi incarnationem Judæorumque abdicationem illic adumbrari.*

14. Quid vero illud, ut ad superiora redeamus, quod cum in omni terra esset fames maxima; viduæ tamen Deo cura non defuit, atque <sup>a</sup> ad alendum ad eam propheta directus est (III Reg. xvii, 14)? In quo cum me admonet Dominus (Luc. iv, 25), quod in veritate dicturus sit, ad mysterium videtur sollicitare aures. Quid enim verius Christi et **190** Ecclesiæ potest esse mysterio? Non igitur otiose inter multas viduas una præfertur. Quæ enim talis, ad quam tantus propheta, qui ad cælum raptus est, dirigatur, eo præsertim tempore quando clausum est cælum annis tribus et mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra? Ubique ergo fames erat, et adhuc tamen hæc vidua non egebat. Qui sunt hi tres anni? Ne forte illi quibus Dominus venit in terras, et fructum in ficulnea invenire non potuit, juxta quod scriptum est: *Ecce anni tres sunt, ex quo veni quærens fructum in ficulnea hac, et non invenio (Ibid., 7)*.

15. Hæc est profecto vidua illa, de qua dictum est: *Lactare, sterilis quæ non parit, erumpe et exclama, quæ non parturis; quoniam multi filii desertæ magis quam ejus quæ habet virum (Esai. liv, 1)*. Et bene vidua, cui bene dicitur: *Ignominia et viduitatis tuæ non eris memor; quia ego Dominus qui facio te (Ibid., 4, 5)*. Et fortasse ideo vidua, quæ amisit quidem virum, secundum corporis passionem; sed in die judicii, Filium hominis quem amisisse visa est, receptura: *Tempus enim breve, inquit, dereliqui te*

<sup>a</sup> Edit. omnes cum solo ms. Tell., ad alendam eam.

<sup>b</sup> Ita plerique mss.; edit. vero et cod. Tell., *cibus Ecclesiæ cumulo*; alius etiam, *sibus Ecclesiæ cumulis*, etc.

<sup>c</sup> Cod. Tell., *universa terrarum*; alii nonnulli et

**A** (*Ibid.*, 7); ut gloriosius scilicet fidem derelicta servaret.

16. Habent itaque omnes quod imitentur exemplum, virgines, nuptæ et viduæ. Et fortasse ideo Ecclesia virgo, nupta, vidua; quia unum corpus in Christo sunt. Hæc igitur illa vidua est, propter quam verbi cælestis siccitas cum esset in terris, prophetæ sunt destinati; erat enim vidua, quæ sterilis erat, sed partum suo tempore reservabat.

17. Unde nec illius nobis videtur persona mediocris, qui aridam terram, verbi rigavit rore cælesti, clausumque cælum non humana utique potestate rescavit. Quis enim est qui cælum potest aperire, nisi Christus, cui quotidie de peccatoribus <sup>b</sup> cibus, Ecclesiæ cumulus congregatur? Neque enim humanæ facultatis est dicere: *Hydrii farinæ non deficiet, et vas olei non deficiet usque in diem, quo dabit Dominus pluviam super terram (III Reg. xvii, 14)*. Nam licet mos sit ita præfari prophetis, tamen hæc vera Dei vox est. Ideo præmissum est: *Quia hæc dicit Dominus (Ibid.)*; Domini enim est perpetuitatem sacramentorum spondere cælestium, et non defuturam spiritualis exultationis gratiam polliceri, largiri munimenta vitæ, fidei signacula, dona virtutum.

18. Quid est autem: *Usque in illum diem, quo dabit Dominus pluviam super terram (Ibid.)*; nisi quia et descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram (Psal. lxxi, 6)? In quo veteris mysterium reseratur historiæ quo sanctus Gedeon mystici certaminis præliator, futuræ capiens insigne victoriæ, spiritale sacramentum vigore mentis agnovit, pluviam illam Verbi rorem esse divini: quæ primo pluit in vellus, cum terra omnis perpetuis siccitatibus æstuaret: secundo vero indicio <sup>c</sup> universæ terræ aream fuso imbre madefecit, cum siccitas esset in vellere (*Judic. vi, 77 et seq.*).

19. Advertit enim vir præsagus futuræ Ecclesiæ crescentis insigne. Nam primo intra Judæam **191** divini cœpit ros sermonis humescere (*notus enim (Psal. lxxv, 2) in Judæa Deus*) cum <sup>d</sup> arida fidei totius orbis universa terra maneret. Sed ubi Joseph greges Deum negare cœperunt, et ausu vario immanium delictorum contrahere divinitatis offensam, tunc per omnes terras fuso imbris rore cælestis, populus Judæorum æstu perfidiæ suæ cœpit arescere, cum Ecclesiam sanctam ex omnibus terrarum partibus congregatam prophetica nubes et salutaris imber apostolicus irrigarent. Hæc est illa pluvia non terrarum humida, non nebulosa <sup>e</sup> concreta montium, sed cælestium Scripturarum salubri per totum orbem imbre diffusa.

20. Osteditur igitur exemplo non omnium esse divinæ mereri miracula potestatis, sed eorum quibus

edit., *universam terram*.

<sup>d</sup> Omnes edit., *arido fidei totius orbis universa torrerent*; omnes mss. excepto Tell. ut in textu, et paulo post omnes edit., *et ausu nefario*, omnes mss., *et ausu vario*.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *congregata montium*.

religiosæ devotionis studia suffragentur : et divini eos fructu operis abdicari, qui reverentiæ sunt cælestis exsortes. Ostenditur etiam in mysterio, quod ad instaurandam Ecclesiam, Dei Filius humani corporis <sup>a</sup> sacramenta suscepit, abdicato populo Judæorum, quibus consiliarius et propheta (*Esai. iii, 1, et seq.*), beneficiorumque adempta sunt miracula Dominicanorum; eo quod <sup>b</sup> civico quodam invidiæ nævo in Dei Filium credere noluerunt.

#### CAPUT IV.

*Qualis viduarum vita esse debeat, patet exemplo*

*Annæ : quam in singulis suis ætatibus, castitatis specimen edidisse demonstrat. Triplicem ex his astruit ejusdem virtutis gradum esse, quos gradus Ecclesia omnes amplectitur, nec non singulis exempla in Maria, in Anna atque in Susanna proponit. Addit tamen aliis duobus præstare statum virginitalis, viduæ autem curam servandæ sumæ majorem esse oportere.*

21. Docuit igitur Scriptura <sup>c</sup> quantam collatio conferat gratiam, quantum etiam sit munus divinæ benedictionis in viduis. Quibus quoniam honorificentia a Deo tanta confertur, est advertere qualis debeat vita competere; docet enim Anna quales deceat esse viduas, quæ immaturo mariti obitu destituta, maturæ tamen <sup>d</sup> adorem laudis invenit : non minus religionis officio, quam studio castitatis intenta. Vidua, inquit, octoginta et quatuor annorum, vidua quæ non discederet de templo, vidua quæ jejuniis et obsecrationibus die ac nocte serviret (*Luc. ii, 36, 37*).

22. Vides qualis vidua prædicetur, unius viri uxor, ætatis quoque jam probata processu, <sup>e</sup> vividam religioni, et effeta jam corpore : cui diversorium in templo, colloquium in prece, vita in jejunio : quæ dierum noctiumque temporibus indefessæ devotionis obsequio, cum corporis agnosceret senectutem, pietatis tamen nesciret ætatem. Sic instituitur a juventute vidua, sic prædicatur **192** in senectute veterana : quæ viduitatem non occasione temporis, non imbecillitate corporis, sed virtutis magnanimitate servaverit. Etenim cum dicit septem annis eam cum viro fuisse a virginitate sua, ab adolescentiæ utique studiis inchoata prædicat subsidia senectutis.

23. Docemur itaque triplicem castitatis esse virtutem : unam conjugalem, aliam viduitatis, tertiam virginitalis; non enim aliam sic prædicamus, ut excludamus alias. Suis quibusque professionibus ista

<sup>a</sup> Non pauci mss., *sacra suscepit*.

<sup>b</sup> Quidam mss., *cives quodam invidiæ nævo*.

<sup>c</sup> Omnes edit. et cod. Tell., *quanta collatio*; Tell. i manu, *consolatio, gratiæ*; reliqui mss., *quantam collatio conferat gratiam*. Est autem hoc loci *collatio* idem ac beneficentia atque elemosyna.

<sup>d</sup> Vet. edit., *a Deo remunerationem laudis invenit*: Rom. vero cum mss. omnibus, *adorem*, etc. Erat præmium militare quod ex farris genere constabat quo Romani an. ab Urbe condita 300 victitarunt. Unde adorea per tropum pro laude atque honore sumitur ac potissimum militari.

A conducunt. In hoc Ecclesiæ est opulens <sup>f</sup> disciplina, quod quos præferat, habet : quos rejiciat, non habet; atque utinam habere numquam possit! Ita igitur virginitatem prædicavimus, ut viduas non rejiceremus : ita viduas honoramus, ut suus honos conjugio reservetur. Non nostra hoc præcepta, sed divina testimonia docent.

24. Reminiscamur itaque quemadmodum Maria, quemadmodum Anna, quemadmodum Susanna laudentur. Sed quoniam non laudes earum tantummodo prædicandæ sunt, sed disciplinæ etiam sunt sequendæ, reminiscamur ubi Susanna (*Dan. xiii, 7*), ubi Anna (*Luc. ii, 38*), ubi Maria (*Luc. i, 28*) sint repertæ : et advertamus quemadmodum singularis laudibus prædicentur, et ubinam commorentur : <sup>g</sup> nupta in paradiso, vidua in templo, virgo in secreto.

25. Sed in illis tardior fructus, in virgine maturior : illas senectus probat, virginitas laus ætatis est; nec adjuncta quærit annorum, quæ omnium est fructus ætatum. Adolescentiam decet, juventutem ornat, amplificat senectutem : omni quæ ævo habet justitiæ suæ canos, maturitatem gravitatis, velamen pudoris, <sup>h</sup> quæ devotionem non impediatur, religionem auget. Advertimus enim ex sequentibus quia quotannis in die solemni Paschæ sancta Maria cum Joseph Hierusalem petebat (*Luc. ii, 41*). Ubique impigra devotio, ubique assiduus Virgini comes pudoris adjungitur. Nec inflatur Domini mater, quasi secunda de meritis : sed quo meritum magis agnovit, eo votum uberius exsolvit, officium copiosius delulit, munus religiosius vexit, mysticum tempus implevit.

26. Quanto igitur vos magis convenit intentas esse studio castitatis, ne locum sinistræ relinquatis opinionum, quæ pudicitiae testimonium in solis habetis moribus! Virgo enim, licet in ea quoque major sit morum prærogativa quam corporis, calumniam tamen integritate carnis abjurat; vidua, quæ probandæ subsidium virginitatis amiserit, non in voce obstetricis, sed in suis moribus habet castitatis examen. Docuit igitur Scriptura quam attentus viduæ esse debeat et religiosus affectus.

#### 193 CAPUT V.

*Liberalitatis erga pauperes exemplum in vidua Evangelica proponitur, cujus duo minuta largioribus divitum donis ostenduntur esse potiora. Docetur etiam hisce duobus minutis utrumque Testamentum signatum esse. Quis ille thesaurus sit, unde magorum exemplo tria munera, aut Evangelicæ viduæ instar,*

<sup>e</sup> Mss. non pauci, *vidua et effeta jam corpore*.

<sup>f</sup> Disciplina nihil hoc loco aliud est, quam instituta, leges, et consuetudines, quæ vigent in Ecclesia catholica; cum ea vox non raro pro doctrina atque eruditione sumatur.

<sup>g</sup> Cod. unus e Colbert., *Nupta in pomerio*; lege in pomario, et intellige Latinam vocem pro Græca paradiso ejusdem sensus fuisse positam in hoc codice.

<sup>h</sup> Omnes edit., *qui devotionem*; omnes mss., *quæ devotionem, nempe virginitas*.

duo æra depromi jubeamur? Post quæ sequitur ad A  
viduas bonorum operum studio inflammandas exhortatio.

27. Docuit etiam libro eodem, sed alio loco, quam misericordem in pauperes et liberalem esse conveniat, nec paupertatis debere contemplatione revocari; quia liberalitas non cumulo patrimonii, sed largitatis definitur affectu. Denique Dominica voce illa vidua omnibus antefertur, de qua dictum est: *Vidua hæc plus omnibus misit* (Luc. II, 3). In quo moraliter Dominus instituit universos, ne quis a collatione ministerii, paupertatis pudore revocetur: nec sibi divites blandiantur, quod plus videantur conferre quam pauperes. Uberior est enim nummus e parvo, quam thesaurus e maximo; quia non quantum datur, sed quantum resideat, expenditur. Nemo plus tribuit, quam quæ nihil<sup>a</sup> sibi reliquit.

28. Quid tu, dives, egeni comparatione te jactas; et cum tota oneris auro, pretiosam per humum trahens vestem, quasi inferior tuis et parva divitiis, honorari desideras, quia inopem collatione vicisti? Et flumina superfluent, cum redundant; gratior tamen haustus e rivulo est. Spumant et musta dum fervent, nec damnum putat agricola quod effluxerit. Gementibus areis, dum cæditur messis, b frumenta desiliunt: sed deficientibus messibus, non deficit hydria de farina, et plena olei testa desudat. Exinanivit tamen dolia divitum siccitas, cum viduæ paucillulum olearium redundarit (III Reg. XVII, 15). Non ergo quid fastidio exspuas, sed quantum devotione conferas, æstimandum est. Denique nulla plus tribuit, quam illa quæ de filiorum alimentis pavit prophetam. Et ideo quia nulla plus contulit, nulla plus meruit. Hæc moraliter.

29. Nec mystice tamen despexeris hanc mulierem in gazophylacium duo æra mittentem. Magna plane femina, quæ divino judicio meruit omnibus anteferri. Ne forte illa sit quæ de fide sua ad subsidium hominum duo testamenta contulerit; et ideo nulla plus fecit. Nec quisquam hominum quantitatem potuit collationis ejus æquare, quæ fidem cum misericordia copulavit. Et tu igitur quæcumque vitam studio viduitatis exerces, ne dubites ad gazophylacium duo æra deferre, vel fidel plena, vel gratiæ.

30. Felix illa quæ de thesauro suo integram Regis D  
imaginem profert. Thesaurus tuus sapientia, thesaurus tuus castitas atque justitia est, thesaurus tuus intellectus bonus: quasi ille thesaurus 194 fuit, de quo magorum viri, aurum, thus, myrrham, cum adorarent Dominum, protulerunt (Matth. II, 11): auro regis potentiam declarantes, Deum thure venerantes, myrrha resurrectionem corporis contentes.

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *sibi reliqui fecit; quidam sibi retinuit.*

<sup>b</sup> Omnes edit., *frumenta defoliant; omnes mss., frumenta desiliunt; quidam dissiliunt.*

<sup>c</sup> Manifesta imitatio Virgilliani hujusce loci e lib. VIII Æneid. ubi de pudica muliere, præmissis nonnullis ita pergit:

A Habes et tu thesaurum hunc, si in te requiras: *Habemus enim thesaurum in vasis fictilibus* (II Cor. IV, 7). Habes aurum quod conferas; non enim renitentis metalli pretium de te Deus exigit, sed illud aurum quod in judicii die nequeat ignis exurere. Nec dona pretiosa deposcit, sed odorem fidei, quem altaria tui cordis exhalent, et religiosæ mentis spiret affectus.

31. Ex hoc igitur thesauro non solum magorum tria munera, sed etiam duo viduæ æra promuntur, in quibus integra cœlestis imago regis effulgeat, splendor gloriæ ejus, et imago substantiæ. Bona et illa plane laboriosa stipendia castitatis, quæ de suo opere, c quotidianoque penso, conferat vidua, nocturnis pariter ac diurnis jugi exercens labore pensa temporibus, et pudicitia quæstuosæ pervigili opere mercedem congregans; ut intemeratum defuncti conjugis cubile custodiat, alere dulces liberos possit, ministrare pauperibus. Hæc est præferenda divitiis: hæc est quæ Christi judicium non timebit.

32. Hanc æmulamini, filia: *Bonum est enim æmulari in bono. Æmulamini meliora charismata* (Gal. IV, 18). Spectat vos Dominus semper; spectat, inquam, Jesus, cum ad gazophylacium d accedit, et de bonorum operum mercedibus stipem putatis egentibus conferendam. Quantum est igitur ut æra tua conferas, et Christi corpus acquiras! Noli ergo vacua prodire in conspectum Domini Dei tui, vacua misericordiæ, vacua fidei, vacua castitatis; non enim inanes Dominus, sed virtutibus opimas spectare Jesus C et laudare consuevit. Videat te adolescentula laborantem, videat ministrantem. Hæc est enim merces quam Deo debes, ut de aliarum quoque profectibus mercedem tuam Deo conferas. Nulla merces Deo melior, quam ea quæ habet pietatis munera.

#### CAPUT VI.

*In Noemi exemplum viduæ ex nuru ad virtutem abs se instituta fructum capientis ob oculos ponitur. Hinc colligitur numquam defutura bonæ viduæ necessaria subsidia. Quod si tristior videatur illius vita, tunc beatior illam esse, cum ipsi a Domino gaudia sint promissa: quo loco nonnulla de lacrymarum utilitate disputantur.*

33. An vero mediocris tibi vidua illa videtur D  
Noemi, quæ viduitatem suam messis manipulis sustentabat alienæ, quam ævo gravem alebat nurus (Ruth II, 2 et seq.)? Nam hoc quoque et ad subsidium et ad gratiam proficit viduarum, ut ita instituant nurus suas, quo possint in his maturæ habere subsidium senectutis; et quasi stipendium magistrarii, mercedem quoque suæ capere disciplinæ. 195 Etenim quæ bene instituerit, bene erudierit nurum

Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo Exercet penso, castum ut servare cubile Conjugis, et possit parvos educere natos.

<sup>d</sup> Sic omnes mss. excepto Tell. cum quo edit. omnes, *acceditis ..... portatis egentibus, etc.*; mss. Prat., *accedit. Sed de, etc.*



suam, Ruth ei deesse non poterit, quæ viduitatem A socrus paternæ domui præferat : et si vir quoque ejus mortuus fuerit, non relinquat tamen, aliat inopem, soletur mœrentem, nec dimissa discedat : nescit enim egere optima disciplina. Sic illa Noemi duobus destituta filiis et marito, quæ fructus fecunditatis amiserat, pietatis emolumenta non perdidit ; nam et solatium mœroris, et subsidium paupertatis invenit (*Ruth* 1, 5).

34. Videtis igitur, sanctæ feminae, quam secunda sit vidua prole virtutum, meritorumque suorum sobole, quæ perire non possit. Bona igitur vidua egere non novit : et si fessæ fuerit ætatis, et supremæ paupertatis, eruditionis tamen suæ solet habere mercedem. Etsi proximi defuerint, invenit tamen extraneos qui matrem colant, revereantur parentem, parvisque alimentorum sumptibus <sup>a</sup> mercedem cupiant suæ commendationis acquirere; plus enim viduæ <sup>b</sup> rependunt merita. Nam cibos quærit, sumptus impendit.

35. Sed tristes videtur ducere dies, et lacrymis tempus exigere. Hoc beator, quod perpetua sibi gaudia exiguis fletibus emit, parvisque momenti tempora acquirit æterna. Quibus bene dicitur : Beati tristes, ipsæ enim ridebitis (*Luc.* vi, 24). Quis igitur falsas præsentium imagines gaudiorum, futuræ securitatis præferat voluptati? An despiciabilis nobis auctor videtur, ille Dominici corporis auctor electus, qui cinerem sicut panem manducabat, et potum cum fletu miscibat, et vespertinis lacrymis matutinæ sibi lætitiæ redemptionis acquirebat (*Psal.* ci, 10)? Unde igitur plurimum gaudere meruit, nisi quia plurimum flevit, et tamquam lacrymarum pretio suarum futuræ sibi gloriæ gratiam comparavit?

36. Habet igitur vidua bonam commendationis materiam, ut dum virum luget, flet sæculum : ac in promptu sint lacrymæ redemptrices, dum impenduntur mortuis, viventibus profutura. <sup>c</sup> Paratus est mœstitudini animæ fletus oculorum: misericordiam conciliat, laborem minuit, dolorem allevat, servat pudorem; nec jam misera sibi videtur, quæ consolationem in lacrymis habet, in quibus sunt charitatis stipendia et pietatis officia.

#### CAPUT VII.

*Fortitudinem viduis non deesse in Judith ostenditur : cujus veste ac jejuniis commemoratis, describitur D ejusdem in Holophernem præparatio. Quanta fuerit ejus castitas, atque in commendanda pia fraude sapientia : quanta etiam temperantia et sobrietas. Ad extremum demonstrato non majorem in ipsa fortitudinis*

<sup>a</sup> Cod. Vall., bonam commendationem materiæ suæ.

<sup>b</sup> Omnes edit. cum ms. Tell., rependunt merita, quam cibos quærit; alii mss. ut in contextu.

<sup>c</sup> Edit. ac mss. Tell., Paratus est (Rom. delevit est) mœstitudine animi; magis scite reliqui mss. ut nos supr.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola confoderat, et dominica, sed cum in omnibus aliis edit. ac mss. habeatur, dominicam hic idem esse atque in Scripturæ tam multis locis Domini solemnitate quid vetat?

<sup>e</sup> Vet. edit. ut commentum strueret dolium; Gill., Rom. et ms. Tell., ut commentitium strueret dolium;

*quam prudentiæ laudem emicare, summa ejus in tanto successu modestia declaratur.*

37. Sed nec fortitudo bonæ viduæ deesse consuevit. Hæc enim vera est fortitudo, **196** quæ naturæ usum, sexus infirmitatem, mentis devotione transgreditur: qualis in illa fuit, cui nomen Judith, quæ viros obsidione fractos, percussos metu, tabidos fame, sola potuit a colluvione revocare, ab hoste defendere. Ea enim, ut legimus, cum Holophernes successu multorum terribilis præliorum, intra muros innumera virorum millia coegisset, armatis paventibus, et de extrema jam sorte tractantibus, extra murum processit: et illo præstantiori exercitu, quem liberavit; et eo fortiori, quem fugavit (*Judith* viii, 6 et seq.).

38. Sed ut discas maturæ viduitatis affectum, seriem ipsam persequere Scripturarum. A diebus enim viri sui quibus ille defunctus est, vestem jucunditatis deposuit, mœroris assumpsit: per omnes dies intenta jejuniis, <sup>d</sup> sabbato tantum, et dominica sacratarumque temporibus feriarum, non refectioni indulgens, sed religioni deferens. Hoc est enim, sive manducatis, sive bibitis, in nomine Jesu Christi agenda esse omnia (*I Cor.* x, 31); ut etiam ipsa relectio corporalis sacræ religionis cultui deferatur. Diuturnis igitur mœroribus, et quotidianis roborata jejuniis sancta Judith (*Judith* x, 3 et seq.) quæ sæculi oblectamenta non quærit, periculi negligens, mortisque contemptu fortior; <sup>e</sup> ut commenta strueret doli, vestem illam jucunditatis, qua, vivente viro, vestiri solebat, se induit: quasi placitura viro, si patriam liberaret. C Sed virum alium videbat, cui placere quærebat; illum utique, de quo dictum est: *Post me venit vir, qui ante me factus est* (*Joan.* i, 30). Et bene conjugales pugnatura resumpsit ornatus; quia monimenta conjugii arma sunt castitatis: neque enim vidua alias aut placere posset, aut vincere.

39. Quid cætera persequamur, quod inter millia hostium casta permansit? Quid ejus sapientiam prædicemus, quod hujuscemodi <sup>f</sup> est commentata consilium? Potentem elegit, ut intemperantiam a se inferioris arceret, occasionem pararet victoriæ. Abstinentiæ meritum, pudicitæ gratiam reservavit. Nec cibo enim, ut legimus, maculata, nec adulterio, non minorem servatæ castitatis ex hostibus revexit triumphum, <sup>g</sup> quam patriæ liberatæ (*Judith* xii, 1 et seq.)

40. Quid sobrietatem loquar? Temperantia enim virtus est feminarum. Inebriatis vino viris et somno sepultis abstulit vidua gladium, <sup>h</sup> exeruit manum, bellatoris abscondit caput, per medias hostium acies reliqui nostram exhibent lectionem.

<sup>f</sup> Ita mss. prope ad unum: edit. autem, commenta consilium, ut dum potentem elicit intemperantiam, a se inferiores arceret, occasionem pararet victoriæ, abstinentiæ... reservaret... non minus, Amerb. non minorem, servatæ... revexit trophæum. Tell. vero partim aliis mss., partim edit. accedit.

<sup>g</sup> Cod. Val., quam patriæ libertatem.

<sup>h</sup> Edit. ultimæ Paris. cum Tell. cod., exercuit manum. Et infra, omnes edit. ac mss. nonnulli, ebrios exercitatos.

intemerata processit (*Judith xiii, 4 et seq.*) Advertitis igitur quantum nocere mulieribus possit ebrietas, quando viros vina sic solvunt, ut vincantur a feminis? Esto igitur, vidua, temperans: casta primum a vino, ut possis casta esse ab adulterio. Nequaquam te ille tentabit, si vina non tentent. Nam si Judith bibisset, dormisset cum adultero. Sed quia non bibit; haud difficile<sup>a</sup> ebrios exercitus, unius sobrietas et vincere potuit, et eludere.

41. Nec dexteræ tantum hoc opus, sed multo major trophæa sapientiæ. Nam cum manu **197** solum Holophernem vicisset, consilio omnem hostium vicit exercitum (*Judith xiv, 1 et seq.*). Suspensio enim Holophernis capite, quod virorum non potuit excogitari consilio, suorum erexit animos, hostium fregit: suos pudore excitans, hostes quoque terrore percellens; coque cæsi sunt et fugati. Ita unius viduæ temperantia atque sobrietas non solum naturam suam vicit, sed quod est amplius, fecit viros etiam fortiores (*Judith xv, 1 et seq.*).

42. Nec his tamen elata successibus, cui utique gaudere et exultare licebat jure victoriæ, viduitatis reliquit officium: sed contemptis omnibus qui ejus nuptias ambiebant, vestem juvenilitatis deposuit, viduitatis resumpsit: nec triumphorum suorum amavit ornatus, illos existimans esse meliores quibus vitia corporis, quam quibus hostium arma vincuntur (*Judith xvi, 26 et seq.*).

#### CAPUT VIII.

*Plures alias viduas quæ virtute ad Judith accesserint, existisse ait vir sanctus, at de sola Debbora nunc se dicturum. Quanta documenta viduis ea reliquerit, quam viri a qua regerentur defenderenturque, elegerunt. Maximam quoque illius gloriam inde profectam, quod filium a se informatum bello præfecerit, hic autem copias, nisi adesset illa, negaverit sese ducturum. Eam igitur et exercitui præfuisse et prænuntiasse belli exitum; in qua Ecclesiæ pugna ac triumpho, nec non spiritalia arma designata sunt: historice vero feminis omnes auferuntur infirmitatis excusationes.*

43. Ac ne una vidua tantum hoc opus inimitabile

<sup>a</sup> Mss. non pauci, ebrios excitatos unius, etc.

<sup>b</sup> Plerique mss., illam veterem segetem cumulasse: sed quia, etc.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, cognoscite alias.

<sup>d</sup> Mss. non pauci, sed nulla ante Judith femina; unus... ante Debboram femina. Convenit porro inter Ambrosium atque Hieronymum Debboram Israelitarum præfuisse judiciis: utrum vero eadem vidua existerit, ac mater Barach, non consentiunt. Etenim Hieronymus epist. 10, ad Furiam, ita loquitur: *Quidam imperite et Debboram inter viduas memorant, ducemque Barach arbitrantur Debboræ filium, cum aliud Scriptura commemoret. Nobis ad hoc nominabitur, quod prophetissa fuerit, et in ordine Judicum supputetur.* Quibus verbis imperitiæ Ambrosium insinulari Spencæus autumat. Favet sane opinioni ejus, quod eadem epistola scripta fuerit non multo post epist. 50 ejusdem Hieron. ad Pamimach., an. 393 datam, qua hujus ipsius Ambrosianæ commentationis mentionem facit. Hic igitur ingenio suo nonnumquam paulo vehementiori obsecutus est sanctus illo Pater, aut saltem solam hebraicæ linguæ imperi-

aliis videatur implesse, plures alias, vel parilis, vel proximæ fuisse virtutis nequaquam dubitandum videtur; bona enim seges plurimas spicas fructu referas ferre consuevit. Nec dubites<sup>b</sup> illam, veterum segetem temporum in complurium feminarum moribus fecundasse. Sed quia prolixum est complecti omnes, cognoscite aliquas, et præcipue Debboram, cujus nobis prodidit Scriptura virtutem (*Judic. iv, 4*).

44. Hæc enim docuit non solum viri auxilio viduas non egere, verumetiam viris esse subsidio: quæ nec sexus infirmitate revocata, munia virorum obeunda suscepit, et suscepta cumulavit. Denique cum Judæi Judicium regerentur arbitrio, quia virili non poterant vel æquitate regi, vel virtute defendi, bellis hinc inde ardentibus, Debboram sibi cujus regerentur judicio, cooptarunt. Itaque multa millia **198** virorum una vidua et in pace rexit, et ab hoste defendit. Multi Judices in Israel, sed nulla ante judex femina: multi Judices post Jesum, sed nullus propheta. Et ideo lectum istius puto esse iudicium, et gesta ejus arbitror esse descripta; ne mulieres a virtutis officio, muliebris sexus infirmitate revocentur. Vidua populos regit, vidua ducit exercitus, vidua duces eligit, vidua bella disponit, mandat triumphos. Non ergo natura rea est culpæ, nec infirmitati obnoxia: strenuos non sexus, sed virtus facit.

45. Et in pace quidem nulla querimonia, nullus error mulieris invenitur: cum plerique non medicorum peccatorum auctores populo suo Judices extitissent. Ubi vero Chananæi, gens ferox prælio, et affluentium copiarum opima successu, hostiles in populum Judæorum animos extulerunt, vidua præcæteris bellicis instruit apparatus. Et ut discas non publicis copiis domesticas necessitates fuisse subnixas, sed domesticis disciplinis munus publicum gubernatum, domo propria filium ducem producit exercitus, ut agnoscat quod possit instituere vidua bellatorem: quem quasi mater erudit, quasi Judex præposuit, quasi fortis instituit, quasi prophetissa victoriæ certæ transmisit (*Ibid.*, 6).

46. Denique in mulieris manu summam fuisse

tiam significavit. Quod autem in ea quæstione palmam Hieronymo tribuere videtur idem Spencæus, non ei adeo facile alii interpretes assentientur. Nam licet Debboram Scriptura vocet uxorem Lapidoth, eam tamen contendunt viduam recte dici posse, vel quod a Lapidoth quem eundem ac Barach fuisse putant, separata quod et torum viveret: vel quod Lapidoth non viri nomen, sed artis esset; proindeque non uxorem Lapidoth, verum mulierem Lychnariam vertendum censent, quæ multo communior opinio est. Nos tamen Ambrosio Lapidoth Debboræ mariti nomen fuisse existimamus, sed mortui, atque adeo uxorem Lapidoth positum pro viduam Lapidoth, quod scriptoribus non est insolens. Quod autem Barach Debboræ filium dicit Ambrosius, neganti quidem Hieronymo plures assentiuntur. Sed de his omnibus turmam interpretum consulas licet.

<sup>e</sup> Ut agnoscat quod possit instituere vidua bellatorem, in solis edit. et Tell. cod. reperitur. Et post pauca ubi eadem edit. cum eodem cod., quasi prophetis victoriæ certa, reliqui mss. ut in textu.

victoriæ docet Barach filius dicens : *Nisi tu veneris A* *mecum, non ibo; quia non novi diem in qua dirigit Dominus angelum suum mecum (Judic., iv, 9).* Quanta ergo feminæ istius virtus, cui dux dicit exercitus : *nisi tu veneris, non ibo?* Quanta, inquam, viduæ fortitudo, quæ a periculis filium nec materno revocat affectu; immo ad victoriam filium studio matris hortatur, dicens quod in manu mulieris sit summa victoriæ?

47. Debhora ergo prælii prophetavit eventum, Barach jussus produxit exercitum : Jael cepit triumphum; huic enim <sup>a</sup> prophetiæ in Debhora militavit, quæ mystice nobis ortum resurrectionis ex gentibus Ecclesiæ revelavit, cui triumphus de Sisara spiritali, hoc est, de adversariis potestatibus quaeretur. Nobis igitur prophetarum oracula dimicantur, nobis <sup>B</sup> illa prophetarum judicia et arma vicerunt. Et ideo non populus Judæorum, sed etiam Jael victoriam de hoste quaesivit. Infelix ergo populus, qui hostem quem fugavit, persequi fidei virtute non potuit. Itaque illorum delicto salus gentibus : illorum desidia nobis servata victoria est.

48. Jael ergo prostravit Sisaram, quem tamen corso duce, hoc enim significat <sup>b</sup> interpretatio Barach, manus veterum fugaverat Judæorum; **199** frequenter enim, ut legimus, orationibus et meritis prophetarum caelestia Patribus affuere subsidia. Sed his jam tunc de nequitiis spiritalibus victoria parabatur, quibus dicitur in Evangelio : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi (Matth. xxv, 34).* Ergo principium victoriæ a <sup>C</sup> majoribus, finis in Ecclesia.

49. Ecclesia autem non armis secularibus vincit adversarias potestates, sed armis spiritalibus, quæ sunt fortia Deo ad destruendas munitiones, et altitudinem nequitiæ spiritalis (II Cor. x, 5). Et ideo Sisaræ sitis lactis poculo restinguitur (Judic. iv, 19), <sup>c</sup> quia ratione superatur; quod enim nobis salutare ad escam, hoc adversariæ potestati lethale ad infirmitatem. Arma Ecclesiæ fides, arma Ecclesiæ oratio est, quæ adversarium vincit.

50. Ergo secundum historiam ad provocandos animos seminarum femina judicavit, femina disposuit, femina prophetavit, femina triumphavit, et preliaribus intermixta copiis, imperio viros <sup>d</sup> docuit militare femineo. Secundum mysterium vero fidei <sup>D</sup> militia Ecclesiæ victoria est.

51. Non ergo habetis quod per naturam vos excusetis, feminæ. Non habetis, viduæ, quod ad infirmitatem sexus, aut ad amissionem subsidii maritalis,

mobilitatem <sup>e</sup> vestram referre possitis. Satis unicuique præsilii est, si virtus non desit animæ. Et ipse in viduis frequens processus ætatis munimen pudoris est; et ipse amissi conjugis dolor, usus operis, domus cura, sollicitudo liberorum, noxiam pudori solet arcere lasciviam : atque ipse lugubris <sup>f</sup> habitus, pompa funebris, fletus assiduus, et mœstæ fronti inarantibus rugis impressa tristitia, petulantium premit oculos, restinguit libidines, procaces avertit aspectus. Bonus custos pudoris, pietatis dolor : non obrepat culpa, si cura non desit.

#### CAPUT IX.

*Earum quæ dicitarent, sibi melius fore si latis successibus abundarent, objectioni occurrit, ostendens e sacris litteris subsidia viduis in filiis generisque suppetere : quod postquam exemplo socrus Simonis confirmatum est, eos hortatur ut ad Apostolos tamquam ad proximos atque affines confugiant; ubi pulcherrime de sanctorum invocatione disserit. Postea querimoniis quibusdam de solitudine ac patrimonii conservandi necessitate refutatis, indecentissimum esse demonstrat viduam cui filia jam nuptæ aut jam nuptæ sint, adhuc nubere.*

52. Didicistis igitur, viduæ, subsidio vos non egere naturæ, et posse salubritatem tenere consilii; nec domestico indigere præsidio, quæ etiam publicæ potestis apicem potentia vindicare.

53. Sed fortasse dicit aliqua, ei tolerabilem **200** viduitatem cui profluant res secundæ; adversus vero viduas cito frangi, facile succumbere. De quo etsi, ipso doceamur usu, <sup>g</sup> læta viduis lubrica magis esse quam seria; tamen Scripturarum instrumur exemplis (I Tim. v, 16), infirmitatibus quoque viduarum non deesse solere subsidia : faciliusque quam cæteris divina atque humana suppetere, si bene filios instituant, generos legant. Denique cum socrus Simonis magnis febribus detineretur, Petrus et Andreas rogaverunt Deum pro ea : *Et stans super illam, imperavit febrim, et remisit illam, <sup>h</sup> et continuo surgens ministrabat illis (Luc. iv, 38, 39).*

<sup>i</sup> *Magnis, inquit, tenebatur febribus, et rogaverunt illum pro ea.* Et tu habes proximos, qui pro te supplicent. Habes <sup>i</sup> apostolos proximos, habes martyres proximos, si in ipsa martyribus devotionis societate, misericordiam quæque muneribus appropinques, proximus est enim qui misericordiam facit. Fac et tu misericordiam, et eris Petro proxima (Luc. x, 37). Non sanguinis necessitudo, sed virtutis cognatio facit proximos; quia non in carne ambu-

<sup>a</sup> Omnes edit., *prophetia Debhoræ militavit*; mss. Tell., *prophetia Debhora militavit*; cæteri nostræ lectioni astipulantur.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *interpretatio Balac manus, verum fugaverat gaudium Judæorum.*

<sup>c</sup> Omnes edit., *oratione superatur*, haud male : infra enim, *arma Ecclesiæ oratio est*; at omnes mss., *ratione superatur*. Ibidem vero hæc verba, *Arma Ecclesiæ fides*, quæ habentur in omnibus edit. ac mss. aliquot, in aliis multo pluribus vetustioribusque desiderantur.

<sup>d</sup> Mss. complures, *docet militare femina. . . . vero fidei militi Ecclesia victoria est.*

<sup>e</sup> Edit., *vestram astruere possitis.*

<sup>f</sup> Idem mss., *habiturus pompam funeris fletus assiduus, et mixtæ frontis inarantibus, etc.*

<sup>g</sup> Ita edit. omnes ac mss. aliquot : alii vero longe plurimi, *lætas viduas lubricas magis esse quam serias.*

<sup>h</sup> *Et continuo surgens ministrabat illis*, abest a maxima parte mss.

<sup>i</sup> Vide quod supra in Admonitione de invocatione Sanctorum observavimus.

lamus, sed in spiritu. Ama ergo propinquitatem A  
Petri, affinitatem Andree; ut pro te rogent, et recedant cupiditates tuæ. Verbo Dei pulsata surges illico, quæ in terris jacebas, ut Christo ministres. *Nostra enim conversatio in cælis est, unde et Salvatorem exspectamus Dominum Jesum (Phil. iii, 20), Nemo enim jacens Christo ministrat. Ministra pauperi, et ministrasti Christo: Quod enim uni horum fecistis, mihi, inquit, fecistis (Matth. xxv, 40). Habetis ergo, viduæ, auxilium, si tales vobis generos, posteritati vestræ patronos, tales proximos eligatis.*

55. Ergo rogaverunt pro vidua Petrus et Andreas. Utinam existat aliquis qui tam cito possit rogare pro nobis, vel certe isti qui pro socro rogant, Petrus, et Andreas frater ejus; tunc enim <sup>a</sup> pro affine poterant, nunc jam possunt pro nobis, et pro omnibus B  
impetrare. Videtis enim quod magno peccato obnoxia, minus idonea sit quæ pro se precetur, certe quæ pro se impetret. Adhibeat igitur ad medicum alios precatores. Ægri enim nisi ad eos aliorum precibus medicus fuerit invitatus, pro se rogare non possunt. Infirmus est caro, mens ægra est, et peccatorum vinculis impedita, ad medici illius sedem debile non potest explicare vestigium. Obsecrandi sunt angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt: martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quodam corporis pignore patrocinium vindicare. Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine, etiam si qua habuerunt peccata, laverunt; isti enim sunt Dei martyres, nostri præules, speculatores vitæ actuunque nostrorum. Non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitates corporis, etiam <sup>b</sup> cum vincerent, cognoverunt.

56. Invenit ergo Petri socrus qui pro se rogarent. Et tu, vidua, invenis qui pro te supplicent: **201** si quasi vere vidua et desolata <sup>c</sup> in Deum speres, instes obsecrationibus, insistas orationibus, afflicta corpus tuum quasi quotidie moriens, ut moriendo reviviscas: fugias delicias, ut etiam ægra saneris: *Nam quæ in deliciis est, vivens mortua est (I Tim. v, 5, 6).*

57. Sublata est tibi causa nubendi, habes qui pro te intercedant; ne dixeris: Destituta sum. Querela nuptiæ est. Ne dixeris: Sola ego sum. Castitas solitudinem quærit: pudica secretum, impudica D  
conventum. <sup>d</sup> Sed negotium habes: habes et intercessorem. Adversarium vereris: apud judicem pro te Dominus intervenit dicens: *Judicate pupillo, et justifyate viduam (Esai. i, 17).*

<sup>a</sup> Omnes edit., pro affinitate poterant; omnes mss., pro offine poterant, etc.

<sup>b</sup> Quædam edit., etiam cum viverent.

<sup>c</sup> Plerique mss., in Deum spiritualibus instes obsecrationibus.

<sup>d</sup> Ita mss. omnes, excepto Tell., qui sicut et Amerb. atque Eras. isthæc præfert: *Sed negotium habes, et intercessorem adversarii vereris: apud judicem, etc. Pessime vero Gill. ac Rom. edit. in hunc modum: Sed negotium habes, et intercessorem: ad-*

58. Sed et patrimonium vis tueri. Majus pudoris est patrimonium, quod melius regit vidua quam nupta. Servus peccavit. Ignosce; melius est enim alterius culpam feras, quam tuam prodas. <sup>e</sup> Sed vis nubere. Licet. Non habet crimen simplex voluntas. Causam non quæro: cur fingitur? Si honestam putas, fatere: si incongruam, sile. Ne accuses Deum, ne accuses propinquos, quod præsidia tibi desint; utinam non desit voluntas! Nec te consulere liberis dicas, quibus matrem eripis.

59. Est etiam quod facultate licet, et ætate non licet. Cur maternæ parantur nuptiæ inter nuptias filiarum, et plerumque post nuptias? Cur adulta filia discit prius sponsum matris quam suum erubescere? Suasimus, fateor, ut vestem mutares, non ut flammæ sumeres: ut a sepulcro recederes, non ut thalamum præparares. Quid sibi vult nova nupta, post generos? <sup>f</sup> Quam indecorum est juniores habere liberos, quam nepotes!

#### CAPUT X.

*Ad Christum redit cujus summam in adeundis miseris quibuslibet benignitatem laudans, eam oculis nostris Evangelii beneficio subjectam dicit. Sub hæc varias, quibus in curando idem medicus noster usus noscitur, rationes narrat: deinde curationis prædicat celeritatem, dummodo invocare medicum non negligamus: istis subnectit moralem de voluntate quam in socru Petri expressam docet, acceptionem: postremo ubi exposuit qualem Christi ministrum, maxime vero episcopum esse debeat, ipsorum ait esse proprium per gratiam surgere.*

60. Sed ad propositum revertamur, neque nostrorum dolentes vulnera peccatorum, medicum relinquamus: et dum alienis medemur ulceribus, ulcera nostra cumulemus. Rogatur ergo hic medicus. Ne timeas, quia magnus est Dominus, et fortasse ad ægram dedignetur venire; venit enim ad nos sæpe de cælo: nec solum divites, sed etiam pauperes solet et servulos pauperum visitare. Venit et nunc rogatus ad Petri socrum, *et stans super illam, 202* imperavit febri, et remisit illam: et continuo surgens ministrabat illis (Luc. iv, 39). Sicut dignus memoria, ita dignus desiderio, dignus etiam charitate Dominicæ in singulos, dignationis affectus, <sup>g</sup> et facta miranda. Visitare viduas non dedignatur, et tugurii vilis penetralia angusta succedere. Quasi Deus imperat, quasi homo visitat.

61. Gratias Evangelio per quod etiam nos qui oculis nostris venientem in hunc mundum non vi-

versarium vereris apud judicem. Pro te, etc.

<sup>e</sup> Amerb. et Rom. edit., Sed vis nubere. Licet non habet; Rom., non habeat crimen simplex voluntas, causam non quæro, etc. Minus concinne.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, Tam indecorum est. . . . quam nepotes. At hæc mutatio licet levicula, pervertit sensum, ut quisvis vel mediocris ingenii per se intelligat.

<sup>g</sup> Cod. Vall., Et facta visitare viduas dignatur.

dimus Christum, videmur ei, dum facta ejus legimus, interesse; ut sicut illi quibus appropinquabat, fidem mutuabantur ex eo; ita nobis, dum gestis ejus credimus, appropinquet.

62. Vides qualia habet genera sanitatum? Imperat feбри, imperat spiritibus immundis, alibi ipse manus imponit. Non solum igitur verbo, sed etiam tactu agros curare consuevit. Et tu igitur quæ variis mundi æstivas cupiditatis, vel forma viri alienjus capta, vel pecunia, roga Christum, adhibe medicum, porrige ei dexteram tuam, tangat interiora tua Dei manus, Verbiq; cœlestis gratia interiorum venas scrutetur animorum, pulset Dei dextera secreta cordis. Aliis oculos luto illinit (*Joan. ix, 6, 7*), ut videre possint, Creatorque omnium docet nos nostræ memores debere esse naturæ, et corporis cernere vilitatem; nemo enim magis potest videre divina, nisi qui a humiliatis conscientia suæ nescit attolli. Alius sacerdoti se offerre præcipitur, ut carere in perpetuum lepræ possit exuviis (*Luc. v, 14*). Solus enim mentis et animi potest servare munditiam, qui ei sacerdoti se novit offerre, quem pro peccatis nostris accepimus advocatum, illum utique cui dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* (*Psal. cix, 4*).

63. Nec vereare moram aliquam sanitatis. Nescit impedimentum qui sanatur a Christo. Opus est ut remedium adhibeas, quod acceperis; simul enim ut præceptum dederit, cæcus videt, paralyticus ambulat, mutus loquitur, surdus audit, febriens ministrat, lunaticus liberatur. <sup>b</sup> Et tu igitur quæcumque indecore alicujus rei cupiditate languescis, obsecra Dominum, fidem defer, nec ullam timeas moram. Ubi adest oratio, adest Verbum, fugatur cupiditas, libido discedit. Nec confessionis verearis offensam; immo magis præsume prærogativam: incontinenti enim quæ corporis morbo antea laborabas, Christo incipies ministrare.

64. Potest etiam hoc loco videri Petri socrus affectio voluntatis, ex qua sibi velut semen futuræ posteritatis assumpserat; quod unicuique voluntas sua posteritatis est auctor. Ex voluntate enim sapientia nascitur, quam sapiens in matrimonium adsciscit sibi, dicens: *Proposui ego hanc adducere mihi in conjugium* (*Sap. viii, 2*). Ergo voluntas illa quæ primo variarum cupiditatum æstibus madefacta languabat, postea per apostolatus officium in ministerium Christi jam robusta surrexit.

<sup>a</sup> Edit. et pauci mss., *humilitatis conscius suæ.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *Et tu igitur qui indecore. . . obsecra Deum. Si fidem defers*, etc.

<sup>c</sup> Omnes edit. cum Tell. cod., *quæ Christo ministrat, ostenditur. Oportet eam*, etc. Alii omnes mss., *qui Christo. . . oportet enim*, etc. Optime illud quidem; etenim sermonem suum episcopis vir sanctus accommodat, ut aperte declarant sequentia. Nec enim in Ecclesia id unquam concessum reperitur, ut Christi corpus feminæ administrarent; cum e contrario legatur prohibitum non modo in Constitutionibus apostolicis, lib. iii, c. 15 et seq., nec non lib. viii, cap. 28, verum etiam apud Epiphanium;

203 65. Simul qualis esse debeat qui Christo ministrat, ostenditur; oportet enim primo carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis animique languorem, ut corpus et sanguinem Christi ministret. Neque enim potest quisquam peccatis suis æger, minimeque sanus, immortalium sanitatum remedia ministrare. Vide quid agas, sacerdos, nec febrienti manu corpus Christi attingas. Prius curare, ut ministrare possis. Si mundos eos qui ante fuerant leprosi, Christus jubet occurrere sacerdotibus (*Luc. xvii, 14*), quanto magis mundum ipsum convenit esse sacerdotem! Non habet igitur quod moleste ferat illa vidua quod sibi non pepercerim, quando nec mihi parco.

66. Surrexit itaque Petri, inquit, socrus, et ministrabat illis (*Luc. iv, 39*). Et bene surrexit; sacramenti enim typum apostolica jam gratia ministrabat. Proprium est autem surgere Christi ministros, juxta quod scriptum est: *Surge, qui dormis, et exurge a mortuis* (*Ephes. v, 14*).

#### CAPUT XI.

*Causis quæ pro nuptiarum iteratione afferri solent, explosis, proficitur a se non damnari secunda conjugia; quorum licet ex Apostolo incommoda percurrat, conditionem tamen affirmat approbatam in Ecclesia: quo loco hæreticos qui ea prohibebant, castigat. Cum autem diversæ diversorum sint vires, hinc factum scribit, ut non imperaretur castitas, sed suaderetur.*

67. Dicimus <sup>d</sup> igitur nec sumptibus egere viduas, quæ donare consueverint: nec subsidio, a quibus sæpe, in periculis maximis, defensæ copiæ sunt virorum: maritalia iis quoque officia vel a generis, vel a proximis facile solere reparari: esse etiam in eas divinam misericordiam promptiorem; et ideo cum suppetere non videatur causa nubendi, studium abesse debere.

68. Quod tamen pro consilio dicimus, non pro præcepto imperamus, provocantes potius viduam, quam ligantes; neque enim prohibemus secundas nuptias, sed non suademus. Alia est enim infirmitatis contemplatio, alia gratia castitatis. Plus dico, non prohibemus secundas nuptias, sed non probamus sæpe repetitas; <sup>e</sup> neque enim expedit quidquid licet: *Omnia mihi licent*, dicit Apostolus, *sed non omnia sunt utilia* (*I Cor. vi, 12*). Et vinum bibere licet, sed plurimum non decet.

Hæresi 79, atque in fine Panarii: In quibus locis diaconissarum ministerium fere in exuendis induendis, ve in baptisterio feminis totum collocatur.

<sup>d</sup> Edit. ac mss. Tell., *Didicimus igitur*; cæteri, *Dicimus igitur*.

<sup>e</sup> Sic omnes mss. præter Tell., qui et cum eo cunctæ edit. præfert: *Neque enim quidquid licet, et decet*. Quod autem nit Ambrosius nuptias sæpe repetitas a se non probari, mollius quidem loquitur quam multi alii Patres, qui ut in lib. i de Abraham, c. 4, observatum est, easdem fornicationis loco tantum non habent: attingen ipsas abs se non damnari tantquam illicitas, abunde ex hujus loci lectioe arguitur.

69. Licet ergo nubere, sed pulchrius est abstinere; sunt enim vincula nuptiarum. Vultis scire quæ vincula? *Quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir, soluta est a lege viri* (Rom. vii, 2). Probatum est igitur vinculum esse conjugium, quo mulier ligatur et solvitur. <sup>a</sup> Bona mutui amoris gratia, sed major est servitus. *Neque enim mulier sui corporis potestatem habet, sed vir* (I Cor. viii, 4). Et ne forte tibi non conjugii videatur ista servitus esse, sed sexus: *Similiter et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier*. Quanta igitur conjugii necessitas, quæ subicit alteri etiam fortiolem! Mutuis enim necessitatibus ab utroque servitur. Nec temperanti licet jugo subducere caput, cum alterius intemperantiæ serviendum sit. *Pretio, inquit, empti estis, nolite fieri servi hominum* (Ibid., 13). Videtis quam evidens sit conjugalis definitio servitutis. Non ego hoc dico, sed Apostolus: nec ille, sed Christus qui loquebatur in eo. Et hanc utique servitatem de bonis conjugibus definivit. Namque supra sic habes: *Sanctificatus est vir infidelis per uxorem fidelem: et sanctificata est mulier infidelis per maritum fidelem* (Ibid., 14). Et infra: *Quod si infidelis discedit, discedat. Non est servituti deditus frater aut soror in talibus* (Ibid., 15). Si igitur bonum conjugium servitus est, <sup>c</sup> malum conjugium quid est; quando nequeunt se invicem sanctificare, sed perdere?

70. Sed ut ad gratiam virtutis viduas adhortamur, ita etiam ad ecclesiasticam disciplinam feminas provocamus; quia Ecclesia constat ex omnibus. <sup>d</sup> Licet Christi grex, tamen in aliis pabulo vescitur, in aliis adhuc lacte nutritur; quibus lupi illi qui latent in vestitu ovium, sunt cavendi, abstinentiæ speciem prætendentes, provocantes autem intemperantiæ foeditatem. Etenim quia sciunt valida onera castitatis; cum ipsi ea attingere digitulis non queant, ab aliis supra modum exigunt, cum ipsi servare nec modum possint, <sup>e</sup> sed injusto sub fascæ succumbant. Mensura enim oneris pro mensura debet esse gestantis, alioquin impositi oneris sit ruina, ubi vectoris infirmitas est; nam et infantium fauces strangulat esca robustior.

71. Et ideo sicut multitudo vectorum non paucorum viribus æstimatur; nec tamen fortioribus de aliorum infirmitate præscribitur, sed unicuique quantum oneris subire cupiat, relaxatur, manente mercedis cumulo in virtutis augmento: ita etiam feminis non laqueus injiciendus, non supra vires abs-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *Bona vis amoris gratia*; nonnulli etiam, *Bonam vis habere gratiam*; melius alii et edit., *Bona mutui*, etc.

<sup>b</sup> Rom. edit., *servituti addictus frater*.

<sup>c</sup> Plerique mss., *malum quid est; quando nequeunt se invicem sanctificare? Sed ad Ecclesiæ disciplinam*, etc. Continuo vero post, ubi edit, omnes, *Et licet Christi grex constet ex omnibus; grex tamen in aliis*, etc.; omnes mss. exhibent eam lectionem, quæ a nobis in textum recepta est.

<sup>d</sup> Edit., *Et licet Christi grex constet ex omnibus, grex tamen*, etc.

<sup>e</sup> Injusto, id est, nimio et viribus majore: quæ

continentiæ gravioris vectura subeunda est: sed relinquendum ut unaquæque se pendat, non auctoritate aliqua coacta præcepti, sed incremento gratiæ provocata. Et ideo diversis virtutibus merces diversa proposita est. Nec aliud reprehenditur, ut aliud prædicetur: sed omnia prædicantur, ut quæ meliora sunt, præferantur.

## 205 CAPUT XII.

*Nonnulla traduntur præcepti atque consilii discrimina, quæ ut adhuc innotescant manifestius, divitiis adolescentis, cujus Evangelium meminit, historia: nec non præmiorum consilii præceptisque propositorum diversitas enarratur.*

72. Honorabile itaque conjugium, sed honorabilior integritas; nam *et qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: et qui non jungit, melius facit* (I Cor. vii, 38). Quod igitur bonum est, non vitandum est: quod est melius, eligendum est. Itaque non imponitur, <sup>f</sup> sed præponitur. Et ideo bene Apostolus dixit: *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do* (Ibid., 25). Etenim præceptum in subditos fertur, consilium amicis datur. Ubi præceptum est, <sup>g</sup> ibi lex est: ubi consilium, ibi gratia est. Præceptum, ut ad naturam revocet: consilium, ut ad gratiam provocet. Et ideo lex Judæis lata est, gratia autem electioribus reservata est. Lex, ut a nature finibus culpæ studio demeantes, ad nature observantiam pænæ terrore revocaret: gratia autem, ut electos cum studio bonorum, tum propositis etiam præmiis provocaret.

73. <sup>h</sup> En tibi distantia præcepti atque consilii, si illum recorderis, cui in Evangelio (*Matth. xix, 13 et seq.*) ante præscribitur, ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne falsum testimonium dicat; præceptum etenim ibi est, ubi est pænna peccati. At vero cum se præcepta legis memorasset implese, consilium eidem datur, ut vendat omnia, et sequatur Dominum; hæc enim non præcepto imperantur, sed pro consilio deferuntur. Duplex namque forma mandati est: una præceptiva, altera voluntaria. Unde et Dominus in alia dicit: *Non occides*, ubi præcepit; in alia: *Si vis perfectus esse, vende omnia tua*. Ergo hic liber est a præcepto, <sup>i</sup> cui defertur arbitrium.

74. Itaque qui præceptum impleverint, possunt dicere: *Servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus* (Luc. xvii, 10). Hoc virgo non dicit, non dicit ille qui bona sua vendidit: sed quasi reposita locutio petita est e Virgiliano illo ex iii Georg.:

Injusto sub fascæ viam dum carpit, etc.

<sup>f</sup> Mss. non pauci, *sed proponitur*. Iidem etiam infra, *ubi consilium, gratiam provocat*. Et ideo, etc. Alii vero et omnes edit, nobiscum faciunt.

<sup>g</sup> Mss. non pauci, *ibi lex est, ubi consilium gratiam provocat*. Et ideo, etc.

<sup>h</sup> Ita mss. nullo excepto: contra vero omnes edit., *Et ut intelligas distantiam consilii atque præcepti, illum recorderis*.

<sup>i</sup> Pauci mss., sed omnes edit., *Cujus defertur arbitrio*.

expectat præmia, sicut sanctus Apostolus qui ait : *A* *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, quod ergo nobis erit (Matth. xix, 27)?* Non quasi inutilis servus, quod debuit facere, ea fecisse se dixit : sed quasi utilis domino, qui commissa sibi talenta quæsitis multiplicavit usuris, mercedem fidei atque virtutis bene sibi conscius, meritorumque securus expectat. Et ideo ei cum cæteris dicitur : **206** *Vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et ipsi supra duodecim sedes, judicantes tribus Israel (Ibid., 28).* At vero illi qui talenta servaverat, etsi præmia, minora tamen pollicetur dicens : *Quoniam super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam (Matth. xxv, 21).* Fides igitur ex debito, misericordia in præmio. Qui bene credidit, ut ei credatur, **B** emeruit : qui bene contulit, quoniam suum non quæsit, quod cæleste est, impetravit.

### CAPUT XIII.

*Alluto Evangelii loco de spadonibus, eos qui vel natura vel hominum violentia tales facti sunt, non magno prope ob id laudandos : qui vero proprias manus in se converterint, damnandos ait ; hanc actionem ostendens neque utilem esse, cum mentis concupiscentiam minime auferat : neque honestam, cum certamini locum non relinquat. Solos igitur prædicandos illos qui per continentiam se ipsi vicerint : sed cogendum ad hoc neminem esse, quando nec Apostolus, nec Christus ipse præcepto constrinxerit eam virtutem ; unde intelligas non improbari matrimonii vota, sed castitatis anteferri.*

75. Ideo ergo præceptum non datur, consilium datur ; præceptum enim castitatis est, consilium integritatis : *Sed non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim spadones qui de matris utero sic nati sunt (Matth. xix, 11, 12) ;* in quibus

<sup>a</sup> Omnes edit., non virtus est castitatis. Et sunt spadones.

<sup>b</sup> Mss. plerique, continentiae gratia, quia divini operis, etc. Sed manifesta lacuna est, cujusmodi multæ in hujus opella: scriptis cod. antiquiorum oscitantia relictae sunt.

<sup>c</sup> Imitatio Virgiliana ex eod. lib. iii Georg. : *Continuo culpam ferro compesce,* etc. Testatur autem hoc loco sanctus Doctor fuisse memoria sua, qui corporis motibus inhonestis non tantum oratione, jeuniis, vigiliis, verum etiam vi atque armata manu occurrerent existimarent. Epiphanius, Hær. 58, memorat frequenter auditu se accepisse Valesianos violentam hanc amputationem non in se tantum, sed et in peregrinos adhibere consuevisse. Verumtamen cum ejusdem testimonio, illi se ab Ecclesia segregaverint, nec appareat multum propagatam fuisse istam hæresim, verisimilius est quosdam e catholicis indicari ab Ambrosio ; eumque hac ipsa de causa cum illis agere benignius ; nisi quis malit id Origenis cujus scripta plurimi faciebat, honori datum. Cæterum non obscurum est crassam hanc evangelici loci, quo illi in errorem inducti fuere, interpretationem ab ipso non minus condemnatam esse quam ab aliis Patribus, puta : Basil. lib. de Virgin., Chrysost. in cap. xix sancti Matthæi, et Hieron. epist. 65. Quenam autem majorum statuta hic citentur, haud satis constat. Habemus enim hac de re inter canones apostolicos 21, 22, 23 et 24, quos Nicæni conc. ca-

naturæ necessitas, <sup>a</sup> non virtus est castitatis hominibus. *Et sunt spadones qui se ipsos castraverunt ;* voluntate utique, non necessitate. *Et sunt spadones qui facti sunt ab hominibus.* Et ideo magna in iis <sup>b</sup> continentiae gratia ; quia voluntas facit, non infirmitas continentem. Nam decet integrum divini operis servare munus. Nec illis forte parum sit lubrico corporis non teneri ; nam si erepta est subeundi istius palma certaminis, erepta etiam materia periculi : et quamvis non queunt coronari, non queunt tamen vinci. Habent alia genera virtutum, quibus commendare se debeant, si fides firma sit, proflua misericordia, aliena avaritia, frequens gratia. Sed in istis nulla culpa ; quia facti ignorantia.

76. Non eadem causa eorum, qui in se ipsos ferro utuntur, quo non imprudenter defleximus ; sunt enim qui virtutis loco ponant, <sup>c</sup> ferro culpam compescere. De quibus etsi nostram nolumus proferre sententiam, quamvis sint statuta **207** majorum ; considerent tamen, <sup>d</sup> ne quis id ad professionem infirmitatis trahat, non ad firmitatis gloriam. Ergo nemo militet, ne aliquando vincatur : nec pedis utatur obsequio, qui gradiendi periculum reformidat : nec oculi intendat officio, qui concupiscentiæ timet lapsum. Sed quid prodest carnem abscindere, cum etiam culpa sit in ipso aspectu ? *Nam et qui viderit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde suo (Matth. v, 28).* Et quæ similiter virum in concupiscentiam viderit, adulteratur. Castos ergo, non infirmos esse nos convenit : pudicos oculos **C** habere, non debiles.

77. Nemo igitur, ut plerique arbitrantur, se debet abscindere, sed magis vincere ; victores enim recipit Ecclesia, non victos. Et quid argumentis utar, cum præsto sit Apostolici forma præscripti ? Sic enim habes : <sup>e</sup> *Utinam et abscindantur qui volunt vos cir-*

none renovatos affirmat eruditissimus Thaumassinus Discipl. Eccl. part. 1, lib. II, c. 8. Neque obstat quod hos canones apostolicorum temporum non esse probent nonnulli ; cum eos et Origenis exsectione posteriores, et Nic. synodo anteriores dici nihil vetet. De hoc porro ejusdem Origenis facinore præter Eusebium lib. vi, cap. 8 ; Epiphanium, Hær. 64, num. 3 ; Theodoretum lib. II, cap. 24. Vide etiam Petri Halloix lib. IV Origen. defensionis, Huetii lib. I ; Origen. cap. I, num. 13.

<sup>d</sup> Mss. magno numero, ne quid sit ad professionem infirmitatis. Ergo nemo, etc.

<sup>e</sup> Citatur Apostoli sensus, non verba. Sunt autem ea in græco hujusmodi, *ὄραλον καὶ ἀποκόψονταί οἱ ἀναστατούντες ὑμᾶς*, id est, *utinam abscindantur qui vos perturbant*, sicut habet Vulg. edit., sive, ut fert verbi proprietates, *qui vos ad res novas sollicitant*. Porro Ambrosiana ratiocinatio ea est : Apostolus satis demonstrat voluntariam genitalium amputationem magnum esse malum, quando eam pœnæ loco imprecatus est illis, qui circumcisionis necessitatem fidelibus imponere moliebantur. De virilium enim detruncatione Apostolicam illam imprecationem vulgo interpretantur veteres, ut Hieronymus, Chrysostomus, atque alii. Qui vero cum recentioribus eundem locum de separatione ab Ecclesia maluerint intelligere, ipsos Ambrosio oportet attribuire hujusmodi sensum : Si eos qui tantum pelliculam circumcidere imperabant, Apostolus optat ab Ecclesia

cumcidi (*Gal. v, 12*)! Cur enim coronæ occasio, et virtutis usus eripitur homini, qui natus ad laudem est, ad victoriam præparatus, qui potius virtute animæ castrare se possit? *Sunt enim spadones qui se ipsos castraverunt propter regnum cælorum (Math. xix, 12).*

78. Sed et hoc non omnibus imperatur, sed ab omnibus flagitatur. Etenim qui mandata dat, decretorum semper tenere debet mensuram: et qui pensa distribuit, æquitatem debet examinis reservare: *Statera enim fallax, abominatio est apud Deum (Prov. xi, 1).* Est ergo minus pondus et majus: sed utrumque non recipit Ecclesia; *Pondus enim majus et minimum, et mensuræ duplices, immunda in conspectu Domini utraque (Prov. xx, 10).* Sunt pensa quæ dividit sapientia; et ita dividit ut virtutem, viresque æstimet singulorum. Et ideo dicit: *Qui potest capere, capiat (Math. xix, 12).*

79. Scit enim creator omnium affectus esse varios singulorum; et ideo præmiis virtutem provocavit, non infirmitatem vinculis alligavit. Scit et ille gentium Doctor (*Rom. vii, 23 et seq.*), bonus morum auriga nostrorum, et quidam interiorum rector affectuum, qui de se ipso didicerat legi mentis legem corporis repugnare; eandem tamen Christi gratiæ cedere: scit, inquam, varios incursus mentium repugnare; et ideo neque in tantum adhortationem integritatis intendit, ut aboleret gratiam nuptiarum: neque ita conjugium prætulit, ut studia integritatis exstingueret. Sed a continentia persuasionem incipiens, ad incontinentiæ remedia descendit: et cum bravium supernæ vocationis fortioribus demonstrasset; deficere tamen in via neminem passus est: ita plaudens prioribus, ut non despiceret et sequentes; didicerat enim et ipse, quia Dominus Jesus aliis panem hordeaceum (*Joan. vi, 5 et seq.*), ne in via deficerent, aliis corpus suum (*Math. xxvi, 26*), ut ad regnum contenderent, ministravit.

80. Nec Dominus ipse præceptum imposuit, **208** sed voluntatem invitavit: nec Apostolus præceptum statuit, sed consilium dedit (*I Cor. vii, 25*). Sed non hoc humanum consilium, humanarum virium habere mensuram: divini munus misericordiæ constituitur in se esse collatum; ut fideliter sciret prima præferre, secunda disponere. Et ideo *Existimo*, inquit, non statuo, *sed existimo bonum esse propter instantem necessitatem (Ibid., 26).*

81. Non ergo copula nuptialis quasi culpa vitanda, sed quasi necessitatis sarcina declinanda. Lex enim astrinxit uxorem, ut in laboribus et in tristitia filios generet, et conversio ejus ad virum sit, quod ei ipse dominetur (*Gen. iii, 16*). Ergo laboribus et doloribus in generatione filiorum addicitur nupta, non vidua:

separari; quanto magis eos qui hominem penitus evirare attentarent!

<sup>a</sup> Edit. omnes cum Tell. ms., *perseverantem*; reliqui, *perseverantiam*. Infra vero ubi Gill. ac Rom. edit. cum mss., *non facilis comprehendi, nec fastidiosus æquari*; Amerb. atque Eras. ediderant, *non*

et dominatui viri sola subditur copulata, non virgo. Omnium autem horum virgo libera est, quæ Verbo Dei suum spondit affectum. quæ sponsum benedictionis cum facibus exspectat (*Math. xxv, 4*), bonæ lumine voluntatis accenso. Et ideo provocatur consiliis, non vinculis illigatur.

#### CAPUT XIV.

*Esi vidua non acceperit præceptum, consilium tamen tam frequens tamque utile illam accepisse, non contemnendum non videatur. Nolle se cuiquam lequum injicere, cum Ecclesiæ ager ipso quoque dicitur conjugio: sed viduitatem quæ laudatur ab Apostolo, bonam negari nequaquam posse; unde non perfunctorie in eos agit, quorum legibus illam noverat esse proscriptam.*

82. Sed nec vidua præceptum accipit, sed consilium: consilium autem non semel datum, sed sæpe repetitum. Nam et primo dixit: *Bonum est enim mulierem non tangere (I Cor. vii, 4)*; et iterum: *Volo sic omnes homines esse sicut et meipsum (Ibid., 7)*; et tertio: *Bonum est illis, si sic maneant sicut et ego (Ibid., 8)*; et quarto: *Bonum est propter instantem necessitatem (Ibid., 26)*: et hoc placere Domino, et hoc honestum esse: postremo beatorem esse in viduitate <sup>a</sup> perseverantiam, non tantum suo consilio, sed etiam Dei Spiritu definivit. Quænam igitur talis consilii benignitatem recuset, qui et voluntati habenas indulgeat, et id suadeat aliis quod in se expertus utile judicavit, non facilis comprehendi, nec **C** fastidiosus æquari? Quæ igitur refugiat sancta fieri corpore et spiritu; cum supra laborem sit præmium, supra usum gratia, supra opus merces?

83. Atque hoc ita dico, non ut laqueum cæteris injiciam, sed ut commissi mihi ruris operarius agrum hunc Ecclesiæ fertilem cernam, nunc integritatis flore vernantem, nunc viduitatis gravitate pollentem, nunc etiam conjugii fructibus redundantem. Nam etsi diversi, unius tamen agri fructus sunt: nec tanta hortorum lilia, quantæ aristæ segetum, <sup>b</sup> messium spicæ, compluriumque spatia camporum recipiendis **209** aptantur seminibus, quam redditis novales fructibus feriantur,

84. Bona ergo viduitas, quæ toties Apostolico iudicio prædicatur; hæc enim magistra fidei, magistra est castitatis. Unde et illi qui deorum suorum adulteria et probra venerantur, <sup>c</sup> cœlibatus et viduitatis statuere pœnas; ut æmuli criminum multarent studia virtutum; specie quidem qua fecunditatem quærent, sed studio quo propositum castitatis abolerent. Nam confectis et miles stipendiis arma deponit, et relicto officio quod gerebat, ad propria veteranus rura dimittitur; ut et ipse exercitiæ laboribus vitæ

facile comprehendi, nec fastidiosus æquari.

<sup>b</sup> Messium spicæ, reperitur in solis edit. et codice Tell.

<sup>c</sup> Intelligit legem Juliam atque Papiam de quibus vide quid a nobis observatum est ad lib. iii in Lucam, num. 48.



requiem consequatur, et alios, spe futuræ quietis, subeundis faciat operibus promptiores. Agricola quoque maturior <sup>a</sup> torquendam aliis stivam committit, et juvenili gravatus opera, providentiam curæ senilis explorat: vitem faciliis tondere quam premere, ut juvenescentem luxuriam reprimat, et adolescentem lasciviam falce succidat, parcorum quamdam partuum castitatem docens etiam in vitibus expetendam.

85. Similis huic vidua velut emeritis veterana stipendiis castitatis, etsi conjugii arma deponat; domus tamen totius pacem gubernat: etsi vehendis oneribus otiosa, maritandis tamen junioribus provida: ubi cultus utilior, ubi fructus uberior sit, quarum copula aptior, senili gravitate disponit. Itaque si maturioribus potius quam junioribus committitur ager, cur putes utiliore nuptam esse quam viduam? Quod si persecutores fidei, persecutores fuerunt etiam viduitatis: utique fidem sequentibus viduitas non pro supplicio fugienda est, sed tenenda pro præmio.

#### CAPUT XV.

*Earumquæ liberorum obtendunt desiderium, tollit excusationem: sed præcipue moratur circa illas, quæ ex priori conjugio filios habent; gravem enim earum servitutem, futuras inter liberos inimicitias, raram denique inter conjuges ipsos concordiam pulchre describit: postremo ne qua Scripturæ exemplis hac in re abutatur, cavet.*

86. Sed fortasse aliquibus propter suscipiendos <sup>C</sup> liberos conjugia iteranda videantur. Quod si aliorum studium causa nubendi est, utique ubi est fructus filiorum, causa non suppetit. <sup>b</sup> Quamquam ejusmodi consilii sit iterum experiri velle frustra tentatam fecunditatem, aut subire, quam pertuleris, orbitatem? Hæc enim iterandi causa est filios non habentibus.

87. Ergo illa quæ liberos suscepit et perdidit (cum ipsa enim major contentio, quæ spem generandi habet), illa, inquam, nonne sibi videtur, inter ipsa repetitarum lædera nuptiarum, amissorum <sup>210</sup> prætexere funera filiorum? Nonne iterum passura quod repetit, et ad ipsos <sup>c</sup> votorum tumulos, exceptarum orbitatum imagines, lamentorum strepitus perhorrescit? Vel cum accessis funeralibus nox ducitur, <sup>D</sup> nonne pompæ funebris exsequias magis patat, quam thalamum præparari? Cur igitur, filia, dolores magis quos times, repetis; quam filios quos jam non speras,

<sup>a</sup> Mss. complures, *torquenda aliis æstiva committit*.... vitem facilius est tondere, etc. Perperam.

<sup>b</sup> Pauci mss., *Quamquam consilii non sit*.

<sup>c</sup> Tell. cod. et quædam edit. Paris., *votorum tumultus*. Male. Infra autem ubi edit. eadem Paris., *accessis funeralibus*, et mss. aliquot, *funabulibus*; aptius reliqui mss. et edit., *funalibus*, id est, facibus confectis e funibus pice illitis, quibus in funeribus uti olim moris erat.

<sup>d</sup> Plerique mss., *ut amare liberos erubescat*.... unde solet mutuos mulcere, etc. Minus commode.

A requiris? Si gravis est dolor, subterfugienda causa ejus est, non petenda.

88. Nam tibi quid consilii tribuam, quæ liberos habes? Quæ tibi causa nubendi? Forte levitatis error, et intemperantiæ usus, et saucii cogit pectoris conscientia. Sed consilium sobriis, non ebris datur; et ideo apud liberam conscientiam mihi sermo est, cui utrumque integrum est. Habeat saucia remedium, honesta consilium. Tu, inquam, filia, quid moliris? Cur hæredes quæris extraneos, cum habeas tuos? Non filios desideras, quos habes: sed servitutem, quam non habes. Hæc est enim vera servitus, in qua infractor amor, quem non defloratæ pignus virginitatis, et plena sancti pudoris et gratiæ ætas prima commendat: ubi offensa gravior, suspectior <sup>B</sup> insolentia, concordia infrequentior, quam non temporibus inolitus amor, non vigens annis forma conciliat. Moles: a pietas, <sup>d</sup> ut amare liberos metuas, aspicere liberos erubescas; atque inde oriatur causa discordiæ, unde solet mutuos amor mulcere affectus parentum. Generare liberos vis, non fratres futuros tuorum, sed adversarios filiorum. Quid est ergo generare alios liberos, nisi spoliare quos habes liberos: quibus pariter auferuntur et pietatis officia, et compendia facultatum?

89. Lex divina cœlesti inter se conjuges auctoritate constrinxit, et difficile manet mutuos amor. Tulit enim costam de viro, et formavit feminam; ut sibi eos invicem copularet, dicens: *Et erunt duo in carne una* (*Gen. ii, 24*). Non hoc de secundis, sed primis nuptiis dixit; neque enim Eva secundum accepit virum, neque sancta Ecclesia secundum agnovit virum: *Sacramentum enim illud magnum est, in Christo et in Ecclesia* (*Ephes. v, 32*); et ideo custodiendum est. Sed neque Isaac aliam præter Rebeccam scivit uxorem (*Gen. xxiv, 67*), <sup>e</sup> neque Abraham patrem cum alia nisi Sara sepelivit uxore (*Gen. xxv, 10*).

90. Nam in sancta Rachel magis figura mysterii fuit, quam ordo conjugii (*Gen. xxix, 28 et seq.*). Et tamen in ea quoque habemus, quod ad primi conjugii gratiam referre possimus; si quam primo sponsam habuit, plus amavit, nec fraus exclusit affectum, nec sponsæ amorem conjugii interventus abolevit. Itaque sanctus patriarcha nos docuit, quantum deferre primis nuptiis debeamus, cum tantum primis sponsalibus ipse detulerit. Cavete igitur, filix, ne et gratiam nuptiarum tenere nequeatis, et molestias augeatis.

<sup>e</sup> Eras. ac Gill. in textu, et cum illis Rom. edit., *neque Abraham pater aliam, nisi cum Saram; Rom., nisi Saram, sepelivit uxorem*. In marg. vero, sicut et Amerb. in textu cum mss. omnibus nostram exhibent lectionem. Quod autem pro, *in sancta Rachel*.... in ea quoque, etc., edit. Rom. posuit, *in sancto Jacob*.... in eo quoque, etc.: hoc perinde cum aliis edit., atque cum mss. omnibus pugnat. Sed tamen elliptici dictionis *Jacob*, quæ ante verbum *amavit* subintelligitur, sensum paulo obscuriorem fieri non difficiliter.

## IN LIBRUM DE VIRGINITATE ADMONITIO.

Huncce tractatum a libro tertio de Virginibus, quicum hactenus eum editiones omnes conjunxerant, separavimus; iis, ut opinamur, adducti momentis, quæ non magis distinctionis hujus necessitatem palam faciant, quam tam apertæ ac simul tandiu non deprehensæ confusionis incutiant admirationem. Enim vero in cunctis omnino manuscriptis idem ille tertius liber de Virginibus, his ipsis quibus eum terminavimus, verbis finitur: nec non distincta commentatio non solum ubique incipit in eum modum: Nobile apud veteres, etc.; verum etiam ipsa in plerisque ex iisdem illis codicibus proximam post librum de Viduis sedem obtinet. Deinde ipsemet Ambrosius memorato libro de Virginibus finem postquam de sancta Pelagia, ejusque matre ac sororibus egisset, abs se imponendum satis indicaverat, ibi locutus in illa verba: Jam ad finem orationis vela pandenti, etc. (Lib. III de Virg. c. 7, num. 32); quod profecto nunquam dixisset, si disputationem aliam ea parte quæ jam eodem libro pertractata fuerat, multo longiorem subtexere constituisset. Ad hæc minime obscura est cum in argumento, tum in dicendi ratione discrepantia; neque enim toto hoc opere Marcellinam sororem usquam alloquitur, sed ubique ferme virgines, interdum tamen etiam viduas, universim compellat. Postremo locus quidam e libro de Viduis, quem constat libris de Virginibus posteriorem esse, aperte indicatur in hac opella (Lib. de Viduis cap. 8, num. 46); quod cum non fugerit Romanos editores, mirum sane est quemadmodum absurdam illam diversorum operum compactionem non adverterint. Ut vero eadem fiat clarior, paulo attentius singulas hujus operis partes discutiamus.

Exorsus a celeberrimo illo Salomonis judicio vir sanctus mysticam ejus intelligentiam declarat (Cap. 1, num. 1 et seq.). Attamen ut fateamur quod res est, primæ huic parti cum reliqua lucubrationis serie non multum intercedit cognationis. Postea Jephthe sacrificio, quod sibi neququam probari profitetur, eleganter descripto (Cap. 2, num. 5 et seq.), subdit mirari se quod virginis neci qui se opponeret (Cap. 3, num. 10), inventus non sit: sibi vero quod virginis nuptias illicitas prohibuerit, nemo non obtrechet. Hinc tam suam, quam virginalis instituti defensionem aggressus (Num. 11), factum quidem suum potissimum tuetur exemplo Præcursoris: virgineam vero conditionem inde attollit (Num. 14, 15 et seq.), quod Christus virgines quibus redivivus primum appareret, elegerit. Deinde perstrictis quam modestissime criminatibus suis, rem ipsam intensius urget (Cap. 5, num. 24 et seq.), demonstrans (Cap. 6 et 7) nihil se quod improbum, aut novum, aut inutile esset, persuasisse. Mox ad objectas difficultates pulchre respondet (Cap. 7, num. 35 et seq.); sed eam præ cæteris qua negabatur (Num. 39 et seq.) virginum tenerioris ætatis admittenda consecratio, summa diluens cum prudentia, tandem pronuntiat solos annos obstare neququam debere; cum et pueri pro Christo sanguinem constanter effuderint (Cap. 8, num. 42 et seq.), et Christus ipse accessum ad se voluerit patere infantibus, ac tandem in ipsis Ecclesiæ incunabulis eundem turbæ, hoc est, cujuslibet sexus atque ætatis multitudo, secutæ fuerint. Inde veluti e re nata quando et ubi Christus inquiri debeat a virginibus, expositione quorundam e Canticis versicolorum aperit (Num. 45), et postquam ad eam viduam quam abs se in alio libro, de Viduis nimirum, perstrictam dicit (Num. 46), reconciliationis causa veritatem sermonem, ignavos doctores ac plus æquo remissos vitandos monet (Num. 47 et 50). Eandem prosecutus (Num. 48 et seq.) Canticorum expositionem, docet quid animam, ut Christum quærat, et ipsa quærat a Christo (Cap. 9 et seq.), nec non ut eundem intus excipiat, retineatque, præstare oporteat. Virtutibus autem quæ expetendæ, ac simul vitiiis, quæ fugienda illic indicantur, scite admodum patefactis (Cap. 15 et seq.), coercendorum quatuor animæ motuum quos ab Ezechiele volantis currus specie adumbratos Plato est imitatus, rationem tradit. Spondet animam hac via certo perventuram ad Christum, qui cum in Evangelio eadem die quæ sacra erat principibus apostolorum, publice recitato, ascendisse in scapham Petri, illumque ad laxanda retia impulsisse, lectus fuisset; eam ob rem quid sit in altum ducere, quidve apostolos laborare, perspicuum facit (Cap. 19, num. 131 et seq.). Denique prosperam sibi piscationem ex præsentia Bononiensis episcopi fore auguratus, atque virgines sicut et viduas ut se apostolicis retibus includant, cohortatus (Cap. 20, num. 129); Petri ac Pauli quibus etiam Joannem addit, commendatione opus coronat (Num. 130 et seq.).

Quæ dicta sunt hactenus, ea liquido demonstrant hanc lucubrationem libro de Viduis postponi, atque a libris de Virginibus avelli oportuisse. At vero quem ei titulum inscribere debeamus, in promptu non est. Videtur sane detractum ex autographo exemplari folium cum præposteræ illi conjunctioni causam præbuisse, tum scriptoribus antiquariis licentiam, ut pro sua quisque libidine inscriptionem ei præfigerent. Hinc ii quibus eundem tractatum proxime post tres libros de Virginibus libuit collocare, illum libri quarti de Virginibus; quibus vero hunc ipsum rejicere post librum de Viduis potius fuit, libri secundi de Viduis titulo prænotarunt. Sed cum librum unicum de Viduis Ambrosio tribuat Hieronymus (Epist. 50, Apol. adv. Jovinian.), neque de viduis nisi paucis aliquot locis strictim atque obiter hoc in Opere disseratur, non potest ei hæc imponi nomenclatio. Rursus vero eundem inscribi non magis licet librum quartum de Virginibus; non solum enim Hieronymus (Ead. Apolog. pag. 592, col. 2) tres tantum libros sub hoc titulo Ambrosianos agnoscit, sed etiam totidem abs se compositos ipsemet testatur Ambrosius (Lib. de Viduis cap. 1, num. 1). Qua in dubitatione nihil satius visum nobis est, quam ut ip-

sum de Virginitate inscriberemus, rati scilicet ita satis et eum ab aliis ejusdem materiæ distingui tractatibus, et argumenti rationem designari; nec etiam multum aberrari a manuscriptis, quippe cum in eorum plerisque desinat in hæc verba: Explicit sancti Ambrosii de Virginitate; nam quod addunt iidem codices liber quartus, de suo addunt.

Constat porro tam ex ipsa elocutionis forma (Cap. 5, num. 24), quam e Scripturæ quæ lecta in Ecclesia palam fuerat, citationibus (Cap. 3, num. 14, et Cap. 19, num. 21), hunc librum pro concione pronunciatum esse. Illum tamen una eademque actione absolutum minime putamus; cum præter eum sermonem qui in natali Apostolorum (Cap. 19, num. 124), tertio nimirum kal. Julias, habitus fuit, alius ut minimum non obscure notari possit. Nec minus etiam certum videtur opere de Viduis posteriorem hunc librum esse, ac proinde anno, ut verisimillimum est, 378, idque exacto mense Junio, elucubratum.

# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## DE VIRGINITATE

LIBER UNUS<sup>a</sup>.

### 213 CAPUT PRIMUM.

Ubi Salomonis iudicium inter duas mulieres latum historico modo enarravit, addit hoc ipsum idcirco litteris mandatum esse, uti noscamus vel reconditissima in lucem promi. Deinde ad mysterium conversus, falsam matrem de tentatione, veram de fide, machæram de verbo Dei exponit. Denique ad historiam Jephthæ lectorem parat.

1. Nobile apud veteres Salomonis illud fertur fuisse iudicium (III Reg. III, 16 et seq.), cum a duabus litigantibus mulieribus interpellatus esset: quarum altera conversa per somnum, cum infantem oppressisset suum, postulabat alienum: altera veri amoris conscia, et culpæ nescia, filium jure proprium vindicabat. Utraque igitur perseveranter nitente, cognitoris hæsit intentio; non enim poterat Salomon arbiter esse interioris arcani, <sup>b</sup> cum petentis utriusque mens esset occultior. Eventu conventus ambiguo machæram promi jussit, mandatoque ministris quo simularent triste ministerium, dividi jussit infantem, ut singulæ mulieres singulas partes adipiscerentur: quo audito, illa quæ petebat alienum, non solum acquievit, sed etiam divisionem parvuli depoposcit, nullo affectu <sup>c</sup> conventa materno. Illa vero quæ suum sciebat infantem, non vinci metuens, sed orbari: nec jam solatio proprio, sed pignori suo consulens, orare hoc cœpit ut incolumis magis puer traderetur alienæ, quam sectus in partes matri propriæ redderetur. Unde

<sup>a</sup> Script. circa ann. 378.

<sup>b</sup> Mss. duo, cum parentis utriusque. Rursus post pauca mss. omnes, *Eventu conventus*, etc.

<sup>c</sup> Sic omnes mss. et edit. Amerb., Eras. ac Gill. in corpore: Eras. autem et Gill. in marg. ac Rom. edit. in corp., *commota materno*.

<sup>d</sup> Mss. complures, *majestatem divinam*. Non male, si referatur ad *interrogabat*; idem enim erit, ac Deum non consulebat, ut prophetæ solent.

A Salomon qui non <sup>d</sup> majestate divina, sed argumentis ut homo interiorem **214** interrogabat affectum; illi potius judicavit parvulum esse reddendum, quam veram matrem dolor proprius prodidisset: illam vero quam morituri parvuli misericordia non movebat, exsortem pronuntiavit esse naturæ, quam exsortem vidit esse pietatis.

2. Veritas ergo non latuit, sed tamen per simulationem alterius fluctuavit: diuque etiam bona mater eventu hæsit ambiguo, dum iudicii periclitatur incerto. Hæc licet in figura superioribus sint facta temporibus, scriptasunt tamen ad correptionem nostram; ut intelligamus prodi omnia posse <sup>e</sup> quæ ficta sunt, et omnia composita revelari.

3. Duæ igitur istæ (quoniam propositum est nobis hoc loco <sup>f</sup> non tractare de mulieribus), duæ, inquam, istæ fides est, atque tentatio. Tentatio, inquam, communis ab initio auctor erroris, quæ postquam posteritatem suam carnalis vitio conversationis, et somno mentis amisit, posteritatis fructus auferre conatur alienæ. Itaque dum tentatio litigat, fides fluctuat; donec machæra Christi latentes distinguat affectus. Quæ est hæc machæra Christi? Illa de qua scriptum est: *Gladius veni mittere in terram* (Matth. x, 34). Est enim gladius, de quo scriptum est: *Et tuam ipsius animam pertransiit gladius* (Luc. II, 35). Quis autem sit hic gladius, quæ machæra, cognosce: *Verbum* inquit, *acutum, et validum, et penetrabilis omni gladio acutissimo, penetrans usque ad divisionem ani-*

<sup>e</sup> Omnes edit. et pauci mss., *quæ facta sunt*; at reliqui melius, *quæ ficta sunt*; ut de simulata matre intelligantur.

<sup>f</sup> In mss. aliquot ante verbum *tractare* deest negatio, forsitan non male. Infra vero post duos versus, ubi edit. et mss. nonnulli, *posteritatem suam*; ultimæ edit. Paris., *posteritatem suam*, mss. plerique exhibent, *potestatem suam*. Non tam commode.

*mæ, et spiritus, artuumque, et medullarum* (Hebr. iv, A 12). Bonus gladius verbum Dei: bonus gladius, ut pote scrutator cordis et renis, qui mendacium a veritate discernat, atque eos quorum animam pertransierit non interficiat, sed reservet.

2154. Hæc igitur de Regnorum dicta sint libro, assumpta de causa, de historia recensita, de conscientia usurpata, ex fide prompta. Nunc decursæ ex libro Judicium inspiciamus seriem lectionis. Non enim otiosis parricidium fuit auribus audiendum. Itaque repetamus historiam.

## CAPUT II.

*Nuncupatum a Jephthe in pignori votum, reditus ejusdem adeptæ victoria, et filiaë occursum memorantur: in quo etsi factum damnandum, in solvendo tamen voto fides non improbanda. Cur Deus cum Abraham sacrificium prohibuisset, Jephthe parricidium non impedierit, disputatur.*

5. Jephthe iudex Judæorum fuit. Is evēntu bellæ conflictatus ambiguo, a præliorumque veritus incerta, votum vovit huiusmodi (*Judic. xi, 30, 31*), si adversarios depulisset, ut quidquid ei primum intra domus suæ limen occurrisset, hostiam immolarēt Deo, suorum præsulī triumphorum. Itaque bello potitus, fu-isque hostibus, domum rediit, cui in ipso vestibulo filia memor pietatis, ignara oblationis occurrit. Sed recordatus illico pater, et propriæ sponsonis admonitus, ingemuit solvendi muneris sponsonem. *Heu me, inquit, filia, perdidisti me; ego enim aperui os meum de te ad Dominum. Tum illa: O pater, si in me aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi ita ut exivit de ore tuo* (*Ibid., 35 et seq.*). Duorum tamen tantum mensium inducias postulavit, donec in montem ascenderet, et super virginitatem suam flecteret. Deinde duobus post exactis mensibus, remeavit ad patrem. Votum ille complevit; his enim verbis utendum est, quando Scriptura divina effectum rei non prodidit, sed refugit parricidii mentionem.

6. Quid igitur? Hoc probamus? Minime gentium. Sed tamen etsi parricidium non probo, adverte prævaricandæ metum et formidinem sponsonis. Denique ad Abraham dictum est: *Nunc scio quia amas Dominum Deum tuum; quia non pepercisti unico filio tuo* (*Gen. xxii, 12*). Habes igitur indicium, quo docetur prævaricandum temere non esse promissum. Verum Deo parricidium non probari in eadem asseritur lectione; cum pro filio ovis subjicitur (*Ibid., 13*), ut ipsa potius quam filius feriretur.

7. Habuit igitur Jephthe quod sequeretur exemplum, quia Dominus sanguine non delectaretur humano. In uno enim oraculo ad Abraham prompto

\* Cod. bene multi, *plerumque virtus incerta votum*, etc.; sed alii atque edit. melius ut in contextu.

b Nonnulli mss., *domus suæ occurrisset ostium, immolaret Deo*.

c Plures mss. *effectum rei non prodidisset, quæ refugit*, etc.

d Omnes edit., *quia omnis promissio muneris conveniebat officio*: plures mss., *quia ad omnes promissi*

docuit filiorum salutem religionis obsequio posthabendam: offerri a parentibus Deo debere filios, non debere jugulari. Certe cum hic filia tam sollicita fuerit de patris voto, cur pater non dubitaverit de filia parricidio: et cum illa paternum caverit mendacium, iste filiaë non caverit interitum?

8. Dicit aliquis: Quia ratione illic Deus non permisit parricidium fieri, hic sit passus impleri? Numquid acceptor personarum Deus? 216 Non, sed meritum atque virtutum. Certe dum consilium esset ambiguum, signari debuit oraculo quid et ad præsens factum, et in reliquo conveniret exemplum. Ubi vero jam præcessisset exemplum, necessarium non iudicavit oraculum; cum facti forma veteris quid fieri oporteret, ostendit.

9. Aut fortasse quia non una forma meritorum, ideo non una forma factorum. Pater doluit, flevit filia: uterque de Dei miseratione dubitavit. Non doluit Abraham, nec consuluit parentis affectum: Ubi audivit divinitatis oraculum, non distulit sacrificium, sed maturavit obsequium. Non dubitavit Isaac (*Ibid., 3 et seq.*), cum imparibus sequeretur patrem passibus: non flevit, cum ligaretur: non dilationem poposcit, cum offerretur. Et ideo misericordia largitor, ubi fides promptior. Et bene non flevit factum patris; quia risus est matris (*Gen. xxi, 6*). Pro qua devotionis exultatione ovis pro illo iussa est immolari, quia se ipse non distulerat immolandum: nec de Dei miseratione ambiguus, nec de sui devotione sollicitus. Nemo igitur inventus est, qui tam cruentum patris revocaret affectum; a quia omnis promissi muneris conveniebat officium.

## CAPUT III.

*Miratur sanctus vir quod cum Jephthe parricidium nemo prohibuerit, aliqui virginitatis votum impleri prohibeant; quin etiam ipsemet accusetur, quod ne virgo sacra nuberet, vetuerit. Id officii sui fuisse non tantum Baptistæ exemplo et Scripturæ præceptis, sed etiam ipsis gentilium institutis probat: ac demum prædicat ex eo virginitatem, quod virgines resurgentem Christum primæ viderint.*

10. Sacrificium itaque sanguinis immolatur, et nemo est qui resistat: sacrificium castitatis offertur, et qui prohibeat, invenitur. Pater parricidium promissit, et solvitur: pater integritatem filiaë vovit, et tam piaë oblationis invidetur affectus. Illic filia dolens sanguinem suum obtulit pro patria sponsonem: hic tam pium promissum nec hæreditario munere, nec propria solvitur voluntate.

11. Quo in negotio etiam nos vocamur in culpam. Quam tandem? Quia nuptias prohibuimus

*muneris conveniebat officium; alii magis congruè, quia omnis promissi... officium; ubi vox officium idem significat atque solutio sive promissi executio.*

e Negatio non ante verba invenitur, et invidetur, in edit. omnibus perperam legebatur, quam nos ex mss. omnium fide sustulimus. Iterum autem hoc loco mss. nonnulli ab aliis abeunt, quod pro. *pater integritatem filiaë vovit, exhibent, integritatem filia novit.*

illicitas? Vocent ergo in eandem culpam etiam Joannem Baptistam. Et cum aliud nihil forte habeamus quod probetur in nobis, hoc solum condemnentur in nobis, quod probatum est in propheta. An erubescendum protulimus auctorem? Quam vero causam aliam habuit ille martyrii, repetite animo. Causa illius passionis certe hæc fuit: *Non licet*, inquit, *tibi eam uxorem habere* (Matth. xiv, 4). Si hoc de uxore hominis, quanto magis de virgine consecrata! Si hoc regi dictum est, quanto magis dicendum privatis! Gratias itaque divinitati, quod hic nullas Herodes, atque utinam nulla Herodias!

**217** 12. Non licuit ergo pro virginitate sermonem dicere? Et cur scriptum est: *Judicate pupillum, et justificate viduam* (Esai. i, 17)? Et cur scriptum est: *Patris orphanorum, et judicis viduarum* (Psal. lxxvii, 6)? Ergo castimoniam et integritati deditas deseremus, aut etiam condemnabimus?

13. At certe ipsis gentilibus inter aras et focos venerabilis solet esse virginitas: et in quibus nulla meritorum est pietas, nulla mentis integritas; in his tamen carnis virginitas prædicatur. A profanis igitur ceremoniis virgines nemo prohibebit, ab Ecclesia Dei virginitas arcebitur? Illic coguntur, quod non docentur: hic interdicitur, quod non licet non doceri? Illic præmiis revocantur a nuptiis, hic ad nuptias coarctantur injuriis? <sup>b</sup> Illic violentia fit, ut capiantur: hic fit violentia, ne profiteantur? et potest esse patientia sacerdotum, ut non vel morte oblata, si illa necesse est, integritatis sacrificium vindicetur?

14. Considerate quia virgines præ apostolis resurrectionem Domini videre meruerunt. Certe hoc docuit hodierna quæ decursa est lectio; nam cum in novo monumento, sicut Joannes dixit, corpus positum esset Domini nostri Jesu Christi (Joan. xix, 41, 42): in suo autem monumento, sicut est secundum librum Evangelii Matthæi, posuisset Joseph Domini corpus (Matth. xxvii, 25 et seq.), observabant virgines. Bene et Matthæus monumentum dixit novum; ne ex monumento veteri resurrexisse alius crederetur. Bene etiam secundum spiritum in monumento justis positum est; quia Christus a mortuis in novo justis resurgit affectu. Bene etiam secundum litteram alienum monumentum fuit; quia suum

monumentum Dominus non quæsit. Habeant tumulum, qui sub lege sunt mortis: victor mortis suum tumulum non habebat; non enim ille sepulcrum mortis desiderabat, qui de morte trophæa referebat. Vidit ergo Maria resurrectionem Domini: et prima vidit, et credidit. Vidit et Maria Magdalena, quæ adhuc ista nutaret.

#### CAPUT IV.

*Magdalene dubitantis occasione virgines ad fidem cohortatur: et quæ de Christi cum ipsa colloquio leguntur apud Joannem Evangelistam, spiritali sensu jucundissime percurrit.*

15. Hoc loco non mediocrem advertite quæstionem, ne dubitare de resurrectione Domini, virgines, debeatis. Videte <sup>d</sup> quod meritum non sola carnis virginitas facit, sed etiam mentis integritas. Denique Maria Magdalena Dominum prohibetur tangere <sup>e</sup> quia nutabat **218** de resurrectionis fide. Illa igitur tangit Christum, quæ fide tangit.

16. *Magdalena autem stabat ad monumentum foris plorans* (Joan. xx, 11). <sup>f</sup> Quæ foris est, plorat; nam quæ intus est, plorare non novit. Plorat autem, quia corpus non videt Christi: et periisse putat; quia ipsa non cernit. Ergo Maria foris: sed non Petrus, non Joannes foris. Denique illi currentes intraverunt; et idem non ploraverunt, et gratulantes recesserunt. Illa quæ non introivit, flevit, non credidit, fraude sublatum putavit, nec cum Angelis cernebat, tredendum arbitrabatur. Et ideo dicunt ei Angeli: *Mulier, quid ploras? quem quæris* (Ibid. 13)? Hoc Angeli dicunt, et Dominus postea iisdem verbis repetivit; ut sciatis quia angelorum verba mandata sint Domini.

17. Denique eadem, ut dixi, etiam Dominus verba repetivit dicens: *Mulier, quid ploras? quem quæris?* Quæ non credidit, mulier est; nam qui credit, in virum perfectum resurgit, in mensuram ætatis plenitudinis Christi (Ephes. iv, 13). *Mulier*, inquit: non de sexu, sed de cunctatione convicium est. Et bene mulier, <sup>g</sup> quæ nutabat; quia jam virgo crediderat. *Quid ploras?* hoc est: Tu tibi es causa plorandi, tu tibi auctor es flendi, quæ es Christi incredula. *Ploras*, quia non vides Christum: crede, et videbis.

<sup>a</sup> Plerique mss., *Patres orphanorum et judices viduarum*.

<sup>b</sup> Gellius lib. i, cap. 12: *Capi autem, inquit, virgo vestalis propterea dici videtur, quia Pontificis maximi manu prehensa ab eo parente in cujus potestate est, veluti bello capta abducitur*. De vestalibus plura reperies lib. .... de *Virginibus* cap. 4, num. 15.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, *quamvis adhuc ista notaretur*: unus. .... *mutaret*: reliqui ac. edit. magis scite, ut in contextu. Non inutile porro fuerit quæ hic de virginibus Dominicæ resurrectionis testibus dicuntur, cum iis quæ habentur lib. vi. Expos. Evang. sec. Lucam, pag. 1587, num. 14, contendere, nec non subjectam eidem loco observationem consulere. Interim advertite Ambrosium aut labi memoria, quando contra expressum Marci cap. xvi, vers 9, testimonium Christum Magdalene secundo tantum loco appa-

<sup>d</sup> ruisse affirmat: aut præ illorum opinioni subscribendum esse, qui, ut Estius ait, Dei genitricem hic in Maria voluit significatam. Quid vero si duas Magdalenas extitisse hoc loco innuat sanctus Doctor? Confer hæc cum ultimo cap. in Luc. et nodum solve.

<sup>e</sup> Omnes edit., *Videte quod meritum! Non sola carnis virginitas virginem facit*; omnes mss. ut in textu, nisi quod pro *meritum*, corrupte plures exhibent *meritorum*.

<sup>f</sup> Mss. aliquot: *quia dubitabat*.

<sup>g</sup> Plerique mss., *qui foris est plorat; nam qui, etc. Iterum post pauca, flevit: quæ non credidit, fraude, etc.*

<sup>h</sup> Mss. non pauci, *quæ notabatur*. Non incommode; idem enim est ac reprehendebatur, quod quidem post vocem, *convicium est*, apte ponitur. Hæc autem refer ad lib. x, in Luc., num. 161.

Adest Christus, nec umquam iis a quibus quaeritur deest. *Quid ploras?* hoc est, non lacrymis opus est, sed fide prompta, et Deo digna. Noli cogitare mortalia, et non plorabis: noli cogitare peritura, et flendi causam habere non poteris. Cur inde ploras, unde alii gratulantur?

18. *Quem quaeris?* hoc est: Non vides quia adest Christus? Non vides quia Christus est Dei virtus, quia Christus est Dei sapientia, quia Christus est sanctitas, quia Christus est castitas, quia Christus est integritas, quia Christus natus est ex virgine, quia Christus ex Patre, et apud Patrem, et in Patre semper, natus non factus, nec degener, <sup>a</sup> sed semper dilectus, verus Deus ex Deo vero?

19. *Tulerunt*, inquit, *Dominum de monumento, et nescio ubi posuerunt eum* (Joan. xx, 15). Erras, mulier, quæ putas ab aliis Christum de monumento esse sublatum, et non potestate propria resuscitatum. Sed nemo tulit Dei virtutem, nemo tulit Dei sapientiam, nemo tulit venerabilem castitatem. Non tollitur Christus de monumento justus, nec de suæ virginis secreto, et piæ mentis arcano: et si qui volunt tollere, auferre non possunt.

20. Tunc ait illi Dominus: <sup>b</sup> *Maria, respice ad me* (Ibid., 16). Quando non credit, mulier est: quando converti incipit, Maria vocatur, hoc est, nomen ejus accipit, quæ parturit Christum; est enim anima quæ spiritaliter parit Christum. **219** *Respice*, inquit, *ad me*. Qui Christum respicit, emendatur: errat autem, qui Christum non videt.

21. Et ideo illa conversa respexit, et dixit: *Rabbi, quod interpretatur magister*. Qui respicit, convertitur: qui convertitur, plenius intuetur: qui videt, proficit. Et ideo magistrum appellat, quem mortuum esse credebat: alloquitur quem putabat amissum.

22. *Noli*, inquit, *me tangere* (Ibid., 17), hoc est, etsi correctionis tentamenta sunt; non tangit tamen Christum nutantis affectus. *Noli*, inquit, *me tangere*, hoc est, noli tangere Dei virtutem, Dei sapientiam, reverendam integritatem, honorabilem castitatem.

23. *Sed vade ad fratres meos*. Quid est aliud dicere, nisi: Jam noli foris flere? Vade ad electos et ad observantissimos sacerdotes; *et dic illis: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum: Deum meum, et Deum vestrum*. Quid est aliud dicere, nisi: Ne mulier hinc moveas quaestionem? Certe a perfectioribus quaere, dicent tibi quæ distinctio sit inter Patrem meum et Patrem vestrum. Nam qui juxta divinam generationem Pater mihi est, is juxta adop-

<sup>a</sup> Ita mss. complures: alii vero, cunctæque edit. præmittunt vocem, *dilectus*.

<sup>b</sup> Hunc textum neque in Græcis Evangelistæ cod. neque in Latinis ullis reperire est. Hæc autem referatur ad lib. X in Luc. num. 161.

<sup>c</sup> Mss. nonnulli, *defensatum veni*; quidam, *defensatum invenio*.

<sup>d</sup> Quatuor mss., *utinam non vinceret*.

<sup>e</sup> Mss. nonnulli, *prædicatores*; etsi non omnino in-

tionem Pater vester est. *Patrem meum* dicendo, a creaturis se Dei Filius separavit: *Patrem vestrum* dicendo, adoptionis spiritalis gratiam designavit. Ita et *Deum meum* dicendo, mysterium suæ Incarnationis ostendit; ut quem Patrem naturaliter habet, Deum appellet propter suscepti corporis sacramentum: *Deum* quoque *vestrum* cum dicit, profectum in nobis suæ operationis ostendit.

#### CAPUT V.

*Redit a digressionem ad suam defensionem, et sibi objecta non tantum agnoscit, verum etiam ulterius intendit, cupere etiam nupturas ad virginitatis studium revocare sponte professus.*

24. Et vere Deus noster factus est nobis, ex quo passus est Christus; quando, ut alia omittam, pro integritate servanda mori virgines sunt paratæ. Nihil de causa, nihil de persona loquor; ubi enim Domini gratia, ibi debet esse pax Domini. Nec quemquam publice arguo, sed me ipsum <sup>e</sup> defensatum venio. Accusati enim sumus, et nisi fallor, accusatores nostri plerique de vobis sunt. Horum ego affectus redarguere malo, quam personas prodere. Criminis autem invidia hæc est, quia suadeo castitatem. Qui hoc non libenter accipit, ipse se prodit.

25. Virginitatem, inquit, doces, et persuades plurimis. <sup>d</sup> Utinam convincerer, utinam tanti criminis probaretur effectus! Non vererer invidiam, si efficaciam recognoscerem. Atque utinam me exemplis potius argueretis, quam sermonibus cæderetis! Sed vereor ne <sup>e</sup> prævaricatores mihi apposuisse videar, qui me alienis commendent laudibus.

26. Initiatas, inquit, sacris mysteriis, et consecratas integritati puellas nubere prohibes. **220** Utinam possem revocare nupturas! utinam possem flammeum nuptiale pio integritatis mutare velamine! An indignum videtur, ut sacratæ virgines a sacrosanctis altaribus non abducantur ad nuptias? Et quibus licet <sup>f</sup> sponsum eligere, non licet Deum præferre? In me ergo facti conditio mutatur, ut pro opprobrio mihi cedat, quod semper spectavit ad gratiam sacerdotum, jacere semina integritatis, et virginitatis studia provocare.

#### CAPUT VI.

*Ad virginitatem provocare nec improbum esse, nec novum, nec inutile: quorum primo capite paucis absolute, alterum scilicet novum non esse Christi sententia, judicio apostolorum, ac puerulorum, exemplo docet: tum damnandas non esse nuptias monens,*

sulse, minus tamen concinne. Prævaricator enim ille dicitur, qui eum quem vituperare atque accusare creditur, tacite fraudulenterque laudat ac defendit: quo sensu dictionem hanc Tullius in Philip. 2 non ita longe ab initio adhibuit; unde hunc locum Ambrosius noster videtur imitatus.

<sup>f</sup> De hac facultate eligendi sponsi jam monuimus nos in epist. ad Sisin. aliquid esse dicturos.

*earum tamen multas et graves molestias declarat ; A utque neutram harum conditionum quisquam traducat, prudenter suadet.*

27. Quæro enim utrum quasi improbum hoc, an quasi novum, an quasi inutile reprehendatur. Si quasi improbum, improba ergo vota sunt omnium, improba vita est angelorum, quam gratia resurrectionis imitatur; qui enim <sup>a</sup> non nubunt, neque ducunt uxores, erunt sicut angeli in cælo (*Matth. xxii, 30*). Qui hoc utique reprehendit, resurrectionis vota condemnat. Itaque improbum videri non potest, quod hominibus pro præmio constitutum est: nec potest ejus rei species displicere, cujus veritas et in fructu est, et in voto.

28. Sed esto, non sit improbum, numquid novum **B** est? Nos enim nova omnia quæ Christus non docuit, jure damnamus; quia fidelibus via Christus est. Si igitur Christus non docuit quod docemus, etiam nos id detestabile judicamus. Discutiamus ergo utrum Christus integritatem docerit, an repudiandam putaverit: *Et sunt, inquit, spadones, qui se ipsos castraverunt propter regnum cælorum (Matth. xix, 12)*. Est ergo præclara militia, quæ regno cælorum militat. Itaque jam tunc Dominus docuit esse debere intermerata studia castitatis.

29. Unde et Apostoli eam cæteris præeminere cernentes: *Si ita est, aiunt, causa viri cum uxore, non expedit nubere (Ibid., 10)*. Quo dicto et graviora judicaverunt onera vinculi conjugalis, et veræ integritatis gratiam prætulērunt. Sed Dominus qui sciret **C** prædicandam omnibus integritatem, imitandam paucis: *Non omnes, inquit, capiunt verbum istud, sed quibus datum est (Ibid., 11)*, hoc est, non est communis plurimis, et vulgaris integritas: nec pro infirmitate permittitur, sed pro virtute conceditur. Denique cum dixisset: *Et sunt spadones qui se ipsos castraverunt propter regnum cælorum (Ibid., 12)*; ut ostenderet hoc non mediocris esse virtutis: *Qui potest, inquit, capere capiat.*

30. Et ideo post hoc verbum offeruntur pueri ad benedicendum, qui corruptelæ expertes, integritatis munus immaculata ætate servarent. **221** Talium enim est regnum cælorum, qui in puerilem castimoniam tamquam in naturam infantium corruptelæ ignoratione remeaverint. Est ergo etiam cælesti voce probata virginitas, Dominicisque expetenda præceptis.

31. Quo loco magisterium divinæ vocis imitemur. Nam cum in superioribus conjugium memoraverit non esse solvendum, nisi ex causa fornicationis, in posterioribus integritatis gratiam donumque contexit (*Ibid., 9*); ut doceret non damnandas esse nuptias, sed probandas; nuptiis tamen ipsis integritatis studia præferenda. Quis enim tam aversus a

vero, qui nuptias damnet? Sed quis tam alienus a ratione, qui conjugii onera non sentiat? Etenim mulier inuupta et virgo cogitat quæ sunt Domini; ut sit sancta corpore et spiritu. Nam quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro (*I Cor. vii, 34*).

32. Et præter has molestias, quamvis nubendo non peccet, contritionem tamen habebit carnis hujusmodi: graves enim partus labores, gravis creandorum et erudiendorum liberorum molestia. Quibus ante præscripsit, ne quis hujusmodi averteretur injuriis; multæ enim in partus doloribus constitutæ, conjugio se renuntiare dicunt: multi etiam matrimonii onera non ferentes, <sup>b</sup> alieno ab uxore avertuntur affectu. Et ideo Apostolus ante præmisit: *Ligatus es uxori? Noli quærere solutionem (Ibid., 27)*. Et bene ait: *Ligatus es*; quodam enim vir et uxor nexu inter se amatorio copulantur, et quibusdam invicem sibi habentis amoris astricti sunt.

33. Bona igitur <sup>c</sup> vincula nuptiarum, sed tamen vincula: bonum conjugium, sed tamen a jugo tractum, et jugo mundi; ut viro potius cupiat placere, quam Deo. Bona etiam vulnera charitatis, et osculis præferenda: *Utilia enim vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici (Prov. xxvii, 6)*. Denique Petrus vulnerat (*Matth., xxvi, 51*), Judas osculatur (*Ibid., 49*): illum oscula condemnant, hunc vulnus emendat: illius osculis proditiōis venena funduntur, istius lacrymis culpa lavatur. Itaque ut ostenderet sermo propheticus bona vulnera charitatis, Ecclesia dicit in Canticis canticorum: *Quia vulnerata charitatis ego sum (Cant. ii, 5)*.

34. Nemo ergo vel qui conjugium elegit, reprehendat integritatem: vel qui integritatem sequitur, condemnet conjugium. Namque hujus sententiæ <sup>d</sup> adversarios interpretes damnavit jamdudum Ecclesia, eos scilicet qui audeant solvere copulam conjugalem. Audite enim quid dicat sacrosancta Ecclesia: *Veni, frater meus, exeamus in agrum, requiescamus in castellis, diluculo surgamus in vineas, videamus si floruit vitis (Cant. vii, 11, 12)*. <sup>e</sup> Multos ager fructus habet, sed ille melior est qui et fructibus redundat et floribus. Est ergo Ecclesiæ ager diversis secundus copiis. Hic cernas germina virginitatis flore vernantia, illic tamquam in campis silvæ viduitatem gravitate pollentem, alibi tamquam uberi fruge conjugii Ecclesiæ **222** segetem replentem mundi horrea, ac veluti maritatæ vineæ fetibus torcularia Domini Jesu redundantia, in quibus fidelis conjugii fructus exuberat.

## CAPUT VII.

*Tertium caput aggressus, nempe virginitatem non esse inutilem, negat ullum hinc reipublicæ offerri damnum; quin immo ubi maxime ille status floreat, ibi co-*

<sup>d</sup> Marcionem, Manichæum ac Tatianum, eo quod nuptias condemnarent, condemnatos ab Ecclesia jam alibi observavimus.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *Multi agri fructus habent.*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *non nubunt, neque nubentur.*

<sup>b</sup> Quidam mss., *alieni ab uxorio, etc.*

<sup>c</sup> Non pauci mss., *vincula sunt, sed tamen vincula; etsi vincula charitatis. Bonum, etc.*

piosisimam civium esse frequentiam docet : quod ut secus esset, huic tamen eo non improbandum ; cum in uxoribus caste viventibus id non culpetur. Postquam uere eorum qui iuventuti nuptias hinc fieri difficiliore obiciebant, demonstravit inanitatem, iis qui virgines serius velandas esse contendebant, respondet hic episcopi requiri prudentiam : at solam ætatem considerandam non esse martyrum exemplis, ac puero- rum ad Christum accedentium, probat.

35. Nec improbum igitur, nec novum integritatis est studium. Videamus ne forte inutile iudicetur; nonnullos enim dixisse audiui quod periit mundus, deficit genus humanum, conjugia labefacta sunt. Quæro quis tandem quæsit uxorem, qui non invenit? Quando fuerint bella pro virgine? Quis umquam pro virgine sit peremptus? De conjugis autem ista nascuntur, <sup>a</sup> ut perimatur adulter uxoris, raptor præliis appetatur. Ista reipublicæ semper damno fuerunt. Pro virgine sacra nemo damnatus est; quia castitatem non pœna cohibet, sed religio auget, fidesque conservat.

36. Si quis igitur putat consecratione virginum minui genus humanum, consideret quia ubi paucæ virgines, ibi etiam pauciores homines: ubi virginitatis studia crebriora, ibi numerum quoque hominum esse majorem. <sup>b</sup> Discite quantas Alexandrina, totiusque Orientis, et Africana Ecclesia quotannis sacrare consueverint. Pauciores hic homines prodeunt, quam illic virgines consecrantur. Ex ipsius igitur orbis terrarum usu non inutilis virginitas existimatur, præsertim cum per virginem salus venerit, orbem fecundatam Romanum.

37. Quod si quis hoc prohibet, prohibeat igitur pudicas uxores degere, quia frequentius possunt parere incontinentes. Nulla peregrinanti marito fidem servet; ne damnum faciat prolis futuræ, et partus frequentioris amittat ætatem.

38. Sed difficilior sit via adolescentibus ad nuptias impetrandas. Quid si forte commodior? Quæro enim cum his aliquem habere tractatum, qui arcen-

<sup>a</sup> Per legem Juliam de Adult. coercendis licebat patri filiam et quemlibet ejus adulterum ubicumque in hoc flagitio deprehensus interficere: marito quoque idem jus erat, sed sub certa personarum ac locorum definitione. Quod autem ad prælia in uxoris alienæ raptorem excitata, quis nescius est famosissimum illud bellum quo Europa atque Asia inter se toto decennio collisæ sunt, quodque nonnisi Trojani regni, ac totius gentis excidio sedari potuit; non ob aliam causam quam ob Helenam a Paride raptam susceptum esse: de quo præter Homerum vide Dictyn cretensem ac Daretem Phrygium historicos, licet in multis non minus ipsomet Homero fabulosos.

<sup>b</sup> Cod. Reg. et Fisc., *Dicite quantas Alexandrina.*

<sup>c</sup> Mss. Fisc., *dicimus; sed virtutem animi:*

<sup>d</sup> Mss. non pauci, *si puellæ nobiles:* melius alii atque edit...., *nobiles.* Verum cum duodecimo anno virgines viro maturæ vulgo putentur, aliquid difficultatis hinc nasci potest quod tantula ætate contentus fuerit sanctus Antistes; quandoquidem non ita multo post ad virginum consecrationem Punica sydonus III, can. 4, annos 25 plenos assignavit: quod tempus postea Leo primus in antiquo Pontificali, et Majoria-

da virginitatis sententiam gerunt. Itaque qui sunt isti, discutere debemus: utrum qui uxores habent, an qui non habent? Si qui habent, timere non debent; uxores enim eorum jam virgines esse non possunt. Si qui non habent, non sibi injuriam faciant, quod ejus tantum **223** nuptias speraverint, quæ nuptura non esset. An fortasse patres pro filiarum conjunctione solliciti, moleste ferunt virgines consecrari? Nec hi quod vereantur, habent; si sequantur consilium. Inter paucas suæ citius eligentur.

39. Aiunt etiam plerique maturioris ætatis virgines esse velandas. Neque ego abnuo sacerdotalis cautionis esse debere, ut non temere puella veletur. Spectet plane, spectet ætatem sacerdos, sed fidei vel pudoris. Spectet maturitatem verecundiæ, examinet gravitatis canitiam, morum senectam, pudicitiam annos, animos castitatis: tum deinde si matris tuta custodia, comitum sobria sedulitas. Si hæc præsto sunt, non deest virgini longæva canities: si hæc desunt, differatur puella moribus quam annis adolescentior.

40. Non ergo ætas rejicitur florentior, sed animus examinatur. At certe Theclam non senectus, sed virtus probavit. Et hinc quid plura contextam, cum omnis ætas habilis Deo, perfecta sit Christo? Denique non virtutem ætatis appendicem <sup>e</sup> dicimus, sed virtutis ætatem. Nec mirere in adolescentulis professionem, cum legeris in parvulis passionem; scriptum est enim: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem (Psal. VIII, 3).* An dubitamus si eum usque ad continentiam sequatur adolescentia, quem usque ad mortem constituit infantia? Et quasi incredibile putamus, <sup>d</sup> si puellæ nobiles Christum sequantur ad regnum, quem etiam pueri sequebantur in deserto; sicut legimus quia saturata sunt de quinque panibus quatuor millia hominum, *exceptis inquit, pueris et mulieribus (Mat'h. XIV, 21).*

41. Nolite ergo a Christo arcere infantes; quia et ipsi pro Christi nomine subire martyrium: *Talium est enim regnum cælorum (Mat'h. XIX, 14).* Vocat eos Dominus, et tu prohibes? De ipsis enim Domi-

nus imperator Constit. 8, usque ad quadragenariam ætatem ampliarunt. Attamen meminisse oportet duas consecrationes quas Innoc. primus a nobis in Præfatione ad lib. de Virginibus jam laudatus, Leo primus epist. ad Rustic. Narb. et Gelasius epist. ad episc. Lucanæ clare distinguunt, olim existisse solemnem scilicet ac privatam. Itaque nihil pugnabit, si can. Carth. et Leonis Majorianique constitutionem de priori intelligamus, de posteriori vero et hunc Ambrosii locum, et alium Hieronymi epist. ad Marcellam Asellæ duodenis tantum annis natæ consecrationem referentis: quibus addi etiam posset Basillii testimonium ad professionem virginitatis non ultra 16 aut 17 annos epist. cau. conc. 18 exigentis. Quod si contendas Ambrosiana verba etiam de solemni consecratione accipi debere, non admodum repugnabimus, cum semper in Ecclesiæ potestate fuerit, justis de causis ac pro temporum necessitate suam mutare disciplinam. Mirare interim easdem illas adversus virginitatem objectiones nostra memoria renovatas fuisse ab hæreticis, quas Ambrosius in hoc opere tam prudenter atque invicte confutavit.



nus ait: *Sinite eos venire ad me*. Nolite adolescentulas a arcere, de quibus scriptum est: *Propterea adolescentulas dilexerunt te* (*Cant.* 1, 2). Et induxerunt te in domum matris suæ (*Cant.* viii, 2). Nolite postremo a Christi charitate etiam parvulos separare, quem etiam intra matris uterum adhuc positi exultatione prophetica fatebantur (*Luc.* 1, 41).

### 224 CAPUT VIII.

*Ætatem omnem quærendo Christo habilem esse supra docuit, hic nullum locum ad id opportunum non esse ostendit. Cur occidente sole ægri afferantur ad Christum, is autem quærat in orto jam die? ubi et de jactantia vitanda præcipitur. Ad sequendum per diem Christum exhortatio: eum vero nec in foro, nec in plateis, ubi vulnerari ac spoliari dicitur Sponsa, reperiri.*

42. In ipsis adhuc Ecclesiæ principiis turbæ requirebant eum. Qua ratione? Quia manus, inquit, imponens curabat eos (*Luc.* iv, 40). Nec tempus ad sanandum, nec locus quæritur. Omnibus enim locis omnibusque temporibus non est præmittenda medicina. Intra domum Maria ab angelo benedicitur (*Luc.* 1, 28); intra domum David ungitur in prophetam (*1 Reg.* xvi, 3). Ubique Jesus curat, ubique sanat: in itinere, in domo, in deserto. In itinere curatur quæ sibi tetigit (*Matth.* ix, 20): in domo principis Synagogæ filia resuscitatur (*Marc.* v, 41): in deserto turba sanatur. Denique sic habes: *Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis his manus imponens curabat eos* (*Luc.* iv, 40). Sanabat ergo et in deserto, et occidente jam sole, et sanabat, manus imponens; ut et Deum se et hominem demonstraret. Non immerito igitur facta jam die turbæ requirebant eum.

43. Videò ordinem. Sole occidente, ægri deferuntur ad Christum: facta autem die, turbæ requirebant eum. Quando enim nisi per dies quæritur Christus? Nam qui in luce ambulat, non recedit a Christo. Itaque nox habebat adhuc ægrotantium gemitus, dies jam fidem plebis, jam lætitiarum sanatorum; ut quod scriptum est, compleretur: *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia* (*Psal.* xxix, 6). Quæ enim turbæ major gratia, quam ut etiam in desertam locum Christum sequatur?

44. In quo ille docet a perfecto abesse debere jactantiam; non enim sanandorum copiam, sed operum

\* Ita edit. omnes ac mss. nonnulli: alii vero aliquot, et jejuno solo quodam siti, corporis fugitantem delicias, etc.; unus, et jejuno solo, quod in appetitu corporis, etc.; alius, et jejuno solo, quo jam petulantiam corporis fugitantes, etc. In reliquis autem nihil san.

b Omnes edit. ac mss. aliquot, gratium reconciliationis accipiat. In Ecclesia, etc.; melius autem reliqui, gratia reconciliationis, etc. Idem enim est ac si scrip-isset in reconciliationis testimonium accipiat quod sum dicturus, nimirum in Ecclesia, etc.

c Adverte periculum eorum qui presbyteros aut doctrina ecclesiastica destitutos, aut sæcularibus cu-

jactantiam declinabat. Et nos igitur si salvi esse desideramus, vel si jam meremur sanitatem, procul a luxuria, procul a lascivia; tanquam in arido vitæ istius<sup>a</sup> et jejuno solo quadam siti corporis fugitantem deliciarum Christum sequamur.

45. Sequamur per dies. Adest Ecclesiæ dies, quem Abraham vidit, et gavisus est (*Joan.* viii, 56). Sequamur ergo per dies Christum; non enim in noctibus reperitur. *In cubili, inquit, meo, in noctibus quæsi vi quem dilexit anima mea: quæsi vi eum, 225 et non inveni eum: vocavi eum, et non obaudivit me* (*Cant.* iii, 1).

46. In foro aut in plateis Christus non reperitur. Denique nec illa eum in foro et in plateis potuit reperire, quæ dixit: *Exurgam, ibo, et circumibo civitatem, in foro et in plateis, et quæram quem dilexit anima mea. Quæsi vi eum, et non inveni eum: vocavi eum, et non obaudivit me* (*Ibid.* 2). Nequaquam igitur ibi quæramus Christum, ubi invenire non possumus. Non est Christus circumforaneus. Christus enim est pax, in foro lites: Christus justitia est, in foro iniquitas: Christus operator est, in foro inane otium: Christus charitas est, in foro obrectatio: Christus fides est, in foro fraus atque perfidia: Christus in Ecclesia est, in foro idola. Et ut illa vidua quam in alio perstrinximus libro (*De viduis* c. 9 et seq.), cognoscat non obrectandi me locutum illa studio, sed monendi: meque non asperum, sed sollicitum; b gratia reconciliationis accipiat: in Ecclesia vidua justificatur, in foro circumvenitur. Fugiamus ergo forum, fugiamus plateas.

47. Prudentiam autem notam assume tibi, ut custodiat te a muliere alinea et mala.... *Per fenestram enim de domo sua in plateas prospicit* (*Prov.* vii, 4 et seq.). Fugiamus plateas. Non enim injuria tantummodo est non invenisse quem quæras; sed etiam plerumque c ubi non oportet quæsisse, vulnus est: quæsisse in domibus virorum qui sibi falso doctorum nomen assumunt: quæsisse procacius quam verecundius.

48. Ergo caveamus d exemplo Ecclesiæ illius, ne nos custodes inveniant, qui circumeunt civitatem: *Invenierunt, inquit, me custodes qui circumeunt civitatem: percusserunt, et vulneraverunt me, et tulerunt pallium meum custodes murorum* (*Cant.* v, 7). Non in se, filix; e non, inquam, in se, filix, sed in nobis vulneratur Ecclesia. Caveamus igitur ne lapsus noster vulnus Ecclesiæ fiat; ne quis a nobis pal-

piditatibus corruptos, aut denique innata quadam animi mollitie nimium indulgentes consulunt; ex his enim quisquis quærit viam salutis, haud dubie quærit ubi non oportet. Obiter autem monemus ab hoc loco in mss. non paucis lacunam esse, quæ ferme per tres integras columnas hiat.

d Rom. edit. sola, exemplo illius: sed sublata voce Ecclesiæ supervacaneam non esse, satis declarant sequentia.

e Non, inquam, in se, filix, isthæc etiam Rom. edit. resciderat contra cæterarum ac mss. omnium fidem.

lium auferat, hoc est, amictum prudentiæ, insigne patientiæ, quo mollioris ambitio vestis exiit: *Qui enim mollioribus vestibus induuntur, in domibus regum sunt* (Matth. xi, 8). Nobis autem pallium dedit Christus, quo apostolos suos et corpus suum ipse vestivit. Quod denique jubet te dare, si quis a te tunicam petat, ut dimittas ei et pallium (Matth. v, 40), id est, insigne philosophiæ tuæ tradas, et quasi amictu prudentiæ tuæ eum qui ante nudus fuerit, circumvestias.

## CAPUT IX.

*Quærendum Christum in montibus aromatum atque in deserto: hujus fecunditas, exposito cur flos atque lilium dicatur Christus, describitur: et induci in domum vini, ordinarique in se charitatem cupere narratur Ecclesia.*

49. Ibi igitur, filiæ, Christum quæramus, ubi quærit Ecclesia, in montibus boni **226** odoris, qui excelsorum sublimitate factorum suavem vitæ odorem pro meritum verticibus exhalant. Fugit enim platas, fugit conventus, et strepitus fori, juxta quod scriptum est: *Fuge, fraternus meus, et similibus efficere cervo aut hinnulo cervi in montibus aromatum* (Cant. viii, 14). Serpentinis enim invisus colubris et fugitans canum, atque humi reptantibus infestus serpentibus, nescit habitare nisi in sublimitate virtutum, nescit commorari nisi in talibus Ecclesiæ filiabus, quæ possunt dicere: *Christi enim bonus odor sumus Deo* (II Cor. ii, 15); sed quibusdam odor mortis in vitam, in iis qui pereunt: quibusdam odor vitæ in vitam, in iis utique qui odorem resurrectionis Dominicæ vivida fide spirant.

50. Isti sunt aromatum montes, qui Domini corpus Jesu acceperunt, et in linteis cum aromatibus ligaverunt (Joan. xix, 40); quicumque enim crediderunt quia Jesus mortuus est, et sepultus est, et resurrexit, hi excelsum veræ cacumen fidei virtutum fastigiis extulerunt. Ubi ergo Christus quæritur? In pectore prudentis scilicet sacerdotis.

51. Et quoniam de deserto tractatus hic sumitur, ubi quærendus sit, etiam ipse demonstrat, dicens: *Ego flos campi, et lilium convallium. Tanquam lilium in medio spinarum* (Cant. ii, 1, 2). Ecce alium locum, in quo solet Dominus diversari; immo non in uno, sed in pluribus. *Ego*, inquit, *flos campi*; quia patientem simplicitatem puræ mentis frequentat. *Et lilium convallium*; flos enim humilitatis est Christus, non luxuriæ, non voluptatum, non lasciviæ, sed flos simplicitatis, flos humilitatis. *Tanquam lilium in medio spinarum*. Nonne inter asperitates laborum, contritionesque animorum boni flos odoris exurgit; quia contrito corde Deus placatur?

52. Hoc est desertum, filiæ, quod ducit ad regnum, hoc est etiam desertum, quod floret ut lilium; juxta quod scriptum est: *Lætare, sterilis, et exsulta, deserto, et floreat ut lilium* (Esai. xxxv, 1). In hoc deserto, filiæ, arbor illa bona fructifera, quæ bonos fructus facit (Matth. vii, 17), incipit brachia facto-

rum suorum diffundere, verticem divinitatis attollere. Juxta quam nostræ ligna silvæ frutescant; quia sicut arbor mali inter ligna silvæ, ita fraternus meus inter medium filiorum (Cant. ii, 3). Et videns hoc Ecclesia lætetur et gaudeat dicens: *In umbra ejus concupiui et sedi, et fructus ejus dulcis in faucibus meis.*

53. Videns, inquam, hoc Ecclesia, et fidei nostræ jam læta successu dicat: *Inducite me in domum vini et ordinate in me charitatem* (Ibid. 4). Charitas non potest esse sine fide; tres enim sunt velut vades Ecclesiæ, spes, fides, charitas. Cum spes præcesserit, fides fundata fuerit, ordinatur charitas, Ecclesia copulatur.

**227** CAPUT X.

*Ut Christi mereamur in nos adventum, Spiritum sanctum invocari debere; illum enim non semper venire, neque ad omnes: sed ad eam animam quæ ita terrestrem exuerit tunicam, ut ipsam postea non resumat. Pedum lotio quid significet; et quod dicit Sponsa, quomodo inquinabo illos? Denique spirituales animæ pedes hoc loco intelligendos esse demonstratur.*

54. Didicisti ergo ubi Christum requiras; disce etiam quemadmodum possis mereri, ut ille te quærat. Excita Spiritum sanctum dicens: *Exsurge, Aquilo, et veni, Auster; aspira hortum meum et profluant aromata mea* (Cant. iv, 16). *Descendat fraternus meus in hortum suum, et manducet fructus pomiferarum suarum* (Cant. v, 1). Hortus Verbi animæ vernantis affectus est, et in pomiferis virtutis est fructus.

55. Venit ergo; et sive manduces, sive bibas, si Christum invocas, adest dicens: *Venite, manducate panes meos, et bibite vinum meum* (Proverb. ix, 5); sive etiam dormias, pulsat ad januam. Venit, inquam, frequenter, et per prospectum mittit manum suam: sed non semper nec ad omnes; sed ad eam animam quæ potest dicere: *Nocte exui me tunicam meam* (Cant. v, 3). Etenim in hac sæculi nocte prius tibi corporalis vitæ amictus est exuendus, exiit enim se carne Dominus, ut pro te de dominationibus et potestatibus mundi istius triumpharet.

56. *Quomodo induam illam* (Ibid.)? Vide anima Deo devota quid dicat. Sic se actus corporis et terrenos exiit mores, ut nesciat quomodo, etiamsi velit, rursus possit induere. *Quomodo induam illam?* hoc est, qua verecundia, quo pudore, qua postremo memoria? Consuetudo enim boni usum pravitatis veteris amisit.

57. *Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos* (Ibid.)? Didicisti in Evangelio quod pedes lavare fidei mysterium humilitatis insigne sit; juxta quod scriptum est: *Si ego lavi pedes vestros Dominus et magister, quanto magis vos debetis alter alterius pedes lavare* (Joan. xiii, 14)! Sed hoc ad humilitatem pertinet. Quantum vero ad mysterium, pedes debet lavare suos qui vult partem habere cum Christo: *Si enim non laveris, inquit, tibi pedes, non habebis partem mecum* (Ibid. 8). Cum hoc Petro dicitur, quid de nobis censetur?

58. Qui lavit igitur pedes, non necesse habet iterum lavare; et ideo caveat ne inquinat eos. Et benesanta Ecclesia dicit: *Lavi pedes meos*. Non dicit: Quomodo iterum lavabo eos; sed, quomodo iterum inquinabo eos? quasi oblita maculæ veteris, oblita contagii. Admonet igitur in ministerio corporali quemadmodum spirituale debeamus actuum nostrorum diluere vestigium. Itaque pedes cum semel laveris æterni fontis irriguo, et mysterii mundaveris sacramento; cave ne iterum corporeæ cupiditatis illuvie, lutulentique actus terreni sordibus inquinentur.

59. Isti sunt pedes quos David lavit in spiritu, **228** qui te docet quemadmodum eos inquinare non possis, dicens: *Stantes erant pedes nostri in atriiis tuis, Hierusalem (Psal. cxxi, 2)*. Utique hic non corporis, sed animi intellige pedes. Quomodo enim terrenus homo in cælo haberet corporis pedes? Hierusalem enim, sicut Paulus te docuit (*Hebr. xii, 22*), in cælo est. Et idem te docuit quemadmodum in cælo stare possis, cum dicit: *Nostra autem conversatio in cælis est (Philip. iii, 20)*; conversatio morum, conversatio factorum, conversatio fidei.

#### CAPUT XI.

*Bonum esse ad accessum Christi trepidare ac festinare: eum non cum venerit solum, sed et prius quam veniat, solitum deferre mercedem, ut myrrha digiti ac manus fluant, hoc est, ut credamus Christum non vidisse corruptionem, cum sit unguentum effusum nomen ejus. Hoc unguentum quod semper flagrabat apud Patrem, in tempore Filius effudit: sed exinanitum fuit in Judæis, et a gentilibus collectum, cumque etiamnum fluat quotidie, diligenter excipiendum est, ut animam nostram totam penetret.*

60. Quisquis sic vivit, potest dicere: *Fraternus meus misit manum suam per prospectum, et venter meus turbatus est ad illum: surrexi aperire fratri meo (Cant. v, 4)*. Bonum est ut ad adventum Domini interiora turbentur. Si ad angeli adventum Maria turbata est (*Luc. i, 29*), quando magis ad Christi nos turbamur adventum! Influunt quippe divinis, corporeus peregrinatur affectus, et usus ille exterioris hominis exolescit. Et tu turbare, et tu festina. Festinantes illi agnum manducare præcipiuntur (*Exod. xii, 11*). Surge, aperi, ad januam Christus est, vestibula domus tuæ pulsat: si aperueris, introibit, et introibit cum Patre.

61. Nec solum cum ingressus fuerit, mercedem relinquit; sed etiam prius quam ingrediatur, mercedem præmittit. Adhuc anima turbatur, adhuc parietes domus suæ palpat, adhuc ostium quærit ubi Christus est, adhuc solvit vinculum carnis, et corporis claustra, adhuc Christus <sup>b</sup> foris pulsat: *Manus autem, in-*

<sup>a</sup> Omnes edit. cum paucis mss., *cave iterum corporeæ cupiditatis illuvie, ne lutulenti actus sordibus inquinentur*; alii multo plures ac potiores ut nos in textu.

<sup>b</sup> Mss. non pauci, *fores pulsat*.

<sup>c</sup> Ita plerique mss.; nonnulli autem ac edit., *aperuit os, exivit unguentum*.

*quit, meæ stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni in manibus clausuræ (Cant. v, 5)*. Quam myrrham stillant animæ manus, nisi illam quam obtulit justus ille Nicodemus magister in Israel (*Joan. iii, 1 et seq.*), ille qui meruit lavacri primus audire mysterium, qui attulit mixturam myrrhæ et aloes quasi libras centum, et misit in corpus Jesu (*Joan. xix, 39*): perfectum utique odorem fidei attulit?

62. Hunc odorem fragrat anima quæ Christo aperire incipit, ut accipiat primo odorem Dominicæ sepulturæ, et credat quia caro ejus non vidit corruptionem, nec odore aliquo mortis emarcuit: sed æterni illius floris, et semper virentis odore condita surrexit. Quomodo enim poterat vel in carne marcescere, cujus nomen unguentum exinanitum est (*Cant. i, 2*)? Exinanivit se, ut spiraret tibi.

63. Semper unguentum hoc erat, sed erat apud Patrem, erat in Patre. Olebat tantum angelis **229** et archangelis, tamquam intra vas cæli. Aperuit os Pater dicens: *Ecce posui te in testamentum generis mei, in lucem gentium; ut sis in salutem usque ad extremum terræ (Esai. xlix, 6)*. Descendit Filius, repleta sunt omnia novo odore Verbi. Eructavit cor Patris Verbum bonum (*Psal. xlv, 2*), fragravit Filius, Spiritus sanctus exhalavit, atque per omnium se corda diffudit; *Diffusa est enim charitas Dei in cordibus nostris per Spiritum sanctum (Rom. v, 5)*.

64. Ipse Dei Filius in corpore tamquam in vase odorem primo cohibebat, suum opperiens tempus, sicut ait: *Dominus dat mihi linguam eruditionis, ut sciam quando oporteat dicere sermonem (Esai. l, 4)*. Venit hora, et aperuit os, exinanivit unguentum, quando virtus exibat de eo.

65. Hoc unguentum exinanitum est super Judæos, et collectum est a gentibus: exinanitum in Judæa, et redoluit in omnibus terris. Hoc unguento uncta est Maria, et virgo concepit, virgo peperit bonum odorem, Dei Filium. Hoc unguentum effusum est super aquas, et sanctificavit aquas. Hoc unguento uncti sunt tres pueri, et humore iis flamma roravit (*Dan. iii, 25*). Hoc Daniel unctus est, et leonum ora mollivit, feritatemque permulsit (*Dan. vi, 22*).

66. Fluit hoc unguentum quotidie, et numquam deficit. Accipe vas tuum, virgo, et accede, ut possis hoc unguento repleri. Accipe unguentum æstimatum trecentis denariis, sed gratis datum, non venditum; ut omnes haberent gratis. Virgo, ungere: noli contristari sicut Judas (*Joan. xii, 5*), quia hoc unguentum effunditur, <sup>d</sup> sed conspeli in te Christum. Claude sane vas tuum, ne unguentum effluat. Claude integritatis clave, loquendi verecundia, abstinentia gloriandi.

67. Hoc quæ habet unguentum, Christum recipit;

<sup>d</sup> Paris. quædam edit., *sed conspeli te in Christum, perperam*. Infra vero ubi omnes edit. ac mss. aliquot, *Claude integritatis clave, etc.*; alii habent partim, *claudite ostium integritatis; claudite loquendi verecundiam abstinentiæ gloriandi*: partim, *Claude integritatis clave loquendi verecundiam, abstinentiam gloriandi*. Neutra tamen harum lectionum satis commoda.

et ideo quæ habebat, ait : *Aperi, inquit, fratri meo, A frater meus transiit* (*Cant. v, 6*). Quomodo transiit? Id est, mentis interna penetravit, sicut dictum est Mariæ : *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius* (*Luc. ii, 35*). Vivum enim Verbum Dei, sicut gladius acutus, penetrans, et corporalium repagula cogitationum, et cordis interna rimatur (*Hebr. iv, 12*).

## CAPUT XII.

*Omniibus et maxime virginibus Christum exspectandum : si vero ille tardaverit, quod semper animæ fit accordia, surgendum et donorum ab eo jam acceptorum contemplatione invocandum Spiritum sanctum ; extemplo enim Sponsum responsurum. Quid sit quod caput ac cincinnos suos humidos dicat? quo loco inseritur a capillarum cincinnis dehortatio. Deinde ubi animam rursus ad servandam innocentiam, et capiendum ex actibus ac fide odorem spiritalem impulit, spondet eam sic placituram, accessurumque ad ipsam Christum, neque se illi nisi tentationis causa subducturum ; atque adeo tentatores esse sperandos.*

68. Et tu igitur, anima, una de populo, una de plebe (neque enim Christus stupet **230** aliqua sæcularium discrimina dignitatum, ne auratam vestem, aut monile pretiosum, aut nobilia coruscantium gemmarum sarta miratur, quorum dispendiis sæpe lis movetur in Ecclesia, pax fugatur), certe tu una de virginibus, quæ corporis tui gratiam splendore mentis illuminas (propior enim es quæ Ecclesiæ compararis), tu, inquam, in cubili tuo, et nocturno tempore constituta, semper meditare Christum, et ejus adventum omnibus sperato momentis.

69. Si tardare tibi videtur, exsurge. Tardare videtur, cum diu dormis : tardare videtur, cum ab oratione vacas : tardare videtur, cum vocem non excitas <sup>a</sup> psalmis. Primitias vigiliarum tuarum Christo dicato, primitias actuum tuorum Christo immola. Audisti in superioribus quia vocavit te, dicens : *Veni a Libano, Sponsa, veni a Libano; transibis et pertransibis a principio fidei* (*Cant. iv, 8*) ; transibis in sæculum certatura, pertransibis ad Christum triumphatura de sæculo. Audisti quia te a leonum et pardorum, id est, a spiritualium nequitiarum incursionibus separavit : audisti quia placet ei tuarum pulchritudo virtutum : audisti quia vestimentorum tuorum aromata, hoc est, bonum odorem integritatis omnibus odoribus prætulit : audisti quia hortus es conclusus, **D** suavium pomiferarum refertus fructibus. Pete igitur ut aspiret tibi Spiritus sanctus, aspiret super cubile tuum, atque odorem piæ mentis, et gratiæ spiritualis accenmulet. Respondet tibi : *Ego dormio, et cor meum vigilat* (*Cant. v, 2*).

<sup>a</sup> De psalmis domi privatim decantandis intelligimus, cum publica psalmodia id temporis in Ecclesia Mediolanensi adhuc non videatur fuisse instituta. Vel certe per vocem psalmis signari possunt alii quilibet cantici pii atque spirituales, ad quos nos exhortatur sanctus Apostolus.

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, *Cincinnati autem mei guttarum noctis.*

<sup>c</sup> Amerb. et Eras., *offunditur enim* ; Gill. ac Rom.

70. Audis vocem pulsantis ad januam, et dicentis : *Aperi mihi, soror mea : surge, proxima mea, columba mea, perfecta mea* (*Ibid.*) : charitate proxima, simplicitate columba, virtute perfecta ; quia caput meum repletum est rore. Sicut enim ros cæli nocturnus amovet siccitates, ita ros Domini nostri Jesu Christi nocturnis et sæcularibus tenebris æternæ vitæ stillavit humorem. Hoc est caput quod æstu mundi nescivit arescere ; unde ait : *Quia si in humido hoc faciunt, in arido quid facient* (*Luc. xxiii, 31*) ? Hoc igitur caput rorat aliis, sibi abundat. Et bene abundat caput Christi ; quia caput tuum Christus est, qui plenus est semper, nec liberalitatibus exhauritur suis, aut diuturna deficit largitate. In hoc caput ferrum non ascendit, quod est instrumentum belli, insigne **B** discordiæ.

71. Nunc specta, et vide ros ille qualis ait, scilicet non vulgaris humoris ; <sup>b</sup> cincinnati autem suat in eo guttarum noctis. Noli, proxima mea, accipere cincinnos corporalium capillarum (*Cant. v, 2*). Non illi ornamenta, sed crimina sunt : lenocinia fornicæ, non præcepta virtutis. Alios cincinnos Nazaræus habet, in quibus ferrum non ascendit, quos nemo præcidit : qui non calamistris compositi, et arte digesti, sed multiplici crispantes virtutum nitentium gratia refulserunt. Discite in historia quales Nazaræus cincinnos habeat, quos quamdiu Samson habuit intactos, numquam vinci potuit (*Judic. xvi, 17*). Cincinnos perdidit, et meritum virtutis amisit.

**231** 72. Audita igitur voce Verbi, quam exueras tunicam nocte, ne quæras quemadmodum induas eam ; <sup>c</sup> offenditur enim, et frequenter offertur per nequitiam spiritalem. Quemadmodum, inquam, induas eam, obliviscaris, et nescias : et quasi jam Dominus assistat, oxorsis corporalium vineolorum turbata <sup>d</sup> consurgas : internam orationibus præparas mentem dum surgis ; ut ex humilibus ad sæperna contendas, et studeas fores tui cordis aperire : dum manus tuas tendes ad Christum, fidelem tua gesta spirabunt odorem.

73. Admove igitur manus naribus tuis, et odorem actuum tuorum indefessa ac pervigili alacritate mentis explora. Mulcebit te odor dextræ tuæ, et flagrantiam resurrectionis tua membra redolebunt, myrrham digiti tui sudabunt, hoc est, fidei veræ gratiam spiritualia gesta flagrabunt. Capis ergo, virgo, ex interiore tuo corpore voluptatem, et ipsa tibi dulcis, ipsa tibi suavis es, et ipsa tibi (quod peccantibus sæpe contingit) non incipis displicere ; plus enim tibi placebit nuda simplicitas, corporeæ fraudis exuta tegminibus.

cum paucis mss., *offertur enim* ; alii mss. denique, *offenditur enim*, etc. Non incommode, idem quippe est atque *occurrit*. Quid autem si legas *ostenditur* ? Certe hanc lectionem duceremus multo potiore, si quod aliud præsidium ei adesset præter conjecturam.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *consurgas in terram, orationibus præparas mentem.*

74. Talem te Christus desideravit, talem te Christus elegit. Aperto itaque ingreditur ostio; neque enim potest fallere, qui se ingressurum esse promisit. Complectere igitur quem quæristi: accede ad ipsum, et illuminaberis: tene illum, roga ne cito abeat, obsecra ne recedat; Verbum enim Dei currit, fastidio non capitur, negligentia non tenetur. Obeat anima tua in verbo ejus, et cœlestis sermonis insiste vestigio; cito enim transit.

75. Denique quid ait illa? *Quæsi eum, et non inveni illum: vocavi eum, et non obaudivit me* (Cant. v, 6). Ne putes displicere te, quæ vocasti, quæ rogasti, quæ aperuisti, quod tam cito abiit: sinit nos sæpe tentari. Denique turbis rogantibus ne recederet, quid ait in Evangelio? *Et aliis civitatibus oportet me evangelizare a verbum Dei; quia ideo missus sum* (Luc. iv, 43). Sed etiam si tibi ille abiisse videtur, <sup>B</sup> *exi, rursus explora* (Cant. v, 7).

76. Noli jam Deo devota illos metuendos circumforaneos intelligibiles timere custodes, noli timere eos qui circumeunt civitatem, noli vulnera formidare, quæ sequentibus Christum nocere non possunt. Etiam si corpus tuum, hoc est, vitam corporis tui auferant, vicinus est Christus: quem cum inveneris, ubi cum eodem commorari debeas agnosce, ne forte a te discedat; cito enim deserit negligentes.

### 232 CAPUT XIII.

*Discendum nobis esse ab Ecclesia quo pacto Sponsus teneri queat, vinculis scilicet charitatis et suppliciorum beneficio: introducendum etiam eum in interiorum domum, sed virtute prius exornatum, Per quam fenestram manum mittere dicatur Sponsus, et quemadmodum fenestras virginum sint parandæ? Eam quoque janua suæ silentii seras appanere debere, quod magno suo malo Eva non fecit. Tunc mortificationis ac resurrectionis myrrham sudaturam; si modo virga illa talis fuerit, qualis esse jubetur ab Apostolo: sed Christum inquiri velle, atque odio habere garrulitatem.*

77. Quis igitur te nisi sancta Ecclesia debet docere quemadmodum Christum teneas? immo jam docuit, si quæ legis, intelligas: *Quam modicum, inquit, fuit, cum transivi ab ipsis, donec inveni quem dilexit anima mea: tenui eum, et non relinquam eum* (Cant. iii, 4). Quibus igitur Christus tenetur? Non injuriæ nexibus, non restium nodis: sed vinculis charitatis, mentis habenis stringitur, et animæ tenetur affectu. Si vis et tu tenere Christum, quære jugiter, nec pœnam metuas; inter supplicia enim frequenter corporis, inter ipsas persecutorum manus Christus melius invenitur. *Quam modicum, inquit, fuit, cum transivi ab ipsa. Exiguo enim spatio, brevique momento cum persecutorum manus evaseris,*

<sup>a</sup> Rom. edit., sola, *regnum Dei*. Rursus vero eadem cum aliis, et mss. aliquot, tu *rursus explora*; ubi mss. nonnulli, *extrorsus explora*: et alii melius, *exi*, etc.

*nec succubueris potestatibus mundi, tibi Christus occurret, nec te diu tentari patietur.*

78. Quæ sic Christum requirit, quæ Christum invenit, potest dicere: *Tenui eum, nec relinquam eum; donec introducam eum in domum matris meæ, et in cubiculum ejus quæ me concepit* (Ibid.). Quæ est domus matris tuæ et cubiculum ejus, nisi interiorum tuarum secretumque naturæ? Hanc domum serva, hujus domus mundato penetralia; ut cum immaculata domus fuerit, nec ullius adulterinæ conscientiarum sordibus inquinata, spiritalis domus in sacerdotium sanctum lapide angulari coagmentata consurgat, et Spiritus sanctus habitet in ea. Quæ sic Christum requirit, quæ sic Christum obsecrat, non relinquitur ab eo, immo etiam frequenter revisitur; est enim nobiscum usque ad consummationem mundi (Matth. xviii, 20).

79. Ergo Christus repertus est, et tenetur: et repertus est ille qui per fenestram tuam manum misit. Quæ est fenestra nostra (Cant. v, 4), nisi per quam opera Christi videmus, oculus scilicet animi, et mentis obtutus? Et ideo, virgo, per fenestram tuam Christus introeat, Christus manum suam mittat per fenestram, tibi veniat Verbi, non corporis amor. Si igitur per fenestram tuam manum mittit Dei Verbum, vide quemadmodum fenestras tuas præpares, vide quemadmodum ab omni pulvere delictorum detergere debeas. <sup>c</sup> Nihil tetrum habeat, nihil adulterinum fenestra virginis. Procul stibium et cæteras affectati nugas decoris, procul adulterini amoris illecebras. Similis aurium clausura est, quibus non suspendenda onera, non figenda vulnera: sed unus ornatus est, audire quod prosit.

**233** 80. Januam quoque tuam discere temporibus obserare nocturnis, non facile quisquam patentem reperiat. Sponsus ipse vult clausam esse, cum pulsat. Janua nostra os nostrum est, Christo prope modum soli debet aperiri: nec aperiatur, nisi ante pulsaverit Dei Verbum. Denique ideo scriptum est: *Hortus conclusus, soror mea Sponsa, hortus conclusus, fons signatus* (Cant. iv, 12); ne facile aperiatur os suum, nec vulgari designet alloquio. Neque enim de ipsis divinis decet, nisi Verbo Dei interpellata, respondeas. Quid tibi cum cæteris? Soli Christo loquere, soli fabulare Christo. Si enim ut mulieres in <sup>D</sup> Ecclesia taceant, scriptum est (1 Cor. xiv, 34), quanto magis non decet patere virginis januam, non decet viduæ patere fores! Cito insidiator pudoris obrepit, <sup>d</sup> cito verbum excidit, quod revocare desideres.

81. Si Evæ clausa fuisset janua, nec Adam deceptus fuisset, nec respondisset interrogata serpenti (Gen. iii, 2 et seq.). Introivit mors per fenestram (Jerem. ix, 21), hoc est, per Evæ ostium. Ingreditur mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter, postremo si ubi non oportet

<sup>b</sup> Quidam mss., *exi, extrorsus explora*.

<sup>c</sup> Pauci mss., *nihil terrenum habeat*.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, *cito verbum excipit*.

loquaris. Clausæ sint igitur labiorum fores tuorum, A et obseratum maneat vocis vestibulum : tunc fortasse reserandum, cum audieris Dei vocem, cum audieris Dei verbum.

82. Tunc tibi myrrha sudabit (*Cant. v, 5*), tunc tibi baptismatis aspirabit gratia ; ut ab elementis mundi commoriare cum Christo, et cum Christo resurgas. *Quid adhuc, inquit, velut viventes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne gustaveritis quæ sunt ad corruptionem ipso usu (Coloss. II, 20 et seq.); corruptela enim abesse debet a castis : itaque carnis et mundi sepelitis curam. Qui cum Christo resurrexistis, quæ sursum sunt quærite ubi Christus est (Coloss. III, 1). Cum Christum quæritis, Patrem Deum videtis ; Christus enim in dextera Dei sedet.*

83. Sed ea quæ Christum requirit, non debet esse vulgaris, non debet esse in foro, non in plateis, voce querula, gressu lubrica, <sup>a</sup> facilis auditu, vilis aspectu. Terrenum tibi Apostolus consortium negat, et ultra naturæ propemodum terminos alis ad cælum docet spiritalibus evolandum. *Quæ sursum sunt, inquit, sapite, non quæ super terram (Ibid., 2). Sed quia hoc impossibile erat in hoc corporis velut claustrum reclusis ; et quia defunctis corporibus, anima fertur ad superiora revolare, alligata dum vivimus quadam [nostræ lege naturæ, ideo addidit : Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (Ibid., 3). Si abscondita est cum Christo in Deo, non appareat mundo ; Christus enim mortuus est mundo, vivit Deo.*

84. Vide nunc quemadmodum desiderari amet Christus, confabulationes non amet. Aperuit **234** C ergo virgo illa suas fores Dei Verbo : sed transiit, inquit, et exiit anima mea in verbo ejus (*Cant. v, 6*). Exiit a mundo, exiit a sæculo, remansit in Christo. *Quæsi, inquit, eum, et non inveni eum (Ibid.); amat enim Christus diu requiri.*

#### CAPUT XIV.

*Sponsam inveniri a custodibus cælestis Hierusalem in quam illi ingrediendum, et qua ratione? Eiusdem civitatis lumen, muri, portæ, ac cives explicantur. Quomodo intelligatur anima spoliari a sanctis angelis : quomodo etiam quæ Christum in foro et plateis mysticis quæsitum invenerit, ab eisdem angelis vulneretur? Quibus jungitur alia pallii utiliter ablatis expositio.*

85. Invenerunt illam custodes murorum. Fortasse

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac plures mss.; Rom. autem edit. et D mss. nonnulli, *facilis aditu*.

<sup>b</sup> *Commune* Scripturæ usu, idem est atque impurum ut jam alibi annotavimus.

<sup>c</sup> Fuere inter hæreticos tam veteres quam novos, qui Apocalypsin a Joanne Evangelista scriptam negarent : e quibus nonnulli etiam eo devenerunt impudentiæ, ut eam Cerintho attribuerent, cujusmodi fuerunt alogiani, quos refutavit Epiphanius. Existerunt quoque inter catholicos, qui eundem librum aut alteri Joanni ejusdem cum Evangelista ætatis ascriberent, aut crederent merito dubitari posse, utrum illius auctor dici debeat Evangelista. Verumtamen quidquid in contrarium afferunt, infirmum est, si universo Patrum antiquorum agniti opponatur. Ete-

sunt et alii custodes, quos magis intelligere debeamus. Est enim civitas quæ portas murorum clausas non habet, de qua dictum est : *Et portæ ejus non claudentur per diem (Apoc. XXI, 25)*; nox enim non erit amplius in ea, afferent gloriam et honorem gentes in illam. Illa est ergo civitas Hierusalem quæ in cælo est (*Hebr. XII, 22*), intra quam jam quasi perfecta et immaculata servaris; non enim intrat in eam omne <sup>b</sup> commune. Communis castitas non est, communis pudicitia non est, quæ in libro vitæ scribitur (*Apoc. XXI, 27*).

86. Si igitur invenimus civitatem, ingrediamur in eam, videamus lumen ejus, videamus muros, videamus tribus, videamus fundamenta muralia, videamus etiam custodes murorum. Sed quomodo ingrediamur in eam? In hac civitate vita est, et una est via quæ ducit ad vitam : via autem Christus est; ergo Christum sequamur. Sed ipsa in cælo est civitas. Quomodo igitur ascendamus ad cælum, docet <sup>c</sup> Evangelista qui dicit : *Et duxit me Spiritus in montem magnum et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de cælo (Apoc. XXI, 10)*. Ascendamus ergo spiritu; quia caro ascendere ad eam non potest. Ascendamus nos interim ad cælum, ut ad nos postea de cælo illa descendat, in qua lumen est simile lapidis pretiosissimi, ut lapidis jaspidis et crystalli (*Ibid., 11*). Habet murum magnum et altum.

87. Didicisti lumen, didicisti murum : disce portas, disce custodes. *Habet, inquit, portas duodecim; et in portis <sup>d</sup> angelos duodecim, in quibus duodecim tribuum filiorum Israel superscripta sunt nomina (Ibid., 12)*. In portis patriarcharum nomina continentur, in muro apostolorum; fundamenta enim civitatis, apostoli (*Ibid. 14*): et lapis angularis est Christus, in quo omnis structura consurgit. Deus extra, Deus intus, Deus ubique est; habet enim, inquit, civitas majestatem Dei (*Ibid., 11*). Ergo et vos, sanctæ virgines, et quicumque justi estis, **235** <sup>e</sup> et immaculatam animæ geritis castitatem, cives sanctorum estis et domestici Dei. Sed tunc nobilitatem istam patriæ possidebitis, si Christum intra civitatis hujus septa quærat, ingressi per fidem actusque pretiosos, patriarcharum clarificati lumine, fundati super apostolos, versantes inter angelos.

88. Quomodo igitur isti custodes angeli sunt, qui castæ animæ pallium tollunt (*Cant. v, 7*)? Aliud

nim pro communi opinione stant, Justinus Dial. cum Tryph., Irenæus lib. IV et V, nec non apud Eusebium Hist. Eccl. lib. III, cap. 23, Clemens Alex. item eodem lib. cap. 25, universalis consensus; iterum apud eundem lib. V, cap. 18 et 28, Apollonius, et tandem lib. VI, cap. 25, Origenes, queis accedit Tertullianus adversus Marcionem. Cum his atque aliis omnibus concinit Ambrosius noster hic sicut et in psal. I, n. 54; in psalm. XL, n. 26, et alibi.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *angulos duodecim*, non solum contra reliquorum atque edit. omnium, sed etiam sacri textus auctoritatem.

<sup>e</sup> Non pauci mss., et *immaculatam animam geritis castitate*; nonnulli, et *immaculato animo geritis castitatem*; cæteri ac edit. nobis consentiunt.

pallium virginum est, aliud <sup>a</sup> adolescentiæ circumforaneæ. Illa quæ in foro Christum requirit, pallium etiam quod habebat, amisit; prudentia enim non in foro, non in plateis, sed in Ecclesia possidetur. Et fortasse (ut cum ipsis quoque veniamus in gratiam, atque omnium misericordem Deum esse doceamus; quia et illi Christum aliquando reperiunt, si tamen jugiter quærant) pallium hoc amictus est corporis.

89. Ergo qui quæsit in cubili Christum (si tamen sic quæsit, sicut ille qui dixit: *Sic memor fui tui super stratum meum (Psal. lxxii, 7)*; si quæsit in noctibus, juxta quod scriptum est: *In noctibus extollite manus vestras in sancta (Psal. cxxxiii, 2)*; si quæsit in civitate, in foro et in plateis: in civitate Dei nostri: in foro fortasse in quo iudex ille <sup>b</sup> divini juris sedet, in plateis unde collecti sunt qui ad cœnam Dominicam convenerunt) potest, custodientibus civitatem Dei angelis, dum diu quærit, occurrere.

90. Quin etiam ex cœlesti custodum natura cœlestem intelligere possumus civitatem, cœleste forum justitiæ sempiternæ: non viles plateas, sed fortasse in quibus superfluere fons ille consuevit, de quo scriptum est: *Superfluant tibi aquæ de tuo fonte, et in plateis tuis diffundantur tuæ aquæ (Prov. v, 16)*. Qui sic ergo Christum requirit, ad angelos pervenit.

91. Sed si bonis ad angelos meritis pervenitur; cur qui pervenerit vulneratur? Est et gladius bonus, cuius gladii bonum vulnus. Vulnerat Dei verbum, sed non ulcerat. Est vulnus boni amoris, sunt vulnera charitatis; ideoque dixit: *Vulnerata charitatis ego sum (Cant. ii, 5)*. Quæ perfecta est, vulnerata est charitatis. Bona sunt igitur Verbi vulnera, bona sunt amanti vulnera: *Utilia enim vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici (Prov. xxvii, 6)*. Vulnerata charitatis Rebecca est, quæ, relictis parentibus, migravit ad sponsum (*Gen. xxiv, 58 et seq.*): vulnerata charitatis Rachel, quæ zelavit sororem, amavit maritum (*Gen. xxx, 1*). Sorori enim quod abundabat filiis, ipsa adhuc sterilis invadebat; quia typum gerebat Ecclesiæ, cui dicitur: *Lactare, sterilis, quæ non parit: erumpe et exclama quæ non parturis (Esai. liv, 1)*.

92. Invenere ergo custodes, et vulneraverunt eam, et tulerunt ei pallium, hoc est, actus corporalis involucri sustulerunt, ut nuda mentis simplicitas quæreret Christum; quia nemo potest amictu vestitus philosophiæ, in habitu scilicet sapientiæ sæcularis Christum videre. Et bene tollitur ei amictus philosophiæ; ne quis eam per philosophiam deprædetur (*Coloss. ii, 8*). Bene tollitur ei pallium, quæ ad Christum propinquat; ut Deum visura mundo corde ingrediatur: *Beati 236 enim mundo corde, quoniam*

*ipsi Deum videbunt (Matth. v, 7)*. Denique ubi mundavit cor, Verbum reperit, Deum vidit.

#### CAPUT XV.

*Ad quærendum Deum animam excitat, explicatoque cur ea feminino vocabulo dicatur, monet divinum favorem esse implorandum, ut eadem ab illo gubernetur instar cuiusdam currus; illi enim quatuor motus esse tanquam totidem equos, a quibus raptatur: quos docet ratione ac prudentia moderandos.*

93. Quære ergo illum, virgo, immo quæramus omnes; anima enim sexum non habet: sed ideo fortasse femineum nomen accepit, quod eam violentior æstus corporis agit: ipsa autem impetus carnis amore sui molli quadam et blanda ratione demulcet.

94. Ergo orationibus et obsecrationibus Deum invitare debemus ut quasi bonus auster afflare dignetur. Verbique nobis auram cœlestis aspiret: quæ fructiferas arbores non turbare vento gravi, sed leni spiramine flatuque molli consuevit agitare. Unde scriptum est: *Posuit me currus Aminadab (Cant. vi, 41)*; eo quod anima nostra dum jungitur corpori, velut quidam equorum frementium currus rectorem sui quærit aurigam; Aminadab enim pater Naason fuit, sicut in Numeris legimus (*Num. i, 7*), qui erat princeps populi Juda: cuius figura refertur ad Christum, qui verus populi princeps animam iusti velut currum agitator ascendens, Verbi habenis gubernat; ne violentorum equorum furore in abrupta rapiatur.

95. Sunt enim ejus velut quatuor equi, quatuor affectiones, ira, cupiditas, voluptas, timor. Quibus furentibus cum cœperit agi, nequaquam seipsa cognoscit: corruptibile enim corpus animam gravat, et tamquam <sup>c</sup> irrationabilium animalium currus invitam rapit, volventibus curis velut quodam impetu proruentem, donec memoratæ corporis passiones Verbi virtute mitescant. Hæc verbi tanquam boni agitatoris est providentia, ne illi animæ quæ in se non est morti obnoxia, corpus mortale conjunctum agitationem sui faciat esse difficilem.

96. Primo igitur hos veloces motus corporis domitet, et nexu rationis infrenet: dein caveat ne dispari motu se velut equi implicet, ut bonum aut improbus decoloret, aut tardus impediatur, aut turbidus inquietet; fremit enim equus malitiæ, seseque jactando currum lædit, gravat jugalem. Hunc bonus auriga demulcet, et in campum veritatis immittit, fraudis declinat anfractum. Tutus ad superiora cursus est, periculosus ad inferiora descensus. Inde quasi emeriti qui bene portaverint jugum Verbi, usque ad Domini præsepe ducuntur, in quo non fenum est esca, sed panis qui descendit e cœlo.

97. Hujus currus rotæ sunt, de quibus dixit propheta: *Et spiritus vitæ erat in rotis (Ezech. i, 20)*; eo quod

<sup>a</sup> Ita edit. vet. et mss. omnes, tribus exceptis ubi legitur, *aliud adolescentiæ. Circumforanea illa quæ, etc.* Rom. autem edit. hoc tantum recessit ab aliis, quod pro *adolescentiæ*, reposuit *adolescentulæ*.

<sup>b</sup> Nonnulli mss. *divino jure sedet.*

<sup>c</sup> Edit. ac pauci mss., *irrationabilium. Rom., irrationabilium, animalium cursus; alii magno numero, . . . currus.*

currus animæ teres et rotundus sine ulla offensione A pedes. Ubi sunt pedes Verbi, nisi ubi corpus est volvatur.

### 237 CAPUT XVI.

*Verbum in hortum nucis quæ tentationis figura est, invitatur; ut fides ac virtutum odores capiat, melque manducet. In Christo omnibus omnia suppetere: ac proinde exemplo hæmorrhoidis mulieris accedendum ad ipsum cum firma fide, cujus mirabiles effectus prædicantur. Adjiciendam fidei humilem quoque confessionem; nec eis qui Christo detrahant, respondendum: sed ejusdem mulieris more dicendum: Non laboravi, etc. Postremo ad conciliandam feminæ confidenti auctoritatem Petri et Pauli exempla ad eandem virtutem pertinentia proponuntur.*

98. Sed ne longius labamur, invitatur Dei Verbum in hortum nucis (Cant. vi, 10), in quo fructus prophetiæ lectionis, et sacerdotalis est gratia, quæ amara in tentationibus, dura in laboribus, in virtutibus interioribus fructuosa est. Unde etiam virga Aaron nucea floruit (Num. xvii, 8), non jam natura sua, sed virtute secreta. Descendat ergo in hortum suum, a ut vindemiet fidem, capiat odores, pabulum cælestis reperiat, suavitatem nostri mellis epuletur dicens: *Vindemiavi myrrham meam cum aromatibus, manducavi panem meum cum melle meo* (Cant. v, 1). Quod diversarum virtutum concretum floribus, illarum apum quæ sapientiam prædicant (Prov. vi, 8), b consono opere congregatum sancta Ecclesia in favis condit, ut cibus Christi sit.

99. Omnia igitur habemus in Christo. Omnis anima C accedat ad eum, sive corporalibus ægra peccatis, sive clavis quibusdam sæcularis cupiditatis infixæ, sive imperfecta adhuc quidem, e sed intenta tamen meditatione proficiens, sive multis aliqua sit jam perfecta virtutibus: omnis in Domini potestate est, et omnia Christus est nobis. Si vulnus curare desideras, medicus est: si febribus æstas, fons est: si gravaris iniquitate, justitia est: si auxilio indiges, virtus est: si mortem times, vita est: si cælum desideras, via est: si tenebras fugis, lux est: si cibum quæris, alimentum est. *Gustate igitur, et videte quoniam suavis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo* (Psal. xxxiii, 9).

100. Speravit in eo illa, quæ fluxu sanguinis laborabat, et continuo sanata est: sed quia fidelis accessit (Luc. viii, 43 et seq.). Et tu cum fide, filia, vel sibi ambram ejus attinge. Jam sæcularium fluxus voluptatum, modo torrentis exundans, Verbi salutaris calore siccabitur; si cum fide tamen accedas, si pari devotione divini sermonis extremam saltem sibi ambram comprehendas, si tremens proclidas ante Domini

a Tres mss., ut vindemiet myrrham, fidem capiat odoris, pabulum cælestis reperiat.

b Mss. complures, consono ore congregatum.

c Mss. aliquot, sed nitenti tamen meditatione.

d *Salva me, Domine, et salvabor*, in mss. pluribus omittuntur.

e Paris. quædam edit., *Dic solo verbo*. Pessime.

Christi? O thesauris omnibus opulentior fides! o virtutibus corporis omnibus fides fortior! o medicis omnibus salutarior! Simul ut accessit mulier, virtutem sensit, medicinam impetravit; ut si oculum luminis admoveas, illuminatur antequam sentias, et operatio lucis prævenit apparatus. Passio inveterata, passio immedicabilis, quæ et artis omnem viderat excogitationem, et pecuniarum subministrationem, 238 solo sibi ambræ curatur affectu. Illius igitur feminæ tibi, virgo, et in adeundo servanda verecundia, et in fide imitanda devotio est.

101. Quanta vero illa gratia, quod ea quæ videri erubescerat, vitium tamen non erubuit confiteri! Noli ergo lapsus oculere tuos, fatere quod ille jam novit: noli erubescere quod non erubuerunt prophetæ. Audi Hieremiam dicentem: *Sana me, Domine, et sanabor* (Jerem. xvii, 14). Sic et illa dixit, cum contingeret sibi ambram: *Sana me, Domine, et sanabor*: d *Salva me, Domine, et salvabor; quia gloria mea tu es; sola enim sana est, quam tu sanaveris*.

102. Si quis tamen tibi dicat (quia sic plerumque tentantur fideles): *Ubi est verbum Domini? Veniat* (Ibid., 15); dictum est enim et Domino: *Descendat nunc de cruce, et credimus ei: confidit in Domino, liberet nunc eum, si vult* (Math. xxvii, 42, 43). Si quis ergo tibi insultando hoc dixerit, et te in fabulas voluerit evocare, noli respondere ei; noluit enim talibus respondere Christus. Solum Christum interroga; illis enim si dixeris, non credent: si interrogaveris, non respondebunt tibi. e Dic soli Verbo: *Non laboravi sequens post te, et diem hominis non concupivi* (Jerem. xvii, 16).

103. Hoc dixit illa mulier, et stetit sanguis. Quamvis fatigata, quamvis ægra, quæ diu quæsierat Christam, dixit tamen: *Non laboravi sequens post te; neque enim laborat, quæ Christum sequitur, cum laborantes ad se ut requiescant, evocet* (Math. xi, 28). Ergo ipsum sequamur. Quamdiu ipsum sequimur, non laboramus: quia non est labor in Jacob (Num. xxiii, 24). Et in Esaiæ: *Qui expectant Dominum... current, et non laborabunt* (Esai. xl, 31).

104. Deinde cum quæreret Christus quis tetigisset eum (Luc. viii, 45), nonne tibi videtur illa dixisse: Quid interrogas, Domine? Tu scis: quæ prodeunt per labia mea, ante faciem tuam sunt; et ideo non confundor peccata propria confiteri. *Confundantur qui persequuntur me, et non confundar ego* (Jerem. xvii, 18).

105. Non confusus est Petrus dicere: *Ezi a me, Domine, quia peccator sum ego* (Luc. v, 8); vir enim sapiens et gravis, in quo esset Ecclesiæ f firmamen-

f Quidam mss. fundamentum. Non male; unde etiam e catholicis qui illa Christi Domini verba, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, a Patribus de Petro unquam intellecta eunt inficias, vel ex hoc solo sancti Doctoris loco revivere possunt; hic enim ad eum illud manifestum est.



tum, et magisterium disciplinæ, nihil utilis sibi A esse prospexit, quam ne secundantis operis extolleretur eventu. Et idèb: *Exi, inquit, a me, Domine* (II Cor. xii, 7). Non rogat ut deseratur, sed ne infletur.

106. Paulus quoque de carnis stimulo gloriatur, quod sibi ne extolleretur, provisum est. Illecebrosa jactantia est, quam etiam Paulus veretur: lubrica, quæ etiam in Paulo cavetur. Sed non iste facili mobilis casu, qui revelationibus timebat extolli; et ideo quasi fortis athleta lætatur quod vulnere corporis emerè didicerat animæ sanitatem.

### 239 CAPUT XVII.

*Cavendam jactantiam suadet cum aliis exemplis, tum potissimum apiculæ; habere enim animam nostram subis volatus, quibus mundo facta superbor, Deo B æternisque virtutibus jungatur. Has supra mundum esse docet exemplo Christi, ad cujus atque apostolorum imitationem animam urget. Ne tamen videatur exemplar sublimius, hortatur ut fiat Christi discipula, quo oratione adjuvetur: interim diligentiam adhibeat, ac vitia varia relinquat foris.*

106. Ergo et tu si munera divina superfluere in te et redundare cognoveris, tuam metire virtutem, gratiam Deo redde, <sup>a</sup> contemplationemque corporis, velut navis saburrâ suscipe; he te in tantis mundi fluctibus jactantiæ alicujus aura circumferat. Apis illa sapiens cum aeris motus suspectos habet, lapillis sæpe sublatis, per inania se librat nebula; ne leve alarum remigium præcipitent flabra ventorum. Paulus et Barnabas putaverunt se gravari, cum cernerent adorari (Act. xiv, 12, 13). Et tu cave, virgo, illius apiculæ modò, ne alarum tuarum volatum aura mundi hujus extollat.

107. Habet enim anima volatus suos. Et ideo dictum est: *Qui sunt isti, qui sicut nubes volant, et sicut columbæ cum pullis suis* (Esai. lx, 8)? Habet ergo anima spiritales volatus, quæ brevi momento totum percurrit orbem; liberæ enim sunt cogitationes prudentium: quanto ad altiora et diviniora se subrigunt, tanto magis sine ullo terrenæ molis impedimento feruntur. Itaque adhaerens Deo, et imaginis in se referens cœlestis effigiem, ubi cursus suos ab equorum perturbatione placidaverit, in illum æthereum purumque locum plausu spiritualium evecta pennarum, despicit omnia quæ in hoc mundo D sunt: et æternis intenta virtutibus, supra mundum labitur. Supra mundum enim justitiâ est, <sup>b</sup> supra mundum claritas, supra mundum castitas, supra mundum bonitas, supra mundum sapientia: et si in hoc mundo sit, supra mundum tamen est.

<sup>a</sup> Rom. edit. *contentionemque corporis*: melius aliæ, ac mss: *contemplationemque corporis*; id est, considerationem corporeæ fragilitatis ac vilitalis. Est autem *saburra*, cujus continuo post mentio fit, arena in fundo navium posita, ne illæ aut nimum fluctuent, aut alteram in partem inclinentur. Quod vero subjungitur de apibus, id non obscure positum fuit ex illo Virgilio lib. iv. *Georg.*:

Et sæpe lapillos,  
Ut cymbæ instabiles fluctu jactante saburrâ,

108. Supra mundum erat justitiâ, cum omnia regna mundi et universam ejus gloriam diabolus offerret (*Math.* iv, 8). Supra mundum fuit, qui de mundo nihil attigit. Denique ait: *Venit hujus mundi princeps, et in me*, inquit, *inveniet nihil* (*Jonn.* xiv, 30). Discite ergo in hoc mundo supra mundum esse: et si corpus geritis, volset in vobis ales interior. Supra mundum est ille, qui tollit Deum in corpore suo.

109. Sed Deum imitari non possumus. Initemur apostolos, quos mundus odio habuit; quia 240 non erant de hoc mundo (*Jonn.* xv, 19). Hos imitare, hos sequere. Sed arduum putas humana virtute supra mundum ascendere. Bene asseris; nam et apostoli non quasi consortes, sed quasi discipuli sequendo Christi discipula, Christi æmula: et pro te rogat, qui pro illis rogavit. Non enim pro apostolis tantum, inquit, rogo; sed pro iis qui credent per sermonem eorum in me; ut omnes unum sint. Unum igitur nos esse vult Dominus, ut supra mundum simus omnes; ut una sit castitas, una voluntas; una bonitas, una gratia. His enim aliter et augetur animæ volatus.

110. Ergo <sup>c</sup> non pigrescimus, sed de terrenis consurgamus; ea est enim natura pennarum, ut agitando se virtutem capiunt. Eo juvatur volatus, quo anima delectatur, quæ si semper Deum sequatur, atque in domo Domini habitare desideret, et ejus delectatione pascatur, ac miraculis virtutum alatur cœlestium; foris relinquet invidiam, quæ extra chorum est angelorum, foris cupiditates corporis, quæ templum Dei maculare non debent. Et ideo quoniam templum Dei sumus, materiales a nobis sollicitudines abscemus.

### CAPUT XVIII.

*Quod a poetis animæ currus, equi et alæ attribuuntur, id petitum a propheta Ezechiele. Hujus quatuor animalium formas quibus quatuor exprimuntur Evangelistæ, quatuor etiam cardinalium virtutum figuræ esse ostenditur. David etiam de animæ alis pulchrè dixisse. Accendit ergo nos ad volatum sanctus Antistes, et quæ fugienda moneat Icarî lapsus, nobis aperit. Deinde volandi difficultate proposita, docet si actus nostri sibi consenserint, fore ut videamus Christum in throno, qui nos dirigat: cùm vero legatar modo montem solitus ascendere, modo navim; hæc ansam nactus, navis ac piscationis Petri navigiam enodat sententiam.*

111. Ac ne forte <sup>d</sup> philosophica alicui aut poetica usurpasse videamur, ut currus, equos, alas animæ diceremus, quæ illi magis assumpsere de nostris;

Tollent: his sese per inania nebula librant.

<sup>b</sup> *Supra mundum claritas*, in mss. plerisque desiderantur.

<sup>c</sup> Omnes edit. *non pigrescimus deserere terram; ea est, etc.* mss. vero nonnulli *non pigrescimus de terra; ea est, etc.* reliqui multo plures ut in contextu.

<sup>d</sup> Platonem hoc loco designari non inficiabitur, cui liberit hunc locum et quæ lib. ii de Abraham,

domesticis nos usos subsidiis propheticae series lectionis ostendit, quæ in hunc modum a sancto Ezechiele scripta est : *Et facta est illic super me manus Domini, et vidi, et ecce <sup>a</sup> spiritus surgens veniebat ab Aquilone, et nubes magna erat in eo, et ignis resurgens, et lumen in circuitu ejus sicut lumen electri in medio ignis, et lumen in eo, et in medio sicut similitudo quatuor animalium (Ezech. 1, 3 et seq.).*

**241** 112. Vides igitur animalia jam quatuor esse descripta. Cujusmodi sint animalia ista debemus advertere : *Similitudo, inquit, vultus eorum facies hominis, facies leonis a dextris illis quatuor, et facies vituli a sinistris illis quatuor, et facies aquilæ desuper illis quatuor, et alæ eorum extensæ (Ibid. 10, 11).*

113. Hic quoque animam describi accepimus, cuius quatuor animalia, quatuor affectiones sunt : sed non ita, ut illæ quas supra descripsimus ; adhuc enim illæ erudiuntur animæ, processumque accipiunt : hic jam perfecta describitur. Denique illæ invitantur ad cælum, hæc in cælo est cum Dei verbo. Habet autem quatuor affectiones, id est, similitudini hominis, leonis, vituli, et aquilæ comparandas. Quas formas pro librorum Evangelicorum proprietate accepimus figuratas. Et ideo hic quoque in homine rationalis, in leone impetibilis, in vitulo concupiscibilis, in aquila visibilis per figuras animalium species affectionis expressa est.

114. Nam in omni sapiente viro Prudentes Græciæ esse memoraverunt λογιστικόν, θυμηθικόν, ἐπιθυμητικόν, διορατικόν : Latini vero prudentiam, fortitudinem, temperantiam, atque justitiam. Prudentia enim rationis humanæ est : fortitudo vim quamdam ferocientis virtutis habet, mortisque contemptum : temperantia sacratæ vinculo charitatis, mysteriorumque contemplatione cælestium, negligit corporis voluptates : justitia in alio quodam suggestu locata videt, exploratque omnia : <sup>b</sup> quæ aliis potius nata quam sibi, non tam suas utilitates quam publica emolumenta rimatur. Meritoque anima operata justitiam, formam aquilæ accipit, quod terrena defugiens, to-

c. 8, num. 54, disputantur, inter se comparare. Sed et ante Ambrosium Justinus martyr orat. Paræn. eundem philosophum prophetarum libros, et hunc in primis Ezechielis locum perlegisse testatus, adjicit : *Ἐθεὶν ὀρμώμενος ὁ μεγαλόφωνος Πλάτων μετὰ πολλῆς παρρησίας βοᾷ λέγων, Ὁ μὲν δὴ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτανὸν ἄρμα ἐλάυνων.*

<sup>a</sup> Ita mss. fere ad unum : edit. vero, *spiritus surgens, LXX, πνεῦμα ἔξαιρον*, id est, spiritus auferens, procellosus ac violentus ; nihil tamen vetat quin Ambrosius verterit, *spiritus surgens*, cum post *ἔξαιρον* subintelligere potuerit *ἑαυτὸν*, hoc est, *attollens se ipsum*. Rursus autem ubi nos cum mss. plerisque, *et ignis resurgens, et lumen in circuitu ejus* ; alii mss. tantum exhibent : *et ignis resurgens, et lumen in eo, et in medio sicut similitudo*, etc. ; ubi lacuna est minime dubia. Porro edit. a lectione nostra tantum discrepant, quod pro *et lumen in circuitu ejus sicut lumen*, præferunt, *et lumen in eo, et in medio sicut lumen*. Sed neutrum a prophetis verbis multum dissidet.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *quæ aliis potius nota* ; melius alii et edit., *qua aliis potius nata*, etc. ; quam sententiam

A taque cælesti sublimis et intenta mysterio, resurrectionis gloriam pretio æquitatis adipiscitur. Propter quod ad eam dictum est : *Renovabitur sicut aquilæ juventus tua (Psal. cii, 5).*

115. Est ergo et juxta David, alis spiritalibus anima fulta, quam eousque volucrum nobis voluit declarare, ut alibi quoque diceret : *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium (Psal. cxiii, 7).* Et alibi : *In Domino confido, quomodo dicitis anima meæ : Transmigra in montem sicut passer (Psal. x, 2).* Habet igitur alas anima suas, quibus se possit libera levare de terris. Alarum autem remigium non materialis compago pennarum, sed continuus ordo bonorum factorum est ; qualis ille Dominicus, cui bene dicitur : *Et in umbra alarum tuarum sperabo (Psal. lvi, 2).* Non solum enim manus illæ Domini affixæ cruci in modum volantis extensæ, sed etiam facta cælestia, velut umbra refrigerante salutis æternæ, mundi ferventis incendia temperarunt.

116. Ergo quia volandi nobis data est copia, **242** excitet in se unusquisque gratiam Dei, ac posteriora obliviscens, priora appetens, ad destinata contendat (*Phil. iii, 13*). Procul a <sup>c</sup> militiæ honoribus, procul ab æstibus mundi ; ne quod fabulæ ferunt, æstu solis cera resoluta Icareos volatus penna relabente destituat. Nam licet <sup>d</sup> gravitas dictorum absit ; poetico tamen sale declarare voluerunt prudentium maturitati tutos esse volatus per sæculum, juvenilem vero levitatem obnoxiam <sup>e</sup> cupiditatibus mundi, refluentibus pennis, et, per obliviam veritatis, meritorum compage resoluta, majore pernicie in terram relabi.

117. Haud facilis volatus omnibus : difficilis etiam <sup>f</sup> discordantibus internis animalibus vitæ cursus humanæ est. At si sibi actus nostri ordo conveniat, videbit et in nobis propheta rotam illam unam super terram conjunctam animalibus quatuor. Videbit ergo rursus Ezechiel ; videt enim adhuc et viget, et vigebit. Videbit, inquam, rotam in medio rotæ super terram sine offensione labentem (*Ezech. i, 15, 16*). Rota enim super terram vita est corporis ad animæ

iisdem verbis reperies in psal. xxxv, col. 768, n. 7.

<sup>c</sup> Militia non solum de castrensi intelligitur, sed etiam de forensi professione. Symmachus lib. vii, epist. 124 : *Fungetur militia in scriniis litterarum*, etc. Immo vero etiam ad significandum quodlibet munus eam dictionem solemus adhibere, cujus exempla passim occurrunt.

<sup>d</sup> Paris. quædam edit. ac mss. nonnulli, *gravitas dictorum absit* ; melius aliæ, ac plures mss., *absit* ; hic enim gravitas idem est atque auctoritas seu veritas, quam poetis abrogat Ambrosius. Iterum, ubi omnes edit. ac mss. aliquot, *declarare voluerunt prudentium maturitati*, non pauci mss. legunt, *declarare voluerunt prudentiam maturitate*, etc., non satis recte. Postremo Gill. in marg. et Rom. edit. in corpore cum mss. nonnullis habent *volatus per cælum*, ubi vet. edit. ac multo plures mss. rectius, *volatus per sæculum*.

<sup>e</sup> Quidam mss. *cupiditatibus mundi revehentibus* . . . *resoluta calorum pernicie*.

<sup>f</sup> Omnes edit., *discordantibus in terris animalibus* ; mss. autem nonnulli, *discordantibus. In quaternis, animalibus vitæ*, etc. Elegantius reliqui ut in textu,

aptata virtutem, et ad Evangelicum cohærenti cursu A formata præceptum: rota autem in medio rotæ, veluti vita intra vitam; quod sanctorum sibi vita non dissonet, sed qualis fuerit superioris ætatis, talis sit et sequentis: vel quod in hac vita corporis vitæ volvatur usus æternæ.

118. Cum ista congruerint, tunc divina vox resul-  
tabit, tunc super similitudinem throni similitudo  
sicut species hominis apparebit (*Ezech. i, 26*). Hic  
homo Verbum est, quia *Verbum caro factum est*  
(*Joan. i, 14*). Hic homo <sup>a</sup> nostrorum est agitator  
animalium, nostrorum rector est morum, qui pro  
nostrorum ratione meritorum, aut curram plerumque  
aut montem ascendit, aut navim: sed navim in qua  
aut apostoli navigant, aut piscatur Petrus (*Luc. v,*  
*3 et seq.*); nec enim vilis est navis, quæ ducitur in  
altum (*Math. xvii, 1*), hoc est, ab Incredulis separatur.  
Cur enim navis eligitur in qua Christus sedeat,  
turba doceatur, nisi quia navis Ecclesia est, quæ  
pleno Dominicæ crucis velo sancti Spiritus flatu in  
hoc bene navigat mundo?

119. In hac navi piscatur Petrus: et nunc retibus,  
nunc hamo piscari jubetur. Grande mysterium! Spi-  
ritalis enim videtur esse piscatio, qua doctrinæ ha-  
mum mittere jubetur in sæculum; ut primum illum  
martyrem <sup>b</sup> Stephanum de mari eleve, qui censum  
Christi in interioribus contineret; martyr enim  
Christi thesaurus Ecclesiæ. Martyr igitur ille qui de  
mari ad cælum primus ascendit, captus a Petro  
ministrer altaris, non reti, sed hamo levatur; ut rivo  
sui sanguinis elevaretur ad cælum. Cujus in ore  
thesaurus erat, cum Christum in confessione loque-  
retur. **243** Quis enim thesaurus in nobis est, nisi  
Dei Verbum? Dei ergo et retibus et hamo piscatur  
perfectior; ut reti concludat, hamo adurat: sed reti  
turba concluditur, hamo singularis elegitur. O si  
mibi liceret illum hamum vorare, <sup>c</sup> qui adureret os  
meum, <sup>e</sup> et levi daret salutem vulnere!

### CAPUT XIX.

*Hortatur virgines, ut subeant retia sapientiæ, id est  
regnum cælorum, quo ducere jubetur Petrus. Alia  
ejusdem præcepti datur acceptio, ut cor viri per al-  
tum intelligamus atque Ecclesiam: mox proponitur  
et tertia de ipso Christo; unde et respondet idem  
apostolus incassum per noctem se laborasse. Quo-  
modo etiamnum eadem Christus ac Petrus dicant.*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *nostrorum agitator est animalium.*  
<sup>b</sup> Edit., *de mari verrat*; mss. partim. . . *erneret*,  
partim. . . *elevet*. De Stephano autem non solum  
hoc loco, sed etiam Hexæm. lib. v, cap. 6, num. 16,  
et in Lucam lib. v, num. 75, disputatur. Cæterum  
quod subditur post pauca, *ministrer altaris*, id sane  
aperte significat diaconos non ut Ecclesiæ facultates  
atque eleemosynas tantum administrarent, quemad-  
modum in Trullana synodo contra Neocæsariensem,  
atque adeo universam Patrum traditionem constitu-  
tum est, sed ut altaris veri ministri censerentur, sicut  
jam alibi animadvertimus.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *et levigaret salutem vulnere*; alii  
nonnulli, *et levigaret saltem vulnera*: melius reliqui,

*Denique subjungitur exhortatio ut si pretium quod  
Christo debemus, totum solvere minus liceat, saltem  
nos ejus beneficio non indignos exhibeamus; ne que-  
ratur frustra sanguinem se profudisse, ac locum  
subiisse corruptionis.*

120. Intrate igitur, filiæ, in apostolorum re-  
tia, quæ non hominis auctoritate, sed Dei voce  
laxantur; rete enim sapientiæ spiritualis atque do-  
ctrinæ regnum cælorum est, quia scriptum est: *Si-  
mile est regnum cælorum reti misso in mare* (*Math.*  
*xiii, 47*).

121. Audistis hodie dicentem Dominum Jesum  
Simoni: *Duc in altum, et laxate retia vestra in ca-  
pturam* (*Luc. v, 4*). Ante non ducebat in altum Pe-  
trus, quando piscabatur in stagno. Etsi mare erat,  
altum non erat (*Ibid.*, 5); altum mare Scriptura  
nescit. Quid ergo sit altum, accipe: *Aqua alta con-  
siliium in corde viri* (*Prov. xviii, 4*); Altum cor vir  
est, nbi nihil vadosum est. Duc ergo in altum dis-  
putationis tuæ fideique remigium, duc in cor viri.  
Per parabolam hic vocat ad Ecclesiam Petrum, quem  
secundum Matthæum simplici vocavit sermone di-  
cens: *Venite, et faciam vos piscatores hominum*  
(*Math. iv, 19*).

122. Est et aliud mysterium: *Duc in altum*; quia  
ante in arēna erat, quando in Synagoga erat. Alta  
non erat aqua Judææ. Denique Samaritana et pu-  
teum altum putabat dicens: *Et puteus altus est,  
unde mihi dare habes aquam vivam* (*Joan. iv, 11*)?  
Non ergo ducere <sup>d</sup> in altum poterat, quando cum  
Judæis credebat, qui etiam de puteo aquam haurire  
non poterant. Ideo dicitur Petro: *Duc in altum*, hoc  
est, duc ad Christum; altus est enim Christus, de  
quo dicitur ad Joannem a Patre: *Et tu, puer, pro-  
pheta Altissimi vocaberis* (*Luc. i, 76*). Duc ergo ad  
Christum. Et bene altum, in quo est altitudo divi-  
tiarum sapientiæ et scientiæ Dei (*Rom. xi, 33*).  
Duc in altum; <sup>e</sup> qui altus super altum custodit, et  
exaltat.

123. Ibi ergo altæ aquæ, ubi Christus est, <sup>f</sup> hoc  
est, fides. Altæ aquæ, quæ timent Dominum, qua-  
les illæ: *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te* **244**  
*aquæ, et timuerunt* (*Psal. lxxvi, 17*). Apud Judæos  
<sup>g</sup> aqua alta non erat, quia non erat in corde viri.  
Ideoque Dominus ait: *Populus hic labiis me honorat,  
cor autem eorum longe est a me* (*Math. xiv, 8*). In  
corde amat esse Christus: *Sicut enim fuit Jonas in*

et edit. ut in textu.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *in altum poterat. Quando poterat?  
Quando cum Judæis credebat. Quia etiam, etc.*: men-  
dose.

<sup>e</sup> Ita edit. Amerb. atque Eras. cum mss. multo  
pluribus, nisi quod in illis habetur, *custodiet et exal-  
tabit*. Gill. vero et Rom. cum aliis nonnullis mss.,  
*quia altum*; edit., *altus, super altum custodit et exal-  
tat*; edit., *custodiet et exaltabit*.

<sup>f</sup> Nonnulli mss., *hoc est, fides alta, et quæ ti-  
ment*; alii non pauci, *est fidei altæ aquæ, qui*; unus,  
*quæ timent, etc.* Melius edit. omnes ut in contextu.

<sup>g</sup> Vet. edit., *aqua alta non erat in corde viri*;  
elegantius Rom. cum mss. omnibus, ut nos supra.

vente celi tribus diebus et tribus noctibus; sic erit et Filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus (*Matth. xii, 40*).

124. Denique ut acias quia de fide dicit: *Duc in altum*; ait Petrus: *Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, sed in verbo tuo laxabo retia* (*Luc. v, 5*). Noctem habebat Petrus, antequam Christum videret. Nondum enim ei venerat dies; quia veram non viderat lucem. Synagoga nox est, quia Ecclesia est. Uade et Paulus dicit: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit* (*Rom. xiii, 12*). Bona lux, quæ perfidiæ excussit caliginem, fidei diem fecit. Dies factus est Petrus, dies Paulus, ideoque hodie natali eorum Spiritus sanctus increpuit dicens: *Dies diei eructat verbum* (*Psal. xviii, 3*), hoc est, ex intimo thesauro cordis fidem prædicant Christi. Et bonus uterque dies, qui nobis verum lumen evomit.

125. Hæc in Evangelio legimus. Et fortasse in cælo hodie de nobis Christi et Petri iste sit sermo. Quotidie Piscatur Petrus, quotidie ei dicit Dominus: *Duc in altum*. Videor mihi audire dicentem Petrum: *Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus*. Nox fuit, <sup>a</sup> pauciores ad vigiliis convenerunt. Laborat in nobis Petrus, quando nostra laborat devotio: laborat et Paulus. Denique audistis dicentem hodie: *Quis infirmatur, et ego non infirmor* (*1 Cor. xi, 29*)? <sup>b</sup> Nolite facere ut pro vobis laborent apostoli. Ergo dicunt ei: *Per totam noctem laborantes nihil cepimus*. Nullus certe de ditioribus jejunavit. Quibus hodie bene respondit Petrus: *In timore hoc incolatus vestri tempore conversamini, scientes quod non corruptibilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Christi Jesu* (*1 Petr. i, 18, 19*). Non ergo aurum et argentum vos liberavit, sed probatio fidei multo pretiosior auro, quod perit.

126. Bonus servus pretium studet reparare Domino, quod pro se solum est. Noli aurum parare, filia, noli argentum. Non divitiis istis te Christus redemit. Paratum habeto pretium. Non semper exigeris, sed semper debes. Sanguinem solvit, sanguinem debes. Ille pro te solvit, tu pro te redde. Erasmus oppignorati malo creditori peccatis; contraximus chirographum culpæ, pœnam sanguinis debe-

<sup>a</sup> Hic cognoscimus Apostolorum quorum festum eodem semper die celebratum est, natalem diem numquam non maxima cum solemnitate cultum fuisse; quando quidem inde a primis Ecclesiæ sæculis non sine vigiliis ac jejuniis præmissis observabatur. Non tamen jejunium illud tantam quantam quadragesimale obligationem induxisse existimamus, cum eos a quibus illud fractum fuerat, molliuscule castiget Ambrosius.

<sup>b</sup> Aliquot mss., *Nolite deficere; ut proficiat, laboret*. Apostoli ergo, etc.

<sup>c</sup> Apertis verbis sanctus Antistes sententiam suam de Christi ad inferos descensu promittit: quem quidem cum pro articulo fidei habendum negent non-

debamus: venit Dominus Jesus, sanum pro nobis obtulit; sed non potes sanguinem reddere.

127. Bonus quidem servus debet pretium suum reparare Domino suo: si non potest pretium reddere, vel hoc faciat, ne pretio videatur indignus. Ergo et tu dignam te gere tali pretio; ne veniat Christus qui te mundavit, qui te redemit; ~~243~~ et si te in peccatis invenit, dicat tibi: *Quæ utilitas in sanguine meo* (*Psal. xxxix, 10*)? Quid profecit tibi, dum descendo in corruptionem?

128. Sed ne mireris quomodo descenderit in corruptionem, cujus caro, ut alibi scriptum est (*Act. ii, 24 et seq.*), non vidit corruptionem. Descendit quidem in locum corruptionis, et qui penetravit inferna: sed corruptionem incorruptus excludit.

## CAPUT XX.

*Petit preces, piscationem suam cognoscens prosperam esse non posse sine favore Dei, cui gratias quod sibi auxilium mittere sit dignatus, agit. Suis se retibus non uti significat, sed Petri et Pauli, a quibus optat virgines vivificari. Quam utile Joanni fuerit omnia pro Christo deseruisse, cujus persona quo fuit vilior, eo major illi haberi debet auctoritas. Quantum etiam illud quod Moyse ac Eliæ piscatores a Christo sociantur. Horum cum Moyse jucunda instituitur collatio.*

129. Verum ut jam ad superiora redeamus, rogate ut et mihi dicatur: *Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam*. Quis enim est, qui sine Deo piscetur hanc plebem; præsertim cum tantæ tempestates et procellæ mundi hujus obsistant? Sed quando vult Dominus, jubet laxare retia, et capitur multitudo piscium: nec solum una, sed etiam altera navis impletur; quia plures Ecclesiæ immaculata plebe complectitur. Et bene accidit quia nos laboraturos Dominus sciebat, et auxilium de sociis ministravit. Adest <sup>d</sup> piscator Ecclesiæ Bononiensis aptus ad hoc piscandi genus. Da, Domine, pisces; quia dedisti adjuutores.

130. Nec tamen nostris, sed apostolicis utimur retibus. In illos sinus, et quædam apostolicarum et disputationum recessus vestrum, o filia, cogatur agmen. Vivificet vos Petrus, filia: qui et pro vidua intervenit (*Act. ix, 39, 40*), quanto magis pro virgine! Qui diutius viduas flere non passus, motus

nulli, de illo nobis ad tractatum in *Symbolum Apost.* nonnihil disputare necessum erit.

<sup>d</sup> Eusebium Bononiensem episcopum hic significari auctor est Baronius ad an. 377, nec vero quidquam ejus officit opinioni, cum sanctus ille vir Aquileiensi concilio an. 381 simul cum Ambrosio interfuerit. Quod vero idem cardinalis subjungit hunc ipsum Eusebium esse, cui Ambrosianus tractatus de *Institutione Virginis* dedicatur, id quidem majori indiget examine, ac proinde in præfatione ad eundem tractatum pag. seq. discutietur. Porro Beati Eusebii festum vi kal. Octob. notatur in fastis ecclesiasticis.

<sup>e</sup> Mss. non pauci, *dispositionum recessus*.

earum lacrymis, resuscitavit altricem. Vivificet vos Paulus, qui vos præcepit honorari (1 Tim. v, 3), qui ait: *Bonum est si sic maneant sicut et ego* (1 Cor. vii, 8). Honore provocat, magisterio docet, <sup>a</sup> invitat exemplo (*Matth. iv, 20 et seq.*). **246** Vivificet ille, qui relictis suis omnibus, secutus est Dominum: secutus est Petrus, secutus est Joannes.

131. Vide quid piscator etiam iste profecerit. Dum in mari læcrum suum quærit, vitam invenit omnium. Lembum deseruit, Deum reperit: scalmum reliquit, Verbum invenit: <sup>b</sup> lina laxavit, fidem vinxit: plicavit retia, homines elevavit: mare sprevit, cælum acquisivit. Hic ergo piscator dum ipse turbato agitatur salo, <sup>c</sup> mobili mentes statione nutantes fundavit in petra.

132. Astruamus igitur piscatoris artem frequentius, ut plenius de virtute credamus. Fuerit minister ignobilis, ut sit evangelista nobilior: paupertate egenus, ut virtute locupletior: vilis ad honorem videatur, sed pretiosus ad fidem. Quanto minus creditur piscatori, tanto amplius creditur; quia non sua, <sup>d</sup> sed divina sunt, quæ locutus est. Obsequitur plebeia conditio, expectationem aufert sapientiæ sæcularis, opinionem auget sapientiæ spiritualis. Qui Legem non didicit, et quæ Legis sunt sapit, ipse

sibi Lex est: qui Legem non didicit, et ultra Legem loquitur, ab eo accepit, a quo ipsa Lex venit (*Rom. ii, 14, 15*).

133. Quæ tam repentina dignitas? Piscatores duo in monte Domini (*Matth. xvii, 1 et seq.*), uni lateri Legis, exsecutori alteri conferuntur. Videte qualis sit iste piscator. Moyses quidem terrena omnia et mundanæ sapientiæ alitudinem supergressus, usque ad cælum et sidera prudentia mentis ascendit: piscatoris istius mens non nubibus caligatur, non temporibus includitur, non mysteriis naturæ cœlestis excluditur; sed omnem corporalem materiam supergressa, Verbum apud Deum vidit, et quod Verbum ipsum Deus esset, aspexit (*Joan. i, 1 et seq.*): nec obtutu carnis in Petro infirmata trepidavit, sed **B** Dei Filium etiam in homine deprehendit (*Matth. xvi, 17*); ut assumptio corporis <sup>e</sup> ad Jus divinitatis assumptis adscita, in nomen transiret auctoris.

134. Et Moyses quidem cum dicit: *Et dixit Deus ... et fecit Deus* (*Gen. i, 3 et seq.*); Patrem, Filiumque signavit: sed ille non ignorabat, ego adhuc ignorabam. Denique post Legem populus erravit, post Evangelium credidit. Magna <sup>f</sup> in diversis virtutibus Dei gratia. In illo, quia mundum descripsit: in isto, quia mundum ignoravit.

<sup>a</sup> Fuerunt Eusebio teste lib. iii Hist. Eccles., cap. 30, qui celibatum Pauli negatum a Clemente Alexandrino contenderent: qua in opinione Clementi socium aliqui conjunxerunt etiam Ignatium epist. ad Philadelphios. Horum auctoritate moti catholicorum nostræ memoriæ nonnulli dubiam hac de re tulerunt sententiam: sed imprimis complures heterodoxi cupide hanc ad oppugnandam vituperandamque cœlibis vitæ conditionem arripuerunt. Verumtamen licet insuper quosdam Paulinarum epistolarum locos, puta ex 1 Cor. ix, et ad Philip. iv, 5, male intellectos proferant, nihil hi contra alia ejusdem Apostoli clarissima testimonia, et communem universæ traditionis consensum valent. Certe nunquam eorum opinioni fuisse Ambrosium abunde significat hic ejus textus. Adi quoque super hac materia Baron. ad an. 57, Bellarm. lib. i de Cleric. cap. 20, D

**C** Pammel. in Tertul. de Monog. annot. 13. Leon. Alatiun de Methodiis, et interpretum turmam in locos Apostoli controversos.

<sup>b</sup> Lina laxavit, fidem vinxit: plicavit retia, homines elevavit, isthæc in mss. pluribus desiderantur.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, mobili mentis statione.

<sup>d</sup> Sic edit. omnes: mss. vero partim, divina locutus est. Obsequii plebeia conditio: partim, divina locutus est obsequia. Plebeia conditio. Neutrum satis commode.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, ab hujus divinitate assumptis adscita: nonnulli alii, ad Jus divinitatis ad usum mentis adsciti: ipsius reliqui, atque editi, quos hic sequimur.

<sup>f</sup> Pauci mss., in diversis ætatibus. Haud ita male.

## IN LIBRUM DE INSTITUTIONE VIRGINIS ADMONITIO.

*Hoc opus in manu exaratis atque in editis codicibus non eodem titulo inscribitur; in illis enim prænotatur eo lemmane: Sermo de Sanctæ Mariæ virginitate perpetua; in his vero: Ad Eusebium institutio vel de institutione Virginis. Et sua quidem utrique inscriptioni subest ratio. Enim vero qui priorem eidem præfixere, hoc vel maxime ductos apparet, quod hujusce lucubrationis polissima pars in refellendis ejusdem Mariæ adversariis impenditur. Non aliunde etiam putamus factum, ut cum aliorum omnium qui ad virginale institutum pertinent, tractatum reperiantur mss. complures, hujus tam paucos et imperfectos invenire sit. Illum scilicet arbitrati sunt ad virtutis et morum informationem minus referri, quam ad hæresis non exoletae solum, sed everse ac penitus extinctæ confutationem. Nec novam esse illam eorumdem manuscriptorum hujus hinc intelligis, quod in ea Canticorum Expositione quam ex Ambrosianis operibus collegit Guillelmus abbas S. Theodoricus (Append. ad tom. I, pag. 1545), nihil quod ex hoc eodem libro petitum fuerit, insertum est. Quod autem editiones spectat, qui titulum eidem indidere, ii magis operis scopum ac finem assecuti sunt. Quapropter cum utramque inscriptionem summarum paginarum amplitudo integram non caperet, eam tantum in fronte libri duximus præfigendum.*

*Idem in editionibus destinatus legitur Ad Eusebium: quod nomen licet in mss. nostris desideretur, tamen in iis codicibus, unde prælo commissa est ea scriptio, existisse negandum non est, sed solum quisnam ille fuerit*

inquirendum. Nonnulli cum Baronio (Ad ann. 377) eundem hunc esse ac sanctum Eusebium Bononiensem episcopum existimarunt. Verumtamen videtur multo probabilius Eusebium alium designari Bononiensem civem, cui familiaritatem intercessisse cum Ambrosio ejusdem sancti ad eum epistola satis declarat. Porro is erat familiaritatis nobilissimæ caput, ac filium habebat Faustinum pulchræ et numerosæ sobolis patrem. Nepotes suos pius ille avus ad Ambrosium, ut eorum curaret educationem, missitabat. Hos autem inter puellam, Ambrosiam scilicet, numerat sanctus Præsul, quam spiritalem columbam. . . unctam oliva integritatis rocat, et quam cum fratre ejusdem nominis designat, ubi dicit utrunque Ambrosii pignus, etc. Ergo cum neptem suam sancto Antistiti enixe commendasset Eusebius (Cap. 1, num. 1), hanc ille Mediolani non vulgari cum animi voluptate exceptam, cognito ejus desiderio ac parentum consensu, solemni ritu consecravit. Cum autem illam virginitatis victimam ad aras priusquam velamine obnuberetur, gravi pique oratione ex more hortatus esset, eandem orationem additis tantum duobus capitulis ad religiosum illum virum transmisit (Cap. 1 et 2).

Primo igitur Eusebium quod Ambrosiam sibi præ cæteris suis liberis charam esse significasset, laudat (Cap. 1, num. 1 et seq.), virgineam conditionem conjugali longe præstare multis demonstrans. Tum ubi docuit continentiam semper adjungi oportere silentium atque orationem, hujus ultimæ dotes exponit (Ibid., num. 4 et seq., et cap. 2, num. 8 et seq.). Mox proficitur tametsi de præcellenti illa virtute sæpius egerit, se tamen non gravate huic operi laborem Ambrosiæ gratia impendisse (Cap. 2, num. 15). Quibus præmissis, habitum abs se dum velaretur eadem Virgo, sermonem refert. In exordio utriusque sexui virginitatem testificatur decori esse (Cap. 3, num. 6), ac rebus ab origine prima repetitis, feminas immerito tamquam homini erroris et peccati causas in invidiam vocari probat. Respondet etiam solitæ illi criminationi, qua mulieres viris offendiculo esse dicuntur (Cap. 4, num. 25 et seq.); ubi de multarum ejusdem sæculi seminarum pietate atque jejuniis perpulchra narrat (Ibid. num. 30 et 31). Hinc a veteri Eva ad novam conversus, nimirum ad Mariam, ipsam signum sacræ virginitatis extulisse primam asserit (Cap. 5, num. 32 et seq.). Quapropter esse mirari subdit Christianorum aliquos huic Dei simulque Virginum omnium parenti perpetuam integritatem ausos negare. Hoc sacrilegium æterno quidem silentio opprimendum dicit, sed cum Episcopus (Bonosus videlicet Sardicensi aut potius Naissitanæ diocesi, ut a nobis alibi declarabitur, præfectus) in eam impietatem inciderit, jam non videri dissimulandum (Ibid., num. 35 et seq.); Itaque veritus ne rectæ fidei noceret episcopalis auctoritas, illum in publico conventu quo infinita multitudo ad exteræ nabilissimæque virginis consecrationem advolaverat, aggreditur (Cap. 6, 7 et 8). Primum istorum hæreticorum sophismata in medium profert, quibus deinde suas singulis adhibet solutiones (Cap. 9, num. 58 et seq.). Porro non alia ferme respondet, quam quæ Helvidio Auxentii illius Ariani discipulo reponit Hieronymus. Hoc tamen potissimum inter se distinguuntur, quod cum ultimus adversariorum paradoxismos diluere satis habeat, insuper argumenta quibus perpetua Mariæ virginitas demonstratur, addit Ambrosius. Ibi virgines ad ejusdem antesignanæ suæ imitationem ob sponsi zelotypiam cohortatus (Cap. 10, 11 et 12), hujus ipsius divinitatem probat, ab iisdem hæreticis superbe impugnatam (Cap. 13, 14 et 15). Postquam vero iterum ad imitandam Deiparæ castimoniam virgines excitavit, quænam virtutes in ipsis requirantur, explicat (Cap. 16, num. 100 et seq.). Denique nominatim ad Ambrosiam revocata oratione, quid ipsam præstare oporteat, paucis aperit (Cap. 17, num. 104 et seq.). Actis autem Deo gratias quod in novo fœdere angelicam virginitatis professionem Mariæ exemplo instituisset (Ibid., num. 107 et seq.), ipsi Ambrosiam sacro flamine jamjam donandam offert (Ibid., num. 114); atque ut illam virtutibus a Deo cumulata non dedignetur in candidum sponsarum suarum chorum admittere, ardentissimo affectu comprecatur (Cap. 2, num. 15).

Nunc restat ut scriptionis hujusce tempus indagetur. Adverte autem Ambrosium non modo plures, ut ipse loquitur (Cap. 6, num. 45), libros jam edidisse, antequam huic lucubrando operam daret, verum etiam huic ipsi magnam affinitatem intercedere cum libris de Fide, cum tractatu de Mysteriis, immo etiam, quod notandum est, cum opere de Sacramentis, cum epistola concilii Mediolanensis, ac Siriciana, sed præ cæteris cum Expositione. Evang. secund. Lucam, cujus tum doctrinam tum locutiones exhibet non paucis locis, et quam consulere verbis minime ambiguus nos jubet. Proindeque hic liber eodem Commentario cui annum 386 assignavimus, posterior est. Ad postremum Bonosi hæresis, cujus præcipua duo capita tam perspicue confutat sanctus Doctor, nec non ea epistola quam Siricius et Capuana synodo in qua ejusdem causa excussa est, dedit in multis perspicillam isti opellæ, hæc profecto duæ res faciunt, ut eandem non nisi post annum 391 prodiisse existimandum sit; nec tamen alium a memorato longe remotum eidem attribuendum esse inde apparet, quod se tum primum in illam hæresim dicere, publice nimirum, auctor testatur. Quocirca si horum temporum consuetudinem, qua sacræ virgines maxime in celebritate paschali velabantur, hic secutus est, illum sermonem in Paschate anni 392 habitum fuisse jure dixeris.

# SANCTI AMBROSII

## MEDIOLANENSIS EPISCOPI

### DE INSTITUTIONE VIRGINIS

ET S. MARIE VIRGINITATE PERPETUA  
AD EUSEBIUM.

LIBER UNUS.

#### 249 CAPUT PRIMUM.

*Parentibus merito curam esse majorem virginis sacræ quam reliquæ sobolis. Quam præstans illa consecratio : ubi præcipue de silentio, quod virginitatis verecundiam commendat non secus atque Ecclesiam, cujus omnis gloria ab intus, et quam nos imitari convenit in orando.*

1. Commendas mihi pignus tuum, quod æque est meum, <sup>b</sup> Ambrosiam Domini sacram : et pio affectu ejus tibi asseris præstantiorem reliqua sobole sollicitudinem. Et vere ita est apud mentem fidelem ; cæteros enim instituis, ut emittas domo, atque alienis copules, istam senper tecum habebis : in cæteris quoque paternæ uteris pietatis necessitudine ; in hac ultra patrem procedis, votoque et studio progredieris, ut placeat Deo. Quæ cum sit præstantior causa votorum ; sola tamen solvat quidquid pro se et pro omnibus filiis debes.

2. Hoc est sacrificium quod Abel obtulit ex primitivis ovium suarum fetibus (*Gen. iv, 4*). Quod et Apostolus præ cæteris laudat, ad Corinthios dicens : *Quoniam* <sup>c</sup> *qui statuit in corde suo firmus, et judicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit. Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit : et qui non jungit, melius facit* (*I Cor. vii, 37, 38*). Unde pulchre David cum descripsisset Ecclesiæ gratiam, cujus omnis intus est gloria, non foris (in bonis enim cogitationibus, atque immaculato **250** castitatis affectu, et sinceræ proposito conscientie summa est laus), subtextuit dicens : *Afferentur Regi virgines post eam* (*Psal. xlii, 15, 16*). Et conversus ad dominum Patrem : *Proxime, inquit, ejus afferentur tibi : afferentur in lætitia et exultatione, adducentur in templum regis.*

3. Quæ est proxima, nisi quæ Christo præpinqvat, cui dicit Verbum : *Exsurge, veni, proxima mihi*

*A mosa mea, columba mea ; quia ecce hyems præterit* (*Cant. ii, 10, 11*) ? Antequam Verbum Dei reciperet, hyems erat inhonora, sine fructu : ubi Verbum Dei recepit, et mundus ei est crucifixus, æstas est facta. Denique fervore sancti Spiritus vaporata, flos esse cœpit, et spirare odorem fidei, fragrantiam castitatis, suavitatem gratiæ.

4. Unde et alibi addit : *Oculi tui columbæ extra taciturnitatem tuam* (*Cant. iv, 1*) ; eo quod tota spiritalis et simplex sicut columba, in cujus specie visus est a Joanne descendere Spiritus sanctus, spiritalia videat, et noverit ea quæ viderit tacere mysteria. Non enim mediocris virtus tacere ; est enim et tempus tacendi, sicut tempus loquendi, sicut et scriptum est : *Dominus dat mihi linguam eruditionis, ut sciam quando oporteat dicere sermonem* (*Esai. l, 4*).

5. Virginitatis itaque <sup>d</sup> dos quædam est verecundia, quæ commendatur silentio. Ideo et Ecclesiæ gloria intus est, non utique in multiloquio, sed in sensibus vel in penetrabilibus sacramentorum, sicut ipsa dicit ad Sponsum : *Quis dabit te fratrem mihi lactantem ubera matris meæ ? Inveniens te foris osculabor te, et quidem non spernent me. Assumam te, et ducam te in domum matris* **251** *meæ, et in secretum ejus quæ concepit me* (*Cant. viii, 1, 2*). Et supra ait : *Introduxit me rex in cubiculum suum* (*Cant. i, 3*).

6. Foris <sup>e</sup> osculatur Ecclesia Christum, et ab eo in cubiculum introducit. Osculatus est eam foris, quando *Tamquam sponsus procedens de thalamo suo, exsultavit tamquam gigas ad currendam viam* (*Psal. xviii, 6*). Tamquam gigas foris est ; quia non rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, formam servi accepit (*Phil. ii, 6, 7*). Foris ergo factus est, qui erat intus. Vide illum intus, quando legis quod in sinu est patris : cognosce illum foris, quando nos

<sup>a</sup> Script. circa an. 392.

<sup>b</sup> Duo mss., *Ambrosi, Domini sacram.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *qui stat in corde suo firmus. Haud male ; græcus enim textus habet, ὅς καὶ ἱστῆκε, qui stetit ; alii autem mss. atque edit. cum Vulg. et aliis versionibus, qui statuit, etc.*

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *dux quædam.* Non incongrue ; cum inter virginum virtutes prima et quasi ordinum ductrix sit verecundia. Vide quid de eadem virtute præcipiat Ambrosius noster lib. i Offic., cap. 18, num. 67 et seq.

<sup>e</sup> Quatuor mss., *osculatur Ecclesiam Christum.*

quærit, ut redimat. Foris sibi factus est, ut mihi in-

A confirmat; vel quod homini animantium genera uni-  
versa subiecit.

7. Ibi ergo simus, ubi Christus medius est, radi-  
catus et fixus in cordibus nostris. Et ideo sicut ipse  
præcepit: *Cum oras, intra in cubiculum tuum (Matth.*  
*vi, 6)*, et effunde super te animam tuam; cubiculum  
tuum interiorum secretum est, cubiculum tuum  
conscientia tua est. Denique Ecclesiastes tibi dicit:  
*Et quidem in conscientia tua regi ne maledixeris, et in*  
*penetralibus cubiculorum ne maledicto devoveris diri-*  
*tem (Eccles. x, 20)*. Ibi ergo ora et ora in occulto,  
ut audiat te qui in occulto audit: et ora sine ira et  
disceptatione, <sup>b</sup> abdicato occulto dedecoris (1 Tim.  
ii, 8): Justus enim non proditionem criminis metu-  
it, sed contagionem.

## CAPUT II.

*Orationem inchoari debere a Dei laudibus, et post ex-*  
*posita postulata nostra in gratiarum actiones desi-*  
*neri. Eamdem pace ac tranquillitate commendand-*  
*am; qua occasione Evangelicus locus quam lucu-*  
*lentissime explicatur, quem jubentur observare vir-*  
*gines.*

8. Quam bona oratio cum misericordia! Bona ora-  
tio quæ ordinem servat, ut primo a divinis iachoe-  
mus laudibus. Si enim cum apud hominem agimus,  
benevolum volumus iudicem facere, quanto magis  
cum Dominum nostrum precamur! Primo ergo im-  
molemus Deo sacrificium laudis; unde et Apo-  
stolus ait: *Obsecro ergo primo omnium fieri oratio-*  
*nes, obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones*  
*(1 Tim. ii, 1)*.

9. Doceat te Davidicus psalmus octavus, qui cœ-  
pit a Dei laudibus: *Domine Dominus noster, quam*  
*admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam*  
*elevata est magnificentia tua super caelos. Ex ore in-*  
*fantium et lactentium perfecisti laudem (Psal. viii, 2*  
*et seq.)*. Hactenus oratio: inde sequitur obsecratio,  
ut destruat inimicus: postulatio, ut lunam et  
stellas videat; lunam Ecclesiam, stellas filios Ec-  
clesiæ, cœlestis gratiæ luce fulgentes: et quod pe-  
tuit, prophetico spiritu visurum se esse promittit:  
gratiarum actio, quod tuetur Dominus hominem, et  
hanc limum corporis nostri divina **252** visitatione

B digebat (1 Cor. ix, 27); ut esset animæ tamquam  
imperatrici suæ caro subdita, et mentis imperiis ob-  
temperaret; ne esset in uno hominæ dissidium, ac  
bellum intra se gereret, et legi mentis repugnaret  
lex corporis. Duo igitur ista diversa ratione quadam  
et pace iungebat, secundum quod ipse asseruit di-  
cens: *Quia Christus est pax nostra, qui fecit utraque*  
*unum, et medium parietem sepi solvit, inimicitias in*  
*carne sua (Ephes. ii, 14)*; ne id ageret, quod nollet:  
atque id faceret, quod odisset. Isti ergo sunt duo,  
anima et caro. Unde et David ait: *Non timebo quid*  
*faciat mihi caro (Psal. lv, 5)*, quam adversariam  
animæ suæ nosset.

12. Quæ tamen duo, ut evidentius exprimamus,  
non solum duo sunt, sed etiam duo homines, unus  
interior, alter exterior. <sup>c</sup> Isti duo si sibi propositi  
æqualitate concurrant, ut cogitationes factis, et cogi-  
tationibus facta conveniant; vitæ nostræ rota sine  
ulla offensione volvetur, ut quemadmodum scrip-  
tum est: *Fiat vox tonitru in rota (Psal. lxxvi, 19)*.  
Isti igitur duo unum sunt; nec solum unum,  
sed unus homo. Unde et Apostolus ait: *Ut duos*  
*conderet in uno homine, faciens pacem, et reconcilia-*  
*ret utrosque in uno corpore, Deo, per crucem interfi-*  
*ciens inimicitias in semet ipso.... ut in utrisque acces-*  
*sus habeamus in uno Spiritu ad Patrem (Ephes. ii,*  
*15 et seq.)*.

13. Sunt etiam duo homines, vetus et novus.  
D <sup>f</sup> Vetus ille peccato obnoxius et obsoletus, ac vesti-

<sup>a</sup> Omnes edit., et fieret medicus noster.... ubi  
Christus medicus est: omnes mss. ut in textu.

<sup>b</sup> Omnes edit. cum uno aut altero mss., abdicato  
oculto dedecoris; alii mss., melius, abdicato occulto  
dedecoris; hoc est occulto dedecore, sive culpa  
etiam occulta repudiata.

<sup>c</sup> Inducitur his verbis Dominicam orationem ex his  
fuisse mysteriis quæ catechumenos quondam cela-  
bat Ecclesia. Ejus rei hanc causam Chrysostomus  
reddidit Hom. 21 in Mattheum, quod Patris nomine  
illi non licent Deum appellare, qui non fuerit sacro  
baptismate regeneratus. Inde est quod ex. Ord. Rom.  
et Amal. Fortunato de Eccles. Ofic. cap. 8, eam  
discimus cum brevi interpretatione secundum Ro-  
manam consuetudinem feria 4 hebdomadæ 4 Qua-  
dragesimæ competentibus tradi consuevisse: quod  
in Africana Ecclesia tantum feria 2 post dominicam  
Palmarum fieri solitum Augustinus Hom. 42 ex 50,  
nunc Serm. 58 novæ edit. testatur. Verum uterque

in hoc conveniunt, quod iisdem competentibus nec-  
cessum fuisse scribunt, ut sabbato sancto memorit  
eamdem redderent orationem. Quod porro dotes  
orationis exponens loco ex Epist. ad Tim. ii, 1,  
Oratione Domin. et psal. viii utitur Ambrosius, at-  
que in eodem Psalmo per lunam Ecclesiam, per  
stellas fideles intelligendos ait, his adeo similia in  
lib. vi de Sacram. cap. 5 legero est, ut dubium non  
videatur, quin si diversi eorum operum scriptores  
fuerint, alter alterum; sin vero unus ac idem, se  
suaque ipse descripserit, quod minime novum est in  
Ambrosio.

<sup>d</sup> Duo mss., castigabat corpus suum et in servitu-  
tem, etc.

<sup>e</sup> Edit., Isti duo si sibi propositi in æqualitatem, ul-  
timæ Paris. inæqualitate, concurrant commodius  
vero mss. omnes, quos hic sequimur.

<sup>f</sup> Cod. Vall., Vetus ille peccator.... sollicitudine  
attritus.



menti veteris similitudine attritus et soissus, quem in baptismo affigimus cruci. Unde Apostolus ait : *Quia vetus homo noster simul affixus est cruci, ut destrueretur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato* (Rom. vi, 6). Vetus ergo affigitur, ut moriatur peccato; ut novus resurgat, qui renovatur per gratiam. Diximus de duobus.

14. Fortasse dicat aliquis : Quid de tribus dicis, quoniam sic habet Scriptura : *Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum* (Math. xviii, 20)? Hinc quoque ratio manifesta est; quia idem Apostolus dicit : *Ipsa autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, et anima, et corpus sine querela in die adventus Domini nostri Jesu Christi serventur* (1 Thess. v, 23). Ubi ergo tres isti integri, ibi Christus est in medio eorum : qui hos tres intus gubernat et regit, ac fideli pace componit.

15. Hæc igitur tria integra præ cæteris in se virgo custodiat; ut nullam det sacræ virginitatis querelam, et sit inoffensa, sine ruga, sine macula. De qua licet frequentibus libris dixerimus, tamen memorati pignoris causa, hunc ad te librum condendum arbitrati sumus.

### CAPUT III.

*Culpandum non esse femineum sexum cui a Deo tanta dona collata fuerint : Deum enim idcirco non statim atque homo creatus est, illum approbasse, tum quia ejus dignitas non in corpore, sed in anima et in divina imagine consistat, tum quia tantum in operis totius sine laudandus homo, ac demum quia nondum creata erat mulier, quæ et ex ipso formata est, et cum ipso magni sacramenti figuram erat expressura ; ex quo et nomen accepisse ipsa declaratur.*

16. Bona virginitas, quæ sexum utrumque non solum absolvit a crimine, verum etiam provocavit ad gratiam. Accusamus autem plerumque femineum sexum, quod erroris causam invexerit : et non consideramus quanto justius in nos objurgatio retorqueatur. Nam ut repetamus a principio, et rerum exordia interrogemus, quantum ei delatum sit, investigabimus : et quam in misera conditionis humanæ fragilitate femina tamen invenit gratiam.

17. Nam cum omnia opera sua laudaverit Deus, coelum, terram, maria, noctem et diem, quod iste profecerit ad usum laboris, illa ad fructum quietis, laudaverit feras bestias; ubi ad hominem ventum est, solus non videtur esse laudatus, propter quem omnia generata sunt (Gen. ii, 10 et seq.). Quæ igitur causa est, nisi forte ea, quia alia in specie sunt,

<sup>a</sup> De tribus hisce, quibus constare hominem docet Ambrosius, videsis quæ lib. i in Lucam, col. 4277, et lib. vii ejusdem Expositionis, col. 4460, observavimus.

<sup>b</sup> Memorati pignoris, id est, Ambrosii, de qua statim ab exordio libri, *Commendas mihi pignus tuum Ambrosiam*, etc. Quod autem ad libros in quibus de Virginitate disseruisse se profitetur, non solos eos intelligimus significari, quos de hoc argumento et sub eadem inscriptione lucubravimus : sed et alios quoque,

*Ubi homo in occulto? Nihil in bestiis plus repositas, quam quod videtur : in homine nihil est inferius, quam quod videtur ; qui eum ex animo constat et corpore, hoc utique in eo servit, quod videtur : illud quoque in eo regit, quod non videtur.*

18. Merito ergo alia in exordio laudantur, istius laudatio non promittitur, sed reservatur ; quia aliorum gratia foris, hujus intus est : aliorum in motivitate, hujus in corde. Quid enim tam altum et tam profundum, quam mens hominis, quæ quasi involvitur quodam corporis tegitur et occultatur ; ut eam haud facile quisquam introspicere et speculari queat? Ideo ergo homo non ante laudatur, quia non in forensi pelle, sed in interiore homine ante probandus, sic prædicandus est : quem præclare definiit apostolus Petrus dicens absconditum esse cordis hominem in incorruptione quieti et modesti spiritus, qui est ante Deum locuples (1 Petr. iii, 4).

19. Merito ergo differitur, ut sequatur fenerata ejus laudatio : cujus dilatio non dispendium, sed incrementum est. Nemo ergo se despiciat quasi vilem, nec contuitu corporis sese æstimet. Nam etsi dixerit sanctus Job : *Nudus exivi de ventre matris meæ, nudus et hinc abibo* (Job. i, 21) ; habuit tamen que non solum inter homines, sed etiam apud Deum dives inveniretur.

20. Quid autem locupletius, quam quod ad imaginem Dei est ac similitudinem? Ad imaginem autem interior est homo, non iste exterior : ille qui sensu æstimatur, non oculis comprehenditur. Ille ergo nobis spectandus est, qui serius investigatur. Ideo Deus non putavit hominis fabricam esse laudandam ; quia major ejus in virtute est portio. Præclare quidem species, et præstantior cæteris animantibus : sed irrationabilia corporis specie æstimantur ; ea autem quæ rationis plena sunt, communem laudem sequestrent.

21. Homo igitur mihi non tam vultu quam affectu admirandus emineat atque excellat ; ut in his laudatur, in quibus etiam Deus \* prophetico judicio laudatur, de quo scriptum est : *Terribilis in consilio super filios hominum* (Psal. lxxv, 5) ; cujus opera coram Deo luceant, qui bona jugibus operibus facta contexit ; et ideo laudatio ejus non in exordio, sed in fine est : nemo enim nisi legitime certaverit, coronatur. Ideoque Sapiens tibi dicit : *Ante mortem non laudes hominem quemquam* (Eccles. xi, 30). Quæ ratione hoc dixerit, superioribus docuit dicens : *Quia in fine hominis nudantur opera ejus* (Ibid., 29).

22. Spectemus tertium, in quo manifestavit Deus sententiam suam ; cum enim fecisset hominem et ubi quoties disserendi de hac ipsa virtute nata est occasio, eam nunquam non obvius manibus arripuit. Usque adeo illi cordi erat ubique doctorem agera virginitatis.

<sup>c</sup> Quidam mss., *ex anima constat*, etc.

<sup>d</sup> Sic omnes edit. cum mss. quatuor, nisi quod in his *levem pro vilem, et esse se pro sese habetur* ; alii vero mss. legunt, *quasi vilem, nec contemptui sese æstimet*.

<sup>e</sup> Duo mss., *prophético spiritu laudatur*.

posuisset in paradiso operari et custodire, dixit non esse bonum solum esse hominem. *Faciamus*, inquit, *ei adjutorium secundum se* (*Gen. ii, 18*). Sine muliere igitur homo non habet laudem, in muliere prædicatur. Nam cum dicit non esse bonum solum esse hominem, confirmat utique bonum esse hominum genus, si virili sexui femineus sexus accedat.

23. Simul illud considerandum, quia ille de terra factus et limo est, ista de viro. Et caro quidem limus; sed ille adhuc informis, iste formatus.

24. Jam illud præclarum Apostolicum arcessamus exemplum, quod habemus scriptum: *Quia relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in Ecclesia* (*Ephes. v, 31, 32*).<sup>a</sup> Advertimus itaque per mulierem cœleste illud impletum esse mysterium **255** Ecclesiæ, in ea gratiam figuratam, propter quam Christus descendit, et æternum illud opus humanæ redemptionis absolvit. Unde et Adam vocavit nomen mulieris suæ vitam (*Gen. ii, 23*); nam et in populis per mulierem successionis humanæ series et propago diffunditur, et per Ecclesiam<sup>b</sup> vita confertur æterna.

#### CAPUT IV.

*Mulieris quam viri levius fuisse peccatum evinci disparitate sexus, tentationis ratione, divina sententia et responsionibus amborum. Post quæ adversus mulierum tentationes viris remedia præcipiuntur: in his maxime earundem jejunantium imitatio.*

25. Sane negare non possumus quod erraverit mulier. <sup>c</sup> Quid miraris tamen si erraverit et infirmior lapsus est sexus, cum sit lapsus etiam fortior? Mulier<sup>d</sup> excusationem habet in peccato, vir non habet. Illa ut Scriptura asserit, a sapientissimo omnium serpente decepta est, tu a muliere: id est, illam superior creatura deceptit, te inferior; te enim mulier deceptit, illam malus licet, tamen angelus. Si tu inferiori non potuisti resistere, quomodo illa potuit superiori? Culpa tua illam absolvit.

26. Si de merito culpæ dubitas, interrogemus sententiam. Illi dictum est: *In tristitia paries filios, et ad virum conversio tua, et ipse tibi dominabitur* (*Ibid., 16*). Viro autem dicitur: *Terra es, et in terram ibis* (*Ibid., 19*). Et vere<sup>e</sup> justa sententia; quandoquidem si Adam quod a Domino Deo audierat, servare non potuit, quomodo potuit servare mulier quod audivit a viro? Si illum Dei vox non confirmavit, quomodo istam vox confirmaret humana?

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *Audivimus itaque*. Hic porro sequentis capituli initium erat in super. edit. Quam autem pulchre, prudentis lectoris esto iudicium.

<sup>b</sup> Tres mss., *et per Ecclesiam filii Dei regenerati augmentantur*: alii autem atque edit. hoc tantum dissident, quod in illis *confertur*, in his *conquiritur* legere est.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *Quid miraris jam, si infirmior lapsus est sexus*.

<sup>d</sup> Obiter advertas licet, ei doctrinæ qua toto hoc capite peccatum Evæ Adamico levius ab Ambrosio defenditur, quodammodo contrariam a beato Thoma doceri 2-2, quæst. 163, art. 4. Etenim quamvis

27. Denique Adam conventus, quod contra divina quæ coram audierat præcepta, gustasset, nihil habuit quod diceret, nisi quod sibi mulier dedisset, et manducasset: mulier autem ait; *Serpens traduxit me, et manducavi* (*Ibid. 13*). Quanto major mulieris absolutio! Ille arguitur, hæc interrogatur. Adde illud, quod et prior culpam fatetur; etenim quæ se<sup>f</sup> dicit esse seductam, testatur errorem. Erroris igitur medicina confessio est.

28. In iudicio ipso quanto clementior mulier viro! Ille mulierem suam accusavit; ista serpentem, hoc est, nec accusata crimen retorsit: sed ipsum accusatorem suum maluit, si posset, absolvere quam ligare.

29. Habes igitur et culpæ absolutionem in confessione, et sententiæ in executione. *In tristitia*, inquit, *paries filios*.<sup>g</sup> Condemnationis suæ pondus agnoscit, munus pœnalis conditionis exsequitur. Pro te mulier doloribus suis militat, **256** et remunerationem ex pœna invenit; ut per filios per quos affligitur, liberetur. Facta est itaque gratia ex injuria, salus ex infirmitate; scriptum est enim: *Quia salva erit per filiorum generationem* (*I Tim. ii, 15*). Cum salute itaque parit, quos in tristitia parturivit: et ad laudem educat, quos peperit cum dolore.

30. Sed dicis, o vir, quia mulier tentatio fuerit viri. Verum est. Jam si est decora, ecce alia tentatio. Tamen Abrahæ descendenti in Ægyptum uxoris pulchritudo non nocuit, immo magis profuit; honoratus est enim per uxorem, non ludibrio habitus in uxore (*Gen. xii, 16, 20*). Cur autem tu vultus decorem in conjuge magis quam morum requiris? Placeat uxor honestate magis quam pulchritudine. Illa eligatur quæ Saram moribus referat. Non est vitium mulieris esse quod nascitur: sed vitium viri est quærere in uxore quo sæpe tentatur; in quo si infirmior fuerit, mulier ipsa labatur: si fortior, vir periclitetur. Non possumus reprehendere divini artificis opus; sed quem delectat corporis pulchritudo, multo magis illa delectet venustas, quæ ad imaginem Dei est intus, non foris comptior.

31. Si ergo uxor tentatio est, esto cautior, quære remedium adversus tentationis periculum: *Vigilate, inquit, et orate, ne intretis tentationem* (*Matth. xvi, 13*). Dominus hoc dixit, vir audivit, mulier implevit. Quotidie mulieres jejnant, et non indicta præstant jejunia: peccatum agnoscunt, accersunt remedium. Semel de interdicto mulier manducavit,

Adami culpam ex conditione personæ graviolem quam Evæ habendam fateatur, per se tamen et ex sui naturæ leviolem fuisse asseverat. Ipsum consule, non secus ac Nicolai notas in eundem locum.

<sup>e</sup> Omnes edit., *Et vere iuxta hanc sententiam*; omnes mss. magis commode, ut nos in textu.

<sup>f</sup> Mss. duo. *Gemet., dicit esse seductam, medicatur*. Hi vero cod. sicut et alii duo Pratel. nimirum et Albin. reliquo tractatu avulso hic desinunt.

<sup>g</sup> Rom. edit., *Commendationis suæ*. Typographi quidem hic error est, sed qui tamen deinceps propagatus fuit in cunctis edit. Parisinis.

et quotidie a jejunio solvit. <sup>b</sup> Qui secutus es errantem, sequere corrigentem. Ambo manducastis, cur sola jejunat; hoc est, ambo deliquistis, cur sola remedium quaerit errori?

## CAPUT V.

*Evam damnationis sententia in Sara tamquam solutam esse, sed multo magis in Maria, quæ virginitate integra Deum genuit, nec non ejusdem virtutis signum extulit. Quam impudenter ipsam virginem perseverasse negarint hæretici, quorum argumenta ex Evangeliiis petita diluuntur.*

32. Veni, Eva, jam sobria; veni, Eva, etsi in te aliquando intemperans, sed jam in prole jejuna. Veni, Eva, jam talis, ut non de paradiso excludaris, sed rapiaris ad cælum. Veni, Eva, jam Sara, quæ parias filios non in tristitia, sed in exultatione: non in mœrore, sed risu. Isaac tibi multiplex nascetur. Veni iterum, Eva, jam Sara, de qua dicatur viro: *Audi Sarai uxorem tuam* (Gen. xxi, 12). Sis tu licet viro subdita, quia esse te decet; cito tamen solvistis sententiam, ut vir te audire jubeatur.

257 33. Si <sup>c</sup>typum Christi illa pariendo a viro meretur audiri, quantum proficit sexus qui Christum, salva tamen virginitate, generavit! Veni ergo, Eva, jam Maria, quæ nobis non solum virginitatis incentivum attulit, sed etiam Deum intulit. Unde latus et exultans tanto munere dicit Esaias: *Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel* (Esai. vii, 14), quod est interpretatum, *nobiscum Deus* (Matth. i, 23). Unde hoc munus? Non de terra utique, sed de cælo vas sibi hoc per quod descenderet Christus elegit, et sacra-

<sup>a</sup> Edit. et quidam mss., *jejunium soloit*.

<sup>b</sup> Illis ipsis verbis Ambrosium adversus Theodosium, dum ipsum post cædem Thessalonicensem Ecclesiæ aditu prohiberet, usum in ejus vita scripsit Paulinus; quam tamen sententiam in Ambrosianis operibus nusquam alibi reperire est.

<sup>c</sup> In Isaac ad sacrificium paterna voluntate destinato figuram Christi exstitisse notius est quam ut probatione indigeat.

<sup>d</sup> Non admodum felix vocabuli *Maria* interpretatio: sed cum moris esset, ut sæpe vidimus, Ambrosio nostro sermonis hebraici peritos in re simili consulere, illi a sciolo aliquo quem falso doctum existimarat, impositum esse credendum est. Quæ vero ejusdem dictionis etymologia proxime sequitur, potior est.

<sup>e</sup> Omnes edit., *fontes Mara*; nimirum cum hebraico textu, et versionibus omnibus præterquam LXX. In his quippe ita legimus: *Ἥραρον δὲ εἰς Μερόρα, καὶ οὐκ ἠδυνάστο πρὸς τὴν Μερόρα*. Ab eis autem mss. nostri nihil dissentit, nisi quod pro *Merrha* scriptorum imperitia exhibent *Mirra*.

<sup>f</sup> Extra controversiam est episcopum tacito nomine hic indicatum Bonosum esse, cujus judicium ad vicinos præsules remisit synodus Capuana. Verum quæ sedes episcopalis ipsius fuerit, obscurius est. Garnerius in suis ad M. Mercatorem commentariis iterum ac tertio, nempe pag. 115, par. II, pag. 130, et Dissert. I de Hæresi et libris Nestorii § 6, id sibi ducit palmarium, quam rem Baron. ad an. 389, Petavius tom. IV Ecclesiasticorum dogmatum lib. XI, affique magni nominis scriptores ignotam sibi esse consueverunt, eam libri a Mercatore

tas vocavit. Unde et speciale Maria Domini hoc nomen invenit, <sup>d</sup> quod significat: Deus ex genere meo.

34. Dictæ sunt et ante Mariæ multæ: nam et Maria soror Aaron dicta fuit (*Exod. xv, 20, 23*); sed illa Maria amaritudo maris vocabatur. Venit ergo Dominus in amaritudinem fragilitatis humanæ, ut conditionis amaritudo dulcesceret, Verbi cœlestis suavitate et gratia temperata. Hoc significavit fons <sup>e</sup> Merrha per lignum dulcoratus; eo quod populus nationum amarus ante peccatis, vel caro nostra temperamento passionis Dominicæ in usus alteros mutaretur.

35. Egregia igitur Maria, quæ signum sacrae virginitatis extulit, et intemeratæ integritatis pium Christo vexillum erexit. Et tamen cum omnes ad cultum virginitatis sanctæ Mariæ advocentur exemplo, fuerunt qui eam negare virginem perseverasse. Hoc tantum sacrilegium silere jamdudum naluimus: sed quia causa vocavit in medium, ita ut ejus prolapsionis etiam <sup>f</sup> Episcopus argueretur, indemnatum non putamus relinquendum; et maxime quia et mulierem eam legimus, sicut qui in Cana Galilææ ipse Dominus ait dicenti sibi: *Vinum non habent, fili*, respondit: *Quid mihi et tibi est, mulier* (*Joan. II, 3, 5*)? Et alibi legimus quod dixerit Matthæus de Joseph et Maria: *Inventa est antequam convenirent, in utero habens de Spiritu sancto* (*Matth. I, 18*). Et infra: *Non cognovit eam, donec peperit* (*Ibid., 19*). Et iterum de Joseph: *Noluit eam traducere* (*Matth. XII, 47*). Et fratres Domini videntur significare, quod de Maria suscepti sint. Et Apostolus ait: *Postquam venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex 258 muliere, factum sub lege*

lucubrati, abs se autem primum vulgati beneficio innotescere, scilicet Sardicensi metropoli præfuisse. Certe quidem Garnerio favet, quod Bonosum causam, propter canones suffraganeis in primatem suum judicandi jus non permittentes, Anysio Thessalonicensi ac Macedonibus episcopis tamquam vicinis demandatam asserit. Nihilominus tamen Luc. Holstenius in Annot. Geogr. de Patriarchatu Rom., pag. 122 et 123, Naissi, quam urbem hic et in Annot. ad Hortellium in Dacia locat, affirmat Bonosum illum sedem tenuisse. At enim objici posset eidem Holstenio, Bonosum, siquidem metropolis Sardicensis suffraganeus erat, a Capuensibus Patribus ex canonum præscripto remittendum fuisse ad primatem suum; nisi admodum credibile videretur illum jam ab eodem primatem condemnatum provocasse, cujus provocationis cognitionem Macedonibus commiserit Capuanus concessus. Etenim gravissimi momenti esse debet ab Holstenio citata Innocentii epistola; in ea quippe asseritur ordinatos a Bonoso in Naisitana Ecclesia fuisse presbyteros atque diaconos, quod soli proprio episcopo, non autem primati canones concedebant. Crediderimus igitur in mss. Garnerianis post vocem *Sardicensis* omissum aliquod verbum, puta provinciam, aut aliud ei cognatum. Hac de re consuli etiam potest, qui et Holstenium secutus est, cl. Hermannus Ambros. Vita: lib. VII, cap. 7. Non est autem prætermittendum Augustinum cognitam non videri eam hæresim, quando nullam illius in Catalogo suo facit mentionem; quin immo de Joviniani, cujus Bonosus fuit sector, hæresi agens, negat ullum episcopum qui eadem sese inflicti passus esset, usquam inventum:

(Gal. iv, 4). Quæ singula <sup>a</sup> enodanda nobis sunt ut qui illa legit, sermonis hujusmodi vinculo non alligetur. Respondeamus itaque suo ordine.

36. De mulieris nomine quid moveamur? Ad sexum retulit; non enim corruptelæ, sed sexus vocabulum est. Vulgi usus non præjudicat veritati. Denique virginitas primum hoc nomen accepit; nam cum sumpsisset Deus unam de costis Adæ, et supplevisset carnem in locum ipsius: *Ædificavit, inquit, eam in mulierem* (Gen. ii, 22). Utique adhuc virum non cognoverat, et jam mulier vocabatur. Rationem quoque nominis hujus Scriptura non tacuit dicens: *Quia dixit Adam: Os de ossibus meis, et caro de carne mea. Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro suo sumpta est* (Ibid., 25). Quia sumpta est, inquit, de viro suo, non quia virum experta. Itaque quamdiu in paradiso fuit, mulier vocata est, et cognita viro non erat: ubi autem ejecta est de paradiso, tunc legitur quia Adam cognovit Evam mulierem suam, et tunc concepit et peperit filium (Gen. iv, 1). Primus igitur solutus est nodus.

37. Secunda quæstio, quia scriptum est, *Antequam convenirent, inventa est in utero habens* (Matth. i, 18). Consuetudo autem divinæ Scripturæ ea est, ut causam quæ suscepta est, astruat, <sup>b</sup> incidentem differat.

38. Quo solvitur etiam tertia quæstio, qua dictum est: *Non cognovit eam, donec peperit Filium* (Ibid., 19). Quid ergo? Postea cognovit? Minime. Denique habes scriptum: *Ego sum Deus, et donec senescatis, ego sum* (Esai. xlvi, 4). Numquid igitur postquam senuerunt, quibus *donec* dictum erat, Deus esse desivit? Item in prophetia David legimus: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (Psal. cix, 1). Numquid subjectis populis nationum, qui ante videbantur inimici, cum salutis auctorem negarent, simulacris servirent, ad dexteram Patris Filius sedere desivit, aut in perpetuum non sedebit?

39. Quid autem præjudicat Mariæ, si cælestis consilii mysterium Joseph non intellexit, et putavit virginem non esse, quam prægnantem videret? Resurrectionem ejus angeli ignoraverunt, quod significant

<sup>a</sup> Edit., *notanda nobis sunt*; mss. melius, *enodanda*, etc. Porro objectiones illæ quæ hic collectim repræsentantur, novæ non erant, nec bononistarum propriæ; ut intelligere est ex Hieron. adversus Helv. et Epiph. adv. Antidicom.

<sup>b</sup> Incidens causa sive quæstio secundarium caput est et minus præcipuum.

<sup>c</sup> Rom. edit. ex uno cod. Vat., *principes vestri*: quod Augustinus etiam legit, cum LXX scilicet, in quibus, *οἱ ἀρχοντες ὑμῶν*. Ambrosiani tamen reliqui mss. ac vel. edit. *principes vestras*: quomodo etiam præferunt vers. Vulg. et Arab. Textus autem Hebraicus ac ceteræ versiones, *Attollite, portæ, capita vestra*. Quod autem Dominicam resurrectionem dicuntur ignorasse Angeli, hoc ipsum Ambrosius jam docuerat lib. ii in Luc. num. 15. Quam doctrinam similiter lib. iv de Fide, cap. 4, sicut et lib. de Initiandis cap. 7 reperies elocutione admodum similiter expositam. Eandem vero fusius enucleat auctor librorum de cælesti Hierarchia cap. 7, § 3, cujus

A versiculi: *Tollite portas, <sup>259</sup> c principes, vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ (Psal. xliii, 7, 8)? Interrogat quasi ignorent; et alii respondent: Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio, ipse est Rex gloriæ. Et repetivit Propheta eodem versiculos, et nihilominus illi quasi ignorantes iterum interrogaverunt; sic enim scriptum est: Tollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ (Ibid. 9, 10)? Quomodo ergo homo potuit divinum scire secretum, quod angeli nesciebant? Et in Esaiæ libro habes: Quis est iste, qui advenit ex Edom; rubor vestimentorum ejus ex Bosor (Esai. lxi, 1)? Et utique minus erat hominem resurrexisse, quam virginem parturisse. Etenim B jam Eliæ precibus, Elisæi orationibus mortui resurrexerant (III Reg. xvii, 22): numquam autem ante, numquam postea virgo generavit (IV Reg. iv, 17).*

40. Hoc autem opinatus est quod traderet eam quasi ream, antequam ab angelo moneretur (Matth. i, 20): postea autem quasi fidelis nec dubius virginitatis ejus servavit oraculum.

## CAPUT VI.

*Solutis aliis duabus circa eandem rem objectionibus, additur absurdum illud futurum fuisse, si Christus matrem in virginitate non perseveraturam elegisset, aut ei præclarissima virginitatis munera denegasset.*

41. Nec illud moveat, quod ait: *Quia Joseph accepit conjugem suam, et profectus est in Ægyptum* (Matth. i, 24); desponsata enim viro conjugis nomen accepit. Cum enim initiatur conjugium (27, q. 2, *Cum initiatur, 1 et 2*), tunc conjugii nomen adsciscitur; <sup>d</sup> non enim defloratio virginitatis facit conjugium, sed pactio conjugalis. Denique cum jungitur puella, conjugium est, non cum virili admixtione cognoscitur.

42. Quod autem fuit desponsata connubio, <sup>e</sup> licet alibi plenius dixerimus, libere nunc satis est causam cælestis mysterii; ut ab his qui Mariam gravi utero cernerent, non adulterium virginitatis, sed desponsatæ partus legitimus crederetur. Maluit enim Dominus aliquos de sua generatione, quam de matris pudore dubitare.

D locum Angelicus doctor sibi objicit et solvit, i parte, quæst. 107, art. 4, ad 4, quem consule.

<sup>d</sup> Planum fit ex hoc loco non in consummatione, sed in mutuo consensu, conjugii naturam constitui ab Ambrosio. Quæ quidem in re cum eo consentiunt Hieronymus, Augustinus et ceteri Patres: quos in hoc postea Gratianus in Decreto, Pet. Lombardus in lib. iv Senten., dist. 27, et alii canonistæ theologique secuti sunt.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola *cum alibi*, etc.; verum retinenda vox *licet* aliarum ac mss. auctoritate; plus enim hoc loco significatur quam exprimitur: atque adeo post voces, *plenius dixerimus*, mente utique supplendum videtur, *ac proinde facile esset plura dicere*. Hic porro indicatur expositionis in Lucam l. ii, ubi non solum hæc, sed et reliquis ejus objectionibus fuse respondetur. Et hinc etiam patet virum sanctum, dum supra dixit, *silere jamdudum maluimus*, non de doctrina ipsa, sed tantum de personis quas illic ex industria non indicaverat, intelligendum.

43. Fratres autem gentis, et generis, populi quoque consortium nuncupari docet Dominus ipse, qui dicit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis: in media Ecclesiae laudabo te (Psal. xxi, 23)*. Paulus quoque **260** ait: *Oportebat ego anathema esse pro fratribus meis (Rom. ix, 3)*. Potuerunt autem <sup>a</sup> fratres esse ex Joseph, non ex Maria. Quod quidem si quis diligentius prosequatur, inueniet. Nos ea prosequenda non putauimus, quoniam fraternaliter nomen liquet pluribus esse commune.

44. An vero Dominus Jesus eam sibi matrem eligeret, quæ virili semine aulam posset iucestare cœlestem, quasi eam cui impossibile esset virginalis pudoris servare custodiam? Cujus exemplo cæteræ ad integritatis studium provocantur, ipsa ab hujusmodi quod per se cæteris propositum foret, munere **B** deviare.

45. Et quæ esset, <sup>b</sup> cui majus quam matri Dominus meritum reponeret, præmium reservaret? Nulli enim uberiora quam virginitati deputavit munera, sicut Scriptura nos docet. Sic enim per Esaiam Dominus locutus est: *Ne dicat spado, quia ego sum lignum aridum. Hæc dicit Dominus spadonibus: Quicumque custodierint præcepta mea, et elegerint quæ ego volo, et amplectentur testamentum meum, dabo illis in domo mea et in muro meo locum nominatum meliorem, et filiorum et filiarum nomen æternum dabo illis, et non deficient (Esai. lvi, 3 et seq.)*. Aliis promittit ut non deficient: matrem suam dedecere patiebatur? Sed non deficit Maria, non deficit virginitatis magistra; nec fieri poterat ut quæ Deum portaverat, portandum hominem arbitraretur: nec Joseph vir justus in hanc prorupisset amentiam, ut matri Domini corporeo concubitu nasceret.

#### CAPUT VII.

*Ubi probatum est Mariam perseverasse in integritate virginea, ex eo quod in matrem discipulo data fuerit; confirmatur virginitatis propositum ab ea minime mutari potuisse, cujus tanta constantia in Filii passione, tantaque virtus in Baptistæ exultatione præfulserit.*

46. Sed tamen Maria suis, non alienis moribus defendatur. Non defecit, ut dixi. Ipse testis est Filius Dei,

<sup>a</sup> Hanc opinionem Hieronymus in cap. i Epist. ad Gal. refert ac refellit: cui quidem hæc in re communiter subscribit schola theologorum.

<sup>b</sup> Ambrosianum hoc principium qui intemperatam Mariæ conceptionem defendunt, quam latissime solent extendere: contra vero illud intra certos limites restringendum autumant oppositæ sententiæ propugnatores. Et certe negari non potest, quin ei quandoque termini sui tribuendi sint: qua de re adis Th. Reinandum in *Diptyc. Marianis*, non uno loco.

<sup>c</sup> Si quæ hoc fere toto capite dicuntur, cum libri ii in Luc. num. 130 et seq., nec non cum loco ejusdem argumenti ex Epist. ad Vercell. contuleris, tantam in illis deprehendes consensionem, ut tria hæc opera ejusdem auctoris esse non sis negaturus.

<sup>d</sup> Duo sunt hoc loco animadvertenda: primum est utrum Ambrosius noster qui superioris capitis initio verum inter Mariam ac Joseph matrimonium visus est agnoscere, hic sibi ipse sit contrarius: alterum,

qui cum esset in cruce, discipulum matri commendabat ut filium: discipulo eam tradebat ut matrem (Joan. xix, 26, 27). Docuit hoc Joannes, qui mystica magis scripsit; alii enim Evangelistæ scripserunt quod in passione Domini terra contremuit, sol refugit, persecutoribus venia postulata est: iste dilectus Domini, qui e pectore ejus hauserat secreta sapientiæ, et piæ voluntatis arcana ab aliis dicta (Matth. xxvii, 51 et seq.) præteriens, **261** hoc diligentius prosecutus est, ut maternæ virginitatis perseverantiam suo judicio comprobaret (Joan. xiii, 23); quasi filius de matris pudore sollicitus, ne quis eam tanto convicio temerariæ integritatis aspergeret.

47. Dignum quippe erat ut qui latroni veniam donabat, matrem dubio pudoris absolveret. Dicit enim ad matrem: *Mulier, ecce filius tuus. Dicit et ad discipulum: Ecce mater tua (Luc. xiii, 43)*. Ipse est discipulus, cui mater commendatur. Quomodo <sup>d</sup> marito uxorem tolleret, si fuerat Maria mixta conjugio, aut usum tori conjugalis agnoverat?

48. <sup>e</sup> Claudite ora, impii: aperite aures, pii: audite quid Christus loquatur. Testatur de cruce Dominus Jesus (Joan. xix, 26), et paulisper publicanum differt salutem, ne matrem inhonorem relinquat. Subscribitur Joannes testamento Christi. Legatur matri pudoris defensio, testimonium integritatis: legatur et discipulo matris custodia, pietatis gratia. *Et ex illo suscepit eam discipulus in sua (Ibid. 27)*. Non utique Christus faciebat divortium, non Maria relinquebat virum. Sed cum quo virgo habitare debebat, quam cum eo quem filii hæredem, integritatis sciret esse custodem?

49. Stabat ante crucem mater, et fugientibus viris, stabat intrepida. Videte utrum pudorem mutare potuerit mater Jesu, quæ animum non movit. Spectabat piis oculis filii vulnera, per quem sciebat omnibus futuram redemptionem. Stabat non degeneri mater spectaculo, quæ non metuebat peremptorem. Pendebat in cruce filius, mater se persecutoribus offerebat. Si hoc solum esset, ut ante filium prosterneretur, laudandus pietatis affectus, quod superstes filio esse volebat: sin vero ut cum filio moretetur, cum eodem gestiebat resurgere, non ignara mysterii quod genuisset resurrecturam: simul quæ publico usui im-

an scholastici ex hac Ambrosiana doctrina suam matrimonii rati a consummato distinctionem recte deducant. Sed a se minime dissidet sanctus doctor; id enim tantummodo hic negat, uxorem ex qua maritus liberos procreaverit, aut quæcum conjugalem habet consuetudinem, ab illo sine injuria avelli posse: contra vero eam quæ cum conjuge tamquam cum fratre semper vixerit, a viri contubernio segregari jus fasque esse; modo causa propter quam copulati fuerant, sublata sit. Atqui nullo modo hinc consequitur solvi hæc ratione vinculum conjugale, et eis qui sic fuerint separati, licere novum cum aliis inire conjugium; quod tamen inde confici posse memorati Theologi defendunt.

<sup>e</sup> Hic septimi capitis initium erat: sed quia liquet illud, non secus ac duorum sequentium, alieno loco positum fuisse, ipsum perinde ac alia memoratorum capitum initia commodius alio transferri non dubitavimus: quod et fecimus.

pendi mortem filii noverat, præstolabatur si forte etiam sua morte publico muneri aliquid adderetur. Sed Christi passio adiutorio non eguit, sicut ipse Dominus longe ante prædixit: *Et respexi, et non erat auxiliator: et attendi, et nemo suscipiebat; et liberabo eos brachio meo (Esai. LXIII, 5).*

50. Quomodo ergo extorqueri potuit integritas Mariæ, quæ fugientibus apostolis, supplicia non metuebat, sed ipsa se offerebat periculis? Cujus tanta gratia, ut non solum in se virginitatis gratiam reservaret, sed etiam his quos viseret, integritatis insigne conferret. Visitavit Joannem Baptistam, et in utero matris priusquam nasceretur, exsilivit (*Luc. I, 41*). Ad **262** vocem Mariæ exsultavit infantulus, obsecutus antequam genitus. Nec immerito mansit integer corpore, quem tribus mensibus oleo quodam suæ præsentis et integritatis unguento Domini mater exercuit. Eademque postea Joanni Evangelistæ est tradita conjugium nescienti. Unde non miror præcæteris locutum mysteria divina, cui præsto erat aula cælestium sacramentorum.

#### CAPUT VIII.

*Ezechielis testimonia, et potissimum quod habet de porta non aperienda, in Mariam quadrare; utpote per quam non reseratam transierit solus Christus, sicque illam confortaverit, ut postea ne Josepho quidem patefacta sit.*

51. Nunc mihi dicant qui hanc quæstionem serunt, quid est quod ait Dominus per prophetam: *Nunc revocabo captivitatem Jacob, et miserabor adhuc domus Israel (Ezech. XXXIX, 25)*. Et infra, <sup>a</sup> *Congregabo, inquit, de gentibus eos, et congregabo illos de regionibus nationum, et sanctificabor in his in conspectu gentium: et scient quod ego sum Dominus Deus ipsorum, dum apparebo illis inter nationes; et non avertam amplius faciem meam ab eis, pro eo quod effudi iram meam in domum Israel, dicit Dominus (Ibid., 27 et seq.).*

52. Et infra dicit propheta vidisse se in monte alto nimis ædificationem civitatis (*Ezech. XL, 2 et seq.*), cujus portæ plurimæ significantur; una tamen clausa describitur, de qua sic ait: <sup>b</sup> *Et converti me secundum viam portæ sanctorum exterioris, quæ respicit ad Orientem, et hæc erat clausa. Et ait ad me Dominus: Porta hæc clausa erit, et non aperiatur, et nemo transibit per eam; quoniam Dominus Deus Israel transibit per eam. Eritque clausa, quoniam dux hic sedebit in ea, ut manducet panem in conspectu Domini. Secundum viam <sup>c</sup> Ælam portæ intrabit, et secundum viam*

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac mss. quibus favet versio Syriaca. Rom. autem edit. cum textu Hebr. et reliquis vers., *reducam. LXX, Ἐν τῷ ἀποστρέψαι με, etc.*

<sup>b</sup> Rom. edit. cum textu Hebr. et omnibus omnino vers., *Et convertit me*: vet. autem edit. ac mss., *Et converti me*. Forte an Ambrosius pro *ἰπέστρεψα* in cod. suo legerit *ἰπέστρεψα*, facili mutatione.

<sup>c</sup> Dictionem *Ælam* quæ aberat a cunctis edit. ex mss. restituiimus. Hanc etiam habent LXX quam aliæ versiones interpretantur: *viam portæ vestibuli, vel porticus.*

*ejus exhibit (Ezech. XLIV, 1 et seq.)*. Quæ est hæc porta, nisi Maria; ideo clausa, quia virgo? Porta igitur Maria, per quam Christus intravit in hunc mundum, quando virginali fusus est partu, <sup>d</sup> et genitalia virginitatis claustra non solvit. Mansit intermeratum septum pudoris, et inviolata integritatis duravere signacula; cum exiret ex virgine, cujus altitudinem mundus sustinere non posset.

53. *Hæc, inquit, porta clausa erit, et non aperiatur*. Bona porta Maria, quæ clausa erat, et non aperiatur. Transivit per eam Christus, sed non aperuit.

54. Et ut doceamus quia portam habet omnis **263** homo, per quam Christus ingreditur: *Tollite, inquit, portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ (Psal. XXIII, 7)*.

Quanto magis ergo porta erat in Maria, in qua sedit Christus, et exivit? Est enim et porta ventris. Unde ait Job sanctus: *Intenebrescant, inquit, stellæ noctis illius; quia non conclusit portas ventris matris meæ (Job. III, 9, 10)*.

55. Est ergo et porta ventris, <sup>e</sup> sed non clausa semper: verum una sola potuit manere clausa, per quam sine dispendio claustrorum genitalium virginis partus exivit. Ideo ait propheta (*Ezech. XLIV, 2*): *Porta hæc clausa erit: non aperiatur, et nemo transibit per eam, hoc est, nemo hominum; quoniam Dominus, inquit, Deus Israel transibit per eam. Eritque clausa, id est, ante et post transitum Domini erit clausa: et non aperiatur a quoquam, nec aperta est; quoniam habuit semper janua suam Christum, qui dixit: Ego sum janua (Joan. X, 7), quam nemo ab ea potuit avellere.*

56. Hæc porta ad orientem aspiciebat; quoniam verum lumen effudit, quæ generavit Orientem, peperitque Solem justitiæ. Audiant ergo imprudentes: *Clausam, inquit, erit hæc porta, quæ solum recipit Deum Israel. Is igitur de quo dictum est ad Ecclesiam: Quoniam confortavit serus portarum tuarum (Ps. XCLVII, 13), suam portam confortare non potuit? Sed confirmavit profecto, et servavit intactam. Denique non est aperta.*

57. Audiant igitur prophetam dicentem: *Non aperiatur, eritque clausa, hoc est, non aperiatur ab eo cui desponsabitur; non licebit enim ut aperiatur, per quam Dominus transibit. Et post eum, inquit, erit clausa, hoc est, non aperiet eam Joseph; quoniam dicitur ei: Noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim ex ea nascetur, de Spiritu sancto est (Matth. I, 20)*.

<sup>d</sup> Locus hic difficultatem alterius e libro II Expos. in Lucam, quo maternam vulvam aperuisse Christus dicitur, penitus solvit. Ostendit enim illic Ambrosium eo modo non ob aliud locutum, quam ut Moysis elocutioni suam accommodaret: nihil autem ea significatum voluisse, nisi solum Christi exitum, sed virginitatis septis ac signis, qualia fuerant ante partum, in ipso partu et postea usque perseverantibus. Vide quæ citato libro Expos. in Lucam, col. 1360, num. 57, subnotavimus.

<sup>e</sup> Edit. sed non omnis clausa semper.

## CAPUT IX.

Quomodo variis symbolis virginitas significetur, quidve ex eorum singulis discere debeant sacræ virgines?

58. Porta ergo clausa virginitas est: et hortus clausus virginitas: et fons signatus virginitas. Audi, virgo, diligentius apertis auribus, et clauso pudore, aperi manus, ut te pauper agnoscat: claude ostium, ne temerator irrepat: aperi mentem, serva signaculum.

59. Virga quoque a radice virginitas est, sic enim scriptum est: *Exiet virga a radice Jesse, et flos a radice ejus ascendet (Esai. xi, 1)*. Non cavata est hæc virga, sed solida. Nemo ergo adurat virgam tuam, ut florem tuum custodias. Virga es, o virgo, non curveris, non inflectaris in terram, ut in te flos paternæ radicis ascendat.

60. Hortus clausus es, virgo, serva fructus tuos: **264** non ascendat in te spinæ, sed uvæ tuæ florent. Hortus clausus es, filia, nemo auferat sepem tui pudoris: quia scriptum est: *Et destruentem sepem mordebit serpens (Eccles. x, 8)*. Sed illam solam auferat, de qua dictum est: *Quid incisa est sepi (Gen. xxxviii, 29)*? Nemo parietem tuum destruat, ne sis in conculcationem. Paradisus es, virgo, Evam cave.

61. Fons signatus es, virgo, nemo aquam tuam polluat, nemo conturbet; ut imaginem tuam in fonte tuo semper attendas.

62. Porta clausa es, virgo, nemo aperiat januam tuam, quam semel clausit Sanctus et Verus, qui habet clavim David, qui aperit, et nemo claudit: claudit et nemo aperit (*Apoc. iii, 7*). Aperuit tibi Scripturas, nemo eas claudit: clausit pudorem tuum, nemo aperiat eum.

## CAPUT X.

*Innitur virginitatem coronam esse in manu Domini, quem unum non secundum perinde ac Patrem et Spiritum produunt Scripturæ. In hoc obijciunt Evangelii textum hæretici, at illo per alia testimonia soluto, fides catholica de Trinitate confirmatur.*

63. Venio, inquit, cito, tene quod habes: nemo accipiat coronam tuam (*Apoc. iii, 11*). Quæ est corona tua, nisi illa de qua dictum est: *Et eris corona decoris in manu Domini (Esai. lxxii, 3)*?

64. Quis hoc dicit, nisi ille de quo dixit Ecclesiastes: *Est unus et non est secundus (Eccles. iv, 8)*? Quis est iste, nisi ille de quo dictum est: *Magister vester*

*A unus est Christus (Matth. xxiii, 10)*? Unus est, quia unigenitus Dei filius: quia solus, ut scriptum est: *Quia expandit cælum solus, et ambulat sicut in terra super mare (Job. ix, 8)*. Hic ergo non secundus, quia primus est: non est secundus, quia unus est: *Unus Deus pater, ex quo omnia, et nos in illo: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum (I Cor. viii, 6)*. Unus Deus Pater, <sup>a</sup> et unus Deus Filius, et unus Spiritus sanctus, sicut scriptum est: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult (I Cor. xii, 11)*. Unus, inquit, quia unus Deus. Nullus secundus; quia quod vult facit, non quod imperatur. Unus ergo Pater Deus, et unus Dei Filius. Unus et unus, quia non sunt duo dii. Unus Filius; quia cum Patre unum **B** est, sicut ipse dixit: *Ego et Pater unum sumus (Joan. x, 29)*. Et unus Spiritus, quia unitas Trinitatis est, non ordine distincta, nec tempore.

65. Sed <sup>b</sup> dicunt lectum: *Ite, baptizate gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti (Matth. xxviii, 19)*; et obijciunt, quia primo Patrem nominavit, secundo Filium, tertio Spiritum sanctum. Numquid ergo, quia dicit Evangelium: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum (Joan. i, 1)*, inferiorem significavit Patrem; quia primo Verbum **265** Dei in principio semper esse ac fuisse memoravit? Aut cum dixit Apostolus: *In regno Christi et Dei (Ephes. v, 5)*, ordinem fecit? Aut cum dicit ipse Dominus Jesus: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem (Luc. iv, 18)*, eminentiorem Filio Dei Spiritum esse testatus est?

66. Advertis, virgo, quemadmodum ista solvantur. Aperi ad hæc aures tuas, os tuum claude. Aperi aures, ut fidem audias: claude os, ut teneas <sup>c</sup> verecundiam.

67. Deinde illud legunt, quia dixit: *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*; et non intelligunt quod ante præmiserit: *In nomine*, inquit. Tres personas quidem significavit, sed unum Trinitatis nomen asseruit.

68. Unus itaque Deus, unum nomen, una divinitas, una majestas. Nullus ergo secundus: quia principium omnium Trinitas est, et Trinitatis primatus super omnia est. Ergo unus et non est secundus. Unus est, qui secundum non habet; quia unicus solus sine

<sup>a</sup> Edit., et unus Dei Filius; mss., et unus Deus Filius. Magis commode.

<sup>b</sup> Dubium hic incidere potest utrum in verbo dicunt intelligendi sint Bonosiani? Certe quidem neque Ambrosius supra c. 5, neque Bonosius in ea ep. qua sui iudicium ad Macedones episcopos remittit, hanc eis hæresim attribuit. Sed respondere non difficile est, in opere quod instituendæ virginitatis causa susceptum esset, eum errorem qui ex diametro virginitati opponitur, ante omnia refutandum fuisse: in Capuensi autem synodo non agendum nisi de dogmate eisdem hæreticis proprio; cum illud quod ipsis atque Arianis erat commune, satis superque jam Ecclesiæ auctoritas confodisset. Quod tamen obiter hic refellere minime negligit idem præsul, quia qui Christi negaverit divinitatem, vix unquam de Mariæ virginitate

**D** perpetua recte sentiat. Porro non injuria hoc loco designari Bonosianos vel hinc intelligas, quod cum illis Photiniani, quos Christi æternitati hostes infensissimos ex Ariana hæresi pullulasse constat, ita postea confusi fuerint, ut hi amisso proprio nomine, in Bonosiacorum transierint appellationem, quemadmodum Gennadius lib. de Scriptor. Eccles. cap. 44 testificatur. Concilium etiam Arelat. ii, can. 16 et 17, docet ex Photinianorum errore venire Bonosiacos, licet quæ de utrorumque baptismo illic traduntur, indicent in eorum doctrina aliquid exstitisse discriminis. Adi quoque Gelasii decretum de lib. prohibitis, ubi conjungi ab eo videntur utrique hæretici.

<sup>c</sup> Mss. verecundiam Dei. De illo legunt, etc. Minus concinne.

peccato, solus sine adjutorio, qui ait : *Respezi, et A non erat adjutor (Esai. LXIII, 5).*

## CAPUT XI.

*Cum tantopere pro nobis laboraverit Christus, ei uni laborare nos oportere. Ipsum non legi secundum esse; nisi tantum quatenus homo est, quo sensu etiam novissimus appellatur. Et huc locus Ecclesiasticis atque Elisæi exemplum adaptantur.*

69. *Non est finis labori ejus (Eccles. iv, 8);* quia pro omnibus advocatus noster est apud Patrem, et infirmitates nostras suscepit, et pro nobis dolet, pro nobis infirmatur, sicut ait : *Æger eram, et non visitasti me (Matth. xxv, 43).*

70. *Cujus oculus non satiatur divitiis (Ibid.);* quia ipse est altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, in quo sunt thesauri mysteriorum cælestium. **B** Cur ergo sæculo potius laboramus, et fraudamus animam nostram tantæ bonitatis dispendio, qui nulli alii nisi huic servire Domino debemus?

71. Hic ergo non est secundus. Ego certe hoc testimonium defero : lego quia primus est, lego quia non est secundus. Illi qui secundum aiunt, doceant lectione.

72. Sed dicit aliquis quia scriptum est : *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis (1 Cor. xv, 47).* <sup>a</sup> Verum attende quid dicat. *Secundus, inquit, homo; quasi hominem secundum dixit. Et ego dico quia primus est secundum divinitatem, ante quem nullus : secundus autem secundum carnem, quia post Adam.*

73. Ego plus dico, non solum ego secundum hominem, sed etiam novissimum. Denique sic habes scriptum : *Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem (Ibid., 45).* Vide clementiam Christi : ipse est **266** primus et novissimus. Qui primus erat, propter nos se novissimum fecit. Primus, quia per ipsum omnia : novissimus, quia per ipsum resurrectio. Descendit enim et projecit se, ut caderet, infra omnes se faciens ut omnes jacentes levaret.

74. Unde et ait Ecclesiastes : *Quia si ceciderit unus, alter eriget socium suum : et <sup>b</sup> vix illi uni cum ceciderit, et non est secundus, ut eum erigat. Et quidem si dormiant duo, est calor illis : et unus, quomodo calefet (Eccles. ix, 4, 10, 11)?* Hoc est, qui Christum habet secum, etsi ceciderit, resurget : etsi mortuus fuerit, reviviscet ; quia <sup>c</sup> adest illi qui venit ignem in terram mittere (*Luc. xii, 49*). Denique et Elisæus cum puerum resuscitaret, insufflavit illi (*IV Reg. iv, 34*), ut infunderet vitæ calorem. Habeto ergo tecum hunc ignem in pectore tuo, qui te resuscitet ; ne frigus tibi perpetuæ mortis irrepat.

<sup>a</sup> Ita mss.; edit. autem, *Verum ante videamus de quo dicat.* Cæterum idem, Epiphonio teste, Photinus quoque objiciebat ; unde optime id confirmatur, Photini discipulo, qualem Bonosum fuisse supra ostendimus, hic respondere sanctum doctorem.

<sup>b</sup> Edit., *vix illi qui unicus ceciderit* ; mss., *vix illi uni cum ceciderit.* Magis scite, LXX enim, *ὁὐαὶ ἀὐτῶν τῶ ἐνὶ ὄταν πέσῃ*, etc.

<sup>c</sup> Omnes edit., *adest ille* ; mss., *adest illi.* Optime,

75. Hic ergo juvenis se projecit, qui venit per Mariam, et infundebat vitæ calorem pectoribus audientium. Unde dicunt illi in Evangelio : *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret nobis Scripturas (Luc. xxiv, 32)?*

## CAPUT XII.

*Christum juvenis secundi nomine ab Ecclesiaste designatum cum aliis locis, tum hujus ipsius continuatione intelligi : cum igitur esse qui et transisse portam, et in ea sedens manducasse describitur.*

76. Hic est juvenis secundus, ut dicit Ecclesiastes : *Vidi universos qui vivunt, qui ambulant sub sole cum juvene secundo, <sup>d</sup> quis resurget pro eo (Eccles. iv, 15)?* Quis enim pro Christo resurget, cum ille pro omnibus resurrexerit, et in illo omnes resurrexerint, cum spem resurrectionis acceperint?

77. De Christo autem dictum liquet, quando advertis congruere istum locum cum benedictione vel prophetia Jacob, qui ait de Juda : *Quis suscitabit eum (Gen. xlix, 9)?* Non utique alter ; quia ipse se suscitavit, sicut ipse ait : *Solvite templum hoc, et in tri-duo resuscitabo illud (Joan. ii, 19).* Hoc autem dicebat de templo corporis sui.

78. Illud quoque vere Christo convenit soli, quod addidit : *Non est finis omni populo ejus (Eccles. iv, 16);* quia populus Christi innumerabilis finem non habet, cui fides resurrectionis æternæ <sup>e</sup> perpetuæ vitæ acquirit ætatem. Secundum carnem itaque et juvenem dictum, et cadere vel resurgere dubium non est. Denique et illud annexuit ; quia optimus puer pauper et sapiens (*Ibid. 13*) : pauper enim factus est, cum dives esset.

79. Ipse ergo rex Israel transivit hanc portam, ipse dux sedit in ea ; quando Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (*Joan. i, 14*), quasi Rex sedens in aula regali uteri virginalis, vel in olla ferventi, sicut scriptum est : *Moueb aula spei, vel olla spei meæ (Psal. lxxix, 10).* Utrumque enim diversis in codicibus invenitur. Aula regalis est virgo, quæ non est viro subdita, sed Deo soli. Est et olla **267** uterus Mariæ, quæ Spiritu ferventi qui supervenit in eam, replevit orbem terrarum, cum peperit Salvatorem.

80. Qui manducavit in porta sedens (*Ezech. xliiv, 5*), utique cibum illum de quo dicit : *Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei qui in cælo est (Joan. iv, 34).*

## CAPUT XIII.

*Mariæ virginitatem pulchre designari per ollam ac nubem levem : hujus nubis pluviam pleribus typis in*

ut referatur ad eum qui ceciderit, et relativi qui subintelligatur antecedens is aut alius. Infra vero ubi edit. vet. ac mss., *Hic ergo juvenis*, ultimæ voci spongiam induxit Rom. edit. Non satis recte.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, *quis resurget cum eo* ; sed aliarum et mss. lectioni favent etiam LXX, quorum hæc verba sunt, *ὁς ἀναστήσεται αὐτοῦ*, etc., his etiam nec discrepant aliæ versiones.

<sup>e</sup> Mss., *perpetuitate acquirat ætatem.*



valeri fœdere præsignatam a virginibus colligi, non secus ac effocissimum illius ollæ unguentum excipi oportere; nec paupertatem ab ullo prætexendam, sed adhibendam præparationem.

81. O divitias Marianæ virginitatis! Quasi olla feruit, et quasi nubes pluit in terras gratiam Christi; scriptum est enim de ea: *Ecce Dominus venit sedens super nubem levem* (Esai. xix, 4). Vere levem quæ conjugii onera necivit: vere levem, quæ levavit hunc modum de gravi fœnore peccatorum. Levis erat, quæ remissionem peccatorum utero gestabat. Denique levavit Joannem in utero constitutum, qui ad vocem ejus exsilivit, et infans exsultavit in gaudio, prius sensu devotionis quam spiritus infusione vitalis animatus (Luc. 1, 41).

82. Excipite igitur, excipite, sacræ virgines, nubes hujus pluviam spiritalem, temperamentum flagrantiae corporalis; ut corporis omnes restinguatis ardores, atque interna mentis vestræ humescant. Hujus imbrem nubes sacratæ patres nostri annuntiaverunt vobis salutem mundi futuram (Ps. lxxi, 6). Hunc imbrem significabant esse venturum stillicidia stillantia super terram, quæ Hierobaal poposcit et meruit. Bonam nubem sequimini, quæ fontem intra se genuit, quo rigavit orbem terrarum (Judic. vi, 36 et seq.). Excipite ergo voluntariam pluviam, pluviam benedictionis, quam hæreditati suæ Dominus effudit. Excipite aquam, et non effluat vobis; quia nubes est, diluat vos, et sacro humore perfundat; quia olla est, spiritu vaporet æterno.

83. Excipite itaque ex hac Moabitide olla gratiæ cœlestis unguentum, nec verecimini ne deficiat: quod exinanitum est, et plus redundat; quia in omnem terram odor ejus exivit (Ps. lxx, 40), sicut scriptum est: *Unguentum exinanitum est non in turum; ideo adolescentulæ dilexerunt is* (Cant. 1, 2). Descendat istud unguentum in ima præcordia, viscerumque secreta, quo non deliciarum odores sancta Maria, sed divinæ gratiæ spiramenta redolebat.

84. Hæc pluvia Evæ restinxit appetentiam: hoc unguentum fœtorem hæreditarii erroris ~~266~~ abstersit, hæc unguentum Maria soror Lazari in pedes Domini effudit, et tota domus pio repleta odore fragavit (Joan. xii, 3).

85. Nec ulla se pauperem putet, nulla se arbitretur inopem, nulla metuat ne pretiosam hoc unguen-

alum emere non possit, aut fontem istum putet esse venalem. Qui sitiis, inquit, *ite ad aquam: et quicumque non habetis argentum, ite et emite, et bibite sine argento* (Esai. lv, 4). Et supra ait: *Gratis venundati estis, et sine argento redimemini* (Esai. lxi, 3). Ideo pauper factus est Dominus, cum dives esset; ut eum omnes emant, et egenos præcipue sua paupertate locupletet.

86. Parate igitur vasa Domini, ut excipiatis hunc fontem aquæ vivæ, fontem virginitatis, integritatis unguentum, odorem fidei, et suavis misericordiæ gratia florulentum. Induamini agni ejus innocentiam, qui cum malediceretur, non renaledixit: cum percuteretur, non repercutit (I Petr. ii, 23).

#### CAPUT XIV.

B Quo virgines acrius impelluntur ad Mariæ imitationem, ostenditur multa quæ mystice dicta sunt de Ecclesia, eidem quoque Desiparæ virgini competere.

87. Hanc imitamini, Alia, cui pulchre convenit illud quod de Ecclesia prophetatum est: *Speciosi facti sunt gressus tui in calceamentis, filia Aminadab* (Cant. vii, 4);<sup>d</sup> eo quod speciose Ecclesia Evangelii prædicatione processit. Speciose procedit anima, quæ corpore velut calcamento utitur; e ut quo velit, suum possit sine impedimento ullo circumferre vestigium.

88. In hoc calcamento speciose processit Maria, quæ sine ulla commixtione corporeæ consuetudinis auctorem salutis Virgo generavit. Unde egregie Joannes ait: *Non sum dignus solvere corrigium calceamentorum ejus* (Joan. 1, 27), id est, non sum dignus Incarnationis mysterium comprehendere angustiis mentis humanæ, atque inopis villitate sermonis absolvere. Unde et Esaias dicit: *Generationem ejus quis enarrabit* (Esai. lxxxiii, 8)? Speciosi ergo gressus vel Mariæ vel Ecclesiæ; quoniam speciosi pedes evangelizantium.

89. Quam pulchra etiam illa quæ in figura Ecclesiæ de Maria prophetata sunt; si tamen non membra corporis, sed mysteria generationis ejus intendas! Dicitur enim ad eam: *Moduli femorum tuorum similes torquibus, operi manuum artificis. Umbilicus tuus crater tornatis non deficiens mixto. Venter tuus sicut acervus tritici muniti inter lilia* (Cant. vii, 4 et seq.); eo quod e continens sibi in omnibus Chri-

<sup>a</sup> Edit., in animæ præcordia; mss., in ima præcordia.

<sup>b</sup> Mss., gratiæ florulentam induamini, etc.

<sup>c</sup> Ita edit. mss. autem, *svi dictum est: Speciosi, etc.* Iterum vero ubi edit., *eo quod speciose Ecclesia*, mss. habent, *eo quod speciosa*; minus concinne, ut sequentia docent.

<sup>d</sup> Mss. duo, *eo quod speciosa Ecclesia*.

<sup>e</sup> Sententia in ms. uno sic invertitur, *ut quo possit, suum vestit*, etc.

<sup>f</sup> Vet. edit., *opera manuum artificis*; Rom., *opere manuum artificis*; mss. denique, *operi manuum artificis*. LXX autem omnibus fere patrocinantur; eorum enim mss. partim legunt, *ἔργον τεχνίτου*, partim, *ἔργον χειρῶν τεχνίτου*. Infra vero ubi vet. edit. ac

mss., *minuti inter lilia*, Rom. edit. restituit, *muniti*, etc.: quæ quidem videtur vera lectio, cum LXX constanter præferant, *πεπραγμένοι ἐν χρινοῖς*.

<sup>g</sup> Ita mss. nisi quod habent *onerare*, pro quo *honorare* ex edit. retinimus: totum vero locum eadem edit. exhibent in hæc verba, *continens sibi sit in omnibus Christi ortus. Sicut victores, etc.* Idem autem est hoc loco *continens sibi*, atque sibi congruens et coherens; quo significatum voluit sanctus Doctor Christum in ortu suo perfectiones tam inter se connexas habuisse, ut coronam efficere quodammodo videantur. Cæterum quod significat moris fuisse ut certaminum victores torquibus donarentur, tam crebra scriptorum testimonia exploratum faciunt, ut de illis in medium proferendis non sit laborandum.

sti ortus ex Virgine, sicut victores solent sæcularium præliorum, strenuorum virorum **269** donatis torquibus honorare cervices; ita jugum nostrum levavit, ut fidelium colla virtutis insignibus coronaret.

90. Vere autem alvus ille Mariæ crater tornatilis, in quo erat Sapientia, quæ miscuit in cratere vinum suum, indeficientem cognitionis piæ gratiam divinitatis suæ plenitudine subministrans (*Prov. ix, 2*).

91. In quo virginis utero simul acervus tritici, et lili floribus gratia germinabat; quoniam et granum tritici generabat, et lilium. Granum tritici secundum quod scriptum est: *Amen, amen dico vobis, nisi granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum munit* (*Joan. xii, 24*). Sed quia de uno grano tritici acervus est factus, completum est illud propheticum: *Et convalles abundabunt frumento* (*Ps. lxxiv, 14*), quia granum illud mortuum, plurimum fructum attulit. Hoc itaque granum omnes homines perpetua cælestium munerum esca saturavit: consummatumque est illud prophetici oris eloquium, dicente eodem David: *Cibavit eos ex adipe frumenti, et de petra melle saturavit eos* (*Ps. lxxx, 17*).

92. In hoc grano esse etiam lilium divina testantur oracula; quia scriptum est: *Ego sum flos campi, et lilium convallium: sicut lilium in medio spinarum* (*Cant. ii, 1*). Christus erat lilium in medio spinarum, quando erat in medio Judæorum.

#### CAPUT XV.

*Virgines quodam singulari modo dici posse lilia Christi; Christum vero ipsum recte per acervum tritici liliis circumdatum adumbrari; quippe qui et Ecclesiam secundaverit, et diversorum retulerit coronas certaminum.*

93. Audi, virgo, quid dicat: *Lilium, inquit, convallium* Christus, id est, humilium animarum et mitium. Esto ergo mitis, humilis, atque mansueta, ut in te sicut lilium germinet Christus. De quo et alibi habes: *Labia ejus lilia a stillantia myrrham primam* (*Cant. v, 13*); id est, qui Christi passionem loquuntur et suo ore concelebrant, ac mortificationem ejus in suo circumferunt corpore, Christi lilia sunt; specialiter sacræ virgines, quarum est splendida et immaculata virginitas. Unde plerique accipiunt quod Ecclesia videatur dicere: *Ego sum flos campi, et lilium convallium*: quæ in hac convalle istius mundi gratiam boni odoris exhalat, sedulæ confessione pietatis. Denique et alibi dicit: *Frater meus descendit in hortum suum, in phialas aromatis, pascere in hortis, et colligere lilia. Ego fratri meo, et frater meus mihi, qui pascit inter lilia* (*Cant. vi, 1, 2*).

94. Ex illo ergo utero Mariæ diffusus est in hunc mundum acervus tritici muniti inter lilia; quando natus est ex ea Christus, cui dicit propheta David:

Si quis tamen plura desideret, adeat Vegetium lib. xi, cap. 27, et Lipsium de Milit. Rom., lib. v, p. 209, ubi ad eum morem nunc usitatos equestrium ordinum torques acceptos refert.

<sup>a</sup> Edit. *Distillantia myrrham plenam*; sic enim **LXX**, *σταζόντα σμύρναν πλήρη*. Mss. tamen, et vulgata

*Benedices coronam anni benignitatis tuæ, et campi tui replebuntur ubertate. Pinguescent **270** fines deserti, et exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ovium, et convalles abundant frumento; etenim clamabunt, et hymnum dicent* (*Ps. lxxiv, 12 et seq.*).

95. Quis est annus Dominicæ bonitatis, nisi ille de quo dictum est: *Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te* (*Esai. xlix, 8*); quando populorum fide <sup>b</sup> Ecclesia abundavit, justitiam induit sacerdotes? Unde et Apostolus dicit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (*II Cor. vi, 2*); quando venit Dominus prædicare annum Domini acceptum, et diem retributionis, sicut in Evangelio suo ipse memoravit dicens: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, etc.* (*Luc. iv, 18*).

96. Tunc ergo Dominus operibus suis et gloria et honore sui tempus coronavit adventus; totus enim ille annus conversationis ejus in hoc mundo diversarum habuit certamina passionum. Vicit Herodem parvulus (*Matth. ii, 16*), de quo in passione infantium triumphavit. Esurivit, sitiivit, pro nobis vapulavit, pro nobis contumeliarum indigna toleravit, crucem ascendit, mortuus est pro nobis.

#### CAPUT XVI.

*Virginibus exeundum obviam Christo, et qua ratione. Hunc quidem a matre coronatum esse; sed tamen de ipsius divinitate non ambigendum. Sumendam itaque perfectam fidem in esca illa quam paravit Jacob, et in stola quam prudens mulier contexuit, præfiguratam; ut virgo benedictiones a Christo consecuta, in homine Deum videat, immo vero Christum induat, simulque omnium ornamenta virtutum.*

97. Vides quanta <sup>c</sup> certamina! Sed tamen non avarus exactor præmii, cui abundavit una cælestis corona virtutis. Unde egredimini, filiæ Hierusalem, sicut vos hortatur Scriptura divina in Canticis canticorum: *Egredimini et videte regem Salomonem in corona, qua coronavit eum mater ejus in die sponsalium ejus, et in die jucunditatis cordis ejus* (*Cant. iii, 11*); quia fecit sibi, inquit, *charitatem a filiabus Hierusalem*, hoc est: *Egredimini ex his angustiis et sollicitudinibus corporalibus, egredimini ex hac delectatione carnali, et peregrinamini de corpore, ut adesse Domino possitis; quoniam qui in carne sunt, Domino suo placere non possunt. Dicitur ergo vobis quia non estis in carne, sed in spiritu* (*Rom. viii, 8, 9*), si potueritis comprehendere Salomonis veri illius pacifici charitatem, quam fecit sibi ipse; et ideo coronam accepit a matre.

98. Beata mater Hierusalem, beatus et Mariæ uterus, qui tantum Dominum coronavit. Coronavit eum quando formavit: coronavit eum, quando generatio *stillantia myrrham primam*; textus Hebr. *myrrham transeuntem*.

<sup>b</sup> Omnes edit., *Ecclesiam sæcundavit, justitia, etc.* Mss. autem ut in contextu.

<sup>c</sup> Voci certamina, edit. addunt *passus est*: quod elegantius subintelligitur in mss.

vit ; quia etsi <sup>a</sup> eum sine aliqua sui operatione formaverit (quia Spiritus sanctus supervenit in virginem ; unde et ipse **271** ait : *Inoperatum meum viderunt oculi tui*), tamen hoc ipso quod ad omnium salutem eum concepit et peperit, coronam capiti ejus æternæ pietatis imposuit ; ut per fidem credentium fieret omnis viri caput Christus. Inoperata est ergo et caro Christi, quem ut Maria virgo conciperet, inusitato quodam novoque Incarnationis mysterio, sine ulla virilis seminis admixtione, divinæ gratia dispositionis, quod erat carnis, assumpsit ex Virgine, atque in illa novissimi Adam immaculati hominis membra formavit.

99. Hominem audis, sed supra hominem intellige ; quia scriptum est : *Non coques agnum in lacte matris suæ* (Exod. xxxiv, 26). Et alibi legis : *Et homo est, et quis agnoscet eum* (Jerem. xvii, 9) ? Ergo non debes agnum illum, in quo plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat (Coloss. ii, 9), conditionis humanæ viribus æstimare, et majestatem incomprehensibilis potestatis <sup>b</sup> degeneris cognitionis infirmitate concludere. Non enim illum perfectæ fidei cibum Jacob coxit in lacte, quo Isaac pater ita est delectatus, ut ei prærogativam omnem benedictionis prophetica sobrietate conferret (Gen. xxvii, 25). Et ideo Apostolus scripsit succum lactis tenuis cibum esse doctrinæ dicens : *Quia omnis qui alitur lacte, expers est verborum justitiæ* (Hebr. v, 13) ; parvulus enim est, perfectorum autem est solida esca.

100. Et tu ergo, filia, sume stolam illam <sup>c</sup> mulieris pia operatione contextam, quæ manus suas aperit pauperi, et lucerna ejus non exstinguitur in tota nocte (Prov. xxxi, 19 et seq.) : atque indue te, et hujusmodi epulas affer ad patrem, ut dicat : *Quid est quod tam cito invenisti, filia* (Gen. xxvii, 20 et seq.) ? laudans in tenera adhuc ætate prudentiam, piæ quoque devotionis affectum. Et dicat tibi : *Accede ad me, filia ; odoratusque odorem vestimentorum tuorum benedicat te dicens : Ecce odor filiæ meæ, sicut odor agri pleni quem benedixit Dominus ; et, det tibi Deus a rore cæli desuper, et ab ubertate terræ abundantiam.* Atque his adjungat : *Qui maledixerit tibi, maledictus erit : et qui benedixerit te, benedictus erit.*

101. Hac stola indutus Jacob hominem vidit, et ab eo quasi a Domino Deo benedictionem poposcit, et appellavit locum, *Visio Dei* (Gen. xxxii, 26 et seq.). Hac

<sup>a</sup> Cave putes hic negari ab Ambrosio purissimam virginem vere Dei genitricem habendam esse. Sed locum interpretare comparate ad eos hæreticos quos, ut vidimus, confutando, suscepit. Etenim ut Mariæ virginitatem semper mansisse intaminatam, et divinitatem Christo abjudicandam non esse probet, satis est si doceat eandem Deiparam, sine ullo genitali congressu, sanæ Spiritus opera concepisse. Alioqui enim quomodo Maria negari posset tantumdem Christi generationi, quantum cæteræ matres liberorum suorum, contulisse, quæ illum, ut Ambrosianis verbis utamur, *formavit, generavit, concepit, ac peperit.* Verum de his iterum lib. iii, de Fide, c. 7.

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, *degeneris cognitionis infirmitate.* Non incommode.

PATROL. XVI.

A stola indutus vidit illam stolam Christi, de qua ait : *Lavabit in vino stolam suam* (Gen. xlii, 11). Et benedixit etiam Joseph dicens : *Filius meus amplius Joseph, filius meus amplius, zelatus filius meus adolescentior, ad me revertere* (Ibid., 22), significans Dominicæ resurrectionis insigne. Et addidit : *Benedictio patris tui et matris tuæ prævaluit super benedictiones montium manentium, et desideria collium æternorum* (Ibid., 26), id est, <sup>d</sup> super regem gratiæ.

102. Hanc sume stolam, ut induas Christum, atque in ejus agnitione renoveris. Indue ergo sicut electa Dei viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam, modestiam, charitatem, quæ est unitatis vinculum (Coloss. iii, 12 et seq.) ; ut nemini quidquam debeas, nisi ut invicem sororem tuam **272** diligas : nec gratiæ ejus invidias, sed quo probatiorem videris, imiteris ; ut sit in te pax Christi et gratia, et verbum Dei habitet in corde tuo, atque hujus mundi <sup>e</sup> fugias cogitationes.

103. Semel mundo mortua, ne, quæso, tetigeris, ne atlantuareris quæ sunt istius sæculi : sed semper in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus abducas te ab hujus sæculi conversatione, non homini, sed Deo cantans (Coloss. ii, 20 et seq.). Et sicut sancta faciebat Maria (Luc. ii, 19), conferas in corde tuo. Quasi bona quoque agnacula ruminas in ore tuo præcepta divina, ut dicas et tu : *Exercebor in mirabilibus tuis* (Psal. cxviii, 27). Nec dormitet aut stillet <sup>f</sup> anima tua præ tadio. Stillicidia enim ejectionum hominem in tempore hyemali de domo sua : anima autem perfecta non stillat, in qua nulla gravioris est rima peccati ; sed manet in domo sua, et inoffensæ habitationis novitate lætatur et fruitur. At si aliquid forte nutaverit, dicas : *Confirma me in verbis tuis* (Psal. cxviii, 28).

#### CAPUT XVII.

*Aguntur Deo gratiæ quod angelorum vita in paradiso quondam perdita jam fulgeat in virginibus ; quodque mundo Christum edere, atque Hebræos per mare educere aigna fuerit virginitas. Post hæc Ambrosia ipsa Deo commendatur ac offertur, ut suum in ea tueatur munus, et ad spirituales partus cælesti connubio illam conjungat, virtutes dotis atque ornamentorum loco tribuat, quarum beneficio Sponsum suum tenere mereatur. Denique Christus obsecratur, ut famulam suam lætus excipiat.*

104. Nunc ad te, decursis omnibus, <sup>g</sup> Pater gratiæ,

<sup>e</sup> Edit., *mulieris, piæ operationis studio contextam ;* mss. vero ut nos in textu.

<sup>d</sup> Ita edit. omnes : mss. vero, *super regem gratia.* Quid si legamus, *super legem gratia* ? Sane huic conjecturæ sensus videtur patrocinari ; nec tamen absurdæ aliæ dicitur lectioes.

<sup>e</sup> Gill. edit. in marg. et Rom. in textu, *fugias contagiones ;* aliæ et mss., *fugias cogitationes ;* nihilo deteriori sensu.

<sup>f</sup> Mss., *anima tua pretiosa.* Non satis recte. Porro si locum hunc et quæ Comment. in psal. xviii, serm. 4, num. 15, disputantur, inter se contuleris, idem lucem ex illis accipiet non mediterem.

<sup>g</sup> Edit., *Pater gloriæ..... incessabiles gratias agimus.*

vota converto, cujus pietati innumerabiles gratias agimus, quod in virginibus sacris angelorum vitam videmus in terris, quam in paradiso quondam amiseramus. Quid enim vel <sup>a</sup> ad imitanda virginum studia, confirmandamque virtutem, vel ad celebrandam virginitatis gloriam plus conferre potuisti, quam ut Deus ex virgine nasceretur? <sup>b</sup> Amplius nobis profuit culpa, quam nocuit: in quo redemptio quidem nostra divinum munus invenit.

105. Sed ipse quoque unigenitus Filius tuus venturus in terras suscipere quod amissum est, purioris carnis suæ generationem reperire non potuit, quam ut habitationi propriæ cœlestis aulae virginis dedicaret; in qua esset et immaculatæ castitatis sacrarium, et Dei templum.

106. Quid autem illud atexam, quod divino tuo munere cum sanctis Moyse et Aaron (*Exod. xv, 20*) virgo Maria pedes per fluctus duxit Hebræorum exercitum? Relinquo vetera, privata non quæro: satis est ista nobilitas familiæ virginali.

107. Te quæso ut tuearis hanc famulam tuam, quæ tibi servire, tibi animam suam, tibi integritatis suæ studium dicere præsumpsit. Quam **273** sacerdotali munere offero, affectu patrio commendo; ut propitius et præsul conferas ei gratiam, quo cœlestium thalamorum inmorantem adytis Sponsam excutiat, mereatur videre, introducatur in cubiculum Dei sui regis: mereatur audire dicentem sibi: *Ades huc a Libano, Sponsa, ades huc a Libano; transibis et pertransibis a principio fidei* (*Cant. iv, 8*); ut transeat sæculum, ad illa æterna pertranseat.

108. Intende igitur, Pater, in tuum munus, cui sanctificando nullius consilium quæsisti: sed illi sine ullo petitorum atque arbitro tantam contulisti gratiam, quantam ante oracula divina credere nemo potuisset, ut in suo utero Deam virgo portaret. Cujus prærogativa muneris provocata crebrescunt studia virginitatis, et sacræ integritatis exempla. Quibus hæc quoque famula tua ad hujusmodi virtutis gratiam læcessita, tuis assistat altaribus, <sup>c</sup> non rutilanti cæsarie flavum deferens crinem flammeo nuptiali dictum: sed illum crinem quo evangelica illa mulier sancta Maria pedes Christi sedula pietate deterisit, et domum totam effuso implevit unguento, sacro offerens velamine consecrandum (*Joan. xii, 3*).

109. Adest puella, quam non nuptiarum festa, non præcænia, non onerati pondus uteri, votivo nupturibus dolore sollicitent: sed quæ immaculatos sibi fidei partus et pietatis exposcat; ut in utero accipiat de Spiritu sancto, et spiritum salutis Deo feta partu-

<sup>a</sup> Mss. duo, ad invitanda virginum studia.

<sup>b</sup> Eodem sensu lib. de Jacob, et vita beata, cap. 6, num. 21: *Factu est mihi culpa mea merces redemptionis; per quam mihi Christus advenit*, etc. Item in psal. xxvix, num. 20: *Felix ruina, quæ reparatur in melius*. Et alibi passim habentur non absimilia.

<sup>c</sup> De variis nubentium ornamentis, nuptialibusque ritibus multa nec indigna scitu habent Baron., Brissonius, Ant. et Franc. Hoffmanni, Jos. Laurentius Polymathia lib. iii, synopsi 8, de Sponsalibus et nuptiis antiquorum: nec non synopsi 15, de Nuptialibus le-

riat. Sed ut ista procedere possit meritorum gratia, tu, Deus Pater omnipotens, suffragia commendationis adijunge; non enim solitaria dos pudoris est. Succingat <sup>d</sup> sacræ virginitatis crinem modestia, sobrietas, continentia; ut virtutum accincta comitatu, purpureo Dominici cruoris redimita velamine, mortificationem Domini Jesu in sua carne circumferat; hæc sunt enim meliora velamina, quæ sunt indumenta virtutum, quibus culpa obtexitur, innocentia revelatur.

110. His igitur famulam tuam indue vestimentis, quæ in omni tempore munda sint; mundum enim manet, quidquid nulla interveniens culpa fuscaverit, ut ei jure dicatur: *Quoniam placuerunt Deo facta tua* (*Eccl. ix, 7, 8*). In omni tempore sint vestimenta tua candida, et oleum in capite non desit, quo faces suas mysticas possit accendere; ut cum venerit Sponsus, inter illas sapientes virgines (*Math. xxv, 10*) cœlesti thalamo digna numeretur, quæ devotionis ac fidei suæ, gravitatisque lumine munus sacræ professionis illuminet.

111. Tuere igitur ancillam tuam, <sup>e</sup> Pater charitatis et gloriæ, ut quasi in horto clauso et fonte signato teneat claustra pudicitia, signacula veritatis. Agrum suum colere noverit <sup>f</sup> quem colebat sanctus Jacob; et sexagesimos ex eo centesimosque fructus capesset. In hujus virtutibus et fortitudinibus **274** agri suscite in ea gratiam, et resuscites charitatem. Inveniat quem dilexit, teneat eum, nec dimittat eum; donec bona illa vulnera charitatis excipiat, quæ <sup>g</sup> oculis præferuntur. Semper parata noctibus et diebus toto spiritu mentis invigilet (*Cant. v, 7*), ne nunquam Verbum eam inveniat dormientem. Et quoniam vult se dilectus ejus sæpius quæri, ut exploret affectum; recurrentem sequatur, exeat fides et anima ejus in verbum tuum peregrinetur a corpore, ut adsit Deo: vigilet cor ejus, caro dormiat, ne male incipiat vigilare peccatis.

112. Tu, Domine, adijunge alios sacræ virginitatis ornatus, adijunge sedulos pios cultus; ut noverit possidere vas suum, noverit humiliari: dilectionem teneat, veritatis numerum, pudoris septem. <sup>h</sup> Non pineæ velamen ejus, non vincant cupressi, pudicitiam ejus non turtures, simplicitatem ejus non vincant columbæ. Sit in corde simplicitas, in verbis modus, erga omnes pudor, pietas erga propinquos, circa egenos et pauperes misericordia: quod bonum est teneat, ab omni specie abstineat mala: veniat super eam benedictio morituri, et os viduæ benedicat eam (*Job xxix, 13*).

gibus, etc.

<sup>d</sup> Duo mss., sacræ virginis crinem.

<sup>e</sup> Idem mss., Pater claritatis et gloriæ.

<sup>f</sup> Edit. rom., quem colebat sanctus Isaac.

<sup>g</sup> Is. Casaubonus, Notis in Treb. Pollionem, pag. 207, num. 42, de quibusdam Gallieni Caesaris versibus minus pudicis agens, hæc Ambrosii locum citat, cui et subjungit: *Non dubito virum sanctum et facundum imitatum esse hunc Gallieni locum, et a sensu minus honesto ad honestum ac pium tradidisse*.

115. *Pone ut signaculum verbum tuum in corde ejus, ut signaculum in brachio ejus (Cant. viii, 6); ut in omnibus sensibus et operibus ejus Christus eluceat, Christum intendat, Christum loquatur. Aqua multa ejus non possit a extinguere charitatem, nec persecutionis gladius, nec periculum: sed confirmata in omni opere bono atque verbo, gloriam tuam induat, et in tua gratia conversetur in hoc mundo. Sanctifices eam in veritate, in virtute confirmes, in charitate connectas, atque ad illam pudicitiae et integritatis caelestem gloriam, coronam illibatam, immaculatamque divino tuo favore perducas; ut illic Agni sequatur vestigia, et in meridiano pascatur, in meridiano maneat, b nec in grege sodalium incedat: sed agnis tui admixta, sine offensione versetur comes virginum, pedissequa Mariarum (Apoc. xiv, 4; B Cant. i, 6).*

<sup>a</sup> Omnes edit., *excludere charitatem, nec persecutio, nec gladius.*

<sup>b</sup> Ita mss.; edit. autem, *nec in grege sodalium in-*

114. *Egredere itaque tu, Domine Jesu, in die sponsalium tuorum, suscipe jamdudum devotam tibi spiritum, nunc etiam professione; imple agnitione voluntatis tuae; assume ab initio in salutem, in sanctificatione spiritus et fide veritatis, ut dicat famula tua: Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me, et in gloria assumpsisti me (Psal. lxxii, 24). Aperi manum tuam, et imple animam ejus benedictione (Psal. cxliv, 16); ut salvam facias sperantem in te (Psal. lxxxv, 2), et fiat vas in honorem sanctificatum, utile Domino, c ad omne opus bonum probatum: per illam aeternabilem crucem, per illam venerabilem gloriam Trinitatis, cui est honor, gloria, perpetuitas, Patri Deo, et Filio, et Spiritui sancto, a saeculis, et nunc, et semper, et in omnia saecula saeculorum, Amen.*

*cidat. Minime male.*

<sup>c</sup> Omnes edit., *ad omne opus bonum paratum.*

## IN EXHORTATIONEM VIRGINITATIS ADMONITIO.

*Deum opt. max. ut sui divezentur, nisi ad majorem ipsius gloriam, et illorum Ecclesiaeque utilitatem, nunquam permittere, ex Ambrosiano illo itinere comperit redditur, quod huic operi dedit occasionem. Audierat vir sanctus Eugenium tyrannum in Italiam atque adeo Mediolanum, ut Paulinus (In vita Ambros.) auctor est, properare: igitur hominem qui sub christiana religionis obtentu idololatriam revocare moliebatur, non exspectandum ratus, Bononiam venit. Ibi interea dum moraretur, corporum Vitalis atque Agricolae martyrum quae divinitus ipsi revelata esse videtur a Paulino (Ibid.) significari, translationem solemnem celebravit. Hoc Florentini cum didicissent, eum ingenti animorum ardore invitaverunt, ut se invisere ad dedicandam novam Ecclesiam ne gravaretur. Annuit eorum optatis sanctus Antistes, tametsi alio statuisset sese conferre (Cap. 1, num. 1, et Paulin. in Vit. Ambr.). Cumque aliquas Bononiensium martyrum reliquias secum attulisset, eas deposuit in illa Ecclesia, quam ibidem celebri pompa ipse consecravit. Qua etiam in solemnitate habuit eam ex qua hic liber constat, orationem.*

*Haec in operis exordio ipse declarat (Cap. 1, num. 1). Sub qua Martyrum supplicio et eorumdem reliquiarum exhumatione strictim descriptis (Num. 2 et seq.), addit ipsarum partem propriis manibus a se collectam ad eos attulisse, nimirum clavos, sanguinem triumphalem et crucis lignum (Cap. 2, num. 9). Negat enim (Ibid. n. 10) aequum fuisse ut repulsam a se pateretur Juliana vidua, quae sacram aedem, a Paulino (In Vita Ambros.) propterea quod eam inauguravit idem Ambrosius, Ambrosianam dictam, construxerat. Cum autem pia illa mater ac vere christiana facultates suas in condenda nobili basilica Christo consecrasset non contenta esset, insuper se ipsam cum tota familia illi devovere apud se statuit. Jam quidem viro etiamnum in vivis agente, sacrificii sui primitias quasi libaverat. Etenim cum is pietatis laude non cederet uxori, non multo ante obitum annorum numero, licet onera matrimonii satis gravia sustineret, nimirum filii unius ac filiarum trium; tamen Ecclesiasticae utilitatis contemplatione sacris ordinibus initiari de conjugis consensu non detrectavit (Cap. 2, num. 12). Haec igitur jam tum continentiae posuerat tyrocinium; sed postquam mortali sorte perfunctus esset ejus maritus, colophonem operi suo voluit imponere. Quapropter ut liberos suos ad amplectendam continentiae professionem accenderet, eos illa exstimulavit oratione, quam sanctus Doctor proprio stylo et eloquentia exornatam omnibus qui eo confluerant, proponit in hunc sensum (Cap. 3 et seq.).*

*Principio filium necdum pueritiae annos egressum allocuta, ei propterea nomen Laurentio factum asserit (Cap. 3, num. 14 et seq.), quod cum parentes jam desperarent de mascula sobole progignenda, ipsum patrocinio tanti martyris obtinuissent. Illius esse ex hoc colligit, quando eundem non secus ac Anna Samuelem Deo voverit, apud ipsius numen promissis matrem absolvere. Tum sermonem ad filias convertens (Cap. 3, num. 17 et seq.), eas conjugii incommodis caelibatusque utilitatibus invicem oppositis, ad consecrandam Christo pudicitiam urget. Denique (Cap. 4, num. 25 et seq.) modo ad filium, modo ad filias verba faciens, modo etiam ad omnes simul, nihil intentatum relinquit, ut eos ad implenda quae parentes ipsorum nomine nuncupaverant vota, induceret. Nec frustra fuit pium illud matris desiderium. Laurentius in lectorum numerum cooptatus est (Cap. 8, num. 53); ejus vero sorores more solenni castimoniam professae (Cap. 14, num. 95), illam in maternis aedibus servaverunt.*

*His itaque permotus Ambrosius Julianæ sermonem prosequi voluit etiam propria exhortatione (Cap. 9 et seq.). Istic easdem virgines quod sit illarum officium, quibus ipsas vacare exercitiis, quidve præstare oporteat, ut simul cum matre ex professionis suæ regulis vivant, edocet. Subinde autem et alias informat (Cap. 10, num. 71, et cæt.) christianas virgines, ad quas a tribus illis integritatis victimis sermonem transfert. Deinde variis exemplis quæ ipsæ imitari debeant, propositis, non prætermittit sanctam Sotherim (Cap. 12, num. 81), ipsis, ut alibi vidimus (Lib. III de Virginit., num. 39), consanguineam, cujus et supplicii illud describit, quo sibi faciem carnificis pugno cædi cruentarique lubenti animo perpessa est. Addit et alia quædam præcepta (Cap. 13, num. 83 et seq.), quibus finitis, viduæ illi quæ se, liberos, omnesque opes Christo venerat, paratam ab eo uberrimam mercedem pollicetur (Cap. 14, num. 92). Ad postremum Deo supplicat (Ibid., num. 95), ut in ea quam consecravit Ecclesia semper præsens atque propitiis, fidelium preces ac Dominici corporis sacrificium accipiat, sed in primis hujusce totius familiæ integram admittat oblationem.*

*Eo tractatu quem, ut vidimus, in publico cætu constat fuisse pronuntiatum, nihil præter unicum sermonem contineri probabile est. Sed licet multus in dicendo istic fuerit sanctus Doctor, viz tamen impetrare poterat ab animo suo, ut in tam læta celebritate orationem magis præcideret. Nec sane etiam a verisimili recesserimus, si qualis Florentiæ habita fuit, talem omnino in codicibus adhuc servari crediderimus. Quippe cum ipsemet e concionibus suis libros condebat, eis ferme semper aliquid, unde mutatio illa dignosceretur, insererat. Inde est quod aptius in mss. inscribitur Exhortatio virginitatis, et in edit. ant. Ad virgines exhortatio, quam in Rom. De Hortatione ad virginitatem tractatus: verum tamen quodlibet istorum lemmatum non absurde operis argumento congruere quæ hactenus declaravimus, abunde probant. Mirum autem illud videri potest viduam filias alloquentem, ipsa filiabusque audientibus, inductam esse ab Ambrosio, atque illi orationem qualem ab ipsamet habitam fuisse conjici poterat, ab eodem accommodatam. Sed hoc procul dubio ita præstitit, ut major vis exhortationi suæ accederet.*

*Hanc porro cum habuerit, quo tempore Eugenium fugiebat, nec non post revelata sanctorum Vitalis atque Agricolæ sacra lipsana; hinc conficitur non ante nominati tyranni perduellionem, sed Præsule nostro propriæ sedi quam kal. Augusti an. 394 repetivit, nondum reddito, id evenisse. Baronius quidem (Ad ann. 392) annum 392 tribuit huic operi, quod tamen procul dubio in sequentem rejiciendum est. Neque vero minus etiam videtur certum pascha imminente eandem compositam ac dictam esse orationem; id enim ex eo quod vir sanctus ait: Venit paschæ dies, etc. (Cap. 7, num. 42), palam indicatur.*

# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## EXHORTATIO VIRGINITATIS,

LIBER UNUS<sup>a</sup>.

### 277 CAPUT PRIMUM.

*Ambrosius Bononia veniens ad eos a quibus fuerat invitatus, narrat apophoreta se detulisse, nempe reliquias Agricolæ ac Vitalis martyrum. Horum tametsi alter dominus exstiterit, alter servus, comparatio tamen instituitur; cumque hic illi præverit ad martyrium, hinc cognoscitur apud Christum impedimento servitutem non esse. Tum amborum certamen describitur; quod ex utriusque nominis*

<sup>a</sup> Script. circa an. 393

<sup>b</sup> Convivium per metaphoram translationem sanctorum corporum vocat, eo quod conventus fuerit celebritatis ac lætitiæ plenus, qualia solent esse convivia.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, habere triumphum principum. Erant autem apophoreta proprie munuscula, quæ olim ab his qui vocati fuerant ad convivium, ferri

*A præsagio Sanctus illustrat. Deinde quam in Judæorum acceperant tumulis, sepultura commemorata, quanto cum gaudio detecti atque educti sint, refert.*

1. Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum referre consueverunt. Ego ad Bononiense invitatus<sup>b</sup> convivium, ubi sancti martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis et gratiæ reservavi. Apophoreta autem solent<sup>c</sup> habere triumphos principum: et hæc apophoreta trium-

domum consueverant, ut puta fructus, assatæ aviculæ, aut quid ejusmodi. Sic etiam dicta sunt munera quæ magistratum novum ineuntes amicis missabant. Fuerant quoque apophoreta triumphalia, ab imperatoribus scilicet triumphantibus distributa. Reperitur et pro vasis in quibus sacra reliquiæ recondebantur, ea vox usurpata, sed in infirma tantum latinitate. De quibus acceptionibus consule Turne-

phalia sunt; Christi enim nostri principis triumphum sunt martyrum palmae. Nec vero huc dirigebam iter: sed quia petitus a vobis sum, debui mecum deferre quae aliis parabantur, ne minor ad vos venirem; ut quod in me minus est, quam praesumebatur, in martyre plus inveniretur.

2. Martyri nomen Agricola est, cui Vitalis <sup>a</sup> servus fuit ante, nunc consors et collega martyrii. Praecessit servus, ut provideret locum; secutus est dominus, securus quod fidei servuli **278** jam inveniret paratum. Non aliena laudamus; passio enim servi domini disciplina est. Illic instituit, ille implevit. Nihil illi decerpitur. Quomodo enim minui potest, quod Christus donavit? Egregie et ille quidem homini serviendo didicit quomodo Christo placeret: hic tamen geminam laudem acquisivit, in illo magisterii, in se martyrii. Certaverunt tamen inter se invicem beneficiis, postquam aequales esse meruerunt. Illic illum ad martyrium praemisit, ille istum accersivit.

3. Nullum ergo ad commendationem hominis conditio affert impedimentum: nec dignitas prosapiae meritum, sed fides affert. Sive servus, sive liber, omnes in Christo unum sumus: *Et unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino* (Ephes., vi, 8). Nec servitus derogat, nec libertas adjuvat. Vide ad eam rem quam nihil in conditione momenti sit. *Servus, inquit, vocatus es? Non sit tibi cura.... qui enim vocatus est in Domino servus, libertus est Domini. Similiter et qui liber vocatus est, servus est Christi* (1 Cor. vii, 21, 22). <sup>b</sup> Vide, inquam, vim Apostoli. Plus putatur dedisse ei qui servus, quam ei qui liber vocatus est; <sup>c</sup> ex servo enim libertus Christi fit, ex libero servus. Sed nulli plus dedit, verum utrisque aequali mensura divisit. Apud Christum enim servitus et libertas aequali lance penduntur, nec ullo discerniculo bonae servitutis et libertatis merita dividuntur; quia nulla major est dignitas quam servire Christo. Denique Paulus servus Christi Jesu (Rom. i, 1); haec enim servitus gloriosa est, in qua gloriatur et Apostolus. An non summa gloria est, quando tali pretio aestimati sumus, ut sanguine **279** Domini redimeremur? Sed jam pergamus ad caetera.

4. <sup>d</sup> Cumque sanctus Vitalis cogeretur a persecutibus ut Christum negaret, et ille amplius profiteretur Dominum Jesum Christum, omnia tormentorum genera in eum exercentes, ut non esset in

bum lib. xix Adversar. cap. 23, Lipsium lib. i Saturn. cap. 16, Rosveidum in Notis ad epist. 5 sancti Paulini, Cangium in eadem voce, atque alios.

<sup>a</sup> Ita edit. ac pauci mss.; alii autem magno numero, *servus fuit. Ante hunc consors et collega martyrii praecessit servus*. Minime male. Hos porro martyres Bononienses imperantibus Diocletiano et Maximiano coronatos esse ad an. 303 tradit Baronius, cujus opinionem Hermannus licet epistola non dubie supposititia, ut ipse agnoscit, nitentem amplectitur.

<sup>b</sup> Mss. non pauci, *Videte, inquit, vim Apostoli. Plus putatur depressisse, etc.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *ex quo enim libertus Christi, fit ex libero servus.*

A corpore ejus sine vulnere locus, orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, Salvator meus, et Deus meus, jube suscipi spiritum meum; quia jam desidero ut accipiam coronam, quam angelus tuus sanctus mihi ostendit. Et completa oratione, emisit spiritum.

5. Sanctus Agricola mitior habebatur moribus, ut ab ipsis etiam inimicis diligeretur. Ideoque differabant ejus passionem. Sed haec persecutorum honorificentia omni erat immanitate acerbior, quae invidabat martyrium. Denique ubi non acquievit sanctus Agricola, crucifixus est; ut advertamus illas blanditias eorum non sedulitatis fuisse, sed fraudis. Supplicio servi dominum terrere voluerunt. Vertit hoc Christus in gratiam, <sup>e</sup> ut martyrium servi dominus **B** imitaretur.

6. Utriusque nomen aptum martyrio; ut designati ad martyrium ipsis vocabulis viderentur. Ille Vitalis dictus est, quasi qui contemptu istius vitae veram illam vitam aeternam sibi haberet acquirere: iste Agricola, qui bonos fructus spiritualis gratiae seminaret, et sacri sanguinis effusione, meritorum suorum omniumque virtutum rigaret plantaria.

7. Sepulti autem erant in Judaeorum solo, inter ipsorum sepulera. Ambierunt Judaei cum servulis sepulturae habere consortium, quorum Dominum negaverunt. Sic et aliquando Balaam dixit: *Moriatur anima mea in animis justorum* (Num. xxi, 10); tamen non communicavit eorum operibus, cum viveret, quorum in animis cupiebat mori. Et istos quos viventes persecuti sunt, mortuos honorabant. Illic igitur martyris exuvias requirebamus, tanquam inter spinas rosam legentes.

8. Circumfundebamur a Judaeis, cum sacrae reliquiae eveherentur: aderat populus Ecclesiae cum plausu et laetitia. Dicebant Judaei: *Flores visi sunt in terra* (Cant. ii, 12), cum viderent martyres. Dicebant Christiani: *Tempus incisionis adest* (Ibid.). Jam et qui metit, mercedem accipit (Joan. iv, 36). Alii seminaverunt, et nos metimus martyrum fructus. Iterum audientes Judaei voces plaudentis Ecclesiae, dicebant inter se: *Vox turturis audita est in terra nostra* (Cant. ii, 12). Unde bene lectum est: *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam. Dies diei* (Psal. xviii, 3), Christianus Christiano: *nox nocti*, Judaeus Judaeo. Indicabant ergo Judaei quod haberent scientiam martyrum, sed non scientiam Verbi; id est, non secundum illam solius boni, et solius **280**

<sup>d</sup> Ab hisce verbis, *Cumque sanctus Vitalis*, usque ad illa, *emisit spiritum*, quidquid continetur, in mss. ferme omnibus desideratur. Neque vero id totum nobis medioeriter suspectum est, maxime quod verba illa, *omnia tormentorum genera in eum exercentes*, cum antecedentibus ac subsequentibus parum congruant. Horum tamen loco in epistola 55, quam Ambrosio Rom. edit. mss. aliquot auctoritate substituit, concinnus legitur, *adeo omni tormentorum genere cruciatus*. Porro cum mss. nos deliciant, in edit. nihil mutamus.

<sup>e</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *ut martyrio servi dominus imitaretur*; alii longe plurimi, ut in textu.

veri scientiam : *Ignorantes enim Dei justitiam, et volentes se justificare, justitiam Dei non receperunt* (Rom. x, 3).

## CAPUT II.

*Primo reliquiarum pretium amplificat, deinde Julianam viduam, quæ illis donaretur, dignam asserit; hanc enim cum honorandam ex Apostolo, tum eo prædicandam quod Ecclesie damna quam propria sua magis doleret.*

9. Detuli ergo vobis munera quæ meis legi manibus, id est, crucis tropæa, cujus gratiam in operibus agnoscitis. Certe et ipsi dæmones confitentur. Condant alii aurum atque argentum, ac de latentibus eruant venis; legant pretiosa monilium sorta; temporalis ille thesaurus est, et sæpe habentibus perniciosus: nos legitimus martyris clavos, et multos quidem, ut plura fuerint vulnera quam membra. Clamare martyrem diceret ad populum Judæorum, cum clavos ejus colligeremus: *Mitte manus tuas in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis* (Joan. xx, 27). Colligimus sanguinem triumphalem, et crucis lignum.

10. Hæc sanctæ viduæ negare non potuimus postulanti. Munera itaque salutis accipite, quæ nunc sub sacris altaribus reconduntur. Ea igitur vidua <sup>a</sup> sancta est Juliana, quæ hoc Domino templum paravit atque obtulit, quod hodie dedicamus: digna tali oblatione, quæ in solum sua templa jam Domino pudicitæ atque integritatis sacravit. Dum Julianam volo dicere, Judæam dixi. Non erravit lingua, sed definit; Judæa enim est anima quæ Christum facit. Denique *notus in Judæa Deus* (Psal. lxxv, 2); id est, ubi agnoscebatur, non ubi negabatur. Est ergo in spiritu Judæa, ubi major portio, intellectus sincerior; *Quia salus ex Judæis est* (Joan. iv, 23). Linguae igitur error testimonium sanctitatis invenit.

11. Honoremus ergo hanc viduam, quia scriptum est: *Viduas honora, quæ vere viduæ sunt* (I Tim. v, 3). Licet verborum nostrorum honorem non ambiat, quæ Apostoli mandatum adæquaverit, habens in bonis operibus testimonium, quæ bene filios educaverit, melius instituerit.

12. Quis hanc non ut destitutam et miserabilem deploravit, quando amisit maritum? At ista ministrum sacris ereptum altaribus amplius ingemuit, quam sibi conjugem, aut patrem filiis. Nam etsi

<sup>a</sup> Rom. edit sola, *sancta est Judæa*. Favet quidem quod intra ponitur, *dum Julianam volo* (edit., *volu*) dicere, *Judæam dixi*: sed tamen sine mss. aut saltem vet. edit. nulli fidimus conjecturæ. Sunt autem mss. aliquot in quibus habetur. *Ea igitur vidit atque obtulit quod hodie*, etc. Interim hic observabis quam antiqua sit dedicandarum cum celebri pompa Ecclesiarum consuetudo. Hujus quoque rei documentum præbet sancti hujus nostri ad Felicem Comensem epistola. Catholici nonnulli atque heterodoxi Magdeburgenses in sæculum n tradunt hunc ritum non nisi post imperium Constantini receptum esse, cum alii eundem e veteri Synagoga in Ecclesiam

A præsidio esset mariti viduata et solatio; tamen apud piam mentem causa Ecclesiæ præponderabat.

## 281 CAPUT III.

*Julianæ ad liberos exhortatio. Illic principio filium monet eum non temere vocari Laurentium, sed quod Martyris cognominis patrocinio conceptus fuerit, atque eidem promissus. Solvat igitur parentum vota. Nihil ipsi esse quo retardetur; cum cæteris rebus divinum servitium præstantius sit, hominum autem vita miserrima: putere tamen exitum ex ejus malis, modo castitatem illi eligant, cui conjugii servitius hic opponitur.*

13. Succinxit itaque mentis viscera, et circumfusam se videns numero filiarum trium, et unius filii, quo solent terreri cætera, hoc fortior facta, tali filios alloquio convenit: Filii, amisistis patrem, matrem habetis. Melior quidem fuisset illa commutatio, si pater viveret, mater deesset. Tamen infirma licet et desolata ostendo vobis, si vultis sequi, quo arbitremini patrem vobis non decessisse; habetis enim meliorem de cælo parentem. Ille est qui et hos suffulsit patres. Quid enim aliud jam superest spei? Pater vobis fuit dives gratia, non pecunia: opulentus ministerio, non patrimonio: cujus hæreditas fides est, locuples Deo, sed egena sæculo. Satis vos divites reliquit, si propositum ejus sequamini. Sola fides utrique indiscreta sexui, census virorum, <sup>b</sup> dos virginum.

14. Et tu quidem, filii, aliquanto propior patri, agnosce quæ matri debeas, quod domui vocabulum reddas. Ætas te excusat, sed hæreditas vocat. *Jucundentur, filii, pater et mater in te* (Prov. xxiii, 25). Noli matrem contemnere quasi imprudentem. *Regis admonitio*, inquit, <sup>c</sup> *quem erudit mater sua*. Quid filius qui servat dictiones Dei? Primogenite, tibi dico, filii: *Quid filius mei ventris? quid natus mearum orationum? Ne dederis mulieri tuam honestatem* (Prov. xxxi, 1 et seq.). Audi quid sapiens dicat, quid Scriptura asserat.

15. Considera quis te ut nascereris. juverit: filius es votorum magis quam dolorum meorum. Considera cui te muneri pater tali nomine designaverit, qui vocavit Laurentium. <sup>d</sup> Ibi vota deposuimus, unde nomen assumpsimus. Vota effectus secutus est, redde martyri quod debes martyri. Ille te nobis impetravit, tu restitue quod de te hujusmodi nominis appellatione promisimus.

nascentem translatum velint. Utamque vero sententiam conciliat card. Bona lib. 1 Rerum liturgic. cap. 20, num. 5.

<sup>b</sup> Mss. non pauci, *dux virginum*. Haud satis recte.

<sup>c</sup> Vet. edit., *quæ mater sua, qui filius, qui servat dictiones Dei?* Gall. ac Rom. *quem erudit mater sua. Quid servabis, filii?* Dictiones Dei: mss. vero magno consensu nobiscum faciunt.

<sup>d</sup> Agnoscant ex hoc loco novatores quam sit meris antiqui vota sanctis in cælum receptis nuncupare, quo eorum suffragiis a Deo fideles expeditius optata consequantur.



16. Quid autem est, fili, aliud <sup>a</sup> quod eligendum a putes, nisi Deum patrum tuorum? Ipse enim <sup>b</sup> pauperes et divites, humiles et excelsos facit, suscitavit a terra pauperem, et de stercore erigit inopem, et sedere eum facit cum potentibus in tribunali honoris et hæreditatis. Dat votum optanti, et benedicit annos justis. Quid hoc, filii, præcellentius? aut quid est vita hominis in hac terra, <sup>c</sup> nisi levis cursor? En transivimus, et nihil vidimus. Atque utinam hunc cursorem (*Job. ix, 25*) imitemur; ut nihil videremus, et nulla onera portaremus! sed quod est gravius, **282** cursus vacuus, et onera inania. Inania sunt quidem, sed non levia, neque delicti vacua; quia grave fenus peccati est. Unde clamat sanctus Job: *Nonne tentatio est vita hominis in terra, aut sicut mercenarii quotidiani vita ejus? Et sicut servus timens dominum suum, qui umbram invenerit, et sicut mercenarius expectans mercedem suam; sic ego <sup>d</sup> expectavi in vacuum, noctes autem dolorum datæ sunt mihi. Si dormiero, dico: Quando dies? Cum surrexero, iterum: Quando vesper? Plenus sum dolore a vespere usque mane. Vita autem mea levior quam favilla. Perit autem in vana spe (*Job vii, 1 et seq.*). Nihil igitur est homo, nisi tu, Domine, intendas in eum, et visitationem ejus facias usque mane, et in requiem eum inducas. Arbor si excidatur, repullulat, et floret ab aquæ odore: homo cum ceciderit, nihil est, <sup>e</sup> ingruunt super eum dolores.*

17. Hanc igitur tentationem tantarum necessitatum, si vultis, filii, vitare, integritas corporis expectanda vobis est (*52, q. 1, c. Integritas*): quam ego <sup>c</sup> pro consilio suadeo, non pro imperio præcipio. <sup>f</sup> Sola est enim virginitas quæ suaderi potest, imperari non potest. Res magis voti est, quam præcepti. Quod enim gratiæ est, non jubetur, sed desideratur: electionisque magis est, quam servitutis. Unde et Apostolus dicit: *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino (*I Cor. vii, 25*). Legebat enim dixisse Dominum spadonibus: Quicumque custodierint præceptum meum, et elegerint quæ ego volo, et amplectentur testamentum meum; dabo illis in domo mea, et in muro meo locum nominatum, meliorem filiorum et filiarum: nomen æternum dabo illis, et non deficient (*Esai. lvi, 4, 5*). Meliorem, inquit, locum vobis dabo, spadonibus dicit; his videlicet, <sup>g</sup> qui se <sup>d</sup> resecta genitali parte absciderint. Ipsi sunt ergo qui habent in cælo præmia cæteris præstantiora.*

18. Hos in Evangelio suo prædicat Dei Filius, dicentibus enim Apostolis: *Quia si ita est causa viri, ut non liceat illi uxorem dimittere, nisi ex sola causa fornicationis, non expedit nubere*; respondit Dominus:

<sup>a</sup> Pleres mss., quod diligendum putes.

<sup>b</sup> Mss. bene multi, pauper est, et divites humilis et excelsos facit.

<sup>c</sup> Edit. vet. ac mss., ut in textu, nisi quod in mss. nonnullis habetur levior cursor; at Rom. edit., nisi levior cursor? Transierunt et nihil viderunt.

<sup>d</sup> Rom. edit. solus, expectavi menses vacuos, nimirum se ut Scripturæ textui ac versionibus accom-

*Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est (*Math. xix, 10, 11*), hoc est: Non capit hoc conditio omnis humanæ infirmitas, ut omnibus pateat: sed illis gratia; ut castrare se possint, quo regnum cælorum adipiscantur.*

#### CAPUT IV.

*Integritatis dignitate strictim proposita, quæ ad alias ex nuptiis damna reditura sint, explicat; utque ad ea fugienda illas excitet, Apostoli sententiam atque exemplum in medium affert. Hinc memoratis et quas in matrimonio pertulit, et quas in viduitate perpessura est miseris, affirmat fore, ut illæ omnes earum virginitate reparentur, nec ipsa posthac præsidio ullo indigeat.*

19. Audistis, filii, quantum sit præmium integritatis. Regnum acquiritur, et regnum **283** cælestis vitam angelorum exhibet. Hoc vobis suadeo, quo nihil pulchrius; ut inter homines angeli sitis, qui nulla sibi ligantur nuptiali copula (*Math. xxii, 30*). Quoniam quæ non nubunt, et qui uxores non ducunt, sicut angeli in terris sunt; ut tribulationem carnis non sentiant, servitutem ignorent, a mundanæ cogitationis ableventur contagio, divinis rebus mentem intendant; ut tamquam exuti corporis infirmitate, non quæ hominis sunt, sed quæ Dei, cogitent.

20. Considerate, filiæ, si velitis nubere, quantum vobis desit, quibus pater deest. Deest opima dos; quod ipsum tamen si abundaret, emeretis magno pretio servitutem. Nunc vero quis non despiciet destituta patre? quo confugiatis? unde auxilium postulabitis adversus virorum injurias? quanta in ipsis conjugis incommoda sunt! quam graves plerumque contumeliæ! quanta vincula!

21. Primo ipsum conjugium vinculum est, quo alligatur viro nupta, et ei in subjectionem astringitur. Bonum quidem charitatis vinculum est, sed tamen vinculum, de quo cum velit se exuere nupta, non possit, nec liberum sui habere arbitrium. Denique Apostolus dicit: *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir (*I Cor. vii, 4*)*. Et quid mirum de muliere; quandoquidem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier? Si qui fortior est, potestatem sui non habet, <sup>h</sup> quanto minus infirmior! <sup>d</sup> Non ergo absolvit mulierem communis servitus, sed gravius astringit.

22. Videte itaque quid scriptura dicat, quid Apostolus suadeat. Quis vobis potest melius consilium dare, quam ille vas Dominicæ electionis? Quid igitur dicat percipite auribus: <sup>i</sup> *Volo autem omnes homines sic esse sicut et me ipsum (*Cor. vii, 7*)*. Et ite-

modaret, in quibus omnibus, menses vacuos aut menses vanitatis.

<sup>e</sup> Mss. non pauci, in ævum super eum dolores.

<sup>f</sup> Id est, solum suaderi potest, nisi tamen votum intercedat.

<sup>g</sup> Vide lib. de Viduis, cap. 13, num. 76.

<sup>h</sup> Plerique mss., quando infirmior.

<sup>i</sup> Ita vet. edit. cunctique mss. in quo cum textu

rum dicit de non nuptis et viduis : *Bonum est illis, A si sic permanserint, sicut et ego (Ibid., 8)*. Volo vos imitatrices esse tanti Apostoli, ut vitam ejus sequamini, qui conjugii vinculum refugit, ut vinctus esset Christi Jesu. Non potuisset ad tantam apostolatus sui pervenire gratiam, si fuisset alligatus conjugii contubernio.

25. Quod si ille qui et doctrina præstantissimus erat, et tantum Christi donum habebat, judicavit tanti momenti esse, si abstineret ab usu copulæ conjugalis : et ideo sic mansit, ne plurimum suo muneri decerperetur; quod neque orationi vacare semper liceret, neque semper divinis intendere mandatis, quem conjugii cura revocaret, ut placere uxori esset necesse : quid utique vos eligere oportet, quibus sola virginitas potest libertatem dare; quoniam quæ nupserit ad servitutem pecunia sua venditur? Meliori B conditione mancipia quam conjugia comparantur : in illis meritum emitur servitutis, in istis pretium ad servitutem additur. Nupta venalis auro gravatur, auro æstimatur.

**284** 24. Experta sum, filii, labores copulæ, conjugii indignitates, et sub bono conjuge, nec tamen sub bono marito libera fui : serviebam viro, et laborabam ut placerem. Miseratus est Dominus, et fecit <sup>a</sup> altaris ministrum, continuoque et mihi et vobis raptus est : et fortasse, miserante Domino, ne diceretur maritus.

25. Videtis, filii, longævam matrem doloribus, et adhuc <sup>b</sup> immaturam viduitatis stipendiis. Videtis amissum omne præsidium et ornamentum. Nec auxilium viri habeo, nec virginitatis gratiam. Et de me <sup>c</sup> levis cura : vos mœreo, vos considero. Remanserunt mihi onera conjugii, abiere adjumenta. Quanto mallet <sup>e</sup> in hos numquam venisse usus!

26. Potestis tamen excusare patrem, ablevare matrem; si quod in nobis amissum est, in vobis repræsentetur. Hoc solo nos conjugii non pœnitebit, si vobis labor noster profecerit. Proximum putabo matrem esse virginum, ac si virginitatem tenerem. Considerate, filii, quam sibi veniens in has terras Dominus Jesus matrem elegerit. Salutem mundo daturus per virginem venit, et mulieris lapsus partu virginis solvit : vestra quoque integritas meos solvat errores.

27. Quid boni sit virginitas, considerate. Destitutam me esse certum est, præsidio egere : sed si volueritis sic manere, nullius opem requiram, abundabit mihi <sup>d</sup> ad omnem opitulantiæ vestræ integritatis corona. Quis me non dicit beatam, quam nunc miseram putant? quis non honorabit tot virginum matrem? quis non venerabitur aulam pudoris?

Apostolico rite consentiunt. At. Rom. edit. cum Vulg. vers., *Volo autem vos omnes esse sicut meipsum*. Confer cum lib. de *Virginit.* cap. 20, n. 130.

<sup>a</sup> Deerat in edit. omnibus vox *altaris*, quam tamen in mss. longe plurimis invenire est. Ex hoc autem loco manifestum sit continentiarum necessitatem etiam iis qui conjugati ad ministri, hoc est, diaconi ordinem affecti essent, jam inde a primis temporibus fuisse impositam.

<sup>b</sup> Plerique mss., *immaturam virtutis stipendiis* : melius tamen alii et omnes edit., *immaturam vidui-*

## CAPUT V.

*Virginibus in utroque sædere palmam publicæ salutis attributam, variasque mysticarum virginum laudes celebratas : itemque designatum horti ac vineæ figura virginitatem, non secus ac olærum typo conjugium ; unde filios admonet, ut rejectis Achab et Jezabel spiritalibus, verum illum Naboth amplectantur pro nobis accusatum atque occisum. Quamobrem venisse prædictus sit super nubem levem, et cur etiam matrem suam Joanni commendaverit? Quomodo tandem hic qui ut mysticus Levi nihil habebat, legitur eam accepisse in sua?*

28. Multas feminas Scriptura divina in lucem evexit, palmam tamen publicæ salutis solis virginibus dedit. In veteri Testamento terra ac mari clausum Hebræorum populum virgo per maria pedes duxit (*Exod. xv, 20*) : in Evangelio auctorem mundi et redemptorem virgo generavit (*Luc. i, 27*). Virgo est Ecclesia (*II Cor. xi, 2*), quam studuit Apostolus virginem castam assignare Christo : virgo est filia Sion (*Esai. xxxvii, 22*) ; virgo est civitas iuda Hierusalem (*Apoc. xxi, 27*) **285** quæ in celo est, in quam nihil commune intrat atque immundum : virgo est et illa quam vocat Jesus, cui et dixit : *Ades huc a Libano, Sponsa, ades huc a Libano ; transibis et pertransibis a principio fidei (Cant. iv, 8)*. Non solum transivit virgo, sed etiam pertransivit : quæ festinat ad Sponsum, transit sæculum, pertransit ad Christum ; vel quia ea quæ Christo se dicaverit, transendo ad cœlestia, terrena pertranseat. Nam et ipse Sponsus sic venit ad Sponsam suam, ut saliat super montes, transiliat super colles (*Cant. ii, 8*).

29. Addit adhuc ad laudem virginitatis : *Hortus clausus soror mea Sponsa, hortus clausus, fons signatus (Cant. iv, 12)* ; quo meliores afferat fructus claustrum pudoris septa virginitas, in qua intemerata permaneant castitatis signacula. Hunc hortum animæ vestræ, hunc fontem servate puri liquoris, ut eum in vobis nemo perturbet, nemo designet, quem genitalis in vobis origo signavit. Nemo auferat animæ vestræ vineam, et vilia olera serat. Vineam enim quidam fructus virginalis est : conjugia velut olerum plantaria sunt, in quibus <sup>e</sup> frequens gelu est ; et ideo sicut olera herbarum cito cadunt atque marcescunt, nisi finem imponat senectus, aut ad perfectum evehat continentia.

30. Non veniat ergo in vos Achab, qui concupiscat vineam vestram delere et extinguere : nec veniat in vobis Jezabel, vanum illud et sæculare profluvium ; hoc enim significatur vocabulo, vana et *vatis stipendiis*, id est forte, nondum sexagenariam. Videtur siquidem hic et lib. de Viduis cap. 2, num. 9, illud etatis exigere, ut senilis viduitas Ecclesiæ stipendiis sustentetur.

<sup>e</sup> Mss. non pauci, *in hos*, quidam melius *in hoc*, *numquam venissemus*.

<sup>d</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *ad omnem opitulationem* ; alii mss. multo plures, *ad omnem opitulationem, unus opulentiam*. Haudquaquam male.

<sup>e</sup> Ita mss. magno numero : quidam autem, atque omnes edit. *frequens zelus est*.

cua redundantia : sed veniat Nabuthe, qui venit a Patre, sicut indicat nominis ipsius interpretatio, qui vineam sanguine defendat suo, et pro ea mortem suam offerat. Hic est qui lapidatus pro nobis est, pro nobis mortuus, pro nobis falsis appetitus testimonii : qui pauper huc venit, cum dives esset, <sup>a</sup> ut nos ejus inopia ditaremur (III Reg. xii, 2 et seq.). Hic est vitis, quæ redundantibus gratiæ suæ fructibus replevit universum orbem terrarum. Hic in vestris pectoribus alta maneat defixus radice; ut et fructus vester exuberet, et liquore gratiæ spiritalis corporei vaporis incendia temperentur.

31. Hic est qui venit in nube levi, sicut dixit propheta : *Ecce Dominus sedet super nubem levem, et veniet in Ægyptum* (Esai. xix, 4); significans quod in Ægyptum, id est, in afflictionem mundi hujus veniret <sup>b</sup> super virginem. Nubem itaque Mariam dixit, quia carnem gerebat; levem, quia virgo erat, nullis oneribus gravata conjugii. Ipsa est virga germinans florem, quia pura et ad Dominum libero corde directa virginitas, quæ nullis in hoc sæculo curarum anfractibus reflectitur (Num. xvii, 8).

32. Ideo illam Dominus de cruce discipulo suo dilectissimo sibi tradidit sancto Joanni (Joan. xix, 27), qui dixit patri et matri : *Non novi te* (Deut. xxxiii, 9). Denique vocatus a Christo reliquit patrem (Math. iv, 21), verbum secutus. Huic traditur virgo, qui suos nesciat : huic traditur virgo, qui de pectore Christi hauriat sapientiam : huic traditur virgo, qui fratres suos non cognovit, et filios suos non scivit. Ideoque **286** benedicit eum Lex : *Date Levi veros* <sup>C</sup> *ejus, date Levi sortes ejus* (Deut. xxxiii, 8).

33. Unde et matrem Domini ipse suscepit; scriptum enim habemus, quia *ex illa hora suscepit eam Discipulus in sua* (Joann. xix, 27). Quid est in sua, cum reliquerit patrem et matrem, et Christum secutus sit? Aut quomodo in sua, <sup>e</sup> cum ipsi apostoli dixerint : *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te* (Math. xix, 27)? Quæ sua habebat Joannes, qui mundana et sæcularia non habebat, qui et de mundo non erat? Quæ ergo habebat sua, nisi ea quæ a Christo acceperat? Bonus verbi sapientiæque possessor, bonus receptor gratiæ. Audite quæ apostoli a Christo acceperint : *Accipite, inquit, Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata, remissa erunt ; et quorum delinueritis, delenta erunt* (Joann. xx, 22, 23). <sup>D</sup> Neque enim mater Domini Jesu nisi ad possessorem gratiæ demigraret, ubi Christus habebat habitaculum.

<sup>a</sup> Edit. et quidam mss., *ut vos ejus inopia ditaremini*.

<sup>b</sup> Mss. quidam, *super virginem*; edit., *per virginem*.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *cum ipsi discipuli dixerint*.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, *Neque enim mater Domini Jesu ad possessorem gratiæ non demigraret, nisi ubi, etc.* Parum congrue.

<sup>e</sup> Mss. ubique habent, *viros ejus* : at germanam lectionem esse, *veros ejus*, proxima verba, *Quid tamen verum*, et alia illa non ita multo post sequentia, *Illud enim verum quod nascimur*, certo demonstrant.

## CAPUT VI.

*Adaptat filiis dicta superius, docet qua ratione ipsi nubes leves esse queant per virginitatem : et dare Levi veros ejus, si tales nimirum permaneant, quales primi parentes ante peccatum. Horum filios quos ejecti e Paradiso genuerunt, comparat : et prioris filii occasione suos hortatur, ut mundanas non querant possessiones, quas filia Salphaad ambierunt. Quid per hoc significetur, quasve sortes Levi jubemur dare? Dominicæ ac Mosaicæ sortitionis quodnam discrimen? Harum altera matrimonium, altera virginitatem signari, quæ libertatem ministrorum Christi pone sequitur.*

34. Date ergo et vos, filii mei, vero illi Levi veros ejus. Estote nubes, sed leves. Eritis profecto, si ablevet virginitas onera conditionis, et tenebras hujus limosæ carnis illuminet. Ideo dicit illa : *Nigra sum, et decora, filia Hierusalem* (Cant. i, 4); nigra per carnem, decora per virginitatem. Nubes itaque sunt, et graves nubes, quæ nupserint; namque a nubibus verbum nubentium tractum arbitror. Denique operiuntur ut nubes, cum acceperint nupturæ velamina. Et vere graves nubes, quæ sustinent sarcinam matrimonii. Nam etiam gravari alvo feruntur, cum semina conceptionis acceperint.

35. *Date ergo Levi veros ejus.* Quid tam verum, quam intemerata virginitas, quæ signaculum pudoris et claustrum integritatis genitale custodit? At vero cum usu conjugii juvenula defloratur, amittit quod suum est, quando ei miscetur alienum. Illud enim verum quod nascimur, non in quod mutamur : quod a Creatore accepimus, non quod de contubernio assumpsimus. Date ergo vero Levi, illi sacerdotum principi, vero Aaron, vero Melchisedech, veros ejus, quales ipse condidit, non quales sæculi hujus usus efficit; ut opus suum in vobis et illud genitale signaculum inviolatum atque integrum recognoscat.

36. Date illi, exhibete illum Adam qui fuit **287** ante peccatum, illam Evam quæ fuit antequam lubricum serpentis hauriret venenum, priusquam ejus supplantarentur insidiis, quando non habebant quo confunderentur? Nam utique nunc, licet bona conjugia, tamen habent quod inter se ipsi conjuges erubescant. Tales ergo estote, filii, quales Adam et Eva in paradiso fuerunt (Gen. iv, 2). De quibus scriptum est, quod posteaquam de paradiso est ejectus Adam, cognovit Evam uxorem suam, et illa concepit, <sup>f</sup> et peperit filium, quem vocavit Cain : et ite-

Et hinc corrigendus idem locus supra col. 69, num. 266, et emendanda ibidem subjecta annotatio; nisi quis malit Ambrosium variis in codicibus varie legisse, quod eidem alibi quoque usu venire haud difficulter animadvertas.

<sup>f</sup> Omnes edit., *et peperit filium, cui nomen Abel*. Quem quidem locum mancum ac defectum esse cum sequentia aperte clament, ita supplendum post Bandinium edixit Latinus, *et peperit Cain, et dixit : Posedi hominem per Deum. Et rursum concepit, etc.* Sed mss. omnium factum est beneficio, ne isthac eorum conjectura opus haberemus.

rum concepit et peperit filium, cui nomen Abel. Melior itaque secundus, quam prior fructus; quia iste immaculatus, ille maculosus. Iste adhærens Deo, et totus a Domino, ille mundana et terrena possessio. Denique in isto mundi redemptio annuntiat, ab illo mundi ruina. In hoc Christi sacrificium, in illo diaboli parricidium. Nihil ergo vobis sit, filii, cum possessione sæculi, nec terrenæ vobis et Judæicæ<sup>a</sup> possessionis ullos vindicandos esse sortitus arbitremini.

37. Legimus quidem quia Moyses, id est Lex, terras bello et cæde quæsitæ, sorte distribuendas Hebræorum populo censuerit (*Num. xxvi, 53*), quarum possessionem sibi Salphæ filia postularunt, quia Salphæ filia (*Num. xxvii, 1 et seq.*). Tamen idem Moyses levitis non divisit terram (*Deut. xviii, 1 et seq.*), quorum non erat terrenus, sed superior incolatus: sed iis sine labore terreno sacri stipendia ministerii deputavit. Salphæ autem filia quid sunt, quæ terram petunt, nisi, ut interpretatio docet, oris obumbratio? Quæ utique in illis est, quibus non est verbum in ore ipsorum, nec in sermone eorum veritas (*Psal. v, 10*); sicut in populo Judæorum, qui nolunt Christum Jesum Deum Dei Filium confiteri. Tales igitur terram requirunt, et hujusmodi postulant possessionem, in qua tota vitæ suæ ætate desudent, et pro fructibus spinas curarum<sup>b</sup> et sollicitudinum metunt.

38. Fugite ergo, filia, umbram oris, quæ in lumine æternum creditis, quod illuminat omnem hominem: quæ non tamquam in umbra Christum, sed in lumine confitemini. *Populus qui sedebat in umbra mortis, lux orta est illis (Esai. ix, 2)*. Fuimus ergo in umbra, sed nunc jam non sumus, qui Christum fatemur. Atque utinam licuisset et mihi dicere, qui Christo profiteamur! Et tamen profiteamur, ego viduitatem, vos virginitatem. Fiat in nobis ore ad salutem confessio.

59. Date ergo Levi illi salutari nostro<sup>c</sup> sortes ejus. Sors ejus levitica est, sors ejus virginitas est, sors ejus viduitas est; quoniam non solum virgo, sed etiam mulier innupta cogitat quæ sunt Domini. Unde et Apostolus dixit: *In quo et sorte constituti sumus (Ephes. i, 11)*. Sicut enim in veteri Testamento terra sorte divisa est (*Josue xviii, 10*), ita in Evangelio sorte quadam Domino deputamur.<sup>d</sup> Unde et scriptum est de evangelistis: *Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem (Joan. xix, 24)*. Et apostoli, cum eligendus esset **288** duodecimus apostolus in locum Judæ, sorte munus apostolatus deferendum arbitrati sunt. Itaque oratione facta, ut de duobus Dominus quem vellet eligeret, sors cecidit super Matthiam (*Actor. i, 26*).

<sup>a</sup> Complures mss., *possessiones, illos vindicando, nonnulli, judicandos, vobis esse sortitos arbitremini. Absurde.*

<sup>b</sup> Plerique mss., *et sollicitudinem metunt.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *sortes ejus. Levitica est sors ejus, viduata est. Corruptissime.*

<sup>d</sup> Paris. quædam edit., *Unde et dictum est ab evangelistis. Non recte; nihil enim aliud loco significa-*

40. Illa igitur vetus terrena sortitio, hæc spiritalis. In illa census sæculi materialis, in hac personalis officii: ibi possessio curarum, hic divisio gratiarum: illic possidemus arva plena laboris atque mæstitiæ, hic possidemus a Christo. Unde et sanctus David dicit: *Possedisti renes meos (Psal. cxxxviii, 15)*. Illic, filii, possideat renes vestros, ut in illis seminaria maneant castitatis, incentiva virtutum. Ideo dicite vos Christo, et confitemini ei, ut dicatis: *Portio mea Dominus (Psal. cxviii, 5)*. Non potest hoc nupta dicere, sed innupta; nupta enim quærit viro suo placere, innupta autem Christo. Illa mundi, hæc Christi possessio.

41. Christi possessio levita est, qui nihil sibi de terrenis vindicat. Qui quærit uxorem, non potest dicere: *Portio mea Dominus*: Denique Christi minister quid ait? *Argentum et aurum non habeo; sed quod habeo, do tibi: in nomine Jesu Nazareni surge, et ambula (Act. iii, 6)*; hoc enim acceperat, quoniam aurum non desiderabat. Denique missus erat sine virga, sine sacco, sine pecunia (*Luc. ix, 5*). Et ideo gloriabatur, quia non habebat quod non acceperat; quem enim erubescere in paupertate, quem pauper redemerat. Ideoque dixit: *Surge et ambula, quia legerat: Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum (Psal. xxxiii, 7)*.

#### CAPUT VII.

*Virginum sterilitatem, aliarum fecunditate potiore esse, cum Ecclesiæ imitetur copiosos partus, qui sorte, hoc est, gratia et non ex operibus producuntur. Dandæ itaque sortes Christo, qui supra laborem mercedem solvit: dandam etiam veritatem, id est, virginitatem. Quot et quantis tentationibus ea impugnetur! Sed cum bonam castitatem esse didicerimus ab Apostolo, indicat sancta Vidua recurrendum ad remedium: quod elegantis præcæ illius Mariæ allegoria, in carnis mortificatione ac Dominicæ passionis merito, quo nos ad victoriam perducimur, positam esse significat. Quærendam postea in cælestibus sapientiam, atque attrahendum in interiora, ut vivamus.*

42. Sit ergo vobis portio Dominus, Dominus qui sterilem et parientem facit. Utramque facit: sed altera in tristitia parit, altera in sterilitate lætatur, cui dicitur: *Lætare, sterilis, quæ non paris: erumpe et exclama, quæ non parturis (Esai. lv, 15)*. Habet enim filios sine partus dolore. Unde dicitur de Ecclesia: *Quis audivit, si parturivit terra uno die, et gens nata est simul (Esai. lxvi, 8)*? Uno autem die terra non parturit, sed parit gratia. Venit paschæ dies, in toto orbe baptismi sacramenta celebrantur, velantur sacræ virgines. Uno ergo die sine

tum vult Ambrosius, nisi evangelistas in militibus vestimenta Christi dividitibus adumbratos esse. De quo adisid. Expos. in Lucam lib. x, col. 1528, num. 415 et seq.

<sup>e</sup> Omnes edit. *sanctus Domini*: omnes mss. *sanctus David*.

<sup>f</sup> Rom. edit., *Quis audivit tale, si parturivit, etc.*

aliquo dolore multos filios et filias solet **289** Ecclesia parturire. Ideoque pulchre dicitur: *Et gens nata est simul*, de populo consecrato.

43. Videtis mysteria, videtis gratiam Christi, gratiam Spiritus sancti, qui velut quadam sorte defertur; quoniam non ex operibus, sed ex fide unusquisque justificatur a Domino. Sicut enim sortis eventus non in nostra est potestate, sed quem casus attulerit; sic gratia Domini non quasi ex mercedis merito, sed quasi ex voluntate defertur. Unde et Apostolus ait de divisionibus gratiarum, quæ diverso modo Dei servulis deferuntur: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Prout vult*, inquit, non prout debetur (I Cor. xii, 11). Denique et Dominus ait uberem mercedem pro opere postulantibus et conquirentibus quod parem accepissent cum iis qui posterius advenerant: *Si ego bonus, oculus tuus quare nequam est* (Matth. xx, 15)?

44. Date ergo, filii, sortes vestras ei qui ultra meritum laboris remunerationem suis donare consuevit. *Date veritatem ipsius viro sancto* (Deut. xxxii, 8), id est, integritatem; ipsius enim est integritas, qui immaculatus advenit. Veritas itaque virginitas: corruptela mendacium est. State ergo in corde vestro, sicut bona vinea in propagine sua.

45. Multæ tentationes sunt; Ideoque ait Scriptura: *Tentaverunt eum tentatione, et maledixerunt ei super aquam contradictionis Cades* (Deut. xxxii, 51). Tentatur virginitas a plerisque petitoribus; et cum voluerit virgo perseverare, existunt qui contradicant. Contradicit petitor, et refutatus maledicit. In opprobrio esse videtur innupta, vel virgo, vel vidua. Cades enim innupta est, quæ est sancta corpore et spiritu, et Domino se dicavit, quæ reliquit parentes, et non facit voluntatem eorum qui solent dicere: Debes nobis, filia, nepotes. Cades est quæ filios nescit. Quod si illa divitiis sæculi præfert opprobrium Christi, quod necesse est ut subeat, qui quærit Christo placere; quanto magis vos, quos pater provocat ad integritatem, mater hortatur id sequi, quod convenit!

46. Bonum est ergo virginitas. Denique, *Qui judicavit*, inquit, *in corde suo* <sup>a</sup> *servare virginem suam, bene facit. Igitur et qui matrimonium jungit virginem suam, bene facit; et qui non jungit, melius facit* (I Cor. vii, 37, 38). Ille bene facit propter laqueum, hic melius facit propter utilitatem. Illud pro remedio, istud pro præmio. *Beatior autem qui sic permansit, secundum meum quidem consilium. Puto enim ut et ego Spiritum Dei habeam* (Ibid., 40). Sequimini ergo, filii, consilium Apostoli, donum Spiritus sancti.

47. Sumite ergo et vos, sicut sumpsit Maria soror Moysis et Aaron, tympanum in manibus vestris, exite dicentes: *Cantemus Domino; gloriose enim honorifica-*

*tus est, equum et ascensorem projecit in mare* (Exod. xv, 20). Mortificate membra vestra tympani modo: nulla in iis lascivia carnis exæstuet, omnisque flagrantiae corporalis sensus intereat. Nesciat in iis nisi inter mortuas corporis voluptates solus spiritus resultare. Si enim **290** mortui fueritis peccato, vivetis Deo: vivetis autem, si non regnet in corpore vestro mortuo ulla concupiscentia.

48. Versate manibus vestris crucem Domini Jesu, et in vestris eam operibus elevantes, calcate mundi hujus profundum, et pertransite. Ille sicut equus adhinniens in libidinem, nullum locum inveniat in vobis; et quicumque voluerit persequens comprehendere vos, demergatur. Dextera lavaque circa vos aquæ murus sit, ut vapor omnis corporis temperetur; donec ad illos intelligibiles duodecim fontes, et septuaginta arbores palmarum, ad illam <sup>b</sup> magni requiem sabbati divina vos dignatio perducat, et in montem hæreditatis suæ plantare dignetur, ubi sancta Maria choros ducit.

49. Induite ergo, filii, Dominum Jesum; quærite veram sapientiam, de qua dicit Job: *Sapientia autem unde inventa est, qui locus disciplinæ? . . . Abyssus dixit: Non est in me. Mare dixit: Non est mecum* (Job. xxviii, 12 et seq.). Bene abyssus dixit: *Non est in me*, quia resurrexit; non enim habet quem tenere non potuit. Denique habes in Evangelio, quia angeli dixerunt mulieribus ad sepulcrum venientibus: *Jesum qui crucifixus est, quæritis: non est hic, sed surrexit* (Matth. xxviii, 5, 6). Quid est, *non est hic?* id est, non est in sepulcro, non est in infernis, sed in cælestibus est. Mare quoque, hoc est, sæculum dicit, mundus hic dicit: *Non est mecum*; quia supra mundum est, quem vitæ humanæ lapsus atque illecebria non immutavit; quia peccatum non fecit, nec est dolus inventus in ore ejus (I Petr. ii, 22). Abyssus ergo dixit: *Non est in me*; mare dixit: *Non est mecum*. Sed cælum non dixit qui non est apud se, quem receperat resurgentem. Paradisus non dixit: *Non est in me*, quem regnare in se, absoluto quoque latrone, cognoverat; sicut ipse Dominus dixit: *Hodie mecum eris in paradiso* (Luc. xxiii, 43).

50. Attrahite, filii, sapientiam in interiora vestri cordis promptuaria, quoniam ea est omni auro argenteoque pretiosior, quam mors nescit; quia non mortui <sup>c</sup> laudabunt te, Domine, sed viventes. Et vos igitur ut vivatis, laudate Dominum, et laudate eum diebus ac noctibus (Psal. cxiii, 17, 18). Laudabitis autem, si ab eo nulla vos avertat cupiditas matrimonii, et cura mundi; quoniam quæ conjugium sortiuntur, sollicitantur mundi hujus negotiis.

#### CAPUT VIII.

*Ut prolem suam, quæ Deo jam a parentibus promissa erat, acrius urgeat, filia Jephthe in implendo pa-*

*viri*, num. 25, aliquid observamus. Locum ipsum, si vacat, adi.

<sup>c</sup> Omnes edit. cum mss. nonnullis, *laudant Dominum*; alii mss. magno numero, *laudabunt te, Domine*.

<sup>a</sup> Aliquot mss., *servare virginitatem suam*.

<sup>b</sup> Hic beatæ resurrectionis quietem intellige, quam in septenario numero designari passim traditur ab Ambrosio. Cæterum Judæis tria erant quæ magna vocitabant, sabbata de quibus ad Expos. in Lucam

terno voto obsequium refert: deinde ad filium conversa ei revocat in memoriam quemadmodum precibus a Deo fuerit impetratus, cui proinde negari non possit sine crimine. Illis dictis, alacritatem piæ sobolis cernens in gratiarum actiones effunditur sancta mulier: cujus Ambrosius in Ecclesiam, ubi filium lectoris obeuntem munus reperit, processum narrat.

51. Considerate, filii, quid votis debeatis parentum. Aperiimus ad Deum os **291** nostrum: <sup>a</sup> votum est voluntas parentum. Nos oravimus, vos solvite. Quanta vis sit in votis parentum Jephthe Galaaditis filia vos debet docere, quæ ne frustraretur oblationem paternam, etiam mortem suam obtulit. Nam cum ille sollicitus de belli periculo, vovisset ut si prosperior pugnae eventus foret, id quod regredienti domum suam primo sibi occurreret, Deo immolaret; ubi victoria potitus est, occurrit filia, læta præ cæteris gaudio victoriae et pietatis officio. Ingegnuit pater <sup>b</sup> non affectus memor, sed memor voti. Quæsitit causam filia: respondit ille quid Domino promississet. Tum illa hortata est ut promissum Deo munus impleret. Itaque incautam patris oblationem sanguine suo solvit (*Judic. xi, 31 et seq.*).

52. *Hæc* <sup>c</sup> vobis communia. Tu autem, fili, quem mihi verus Helcana (*I Reg. i, 1 et seq.*), id est, Dei dedit possessio, postulat meus, petitus meus (inde enim etiam Samuel nomen accepit); tu, inquam, impetratus meus, et votivus meus, qui quomodo in uterum meum veneris, nescio (jam enim desperaveram sobolem sexus virilis), quem mihi vota mea, non aliqua solemnitas cætus secreta formarunt: tu, inquam, fili, agnosce a quo donatus sis mihi. Ille tua ora plasmavit, ille tua membra distinxit, ille mea orata suscepit, cujus templo, cujus obsequio te antequam nacereris, sacravi. Non parentibus, non tibi, sed Deo natus es; cujus antequam de vulva matris exires, esse cœpisti. Et omnes quidem illius sumus, sed tamen tu specialiter <sup>d</sup> promissus, Domino tuo redderis; quia scriptum est: *Vovete et reddite Domino Deo vestro (Ps. lxxv, 12)*. Ego misera, ego

<sup>a</sup> Jam supra Laurentium, trium illarum virginum fratrem, Julianæ verbis, votorum a parentibus nuncupatorum admonerat, quasi maximum apud eundem habere debeant momentum: hoc autem loco manifestius adhuc eorundem votorum ad astringendos liberos virtutum docet. Sane dubium non est, quin infantes olim monasteriis a parentibus oblatis cogentur, saltem in occidentis Ecclesia, monasticam vitam perpetuo servare. Hoc aperte præcipit Tolet. Conc. can. 48, ubi legitur: *Monachum aut paternam devotio aut propria professio facit. Quidquid horum fuerit, alligatum tenebit*, etc. Item can. 50: *Non aliter et hi qui detonsi a parentibus fuerint*, etc. Isidorus quoque non solum in Decr. 20, q. 1, c. *Quicumque* relatus, sed etiam a sancto Benedicto Anianensi in Concord. Reg. cap. 45, § 3, et a Smaragdo in Regulae sancti Benedicti cap. 49 citatus, idem statuit. Hoc ipsum etiam jubent synodus Aurelian. v, can. 19, sicut et i Maticon. can. 18. Quibus adjici potest Gregorius II papa, epist. 9, ad Bonif. Mogun. relata in Decr. 20, q. 1, c. *Addidistis*. Confirmant eandem rem præter Regulas sancti Benedicti, Magistri et alias, etiam formulæ quibus in offerendis filiis parentes ute-

A indigna, et tamen quasi Anna promisi ut omnibus vite tuæ diebus ac noctibus a conspectu Domini non recedas: ego promisi, tu exsequere: Dominus sibi hostiæ suæ munus implebit.

53. Hæc et alia pia mater: quæ postquam congruentem filiorum vidit affectum, ab lactatum suum uberibus gratiæ spiritualis in templum Domini deducens, conversa est ad preces, et dixit: *Confirmatum est cor meum in Domino: exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatatum est os meum super inimicos meos, lætetur in salutaris tuo; quoniam non est sanctus alius quomodo Dominus; et non est justus, quomodo Deus noster, et non est sanctus præter te (I Reg. ii, 1, 2)*.

54. Ista igitur ad filios suos mater dixit, quæ simul et viduitatis in se, et integritatis in liberis titulos in domum suam intulit, quasi quosdam femineos principatus. Egregia sane femina, quæ sibi nihil reliquit: totum quod habuit, Deo obtulit; **292** cujus vita institutio disciplinæ est, et quædam formula castitatis bono proposito, et meliore magisterio. Exemplum enim viduitatis et virginitatis magisterium est.

55. Procedit in Ecclesiam filiarum virginum <sup>e</sup> septa comitatu, domesticum decus invehens: et invenit in Ecclesia quod suum dicat, filium sacramentum lectionum oracula personantem; ut videantur sibi sorores domi discere, cum frater auditur. Mater quoque ad imitationem cælestis exempli gaudet se proficere de filio, et omnia legentis verba pio mandat affectui, et sedulo corde conservat.

#### CAPUT IX.

*Maternam exhortationem ut sua quoque cumulet sanctus Præsul, virgines illas ad quærendum in divinis Scripturis Christum excitat. Sed eum quando quæritur, jam tum præsentem esse asseverans, docet interrogandum ubi maneat in meridiano, id est, in Patris lumine: requirendum etiam in lumine bonorum operum, atque in nocturnis orationibus: ubi vero ille transierit, sequendum; cum delectetur sapius quæri, ut gratium suscitet, animamque vulneret*

bantur, quas Menardus noster in Concord. Reg. cap. 66, ac præter Acherium in Notis ad Lanfr. et alibi, Mabill. noster tom. III Analect., pag. 469, exhibent. Vide quoque doctissimi Thomassini Discipl. Eccl. p. 2, c. 45, qui consuetudinem illam ad Hispan. conc. refert, quæ forte melius referretur ad hanc Ambrosii commentationem, aut saltem ad Regulam D. Benedicti synodo Tolet. iv, uno sæculo antiquiorem. Idem autem Thomassinus contrarium usum apud orientales, immo etiam apud occidentales per prima quatuor Ecclesiæ sæcula obtinuisse contendit.

<sup>b</sup> Edit. omnes, ac pauci mss., *non affectus immemor*; alii multo plures ac pauciores, *non affectus memor*. Et hac potius lectio videtur, ut sensus sit eum erupisse in gemitus, non tam paterni affectus, quam cruenti voti recordatione.

<sup>c</sup> Ita mss.; edit. vero, *vobis, filia, sunt communia; Rom., sint commendata*. Et infra ubi edit. *coitus*, legunt mss. *cætus*, eodem sensu.

<sup>d</sup> Omnes edit., *præmissus Domino. Tu redderis*; omnes mss. ut in corpore.

<sup>e</sup> Mss. non pauci, *septa comitatu domestico, decus inqens*.

*charitate : cujus quidem qualia sint vulnera, variis A* *sanctorum exemplis probat.*

56. Sed quamvis nihil maternis defuerit hortationibus, ego quoque vos, filii, vel paucis alloquar. Quærite Dominum Jesum, qui nos monet ut quæramus regnum Dei : *Et ecce omnia, inquit, suppetent vobis (Math. vi, 33)*. Sed malo ego vos ante meritum deferre, et sic exigere mercedem. Bona merces, sed divini dispensator mercedis, et auctor muneris. In regno merces, in Christo remunerandi potestas. Quærite illam in Scripturis divinis, ubi Christus invenitur, et dicite sicut illa dicebat : *Annuntia mihi quem dilexit anima mea (Cant. 1, 6)*. Sed et Synagoga quærebat quem amiserat, vos quærite quem non amittatis. Sed cur, Synagoga, dicis quem dilexisti, et non dicis quem diligo? Ideo non tenes, quia dilexisse te dicis : cur non potius adhuc diligis, ut possis tenere?

57. Verum illam omittamus. Tu, virgo, cum cœperis quærere, adest; neque enim fieri potest ut desit quærentibus se, qui palam factus est non quærentibus, et inventus est non interrogantibus (*Esai. lxy, 4*). <sup>a</sup> Dum tractas et cogitas, præsto est. Disce interrogare cum venerit, ubi pascat, ubi maneat; sicut illa dicebat : *Ubi pascis, ubi manes* **293** *in meridiano (Cant. 1, 6)*? Ubi enim Christus manet, nisi ubi justitiæ meridies fulget? Idque sacratæ Scripturæ docetur testimonio, quæ dicit : *In sole posuit tabernaculum suum (Psal. xviii, 6)*. Unde et alibi idem dicit Propheta : *In lumine tuo videbimus lumen (Psal. xxxv, 10)*. Lumen Filius est, lumen et Pater qui videtur in Filio; quoniam Filius splendor gloriæ Patris, et imago substantiæ ejus est (*Hebr. 1, 3*).

58. Sed etiam in tuo lumine, virgo, Christum require, in bonis cogitationibus, in bonis operibus, quæ luceant coram Patre tuo qui in cœlis est. Quære in noctibus, <sup>b</sup> quære in cubiculo tuo; quoniam et nocte venit, et pulsat ad januam tuam. Vult enim te omnibus invigilare momenti, vult januam tuæ mentis patentem invenire. Est et illa janua quam vult patere, ut aperiat et resonet os tuam laudem Domini, gratiam Sponsi, crucis confessionem : cum symbolum recensens, psalmos in cubiculo tuo concinis. Ergo cum venerit, vigilantem te inveniat, ut parata sis. Dormiat caro tua, vigilet fides : dormiant illecebræ corporis, vigilet cordis prudentia : membra tua redolèant crucem Christi, et sepulturæ odorem; ut nihil iis somnus caloris infundat, <sup>c</sup> nullos excitet motus. Ipsa est anima quæ se Christo aperit, quam nulli vapores carnis exagitant.

59. Cum hæc invenerit Sponsus, transibit : anima tua illo sequatur, discedat a cubili suo, exeat in verbo ejus, sicut scriptum est : *Exivit anima mea in*

<sup>a</sup> Mss. plerique, dum tractasse cogitat.

<sup>b</sup> Edit., quære in cubili tuo.

<sup>c</sup> Plerique mss., nullus excitet metus... Cum hæc venerit, Sponsus transibit, ut anima, etc.; melius tamen alii, et edit. ut in textu.

<sup>d</sup> Sic mss. nullo excepto: omnes autem edit. et

verbo tuo (*Cant. v, 6*), id est peregrinetur a corpore, ut Deo adsit; quoniam cum est in corpore, peregrinatur a Christo. Unde et Apostolus dicit : *Audemus ergo <sup>d</sup> et consentimus magis peregrinari de corpore, et adesse ad Dominum. Et ideo conamur, sive absentes, sive præsentis, placere illi. Omnes enim manifestari oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisque propria corporis, sicut gessit, sive bonum, sive malum (I Cor. v, 8 et seq.)*. Quam cito causam probavit, quæ corpus resurget! Oportet enim carnem resurgere, quæ remunerationem suorum est adeptura gestorum; ut quæ in corpore gessimus, in corpore recipiamus.

60. Vult igitur se Dominus sæpius quæri : <sup>e</sup> discedit, currit, ut resuscitet gratiam, quam vult a te etiam in te resuscitari, sicut habemus ad Timotheum scriptum : *Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum (II Tim. 1, 6)*. Quæ autem resuscitaverit gratiam, sit vulnerata charitatis, sicut illa dixit : *Quia vulnerata charitatis ego sum : si suscitaveritis et excitaveritis charitatem (Cant. v, 8)*. Quid istud sit, poterimus intelligere, si repetamus quia sagitta est Dominus Jesus, cui dicit Pater : *Posui te sicut sagittam electam (Esai. xlix, 2)*. Et quia ipse est charitas, sunt utique jacula charitatis, quibus vulnerat sese quærentes. Denique et alligatæ vinculis ipsum sequuntur; quia quos vulnerat ligat. Ergo sunt etiam vincula charitatis, quibus **294** ligatus est Paulus, qui ait : *Paulus vincitus Jesu Christi (Philem. 1)*.

61. Vulnera autem charitatis esse docet Job, quo nemo amplius Christum dilexit, qui diligebat etiam in ipsius sui corporis cruciatibus. Unde dicebat : *Sagittæ autem Domini in meo corpore sunt, quarum furor ebibat sanguinem meum; cum cœpero loqui, compungunt me (Job vi, 4)*. Sunt ergo charitatis vulnera, et bona vulnera : denique *milia vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici (Prov. xxvii, 6)*. Hieremias quoque æstuabat, et ignem charitatis quo inflammabatur ad officium prohectandi, ferre non poterat (*Jerem. xx, 9*). Denique demergebatur in lacum (*Jerem. xxxviii, 6*); quia Judæis futura excidia annuntiabat, et tacere non poterat. Lapidabatur Stephanus (*Act. vii, 58*), et illa pro Christo vulnera quasi vulnera charitatis pro excipiebat affectu. Vapulabant apostoli, et congratulabantur (*Act. v, 40*). Quam bonus est Dominus, pro quo dulces et injuriæ sunt, grata mors! Et bene grata, quæ acquirit immortalitatem.

#### CAPUT X.

*Virginitati competere Ecclesiasticis locum de vestibus, quod autem addit de oleo ferendo in capite, hoc et de mentis humilitate et de modesta corporis compositione magis : Græcæ, θαρρόμεν δὲ, καὶ εὐδοχοῦμεν, contendimus, et probamus; Vulg., audemus et bonam voluntatem habemus; aliæ versiones denique, confidimus et exoptamus.*

<sup>e</sup> Mss. non pauci, discedit. Cur? Ut resuscitet, etc. Non incongrue.

sitione intelligi; cum ornamenta interiora maxime in nobis requirantur, et pauperum divitiarum sint innocentiarum simplicitas. Quomodo Ecclesiarum dicat Synagoga: Ubi pascis, etc.? hæc vero eas Christi voces accipiat: Nisi scias te, etc.? Hinc significari divinam imaginem residere in anima nostra, et proinde maximam ejus curam gerendam esse. Quapropter monet juvenem, ut cordis innocentia delectetur: virgines autem, ut oculos hominum exemplo Mariæ defugiant, atque omnem declinent fabularum occasionem.

62. In omni, inquit, tempore sint vestimenta tua candida (Eccles. ix, 8). Quid candidus virginitate: a quid candidus intacto vestimento pudoris? Bona quidem castitas conjugalis et castitas viduitatis: munda omnis castitas, sed forte non omnis candida, aut non candida in omni tempore (I Cor. vii, 4, 5). Non candida, quando non habet quis sui corporis potestatem, quando ad tempus sequestratur oratio. De virginitate ergo pulchre dicitur: In omni tempore sint vestimenta tua candida, et oleum in capite tuo (Eccles. ix, 8); ut faces tuæ semper possint lucere, nec extinguantur, cum cœperit Sponsus ille cœlestis venire (Matth. xxv, 6 et seq.).

65. b Qua autem ratione in capite tuo Ecclesiastes dixerit, de Proverbiis colligemus; quia Oculi hominis in capite ejus (Eccles. ii, 14), id est, sapientiæ tuæ sensus. Ideo forte et evangelica mulier illa laudatur, quæ pedes Domini capillis suis extersit (Luc. vii, 38 et seq.), quod fide se humiliaverit; ne per carnis elata sapientiam videretur, e quam Legi subditam verus occultorum interpres Paulus negavit (Rom. viii, 7), eo quod Christo subjiceretur.

295 64. Et pulchre hoc possumus intelligere etiam corporaliter, quoniam si in prophetiis scriptis reprehenduntur filiarum Sion, quod alta cervice procederent, nutibus oculorum, et itinere pedum trahentes simul tunicas, et ludentes pedibus (Esai. ii, 16 et seq.); et ideo gloriam vestis earum, et ornatu earum, crines et cincinnos Dominus ablaturum esse se dicit: recte ista mulier sparsit capillos suos (Luc. vii, 38); ut nodos crinium Evangelica solveret disciplina. Unde et apostoli dixerunt: Non implicati capillorum, sicut Petrus docuit (I Petr. iii, 3), neque in tortis crinibus, aut auro et margaritis, vel veste pretiosa, ut Paulus asseruit (I Tim. ii, 9): sed magis interioris hominis ornamenta feminis requirenda; quoniam ille absconditus cordis homo, qui est pauper sæculo, ipse est locuples Deo.

65. Audistis, d filii, qui pauperes vos esse putatis. Quis autem est homo dives, cum multis egeat, nisi

a Edit., quid nitidius intacto vestimento.

b Ita mss. omnes; at e contrario omnes ed., Quam autem unctionem in capite tuo Ecclesiastes dixerit: de Proverbiis; Rom., de aliis locis, colligimus. Sane citata ab Ambrosio verba reperiuntur loco indicato ad marginem; fieri tamen potest ut ille respexerit ad Prov. xvii, 24, πρόσωπον σου εὐτόν κενός σοφοῦ, quam sententiam, ut interdum solet, ex memoria tantum protulerit.

c Omnes edit. ut in textu: mss. nonnulli, ut homini, quam Legi subditam verus... negaverit, ea Christo subjiceretur: unus, ut homini, quam Lege

A ille cui non est grave peccatum in conscientia? Bona est enim, inquit, substantia, cui non est peccatum in conscientia (Eccl. xiii, 30). Audistis, inquam, in quo possitis apud Deum esse locupletes; ut sit in vobis, inquit, incorruptibilis et modestus spiritus (I Petr. iii, 4). Bonæ enim divitiarum sunt innocentiarum atque simplicitatis, quibus peccatum non imputatur, quia nulla in iis doli fraudisque versutia est; omnis enim simplex obtreare non novit, nescit invidere: suo contentus est, aliena non quærit; etsi egeat, sibi dives videtur, si suppetat quod alimento est satis. Denique pulchre apostolus Paulus: Et profunda, inquit, paupertas eorum abundavit in divitiis simplicitatis eorum (II Cor. viii, 2).

66. Et quia Ecclesia congruis erat ornatibus completa, et de Christo lumen accipiens refulgebat; potest etiam sic locus ille accipi, eo quod Synagoga ad Ecclesiam dicat: Ubi pascis, ubi manes in meridiano? Ne forte fam circumamicta super greges sodalium tuorum (Cant. i, 6). Mercenaria esse desiderat, quæ sibi vindicabat ante dominatum. Quam damnosa perfidia est!

67. Sed quia incredula, immitis, sacrilega; ideo eam a gregibus Ecclesiarum suarum separat Christus dicens: Nisi scias te, o decora in mulieribus (Ibid., 7), hoc est, te prius quam sis ipsa cognosce, et tunc pelet ut meis gregibus appropinques. Et bene in mulieribus decora dicitur Synagoga, non in virginibus; quia Evam mulierem sequebatur, per quam lapsus advenit: Ecclesia autem e decora in virginibus est, quia virgo sine ruga est.

68. Scire ergo se debet sive vir, sive mulier, quia ad imaginem Dei est et similitudinem; ut animæ sequatur, non corporis, pulchritudinem. In quo enim sumus? In animæ substantia et mentis vigore. Hæc nostra omnis portio. Denique David inquit: In Deo sperabo, non timebo 296 quid faciat mihi caro (Psal. lv, 5). Non ergo caro sumus, sed spiritus. De Judæis autem dictum est: Non permanebit in tuis spiritus meus, quia caro sunt (Gen. vi, 3). Non aurum sumus, non pecunia, non divitiarum copia; illa enim nostra. Et ideo tibi dicit Moyses: Attende tibi (Deut. xv, 9), hoc est, animæ tuæ; ne pereas, ne carnalis fias. Attende tibi, hoc est, imagini quam a Christo accepisti, similitudini ad quam factus es. Ipsam serva imaginem, quam Christus in te operibus suis pinxit, sicut ipse ait ad Hierusalem, id est, ad animam pacificam: Ecce ego, Hierusalem, pinxi muros tuos (Esai. xlii, 16).

subditam viro... allegavit, ea; etc.; in reliquis autem nihil sui. At infra edit. omnes omnia post dictionem quoniam particula si, quam in cunctis mss. reperire est, nec non prava punctorum appositione totam periodi seriem dissolverant.

d Omnes edit., Audistis, filiarum, quia pauperes vos vocatis; omnes mss. ut contextu.

e Edit. nonnullæ Paris., decora in hominibus est. Infra vero ubi omnes edit. ac duo mss., et similitudinem. In quo enim ad imaginem Dei sumus, nisi in animæ, etc.; reliqui mss. nostram præferunt lectionem.



69. Attende ergo et tu precipue, filii, *attende tibi*, A ut læteris in juventute tua; cui dicit Scriptura: *Lætare, adolescens, in juventute tua (Eccl. xi, 9)*.<sup>a</sup> Non minus tibi dicit tempus ætatis. Est quasi quidam flos vitæ, honorumque ætas operum, de qua scriptum est: *Renovabitur sicut aquilæ juvenus tua (Psal. cii, 5)*. Et oblectet, inquit, *te cor tuum in diebus adolescentiæ tuæ, et ambula in viis cordis tui sine macula, et in aspectu oculorum tuorum, et non in audacia oculorum tuorum (Eccl. xi, 9)*; in aspectu utique spiritali, non in audacia sæculari. *Et scito quod super hæc omnia educet te Deus in iudicium. Et repelle iram a corde tuo, et amove nequitiam a carne tua (Eccles. xii, 14)*.

70. Attende tibi, virgo, et tu, ut insistas orationi, et vultus tuus assidua obsecratione pallescat. Sed ante orationem præpara animam tuam (*Eccl. xviii, 23*), ut non videaris tentare Deum, cum deprecaris; ut id quod oras, mores tui loquantur, fides adjuvet, opera commendent. *Attende tibi*:<sup>b</sup> quod dico tibi cuicumque virgini. Nam tibi piæ non deest institutionis magistra.

71. Attende, inquam, virgo sacræ præsertim professionis, et *ab omni irreverenti oculis cave. Et si ad tempus præterierit quasi viator, tamen os suum aperit, et ab omni<sup>c</sup> aqua proxima bibet*, ut te inebriet (*Eccl. xxvi, 14 et seq.*). Nullus sit tuus sine matre processus, quæ sit anxia custos pudoris. Ipsa quoque ad Ecclesiam progressio rarior sit adolescentulis. Considera quanta fuerit Maria, et tamen nusquam alibi, nisi in cubiculo reperitur, cum quaeritur (*Luc. i, 28*). Illa te doceat quid sequaris. Angelam in specie viri vidit, et pavebat corde, peregrinabatur aspectu. Unde dicit ad eam angelus: *Ne timeas, Maria.*<sup>d</sup> Docet solitudo verecundiam: et gymnasium pudoris secretum est.

72. Quid enim tibi opus est vel ad proximam facile accedere? *Pes enim fatui in facili domum proximi: qui autem sapiens est, verecundatur (Eccl. xxi, 25)*. Inde nascuntur fabulæ, de quibus pulchre admoneris ut caveas, cum dicit vir tibi sapiens: *Quis dabit disciplinæ meæ custodiam, et supra labia mea 297 signaculum certum; e ne cadam ab illis, et lingua mea perdat me (Eccl. xxii, 33)*. Si virilis sexus jubetur tacere coram senioribus (*Eccl. xi, 6*), quam indeco-

rum est virgines loqui, et varios serere sermones! 73. Esto ut imperes tibi silentium, numquid potes alis imperare, ne audias? Potest quis aliquando frenos ori suo imponere, et verbis stateram: auribus non potest. Loqui enim in nobis est, audire ex aliena pendet potestate; sæpe enim audimus quod nolumus.

#### CAPUT XI.

Jungit nova monita superioribus, nempe ut jurandi facilitatem vitent, lætitiæ lacrymas anteponant: a risu, per quem Synagoga perit, abstineant: iram temperent, sin minus eam valeant penitus extinguere: postremo si justum istis moderamen non tenuerint, compungantur.

74. Quid deinde aliud nos Scriptura admonet consideremus. Non jurandum facile (*Eccl. xxiii, 9*), quia plerumque multi casus accidunt, ut non possimus implere quod juraverimus. Qui autem non jurat, utique non pejerat: qui autem jurat, aliquando necesse est incidat in perjurium; quia omnis homo mendax (*Psal. cxv, 11*). Noli ergo jurare, ne incipias pejerare.

75. Ne ipsam quidem liberiolem lætitiã in virginibus decet esse. Quæ si non habent quod fleant, fleant sæculum, fleant lapsus peccantium; etenim quæ aliorum lapsus fleverit, suos cavebit. Fleant postremo vel illa contemplatione, ut hic flentes, illic accipiant consolationem; ne sicut dives ille qui hic luxuriatus est, illic pœnas graves subire Domini declaratur oraculo, et tu audias: *Recepisti bona in vita tua (Luc. xvi, 25 et seq.)*. Quanto beatior Lazarus qui hic flevit, et illic exultat: hic esurivit, et illic epulatur! Si vis ergo et tu bonam lætitiã sequi, demonstrat tibi Ecclesiastes liber quam sequi debeas, quiait: *Veni, manduca in lætitiã panem tuum; quoniam jam placuerunt Deo facta tua (Eccles. ix, 7)*.

76. Quid autem idem Ecclesiastes monuerit nos omnes de immoderatione ridendi, consideremus. Sicut vox, inquit, spinarum sub olla, ita risus stultorum (*Eccles. vii, 7*). Nempe spinæ cum ardent, sonant, et cito exuruntur; ut nullus calor sit effectus. Unde et de Judæis dictum est: *Exarserunt sicut ignis in spinis (Psal. cxvii, 12)*. Exusti enim suo risu, conflagrarunt in Domini passione, quando in animæ suæ jocabantur incendium, dicentes: *Speravit in Do-*

<sup>a</sup> Mss. quatuor, *Non unus tibi dicit: Tempus ætatis est quasi, etc.*

<sup>b</sup> Omnes edit., *quod dico tibi, cuicumque virgini loquor*; sed mss. verbum sine ulla sensus jactura prætermittunt. Iterum ubi vet. edit. et cuncti mss., præsertim professionis. Rom. edit., *repositus præsertim professioni*. Non belle; neque enim referunt ad verbum *attende*, sed sacræ virgines hic opponuntur virginibus aliis de quibus paulo superius. Quenique pro eo quod habetur in omnibus edit., *ab hominis irreverentis*; mss. duo, *ab omni irreverentia*, alii totidem, *ab omni irreverentis*; reliqui tandem, *ab omni irreverenti*. Totum autem locum in græco idiomate sic legimus: *Ὅπισω ἀκαθοῦς ὀφθαλμοῦ φύλαξαι, καὶ μηθυναύσης ἴεν εἰς σέ πληκτικῆσιν; ὡς διψῶν ὀδοίπορος τὸ στόμα ἀνοίγει, καὶ ἀπὸ παντός ὕδατος τοῦ συνεγγύς πισταί, nec ab eo recedit* Vulgata versio. Et hinc potest id confirmari, quod alicubi jam monuimus, Ambrosium

D sacro codice nostris haud paulum diverso usu esse.

<sup>c</sup> Non pauci mss., *aqua proxima bibe*; melius alii atque edit. .... *bibet*. Adverte autem quantum solitudinis amorem sanctus Doctor exigit a virginibus, quando quidem ipsis etiam crebriori Ecclesiæ frequentatione vult interdictum.

<sup>d</sup> Ita mss. omnes duobus excerptis: hi vero eunctæ edit. *Decet solitudo*. Minus concinne, ut satis ostendit id quod sequitur, *et gymnasium*, etc.

<sup>e</sup> Rom. edit., *ne cadam ab illa*, disciplina scilicet; non secus ac apud LXX, *ἵνα μὴ πέσω ἀπ' αὐτῆς*, refertur ad superiorem vocem, *φυλάξαι*: ut reliquæ edit. cum mss. omnibus, quibus etiam Vulg. versio suffragatur, *ne cadam ab illis, labiis circumdama, hoc est, ne ab illis impellar in ruinam*.

<sup>f</sup> *Fleant sæculum*, aberat ab omnibus edit., sed nostræ ex omnibus scriptis cod., si duos tantum excipias, additum est.

mino, eripiat eum; saluum faciat eum, quoniam vult A eum (Psal. xxi, 9). Et deridentes percutiebant calamo caput ejus, <sup>a</sup> et quoniam spinis eum coronabant, atque acetum ei ut biberet, offerebant; ille risus Synagogam incendit in æternum (Marc. xv, 17 et seq.). Sic ergo est risus stultorum, qui sine gratia sonat, et ollam sui corporis urit. Merito negabat Sara quia riserat (Gen. xviii 15), ne videretur ridendo de effectu promissorum dubitasse cœlestium; et tamen ille risus plenus gravitatis fuerat et pudoris, **298** quem nemo alius testis, nisi Deus solus cognosceret, quem occulta non fallunt.

77. Quam pulchrum et illud! *Noli festinare in spiritu tuo irasci; quia ira in sinu stultorum requiescit* (Eccl. vii, 10), hoc est: etsi causa sit quæ moveat indignationem, non sit festina vindicta; ne immoderatus calor indignationis exæstuet. Non potest igitur auferre quod naturalis est motus, sed moram inserit, ut medicina consilii temperet iracundiam. Sic enim David ante jam dixerat: *Irascimini, et nolite peccare* (Paal. iv, 5); non quod imperaret iracundiam, sed quod id quod naturæ esset, auferre non posset: et quasi bonus medicus remedium daret, ut ipsa iracundia non noceret.

78. Denique etiam si quis prolapsus esset corde, quoniam ira nescit tenere moderamen; suadet ut compungatur in cubilibus suis, et suum unusquisque condemnet errorem. Sic enim scriptum est: *Quæ dicitis in cordibus vestris, et in cubilibus vestris compungimini* (Ibid.). Voluit itaque omnes homines suorum delictorum esse censores; ut qui publico testimonio non tenetur, se ipsum iudicem qui in occulto lapsus est, erubescat, et aculeo quodam coerceat amaritudinis et pudoris.

#### CAPUT XII.

*Ad parcimoniam transit, qua corpus alteratur: jubet bonam parari existimationem: maxime vero requirit in virgine sobrietatem: id est, abstinentiam a lascivia et vanis corporis ornamentis, quæ affectari etiam a sacris quibusdam virginibus dolet. His opponitur exemplum sanctæ Sotheris, quæ formam suam adeo non excolebat, ut faciem carnificum pugnis lubens obtulerit deturpandam. Ejus cum Etrusco juvene, quem sibi vultum scdasse stigmatibus ferunt, comparatio.*

79. Quid de parcimonia loquar, cum Sapiens dicat: *Aufer a me ventris concupiscentiam<sup>b</sup> et concubitus cupiditatis ne apprehendat me* (Eccles. xxiii, 6)? Nec infirmitatem ex jejuniis et abstinentia reformides; infirmitas enim gravis sobriam facit animam.

80. Quomodo etiam docent Salomonis Proverbia bonæ opinioni studendum, dicendo: *Potius est nomen bonum, quam divitiarum multarum* (Prov. xxii, 1)? Quid

<sup>a</sup> Mss. aliquot. et de spinis coronabant.

<sup>b</sup> Edit., et concubitus cupiditas.

<sup>c</sup> Omnes edit. cum paucis mss., nisi bona illa gubernatio; cæteri mss. magno numero, ut in contextu.

<sup>d</sup> Et sæcularis jactantiæ: deerant hæc voces in omnibus edit. quæ in nostra propædum ex universis mss. restituantur.

est enim patrimonium, <sup>e</sup> nisi bona illa gubernet et operatio? Unde sanctus Job dicit: *Benedictio morituri super me veniat, et os viduæ me benedicat. Oculus eram cæcorum, et pes claudorum, invalidorum pater* (Job. xxxix, 13 et seq.). *Si vidi nudum prætereantem, et non vestiui; si me non benedixerunt egentes et de velleribus ovium mearum humeros eorum non calefeci: si abscondi aliquando peccatum meum, quod vel imprudens non ex voluntate commiserim: si aliquando permisi vacuo sinu exire inopem januam meam* (Job. xxxi, 19 et seq.). Illis enim nomen bonum paratur.

81. Præ cæteris tamen in virgine præcellit studium sobrietatis. Sobrietatem dico non vini abstinentiam, sed corporalis lasciviæ<sup>d</sup> et sæcularis **299** jactantiæ, qua gravius quam vino inebriamur; dat enim calicem ruinæ, et iræ poculum. Unde et dicit Dominus ad Hierusalem: *Audi humiliata et ebria non a vino. Ecce accepi de manu tua calicem ruinæ, et poculum iræ* (Isai. li, 17). Sed hunc <sup>e</sup> calicem exinaniverit Synagoga, non bibant filiarum Ecclesiarum. De Judæis enim dictum est: *Filiarum eorum compositæ, circumornatæ quomodo similitudo templi* (Psal. cxliii, 12): vos autem templum Dei estis, filiarum ejus qui non transfiguratur in angelum lucis, sed verum lumen qui de vero est lumine. Ideo in vobis non similitudo, sed veritas sit. Multæ autem cum studium castitatis profiteantur, affectant adminicula pulchritudinis; ut comptiores prodeant, nitidiorum vultu quam sacras Domini decet, quibus Apostolico illo sermone respondeo: *Quæ mortuæ estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc velut viventes, de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, inquit, attinaveritis, ne gustaveritis, quæ sunt omnia ad corruptelam* (Coloss. ii, 20 et seq.).

82. At non sancta Sotheris, ut domesticum piæ parentis proferamus exemplum (habemus enim nos sacerdotes nostram nobilitatem præfecturis et consulatibus præferendam; habemus, inquam, fidei dignitates, quæ perire non norunt); at non, ut dixi, Sotheris vultus sui curam gerebat: quæ cum easet decora facie valde, et nobilis virgo majorum prosapia, consulatus et præfecturas parentum sacra posthabuit fide, et immolare jussa non acquievit: quam persecutor inhumanis palmis cædi præcepit; ut tenera virgo dolori cederet, aut pudori. At illa ubi audivit hanc vocem, vultum aperuit, soli invelata atque intacta martyrio: et volens injuriæ occurrat, vultum offerens; ut ibi martyrii fieret sacrificium, ubi solet esse tentamentum pudoris. Gaudebat enim <sup>f</sup> dispendio pulchritudinis periculum integritatis auferri. Sed illi potuerunt quidem vultum ejus vulnerum vibicibus exarare, faciem tamen virtutis ejus et gratiam decoris interni nequaquam exarare potuerunt.

83. <sup>g</sup> Etruscum juvenem veteres fabulæ ferunt,

<sup>e</sup> Rom. edit., calicem quem exinanivit; aliæ et cuncti mss. elegantius per concessionem rhetorici, calicem exinaniverit, etc.

<sup>f</sup> Paris. quædam edit., stipendio pulchritudinis. Incongrue.

<sup>g</sup> Hunc adolescentem Spurinaum vocat Val. Maximus lib. iv, cap. 5, de Verecundia.

cum propter admirandam oris proprii pulchritudinem in amorem incenderet feminas, stigmatibus inarasse vultum suum, ne qua eum posset amare. Videro utrum castus fuerit illius animus; affectus tamen non innocens, propter quem in se ipse animadvertit. Ille tamen sola excepit vulnera, ne noceret: hæc triumphales retulit martyrii cicatrices, ut imaginem Dei quam acceperat, reservaret.

## CAPUT XIII.

*Virgines de servanda in se imagine divina monet; ut a Deo ipso eruditi, alienæ linguæ flagellum non metuant. Hoc vero quomodo et quatenus non timendum; qua etiam ratione sibi cavendum a lingua propria? Quo loco in eam rem Susannæ, Josephi, Danielis et Jobi exempla referuntur.*

84. Servate et vos hanc imaginem, filiæ, servate Scripturæ præcepta divinæ; *Ut omne* **300** *os, inquit, obstruatur (Rom. III, 19). Scriptum est enim: Beatus homo quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum (Psal. xciii, 12). Bonus Dominus erudit et docet, et plerumque arguit: sed etiam quem arguit, beatum facit; beatus enim homo quem arguit Dominus (Psal. xcii, 12). Et ideo increpationes ejus non refugas, quia charitatis et gratiæ sunt; ipse enim percudit, et quia bonus medicus, manibus suis sanat (Deut. xxxii, 39). <sup>a</sup> *Septies de necessitatibus te liberat, in septimo autem non te continget malum. In fame eripit te a morte, in pugna autem de manu ferri te exiit, a flagello linguæ <sup>b</sup> te abscondit (Job v, 19 et seq.). Si enim tu nullis putaveris derogandum, alienæ linguæ flagella non metues.**

85. Mire autem sermones maledicorum expressit dicendo linguæ flagellum, cujus sonus late resultat. A quo nos separare cupiens Petrus apostolus, monet ut non reddamus malum pro malo, et maledictum pro maledicto (I Petr. III, 9): sed magis cum maledicitur nobis, benedictionis referamus gratiam. Et ideo dicit: *Cohibe linguam tuam a malo (Psal. xxxiii, 14), tamquam linguæ flagello; nec timeas verborum sonum, si munda est conscientia tua. Bonum est quidem, nullum, si fieri potest, locum obtreptioni dare: sed quia plerique non vitiis, sed virtutibus derogant; reprehendant quod laudis est, non inveniunt quod erroris est.*

86. Sed quod pejus est, non solum aliena lingua, sed etiam nostra flagellamur. Et hæc sunt graviora verbera, cum ex multiloquio peccatum incurrimus. Et ideo custodi, virgo, vias tuas; ut non delinquas in lingua tua (Psal. xxxviii, 2). Et bona loqui plerumque crimen est virginis. Sed quid miraris de virgine, cum mulier in silentio jubeatur discere (I Tim. II, 11)? Bonus est pudor quem commendant silentia.

87. Susanna periclitabatur, et tacebat (Dan. xiii,

<sup>a</sup> Rom. edit., *Sexties de necessitatibus.*

<sup>b</sup> In mss. multo pluribus sequentia desiderantur, *te abscondet. Si enim tu nullis putaveris derogandum, alienæ linguæ.* Sed lacunam esse quis facile concesserit.

<sup>c</sup> Ita mss. omnes, uno excepto: cum hoc autem

**A** 35); ut melius tacito pudore loqueretur. Denique invenit verecundia defensorem, qui defenderet castitatem. De qua bene dicitur, quod eam a flagello linguæ Dominus abscondit.

88. Quid de feminis dicimus? Joseph tacuit accusatus (Gen. xxxix, 20), ut melius eum innocentia quam lingua defenderet. Tacuit Daniel omnibus sapientior, et ora clausit leonum (Dan. xiv, 29 et seq.). Unde pulchre sanctus David dicit: *Posui, inquit, ori meo custodiam, dum consisiit adversum me peccator (Psal. xxxviii, 2).*

89. Quid enim vis loqui? Vereris ne, te tacente, objecta credantur. Sed audi bonum magistrum dicentem sanctum Job: *Ecce rideo opprobria, et non loquor: clamabo, et nusquam judicium (Job xix, 7),*

**B** id est, criminatur aliquis opprobria jacit? Habes quod intra te rideas, si crimen conscientia non recognoscit. Quid enim referas verba verbis? Nondum est judicium: et si clames, non appropinquat. Debentur tibi in hoc sæculo multa certamina.

90. Vicerat sanctus Job damni dolorem: vicerat, immo excluserat luctus acerbiter in amissionibus filiorum, vicerat vulnerum <sup>e</sup> asperitates: vibicibus corporis adhibentur mulieris **301** tentamenta, et ipsa non sensit. Adhuc amicorum increpationes ad certamen ei ultimum reservantur. Luctatus fuerat cum affectu patrio (Job I, 18), luctatus cum dolore corporis et ægritudine (Job II, 7); oportebat eum subire etiam sermonum tentationes.

## CAPUT XIV.

*Ex incommodis sæculi de cujusquam merito non judicandum, cum hic locus sit certaminis, non autem coronæ. Hanc Paulum asseverasse cum sibi tum Christi adventum diligentibus reservari: annumerandam vero illis eam viduam quæ filiis omnibus, quos ipsa instituerat, Deo consecratis, geminum viduitatis suæ ac virginitatis filiorum obtulit sacrificium. Quibus coronidem admodum pia precatione ponit Ambrosius.*

91. Ergo quando vides viduam dispendiis aliquibus laborare, aut filiorum <sup>d</sup> incommoditate: vel morte justum, vel injuriis affici; noli ex istius sæculi incommodis merita ejus pensare, aut mirari quod derelictus a Domino sit. Illic quidem luctamur, sed alibi coronamur. Non de me tantum, sed de omnibus hominibus communiter sum locutus. Nam unde mihi tantum meriti, cui indulgentia pro corona est? Illic lucta, illic bravium: hic militia, illic stipendium est. Ergo dum in hoc mundo sum, adhuc luctor, <sup>e</sup> adhuc decerno, adhuc impellor ut deridam; sed potens est Dominus, qui impulsus suscipiat, labentem statuat, nutantem erigat. Quid ergo miraris aliquem laborare? Donec in hac vita est, omnes edit. *asperitates, vibices corporis: adhibentur, etc.*

<sup>d</sup> Omnes edit. cum uno mss., *incommoditate vel morte justum injuriis affici; reliqui ut nos in textu.*

<sup>e</sup> Edit., *adhuc decerto; mss., adhuc decerno.*

certamen non deerit, non erit corona. Nullus probatur, nisi qui perseveraverit usque in finem; ut postea possit qui legitime certaverit, coronari.

92. Quis fortior Paulo, quis beator? Ille tamen vas electionis Dominicæ non ante sibi coronam vindicavit, quam certamen omne consummaret. Ideoque ait: *Certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi: quod reliquum, reposita est mihi corona justitiæ* (II Tim. iv, 7, 8); quam non solum 302 sibi, sed etiam omnibus diligentibus adventum Domini dicit esse reddendam. Pulchre dixit, adventum Christi diligentibus; nemo enim festinat ad iudicium, nisi qui de innocentia securus est, aut qui de labore præsumit, cui aut gratia Domini, aut pia pro Christo certamina suffragantur.

93. Quam utique habebit prærogativam et ea vidua quæ bene filios educaverit, et in liberis gratulabitur, et maxime quæ omnes quos suscepit, Domino dedit. Unde et illa Evangelica vidua divitibus antefertur (Luc. xxi, 3, 4); non solum enim quia totum quod habuit, ad victum pauperum misit; sed etiam quod duo æra detulit, Dominica voce laudatur, id est, plenam fidem. Denique ad hominis sanitatem et ille Samaritanus duo æra stabulario dedit, quibus

A ulcera curaret illius a latronibus vulnerati (Luc. x, 35). Ergo quia et secundum vetus Testamentum Mariæ sororis Aaron virginitatem (Exod. xv, 20), et secundum novum sanctæ Mariæ matris Domini integritatem (Math. i, 23) in studio suæ prolis imitata est, remunerationem fidei divino iudicio consequetur; quæ nihil sibi ad sæculi subsidium reservavit, sed totum Domino sobolis piæ munus impendit.

94. Te nunc, Domine, deprecor ut supra hanc domum tuam, supra hæc altaria, quæ hodie dedicantur, supra hos lapides spirituales, quibus sensibile tibi in singulis templum sacratur; quotidianus præsul intendas, orationesque servorum tuorum, quæ in hoc loco funduntur, divina tua suscipias misericordia. Fiat tibi <sup>a</sup> in odorem sanctificationis omne sacrificium quod in hoc templo fide integra, pia sedulitate defertur. Et cum ad illam respicis hostiam salutarem, per quam peccatum mundi hujus aboletur; respicias etiam ad has piæ hostias castitatis, et diuturno eas tuearis auxilio; ut flant tibi in odorem suavitatis hostiæ acceptabiles, Christo domino placentes, et integrum spiritum eorum, et animam et corpus sine querela usque in diem Domini nostri Jesu Christi filii tui servare digneris.

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac pauci mss.; alij vero longe plurimi, in honorem sanctificationis; at Rom. edit. sola, in odorem suavitatis.

## IN LIBRUM DE LAPSU VIRGINIS CONSECRATÆ ADMONTIO,

Continetur hoc in opere vehementissima inrepatio, qua puellam quæ post promissam ad aras virginitatem vitari se ab impudico adolescente sæpius passa (Cap. 4, num. 11), etiam conceptum ex eo infantem necasse (Cap. 8, num. 53) dicebatur, summo cum animi dolore objurgat ejusdem episcopus. Ingens erat suapte natura hoc flagitium, sed illud multo gravius cum alia multa, tum secuta inde hominum offensio reddiderat (Cap. 1, num. 3). Susanna, sic enim illa vocabatur (Cap. 1, num. 3), e nobili familia ducebat ortum (Cap. 2, num. 4). Cum autem perpetuam servare pudicitiam sibi proposuisset, contrarias expugnare nequivit parentum voluntates, nisi postquam terrificis quibusdam visis ad id se moveri sancte affirmavit (Cap. 4, num. 16). Ipso Domini reviscentis festo in præcipua basilica, prope altare quo eam neophytorum greges cum cereis accensis deduxerant (Cap. 5, num. 18), vota sua, universo populo respondente, amen, pronuntiavit (Ibid. num. 19). Mox ipsi imposito post consuetam exhortationem velo illam aliis sanctimonialibus junctam idem præsul admisit in asceterium (Cap. 7, num. 27 et seq.), ubi eandem idoneis præceptis frequens imbuere non negligebat (Ibid.). Vitam illic haudquaquam duxit ab omni criminis specie ac similitudine ita remotam quin non multo post ejus castitas adversis rumoribus traduceretur (Cap. 6, num. 24). Hac impatientissime tulit Susanna: episcopus vero conjunctis cum ejusdem parente curia, frustra ut auctores hujus calumniæ detecti canonicas luerent pœnas, desudavit. Ea cum fieri cautior hinc debuisset, elapsis tamen tribus annis (Cap. 7, num. 29), crimen cujus falsa infamia prius laboraverat, non sine magno Judæorum ac gentilium scandalo vere commisit. Omnem, ut illud celaret, lapidem movit: neque ulla ratione ad ipsius confessionem adduci potuit. Convicta demum apud antistitem, publicæ addicta est pœnitentiæ (Cap. 6, num. 23). Quam cum illa jam cœpisset agere (Cap. 8, num. 37), ipsam acerrima oratione ex qua constat ista scriptio, idem præsul aggredi instituit. Ubi diritaltem sceleris tum adjunctorum enumeratione, tum depulsionis excusationum oculis subjecit, docet remedium unicum ei superesse, æqualem peccato pœnitentiam (Cap. 8, num. 33 et 35). Cujus quidem labores atque dedecus si generose ad extremum usque spiritum toleraverit, promittit fore ut inferni sibi debiti non desitura evadat supplicia (Cap. 8, num. 35). Compellat etiam ejusdem pseudonymæ virginis corruptorem (Cap. 9, num. 38), eique Balthasarum nec non Sodomitaram et Gomorrhæorum exemplo declavat (num. 40), quæ ipsum pœnæ maneat, nisi similes respiscuntia suæ ostendat fructus, ad quos eundem exstimulat (Num. 41), proposita extremi iudicii nemini evitanda necessitate. Tandem reversus ad Susannam, ei quotidianam psalmi 50 recitationem indicit (Cap. 10, num. 42), ac præterea varios suggerit (num. 43 et seq.) quibus et se ad dolorem et Deum ad misericordiam moveat, mentis affectus.

*Citat hoc opus secunda synodus Dussac. sub nominibus Ambrosii atque Hieronymi, et revera inter utriusque opera illud reperitur. Erasmus in suis eorumdem Patrum editionibus censura maxime diversa ipsum afficit. Cum enim in Hieronymiana editione prænantissæ styli palam arguere non esse Hieronymi, gustum vero phraseos accedere ad Augustini orationem; contra in Ambrosiana asserit (Cum Perkinsio et Hospiniano) declamationem esse, qualis est illa S. Hieronymi de matre et filia reconciliandis. Quam similitudinem si elocutionis intelligat, nihil utroque illo iudicio potest esse discrepantiæ. At fortassis eam in hoc solo positam voluit, quod ambas istas commentationes declamationes putavit esse, hoc est, in ficto argumento styli exercendi gratia scriptas. Itaque nihil motus hac similitudine Marianus Victor hanc qua de agimus, in editionis suæ Hieronymianæ rejecti appendicem. Veruntamen Erasmi de ipsius cum dictione Augustini affinitate iudicium perstrinxisse contentus, cur eandem Hieronymo crediderit abjudicandam, prorsus reticet. Atqui in promptu erat ex ejusdem operis lectione rationem illius rei eruere omni exceptione majorem. Auctor siquidem episcopum esse se passim indicat, quod Hieronymo non congruere ignorat nemo.*

Quamvis autem non tanta videatur repugnantia, si Ambrosio idem tractatus attribuitur, non desunt tamen qui eundem e legitimorum sancti Doctoris setuum catalogo censeant eximendum. Rob. Cocus (Censur. script. etc.) propterea negat Ambrosianum esse, quod auctor scribat istam puellam, si virginitate integra mortem oppetisset. futuram fuisse pro parentum peccatis hostiam vivam, Domino propitiatricem (Cap. 4, num. 15). Sed quid aliud legitur lib. 1 de Virgin. ubi Ambrosius parentes virginum sic alloquitur: *Ut habere possitis quarum meritis vestra delicta redimantur..... virgo matris hostia, cujus quotidianæ sacrificio vis divinæ placatur* (Cap. 7, num. 52). Itaque Rivetus (Crit. Sac. lib. III, cap. 16), hac sodalis sui ratione insuperhabita, nihil adversus Ambrosianam ejusdem operis inscriptionem opponit, quam quod obijciunt nonnulli auctorum Catholicorum (Bellarm. et Possevin.), videlicet cap. 8, n. 40, sententiam haberi prorsus Novatianam, quam duobus libris de Pœnitentia impugnat Ambrosius (Num. 37). Verum si auctor hujusce descriptionis ista hæresi infectus esset, qua ratione lapsam ad pœnitentiam publicam ita stimulasset, ut simul æternas pœnas quæ sceleris suo debebantur, evitandi spe sublevaret? Adde his quondam Ecclesiæ morem fuisse, ut atrocium quorundam criminum reis ne in morte quidem venia et reconciliatio concederetur, proindeque Auctorem inter eadem crimina et hoc Susannæ flagitium referre sine ulla erroris nota potuisse. Quapropter quæ locutiones illæ occurrunt paulo duriores, eas non alio consilio adhibitas putamus, quam ut majorem commissi propudii horrorem incutientes, acrius ad pœnitentiæ opera sontem excitarent, efficerentque ne vel propria mollitiæ vel remissioris cujuspiam doctoris indulgentia quandoque ab austeritate semel suscepta revocaretur.

Quæ cum ita sint, nihil jam contra Ambrosium pugnare potest excepto stylo. Licet enim hujusce operis elocutio quibusdam non multum videatur differre ab Ambrosiana, satendum tamen est sanctum Pœnitentiam etiam ubi orationem adhibet maxime concitatum, minus densis ac brevibus incisive uti. Quod etiam adjici potest in hac opella quasdam sententias atque exempla reperiri Ambrosio satis familiaria, in hoc quidem momento aliquid inesse non inficiamus, sed illud haud propterea Achillæi, ut vocant, argumenti loco habendum est, cum diversos auctores in similibus convenire non sit insolens. Atqui ut maxime constaret auctorem hujus operis non esse Ambrosium, nihilo etiam minus id certum esset, eidem setui patrem Doctori nostro ætate minime inferiorem attribuendam; quandoquidem etiam tum qui cultum idolis exhiberent, plures fuisse, nec paucos etiam qui sacro paschalis festo initiarentur, ac tandem eorum a quibus inter æternas pœnas atque gloriam status quidam medius admittebatur, errorem viguisse manifestum est (Cap. 8, num. 35).

Non ignoramus Nicetam Daciæ episcopum, Gennadio (In Catal.) teste, dedisse ad lapsam virginem libellum, omnibus labentibus emendationis incentivum; atque adeo non deesse viros eruditos, qui hunc ipsum librum ei tamquam vero domino restituendum scribunt. At enim quid votat Ambrosio quoque occasionem, unde ad tractandum idem argumentum induceretur, nasci? Certe Basilii exstat epistola (Ad Virg. Laps.) ejusdem materiæ atque epigraphæ. Et apud Ambrosium ipsum si virgo Indicia falsi criminis potuit accusari, potuit et alia veri (Epist. ad Syagrium). Quocirca rationi magis consonum nihil videtur, quam ut hunc tractatum auctoritate edit. ac miss. omnium, si recentiorum unum excipias, a quo perperam tribuitur Joanni Chrysostomo, inter Ambrosianas alias quæ ad virginitatem spectant, commentationes retineremus. Et quidem nullus est quin fateatur eum et Ambrosio dignum esse, et multiplici veteris Ecclesiæ disciplina reseratum: sed quod eundem pro epistola cuncti fere habeant, qui de illo aliquid tradidere, in eo certissime erratum est. Nam e concione ipsum constare vel sola ad corruptorem apostrophe planum facit (Cap. 9, num. 38 et seq.).



# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## DE LAPSU VIRGINIS CONSECRATE

LIBER UNUS.

### 305 CAPUT PRIMUM.

*Silentium abruptum Auctor, et omnes ut Ecclesie propter sacræ virginis corruptionem lugenti condoleant, excitat: propositaque indignitate flagitii suum hac de re promit mœrorem.*

1. Quid <sup>a</sup> taces, anima; quid cogitationibus æstuas; quid non erumpis in vocem, et mentis tuæ exponis ardorem, ut aliquod solatium capias? Hoc plane, hoc erit quasi remedium ægritudinis tuæ, si aperto ore conceptum digeras scelus. Nam et ulcus<sup>b</sup> quamvis tumidum, cum fuerit apertum, evaporans præstat refrigerium passionis.

2. Audite me nunc qui prope estis, et qui longe, et qui timetis Dominum, et Ecclesie ejus gaudio congaudetis, et tristitiæ conlugetis; sicut scriptum <sup>B</sup> est: *Gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus* (Rom. xii, 15). Vos, inquam, appello qui charitatem Christi verissimam retinetis, et super iniquitate non gaudetis, sed potius ingemiscitis. <sup>c</sup> Adverte verba oris mei, et quæ ex justo dolore procedunt, judicate; et detecti sceleris qualitatem mecum pariter perborrete.

3. Virgo nobilis, dicata Christo, sapiens, erudita, ruit in foveam turpitudinis, concepit dolorem, et peperit iniquitatem: se perdidit, et Ecclesiam maculavit. Hinc omnis anima Christiana grave vulnus excepit; quia sanctum datum est canibus, et margaritæ missæ sunt ante porcos (*Matth. vii, 6*): a rabidis enim hominibus nomen laceratum est sanctitatis,

<sup>a</sup> Hæc omnia usque ad sequentem numerum, quæ in superioribus ed. desiderabantur, nostræ ex mss. Floriacensi ac Regio-montano accesserunt. Eadem quoque in Pseudohieronymi exstat epistola: sed illis præmittuntur ibidem ista verba: *Puto levius esse crimen, ubi homo peccatum suum ultro confitetur, quam ubi celans mala, invitus delegitur, et nolens publicatur. Nemo autem non videt eadem illa pugnare cum mente auctoris; hic enim non suum, sed alienum crimen detegit. Nam quod infra dicitur conceptum scelus, hoc quidem nihil aliud signat, nisi cognitum scelus et silentio hactenus pressum. Huc etiam accedit quod eadem verba sine ulla fere mutatione reperiuntur cap. 8, num. 36, unde ab imperito quopiam in hunc locum translata fuisse oppido credibile est.*

<sup>A</sup> et ab immundis et luteis pretiosum **306** conculcatum est propositum castitatis.

4. Hinc æstus animo meo, hinc <sup>d</sup> insanabilis dolor; quia unum malum bona plurima secum trahit: et unius nubecula peccatricis totam pene lucem obscuravit Ecclesie. Assumam ergo vocem propheticam, et flebiliter dicam: *Audite me, omnes populi, et videte dolorem meum* (*Thren. i, 12*): virgines meæ, et juvenes mei abierunt in captivitatem. Vere hæc est captivitas, ubi animæ a peccato captivæ ducuntur ad mortem, et a diabolica dominatione possidentur.

### CAPUT II.

*Corruptam alloquitur: et qualis quamque beata fuerit ante crimen admissum, in quam vero postea deciderit calamitatem ac turpitudinem, ejus oculis subjicit.*

5. Ad te ergo nunc mihi sermo sit, quæ caput horum et causa malorum es, quæ multipliciter misera cum gloria virginittatis nomen etiam perdidisti; nefas est enim Susannam vocari non castam, <sup>e</sup> non licet liliū nominari quod non es. Unde incipiam? quid primum, quid ultimum dicam? Bona commorem, quæ perdidisti; an mala defleam, quæ invenisti?

6. Eras virgo in paradiso Dei, utique inter flores Ecclesie: eras sponsa Christi, eras templum Dei, eras habitaculum Spiritus sancti. <sup>f</sup> Et cum dico toties eras, necesse est toties ingemiscas; quia non

<sup>b</sup> Pseudohieronymus, *cum fuerit tumidum, quamvis suppuratum, evaporans*, etc. Minus concinne.

<sup>c</sup> Mss. nonnulli, *A veritate verba oris mei*, etc. Edit. et pauci mss.,.... *et an ex justo dolore procedant.*

<sup>d</sup> Aliquot mss., *insanus dolor, unus insatiabilis dolor*. Lectio minus elegans, at prior minime displicet.

<sup>e</sup> Omnes edit. ac mss. non pauci cum Pseudohier., *Non licet nominari quod est; alii aliquot, non liliū nominari, quod non est*; at manifestum est ad perfectam sententiam ex aliis et edit. verbum accersendum esse. Liliū porro hic mentio fit, quod Susannæ vocabulo flos ille, non secus ac rosa significentur.

<sup>f</sup> Edit., *Et quoties dico.*

es quod fuisti. Incedebas in Ecclesia tanquam co-  
lumba illa, de qua scriptum est: *Pennæ columbæ*  
*deargentatæ, et posteriora dorsi ejus* <sup>a</sup> *in specie auri*  
(*Psal. LXVII, 14*). Splendebas ut argentum, fulgebas  
**307** ut aurum, quando cum sincera conscientia  
procedebas. Eras tanquam stella radians in manu  
Domini, nullum ventum, nullas belli nebulas perti-  
mescebas.

7. Quæ ista subitanea conversio? Quæ ista re-  
pentina mutatio? De Dei virgine facta es corruptio  
Satanæ, de sponsa Christi scortum execrabile, de  
templo Dei fanum immunditiæ, de habitaculo Spiritus  
sancti tugurium diaboli. Quæ incedebas cum fi-  
ducia ut columba, nunc lates in tenebris sicut stellio.  
Quæ fulgebas ut aurum propter <sup>b</sup> virginitatis hono-  
rem, nunc vilior facta es luto platearum; ut etiam  
indignorum pedibus conculceris. Quæ fueras stella  
radians in manu Domini, veluti de alto ruens cœlo,  
lumen tuum extinctum est, et conversa es in car-  
bonem.

### CAPUT III.

*Quam sit misera quæ jam apud Deum accessum non ha-  
beat; immo vero neque apud ipsos homines: unde  
confusionis quam aliquando coram sanctis atque an-  
gelis passura est, magnitudo intelligitur.*

8. Væ tibi, misera, et iterum væ, quæ tanta bona  
propter parvi temporis luxuriam perdidisti! Quam  
tibi spem apud Christum Dominum reliquisti, cujus  
membra tollens fecisti membra meretricis (*I Cor. vi,  
15*)? Quid te Spiritus sanctus visitabit, cum eum re-  
pudiaveris, qui se a cogitationibus quoque sordidis  
longe facit?

9. Sed veniamus ad humana, ut per illa divina  
noscantur. Aspice quis sanctorum, aut quæ sancto-  
rum tibi approximare non horreat: aperi oculos  
tuos, si potes; erige frontem, si audes: aliquem  
sanctorum fiducialiter intuere. <sup>c</sup> Nonne tuam faciem  
conscientia commissi tamquam plumbum inclinat et  
premit? Nonne tenebræ ante oculos tuos et dira ca-  
ligo versabitur? Nonne timor et tremor animam  
tuam et membra quassabit?

10. Si ergo homines in carne constitutos, et alicujus  
delicti obnoxios non potes intueri, tam gravi  
confusione sepulta; quid facies coram castis aposto-  
lis? Quid facies coram Elia, Daniele, et tantorum  
exercitu prophetarum? Quid facies coram Joanne?  
Quid facies coram Maria, Thecla et Agne, <sup>d</sup> et im-  
maculato choro puritatis? Quid denique coram an-  
gelis sanctis? Nonne splendore et claritate immacu-  
latorum quasi fulminibus percussa combureris?

<sup>a</sup> Eadem edit., in pallore auri.

<sup>b</sup> Edit. ac mss. aliquot, *virginitatis decorem.*

<sup>c</sup> Ita mss. non pauci ac Pseudobier.: alii vero et  
omnes edit., *Nonne tuam faciem conscientie commissa...  
inclinant et premunt.* Infra autem ubi omnes edit. ac  
mss. quatuor, *alicujus forsitan delicti*, alii mss. maximo  
numero omittunt *forsitan.*

<sup>d</sup> Amerb. Gill. ac Rom. edit. cum mss. aliquot, et

### CAPUT IV.

*Confutatis, quas corruptæ excusationes solent prætexere,  
ad crimen rediens, parentum ejus ac totius familie  
vicem miseratur: docetque ipsis optabilius futurum  
fuisse ut prius moreretur: nec illis superesse aliud  
solatium, quam quod ei virginitatis professionem eli-  
genti sola spe divinæ remunerationis consenserint: ipsam vero eorum expectationem delusisse.*

11. Sed <sup>e</sup> dictura es forsitan: Non potui sustinere;  
quia carnem fragilem circumferebam. **308** Res-  
pondebit tibi beata Thecla cum suis innumerabilibus  
sociis: Et nos eadem carne amictæ fuimus, nec tam-  
en plenum propositum castitatis nostræ, aut fragi-  
litas carnis <sup>f</sup> potuit mutilare, aut sævitia tyranno-  
rum potuit per varia tormenta dejicere. Revera (*32,  
q. 5, c. Revera*) non potest caro corrumpi, nisi mens  
fuerit ante corrupta. Remanebit ergo in crimine  
anima, quæ carnem præcedit in voluptate.

12. Sed dices: Nolui hoc malum, violentiam passa  
sum. Respondebit tibi fortissima illa Susanna, cu-  
jus tu nomen fallaciter bajulas: Ego inter duos pres-  
byteros posita, inter duos utique judices populi,  
sola inter silvas paradisi constituta (*Dan. XIII, 20 et  
seq.*) vinci non potui; quia nec volui. Tu ab uno inep-  
tissimo adolescente, et in media civitate, quomodo  
vim potuisti perferre, nisi quia ultro <sup>g</sup> vitari voluisti?  
Quis denique tuas voces audivit? Quis oblationis  
sensit? Ut autem hæc omittam, certe post illatam  
violentiam prodere scelus si non aliis, vel parenti-  
bus, vel tuis sororibus debuisti; esset enim excu-  
satio infelicitatis, esset conscientie plena purgatio,  
si hostem pudicitie tuæ deduxisses in publicum.

13. Sed erubuisti forsitan, ne te violatam multi  
cognoscerent. Et quid timuisti ubi non erat timor,  
nisi ut tacendo crimen cum adultero sæpius sociare-  
ris? <sup>h</sup> Esto autem, pudor prohibuit confiteri; quid  
de secunda commixtione dicis, quid de tertia, quid  
de frequenti commercio fœditatis? Cesset, cesset  
jam violentie figmentum, cesset ruboris argumen-  
tum; ubi toties membra illa dicata Christo, scele-  
stissimo mœcho suis visceribus polluenda præbuiti.

14. Horret, horret animus, mens tabescit, cum ad  
aditum sceleris pervenitur. Nam et medicus quam-  
vis fortis sit animo, cum altius tamen secat vulnus,  
puto ex parte aliqua sustinebit horrorem. Heu per-  
dita, jamne intelligis omnes tibi vias excusationis  
omnimodis clausas? Jamne sentis quantum tibi mali  
et in carne, et in anima nefaria libido contulerit?

15. Non istam de te confusionem tuus expectave-  
rat pater, qui te sibi singularem gloriam computabat.

*immaculato thoro: Erasm. et plures mss. et immacu-  
lato choro, nonnulli... clero.*

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *redditura est forsitan.* Haud incom-  
mode.

<sup>f</sup> Non pauci mss. *potuit maculare.*

<sup>g</sup> Edit. ac pauci mss., *voluisti violari.*

<sup>h</sup> Mss. nonnulli, *Istud autem pudor prohibuit.*

Non hunc luctum, et has lacrymas ex te sibi nasci A tua crediderat mater, <sup>a</sup> quæ partus sui genitum per tuam virginitatem consolabatur. Non fratres tui, non sorores hoc ex te dedecus expectabant, quos omnes quasi uno gladio tui sceleris graviter sauciasti.

16. Si fuisses communi sorte defuncta, deflessent te modicum propter desiderium parentes: sed exsultassent granditer, quia immaculatam præmisissent virginem, hostiam vivam Domino, propitiatricem videlicet delictorum. At nunc plangunt mortuam, et non mortuam: lugent vivam, et non vivam: mortuam utique gloria virginitatis, vivam dedecore turpitudinis.

17. Iratus est pater suis visceribus, de quibus seminata es: maledicit suo utero mater, ex quo in hanc lucem infeliciter processisti. Nec tamen modum sui doloris reperiunt, nisi hoc solum **309** B plane videntur habere solatium, quia te nec pater compulit, nec mater coegit ut virginitatem profitereris, quam ultro et propria voluntate professa es. Nam scio, cum multas tibi difficultates tuas proponeret genitor, eum arduum esse iter servandæ virginitatis ingereret; non solum pertinaciter restitisti, <sup>b</sup> sed et revelationes tibi datas dixisti terribiles.

18. In quantum ergo sibi mercedem sperabant ex eo quod tuo proposito non restiterunt, in tantum tibi intellige, misera, pondus iudicii crescere; quia non servasti quod ultro promisisti. Quibus te spiris serpentis ille nequissimus obligavit? Quibus te venenis infecit ille, qui Evam decepit; ut tanta te cæcitate percuteret, tantam animæ tuæ faceret oblivionem? C

#### CAPUT V.

*In memoriã ei revocat, quo die, quo ritu, quove populi*

<sup>a</sup> Habentur non multum absimilia in *Exhortatione Virginitatis* cap. 4, num. 26.

<sup>b</sup> Revelationes eo sæculo raras non fuisse, tum ex ipsiusmet Ambrosii Vita, tum ex aliis coævis autoribus cognoscere est. Quod autem nonnullas tanquam frivolas aut superstitiones rejiciunt heterodoxi, hoc minime offestit veritati sanctarum ac divinarum. Cujusmodi si revera quæ hic referuntur, existiterunt, eo graviore flagitio Susanna illa sese polluit.

<sup>c</sup> Rom. edit ex Pseudohier. sola, *diem sanctum, diem Dominicæ resurrectionis*. Et post pauca cum vet. edit. et mss. plerisque, *inter lumina illa splendida regni cælestis*; nos autem ex eodem Pseudohieronymo, et cod. Flav. et Regiom. locum restituimus; licet in D Regiom. post vocem *neophytorum*, subjungatur *luminaria angelorum*, quod in contextus seriem recipiendum esse non putavimus. Cæterum hoc loco bene multa occurrunt, quæ ad veterem Ecclesiæ pertinent disciplinam. Primo enim discimus in more fuisse, ut recens baptizati cereos accensos manu gestarent: deinde quod jam in *Exhort. Virginitatis* cap. 7, num. 42, docuerat, velandis virginibus festum paschalis olim destinatum, sicut ei Dominicæ nativitatibus, ut supra lib. III de *Virginitate*, cap. 1, n. 4, idem tradiderat; quibus præterea natales Apostolorum adjunxit Gelasius Pontifex Rom.; tum ad ejusmodi consecrationem populi concursum fieri; ac deum ad virginem sermonem haberi consuevisse. Quæ de re adists lib. III de *Virginitate* supra citatum.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *et Domini sponsalia*.

<sup>e</sup> Edit. ac pauci mss., *cum hæc exempla... Quid putas fore, et inter, etc.*

<sup>f</sup> Forte numerus definitus pro indefinito, vel etiam

*concurso sacrata fuerit, addens sanguinem et potius profundendum, quam violandam fidem: quod secularium nuptiarum comparatione amplificat. Deinde objectionem ex Apostoli verbis petitam solvit.*

19. Non es memorata <sup>c</sup> diei sanctæ Dominicæ resurrectionis in quo divino altari te obtulisti velandam? In tanto, tamque solemnī conventu Ecclesiæ Dei, inter lumina neophytorum splendida, inter candidatos regni cælestis quasi Regi nuptura processeras. Non es memorata qualis ad te die illo facta est allocutio: *Aspice, filia, intuere, virgo, et oblitiscere populum tuum, et domum patris tui, et concupisceat Rex decorem tuum; quia ipse est Dominus Deus tuus (Psal. XLIV, 11, 12)?* Reminiscere ergo quantus ad Sponsi tui <sup>d</sup> et Domini nuptias conveniret populus. Servare te oportuit fidem, quam sub tantis testibus pollicita es, semper cogitare cui virginitatem sponderis. Facillius te oportuit sanguinem cum spiritu fundere, quam perdere castitatem tuam.

20. His tunc in illo die consecrationis tuæ dictis, et multis super castitate tua præconiis, sacro velamine tecta es; ubi omnis populus dotem tantam subscribens, non atramento, sed spiritu, pariter clamavit, Amen. Vincor lacrymis, **310** cum hæc recorder: compungor stimulis, <sup>e</sup> cum hæc humana exempla considero. Nam si inter <sup>f</sup> decem testes confectis sponsalibus, nuptiis consummatis, quævis femina viro conjuncta mortali, non sine magno periculo perpetrat adulterium; quid quod inter innumerabiles testes Ecclesiæ, coram angelis et exercitibus cæli facta copula spiritalis per adulterium solvitur? Nescio an possit ei condigna mors aut pœna cogitari.

21. Dicit aliquis: *6 Melius est nubere quam nri* major pro minore. Attamen Fran. Hotmannus lib. de *Sponsalibus*, cap. 3, ita hunc locum interpretatur, ut ex eo totidem testes ad sponsalium validitatem olim necessarios fuisse asserat. Et hunc etiam numerum quondam ad legitimos actus fuisse necessarium Arcadii Constit. in L. de Test. et Legis Mar. cap. 5, notisque scripta ex Val. Probo edicti prætorii particula citatis, ostendit Brissonius Select. ex *Jure Civ. antiquit.* lib. II. Quod autem paulo post subjungitur de periculo adulterorum, longo quidem tempore his nulla capitis pœna constituta fuit apud Romanos, ut August. auctor est lib. de *Civitate Dei*, cap. 5. Et hoc adeo verum existant jurisconsulti, ut sicubi pœnam capitalem aut sanguinis in adulteros a primis imperatoribus latam reperiant, de civili morte, puta deportatione, condemnatione ad metalla, vel de simplici exilio dictum accipiant. At Constantinus Magnus ut religionis ita et castitatis vindex, legem de adulteris ultimo supplicio afficiendis primum tulit. Auxit etiam hanc pœnam Constantius ejus filius lego, quam Baronius ad an. 339 refert, ut in hujusmodi reos tanquam in parricidas culeo vel igni animadverteretur imperans. Verum legem hanc non diu ad apices observatam esse intelligimus ex Amm. Marcellini lib. XXVIII, cap. 1. Multa insuper privatum in adulteros deprehensos perhibebantur, ut spoliatio, verberatio; Phaphanismus, mutilatio, immo etiam, uti a nobis libro de *Virginitate*, cap. 7, num. 35, observatum est, cædes.

<sup>6</sup> Mss. nonnulli, *Melius volo nubere*. Hanc autem objectionem sibi jam alibi propositam eodem plane modo expeditur Ambrosius.



(I Cor. vii, 9). Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad noudum velatum. Cæterum quæ se sponndit Christo, et sanctum velamen accepit, jam nupsit, jam immortalis juncta est viro. Et jam si voluerit nubere communi lege conjugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Si hoc ita est, quid de illa dicendum est quæ occulta et furtiva turpitudine constupratur, et fingit se esse quod non est? <sup>a</sup> Habitu virgo, facto non virgo: bis adultera, et in actu, et in aspectu.

## CAPUT VI.

*Pergit ea commemorare, quibus illam a turpitudine deterri oportuerat. Cum autem eadem jam ante triennium sinistra laborasset opinione, ipsius amentiam miratur, quod inimicos, amicos, ac Deum ipsum perinde spernens, nullum obicem non perfrerit.*

22. Sed ad te iterum redeo, quæ oblivionem tantorum passa bonorum, <sup>b</sup> receptaculum tantorum malorum facta es. Quomodo tibi in actu illo ignominioso non veniebat in mentem habitus virginialis, processus in Ecclesiam inter virgineos choros? Quomodo oculos tuos non perstringebat lux vigiliarum: aures tuas non penetrabat hymnorum spiritualium cantus: mentem tuam non ventilabat lectionum cœlestium virtus; hinc vel maxime ad te clamante Apostolo: *Fugite fornicationem; quia omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat* (I Cor. vi, 17)? Et cum dicit: *In corpus suum*; tamen in Christum eum peccare demonstrat. Nam subjungit: <sup>c</sup> *An nescitis quoniam membra vestra templum est Spiritus sancti, quæ habetis a Domino, et non estis* **311** *vestri; empti enim estis pretio magno, <sup>d</sup> glorificate, et portate Deum in corpore vestro* (Ibid., 20). Et iterum dicit: *Fornicatio autem et omnis immunditia nec nominetur inter vos, sicut decet sanctos* (Ephes. v, 3). Et seposita omni adulatione, sententiam figit Apostolus: *Hoc, inquit, scitote intelligentes quia omnis fornicator, aut immundus, aut avarus non erit hæres in regno Christi et Dei* (Ibid., 5).

25. Hæc tanta, et tam terribilia non tibi veniebant in mentem, cum ad illud opus nefarium tua membra peterentur? Sed mortifera te oblivio tam-

<sup>a</sup> Edit. ac mss., *habitus virginitalis.*

<sup>b</sup> Quatuor mss., *et spectaculum tantorum*, etc. Iterum autem ubi nos ex potiori parte mss. *ad te clamante Apostolo*; alii legunt, *ad tendere clamantem Apostolum*: edit. vero *hinc, Rom. hoc, vel maxime clamante*, etc.

<sup>c</sup> Solus codex Regiom. habet, *An nescitis*, usque ad *non estis vestri*: sed cum hæc optime cum serie orationis quadrent, neque rarum sit Scripturæ locos in mss. occurrere haud parum decurtatos; eadem in textum recipere non dubitavimus.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *glorificate Dominum in corpore vestro*. Et infra, *in regno Dei*.

<sup>e</sup> Rom. edit., *quasi sanctioris et dignioris*; vet. autem, ac mss. hoc tantum dissident, quod horum non pauci pro, *te erant*, scriptorum lapsu habent, *steterant*. Porro non sunt obeunda perfunctorie, quæ hoc in capite continentur ad antiquam disciplinam pertinentia. Nimirum statim ab ejus initio docet vestem suam peculiarem fuisse virginibus, easque non singulas, sed multas simul ad Ecclesiam e mo-

quam in gurgitem altissimum demergebat, et quasi captivam execrabilis libido ducebat.

24. Nonne vel illum locum tabulis separatum, in quo in Ecclesia stabas, recordari debuisti, ad quem religiosæ matronæ et nobiles certatim currebant, tua oscula petentes, <sup>e</sup> quæ sanctiores et digniores te erant? Nonne vel illa præcepta quæ oculis tuis <sup>f</sup> ipse scriptus paries ingerebat, recordari debuisti: *Divisa est mulier et virgo: quæ non est nupta, cogitat quæ Domini sunt, quomodo sit sancta corpore et spiritu* (I Cor. vii, 34). Tu autem in contrarium vertisti dictum, ita cogitans, ita agens ut nec corpore esses sancta, nec spiritu: corpore quidem, fornicando; spiritu autem, virginitatem mentiando.

25. Proh nefas! <sup>g</sup> solet fama subsequi factum, tua autem malum fama prævenit. Nam cum ante triennium rumor quidam et sussurratio de te fuisset, tu sinceritatem prætendebas, et vindictam de maledicis in Ecclesia postulabas publice. Quos æstus ego sustinui! Quos pater tuus pro tua sustinuit opinione labores, requirentes singulos, singulos astringentes; ut ad auctorem infamiae veniremus! Grave enim erat nobis et omnibus bonis intolerabile de Dei virgine vel turpe aliquid dici, vel credi.

26. Nec hoc verita es, nec ante oculos habuisti; ne venires inimicis tuis in gaudium, et eos haberes infensos qui pro tua opinione laborabant. Multum audax, multum temeraria; ut te conscientia tua non terreret: sed simulata virginitate, putares te etiam Deum posse decipere. Sed ille qui dixit: *Nihil occultum quod non revelabitur* (Matth. x, 28); et *vos, inquit, fecistis in occulto: ego autem in manifesto faciam* (II Reg. x, 12). Ille qui non mentitur, furtivum scelus deduxit in publicum, et in conspectu solis hujus tenebrarum vestrarum opera denudavit.

27 <sup>h</sup> O quidquid prætendit sermo, crudeliora **312** occurrunt: et cupiens moderari, non invenit modum. Oblita es propositum, oblita parentes, oblita es Ecclesiam totam, oblita gloriam virginitatis, oblita honorem dignitatis, etiam oblita promissionem regni, oblita judicium terribile: amplexa es corruptionem, protulisti fructum confusionis; finem vero <sup>i</sup> mortem sævissimam, et interitum sempiternum.

D nasterio processisse: hoc autem loco illis attributam in Ecclesia sedem non a viris solum, sed etiam ab aliis feminis separatam, nec non honoris causa matronas nobiles pacis osculum ab illis petere consuevisse; ac demum inscriptas fuisse parieti Scripturæ sententias, quibus eadem virgines officii sui commonerentur.

<sup>f</sup> Nonnulli mss., *ipsa scriptura ingerebat.*

<sup>g</sup> Quidam mss., *Dolet famam subsequi factum, tua autem ad malum fama pervenit... et subsannatio de te fuisset.*

<sup>h</sup> Rom. edit. et Pseudohier.: *O, inquit, qui prætendit sermonem, crudeliora occurrit*; Pseudohier., *incurrit*: melius; Paris. edit., *crudelior occurrit*; nec incommode id quidem; sed tamen in aliarum edit. ac mss. lectione nihil mutandum.

<sup>i</sup> *Mortem sævissimam*, hoc est, angore animi ac desperatione nisi dignos penitentia: fructus faciat, plenam. Nec enim unquam apud christianos virgines votifragæ violenta morte affectæ, quemadmodum

## CAPUT VII.

## A

*Omnem episcopalis officii curam illi a se præstitam fuisse asseverat : sed ipsam non solum inde nihil profecisse, verum etiam aliis objecisse grave scandalum, quod ostenditur in Evangelio severissima pœna damnari.*

28. Et certe non habes quod de nostra negligentia conqueraris; quodcumque enim ad officium pastoris pertinet, et tibi et omnibus non negatum est. <sup>a</sup> Dilectio spiritalis adhibita, commonitio sancta non deficit. Oblita domum patris tui, ut scriptum est (*Psal. XLIV, 11*), ad monasterium virginale transisti. Inter tot posita non solum dico tuta esse debueras, si voluisses; sed etiam tutelam aliis præstare potuisses. Sed frustra hæc et alia provisæ sunt.

29. Frustra <sup>b</sup> hymnum virginitatis exposui; quo et gloriam propositi, et observantiam pariter decantares. Seminavi secus viam, seminavi in spinis, seminavi in petrosa; aut enim ex corde tuo verba mea volucres (*Luc. VIII, 5 et seq.*), id est, dæmones rapuerunt: aut malis tuis cogitationibus suffocata sunt, aut aruerunt nimio æstu libidinis. Heu me, quia ubi putabam ædificare aurum, argentum, lapides pretiosos, inventus sum lignum, fenum, stipulam, arsuras materias laborasse (*I Cor. III, 12*)! Dicam et ego secundum prophetam: *Heu me, quia factus sum sicut qui colligit* <sup>c</sup> *stipulam in messe* (*Michæ. VII, 4*)!

30. Et quidem si tibi soli damnum fecisses, erat quidem tristitia, sed forsitan tolerabilis. Nunc vero quantas animas tuo scelere sauciasti, quantas animas propter te de proposito suo pœnitere fecisti! Quanta labia etiam fidelium inquinata sunt, viam Domini blasphemando! Aperuit in nos gentilitas os suum: adversus sanctam Ecclesiam Synagoga Judæorum <sup>d</sup> per tuum dedecus exsultavit.

31. Quod si is qui unum scandalizaverit, mola circumligatus jactari debet in mare (*Matth. XVIII, 6*); quid de te pronuntias, per cujus scelus omnis anima sauciata est, et nomen Domini in gentibus blasphematum **313** est? Nonne quoties dicitur: O virgines, toties tibi cumulus iniquitatis augetur? Jaces ecce vulnerata, jaces ecce prostrata.

apud ethnicos vestales in terra vivæ defodiebantur.

<sup>a</sup> Codex Regiom., *Lectio spiritalis*; et continuo post Pseudohieronymus, *communio sancta*. Licet autem hæc ingressa dicatur in monasterium, cum tamen eo tempore parthenonum aditus invisentibus viris concederetur, mirum utique non est si perditorum hominum temeritate hunc etiam in locum irrepere culpa potuerit.

<sup>b</sup> Hymnum quandoque sumi pro omni Scriptura, sed maxime pro psalmis Davidicis jam a nobis annotatum est lib. de Fuga sæculi, cap. 4, num. 20. Et hinc forte non injuria dici possit *hymnum Virginitatis* hoc loco nihil aliud esse, nisi aut inscriptæ illic parieti sententiæ, de quibus supra: aut quod probabilis est, ultimam psalmi 44 partem; ea quippe scilicet a versiculo 10, usque ad ultimum, multa quæ ad gloriam et observantiam virginialis propositi pertinent, continentur; id est, sponsarum

## CAPUT VIII.

*Quænam sit remedii quod adhibere cupit, difficultas atque ratio: suadere se ut ad pœnitentiam non qualemcumque illa confugiat, sed congruam; cujus actus interior, nec non exteriora signa hic memorantur. Porro ejusdem beneficio fore, ut illa æternæ pœnæ immunitatem obtineat; si tamen eo in se fuerit severior, quo peccatum minus libere sit confessæ. Ad quod etiam futuri judicii atrocitate ipsam accendit.*

32. Cupio prodesse, sed subvenire non possum; quia totum caput in dolore, et totum cor in mœstitia: a pedibus usque ad caput, sicut ait Esaias, non est malagma imponere (*Esai. I, 5, 6*). Infirmetas tua omne humanæ medicinæ exclusit auxilium. Et licet tam boni quam mali justa indignatione permoti, te omni <sup>c</sup> depopulatione dignam, te omni tormentorum genere discruciantam judicent, morte mulctandam, aut ignibus exurendam: ego tamen qui scio graviora facinorosis servari tormenta, et sine fine impias animas cruciatos manere, non temporales utique, sed æternos; aliis te volo cruciatibus affici, profuturis utique, non animam perdituris.

33. Ergo secundum divinam sententiam dabo consilium; solum enim et unicum <sup>f</sup> tentandum est remedium illud, quod divina vox per Ezechielem miseris porrigit: *Nolo, inquit, mortem peccatoris, quantum ut convertatur, et vivat* (*Ezech. XXXIII, 11*). Et iterum post hæc inquit Dominus, *dixi: Convertere ad me. Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare non ascendit sanitas filie populi mei* (*Jerem. VIII, 22*)? Hæc utique dicta pœnitentiam sapiunt, hæc sententiæ Dei vocant ad pœnitentiam <sup>g</sup> peccatores: pœnitudo enim lapsis necessaria est, sicut vulneratis sunt necessaria medicamina.

**314** 34. Sed quanta putas, et qualis necessaria pœnitentia? Quæ aut æquet crimina, aut certe excedat. Vide ergo si simplex hoc peccatum adulterii est, an duplex sit pro illa nece quæ facta dicitur in occulto: et secundum conscientiæ molem exhibenda est pœnitentiæ magnitudo. Pœnitentia ergo

Christi dignitas, et quibus easdem ornari convenit, dotes ac virtutes. Si quis vero de hymno aliquo ad eum usum composito malit intelligi, non pertinacius oblectabimur; supra enim, cap. 5, ubi n. 18 quædam ex eo psalmo inemoravit fuisse recitata, paulo post subdit, *His... dictis et multis supra castitate tua præconiis*; quæ quidem verba non nimium coacte ad hujusmodi hymnum referri possunt.

<sup>c</sup> Pauci mss., *spinam in messe? Et quidem si te solam*, etc.

<sup>d</sup> Plurimi codd. *perpetuo dedecore exsultabit*; nonnulli, *exsultavit*.

<sup>e</sup> Floriac. codex et Pseudohier., *depopulatione dedecoratam*.

<sup>f</sup> Mss. nonnulli, *tentandum est auxilium illud*.

<sup>g</sup> Post vocem *peccatores*, Rom. edit. e Pseudohier. in textum transtulerat *revocant ab errore*, quæ in ant. edit. ac mss. nostris desiderantur.

non verbis agenda est, sed et facto. Hæc autem sic agitur, si tibi ante oculos ponas de quanta gloria rueris, et de quo libro vitæ nomen tuum deletum sit; et si te jam credas prope ipsas positam tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorum, et stridor dentium sine fine. Cum hæc certa fide, sicut est, animo conceperis, quia necesse est prævaricatricem animam tartareis pœnis, et gehennæ ignibus tradi, nec aliud remedium constitutum esse post unum baptismum quam pœnitentiæ solatium; quantavis afflictionem, quantumvis laborem subire, esto contenta, dummodo ab æternalibus pœnis libereris.

35. Ergo hæc tu tecum cogitans, et mente retrahens, facti tui ipsa iudex esto crudelior. In primis omnis cura vitæ hujus <sup>a</sup> interimenda tibi est, et quasi mortuam te existimans, sicut et es, quomodo possis reviviscere, cogita. Deinde lugubris tibi accipienda est vestis, et mens ac membra singula digna castigatione puniendi. Amputentur crines, qui per vanam gloriæ occasionem luxuriæ præstiterunt. Defluant oculi lacrymis, qui masculum non simpliciter aspexerunt. Pallescat facies, quæ quondam <sup>b</sup> irrubuit impudice. Denique totum corpus injuriis et jejuniis maceretur, cinere aspersum et opertum

<sup>a</sup> Ita omnes edit. cum mss. multo pluribus: Pseudohier. autem cum mss. duobus, *intermittenda tibi est*. Minus concinne. Hic porro summam pœnitentiæ exercitia proponuntur, tam interiora quam exteriora. In quibus lugubrem vestem et capillorum re-creationem numerari si quis mirabitur, adeat Morinum de Administ. Pœnit. lib. iv, cap. 17, num. 7 et seq. ubi eadem illa tunc temporis pœnitentibus imperata esse reperit. Verum cum agatur hoc loco de virgine Deo consecrata, alia difficultas ex usu præsentis quo solet sacris virginibus coma tonderi, oboritur. Atqui certum est olim hac in re variam pro varietate locorum fuisse disciplinam. Etenim præter synodi Gangr. anno, ut volunt, 324, celebratæ can. 17, velatis virginibus, ut non levibus rationibus contra Baronium a quo idem canon de mulierculis quibusdam hæreticis in Notis ad Martyrol. Rom. xii kal. Oct. intelligitur, defendit Gothofredus, ergo præter hunc can. tonsura sub anathemate virginibus interdicens, exstat, ipso quoque fatente Baronio, Theodosii lex 27, de Episc. et Cleric., qua illud ipsum eisdem virginibus prohibetur. Data fuit ea lex an. 390, et de consensu quidem episcoporum; cum eadem quoque anathematis pœna imposita sit. Puellas sacras crinem aluisse ac sponsum instar sparsum gessisse auctor est Optatus Milevitanus. Ambrosius etiam lib. de Instit. Virg. cap. 17 et Augustinus epist. 109 satis declarant, apud populares suos ut virgines comam deponerent, morem non fuisse. Neque vero illud idem parum aperte indicat Hieronymus epist. 48, ad Sabinianum, quando quidem eum capillos amoris obsides accepisse docet ab ea moniali, quam corruerat in monasterio Bethlehemitico, in quod illa cum Romæ velum accepisset, se receperat. Contra vero idem Hieronymus citata epist. tradit obtinuisse in *Ægypti et Syriæ monasteriis, ut tam Virgo quam vidua, quæ se Deo voverint... crimem monasteriorum matribus offerrent desecandum*. Iluc adde Palladium in Lausiaciis, cap. 41, ubi virginum hujusmodi fuisse habitum scribit, *ut essent tonsæ et cucullatæ*. Citatur præterea can. 66 Nicæn. Alph. Pisani; nec non etiam Athanasii de Vera virgin. pro eodem usu, qui tandem solus invaluit, cum feminæ sanctimoniales pœnitentiæ insignibus sese non minus quam monachos glo-

licilio perhorrescat; quod male sibi de pulchritudine placuit. Cor vero sit liquescens tamquam cera, jejuniis inquietans seipsum, et cogitationibus ventitans, quare sit ab inimico subversum. Sensus etiam crucietur; quia in membra corporis cum haberet dominationem, malo cessit imperio.

36. Talis vita, talis actio pœnitentiæ, si fuerit perseverans, audebit sperare, <sup>c</sup> etsi non gloriam, **315** certe pœnæ vacationem; dicit enim Deus: *Convertimini ad me, et convertar ad vos. Convertimini ex toto corde vestro, in jejunio, et in fletu, et in planctu; dirumpite corda vestra, et non vestimentum; quoniam pius <sup>d</sup> et misericors est (Joel ii, 22, 23)*. Sic conversus magnus ille David justificatus est; sic Ninive peccatrix illa civitas incumbentem sibi evasit interitum (II Reg. xii, 13). Peccator ergo si sibi ipsi non pepercerit, a Deo illi parceretur (Joan. iii, 5 et seq.). Et si futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc parvo vite spatio compensaverit, seipsum ab æterno iudicio liberabit.

37. Grandi plagæ alta et proluxa opus est medicina: grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem. <sup>e</sup> Nam non est dubium levius esse crimen, ubi peccatum suum ultro homo confitetur, et

riari pia æmulatione testatum vellent. Sed de his præter memoratos auctores luculenter egerunt Spencaus lib. v de Voti Redempt., cap. 3; Menardus noster in Sacram. Gregor. pag. 212; Heesten Disquis. Monast. lib. v, disq. 7, et Thomassin Discipl. Eccles., part. i, lib. i, cap. 50.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *viruit impudice*. Minime male; viruit enim sum elegantem potest pro viruit, quo sensu Tullius *viriditatem habere*, et Horatius *virere genua* dixerunt: alii tamen mss. plures ac potiores, *irrubuit impudice*. Neque hoc ipsum magis inseite; nam præterquam quod inter *pallescat et irrubuit* concinnius est antitheton, rubor in facie ut bonæ valetudinis, ita etiam vehementis affectus indicium est. Iterum pro *injuriis et jejuniis*, mss. nonnulli, *incuriu et jejuniis*. Non absurde quidem, sed tamen non mutanda vox *injuriis*; idem enim est ac rigida et aspera castigatione, ut lib. ii de Abraham, cap. 8, num. 51, vitula dicitur *domari injuriis*. Postremo ubi omnes edit. ac mss. excepto Flor. de *pulchritudine placuit*; idem Flor. habet, *de turpitudine placuit*.

<sup>c</sup> Codex Regiom., *etsi non coronam, tamen veniam, et certum pœnæ evacuationem*: reliqui autem et edit. nihil differunt, nisi quod ubi edit. ac pauci mss. præferunt, *vacuationem aut evacuationem*; alii mss. magno numero legunt, *vacationem*. Non desunt porro qui cum ex his verbis tum ex aliis epist. 2 ad Horont. Ambrosium accedere Veterum quorundam opinionis, qua feruntur inter beatorum gloriam ac damnatorum pœnas medium quemdam statum admisisse, de quo dicitur ad eandem epist. Hoc autem loco tantum monemus tangi quidem ab Auctore difficultatem, sed inexaminatam prætermitti. Hic enim oratoria concessio est, quasi diceret, et si gloriam adipisci non contingeret, de quo non disputo; saltem pœnarum obtinebis immunitatem. Si quis tamen exsortem gloriæ futuram illam virginem ab Auctore affirmari contendat, dummodo non gloriam omnem intelligat, sed singularem illam quæ virginibus pactam cœlesti sponso fidem servantibus destinata est, manus dabimus.

<sup>d</sup> Edit et quidam mss., *et misericors sum*.

<sup>e</sup> Sequenti sententiæ quam apud Pseudohier. ipso statim hujus libri initio exstare diximus, proprium

pœnitet : at ubi celat mala sua, invitus detegitur, et A nolens publicatur; illud gravius scelus est. Quod tibi utique provenisse negare non poteris. Et ideo fortius dolendum; quia peccatum est fortius.

38. Si mente cernerent<sup>a</sup> homines peccatores quale iudicium emittet Deus in mundo, et sensus humanus non dispergeretur vanitate sæculari, non infidelitate gravaretur : quantumvis et qualevis cruciatum ad præsens libentissime sufferrent, etiamsi esset longior vita; dummodo in illas pœnas æterni ignis non incurrerent. Sed tu quæ jam ingressa es agonem pœnitentiæ, insiste, misera: fortiter inhære<sup>b</sup> tanquam in naufragiis tabulæ, sperans per ipsam te de profundo criminum liberari. Inhære pœnitentiæ usque ad extremum vitæ, nec tibi præsumas ab humana die veniam dari; quia decipit te qui hoc tibi B polliceri voluerit. Quæ enim proprie in Dominum peccasti, <sup>c</sup> ab ipso solo te convenit in die iudicii expectare remedium.

### CAPUT IX.

*Objurgat virginis corruptorem; eumque Balthazaris exemplo terret. Quem deinde ut non contentus interno cruciatu, legitimam pœnitentiam amplectatur, monet: postremo ne sibi de peccantium multitudine blandiatur, ipsi Sodomæ et aliarum urbium incendium suggerens, ad confringendos inimici laqueos urget.*

39. De te autem quid dicam, filio serpentis, ministro diaboli, violatore templi Dei: qui in uno scelere duo crimina perpetrasti, adulterium utique et C sacrilegium? Sacrilegium plane, ubi vas Christo oblatum, Domino dedicatum, dementi temeritate polluisti. Balthasar **316** rex ille Persarum, qui in vasis Domini, quæ et a templo Hierosolymis fuerant a patre ejus ablata, bibere cum suis amicis et concubinis usurpavit; ipsa nocte angeli manu percussus crudeli morte punitus est (*Dan. v, 30*): quid de te arbitraris, perditte pariter et perditor, qui vas rationabile consecratum Christo, <sup>d</sup> sanctificatum Spiritui sancto, impie temerasti, polluisti sacrilege, et

hunc locum esse negabit nemo. Eadem autem discere est illam priscorum temporum fuisse disciplinam, ut qui occulorum criminum ab aliis insimulabantur apud episcopum, sedulo peracta inquisitione, gravioribus pœnis condemnarentur, quam si seipos ultro accusassent. Qua de re consulat, cui libuerit, Morinum, de Administr. Pœnit. lib. 1, cap. 10, et lib. 11, cap. 6.

<sup>a</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *homines peccatores* (edit. Rom. cum Pseudohier. *delevit peccatores*) *iudicium imminet mundo, sensus humanus..... si non infidelitate gravaretur*, Rom. edit. et Pseudohier. *gravarentur*; cæteri mss. magis apposite ut in contextu.

<sup>b</sup> Edit. omnes, et quidam mss. cum Pseudohier., *tanquam naufragus tabulæ, sperans per ipsam*; reliqui mss., *tanquam in naufragiis*, etc., nisi quod omittitur in Floriac., *per ipsam*. Infra vero ubi edit. eadem cum paucis mss. *ab humano die posse veniam dari*, et rursus, *ab illo solo quære remedium*; alii mss. numerosiores nobiscum faciunt, excepto quod in ultima Parte multi exhibent, *ab ipso quære remedium*: Flor. autem ac Regiom., *ab illo solo te convenit*, etc. Quos quia scriptoribus brevare, quam producere magis

tui propositi immemor, et iudicii divini contemptor? Melius fuerat omnino te non fuisse natum, <sup>e</sup> quam sic natum, ut te sibi gehenna proprium filium vindicaret.

40. Et licet te ipsa conscientia sceleris agat per diversa præcipitem (*fugit enim impius (Prov. xxviii, 1), nemine persequente se*), licet te diræ imagines peccati dormientem quoque perterreant, non solum vigilantem; tamen ne quid a pastore ovi morbidæ, vel morituræ medicaminis denegatum sit, do consilium. Petas ultro <sup>f</sup> carcerem pœnitentiæ, obstringas catenis viscera, animam tuam genitibus jejuniisque crucis; sanctorum petas auxilium, jaceas sub pedibus electorum; ut non tibi cor impœnitens thesaurizet iram in die iræ et justii iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua (*Rom. ii, 5, 6*). Nec te in eorum numerum constituas, quos luget Paulus: *Qui ante peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam super immunditia et fornicatione et libidinibus quas gesserunt* (*II Cor. xii, 21*).

41. Nec tibi de multitudine peccantium similibus blandiaris, et dicas: Non solus hoc ego egi, multos habeo socios: sed recogita, quia multitudo sociorum impunitatem non facit criminum. Nam in Sodomâ et Gomorrhâ et in totis quinque civitatibus innumerabiles utique habitabant populi, et omnes pariter qui libidinose corpora sua tractaverunt, igneis imbribus conflagrarunt (*Gen. xix, 25*): solus autem Loth de illo inevitabili incendio evasit (*Ibid., 29*); quia ab illa turpitudine se alienum præstiterat.

42. Exclde ergo vel nunc, infelix, de corde tuo blandimenta serpentis, et luctu, et fletibus continuis, dum in corpore tuo immundo anima illa tenebrosa versatur, <sup>g</sup> remedium tibi in die necessitatis acquire, semper ante oculos tuos habens Apostoli sententiam: *Quia omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis sui secundum quod gessit, sive bonum, sive malum* (*II Cor. v, 10*).

### 317 CAPUT X.

*Ad virginem lapsam demum rediens, illi concitatas*

consuetum, hic præferimus. Carterum qui e postremis hisce periodis huic auctori novatianorum hæresim attribuunt, eos nulla certa nisi ratione in Admonitione demonstratum est.

<sup>e</sup> Mss. magno numero, *ab ipso quære in die iudicii remedium*.

<sup>d</sup> Cod. Flor. et Regiom., *sanctificatum a Spiritu sancto*; Pseudohier., *sanctificatum Spiritu sancto*: Regiom. solus consequenter, *temerario et impio polluisti sacrilegio*.

<sup>e</sup> Ita ms. Flor.; alii autem et edit., *quam te sibi gehenna proprium filium vindicaret*; in plerisque mss. voces *proprium filium* non leguntur.

<sup>f</sup> Non pauci mss., *turrem pœnitentiæ*. Minime male; pœnitentia enim propugnaculi cuiusdam instar ab ira divina tutos nos præstat. Sed potest etiam eo referri, quod Ambrosio familiare est Adamum post expulsionem suam e paradiso in castello religatum dicere: forte quia mos erat in loco munito aservari noxios, quod cum aliorum mss. atque edit. omnium lectione sensu convenit.

<sup>g</sup> Plures mss. et Pseudohier., *remedium tibi necessitatis*.

quasdam precationes et varios penitentis affectus e A  
Scripturis hinc inde lectos suppeditat.

43. *Quis consoletur te, virgo filia Sion; quia magna facta est sicut mare contritio tua. Effunde sicut aquam cor tuum ante faciem Domini (Thren. II. 13, 19) : extolle ad eum manus tuas a pro remedio peccatorum tuorum. Accipe igitur lamentum. Et primum quidem nullo die quinquagesimus psalmus intermittatur; quia in tali negotio cantatus est: et usque ad versiculum illum: Cor contritum et humilitatum Deus non spernit (Psal. I, 19), cum lacrymis gemituque percurra.*

44. Insuper etiam hanc lamentationem non sine compunctione cordis in conspectu Dei iudicis funde: *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum (Jerem. IX, 1), ut defleam vulnera animæ mee? Conversi sunt dies festi mei in luctum, et cantica in lamentationem (Amos VIII, 10): recessit sonus hymnorum, et lætitia psalmodiarum, et successit stridor dentium et sletus veulorum. Obmutui et humiliata sum et silui a bonis, et dolor meus renovatus est. Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis. Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebræ (Psal. XXXVIII, 3, 4). Abyssus circumdedit me, postremo demersit caput meum b in scissuras montium (Jonæ II, 6).*

45. Heu me, quia facta sum sicut Sodoma, et combusta sicut Gomorrha (Gen. XIX, 24), quis miserabitur cerneris meos? Durius offendi quam Sodoma; quia illa legem nesciens deliquerat, ego autem, accepta gratia, peccavi Domino. c Si homo peccet in hominem, erit qui interveniat: ego peccavi in Dominum, quem propitiorem inveniam (I Reg. II, 25)? Concepti dolorem, et peperit iniquitatem: lacum aperui et effodi eum, et incidi in foveam quam operata sum. Ideo conversus est dolor meus in caput meum, et in verticem meum iniquitas mea descendit. Immunditia mea ante pedes meos: non fui mentor novissimorum, et cecidi miserabiliter (Psal. VII, 15 et seq.).

46. Non est qui consoletur me. O quam acerbus fructus luxuriæ! Amarior felle, crudelior gladio. Quomodo facta sum in desolationem? Subito defeci, peri propter iniquitatem meam d velut e somno exurgens; ideo in civitate Domini nullificata est

imago mea (Psal. LXXII, 19, 20). Deletum est de libro vitæ nomen meum, facta sum sicut noctua in domicilio, sicut passer unicus in ædificio: non est qui consoletur me. Considero a 318 dextris, et video quia non est qui agnoscat me (Psal. CI, 7 et seq.) Perii fuga a me, et non est qui requirat animam meam (Psal. CXXI, 8). Facta sum sicut vas perditum, audivi vituperationem omnium circa me habitantium. Væ diei illi in quo me e infelix genuit mater, et lux ista crudelis excepit! Oportuerat me non fuisse natam, quam sic in gentibus fabula fierem (Psal. XXX, 13, 14). Propter me confusio facta est omnibus famulis Domini, et eum digne colentibus (Job. III, 3).

47. Lugete me, montes et colles; lugete me, fontes et flumina; quia sletus filia ego sum. Lugete me, bestię silvarum, reptilia terræ, et volucres cœli, et omnis anima quæ vita frueris. Nam vos beatæ, seræ et volucres, quibus nullus metus de inferis, neque post mortem reddenda est ratio: in nos manet pœna crudelis tartari, quia habentes sensum, delinquimus; ideo non est pax peccatoribus.

48. f Meum peccatum, mea iniquitas, non sunt similia offensis hominum; quia impietas est. Carnem pollicita servare virginem, et castitatem professam publice, mentita sum Domino; ideo non est mihi fiducia invocandi Dominum altissimum, quia obstructum est g os delinquentium. Nam meum malum Propheta cecinit, quod qui elongant se a Deo, peribunt: disperdit omnem fornicantem a se (Ps. LXXII, 27). Et iterum: Adhæsit lingua mea faucibus meis, et in pulverem mortis deductus sum (Psal. XXI, 16).

49. Verumtamen clamabo ad Dominum, cum adhuc tempus est, dum datur spâtium; quia in morte non est memoria, et in inferno non est confessio: Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripas me. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, nec est sanitas in carne mea a vultu iræ tuæ: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ h superposuerunt caput meum, et sicut onus grave gravatæ sunt super me. Computruerunt et deterioraverunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ. Miseriis afflicta sum, et curvata usque in finem, rugio a gemitu cordis mei (Psal. XXXVII, 1, 9). Cor meum turbatum est intra me, dere-

a Omnes edit., pro remedio animæ tuæ et peccatorum, etc. Omnes mss. cum Pseudohier. ut in contextu.

b Mss. aliquot, fissuras montium; Regiom. cum Pseudohier., in fossuras (Pseud., in scissura) inferni. Et infra idem ms. solus, miserabitur accleribus meis.

c Si homo.... in Dominum, desunt istæc propemodum in mss.; in nonnullis tamen, et cunctis edit. nec non apud Pseudohier. inveniuntur.

d Ita mss. omnes: edit. vero, et Pseudoh., velut somnium surgentis. Et sequenti versu pro vilificata est, quod erat in omnibus edit. et mss. aliquot, alii mss. exhibent, nullificata sum, partim ut in contextu.

e Omnes edit. cum mss. aliquot, et Pseudohier., me infelix (Rom. et Pseud., infelicem) uterus genuit; alii magno numero ut in textu.

f Vel. edit. Meum est peccatum, mea est iniquitas.

D Non sunt similia offensis hominum; quia horribilis hæc impietas est, carne pollicita servare virginem, et castitatem professam publice mentita sum Deo. Rom. edit.,... carne polluere virginitatem, et castitatem professam publice, etc. Mss. vero in lectionem nostram consentiunt nisi quod pro carne pollicita, duo præferunt, carnem pollutam, unus, carne polluta, alius denique, carnem pollicitam; quæ scriptoribus imputanda esse non videt nemo. Iterum expressam publice professam virginitatis mentionem observet licet.

g Codex Regiom., os loquentiam iniqua. Rursus vero ubi omnes edit. Adhæsit anima faucibus meis; omnes mss. exhibent. Adhæsit lingua mea, etc.; quam quidem lectionem Scripturæ textus, omnesque ipsius versiones confirmant.

h Tres mss. cum Pseudohier., supergressæ sunt.

liquit me virtus mea, et lumen oculorum meorum non est mecum (Psal. xxxvii, 4-9). Deus, repulisti me et destruxisti me, ostendisti mihi dura, potasti me vino compunctionis (Psal. lxx. 4, 5) : expulsa sum ab oculis tuis, jam non adjiciam <sup>a</sup> ut resurgam ad templum sanctum tuum, et facta sum in exterminio.

50. Quæ utilitas in sanguine tuo, dum descendi in corruptionem (Psal. xxix, 10)? Numquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt (Psal. lxxxvii, 11)? Tuus sermo est, tuapromissio est: Nolo mortem peccatoris, <sup>b</sup> sed conversionem et vivat (Ezech. xxxiii, 11): ad te, Deus meus, mea conversio; 319 quia solus potes renovare omnia, et ab inferis animas revocas. Tu solvis compeditos: tu, Deus, allisos erigis, cæcos illuminas, mortuos suscitās.

51. Erravi sicut ovis perdita (Psal. cxviii, 176): B require famulam tuam, ne lupo crudelis glutiat me. Multi dicunt animæ meæ: Non est solus illi in Deo ejus (Psal. iii, 5). Sed tuum consilium tecum est. (Psal. cviii, 84). Quot sunt dies famulæ tuæ, quando facies mecum judicium? Sed ne intres in judicium cum famula tua (Psal. cxlii, 2). Defecit in salutari tuo

<sup>a</sup> Omnes edit., ut respiciam; omnes mss. partim ut surgam, partim ut resurgam.

<sup>b</sup> Ita mss. duobus exceptis, ubi pro sed conversionem, legimus sed ut convertatur; vel. edit., sed conversionem ut possit vivere. Ad te, Deus meus, conversio, quia solus; Rom. sed conversionem et vivam ut possim vivere, ad te, Deus, me converto, qui solus; Pseudohier., sed conversionem. Ut possim vivere, ad te Deus conversio mea; quia solus, etc.

<sup>c</sup> Hic desinit tractatus apud Hieronymum: at Rom. edit. solum resciderat, nec in inferno erit confessio, C

anima mea, defecerunt in lacrymas oculi mei, effusa est in terram gloria mea (Psal. cxviii, 81). Quando respiciens restitues animam meam (Psal. xxxiv, 17)? Propter iniquitatem meam corripuisti me, et tabescere fecisti sicut araneam animam meam (Psal. xxxviii, 12). Memento, Domine, quod pulvis sum: vide humilitatem meam, 320 et laborem meum, et remitte omnia peccata mea (Psal. xxiv, 18). Remitte mihi ut refrigerer, priusquam abeam, et amplius non ero, <sup>c</sup> nec in inferno erit confessio (Psal. xxxviii, 14).

52. Potens es, Domine, conscindere saccum et præcingere me lætitia (Psal. xxix, 12): dirumpere vincula mea, quibus ligata sum atque constricta, qui Rahab sordidam non aspernatus es (Josue vi, 17). Iram tuam, Domine, aufer a me, quia peccavi tibi crudeliter, donec justifices causam meam, et educa me in lumine. Deus virtutum, <sup>d</sup> da poenitentiae effectum, confessioni perseverantiam; ne me induret deceptor animæ. Hoc mihi donum, hanc mihi gratiam de tuo fonte præstari cupio, Deus; ut in æternum tibi confitear: qui vivis et regnas in Trinitate in sæcula sæculorum. Amen.

quod mendose restituerant Paris. edit. hoc modo, nec inferior erit confessio. Consequenter autem post voces Potens es, Domine, aberant e cunctis edit. conscindere saccum meum, et præcingere me lætitia, quod in hanc nostram ex mss. fere omnibus proposito neuntquam incongruum reposuimus.

<sup>d</sup> Tres mss., Da patientiæ effectum. Infra vero ubi omnes edit. et quidam mss., præstare cupio, Deus; ut in æternum, etc.; mss. multo plures locum ita contrahunt, præstari cupio, Deus qui regnas in trinitate (tres, in æternitate) in sæcula, etc.

## IN LIBRUM DE MYSTERIIS ADMONITIO, QUA ET IDEM LIBER AMBROSIO ASSERITUR.

Auctor hujus operis in ipso ejus limine profitetur (Cap. 1, num. 2) se et recens baptizatis elaborare, et sacramenta quæ illis hæcenus ignota fuerint, adoriri. Mos quippe erat priscorum temporum antistitibus, ut sublimia illa mysteria quam studiosissime celarent nondum initiatos. Hi quidem quoad e catechumenis atque competentibus excederent, crebris precibus, exorcismiis, aliisque ceremoniis ad baptismum præparabantur: admittabantur audiendis concionibus, ubi potissimum eos rigidis ethices christianæ dogmatis imbui solitos hic ipse auctor aperte docet (Ibid., num. 1). Suis tamen orationibus adversus falsa et impia ethnicorum atque hæreticorum placita disputationes miscebant episcopi: neque etiam unitatis substantiæ divinæ, trinitatis personarum adorandarum, aliorumque capitum, quæ ipsis e Symbolo exponi consueverant, cognitionem inserere prætermittabant. At vero penitiori aliorum sacramentorum, et præ cæteris Eucharistiæ discussione prorsus abstinebant. Erant porro ea mentis docilitate boni illi religionis nostræ candidati, ut quæ ipsis manifesta esse nolebat Ecclesia, suam ad ea curiositatem minime protenderent, rati videlicet nihil falsi aut superstitiosi cultus in illa contineri religione, quæ tot miraculis ac prodigiis fulta, super idololatriæ quam subruerat, ruinis unius Dei adorationem erigebat, quæque sectatorum suorum mores ad amussim adeo severam et rationi consonam exigi postulabat. Hæc instituentæ vitæ præcepta nondum baptizatis a se tradita signat Ambrosius primis hisce verbis: De moralibus quotidianum sermonem habuimus, etc. (Ibid.) ubi libros de Abraham atque alios quos ab eo coram catechumenis et competentibus pronuntiatos demonstravimus (Admonit. in hos lib.), intelligi vix dubium est. Subjungit vero cum eos qui sacro baptisate regenerati sint, hic alloquatur; sibi ut ipsis cum ejusdem sacramenti, tum aliorum rationem atque ceremonias declaret, incumbere.

Primum igitur post explicatam oris atque aurium apertionem (Cap. 1, num. 3), ac memoratam quæ fiebat in baptisterio, ejurationem (Cap. 2, num. 5, 6), fontis benedictionem tractat (Cap. 3, 4, et 5). Ibi autem ut probet non aquæ simplicis efficacia, sed præsentis Spiritus divini virtute regenerationem perfici, varia symbola quibus idem sacramentum in veteri lege præfiguratum est, expendit; unde etiam colligit sacram illam ablutionem eundem

semper effectum obtinere, cum ad eum probitas improbitasve ministri nihil conferat. *Mōx e vivifico lavacro excedentium ad episcopum a quo post unctionem capitis ac pedum lotionem (Cap. 6, num. 29 et seq.), veste candida (Cap. 7, num. 34 et seq.) induebantur, accessum narrat. Tum reddita cujusque ceremoniæ ratione, quanta lætitia ob familiæ suæ amplificationem gestiat Ecclesia mater, depromptis e Cantico canticorum sententiis exprimit (Ibid., num. 35 et seq.). Postremo ubi neophytos acceptæ Confirmationis ope septem donis Spiritus sancti dilatos atque exornatos fuisse affirmavit (Ibid., num. 42), quemadmodum solemnè pompa ex baptisterio ad altare processerint, ut ibi Dominici corporis reficerentur sacramento, multis edisserit (Cap. 8, num. 43). Nec sane mirum, si in hoc asserendo immoretur multo longius, cum finis et consummatio sit cæterorum.*

*Proficitur itaque id sibi esse in animo, ut summo studio (Ibid., num. 44) cunctis veteris Synagogæ sacramentis hoc ipsum antiquitate atque excellentia præferendum astruat; quorum quidem primum inde ostendit, quod panis ac vinum Abrahæ oblatum a Melchisedech, Eucharistiæ figura existit (Ibid., num. 45); secundum autem eo demonstrat, quod præ ipso manna quo nihil sanctius habuerunt Israelitæ, hoc mysterium tanto præcellat (Cap. 8 et 9), quanto potior est lux quam umbra, veritas quam figura, corpus Auctoris quam manna (Cap. 8, num. 49). Enim vero quia neophytis in promptu erat contra opponere: Aliud video, quomodo tu mihi asseris quod Christi corpus accipiam (Cap. 9, num. 50)? ad objectionis solutionem aggreditur. Ea propter ut repudiato sensuum corporeorum testimonio, panem in Domini corpus sacerdotali benedictione converti certo teneant, non modo clarissima quæque prodigia quibus mutatam fuisse naturam vel etiam e nihilo creatam prisci testamenti ferunt tabulæ, in medium profert (Cap. 9, num. 51 et 52); verum etiam miraculorum omnium maximum citat, Christi scilicet incarnationem (Ibid. num. 53). Tum quasi omni dubitationis occasione prorsus depulsa, innocentem hunc gregem accommodatis Canticorum quibusdam versiculis monet (Ibid., 55 et seq.), ut secretum præstantes mysterio, et Christum diversis virtutum fructibus in se pascentes, Ecclesiam exhilarent: nec in posterum de sua regeneratione unquam ambigant.*

*Hic porro nobis temperare minime possumus, quin pauca quædam eucharistiæ occasione animadvertamus. Neophytos a baptisate adhuc madentes episcopus sacramentorum eisdem hactenus ignotorum prima cognitione instituit. Simplex est ea catechesis et ab omni amplificationis ac eloquentiæ fuco plane aliena. Ideo loci Auctor probandum proposuit, eucharistiam præ manna tanto præstantiorem esse, quanto umbram corpus superat, veritas figuram. Hoc ut demonstrat, Christi carnem in quam per Dominica verba panem converti docet, in sacramento contineri sæpius repetit. Exemplis ad asserendam hanc mutationem utitur omnium maxime prodigiosis. Denique summo conatu adhibito, ut oculorum testimonio derogetur, contendit nec levissimæ dubitationi locum esse, quin e pane quem præsentem sensus nuntiant, non figura corporis, sed corpus ipsum fiat conceptum in Virginis utero, et ad extrema supplicia pro nobis traditum. Quis ergo neget Præsulem nostrum veram et substantialem conversionem hic agnovisse? Hanc autem cum istis Domini verbis, Hoc est corpus meum (Matth. xxvi, 26), firmatam ac stabilitam velit (Cap. 9, num. 52), nonne manifesto intelligitur ab eo illa in simplici atque proprio sensu accipi, non in figurato? Fatemur quidem adhibita quoque ab illo miraculorum quorundam exempla, quibus regenerandi vim baptismo inesse persuaderet: sed illic de virtute producendi effectus agitur, non de substantiali aliqua mutatione; nusquam enim aquæ naturam converti in Spiritum istic reperias: at e contrario eam semper subsistere, ac post benedictionem etiam remanere tam expressis, tam sæpe iteratis verbis testatur; ut quodammodo videatur, ne quis hanc sibi opinionem in mentem induceret, præcavisse. Ad hæc nemo non videt quam diversa sit hoc loco catholici atque heterodoxi causa. Etenim quivis sacerdotum nostrorum Ambrosianam in rudibus istius mysterii cognitione instituendis rationem et laudabit et sequetur quam lubentissime: quis vero ministrorum sectariorum tenendam sibi plane contrariam non existimet? Addimus etiam orthodoxo dogmati stabiliendo in hac opella suppeditari expressa et positiva, ut vocant, firmamenta; cum tamen Albertinus Corentonianus quondam minister hinc argumentum probandæ suæ opinioni nullum deponat; sed tantum sibi proponat objectiones (Lib. II de Sacrament. cap. 2), quibus non nisi futilia penitus ac vana respondet. Atqui constare oportet apud æquos æstimatores ex hoc opere ubi familiariter primis præceptis novos Christianos Ambrosius imbuat, quid sententiæ super eucharistia illi fuerit, potius descendendum, quam ex aliis ejusdem libris; quandoquidem in his de industria propter infideles atque catechumenos qui eum cum baptizatis confusi audiebant, obscurius eloquebatur.*

*Hujusce scriptionis qui meminere, magno consensu eam Ambrosio semper attribuerant: sed tandem superiori sæculo exstitit quidam heterodoxi, qui possessione tam diuturna sanctum Doctorem abdicandum arbitrati sunt. Reperimus enim Henr. Bullingeri ad Joach. Vadianum litteras apud sanctum Gallum 7 julii, an. 1535 datas, quibus hunc librum cum sequentibus de Sacramentis una complectens, cum illo se de utroque opere sentire significat, nimirum stupidos hos nequaquam esse auctoris optimi et judicii emunctissimi seturam. Causas istius rei tres affert, styli differentiam, variam hic et in exploratis Ambrosii libris exponendæ eucharistiæ rationem, tractationem rerum frigidiorum quam pro Ambrosiano acumine ac diligentia. His addit Erasmus etsi dissimulari, et judicium lezerit suum, ne videretur eorum de sacramentis sententiam sectari; cum tamen hos libros rejecerit in postremum Ambrosianæ editionis tomum, non dubitare se quin ille senserit mangonis cujuspiam illud esse opus. Quasi vero Erasmus quantum suum tomum ex solis adulterinis composuerit. Sed cum de sententia Erasmi vera sit istæ hariolatio, explodenda potius videtur quam refellenda. Tribus autem illis quæ præmissa sunt, uno verbo respondebimus catechesim esse, atque adeo caractere sibi proprio, id est, simpliciter, aperte ac sine motibus*



editam oportuisse : interim Bullingerum censorem Ambrosianorum scriptorum non videri admodum idoneum, qui quo loco tam levibus momentis legitimum extrudit setum, commentaria in epistolas Pauli admittit pro indubitato.

Is cujus opera Helmestadii Censura Roberti Coci prælo subjecta est (Anno 1655), hoc etiam opus ex Ambrosianorum catalogo exemit, quæ in re eum Dallæus quoque in libro de Confirmatione secutus est. Rationem iudicii sui primam istam reddit : Affirmat auctor, inquit ille, Scripturam testari in Scriptura. Sed quis non videat hic aliud significari nihil, præterquam quod libri Judicum cap. vi narratur, Gedeon angelo supplicasse, ut sibi sacrificium offerre concederet : quo annuente, cum super azymis panibus, carnibusque elixis jus infudisset, angelum summa virga hæc contigisse, ac divinitus e petra, cui eadem imposita fuerant, ignem erupisse. Dicendum igitur quæ in Scriptura fusius memorantur, ea contractius referri ab Ambrosio. Fieri vero etiam potuit, ut hæc historiam in codicibus suis paulo aliter atque in nostris narratam invenerit : quod in aliis quoque ipsi contigisse non semel, et præcipue in caput ultimum libri de Nabuthæ, observavimus. Et hoc sane mirum illi non videbitur, qui adverterit tantam olim codicum veteris testamenti fuisse diversitatem, ut quot Ecclesiæ, tot varia circumferrentur exemplaria, sicut Hieronymus in Præfationibus suis passim testatur. Idem sermo habet S. Augustinus de Doct. Christ. lib. II, cap. 11.

Secunda expunctionis ratio hæc est : Quod auctor iste, adjicit idem, Paralytici verba : Hominem non habeo, ita exponit, quasi per hominem Paralyticus intellexerit Christum mediatorem, perquam leviculum est (Joan. v, 7). Sed perquam leviculum est qui sic arguit. Enimvero vel non intelligit, vel non intelligere se fingit id eodem loco agere sanctum Antistitem, ut in piscina figuram baptismatis, in homine agrum in eam demittente typum ipsius Christi, in ægro demum hominis peccatoris symbolum extitisse ostenderet ; atque adeo hic paralyticum mysticum sive, ut sancti nostri utamur verbo, intelligibilem, accipiendum. Quo quid cum Ambrosiano exponende Scripturæ modo magis congruum ?

Tertiam objectionem ita exprimit : Quod in his libris peccata propria, 1. Actualia, per baptismum relaxari dicat : hæreditaria vero, 1. Originalia, per lotionem pedum, certe hæreticum est. Cum Theologia et Ecclesiæ doctrina non convenit, teste Maldonato. Et hoc quidem tam validum tamque ineluctabile argumentum Dallæo visum est (Lib. III, de Confirm., cap. 8), ut qui alia quasi digito indicare satis habuerat, illud proprio voluerit cumulare suffragio. Nam cum et hujus operis et librorum de Sacramentis auctorem de lotionem pedum incommode ac perabsurde philosophatos contendisset, allatis de quibus agebatur locis, ista subjungit : Utrumque somnium, quod vel plane vel pene idem est, ineptum, et instituto a Christo baptismati contumeliosum, satis ostendit neutrius opusculi auctorem esse Ambrosium. Gravissima est, nec diffitemur, istæc accusatio. Sed hoc incommode ac perabsurde accusatoribus ipsis accidit, ut idem illud cui tam nigrum theia præfigunt isti aristarchi, non modo in aliis quæ exstant Ambrosii operibus non controversis invenire sit, verum etiam in perditis quorum loci occurrunt apud fidelissimum ipsius discipulum Augustinum in suis adversus Pelagianos disceptationibus, ubi dubium dogma, nedum hæreticum numquam impune proposuisset. Hæc si considerassent illi scriptores, in sententiam cum tantorum doctorum, tum etiam veteris Ecclesiæ auctoritate munitam, haud insurrexissent tantis animis. Verum eos quod voces hæreditaria peccata quibus nihil nisi concupiscentia sive, ut ipse ait, lubricum delinquendi, significatur, nequaquam recte intellexerint in errorem inducios ad eam locum demonstrabimus (Cap. 6, num. 32).

Ultima Cociani editoris ratio tam futilis est, ut a nobis referri vix mereatur ; ait enim quod in baptismo exprimentas esse tres personas divinas hic auctor dicit, cum eo pugnare quod in libris de Spiritu sancto asseritur, ad Baptismum invocationem unius personæ divinæ tantum sufficere. Sed si admitteretur hæc consecutio, ii omnes libri in quibus tres divinas personas in baptismo proferendas traditur, abjudicandi essent Ambrosio : quod affirmare vel ipsi adversarii erubescerent. At enim quænam in eo repugnantia, si quis de communi hujus sacramenti administrandi ratione agens, invocandas tres personas divinas dicat ; idem tamen disputans utrum baptismum aliquando sub personæ unius invocatione collatum pro valido haberi oporteat, affirmantem teneat opinionem. Sed ea de re agemus suo loco. Interim illos pudeat, qui tam levibus momentis bonam descriptionem et Ambrosio minime indignam legitimo parenti ereptam eunt, idque non tantum contra ipsa omnium, verum etiam contra tot ac tantorum virorum quæ catholicorum, quæ rectorum, quæ veterum, quæ recentium testimonia, ut si nolint eorum auctoritate persuaderi, saltem multitudine obrui possint. Nec dubitamus hoc pervidisse scriptores multos, magnique nominis in communione Calviniana (Blondel., Falcar., Albert., etc.) ; quædam quidem paucorum e suis censura insuper habita, calculum suum non subtrahere veritati.

Cum igitur Ambrosium hujus libri possessione nihil dejiciat, jam querendum est quoties eidem annum attribuamus. In ipso statim Operis initio illius innuere tempus videtur sanctus Antistes ; hic quippe (Cap. I, num. 1) ait de moralibus quotidianum sermonem in exponendis patriarcharum gestis se habuisse : ubi libros de Abraham, Isaac et Jacob, et alios ab eo intelligi veri certe simillimum est. Fatemur tamen, inde aliquid oboriri difficultatis, quod eadem de materia variis avis habuerit sermones, quod et non avis locis indicavimus (In Admonit.). Verumtamen cum credibile sit eum præcipuos tantum significare, non putamus eadem verba rectius ad alios referri posse quam ad memoratos ; proindeque annum huic opelle 387 circiter duximus assignandum.



Porro ejusdem inscriptio alibi aliter invenitur. Legitur apud Amerbachium, De mysteriis initiandis: apud Erasmum et Gillotium, De iis qui mysteriis initiantur; in Rom. edit., De Initiandis; in mss. longe plurimis, De mysteriis sive Initiandis; nimirum prima eorumdem mysteriorum cognitione; nam alias scribendum esset de Initiatis; in antiquissimis denique inscribuntur De divinis Mysteriis, aut simpliciter, De Mysteriis: quos et sequimur.

# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## DE MYSTERIIS

LIBER UNUS .

### 325 CAPUT PRIMUM.

*Tractatibus, quos ante de moribus Sanctus habuerat, subjecturum se mysteriorum expositionem spondet.*

*Deinde cur ea non prius patefecerit, declarato, mysticam aggreditur apertionem, quam a Christo ipso olim celebratam demonstrat.*

1. De moralibus quotidianum sermonem habuimus, cum vel Patriarcharum gesta, vel Proverbiorum legerentur præcepta; ut his informati atque instituti<sup>b</sup> assuesceretis majorum ingredi vias, eorumque iter carpere, ac divinis obedire oraculis: quo renovati per baptismum, ejus vitæ usum teneretis, quæ ablutas deceret.

2. Nunc de mysteriis dicere tempus admonet, atque ipsam sacramentorum rationem edere: quam ante baptismum si putassemus insinuandam nondum initiatis, prodidisse potius quam edidisse æstimamur. Deinde quod inopinantibus melius se ipsa lux mysteriorum infuderit, quam si eam sermo<sup>c</sup> aliquis præcurrisset.

3. Aperite igitur aures, et bonum odorem vitæ

<sup>a</sup> Script. circ. ann. 387.

<sup>b</sup> Cod. Alnet., *ne assuesceretis malorum ingredi vias.* Infra vero ubi vet. edit. et cuncti pene mss. *obedire oraculis*; Rom. edit. cum pauculis posuit, *obedire mandatis.*

<sup>c</sup> Mss. nonnulli, *aliquo præcurrisset.* Et post pauca in bene multis habetur, *illatum*, in quibusdam *illato*, *robus munere sacramentorum capite*; pro eo quod est in aliis, et edit. omnibus, *inhalatum vobis*, etc.

<sup>d</sup> De hac ceremonia Gregorius Magnus in Sacram., Ordo Rom., Albinus et alii scripsere: ignotam vere Græcis eam fuisse observavit Menardus noster in Sacram. pag. 139. Porro cum infra eandem celebrasse Christus dicitur, hoc ita intellige non quod illam vere instituerit, sed ipsius institutioni causam præbuerit; quippe quæ ad ejusdem miraculi celebraretur imitationem. Nam ceremonias varias ab aliis institutas recte admonet Val. Sirabo lib. de Reb. Eccles. cap. 26. Quando autem fieret et quo ritu, explicatius docetur lib. de Sacramentis, cap. 1.

A æternæ inhalatum vobis munere sacramentorum carpite: quod vobis significavimus, <sup>d</sup> cum apertionis celebrantes mysterium diceremus: *Epheta, quod est adaperire* (Marc. vii, 34); ut venturus unusquisque ad gratiam quid interrogaretur, **326** cognosceret: quid responderet, meminisse deberet.

4. Hoc mysterium celebravit Christus in Evangelio (*Ibid.*), sicut legimus, cum mutum curaret et surdum. <sup>e</sup> Sed ille os tetigit; quia et mutum curabat et virum: in altero, ut os ejus infusæ sono vocis aperiret; in altero, quia tactus iste virum decebat, feminam non decebat.

### CAPUT II.

*Quid initiandi Ecclesiam ingressi promiserint, quibusve coram testibus, et quamobrem se converterint ad orientem?*

5. Post hæc reserata tibi sunt <sup>f</sup> sancta sanctorum, ingressus es regenerationis sacrarium: repete quid interrogatus sis, recognosce quid responderis. <sup>g</sup> Renuntiasti diabolo et operibus ejus, mundo et luxuria

<sup>e</sup> Edit. Eras., Gill. et Rom., *sed illi os tetigit*; Amerb. et omnes mss., *sed ille*, etc. Consequenter autem ubi plures mss. et omnes edit., *curabat et virum*; legitur in mss. aliquot, *curabat et surdum*. Denique pro *sonum vocis*, quod exstat in cunctis edit. et mss. non paucis; melius in aliis *sono vocis*, id est, ad sonum vocis emittendum.

<sup>f</sup> *Sancta sanctorum*, hoc est, *regenerationis sacrarium, baptisterium, fons sacer*; his enim nominibus locus ille cum ab Ambrosio, tum ab aliis Patribus appellatur. Cæterum sanctorum reliquias cum Paulinus epist. 22 *Sancta sanctorum* vocasse reperitur, atque ex Ennodio Ticin. epist. ad Utal. et Gregorio Turon. lib. x; Hist. cap. 31, sacra illa pignora in baptisteriis condi solita intelligamus; erit fortasse qui hæc ipsa de causa locum istum putet ab Ambrosio ita vocatum. Verum tamen metaphoram tantum hic esse probabilius est. De his autem omnibus quæ hoc loco commemorantur, consule Cyrillum Hierosol. Catech. 1; Mystag. et alios.

<sup>g</sup> Etsi non omnes baptismi ceremonias enarret

ejus ac voluptatibus. Tenetur vox tua, non in tumulo mortuorum, sed in libro viventium.

6. Vidisti illic levitam, <sup>a</sup> vidisti sacerdotem, vidisti summum sacerdotem. Noli considerare corporum figuras, sed mysteriorum gratiam. Præsentibus angelis locutus es, sicut scriptum est: *Quia labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem exquirunt ex ore ipsius; quoniam angelus est* <sup>b</sup> *Domini omnipotentis* (*Malac. II, 7*). Non est fallere, non est negare: angelus est qui regnum Christi et vitam æternam annuntiat. Non specie tibi **327** æstimandus sit, sed munere. Quid tradiderit considera, usum ejus expe-  
pende, et statum ejus agnosce.

7. Ingressus es igitur ut adversarium tuum cernereres, <sup>c</sup> cui renuntiandum in os putaris: ad orientem converteris; qui enim renuntiat diabolo, ad Christum convertitur, illum directo cernit obtutu.

### CAPUT III.

*In aqua et sacris ministris præsentiam atque operationem divinitatis considerandam esse, pluribus figuris quibus baptisma jam inde a mundi creatione ac postea prænuntiatum est, docet.*

8. Quid vidisti? Aquas utique, sed non solas: levitas illic ministrantes, summum sacerdotem interrogantem <sup>d</sup> et consecrantem. Primo omnium docuit te Apostolus non ea contemplanda nobis quæ videntur, sed quæ non videntur, quoniam quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna (*II Cor. IV, 18*). Nam et alibi habes: *Quia invisibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt comprehenduntur: sempiterna quoque virtus ejus ac divinitas operibus æstimatur* (*Rom. I, 20*). Unde et ipse Dominus ait: *Si mihi non creditis, vel operibus credite* (*Joan. X, 38*). Crede ergo divinitatis illic adesse præsentiam. Operationem credis, non credis præsentiam? Unde sequeretur operatio, nisi præcederet ante præsentiam?

9. Considera autem quam vetus mysterium sit,

Ambrosius, hanc tamen cujus nemo fere Patrum non meminit, omissam noluit, utpote inter præcipuas annumeratam.

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *vidisti sacerdotes*, et sane in lib. I de Sacram., cap. 2, presbyter memoratur in singulari. Per hanc autem vocem non episcopum, ut solet, designat S. Præsul, sed secundi ordinis sacerdotem, ad cujus distinctionem episcopus continuo post summus sacerdos nominatur. Iterum vero ubi Erasm. cum seq. edit. et mss. aliquot, *mysteriorum gratiam*; Amerb. cum pluribus ac potioribus, ut in textu.

<sup>b</sup> Mss. nonnulli cum textu hebræo et version. Vulg. et Chald. *Domini exercituum*. Reliqui et edit. omnes cum LXX, Syriaca et Arabica, *Domini omnipotentis*.

<sup>c</sup> Omnes edit., *cui renuntiandum mox putares*. Omnes mss., *cui renuntiandum in os*, quidam putares, plures putaris, unus etiam sputaris. In os autem renuntiare idem est ac palam et aperte. Sic *εις πρόσωπον* sumitur in Didymo et Scholiis græcis pro *φανερῶς*. Sumitur etiam in aliis scholiis pro *ἀνασχεύτως* impudenter: quo forte sensu Job I, 11, invenitur. Nec etiam nimium displicet quod habetur

A in ipsius mundi præfiguratum origine. In principio ipso, quando fecit Deus cælum et terram, *Spiritus*, inquit, *superferebatur super aquas* (*Gen. I, 2*). Qui superferebatur super aquas, non operabatur super aquas? <sup>e</sup> Sed quid dicam operabatur? quod ad præsentiam spectat, superferebatur. Non operabatur, qui superferebatur? Cognosce quia operabatur in illa mundi fabrica, quando tibi dicit Propheta: *Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritus oris ejus omnis virtus eorum* (*Psal. xxxii, 6*). Utrumque prophetico subnixum est testimonio, et quia superferebatur et quia operabatur. Quia superferebatur, Moyses dicit: quia operabatur, David testificatur.

10. Accipe aliud testimonium. Corrupta erat caro omnis ab iniquitatibus suis. *Non permanebit*, inquit Deus, *Spiritus meus in hominibus, quia carnes sunt* (*Gen. VI, 3*). Quo ostendit Deus quia carnali immunditia, et gravioris labe peccati gratia spiritalis avertitur. Unde volens Deus reparare quod deerat, diluvium fecit, et justum Noe in arcam jussit ascendere (*Gen. VII, 1 et seq.*) <sup>f</sup> Qui dum, decedente diluvio, corvum dimisisset prius, qui non revertit; dimisit columbam, quæ cum ramo **328** oleæ legitur revertisse (*Gen. VIII, 7, 8*). Vides aquam, vides lignum, coluubam aspicias, et dubitas de mysterio?

11. Aqua est ergo qua caro mergitur, ut omne <sup>g</sup> abluatur carnale peccatum. Sepelitur illic omne flagitium. Lignum est in quo suffixus est Dominus Jesus, cum pateretur pro nobis. Columba est in cujus specie descendit Spiritus sanctus, sicut didicisti in novo Testamento (*Matth. III, 16*), qui tibi pacem animæ, tranquillitatem mentis inspirat. Corvus est figura peccati, quod exit, et non revertitur; si in te quoque justiciæ custodia et forma servetur.

12. Tertium quoque testimonium est, sicut te Apostolus docet: *Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt, in nube et in mari* (*I Cor. X,*

in cod. Reg., *sputaris*, hoc est, os tibi sputo illinitur. Sed tunc membra sic essent distinguenda, *cui renuntiandum*. In os sputaris, etc. Discimus autem ex hoc loco moris fuisse, ut qui diabolo renuntiabant, in occidentem obverterentur, quandoquidem postea ut Christum aspiciat, convertitur in orientem.

<sup>d</sup> De fontis consecratione dicitur lib. I de Sacram. cap. 5, quam etiam constat notam fuisse non solum auctoris Constit. Apost. lib. VII, cap. 4, et operis de Hierar. eccles., cap. de Baptismo; sed etiam SS. Cypriano epist. Synod. ad Januar. et cæteros Numidas episc., Basilio In psal. lxx, Greg. Nisseno et aliis. Unde merito editor Anglus operum Cypriani loco citato, negat illas formulas tam nuperas esse quam novatores sibi et aliis persuadere conantur.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *Sed dicam operabatur. Quod ad præsentiam spectat, superferebatur. Quod autem operabatur, qui superferebatur in illa mundi fabrica cognosce quando tibi, etc.*

<sup>f</sup> Mss. nonnulli, *quando descendente diluvio*.

<sup>g</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *abluatur peccatum. Sepelitur omne vitium*; reliqui mss. majori numero et antiquitate, ut in textu; unus tamen, *abluatur charitate peccatum*.

1, 2). Denique et ipse Moyses dicit in Cantico: *A Misisti Spiritum tuum, et operuit eos mare (Exod. xv, 10)*. Advertis quod in illo Hebræorum transitu jam tunc sacri baptismatis figura præcesserit, in quo Ægyptius interit et Hebræus evasit. Quid enim aliud in hoc quotidie sacramento docemur, nisi quia culpa mergitur, et error aboletur: pietas autem et innocentia <sup>a</sup> tuta permansit?

13. Audis quia sub nube fuerunt patres nostri, et bona nube, quæ carnalium refrigeravit incendia passionum. Bona nubes obumbrat quos revisit Spiritus sanctus. Denique supervenit in Mariam virginem, et virtus Altissimi obumbravit ei (*Luc. 1, 75*); quando redemptionem genti genuit humanæ. Et illud miraculum per Moysen in figura factum est (*Exod. xiv, 21 et seq.*). Si ergo in figura adfuit **B** Spiritus, non adest in veritate, cum Scriptura tibi dicat: *Quia lex per Moysen data est, gratia autem et veritas per Jesum Christum facta est (Joan. 1, 17)*.

14. Merrha fons amarissimus erat: misit in eum Moyses lignum, et dulcis est factus (*Exod. xv, 23 et seq.*).<sup>b</sup> Aqua enim sine prædicatione Domini; crucis ad nullos usus futuræ salutis est: cum vero salutaris fuerit crucis mysterio consecrata, tunc ad usum spiritualis lavacri et salutaris poculi temperatur. Sicut ergo in illum fontem Moyses <sup>c</sup> misit lignum, hoc est propheta; ita et in hunc fontem sacerdos prædicationem Domini; crucis mittit, et aqua fit dulcis ad gratiam.

15. Non ergo solis corporis tui credas oculis: magis videtur quod non videtur; quia istud temporale, illud æternum aspicitur, quod oculis non comprehenditur, animo autem ac mente cernitur.

16. Denique doceat te decursa Regnorum lectio. (*IV Reg. v, 1 et seq.*). Naaman Syrus erat, et lepram habebat, nec ab ullo mundari poterat. Tunc ait puella **329** ex captivis, quoniam esset propheta in Israel, qui posset eum a lepræ contagione mundare. Sumpto, inquit, auro et argento, perrexit ad regem Israel. Qui cognita adventus ejus causa, scidit vestimenta sua, dicens quod tentaretur magis, cum de se ea quæ non essent potestatis regni, poscerentur: Elisæus autem regi intimavit ut ad se dirigeret Syrum, quo cognosceret quod esset Deus in Israel. Et cum venisset, mandavit ei ut septies mergeretur in Jordane fluvio.

17. Tunc ille secum tractare cœpit quod meliores **D** aquas haberet patriæ suæ, in quibus se sæpe mer-

sisset, et numquam <sup>d</sup> a lepra esset ablutus; eoque revocatus non obediebat mandatis prophetæ: sed et admonitu et persuasionibus servulorum acquievit, ac mersit. Mundatusque illico intellexit non aquarum esse quod unusquisque mundatur, sed gratiæ.

18. Cognosce nunc quæ sit illa puella ex captivis junior, scilicet ex gentibus congregatio, id est, Ecclesia Domini depressa ante captivitate peccati, quando libertatem adhuc gratiæ non habebat; cujus consilio vanus ille populus nationum verbum audivit propheticum, de quo ante diu dubitavit; postea tamen ubi credidit exsequendum, ablutus est ab omni contagione vitiorum. Et ille quidem dubitavit, antequam sanaretur: tu jam sanatus es, et ideo dubitare non debes.

#### CAPUT IV.

*Aquam non mundare sine Spiritu, Joannis testimonio et ipsis quibus idem sacramentum administratur, verbis declaratur. Quod etiam asseritur significatum per Evangelicam piscinam, et paralyticum a Domino ibi sanatum: quo loco Spiritus sanctus in ejusdem Christi baptismo vere descendisse ostenditur, et quid in hoc mysterio intelligendum?*

19. Ideo tibi ante prædictum est, ut non hoc solum crederes quod videbas; ne forte et tu diceres: Hoc est illud magnum mysterium; quod oculus non vidit, nec auris audivit, **330** nec in cor hominis ascendit (*I Cor. ii, 9*)? Aquas video, quas videbam quotidie: istæ me habent mundare, in quas sæpe descendi, et numquam mundatus sum? Hinc cognosce quod aqua non mundat sine Spiritu.

20. Ideoque legisti quod tres testes in baptisate unum sunt, aqua, sanguis, et Spiritus (*I Joan. v, 7*); quia si in unum horum detrahas, non stat baptismatis sacramentum. Quid est enim aqua sine cruce Christi? Elementum commune, sine ullo sacramenti effectu. Nec iterum sine aqua, regenerationis mysterium est: *Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei (Joan. iii, 5)*. Credit autem etiam catechumenus in crucem Domini Jesu, qua et ipse signatur: <sup>e</sup> sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, remissionem non potest accipere peccatorum, nec spiritualis gratiæ munus haurire.

21. Ergo ille Syrus septies mersit in Lege: (*IV Reg. v, 14*) <sup>f</sup> tu autem baptizatus es in nomine Trinitatis,

<sup>a</sup> Vet. edit. ac pauci mss., *tota permansit*; Rom., *tuta manet*; mss. aliquot, *tuta permanet*; plures, *tuta permansit*.

<sup>b</sup> Videbitur forte cuiquam in ea sententia hic esse Ambrosius, ut aquam nisi prius oratione sanctificata sit, baptismo penitus inhabilem existimarit. Sed observandum non hic agi de jure, ut aiunt, ac validitate: at solum referri consuetudinem, et illi veterem figuram accommodari.

<sup>c</sup> Abstulerat edit. Rom. voces, *hoc est propheta*; quæ tamen vocabulo sacerdos per antithesin quamdam opponuntur.

<sup>d</sup> Edit., *a lepra esset mundatus*.

<sup>e</sup> Duo ex his verbis advertere est: 1º necessita-

tem baptismi ad peccatorum etiam in catechumenis abluionem, quod similiter docetur in Psal. cxviii, serm. 3, pag. 991, unde inferimus Ambrosium in ea opinione quæ ipsi de Valentiniano imperatore tribuitur, nequaquam fuisse: 2º ad baptismi formam tres divinas personas necessario exprimi oportere; ex quo sententiam de sacramenti ejusdem sub Christi tantum nomine administrati validitate perperam ipsi imponi deducimus. At de utraque re suis locis.

<sup>f</sup> Rom. edit. cum uno aut altero mss., *tu autem in gratia baptizatus es*: melius vero vet. edit. cum cod. reliquis omittunt, *in gratia*.

confessus es Patrem, recordare quid feceris; confessus es Filium, confessus es Spiritum sanctum. Tene ordinem rerum in hac fide; mundo mortuus es, et Deo resurrexisti. Et quasi in illo mundi consepultus elemento, peccato mortuus, ad vitam es resuscitatus æternam. Crede ergo quia non sunt vacuæ aquæ.

22. Ideo tibi dictum est: *Quia angelus Domini descendebat secundum tempus in natatorium, et movebatur aqua; et qui prior descendisset in natatorium post commotionem aquæ, sanus fiebat a languore quocumque tenebatur* (Joan. v, 4). Hæc piscina in Hierosolymis erat, in qua unus annuus sanabatur: sed nemo ante sanabatur, quam descendisset angelus. Ut esset indicium quia descenderat angelus, movebatur aqua propter incredulos. Illis signum, tibi fides: illis angelus descendebat, tibi Spiritus sanctus: illis creatura movebatur, tibi Christus operatur ipse Dominus creaturæ.

23. Tunc curabatur unus, nunc omnes sanantur: aut certe unus solus populus christianus; est enim in aliquibus et aqua mendax (Jerem. xv, 18). <sup>a</sup> Non sanat baptismus perfidorum (1, q. 1, c. Non sanat), non mundat, sed **331** polluit. Judæus urceos baptizat et calices (Marc. vii, 4), quasi insensibilia vel culpam possint recipere, vel gratiam. Tu baptiza hunc calicem tuum sensibilem, in quo bona opera tua luceant, in quo gratiæ tuæ splendor fulgeat. Ergo et illa piscina in figura; ut credas quia in hunc fontem vis divina descendit.

24. Denique paralyticus ille expectabat homi-

<sup>a</sup> Voce *perfidorum* primum intelligi possunt ii, qui fidem Christo de servandis ejus mandatis in baptismo datam fregerunt. Deinde strictius qui per hæresim a mystico Christi corpore sunt segregati. Postremo, qui oblatum fidei lumen repudiarunt. Primus sensus ut affingatur sancto Præsuli, nihil suadet. Et certe is hæreticus negari nequit; cum hunc Wiclef quartum ait: *Si episcopus vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat*; Constantiense conc., sess. 8, et Tridentinum sess. 7, can. 17, condemnaverint. Qua de re adis Guil. Estium in iv Sentent. dist. I, et Mabillonium in serm. 66 sancti Bernardi. Quod autem ad acceptionem de baptismo hæreticorum, ingentem olim fuisse super hæc materia inter Cyprianum ac Stephanum controversiam nemo nescit: neque etiam quæ fuerit Cypriani, Afrorumque sententia magis ignotum. Quod vero ad Stephani opinionem, exstiterunt nostra memoria, qui contra placita veterum eum in quibuslibet ab hæresi redeuntibus, licet in Trinitatis nomine non baptizatis, iterari baptismum vetuisse disputarent. Illorum momentum præcipuum est decretum ipsius Stephani a Cypriano contra ejusdem epistolam relatum, scilicet: *Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur*, etc. Item Augustini locus in lib. De Unico Bapt. cont. Petil., cap. 14, ita loquentis: *Stephanus baptismum hæreticorum in nullo iterandum esse censebat*. Verum forte an non satis advertere amborum verba ex usu qui per ea tempora vivebat, intelligenda; sicut Eusebius lib. vii, cap. 3, et Vincentius Lerin. Comm. 1, cap. 19, satis indicant: hæreticos autem rebaptizari ex traditione fere communi eos solos moris fuisse, qui tincti sub Trinitatis invocatione non fuerant; ut constat auctoritate non modò fluidatorum auctorum, sed etiam Augustini passim contra Donatistas, Optati Milev.,

nem (Joan. v, 7). Quem illum, nisi Dominum Jesum natum ex Virgine: cujus adventu non jam umbra sanaret singulos, sed veritas universos? Iste est ergo qui expectabatur ut descenderet, de quo dixit Deus Pater ad Joannem Baptistam: *Super quem videris Spiritum descendentem de caelo, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto* (Joan. 1, 33). De quo testificatus est Joannes dicens: *Quis vidi Spiritum descendentem de caelo quasi columbam et manentem super eum* (Ibid., 32). Et hic quare Spiritus sicut columba descendit, nisi ut tu videres, nisi ut tu agnosceres columbam etiam illam quam Noe justus emisit ex arca, istius columbæ speciem fuisse, ut typum agnosceres sacramenti (Gen., viii, 8)?

B 25. Et fortasse dicas: Cum illa vera columba fuerit quæ emissa est, hic quasi columba descenderit: quomodo illic speciem fuisse dicimus, hic veritatem; cum secundum <sup>b</sup> Græcos in specie columbæ Spiritum descendisse sit scriptum (Lac. iii, 12)? Sed quid. tamen verum quam divinitas quæ manet semper? <sup>c</sup> Creatura autem non potest veritas esse, sed species, quæ facile solvitur atque mutatur. Simul quia eorum qui baptizantur, non in specie esse debeat, sed vera simplicitas. Unde et Dominus ait: *Estote astuti sicut serpentes, et simplices sicut columbæ* (Math. x, 16). Merito ergo sicut columba descendit, ut admoneret nos simplicitatem columbæ habere <sup>d</sup> debere. Speciem autem et pro veritate accipiendam legimus et de Christo: *Et specie inventus*

C Facundi Hermian. atque aliorum. Et sane Leo Magnus eandem criminationem non effugeret, nisi simili modo acciperetur id quod ait epist. 89, ad Nicetan: *Qui baptismum ab hæreticis receperunt, sola S. Spiritus invocatione per impositionem manuum confirmandi sunt*; illic enim nulla hæreticorum distinctio exprimitur. Attamen multo etiam probabilius est conditionem illam, modo baptisma in nomine Trinitatis collatum fuerit, a Stephano exartam esse in sua epistola. Quid enim aliud sibi voluit Firmilianus, dum ita scripsit: *Illud quoque absurdum, quo non putant querendum esse, quis sit ille qui baptizaverit; eo quod qui baptizatus sit, gratiam consequi poterit invocata Trinitate nominum Patris et Filii et Spiritus sancti?* Idem quoque post narratam demoniacæ ejusdam feminæ historiam, subdit: *Quid igitur de hujusce baptismi dicemus... maxime cui nec Symbolum defuit Trinitatis*, etc. Adde his quod nec Patres Arelat. nec Augustinus cum Cypriani atque Afrorum causam aperte damnarint, in Stephanum et Rom. Ecclesiam quidquam dixere; immo Facundus disertè prodit Cyprianum a Stephano jure culpatum. Utcumque porro se res habeat, certum est perperam in hac controversia citari hunc Ambrosii locum; non enim in eo de hæreticorum, sed de Judæorum, aut etiam de infidelium, quæ tertia acceptio est, baptismis agi tum ipsa orationis series, tum auctor operis de Sacram. lib. ii, c. 1, n. 2, testatum reddunt.

<sup>b</sup> Apud Lucam Græce hic locus ita exprimitur: *σωματικῶν εἶδῶ ὡς ἐστὶν περιστέρα*.

<sup>c</sup> Edit., *Creatura autem*.

<sup>d</sup> Mss. plerique, ac edit. Amerb. hunc locum distinguunt alia ratione; hac videlicet, *debere: speciem autem et pro veritate accipiendam. Legimus et de Christo. Potiorem tamen alteram esse subsequencia plane declarant.*

ut homo (Phil. II, 7); et de Patre Deo: *Neque speciem ejus vidistis* (Joan. V, 37).

## CAPUT V.

*Confirmatur adesse Christum in baptisate, atque adeo non considerandos ejus ministros. Demum confessio Trinitatis a baptizatis edi solita paucis expenditur.*

26. Estne adhuc quod dubitare debeas, cum evidenter tibi clamet in Evangelio Pater, qui ait: *Hic est Filius meus in quo complacui* (Matth. III, 17); clamet Filius, super quem sicut columba se demonstravit Spiritus sanctus; clamet et Spiritus sanctus, qui sicut columba descendit; clamet David: *Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit: Dominus super 332 aquas multas* (Psal. XXVII, 3); Cum tibi Scriptura (1, q. 1, c. *Cum Script.*) testetur quod ad Hierobaal preces ignis descendit de caelo (Judic. VI, 21), et rursus precante Elia, ignis sit missus a quo sacrificium consecravit (III Reg. XVII, 38)?

27. Non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum. Et si merita spectes; sicut Eliam consideres, Petri quoque merita spectato, vel Pauli, qui acceptum a Domino Jesu hoc nobis mysterium tradiderunt. Ignis illis visibilis mittebatur (1, q. 1, c. *Cum Script.*, § *Ignis*), ut crederent: nobis invisibilis operator, qui credimus: illis ad figuram, nobis ad commotionem. Crede ergo adesse Dominum Jesum invocatum precibus sacerdotum, qui ait: *Ubi fuerint duo vel tres, ibi et ego sum* (Matth. XVIII, 20); quanto magis ubi est Ecclesia, ubi mysteria sua sunt, ibi dignatur suam impertire praesentiam!

28. Descendisti igitur; recordare quid responderis, quod credas in Patrem, credas in Filium, credas in Spiritum sanctum. Non habes illic: *Crede in majorem et minorem et ultimum: sed eadem vocis tuae cautione constringeris, ut similiter credas in Filium, sicut in Patrem credis: similiter in Spiritum sanctum credas, sicut credis in Filium; hoc solo excepto, quod in cruce solius Domini Jesu lateris tibi esse credendum.*

\* Rom. edit. sola, qui sacrificium consumpsit. Deigne autem in Hierobaal sacrificium descendente, vide quae in Admonitione diximus. Citatur potro hic locus ab Algero lib. III de Sacram. cap. 10, ut probet vera sacramenta esse apud haereticos. Gratianus quoque eodem consilio hunc ipsum adhibet in Decr., sed corruptum; cum pro Hierobaal, praeferat Hieroboam. Observat vero ejusdem commentator istic non agi de sacerdotibus improbis, proindeque in ea causa male allegari hoc testimonium.

<sup>b</sup> Mss. aliquot non inferioris notae, ad communitatem.

<sup>c</sup> Non alia efficaciori probatione omnimodam personarum divinarum aequalitatem contra Arianos, aliosque veteres haereticos demonstrarunt antiqui Patres, quam ea quae petitur ex forma baptismatis. Quo telo etiam Sociniani confunduntur. Adverte vero hic baptismum fieri per immersionem.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, *Attrahe nos post te*. Et infra, *in odorem unguentorum*. Quod ad primam ei congruit Hebr. textus atque Vulg. nobis autem LXX et reli-

## CAPUT VI.

*Egressis e fonte baptismatis quare unctio fiat in capite: cur etiam pedum lotio post baptismum; quaeve peccata utrisque remittantur.*

29. Post haec utique ascendisti ad sacerdotem: considera quid secutum sit. Nonne illud quod ait David: *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron* (Psal. CXXXII, 2)? Hoc est unguentum, de quo et Salomon ait: *Unguentum exinanitum est nomen tuum, propterea adolescentulae dilexerunt te, et attraxerunt te* (Cant. I, 2). Quanta hodie renovatae animae dilexerunt te, Domine Jesu, dicentes: *Attrahe nos post te, in odorem vestimentorum tuorum currinus* (Ibid., 3), ut odorem resurrectionis haurirent!

30. Quare hoc fiat intellige, quia *oculi sapientis in capite ejus* (Eccles. II, 14). Ideo in barbam defluit, id est, in gratiam juventutis; ideo in barbam Aaron, ut fiat electum genus, sacerdotale, pretiosum; omnes enim in regnum Dei et in sacerdotium unguimur gratia spiritali.

31. Ascendisti de fonte, memento Evangelicae lectionis. Etenim Dominus noster Jesus in Evangelio lavit pedes discipulis suis. Quando venit ad Simonem Petrum, ait Petrus: *Non lavas mihi pedes in aeternum* (Joan. XXI, 8); non advertit mysterium, et ideo ministerium recusavit; quod gravari humilitatem servi crederet, si sibi obsequium domini patienter admitteret. Cui respondit Dominus: *Si non laveris pedes, non habebis partem mecum*. Quo audito, Petrus: *Domine, non tantum pedes, inquit, sed et manus et caput*. Respondit Dominus: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet; sed est mundus totus* (Ibid., 9).

32. Mundus erat Petrus, sed plantam lavare debebat; habebat enim primi hominis de successione peccatam: quando eum supplantavit serpens, et persuasit errorem (Gen. III, 6). Ideo planta ejus abluitur, ut haereditaria peccata tollantur; nostra enim propria per baptismum relaxantur.

33. Simul cognosce mysterium in ipso humili-

quae vers. Quod vero ad alterum, omnia Scripturae idiomata eidem favent. Attamen locum hunc putamus ita citatum ab Ambrosio, ut simul ad fragrantiam vestimentorum Jacob fraternam benedictionem a patre suffragantis alluderet.

<sup>e</sup> Mss. non pauci, in regnum Dei et consacerdotium.

<sup>f</sup> Eadem edit. Rom. sola, *Jesus lavit pedes*, sublato nimirum, in Evangelio. Infra vero pro eo quod in edit. omnibus et mss. nonnullis habetur, *ministerium recusavit*; legitur in reliquis mss., *mysterium recusavit*. Haud satis recte.

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *gravari humilitate se servus credit*.

<sup>h</sup> Hic locus jam a longo negotium plurimis accessit. Etenim in margine cod. Clarom. eadem qua textus manu notatum illud occurrit: *Mirum quod dicit in baptismo propria peccata lavari, in pedum ablutione a Domino discipulis facta originalia peccata tolli*. Non alio etiam respiciebat Hugo Victor, cum in Joan. XIII scriberet aliquos, *lotione pedum peccatum originale dimitti post baptismum* asseruisse. At multo

tatis <sup>a</sup> consistere ministerio; ait enim: *Si ego lavi vobis pedes Dominus et magister; quanto magis et vos debetis lavare pedes invicem vobis (Joan. xiii. 14)!* Cum enim ipse auctor salutis per obedientiam nos redemerit; quanto magis nos servuli ejus humilitatis et obedientiæ exhibere debemus obsequium!

#### CAPUT VII.

*Vestimentis candidis peccatorum ablutionem indicari: cujus opera ut Ecclesia se nigram atque decoram diceret, effectum est. Angelos nitorem ejus sicut et Dominicæ carnis miratos esse; quin immo ipsummet Christum sub variis figuris commendasse Sponsæ suæ formam: quorum in se mutui affectus describuntur.*

34. Accepisti post hæc <sup>b</sup> vestimenta candida (*De Consec. dist. 4, c. Accepisti*), ut esset indicium quod exueris involucrum peccatorum, indueris innocentiae casta velamina, de quibus dixit Propheta: *Asperges me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor (Psal. l. 9)*. Qui enim baptizatur, et secundum Legem et secundum Evangelium videtur esse mundatus: secundum Legem, quia hyssopi fasciculo Moyses aspergebat <sup>c</sup> sanguinem agni (*Exod. xii, 22*): secundum Evangelium, quia Christi erant candida vestimenta sicut nix, cum resurre-

vehementius nonnulli ex heterodoxis in eam sententiam, ut in Admonitione diximus, excandescerent, ob eam præcipue librum Ambrosio abjudicarent. Verum tamen illis in mentem non veniebat duorum locorum, in quibus huic plane gemina docet S. Doctor. Primum qui e deperditis in Esaiam Comment. petitus fuit, Augustinus lib. iv cont. duas epist. Pelag. cap. 11 citat in hæc verba: *Et alio loco in eodem Opere loquens de apostolo Petro: Ipse se, inquit, obtulit, quod ante putabat esse peccatum, lavari sibi non solum pedes et caput poscens; quod illico intellexisset lavacro pedum, qui in primo lapsi sunt homine, sordem obnoxiae successionis aboleri. Secundus autem locus, qui ab eodem Augustino laudatur adversus Julianum, in Exposit. psal. xlviii, vers. 6, num. 8, sic habetur: Alia est iniquitas nostra, alia calcanei nostri, in quo Adam dente serpentis est vulneratus, et obnoxiam hæreditatem successionis humanæ suo vulnere dereliquit, ut omnes illo vulnere claudicemus. Unde Dominus discipulis pedes lavit, ut lavaret venena serpentis: et Petrus reprehenditur, quod excusabat, ne sibi Dominus pedes lavaret. . . . Cui Dominus respondet: Qui lotus est non habet necesse ut lavet nisi pedes, sed est mundus totus. Quid his tribus reperiri possit magis affine? Quamquam vero iisdem ad probandum originale peccatum utitur ibidem Augustinus, non est tamen existimandum Ambrosianam fuisse opinionem noxam originalem ejusmodi lotionem aboleri. Quis enim credat Augustinum suis et Ecclesiæ adversariis testimonia, quæ a veritate ac fide abhorreant, oppositurum, maxime cum eadem illa ceremonia in Africa, ut alibi dicitur, non obtineret? Aut quis rursus Ambrosium qui ubique baptismum perfectam justitiam regenerationemque attribuit, et hoc ipso loco sicut et aliis non paucis agnoscit Petrum fuisse mundum, existimet in ea sententia esse potuisse, ut originis maculam pedum lotionem, quam non ignorabat omitti multis in Ecclesiis, abluere contenderet? Sed nihil hic opus est conjecturis, ipse mentem suam satis aperit citata Expos. psal. xlviii, num. 9, in hunc modum: *Unde reor, inquit, iniquitatem calcanei magis lubricum delinquendi, quam reatum aliquem nostri esse delicti.**

tionis <sup>334</sup> suæ gloriam in Evangelio (*Matth. xvii, 2*) demonstraret. Super nivem ergo dealbatur, cui culpa dimittitur. Unde et per Esaiam Dominus ait: *Si fuerint peccata vestra sicut phœnicium, ut nivem dealbabo (Esai. i, 18)*.

35. Hæc vestimenta habens Ecclesia per lavacrum regenerationis assumpta, dicit in Canticis: *Nigra sum et decora, <sup>d</sup> filia Hierusalem (Cant. i, 4)*. Nigra per fragilitatem conditionis humanæ, decora per gratiam: nigra, quia ex peccatoribus; decora fidei sacramento. Hæc vestimenta cernentes filia Hierusalem stupefactæ dicunt: *Quæ est hæc quæ ascendit dealbata (Cant. viii, 5)?* Hæc erat nigra, unde nunc subito dealbata!

36. Dubitaverunt etiam angeli cum resurgeret Christus, dubitaverunt Potestates cœlorum videntes quod caro in cœlum ascenderet. Denique dicebant: *Quis est iste Rex gloriæ? Et cum alii dicerent: Tollite portas <sup>e</sup> Principis vestri, et elevumini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ; alii dubitabant dicentes: Quis est iste Rex gloriæ (Psal. xxiii, 8, 9)?* In Esaiâ quoque habes dubitantes virtutes cœlorum dixisse: *Quis est iste qui ascendit ex Edom, rubor vestimentorum ejus ex Bosor, speciosus in stola candida (Esai. lxiii, 1)?*

*Meritoque Dominus. . . . lavemus inquit et pedes, ut calcanei lubricum possimus auferre, quo fida statio possit esse virtutum; et ne paterno quis errore labatur, qui suo paratus est stare proposito: et non metuat lubricum hæreditatis, qui cupit vestigium tenere virtutis. Quid autem clarius, quam per lubricum delinquendi, lubricum calcanei, lubricum hæreditatis, nihil aliud indicari, ut ad hunc eundem locum annotavimus, quam concupiscentiam? quæ tametsi vere ac proprie in renatis non sit peccatum, tamen quia ex peccato est, et ad peccatum inclinat, dicitur peccatum ab Apostolo. Ut igitur hæc hæreditaria peccata, sive illud quod Petrus habebat primi hominis de successionem peccatum tolleretur, in pedum lotionem peculiarem gratiam conferri existimabat Ambrosius: quod majus subsidium sanctificationis vocat fidus ejus interpres, si tamen non Ambrosius ipse, lib. iii de Sacram., cap. 1, num. 7. Non ignoramus quosdam et catholicis esse theologis, qui peccata ista levia quæ naturalia nominat Augustinus, hæreditaria ab Ambrosio dici arbitrentur. Sed cum venialia peccata non minus quam capitalia in baptismo elui fides doceat, omnino standum illi expositioni, quam ipse suppeditat S. Doctor.*

<sup>a</sup> Quidam mss., *consistere mysterium.*

<sup>b</sup> Candidarum vestium, quibus indui solebant recens baptizati qui non meminerit, ex antiquis Patribus, Ecclesiasticarumque rerum scriptoribus vix illum reperias.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, *sanguinem avis*. Ubi notavit in margine Levit. xiv, sed consensus vet. edit. ac mss. omnium facit ut sit probabilius ad locum a nobis assignatum fieri allusionem.

<sup>d</sup> Sic omnes edit. cum mss. aliquot: alii numerosissimi, *filia Hierusalem*; sed contra sacrorum omnium cod. auctoritatem.

<sup>e</sup> Mss. partim, *principes vestri*, partim *principes vestras*; alii quiet plures, *principis vestri*. De qua lectione dictum est ad lib. de Instit. Virg. cap. 5, num. 39. Ubi etiam de hac angelorum ignoratione nonnihil subjunximus: de qua insuper cum alibi, tum lib. i de Fide, cap. 6, tractat Ambrosius.

37. Christus autem videns Ecclesiam suam in vestimentis candidis, pro qua ipse, ut habes in Zachariæ libro prophetæ (Zach. III, 5), sordida vestimenta susceperat, vol animam regenerationis lavacro mundam atque ablutam, dicit: *Ecce formosa es, proxima mea, ecce es formosa, oculi tui sicut columbæ* (Cant. IV, 1); in cujus specie Spiritus sanctus descendit de cœlo (Luc. III, 22). Formosi oculi sicut columbæ, quia in ejus specie Spiritus sanctus descendit de cœlo.

38. Et infra: *Dentes tui sicut grex tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, quæ omnes geninos creant, et infecunda non est in eis; ut resticula coccinea labia tua* (Cantic. IV, 2, 3). Non mediocris ista laudatio. Primum<sup>b</sup> dulci comparatione tonsarum; capras enim et in altis pasci sine periculo novimus, et in præruptis securas cibum capere: deinde cum **335** tondentur, deonerari superfluis. Harum gregi comparatur Ecclesia, multas in se habens animarum virtutes, quæ per lavacrum superflua peccata depolant, quæ mysticam fidem et moralem gratiam deferant Christo, quæ crucem Domini Jesu loquantur.

39. In iis formosa est Ecclesia. Unde ad eam Verbum Deus dicit: *Tota formosa es, proxima mea; et reprehensio non est in te; quia culpa demersa est. Ades huc a Libano, Sponsa, ades huc a Libano: transibis, et pertransibis a principio fidei* (Ibid., 7, 8); eo quod renuntians mundo transierit sæculum, pertrans-

<sup>a</sup> Vet. edit. cum mss. plerisque, *sicut diximus supra, quia sicut columba descendit. Et infra, etc.* Melius Rom. edit. cum codicibus reliquis ut in contextu.

<sup>b</sup> Rom. edit. *Apta comparatione.*

<sup>c</sup> Gem. cod., *Adhuc es a Libano, sponsa, adhuc es, etc.*

<sup>d</sup> Ita edit. Rom. cum parte cod.; mss. veteres autem cum alia, *quærit suscitantem, et suscitari sibi eam, etc.* Minus commode.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *quod ablutæ nullis jam delictis sorderent.* Timuit forte ne abuterentur Ambrosianis verbis novatores, ut delicta non tolli, sed tegi astruerent. Verum futilis esset istorum eia probatio; ibi siquidem non sordent delicta, ubi nulla sunt.

<sup>f</sup> Eadem Rom. edit. etiam hic sola post vocabulum *sacramento* ista subjunxerat: *Ut signaculum super brachium tuum, quo opera tua. . . factu es. Aqua multa non poterit extinguere charitatem, et charitas tua. . . non possint. Unde? Repete, quia, etc.*

<sup>g</sup> De Confirmatione hoc dici extra dubium est. Sed cum chrismationis mentio hic nulla fiat, id multas parit nec exiguas difficultates. Nam contendebat P. Sirmundus recens baptizatis non aliam primis sæculis unctionem adhibitam in administrando hoc sacramento, nisi illam, quæ superiori capite designatur, qua sacerdos egredientium e sacro fonte caput linbat: episcopo autem reservatam solam manuum impositionem. Acerrimum ea in re adversarium expertus est Petr. Aurelium, qui chrismationem a sacerdote fieri solitam verticis fuisse disputabat, ac proinde aliam, frontis videlicet, adjici debuisse ab episcopo. Dallæus tutatur Sirmondi partes, et lib. III de Confirm. cap. 8, diserte negat ullam neque hoc loco, neque lib. III de Sacram. cap. 2, unctionem significari: sed contendit ab his auctoribus tantum agnosci duplex signaculum, unum corporis, de quo supra cap. 6 et lib. III de Sacram. cap. 1; alterum spiritus, de quo locis modo cit. primum chrismate ab eodem presby-

terit ad Christum. Et iterum dicit ad eam Deus Verbum: *Quid pulchra et suavis facta es charitas in delictis tuis? Statura tua similis facta est palmæ, et ubera tua botris* (Cant. VII, 6, 7).

40. Cui respondet Ecclesia: *Quis dabit te, frater, mihi lactentem ubera matris meæ? Inveniens te foris, osculabor te: et quidem non spernent me. Assumam te, et inducam te in domum matris meæ, et in secretum ejus quæ concepit me. Docebis me* (Cant. VIII, 1, 2). Vides quemadmodum delectata munere gratiarum, ad interiora cupit mysteria pervenire, et omnes sensus suos consecrare Christo? Adhuc<sup>d</sup> quærit, adhuc suscitatur charitatem, et suscitari sibi eam poscit a filiabili Hierusalem, quarum gratia, hoc est, animarum fidelium, Sponsum in amorem sui uberius desiderat provocari.

41. Unde Dominus Jesus et ipse invitatus tantæ studio charitatis, pulchritudine decoris et gratiæ; quod nulla jam in ablutis delicta sorderent, dicit ad Ecclesiam: *Pone me ut signaculum in cor tuum, ut sigillum in brachium tuum* (Ibid., 6); hoc est, decora es, proxima mea, tota formosa es, nihil tibi deest. *Pone me ut signaculum in cor tuum; 336* quo fides tua pleno fulgeat<sup>f</sup> sacramento. Opera quoque tua luceant, et imaginem Dei præferant, ad cujus imaginem facta es. Charitas tua nulla persecutione minuat, quam multa aqua excludere, flumina undare non possint (Ibid. 7).

42. Unde repete quia accepisti<sup>g</sup> signaculum spiritero qui verticem unxerat, in fronte factum ad crucis instar: alterum quo per manuum antistitis impositionem septiformi gratia cor consignatur. Sed primo hic errat ille minister, quod unctionem cap. 6 hujus libri, et cap. 1 lib. III de Sacram. significatam a presbytero fieri docet: cum ex simplici locorum inspectione manifestum sit soli episcopo hanc arrigari. Deinde quod infert eandem illam consignationem inter baptismatis numerandam esse ceremonias, pari etiam jure idem de sacramento eucharistiæ colligi posset: quod ne ille quidem unquam concederet. Verum hæc ulterius prosequi non est loci hujus. Addeamus tamen Sanctibœuvium, qui ex SS. PP. chrismationi effectum et gratiam Confirmationis Dissert. 3, art. 21, attribuit, numquam agere de impositione manuum, quin unctionem superiori capite memoratam ei adjungat. Si quis autem duas illas res tum hic apud Ambrosium, tum lib. III de Sacram. cap. 1 et 2 nimium separatas dixerit, quam ut unum ex eis coeat sacramentum, nullo negotio respondebitur fieri potuisse, ut non sejungerentur in administratione, quæ in expositione disjunguntur. Certum enim est omnia eodem ordine, quo gerebantur non hic referri; immo vero nec pauca etiam prætermitti. Hoc quidem favet eorum opinioni, qui arbitrantur cum Petro Aurelio peculiarem hoc loco includi chrismationem. Sed quidquid dixerint heterodoxi, cum probabilibus sit unctionem, quemadmodum loco citato propos. 6 docet Sanctibœuvius, tantummodo partem integram esse Confirmationis, sartam tectam ejusdem sacramenti substantiam semper habebimus. Cæterum duas chrismationes Greg. Sacramentarium distinctas notat; sed Gallic. Sacram. et Missale, atque item Missale Gothicum eam quæ frontis est, solam memorant. Verticalem quam a Silvestro papa institutam volunt, in iis locis in quibus necdum admissa fuerat, verisimile est canone A. rousic. recipi jussam; quanquam tamen affirmat P. Morinus ejus-



ritale, spiritum sapientiae et intellectus, spiritum A (I Cor. II, 9). Ergo ne quis hoc dicat, summo studio consilii atque virtutis, spiritum cognitionis atque pietatis, spiritum sancti timoris (Isai. XI, 2) : et serva quod accepisti. Signavit te Deus Pater, confirmavit te Christus Dominus; et dedit pignus Spiritus in cordibus tuis, sicut Apostolica lectione didicisti (II Cor. V, 2).

#### CAPUT VIII.

*De mystico Domini altaris convivio : quod ne quispam minoris faciat, ostenditur Synagogæ sacris antiquius esse; cum in sacrificio Melchisedech expressum fuerit : ipso autem manna longe præstantius, cum sit corpus Christi; ac inter utrumque perelegans comparatio instituitur.*

43. His abluta plebs dives insignibus, a ad Christi B contendit altaria, dicens : *Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam (Psal. XLII, 4)*; depositis enim inveterati erroris exuviis, renovata in aquilæ juventute, cœleste illud festinat adire convivium. Venit igitur, et videns sacrosanctum b altare compositum, exclamans ait : *Parasti in conspectu meo mensam*. Hanc loquentem inducit David dicens : *Domine pascui me, et nihil mihi deerit : in loco pascuæ ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me (Psal. XXII, 4, 2)*. Et infra : *Nam etsi ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala; quoniam tu mecum es. Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam 337 adversus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, c et poculum tuum inebrians quam præclarum C est!*

44. Nunc illud consideremus, ne quis forte visibilia videns (quoniam quæ sunt invisibilia, non videntur, nec possunt humanis oculis comprehendi) dicat forte : *Judæis Deus manna pluit, pluit coturnices (Exod. XVI, 13)*; Ecclesiæ autem illi dilectæ hæc sunt quæ præparavit; de quibus dictum est : *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus eum*

dem concilii mentem fuisse ut eam unctionem vel aboleret, vel declararet non necessariam. Quod autem addit frontalem diacono tributam a concilio, minime mirum videri debet, si non est illi sacramento essentialis.

a Hic indicatur neophytorum a baptisterio ad altare, id est, ab infima Ecclesiæ parte ad sanctuarium, processus; ut ibi sancta pascerentur eucharistia. Hoc autem non fiebat sine pia quadam pompa, et plena majestatis. Singuli enim accensos cereos manu gerebant; cumque per totam octavam eodem ornatu accederent ad sacranisynaxim, si quæ puellæ virginitatem in Paschatis festo essent professæ, ipsæ etiam inter hos innocentes greges deducebantur. Ultimum hoc liber de Lapsu virginis testatum facit : de luminibus autem agitur in opella de Mysterio Paschæ, cap. 5, apud Gregorium Nazian. Orat. 40 prope finem, Cyrillum Hieros. Procatech. et Catech. 1, Fortunatum, atque alios. Huc adjungemus ab Ambrosio, fore quoties sacramenti eucharistici mentionem facit, et sane facit non infrequentem, psalmum XLII, sed maxime XXI, adhiberi. Vide quæ nos tomo super. ad Apologiam David priorem cap. 12, num. 50, observamus.

b Altare compositum, hoc est ornatum. Etenim

(I Cor. II, 9). Ergo ne quis hoc dicat, summo studio volumus comprobare quod et antiquiora sunt sacramenta Ecclesiæ quam Synagogæ, et præstantiora quam manna est.

45. Antiquiora docet lectio Genesis quæ decursa est (Gen. XIV, 18); Synagoga enim ex lege Moysi principium sumpsit (Exod. XXXIV, 1 et seq.) : Abraham vero longe anterior, qui victis hostibus, et nepote proprio recepto, cum potiretur victoria; tunc illi occurrit Melchisedech, et protulit ea quæ Abraham veneratus accepit. Non Abraham protulit, sed Melchisedech; qui inducitur sine patre, sine matre, neque initium dierum, neque finem habens, similis autem Filio Dei : de quo ait Paulus ad Hebræos : *Quia manet sacerdos in perpetuum (Hebr. VII et seq.)*; qui interpretatione Latina dicitur rex justitiæ, rex pacis.

46. Non agnoscis quis iste sit? Potest homo esse rex justitiæ, d cum ipse vix justus sit? Potest esse rex pacis, cum vix possit esse pacificus? Sine matre secundum divinitatem; quia ex Patre Deo genitus est, unius substantiæ cum Patre : sine patre secundum incarnationem, qui natus ex Virgine est : initium et finem non habens, quia ipse est initium et finis omnium, primus et novissimus. Non igitur humani, sed divini est muneris sacramentum quod accepisti, ab eo prolatum qui benedixit fidei patrem Abraham, illum ejus gratiam et gesta miraris.

47. Probatum est antiquiora esse Ecclesiæ sacramenta, nunc cognosce potiora. Revera (De Consec. dist. 2, c. Revera) mirabile est quod manna Deus pluerit patribus, et quotidiano cœli pascabantur alimento. Unde dictum est : *Panem angelorum manducavit homo (Psal. LXXVII, 25)*. Sed tamen panem illum qui manducaverunt, omnes in deserto mortui sunt : ista autem esca quam accipis, iste panis vivus qui descendit de cœlo, vitæ æternæ substantiam subministrat; et quicumque hunc manducaverit, non morietur in æternum : et est corpus Christi.

48. Considera nunc (De Consec. dist. 2, c. Revera,

jam a primo Ecclesiæ exordio, ut altaria sacra bis-synis pallis, velis, variis ex auro atque argento donariis, cereis, floribus denique exornarentur, in more fuisse auctores sunt Optatus Milevit. lib. VI, Victor. de Perseq. lib. I; Paulinus Nol. poem. 14, de sancto Felice; Hieronymus epist. ad Nepot.; Augustinus lib. XXI de Civit. Dei, cap. 8; Theodoretus lib. I Hist. Eccles., cap. 51, et alii.

c Omnes edit. ac pauci mss. cum textu Hebræo et Vulg., et poculum meum; mss. alii multo plures atque antiquiores, et poculum tuum. Sic etiam LXX et aliæ versiones. Infra vero edit. Rom. sola, *uec in cor hominis ascenderunt*. Cui versio quoque Arabica istic concinit.

d Mss. nonnulli, *cum ipse victus justus sit*; alii aliquid, *cum ipse rex pacis vix justus sit*.

e Ab hisce verbis in superior. edit. caput 9 incipiebat : quam autem incongrue, nemo non videt. Porro ab hoc ipso loco ad finem usque operis tot tamque efficacia probandæ Christi in sacramento reali, ut vocant, præsentia suppetunt argumenta, ut ea depromere atque adversus temerariam Berengarii novitatem opponere strenuissimi ejusdem eucharisticæ veritatis propugnatores Lanfrancus, Guimundus, Algerus, Petrus Cluniacensis, aliique certatim



§ *Considera* utrum præstantior sit panis angelorum, an caro Christi, quæ utique corpus est vitæ. Manna illud e cælo, hoc supra cælum; illud cæli, hoc Domini cælorum: illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum servaretur; hoc alienum ab omni corruptione, **388** quod quicumque religiose gustaverit, corruptionem sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit (*Exod. xvii, 6*), tibi sanguis e Christo (*Joan. vi, 55 et seq.*): illos ad horam satiavit aqua, te sanguis diluit in æternum. Judæus bibit, et sitit: tu cum biberis, sitire non poteris: et illud in umbra, hoc in veritate.

49. Si illud quod miraris, umbra est; quantum istud est, cujus et umbram miraris! Audi quia umbra est quæ apud patres facta est: *Bibebant*, inquit, *de consequenti eos petra: petra autem erat Christus.* **B** Sed non in pluribus eorum complacitum est Deo; nam prostrati sunt in deserto (*I Cor. x, 4, 5*). Hæc autem in figura facta sunt nostra. Cognovisti præstantiora; potior est enim lux quam umbra, veritas quam figura, corpus auctoris quam manna de cælo.

#### CAPUT IX.

*Ne quis externa percussus specie, in fide fluctuet, plurimis exemplis, quibus mutatam aut victam fuisse naturam constat, in medium allatis, e pane veram Christi carnem fieri evincit. Postremo nonnullis quæ ad effectus ejus, utentium dispositiones ac similia pertinent, figurate propositis, tractatum claudit.*

50. Forte dicas: Aliud video, quomodo tu mihi asseris quod Christi corpus accipiam? Et hoc nobis **C** adhuc superest ut probemus. Quantis igitur utimur exemplis! Probemus non hoc esse quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit: majoremque vim esse benedictionis quam naturæ; quia benedictionis etiam natura ipsa mutatur.

51. Virgam tenebat Moyses, projecit eam, et facta est serpens (*Exod. iv, 3, 4*). Rursus præhendit caudam serpentis, et in virgæ naturam revertit. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam et

contenderint. Neque vero ut easdem elevarent aut eluderent probationes, sequiorem operam navaverunt heterodoxi. Veruntamen inanes, ne dicamus inaptas, eorum argutias atque cavillationes esse prudentis lector facile deprehendit. Adjacent Card. Peronii lib. II de Euchar. sect. 14, ac tom. II operis de Perpetuitate fidei, etc., vernaculo sermone evulgati, et hoc ibi tam clare demonstratum leges, ut qui Romanæ Ecclesiæ fidem in iisdem testimoniis non videat expressam, haud vulgariter cæcutire affirmaturus sis.

<sup>a</sup> Edit. omnes, et mss. nonnulli, *ad prophetæ preces*; alii aliquot, et Lanfrancus cum illis, *ad prophetæ voces*; omnium veterum, *a prophetæ prece*, id est, statim finita ejus oratione.

<sup>b</sup> Veteres edit. cum mss. non paucis, *Marath fluvius*; Rom. sola, *Marath fons*; alii mss. frequentissimi, ut in textu.

<sup>c</sup> Ferri species, hoc est, ferri natura et substantia. Namque isto significato vocem *species* interdum summi supra docuit ipse Ambrosius.

<sup>d</sup> Dicitio *virtutis* in mss. desideratur, quam nec agnoscit Algerus lib. I, cap. 9. Exstat tamen apud Lanfrancum et in cunctis edit. Et certe si removeatur,

A serpentis et virgæ? Currebant Ægypti flumina puro aquarum meatu, subito de fontium venis sanguis cœpit erumpere; et non erat potus in fluviiis (*Exod. vii, 20 et seq.*). <sup>a</sup> Rursus a prophetæ prece cruor cessavit fluminum, aquarum natura remeavit. Circumclusus undique erat populus Hebræorum, hinc Ægyptiis vallatus, inde mari clausus: virgam levavit Moyses, separavit se aqua, et in murorum specie congelavit, atque inter undas via pedestris apparuit (*Exod. xiv, 21 et seq.*). Jordanis retrorsum conversus contra naturam in sui fontis revertit exordium (*Jos. iii, 16*). Nonne claret naturam vel maritimum fluctuum vel fluvialis cursus esse mutatam? Sitiēbat populus patrum, tetigit Moyses petram, et aqua de petra fluxit. Numquid non præter naturam operata est gratia, ut aquam vomeret petra, quam non habebat natura? <sup>b</sup> Merrha fluvius amarissimus erat, ut sitiens populus bibere non posset. Misit Moyses **389** lignum in aquam, et amaritudinem suam aquarum natura deposuit (*Exod. xv, 25 et seq.*), quam infusa subito gratia temperavit. Sub Elisæo propheta uni ex filiis prophetarum excussum est ferrum de securi, et statim mersum est. Rogavit Elisæum, qui amiserat ferrum: misit etiam Elisæus lignum in aquam, et ferrum natavit (*IV Reg. vi, 6*). Utique et hoc præter naturam factum cognoscimus; gravior est enim <sup>c</sup> ferri species, quam aquarum liquor.

52. Advertimus igitur majoris esse <sup>d</sup> virtutis gratiam quam naturam, et adhuc tamen prophetica benedictionis numeramus gratiam? Quod si tantum valuit humana benedictio, ut naturam converteret (*III Reg. xviii, 38*); quid dicimus de ipsa <sup>e</sup> consecratione divina, ubi verba ipsa Domini Salvatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Eliæ, ut ignem de cælo deponeret: non valebit Christi sermo, ut species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti: *Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt* (*Psal. cxlviii, 5. De Consec., dist. 2, c. In quibus, § C* subintelligenda necessario erit, vel alia non absimilis significationis.

<sup>e</sup> Hic apertissime sacramentalis consecratio fieri docetur ipsismet Domini verbis, illis videlicet quam S. Præsul infra memorat: *Hoc est corpus meum*. Ita etiam lib. IV de Sacram., ubi eadem eucharistia consecratio Dominicis etiam verbis cap. 4 attributa fuit; quænam illa sint, cap. seq. exponitur eo sane modo, quo nihil dici clarius potest. Semel enim atque iterum inculcat hæc ipsa esse: *Accipite, et edite ex hoc omnes; hoc est enim corpus meum*; et alia illa: *Accipite, et bibite ex hoc omnes; hic est enim sanguis meus*. Et ne quid relinquant ambiguitatis, adjicit ante Christi verba panem ac vinum esse: illis autem pronuntiat, jam esse corpus et sanguinem Domini. Non ignoramus quidem Græcos inter atque Latinos de forma consecrationis nonnulli intercédere dissidii, nec Scholasticis etiam omnino inter se convenire in hac materia: sed hoc loco sufficiat admonuisse omnino nullum ex antiquis Patribus hæc de re manifestis locutum esse, quam hos dnos, si tamen dno sunt, auctores; prætereaque consecrationem ac benedictionem hoc ipso loco idem sonare.

ius clare); sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo A  
facere quod non erat, non potest ea quæ sunt, in  
id mutare, quod non erant? <sup>a</sup> Non enim minus est  
novas rebus dare, quam mutare naturas.

53. Sed quid argumentis utimur? Suis utamur  
exemplis, incarnationisque exemplo astruamus mys-  
terii veritatem. Numquid naturæ usus præcessit,  
cum Jesus Dominus ex Maria nasceretur? Si ordi-  
nem quærimus, viro mixta femina generare consue-  
vit. Liqueat igitur quod præter naturæ ordinem Virgo  
generavit. Et hoc quod conficimus corpus, ex Vir-  
gine est: quid hic quæris naturæ ordinem in Christi  
corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Jesus  
partus ex Virgine? Vera utique caro Christi, quæ  
crucifixæ est, quæ sepulta est: vere ergo carnis il-  
lius sacramentum est.

54. Ipse clamat Dominus Jesus: *Hoc est corpus  
meum* (Matth. xxvi, 26). Ante benedictionem ver-  
borum cœlestium <sup>b</sup> alia species nominatur, post con-  
secrationem corpus significatur (De Consec. dist. 10,  
§ *Hæc et his*). Ipse dicit sanguinem **340** suum.  
Ante consecrationem aliud dicitur, post consecra-  
tionem sanguis nuncupatur. <sup>c</sup> Et tu dicis: Amen,  
hoc est, verum est. Quod os loquitur, mens interna  
fateatur: quod sermo sonat, affectus sentiat.

55. His igitur sacramentis pascit Ecclesiam suam  
Christus, quibus animæ firmatur substantia: meri-  
toque videns profectum ejus gratiæ continentem, di-  
cit ad eam: *Quam decora facta sunt ubera tua, soror  
mea sponsa! Quam decora facta sunt a vino: et odor ves-  
timentorum tuorum super omnia aromata!* <sup>d</sup> *Favus dis-  
tillans labia tua, o sponsa, mel et lac sub lingua tua, et  
odor vestimentorum tuorum sicut odor Libani. Hortus con-  
clusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus*  
(Cant. iv, 10 et seq.). Quo significat signatum debere  
apud te manere mysterium, ne violeatur operibus malæ  
vitæ, atque adulterio castitatis, ne divulgetur quibus  
non convenit, ne garrula loquacitate dispergatur in

<sup>a</sup> Ita edit. omnes, et mss. exceptis uno vel altero,  
quibuscum Algeris quoque lib. i de Sacram., cap.  
9, sic legit: *Nonne majus est novas rebus dare*, etc.  
Iterum vero post pauca, ubi Rom. edit. cum mss.  
nonnullis, cumque Lanfranco, Guitmundo et Alge-  
ro, ut nos in textu; vet. edit. et multo plures mss.  
omittunt vocem *exemplo*, et mss. etiam non pauci,  
pro *veritatem* exhibent *veritate*.

<sup>b</sup> Expuncta fuerat in Rom. edit. vox, *alia*; quam  
tamen in cæteris et in cunctis mss. sicut apud  
Guitm. et Alger. legere est. At rursus vox *Christi*,  
quæ habetur in edit. omnibus, et apud Algerum ante  
verbum *significatur*, in mss. et apud Guitm. deside-  
ratur.

<sup>c</sup> Primis Ecclesiæ incunabulis in more fuit, ut ex  
SS. Jacobi et Marci liturgiis intelligimus, missæ can-  
non clara voce recitaretur, prolatisque verbis conse-  
crationis, populus, et secutis temporibus, ex litur-  
giis Basilii atque Chrysostomi, chorus responde-  
ret, amen. Hunc in Ambrosiana Ecclesia usum fuisse  
probat Menardus in S. Gregorii Sacram. pag. 385,  
hujus loci nec non alterius e lib. iv de Sacram. cap.  
5 auctoritate. Idem etiam de orientalibus Ecclesiis  
docet card. Bona Rerum Liturg. lib. ii, cap. 13 et  
25, laudata in hanc rem Dionysii Alex. ad Xystum  
Rom. Pont. epistola, et Tertull. de Spectac. cap.  
25, quorum tamen testimonia num statim a conse-

A perfidos. Bona ergo debet esse fidei tuæ custodia,  
ut intemerata vitæ ac silentii integritas perseveret.

56. Unde et Ecclesia altitudinem servans myste-  
riorum cœlestium, rejicit a se graviore ventu pro-  
cellas, et invitat vernantis gratiæ suavitatem: et  
scieus quod hortus suus Christo displicere non pos-  
sit, ipsum advocat Sponsum dicens: *Exsurge aquilo,  
et veni auster: perfusa hortum meum, et defluant un-  
guenta mea* (Ibid., 16). *Descendat frater meus in  
hortum suum, et edat* <sup>e</sup> *fructum pomiferarum sua-  
rum* (Cant. v, 1). Bonas enim arbores et fructiferas  
habet, quæ radices suas tinxerint sacri fontis irri-  
guo, et in bonos fructus novæ fecunditatis germine  
pullulaverint; ut non jam prophetica cædantur secu-  
ri, sed Evangelica ubertate fecundentur (Matth. iii,  
B 10).

57. Denique fertilitate earum etiam Dominus de-  
lectatus respondet: *Ingressus sum in hortum meum,  
soror mea Sponsa: vindemiavi myrrham meam cum un-  
guentis meis, <sup>f</sup> manducavi cibum meum cum melle meo,  
bibii potum meum cum lacte meo* (Cant. v, 1). Quare  
cibum et potum dixerit, fidelis intellige. Illud au-  
tem non dubium, quod in nobis **341** ipse mandu-  
cat et bibit, sicut in nobis legisti quia in carcere esse  
se dicit (Matth. xxv, 36).

58. Unde et Ecclesia videns tantam gratiam,  
hortatur filios suos, hortatur proximos, ut ad sa-  
cramenta concurrant, dicens: *Edite proximi mei, et  
bibite, et inebriamini, fratres mei* (Cant. v, 1). Quid  
edamus, quid bibamus, alibi tibi per Prophetam  
Spiritus sanctus expressit dicens: *Custate et videte  
quoniam suavis est Dominus: beatus vir qui sperat in  
eo* (Psal. xxxiii, 9). In illo sacramento (De Consec.  
dist. 2, cap. <sup>g</sup> *In illo sacram.*) Christus est; quia cor-  
pus est Christi: non ergo corporalis esca, sed spi-  
ritalis est. Unde et Apostolus de typo ejus ait: *Quia  
patres nostri escam spiritalem manducaverunt, et po-  
tum spiritalem biberunt* (I Cor. x, 3); corpus enim

creatione Amen succineretur, an tantum post recita-  
tas alias orationes, non liquido exponunt. Apertior  
autem est Flori locus, quem idem citat. Quod vero  
ad morem quo singuli eucharistiam accipientes re-  
spondebant, *Amen*, ejus meminere auctor Constit.  
Apost. cap. 13, Cyrillus Hieros. Catech. 5, Augus-  
tinus Serm. ad Infantes, et auctor operis de Sa-  
cram. lib. et cap. supra laudatis. Ubi hoc maxime  
dignum est observatu, fideles in ipso articulo quo  
vel consecrabatur a sacerdote vel ab iis accipieba-  
tur Domini corpus, veræ illius præsentiae expres-  
sum reddidisse testimonium. Plura de his ritibus  
reperies cum apud scriptores jam memoratos, tum  
apud Baronium ad an. 57, Pamelium et alios.

<sup>d</sup> Vet. edit. cum mss. pluribus potioribusque, *Fa-  
vus distillans*: Rom. cum reliquis, *Favum distillant*.  
Primæ lectioni favet sola Vulg.; sed forte ad ejus  
formam locum accommodavere scriptores librarii,  
quod sæpe factum in mss. quibus non ægre depre-  
hendit.

<sup>e</sup> Rom edit. sola, *manducabam panem meum....  
bibii vinum meum.... Quare panem et vinum dixerim,  
fideles intelligunt*. Vet. et cuncti mss. ut in textu; nisi  
quod nonnulli præferunt partim *dixerunt*, partim *di-  
xerim*; duo, *fideles intelligite*; unus, *fidelis intel-  
ligis*.

<sup>f</sup> Quidam mss., *fructum pomorum suorum*.

Dei corpus est spiritale : corpus Christi corpus est A  
divini Spiritus ; <sup>a</sup> quia Spiritus Christus, ut legimus : Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus (Thren. iv, 20). Et in Petri Epistola habemus : Christus pro nobis mortuus est (I Pet. ii, 21). Denique cor nostrum esca ista confirmat, et potus iste **342** lætificat cor hominis, ut Propheta memoravit (Psal. ciii, 15).

59. Unde adepti omnia, sciamus regeneratos nos esse : nec dicamus, quomodo regenerati sumus ? Numquid in ventrem matris nostræ introivimus, et renati sumus ? non agnosco usum naturæ. Sed nul-

<sup>a</sup> Mss. aliquot non inferioris notæ, quia Spiritus Christi.

<sup>b</sup> Omnes edit. et mss. nonnulli, regenerationem

lus hic naturæ ordo, ubi excellentia gratiæ est. Denique non semper usus naturæ <sup>b</sup> generationem facit : generatum ex Virgine Christum Dominum confitemur, et naturæ ordinem denegamus. Non enim ex viro Maria concepit : sed de Spiritu sancto in utero accepit, ut dicit Matthæus : Quia inventa est in utero habens de Spiritu sancto (Matth. i, 18). Si ergo superveniens Spiritus sanctus in Virginem, conceptionem operatus est, et generationis munus implevit : non utique dubitandum est quod superveniens in fontem, vel super eos qui baptismum consequuntur, veritatem regenerationis operetur.

facit ; cæteri qui et probatores, generationem. Melius, ut ipse sensus aperte docet ; nec enim regenerationis, sed generationis subjicitur exemplum.

## IN LIBROS DE SACRAMENTIS PRÆFATIO, UBI DE EJUSDEM OPERIS AUCTORE DISCEPTATUR.

*Idem plane hujus operis argumentum est ac superioris libri de Mysteriis. Hic enim nihil nisi sermones continentur, quibus neophytos sacramentorum quæ pridie Paschatis acceperant, id est, baptismi, confirmationis, et eucharistiæ doctrina informat episcopus. Tria tantum consideratu digna hic reperias, quæ non habentur in commentatione de Mysteriis ; nimirum libro iii (Cap. 1) lotionem pedum quæ in Ecclesia sua instituta erat, in Romana tradit fuisse inusitatam ; libro iv (Cap. 5 et 6) ut quibus verbis mirabilis illa panis in corpus Domini efficiatur conversio, planius innotescat, eam liturgiæ partem, quam canonem dicimus, exponit : denique libro v (Cap. 4) Dominicæ orationis quam eis sese explicaturum fuerat pollicitus, enucleationem prosequitur. Quo quidem argumento iterum sub libri vi (Cap. 5) exitum repetito, precandi formam, eadem oratione Dominica et psalmo viii perfectissimorum exemplarium instar propositis, aperit, singillatim quomodo incipere, quo ordine distinguere, quid subtexere, quid allegare, quemadmodum claudere, pro quo orare debeas, edisserens (Cap. 3). Ultima hæc pars, ubi de oratione generatim agitur, petita fuit ex Ambrosii scripto de Institutione virginis (Cap. 1, num. 7, et Cap. 2, n. 8 et seq.) : unde vero quæ libro v (Cap. 4) in precationem nobis a Christo commendatam dicuntur, mutuatus sit Auctor, nos prorsus fugit. Nam licet illam haud semel a Doctore nostro explicatam constet, ejus tamen in legitimis quæ restant operibus, ista non reperitur expositio. In reliquis autem ita imitatur disputationem de Mysteriis, ut præter paucas ceremonias quas aut susius ab Ambrosio enodatas contrahit, aut discutit ab eo prætermittas, fere tantum ejusdem libelli ratiocinia sententiasque amplificet. Verum ut ille Ambrosium, ita etiam illum alii expresserunt. Siquidem in Appendice Sermonum August. novæ edit. qui numeratur 84 totus ex hoc opere iisdem pene verbis decerptus fuit.*

*De auctore hujus operis nostra et superiori ætate quæstio fuit admodum controversa. Cum porro nobis per nostrum institutum non liceat eam quæstionem sinere indiscussam, rem examinabimus eo candore, ut studium partium omne omnino seponatur. Habemus autem illud persuasum, quisquis horum librorum auctor dicatur, nihil hinc veritatem catholicam damni passuram ; certi videlicet, si scriptor ille ad sæculum vii, ut vult Albertinus (Lib. ii de Sacr. Euch. pag. 509), retraheretur, aut etiam in viii, ut Dallæus (Lib. iii de Confr. c. 8), ea ratione nobis futuros testes traditionis duos episcopos, nempe Ambrosium de Mysteriis, et alterum de Sacramentis concionantem : qui cum tribus aut quatuor sæculis ab invicem essent sejuncti, argumentum omnibus heterodoxorum cavillis validius præberent. Rem itaque, deposito quolibet præjudicio, perinde examinabimus, ac si nunc primum ageretur ea quæstio. Quod ut clariori procedat ordine, argumentis atque responsis partis utriusque inter se compositis, adjiciemus ; quæ nobis vel Ambrosianarum commentationum lectio suppeditaverit, vel etiam aliunde contigerit super eadem hac materia comparare.*

*Luridis atque odiosis admodum coloribus tum opus ipsum, tum auctorem ejus depingunt hæreticorum nonnulli. Bullingerus (Epist. ad Joach. Vadian.) hos libros stupidos vocat, neque dubitat Erasmus sensisse, malignis ejusjupiam hoc esse opus. Editor Cocianæ censuræ eosdem etiam describens : Nam in his libris, inquit, habentur multa falsa, quædam ridicula, unum indubium hæreticum, alterum quod repugnat dogmati Ambrosiano (Helmest. ann. 1655). Nec vero eundem auctorem clementiori manu tractat Albertinus ; in illo enim ingenti opere quod consarcinavit de Sacramento Eucharistiæ, ita loquitur (Lib. ii, c. 1, p. 507) : Ambrosii simia est, barbarismis scatet, multa habet quorum nonnulla et ridicula, Ambrosianaque gravitate prorsus indigna, nonnulla repugnantia et contradictoria, nonnulla etiam simpliciter falsa ; inepte concludit, crassum effudit mendacium : sicne desiperet Ambrosius ? Hæc sunt auctoris nostri apud ministros illos elogia,*

quæ in unum collecta lectorum oculis repræsentamus. Quantacumque autem Albertini ejusque operis admiratione teneantur Calviniani, nequitiam tamen fore credimus, ut eorum paulo modestiores hujus ac similium scriptorum intemperias probaturi sint. Nam licet minister ille unico veritatis amore in eo inductus (*Ibid.*, col. 1) velit videri, nullus qui hæc legerit, eum multo vehementiori sectæ suæ quoquomodo opitulandi cupiditate permotum non deprehendet. Si enim qualis in ista tabella exhibetur hic auctor, talis revera existisset, id est, ignarus, impostor, ingenio absurdo et ridiculo; quid statuendum de tot tantisque viris, qui easdem commentationes per tot sæcula Doctore nostro attribuerint; cum interim earum nemini crassa illa mendacia, graves contradictiones, deridicula commenta, penitus Ambrosiano candore, acumine, ac judicio indigna esse subolerent? Nonne vero etiam Albertinum pudere debuerat, quod auctorem non modo proletarium, sed etiam propter tot fugitia, si qua ipsi fides, capite diminutum, in sententiam suam impitum pertrahere tanto conatu molitus fuerit? Illum ab eo plane aperteque rejectum oportebat; nunquam enim quisquam inducet in animum aliquid utilitatis ex illo teste rediturum ad Calvinistas, quem cum in verbis Evangelicis mentum velint, æque mentiri potuisse in Eucharistia dubium non sit. Quoniam autem eorum etiam ore qui affectibus impensissime obsequuntur suis, quandoque veritas profertur; Albertini objectiones, in quibus ille Cociani editoris (*Supra cit.*), Riveti (*Crit. sacr. lib. III, c. 18*) et aliorum complures ac præcipuas est complexus, perinde examinabimus, ac si pacato animo et maxime libero proponerentur.

Itaque petitam ex hisce verbis: Ideo Romæ fideles dicuntur, etc., objectionem sic ille urget (*Lib. II, pag. 507, col. 2*): Quasi verò hæc appellatio Romæ peculiaris esset. At ubique communis erat, in oriente, in meridie, in septentrione, in occidente. Ambrosius ipsemet Mediolani hæc utebatur in genuinis suis scriptis. Respondet vir cl. Nat. Alexander (*Hist. Eccl. sæc. IV, p. 1, § 2, pag. 503*) nec in codicibus melioris notæ (puta eorum quos consulere ipse licuit) nec in editionibus accuratioribus, nempe ex eis quæ ad Romanæ formam expressæ sunt, haberi vocem Romæ: in manuscriptis autem ubi habetur, illud hinc factum, quod pro syllaba Ræ in eorum nonnullis ascripta quidam legerint Romæ, cum legere debuissent recte; neque vero quidquam obstarè quod posita sit diphthongus pro simplici, quippe quarum promiscuus usus occurrit in scriptis libris. Hanc quidem partem verissimam esse non diffitemur, quin et addimus toti solutioni favere hæc mediocriter, quod loco Romæ in tribus codicibus, nimirum Vaticano, Regio, ac Thuaneo, legitur recto nomine; pro quo Romana editio adverbium recte substitutum maluit: verumtamen ne huic opinioni omnino subscribamus, facit manuscriptorum, in quibus vox Romæ integra exstat, numerus atque antiquitas. Etenim ex omni multitudine cujus paravimus varietates, exceptis tribus memoratis, nec non aliis duobus, in quibus antiquarii lapsu scriptum est rotome, alii sexdecim quos inter Benignianus, Remensis et Claromontanus superant annos 800, dictionem Romæ suis litteris expressam præ se ferunt. Huc etiam accedit, quod abbreviationem istam de qua agitur, similem nunquam reperimus. Credimus igitur eandem illam vocem hic ἐρωτικὸς esse positam, ut plus significetur quam exprimitur. Itaque idem erit, Romæ fideles dicuntur, ac si dixisset non solum in hac aut in alia qualibet Ecclesia, verum etiam in omnium nobilissima baptizati fideles nominantur. Et huic nostræ interpretationi favet cum particula et quam vocabulo Romæ præmissam observavit in codicibus aliquot idem Alexander, nosque in pluribus nostrorum deprehendimus.

Quæ idem Albertinus objicit (*Loco cit.*, pag. 508, col. 1) contra expositionem verborum Domini, Oportet enim nos implere omnem justitiam, nec non contra doctrinam de secretis precibus ab eodem auctore propositam, adeo levia sunt, ut sola locorum inspectione possit evinci nec inepte concludere, nec desipere, quem sic deridet.

Gravior est sane quæ sequitur accusatio in illa verba: Crassum effudit mendacium; ait enim Dominum in oratione Dominica non dixisse: Ne nos inducas in tentationem; sed, ne patiaris nos induci in tentationem (*Ibid.*, col. 2). Qua criminatione quid in Evangelicam præconem atrocius conferri potest? Attamen accusator in eo infelix fuit, quod teli tanto nisu destinati atque vibrati cassus plane ac inutilis ictus cecidit. Nam cum ipse agnoscat eodem modo legisse Cyprianum, quod ibidem subjungit: Sed aliud est ita legere, aliud affirmare Dominum sic esse locutum non aliter, mera sycophantia est. Qui enim orationem qualem a Christo instituta est memorans, sextam illius petitionem effert his verbis: Et ne patiaris nos induci in tentationem; annon eandem diversa sententia expressam sin minus ore, saltem animi cogitatione abunde negat? Neque profecto incurrere hic auctor debuit temeritatis aut mendacii crimen; quippe cui præsidio essent complures Latinorum codicum, ut liquet Augustini auctoritate (*De Dono Persev.*, c. 6).

Atqui, forte instabit aliquis, cum Auctor alibi (*Lib. V, cap. 4*) consultum abs se Græcum idioma testificetur: cur hoc loco illud vel inspicere neglexit, vel contempsit inspectum? Augustinus enim eodem citato libro proficitur sibi non licuisse aliud quidquam reperire in Græcis exemplaribus, nisi Ne nos inferas in tentationem. Quamvis autem ei objectioni color obductus videatur paulo verisimilior; nihilominus expedita responsio est. Enim vero cum de solis illis codicibus quos ipse legere potuerat, loquatur Augustinus; quid vetet quominus quidam alterius provinciæ codices diverse habuerint hanc sententiam? Nec tamen fuit, cur adeunda sibi putaret Græca exemplaria, cum ad persuadendum eum tot Latinorum consensus plane sufficeret.

Idem vero ille minister, Auctoris loco de pedum lotionis fusijs exscripto, illa subjicit (*Loco cit.*, p. 508, col. 1): Atqui in hoc discursu præter locutionis barbariem (fatetur autem in hoc discursu inesse barbariem, sed Albertini), primo falsitas est. Qui enim dicere posset Ambrosius. . . sæ Romanæ Ecclesiæ typum et formam in omnibus sequi, cum ex Augustino constet Romam et Mediolanum in ceremoniis plerisque inter se variasse?

Deinde et contradictio; nam postquam dixisset: In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam, illico tamen quasi palinodiam agens (*et hoc etiam quam Latinum in Censoris adeo severi elocutione!*), sed tamen et nos homines, inquit, sensum habemus, ideo quod alibi rectius servatur, et nos recte custodimus. Ac rursus postquam dixisset: Hoc ideo dico non quod alios reprehendam; subito illos reprehendit, etc. *Verum in his omnibus quod sibi contradicat, nihil invenias; si modo ea candide, atque ex humani sermonis consuetudine interpretari volueris. Quis enim eat inficias ubi dicitur: Cupio sequi Ecclesiam Romanam; sed tamen et nos homines sumus, etc., non simplicem aut absolutam, ut vocant, sed conditionalem esse sententiam; atque adeo illic mente et cogitatione supplendum, quantum licuerit, aut visum fuerit expedire. Sic in eis quoque verbis quæ præmittuntur: Se Romanæ Ecclesiæ typum et formam in omnibus sequi, nihil falsi subesse confitebitur, quisquis ipsa non detorquebit a legitimo sensu, nempe morali. Denique quod eos reprehendere arguitur, quos negaverat abs se reprehendi, pura puta vituperatio est. Quid enim communi loquendi usui magis congruum, quam ut quisquam ubi crimen a se propulsare nequeat, nisi illud transferat in alium, id eadem ratione præmolliat?*

Jam vero istam criminationem quænam excipiat, consideremus. *Aliam, inquit Albertinus (Loc. cit., pag. 508, col. 2), ab ea qua utebatur Ambrosius, auctor horum librorum sequitur versionem. Id quidem verissime dictum non abnuimus: sed ex operum sancti Ambrosii lectione constat, ut Alexander (Loco supra cit.) scite reponit, eum non iisdem semper verbis eodem Scripturæ sacræ locos laudasse. Huic responsioni brevissimæ juxta ac certissimæ tantum addemus, cum sine magna præparatione auctorem hunc nostrum dixisse non sit dubium, neutiquam sane mirum videri, si Scripturam non semper suis, sed iis quæ illi ex tempore suggestit memoria, verbis citavit: constare autem ipsummet, cum Vulgatam, ut vocant, nusquam adhibuerit, Albertini opinione antiquiorem dicendum esse.*

Ad extremum alias quasdam minutias oggerunt; ut puta quod aiunt auctorem ludere vanis allegoriis: verum quas illi vanas allegorias dicitant, hoc ipsum est quo redditur Ambrosianæ elocutioni vicinior. Addunt in solo libello de *Mysteriis* reperiri ea testimonia, quæ quasi ex opere de *Sacramentis* petita laudat Ratramnus. At vero quid si imperfectus codex illi imposuit? quid si labilis memoria? Et sane hic error eo fuerat proclivior, quod uterque tractatus conjungi solet in manuscriptis. Clamant postremo ipsa styli diversitate auctorum quoque diversitatem prodi demonstrarique. Sed hæc obiectio alicujus ponderis negatur esse; quia patres diverso dicendi genere pro argumentorum diversitate utuntur (*Alex. ibid.*). Quam responsionem quatenus extendi veritas sinat, infra expendetur: nunc autem contrariæ opinionis auctores.

Primum educunt illi (*Bellarmin., Sanctibæuv., Alex. et alii*) numerosos ac pervetustos codices manu exaratos, cumque his editos omnes quibus post inventam typographiam iidem libri vulgati sunt. Deinde quasi succenturiatum agmen submitunt maximi nominis viros *Hincmarum Remensem, Deoduinum Leodiensem, Paschas. Radbertum Corbei. abbatem, Ratramnum ejusdem asceterii monachum, Florum diaconum Lugdun., Lanfrancum, Berengarium, Algerum, Guitmundum, Durandum Troarn., Hugonem Lingon., Ivonem Carnut., Gratianum, Magistrum Sentent.* ac demum quotquot ab incunte nono sæculo ad nostram vel patrum memoriam, eorundem librorum meminere, ne dissentientibus quidem, si nuperos aliquot excipias, heterodoxis. At licet hoc argumentum omnium quæ in eandem rem proponi solent, validissimum esse extra dubium sit, non tamen invictæ et necessario concludit. Quot enim opera postquam diutissime sub auctorum quorundam titulo pervagata essent, eo tandem exuta sunt, quotidieque exuuntur? Cæterum scriptores illi rem ipsi per se ac destinato consilio non discussurunt, sed vel alii alios secuti sunt, vel fidem habuere suis manuscriptis, in quibus eandem opellam alibi quidem Ambrosii nomenclatione inscriptam, alibi vero tractatui alicui eandem inscriptionem præferenti junctam reperere. Nam cum antiquissimi quique codices nullum auctoris nomen exhibeant, qui exscribendis iis navaverunt operam, cum Ambrosium hæc ipsa de materia scripsisse cognovissent, non dubitarunt eidem ipsos adjudicare: alii autem etsi Ambrosianos esse non arbitrarentur, libro tamen de *Mysteriis* ob argumenti similitudinem duxerunt subjungendos.

Proponitur secundo character dictionis, quam in scriptione de *Mysteriis*, atque in hoc opere simillimam esse pertendunt: adversarii vero illud obnixè inficiantur. Sane quidem haud immerito; ita enim auctor conatur exprimere eum libellum, ut ferme omnia in stylum suum, hoc est, multo deteriorem, transferat convertatque. Sed ex eodem hoc loco ipsi illi adversarii ratiocinium ducunt plane contrarium. Nam cui verisimile sit, inquit t, Ambrosium quod in disputatione de *Mysteriis* jam tractaverat, iterum recudere atque recoquere in alia? Verum tamen hoc argumentum nihilo firmiter aut efficacius est, quam aliud. Nequaquam enim inauditum est, ut eadem materia in binis sermonibus aut libris explicata fuerit a Patribus; cum illud ipsum alibi a nobis observatum sit in Ambrosio.

Quæ in tertio ordine ratio collocatur, his verbis concipitur: Ambrosium edidisse opus de *Sacramentis* testis est Augustinus (*Lib. 11, Cont. Jul., cap. 5 et seq., et Retr. lib. 11, c. 4*), proindeque aut illud nobis, aiunt, præsentetur, aut concedatur hoc ipsum esse de quo agimus. Verum in promptu responsio est; neque enim utriusque idem argumentum refertur, neque idem titulus. Quandoquidem id cujus mentio fit ab Augustino, non simpliciter inscribatur de *Sacramentis*, sed adiciebatur sive de *Philosophia*: cum autem, eodem Augustino teste, compositum esset adversus *Platonicos*, diversam in eo tractatam materiam obscurum non est.

Postremo quædam alia in medium proferri possunt, ut si dixeris auctorem (*Lib. 1, c. 6*) de *viciis* queri fraqilli-

tate, de qua ipsemet Ambrosius in Apologia David secunda quiritatur (Cap. 5, num. 28), quamque illi facile obtundi solitam memoratus ejusdem testatur discipulus (Lib. vi Conf., cap. 3, num. 3). Si addideris eundem confiteri (Lib. vi, cap. 5) quæ ipse non didicerit, sese docere : quod etiam haud parum familiare est Ambrosio. Si tandem insiteris Dominicæ orationis expositionem, quam ejusdem Ambrosii in Lucam postulabat commentatio, non ob aliud istic omissam, nisi quod alibi traditam ab se idem memineral? Cum autem ex omnibus quæ ipsius nomine circumferuntur operibus, in hoc solo explicata habeatur eadem oratio, cur illius hanc esse non agnoscamus? Sed opponi potest primæ objectioni, præterquam quod Ambrosio male tribui alteram illam David Apologiam probabilius est, complures et olim fuisse et esse etiam nunc, qui debilitate vocis ac pulmonum laborare se inter concionandum non dissimulent. Cum autem nec desint etiam qui materiæ, quam aggressi sunt, enodandæ impares modestiæ causa se fateantur, indidem quoque ad secundam difficultatem patet responsum. Quod vero ad tertiam pertinet, illi similiter occurras licet, si Ambrosium quidquid voce pronuntiavit, scripto mandasse; quidquid autem scripto mandavit, ad nostram pervenisse ætatem negaveris. Eo forsitan et hoc accedit, quod cum in illa orationem Tertulliani et Cypriani libri exstarent Latinorum Patrum, ab isto labore tamquam parum necessario est revocatus : sicut etiam de se testatur Hilarius Comment. in Matthæum, can. 5.

Porro ex iis quæ hactenus a nobis disputata sunt, duo noscuntur. Etenim adhibitæ sectoriorum argumentis solutiones palam faciunt contumeliis illis ac probris quorum tota plaustra isti effundunt in hunc auctorem, nihil probari, nisi molestissimam ipsis esse atque odiosissimam ejus doctrinam. Rursus vero quæ nos reposuimus catholicorum hoc ipsum opus Ambrosio vindicantium rationibus, ea demonstrant partem negantem haud minus probabilem esse quam affirmantem; proindeque non immerito hac in re dubitasse nonnullos orthodoxorum (Cardin. Bona Rer. Liturg. lib. 1, cap. 7, n. 4; Arnald. de Freq. Commun. p. 4, cap. 13; Hermann., etc.). Sed ne in omnibus pendeamus animi, tria nobis hoc loco inquirenda proposuimus, nimirum quæ fuerit ejusdem auctoris dignitas, quo tempore vixerit, qua in regione.

Primi sane capituli in promptu definitio est. Constat siquidem illum fuisse antistitem, qui neophytos et creditur curæ suæ populum erudiebat. Ubique in apertum erumpit ea dignitas. Et ut alia deessent queis probaretur, locus ille tam decantatus vel solus sufficeret, nempe ubi dicitur : In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam, sed nos, etc. Quis enim ita loqueretur, nisi episcopus?

Quod autem pertinet ad secundum caput, ex memoratis auctoribus probabile fit scriptorem de quo inquiremus, ante octavum sæculum floruisse : at e codice San-Gallensi majusculis litteris, ante annos ut Mabillonius (Museo Italic., p. 7) noster testis est locupletissimus, circiter mille exarato evincitur ipsum septimo etiam sæculo antiquiore. Præterea vero hoc idem opus argumentis propriis ætatem remotiorem sibi vindicat. Etenim cum has conciones ad neophytos nec paucos sane, quando hic præsul et multos et familiam candidatam illos vocitat (Lib. v, c. 3), habitas constat; inde intelligas necdum omnino receptam fuisse baptizandorum infantium consuetudinem. Et eo quidem tempore designari haud multo Augustini ætate posterius nobis videtur. Deinde (Lib. vi, cap. 4 et 5) satis innuit Gentilium cultum etiam tunc in diocesi sua viguisse. Ad hæc idem quoque confirmatur iis rationibus, quod videlicet hæretici præter Arianos et eos qui Christi oppugnabant divinitatem, nulli refelluntur : quodque ex versione qua usus reperitur hic auctor, satis indicatur Vulgatæ id temporis nondum apud omnes attributam auctoritatem.

De tertia demum questione sic statuimus. Extra controversiam est horum librorum parentem non fuisse subditum Romanæ metropoli : nec minus tamen certum ipsius sedem ab Urbe haud multum dissitam; quippe cujus ceremonias et perspectas habebat et sequebatur in pluribus. Cum vero etiam eisdem ceremoniis quarum mentio fit in hoc opere, cum veteris Ecclesiæ Gallicanæ sicut et cum Mediolanensis ritibus plurimum intercedat affinitatis; hinc deducimus vicinam utrique eandem diocesim exstitisse. Minime tamen refragabimur, si quis cum doctissimo viro (Herman. vitæ Ambr. Elucid. p. 30) eosdem sermones aut Venerio aut alii cuiuspiam Ambrosii discipulo, qui non multo post ipsum præfuerit Ecclesiæ Mediolanensi, tributos malit. Id unum hoc loci adjicimus ex iis quæ de sacra communione, cum apud orientales populos, tum apud suos semel tantum singulis annis fieri solita memorat auctor (Lib. v, c. 4), prudenter conjici haud dubie post Chrysostomi tempora ipsum vixisse; sed antequam in occidentem Romanus ordo et ceremoniæ reciperentur.

Cæterum quominus secundum eos a quibus Ambrosio hoc opus adjudicatur, omnino feramus suffragium, ea præcipue scrupulum movent. Primo diversitas elocutionis; nam etsi stylum variari ab auctoribus, et pro re ac tempore modo attolli, modo deprimi non ignoremus; semper tamen scriptoris apparet ingenium et quasi intermicat : quique nobili et eleganti dictione uti consuevit, ad humilem nunquam demittit sese : at vero frigidis illis et puerilibus interrogatis, quæ huic scriptioni subinde insperguntur, caute abstinet, ut in libro de Mysteriis, ejusdem licet argumenti, fecit Ambrosius. Accedit et illud, quod Ambrosium non tam serviliter libros suos imitatorum fuisse existimamus; ista enim commentatio tota fere ex superiori de Mysteriis, partim etiam ex libro de Institutione Virginis expressa fuit (Cap. 1, n. 7, et cap. 2, num. 8). Addimus quoque communionis tam infrequentis Mediolanenses a S. Præsule in certis suis libris nusquam incusari. Denique quod auctor tantis animis in Ecclesiam Romanam propter lotionem pedum insurgit, nobis Ambrosiani esse instituti minime videtur. Novimus quippe illum suos unicuique Ecclesiarum usus ac ritus adeo liberos esse voluisse, ut ad quancumque forte pervenisset, ei se, quemadmodum Augustinus tradit (Epist. 54, alias 118), accommodaret.

Verumtamen quoniam hac in re derogatum nolumus opinioni cujusquam, nec etiam sumus nescii plurimos fore qui scriptionem pro Ambrosiana tamdiu communi pene consensu habitam solito suo loco privari moleste ferrent; eo propensius illam in ordine suo et possessione duximus conservandam, quod cum ex Ambrosii sententiis et plerumque etiam verbis condita fuerit, hac saltem ratione quæ Ambrosianis accenseatur, indigna non est.

Hoc porro liquet sex istos libros totidem conciones esse, quarum unam singulis diebus habebat Auctor. Quippe idem se vel pridie verba fecisse, vel postridie facturum, subinde ait. Orsus autem feria post Dominicam resurrectionem tertia, eo modo ad usque octavam ejusdem festi prosecutus est. Quandoquidem sub finem sermonis 4 (cap. 6) eos qui supererant, crastina die sabbato, et Dominica (in albis videlicet) habiturum se pollicetur. Verum si quis maluerit Gallensis manuscripti auctoritatem sequi, librum ultimum in duos dividens, jam sermonem primum secunda a paschate feria pronuntiatum dicat necessum erit. Cum autem illa distributio videatur parum commoda, quippe qua ex libri vi paucis versibus (ab illis nimirum verbis, Aliud, Psalmorum David, etc.) novus liber constituatur; ejus scriptorem non alia re ductum putamus, quam quod illos voces, crastina die sabbato, de duobus intellexerit diebus; qui tamen eas per appositionem aut potius ellipsin grammaticam de unica rectius accepisset. Hinc etiam fieri potuit, ut sermo quidam in appendice Augustinianorum edit. novæ numero 247, quem Ivonis Carnutensis nomine typis editum, etiam ipsius esse unus e Bibliothecæ nostræ codicibus testatum facit; in Alnetino tamen (Monast. Alnetensis Ord. Cistert.), sub titulo libri vii de Sacramentis, post hosce nostros collocaretur. Quamvis a vero quoque non nimium abluat eos a quibus iidem sermones sunt exarati, illo spectasse, ut per octavam suam cuilibet diei attribuerent, Dominica Resurrectionis, quod propter solemnitatem impeditior esset, tantum omissa. Sed nec aliunde ortum videtur, ut in mss. aliquot liber de Mysteriis inscribatur primus de Sacramentis: qui vero primus est de Sacramentis in secundum ordinem dejiciatur, et sic deinceps.

# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## DE SACRAMENTIS

LIBRI SEX.

LIBER PRIMUS.

### 349 CAPUT PRIMUM.

Ubi præmisit acturum se de sacramentis, quæ prius explicata non oportuit, accedit ad mysterium apertionis, quam a Christo in surdi ac muti curatione signatam docet.

1. De sacramentis quæ accepistis, sermonem adrior, a cujus rationem non oportuit ante præmitti; in christiano enim viro prima est fides. Ideo et Romæ fideles dicuntur qui baptizati sunt: et pater noster Abraham ex fide justificatus est, non ex operibus (Rom. iv, 3). Ergo accepistis baptismum, credidistis. Nefas est enim me aliud æstimare; neque enim vocatus esses ad gratiam, nisi dignum te Christus sua gratia judicasset.

2. Ergo quid egimus sabbato? Nempe apertionem: B quæ mysteria celebrata sunt apertionis, quando tibi

<sup>a</sup> Mss. aliquot recentiores, quorum rationem; Rom. edit., cujus rei rationem; reliqui mss. ac edit., cujus rationem. Non male; ratio enim sæpe sumitur pro ipsa re, atque adeo idem est ac si legeretur, quem sermonem non oportuit, sive ut quidam mss., non putavi, etc. Consequenter autem ultima edit. Paris. reposuerat: In christiano enim via optima est fides, pro eo quod habetur in aliis ac mss. omnibus:

A aures tetigit sacerdos et nares. Quod significat in Evangelio Dominus noster Jesus Christus, cum ei oblatum esset surdus et mutus, et tetigit aures ejus et os ejus: aures, quia surdus erat; os, quia mutus, et ait: Ephpheta (Marc. vii, 34). Hebraicum verbum est, quod Latine dicitur adaperire. Ideo ergo tibi sacerdos aures tetigit, ut aperirentur aures tuæ ad sermonem, et ad alloquium sacerdotis.

3. Sed dicis mihi: Quare nares? Ibi quia mutus erat, os tetigit; ut quia loqui non poterat sacramenta cœlestia, vocem acciperet a Christo. Et ibi, quia vir; hic, quia mulieres baptizantur, et non eadem puritas servi, quanta et Domini (cum enim ille peccata concedat, huic peccata donentur, quæ potest esse comparatio?), ideo propter gratiam operis et muneris (De Consec., dist. 4, c. Propter gloriam) non os tangit episcopus, sed nares; <sup>b</sup> ut bonum odorem ac-

In christiano enim viro prima est fides; quibus verbis habitum fidei supernaturalis infundi primum in baptismo clare indicatur. Denique de eo quod subjicitur, Ideo et Romæ fideles, etc., jam dictum in Præfatione est, quam consule.

<sup>b</sup> Hic edit. et Grat. repetunt: Quare nares; at sine suffragio mss.

cipias pietatis æternæ, et ut dicas : *Christi enim bonus odor sumus Deo, quemadmodum* **350** *dixit Apostolus sanctus (II Cor. II, 15); et sit in te fidei devotionisque plena fragrantia.*

### CAPUT II.

*Uctionem athletæ christiani exponit, quem ut excitet ad seroandam fidem abrenuntiationis, testium quibus præsentibus ea facta est, dignitatem amplificat; ac demum rei lucem addit exemplo.*

4. Venimus ad fontem (*De Consec., dist. 4, c. Venisti ad fontem*), ingressus es : considera quos videris, quid locutus sis considera, repete diligenter. Occurrit tibi levita, occurrit presbyter : <sup>a</sup> unctus es quasi athleta Christi, quasi luctam hujus sæculi luctaturus, professus es luctaminis tui certamina. Qui **B** luctatur, habet quod speret : ubi certamen, tibi corona. Luctaris in sæculo, sed coronaris a Christo, et pro certaminibus sæculi coronaris ? Nam etsi in cælo præmium, hic tamen <sup>b</sup> meritum præmii collocatur.

5. Quando te interrogavit : *Abrenuntias diabolo et operibus ejus, quid respondisti ? Abrenuntio. Abrenuntias sæculo et voluptatibus ejus, quid respondisti ? Abrenuntio. Memor esto sermonis tui, et nunquam tibi excidat tuæ series cautionis. Si chirographum homini dederis, teneris obnoxius, et pecuniam ejus accipias : teneris astrictus, et reluctantem te fenerator astringit ; si recusas, <sup>c</sup> vadis ad judicem, atque illic tua cautione convinceris.*

6 et 7. Ubi promiseris considera, vel quibus promiseris. Levitam vidisti, sed minister est Christi. Vidisti illum ante altaria ministrare. Ergo chirographum tuum tenetur non in terra, sed in cælo. Considera ubi capias sacramenta cælestia. Si hic corpus est Christi, hic et angeli constituti sunt. *Ubi corpus, ibi et aquilæ*, legisti in Evangelio (*Matth. xxiv, 28*). Ubi corpus Christi, ibi et aquilæ volare consuerunt ; ut terrena fugiant, cælestia petant. Quare hoc dico ? Quia et homines angeli **351** quicumque annuntiant Christum, et in angelorum adscisci videntur locum. Quomodo ? <sup>d</sup> Accipe Baptistæ rationem. Joannes natus erat ex viro et muliere ; attamen audi quia angelus est et ipse : *Ecce mitto angelum meum ante fa-*

<sup>a</sup> Hujus unctiois in *libello de Mysteriorum* non fit mentio.

<sup>b</sup> Gill. in marg., edit. Rom. in corp. et pauci mss., *meritum præmii colligitur.*

<sup>c</sup> Ita edit. Gill. Rom. et mss. plures ac potiores : *at in reliquis edit. ac mss. omittuntur, si recusas, vadis ad judicem.*

<sup>d</sup> Cod. Clar. : *Accipe, Baptistâ erat Joannes natus ex viro.*

<sup>e</sup> Mss. plerique, *Malachiel* ; quidam etiam, sed recentiores legunt, *ait Malachiel propheta.*

<sup>f</sup> Quædam edit., *ut sacerdotii gloriam.*

<sup>g</sup> Quæres cum Deum per fidem obscure tantum, atque, ut Paulus loquitur, *ex parte cognoscamus*, nec non ex eodem Apostolo evacuari oporteat quod *ex parte est* ; quomodo fides æternam dicatur patrimonium ? Sed expedita est responsio. Etenim duo fides in se continet, cognitionem et obscuritatem. Hanc quidem superveniente clara et intuitiva, ut vocant,

*ciem tuam, et præparabit viam tuam ante te (Matth. xi, 10). Accipe aliud <sup>e</sup> Malachizæ prophetæ : Quis labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem exquirunt ex ore ipsius ; angelus est enim Dei omnipotentis (Malac. II, 7). Hæc ideo dicuntur, <sup>f</sup> ut sacerdotis gloriam prædicemus, non ut aliquid personalibus meritis arrogetur.*

8. Ergo abrenuntiaisti mundo, abrenuntiaisti sæculo, esto sollicitus. Qui pecuniam debet, semper cautionem suam considerat : et tu qui fidem debes Christo, fidem serva, quæ multo pretiosior quam pecunia est ; Fides enim <sup>g</sup> æternum patrimonium est, pecunia temporale. Et tu ergo semper recordare quid <sup>h</sup> promiseris ; et eris cautior. Si teneas promissionem tuam, tenebis et cautionem tuam.

### CAUT III.

*Licet fontem atque ministros tantum viderint neophyti, majora tamen esse quæ non videntur, auctor ostendit.*

9. Deinde accessisti propius : vidisti fontem, vidisti et sacerdotem supra fontem. Nec hoc possum dubitare, quod in animum vestrum non potuerit cadere, quod cecidit in illum Syrum Naaman (*IV Reg. v, 11 et seq.*) ; quia etsi mundatus est, tamen ante dubitavit. Quare ? *Metam, accipe.*

10. Ingressus es, vidisti aquam, vidisti sacerdotem, vidisti levitam. Ne forte aliquis dixerit : Hoc est totum ? Immo est totum. Vere totum, ubi tota innocentia, tota pietas, tota gratia, tota sanctificatio. Vidisti quæ videre potuisti oculis tui corporis, et humanis conspectibus : non vidisti illa <sup>i</sup> quæ operantur ; quia non videntur. Illa multo majora sunt quæ non videntur, quam quæ videntur ; quoniam quæ videntur, temporalia sunt : quæ non videntur, æterna (*II Cor. iv, 18*).

### CAPUT IV.

*Sacramenta Christianorum diviniore et priora esse quam Judæorum : atque inibi de vocis pascha significatu.*

11. Ergo dicamus primum, tene cautionem votis meæ, et exige. Miramur mysteria Judæorum, quæ patribus nostris data sunt, <sup>j</sup> primum vetustate sacramentorum, deinde sanctitate præstantia. Illud promitto quod diviniore **352** et priora sacramenta sunt Christianorum quam Judæorum.

**D** visione expellendam constat : cognitio vero non destruetur, sed tantis benefici perficietur accessu ; quod pueri qui dissipatis pueritiæ vitiiis, virilem perfectionem demum assequitur, exemplum ibidem, nimirum I Cor. xiii propositum, satis ostendit.

<sup>k</sup> Vet. edit. et mss. non pauci, *Promiseris Cautior, si teneas* ; Rom., *promiseris. Si teneas* ; reliqui mss. ut in textu, nisi quod conjunctio et abest a pluribus.

<sup>l</sup> Mss. aliquot, *quæ operantur, sed quæ videntur.*

<sup>m</sup> Ita mss. aliquot melioris notæ ; ex quibus tamen Clarom. habet *deinde sanctitate præstantia* ; cæteri autem et vet. edit. *primum vetustatem sacramentorum, deinde sanctitatem præstantium*. Unde cum nullus sensus exprimi posset ; quid enim sibi vult, *sacramentorum præstantium vetustatem* ? Rom. edit. voci, *præstantium*, attulerat vocem *virtutum*, successu non multo feliciori. Consequenter autem ubi omnes edit. *promitto*, magis committit legunt mss. *promitto*.



12. Quid præcipuum quam quod per mare transit? ut de baptismo interim loquamur. Attamen qui transierunt Judæi, mortui sunt omnes in deserto. Cæterum (*De Consec., dist. 4, c. Per aquam baptismi*) qui per hunc fontem transit, hoc est. a terrenis ad cælestia; hic est enim transitus, ideo pascha, hoc est, transitus ejus, transitus a peccato ad vitam, a culpa ad gratiam, ab inquinamento ad sanctificationem: qui per hunc fontem transit, non moritur, sed resurgit.

#### CAPUT V.

*In historia leprosi Naaman signatum esse aquam illam, quæ Christi gratiam habent, solam sanare. Christum baptizari voluisse tantum propter nos. Quamobrem Spiritus sanctus in columbæ specie apprensus, in illum non prius descenderit, quam idem ille aquam Jordanis esset ingressus: quoniamve modo istic adfuerit tota Trinitas.*

13. Naaman ergo leprosus erat, puella quidam ait uxori illius: Dominus mens si vult mundari, vadat in terram Israel, et ibi inveniet eum, qui possit ei lepram tollere. Dixit illa domine mee, uxor marito, Naaman regi Syriæ, qui eum quasi acceptissimum sibi misit ad regem Israel. Audivit rex Israel quod missus esset ad eum cujus lepram mundaret, et scidit vestem suam. Tunc Elisæus propheta mandat ei: Quid est quod scidisti vestem, quasi non sit Deus potens, qui mundet leprosum? Mitte illum ad me. Misit illum; cui advenienti ait propheta: <sup>b</sup> Vade in Jordanem, merge, et sanaberis.

14. Ille cœpit cogitare secum et dicere: Hoc est totum? Veni de Syria in terram Judæam, et dicitur mihi: Vade et descende in Jordanem, merge, et sanaberis; quasi flumina meliora non sint in patria mea. Dixerunt ergo ei servi: Domine, quare non facis verbum prophetæ? Magis fac et experire. Tunc

A ille ivit in Jordanem, mergit, et surrexit sanus (*IV Reg. v, 1 et seq.*).

15. Quid ergo significat? Vidisti aquam: sed non aqua omnis sanat (*De Consec., dist. 4, cap. Per aquam, § Non omnis*); sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud consecratio: aliud opus, aliud operatio. <sup>c</sup> Aqua opus est, operatio Spiritus sancti est. Non sanat aqua, nisi Spiritus descenderit, et aquam illam consecraverit; sicut legisti quod cum Dominus noster Jesus Christus formam baptismatis daret, venit ad Joannem, et ait illi Joannes: *Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me!* Respondit illi Christus: *Sine modo. Sic enim decet nos implere* **353** *omnem justitiam* (*Matth. iii, 14, 15*). Vide quia <sup>d</sup> omnis justitia in baptismo constituta est.

B 16. Ergo quare Christus descendit, nisi ut caro ista mundaretur, caro quam suscepit de nostra conditione? Non enim <sup>e</sup> ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit: sed nobis erat necessaria, qui peccato manemus obnoxii. Ergo si propter nos baptismum; nobis forma est constituta, fidei nostræ forma proposita est.

17. Descendit Christus, Joannes astabat qui baptizabat, et ecce quasi columba Spiritus sanctus descendit. Non columba descendit, sed quasi columba. Memento quid dixerim: Christus carnem suscepit, non stetit carnem; sed carnis filius veritatem, <sup>f</sup> veram carnem Christus suscepit: Spiritus autem sanctus non in veritate columbæ, sed in specie columbæ descendit de coelo. Ergo vidit Joannes, et credidit.

C 18. Descendit Christus, descendit et Spiritus sanctus (*De Consec., dist. 4, c. Per aquam, § Descendit*). Quare prior Christus descendit, postea Spiritus sanctus; cum forma baptismatis et usus hoc habeat, ut ante fons consecratur, et tunc descendat qui baptizandus est? Nam ubi primum ingreditur sacerdos, exorcismum <sup>g</sup> facit secundum creaturam aquæ, in-

<sup>a</sup> Erās. et sequentes edit. *transit a terrenis ad cælestia; hoc est enim pascha, id est, transitus*; sic etiam Gratian. nisi quod pro *transit* habet *transitus est*: Amerb. vero, et mss. omnes ut in contextu.

<sup>b</sup> Edit., *Vade, descende in Jordanem.*

<sup>c</sup> *Aqua opus est, operatio Spiritus sancti est*, deerat in antiquis edit. atque in mss. non paucis: sed in edit. Rom. restitutum est, et in mss. pluribus reperitur. Opus autem hoc loco idem est, ac res naturalis seu elementum; nam alias effectum potius significat.

<sup>d</sup> Diximus supra in præfatione hunc locum ex illis esse unum quibus Albertinus minister utitur, ut librum Ambrosii abjiciendum probet. Relata quippe hac ipsa Domini expositione respondit, ita subdit: *At versus Ambrosius variis in locis hanc ipsam responsionem expendens, non sic inepte concludit. In cujus rei probationem locos nonnullos indicat, quorum et hic est ex Apol. David, cap. 8: Ad illud ergo perfectum tota intentione festinat; quo hanc ipsam responsionem expendens, non sic inepte concludit. In cujus rei probationem locos nonnullos indicat, quorum et hic est ex Apol. David, cap. 8: Ad illud ergo perfectum tota intentione festinat; quo hanc ipsam responsionem expendens, non sic inepte concludit. In cujus rei probationem locos nonnullos indicat, quorum et hic est ex Apol. David, cap. 8: Ad illud ergo perfectum tota intentione festinat; quo hanc ipsam responsionem expendens, non sic inepte concludit.*

<sup>e</sup> Gill. in marg. et Rom. edit. in corp., *ablutio peccatorum*. At paulo infra, ubi omnes edit., *baptismi forma est constituta*; mss. præferunt *baptismum*, recentiores *baptismus*, nobis forma est constituta. Vide-

tur autem forma hic intelligi celebrandi sacramenti ratio et ordo, ut etiam infra num. 18.

<sup>f</sup> Edit. cum mss. non paucis, *vere carnem*; ex his tamen aliquot omitunt, *carnem*; reliqui mss. exhibent, *veram carnem*. Rursus continuo post, ubi legebatur in edit. et mss. plurimis, *in specie columbæ, non in veritate columbæ, sed in specie*, etc.; in aliis aliquam multis iisque melioris ævi habetur ut in textu. Cæterum absunt e tractatu de Mysteriis, quæ de carne Dominica hic dicuntur, videnturque ad hæreticos aliquos a quibus ejusdem veritas negaretur, spectare. Quapropter cum verisimile sit jam extinctos fuisse veteres Cerdonis, Marcionisque discipulos, quos Christo Domino carnem plantasticam attribuisse ex Tertull. de Præscript. cap. 5, de Carne Christi cap. 4, et advers. Marcionem, et aliis discere est: crediderimus Auctorem fortassis alludere ad Manichæos vel potius ad Priscilianistas, quippe quo usque ad Leonis Magni tempora superstiti, et atque eandem præcorum istorum hæresiarcharum circa carnem Domini vesaniam tenuisse auctor est idem papa Epist. sua novæ edit. 15, cap. 4.

<sup>g</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *facit, secundo super creaturam aquæ, invocationem postea*, etc.; alii mss. multo plures, *facit secundo creaturam aquæ invocationem, quidam per invocationem*, etc.; e. modius reliqui licet pauciores, ut in contextu.

vocationem postea et precem defert; ut sanctificetur fons, et adsit præsencia Trinitatis æternæ: Christus autem ante descendit, secutus est Spiritus. Qua ratione? Ut non quasi ipse egere Dominus Jesus sanctificationis mysterio videretur: sed sanctificaret ipse, sanctificaret et Spiritus.

19. Ergo descendit in aquam Christus, et Spiritus sanctus sicut columba descendit (*Matth. III, 16*). Pater quoque Deus e cælo locutus est. Habes præsentiā Trinitatis.

#### CAPUT VI.

*In mari Rubro baptismi figuram præcessisse partium singularum accommodatione demonstratur. Idem quoque sed paucioribus verbis, ostenditur in diluvio: post quod absoluto primo sermone, sequens promittitur.*

20. In mari autem Rubro figuram istius baptismatis existisse ait Apostolus dicens: **354** *Quia patres nostri omnes baptizati sunt in nube et in mari (1 Cor. x, 1, 2). Et subdidit: Hæc autem omnia in figura facta sunt illis (Ibid., 6): illis in figura, sed nobis in veritate. Tunc Moyses virgam tenebat, conclusus erat populus Judæorum; instabat Ægyptius cum armis ex una parte, <sup>a</sup> et ex altera parte mari claudebantur Hebræi; neque maria transire poterant, neque in hostem recurrere: murmurare cœperunt (*Exod. xiv, 21 et seq.*).*

21. Vide, non te provocet quia exauditi sunt. Etsi exaudivit Dominus, tamen culpa non carent, qui murmuraverunt. Tuum est ubi constringeris, credere C

Diversitatis autem causam in adverbio *secundum* arithmetica nota in cod. non paucis perperam brevitate sitam fuisse manifestum est. Aiqui *secundum* hic neque numeri neque ordinis adverbium est, sed tantum loci: ac plane idem significat ac prope, sive in proximo, ut pueri norunt. In memorandis autem baptismi ceremoniis non semper cum Sacram. S. Gregorii, neque cum gothico missali congruit, sed magis accedit ad missale vetus Gallic. itemque ad Sacram. etiam Gallic. quod nobis vulgavit Mabillonius. Qua de re jam nos aliquid in Præfatione ad hosce libros. <sup>a</sup> In cunctis edit. et mss. non paucis desiderantur, et ex altera parte: quæ verba e multis cod. aliis restitimus.

A quod evadas, non murmurare: invocare, rogare, non querelam expromere.

22. Tenebat virgam Moyses, et ducebat populum Hebræorum in nocte, in columna lucis, in die in columna nubis. Lux quid est nisi veritas; quia <sup>b</sup> apertum et plenum lumen effundit? Columna lucis quid est, nisi Christus Dominus, qui tenebras infidelitatis depulit, lucem veritatis et gratiæ spiritualis affectibus infudit humanis? At vero columna nubis est Spiritus sanctus. In mari erat populus, et præibat columna lucis: deinde sequebatur columna nubis, quasi umbratio Spiritus sancti. Vides quod per Spiritum sanctum et per aquam typum baptismatis demonstraverit.

23. In diluvio quoque fuit jam tunc figura baptismatis, et adhuc utique non erant mysteria Judæorum. <sup>c</sup> Si ergo hujus baptismatis forma præcessit, vides superiora mysteria Christianorum, quam fuerint Judæorum.

24. Sed interim secundum <sup>d</sup> fragilitatem vocis nostræ, et secundum temporis rationem satis ait hodie etiam de sacro fonte libasse mysteria. Crastina die, si Dominus dederit loquendi potestatem vel copiam, plenius intimabo. [Opus est ut sanctitas vestra aures paratas habeat, promptiorem animum; et ea quæ nos colligere possumus de serie Scripturarum. et vobis intimaverimus, tenere possitis, ut habeatis gratiam Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Cui Trinitati perpetuum est regnum a sæculis, et nunc et semper, et in omnia sæcula sæculorum.]

<sup>b</sup> Mss. nonnulli, *apertum et planum.*

<sup>c</sup> Omnes edit. ac plerique mss., *Sic ergo hujus bapt. forma præcessit. Vides ergo, etc.*; sed omnium antiquissimi nobiscum faciunt.

<sup>d</sup> Hæc de fragilitate vocis querela videtur quidem iis, ut in Præfatione dictum est, nonnihil favere, qui hosce libros Ambrosio assertum eunt: verum e contrario ipsis haud parum adversatur, quod auctor iste suos auditores paulo infra, et lib. vi, cap. 5, compellans, *sanctitas*, inquit, *vestra aures*, etc. Quam locutionem Ambrosianam esse non facile isti probaverint, sicut nec incisas interrogationes passim insertas.

## LIBER SECUNDUS.

### 355. CAPUT PRIMUM.

*Resumit explanationem diluvii, quo figuratum esse asserit verum baptismum; ubi de aliis baptismis pauca subjungit.*

1. In diluvio quoque figuram baptismatis præcessisse hesterno cœpimus <sup>a</sup> disputare. Quid est diluvium (*Gen. vii, 23*), nisi in quo justus ad seminarium justitiæ reservatur, <sup>b</sup> peccatum moritur? Ideo Do-

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *disputare sermone. Nam quid, etc.* Sed nihilo deterius subintelligas *die*, quam *sermone*.

D minus ut vidit hominum pullulare delicta, justum solum cum sua progenie reservavit: aquam autem supra montes quoque exire præcepit. Et ideo in illo diluvio omnis corruptela carnis interiit, sola justus prosapia et forma permansit. Nonne hoc est diluvium, quod est baptismus; quo peccata omnia diluuntur, sola justus mens et gratia resuscitatur?

2. Multa sunt genera baptismatum, sed unum baptismus, clamat Apostolus (*Ephes. iv, 5*). Quare?

<sup>b</sup> Non pauci mss., *peccator moritur. Et infra, sola justitiæ mens.*

Sunt baptismata gentium, sed non sunt baptis-mata. A quia pro te passus est. In ipso redimeris, in ipso salvaberis. Lavacra sunt, baptismata esse non possunt. Caro lavatur, non culpa diluitur; immo in illo lavacro contrahitur. Erant autem baptismata Judæorum, (Marc. vii, 8), alia superflua, alia in figura. Et figura ipsa nobis proficit, quia veritatis est nuntia.

## CAPUT II.

*Piscinæ Probativæ ab angelo commotæ, ac ei qui pri-mus in illam descendisset, sanitatem restituentis; itemque paralytici ad Christum responsio edisserun-tur.*

3. Quid lectum est heri? <sup>a</sup> Angelus, inquit, secundum tempus descendebat in piscinam, et quoties-cumque descendisset angelus, movebatur aqua; et qui prior descendisset, sanabatur ab omni languore quocumque tenebatur. (Joan. v, 4) <sup>b</sup> Quod significat figuram venturam Domini nostri Jesu Christi.

4. Angelus quare? Ipse est enim magni consilii Angelus (Esai. ix, 6). Secundum tempus, quod ad horam novissimam servabatur; ut in occasu ipso diem deprehenderet, et differret occasum. Quoties-cumque ergo descendisset angelus, movebatur aqua. Dicis fortasse: Quare modo non movetur? Audi quare? Signa incredulis, fides credentibus (I Cor. xiv, 22).

5. Qui prior descendisset, sanabatur ab omni infirmitate. Qui est prior, tempore, an honore? Utrum-que intellige. Si tempore, prior qui descendisset, sanabatur ante, hoc est, de populo **356** Judæorum magis quam de populo nationum. Si honore, qui prior descendisset, hoc est, qui haberet Dei metum, studium justitiæ, <sup>c</sup> gratiam charitatis, castitatis affectum; ipse magis sanabatur. Tamen tunc temporis unus sanabatur, tunc, inquam, temporis in figura qui prior descendisset, solus curabatur. Quanto major est gratia Ecclesiæ, in qua omnes salvantur, quicumque descendant?

6. Sed videte mysterium. Venit Dominus noster Jesus Christus ad piscinam, multi ægri jacebant. Et facile ibi multi ægri jacebant, ubi unus tantummodo curabatur. Deinde <sup>d</sup> ait ad illum paralyticum: *Descende.* Ait ille: *Hominem non habeo* (Joan. v, 7). Vide ubi baptizaris. Unde sit baptismum, nisi de cruce Christi, de morte Christi? Ibi est omne mysterium,

<sup>a</sup> Hanc Evangelii lectionem intra paschalem octavam recitari consuevisse nulla liturgia, nec sacramentarium tradit. Hoc tamen forsitan innuitur in lib. de Mysteriis, ubi dicitur: *Ideo tibi dictum est, quia angelus Domini descendebat*, etc. Sed peculiaris hic usus esse potuit quarundam Ecclesiarum, vel inseri hæc verba baptismali cuiuspiam precectioni: et tunc dicendum esset ipso die paschatis habitum fuisse eundem sermonem, cui opinioni favere potest, quod in Gallensi cod. prænotatur: *Incipit prima die in pascha.*

<sup>b</sup> Ita vet. edit. ac plerique mss. alii etiam non pauci, *Quod significat figura ventura Domini*, etc.: quæ lectio non omnino respuenda est, modo figura in sexto casu, et ventura in quarto plurali accipiatur. Sententiam vero mutavit edit. Rom. in hunc modum: *Quod in figuram venturi D. N. J. C. fiebat*: aperto sensu. Veruntamen auctoritate ac numero mss. ad-ducimur, ut antiquam lectionem præhabentes eodem

modo interpretemur, *quod significat, vel ut edit., significabat, figuram venturam D. N.*; quasi scriberetur, quod significabat præsentiam venturam D. N.: figura enim ac species plerumque inter se confunduntur, et speciem pro ipsa re seu exteriori rei conspectu sumi et supra ex Ambrosio annotavimus et ex variis Scripturæ locis asseri potest. Non tamen disimulandum est haberi in uno cod. Vat., *figuram venturi*, etc., haud incommode.

7. *Hominem, inquit, non habeo*; hoc est, quia per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum (I Cor. xix, 21). Non poterat descendere, non poterat salvari, qui non credebatur quod Dominus noster Jesus carnem suscepisset ex Virgine. Illic autem qui opperiebatur mediatorem Dei et hominum, hominem Jesum Christum, exspectans eum de quo dictum est: *Et mittet Dominus hominem qui salvos faciat eos* (Esai. xix, 4); dicebat: *Hominem non habeo*; et ideo ad sanitatem meruit pervenire, quia credebatur in advenientem. Melior tamen et perfectior fuisset, si credidisset jam venisse quem sperabat esse venturum.

## CAPUT III.

*B Nonnullis ex historia Naaman enarratis, alias aliquot ejusdem sacramenti figuras præstringit.*

8. Nunc vide singula. Diximus figuram præces-sisse in Jordane, quando Naaman leprosus ille mundatus est. Puella illa ex captivis (IV Reg. v, 5) quæ est, nisi quæ speciem habebat Ecclesiæ, et figuram representabat? Captivus enim erat populus nationum, captivus erat, non dico captivitatem <sup>e</sup> sub hoste aliquo populo constitutam: sed eam captivitatem dico quæ major est, quando diabolus cum suis sæve dominatur imperio, et captiva sibi colla subjicit peccatorum.

9. Ergo habes unum baptismum, aliud in diluvio, habes tertium genus, quando in mari Rubro baptizati sunt patres, habes quartum genus in piscina, quando movebatur aqua. Nunc te consulo utrum credere debeas quia habes **357** præsentiam Trinitatis in hoc baptismo, <sup>f</sup> quo baptizatur in Ecclesia.

## CAPUT IV.

*Alias duas baptismatis figuras; in ferro quod ad preces Elisæi natabit, nec non in fonte qui, misso ligno, dulcis factus est, proponit Auctor.*

10. Idem itaque Dominus noster Jesus Christus in Evangelio suo dicit ad Apostolos: *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (Matth. xxviii, 19) Sermo hic Salvatoris est.

11. Dic mihi, o homo! Invocavit Elias de cælo ignem, et descendit ignis de cælo (III Reg. xviii, 38).

modo interpretemur, *quod significat, vel ut edit., significabat, figuram venturam D. N.*; quasi scriberetur, quod significabat præsentiam venturam D. N.: figura enim ac species plerumque inter se confunduntur, et speciem pro ipsa re seu exteriori rei conspectu sumi et supra ex Ambrosio annotavimus et ex variis Scripturæ locis asseri potest. Non tamen disimulandum est haberi in uno cod. Vat., *figuram venturi*, etc., haud incommode.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *gratiæ charitatem.*

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *ait ad paralyticum: Vis sanus fieri? At ille: Hominem, etc.* Ex hoc autem loco contra auctorem hujus operis objectionem consilari in Præfatione diximus, quam consule.

<sup>e</sup> Nonnulli mss., *sub hoste aliquo populo constituto*; reliqui et omnes edit. ut in textu, nisi quod in Rom. vox populo jugulata est.

<sup>f</sup> Mss. Clarom., *quod baptizat Christus*; alii nonnulli, *quod baptizat Ecclesia.*

Invocavit Elisæus Domini nomen, et de aqua ferrum A  
securis ascendit quod demersum fuerat (IV Reg. vi,  
6). Ecce aliud genus baptismatis. Quare? Quia om-  
nis homo ante baptismum quasi ferrum premitur  
atque demergitur: ubi baptizatus fuerit, non tam-  
quam ferrum, sed tamquam jam levior fructuosi li-  
guli species elevatur. Ergo et hic figura altera. Secu-  
ris erat qua cædebantur ligna. Cecidit manubrium de  
securi, hoc est, ferrum demersum est. Filius pro-  
phetæ nescivit quid faceret: sed hoc solum scivit,  
ut rogaret Elisæum prophetam, et remedium postu-  
laret. Tunc ille lignum misit, et ferrum levatum est.  
Vides ergo quod in cruce Christi omnium hominum  
levatur infirmitas?

12. Aliud, etsi non ordinem tenemus; quis enim  
possit omnia gesta comprehendere Christi? sicut  
apostoli dixerunt (Joan. xxi, 25). Moyses cum venis-  
set in desertum, et sitisset populus, et venisset ad  
Merrha fontem, et bibere <sup>a</sup> vellet aquam: quia ubi  
primum hausit, amaritudinem sensit, et cœpit bibere  
non posse; ideo Moyses misit lignum in fontem, et  
cœpit aqua quæ antea erat amara, dulcescere  
(Exod. xv, 25 et seq.)

13. Quid significat, nisi quia omnis creatura cor-  
ruptelæ obnoxia, aqua amara est omnibus. Etsi ad  
tempus suavis est, etsi ad tempus jucunda; amara  
tamen est, quæ non potest auferre peccatum. Ubi  
biberis, sities: ubi potus cœperis suavitatem, iterum  
amaritudinem senties. Amara ergo aqua: sed ubi cru-  
cem Christi, ubi acceperis cœleste sacramentum, in-  
cipit esse dulcis et suavis: et merito dulcis, <sup>b</sup> in qua  
culpa revocatur. Ergo si in figura tantum valuerunt  
baptismata, quanto amplius valet. baptisma in veri-  
tate?

#### CAPUT V.

*Ad preces sacerdotis adesse Trinitatem et colligit e su-  
perioribus, et ex figuris corporeis quibus in Christum  
atque in discipulos Spiritus sanctus illapsus dicitur,  
confirmat.*

14. Nunc ergo consideremus. Venit sacerdos (De  
Consec., dist. 4, cap. Venit sacerdos); precem dicit ad  
fontem, invocat. **350** Patris nomen, præsentiam  
Filii et Spiritus sancti: utitur verbis, <sup>c</sup> cœlestibus.  
Cœlestia verba quæ? Christi sunt, quod baptizemus  
in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Si ergo  
ad hominum sermonem, ad invocationem sancti ad-  
erat præsentia Trinitatis, quanto magis ibi adest,  
ubi sermo operatur æternus? Vultis scire quia de-  
scendit Spiritus? <sup>d</sup> Audisti quia quasi columba de-

<sup>a</sup> Ita mss. prope ad usum: edit. autem, *vellet, aquam ubi primum hausit, et amaritudinem sensit, et cœpit, etc.* Unde tamen Rom. deletit ultimum et. In-  
fra vero eadem sola post voces *corruptelæ obnoxia*,  
subiunxit, ut: *Marath.*

<sup>b</sup> M-s. aliquot, *in qua culpa revocatur*; cæteri ac  
vet. edit. *in aqua*, nisi quod nonnulli pro *in qua*  
corrupte habent, *in aqua vel in aquam*: at Rom. edit.  
pro *revocatur*, posuit *devoratur*.

<sup>c</sup> Non pauci mss., *cœlestibus, quæ Christi sunt*:  
reliqui et edit. vet. ut in corpore: Rom. vero, *cœ-*

scendit (Matth. iii, 16). Quare quasi columba? Ut in-  
creduli vocarentur ad fidem. In principio signum  
debuisset esse, in posterioribus debet esse perfectio.

15. Accipe aliud: <sup>e</sup> Post mortem Domini nostri  
Jesu Christi apostoli erant in uno loco, et orabant in  
die pentecostes; et subito factus est magnus sonus,  
quasi cum vi magna Spiritus ferretur, et visæ sunt  
linguæ dispersæ, sicut ignis (Act. ii, 2, 3). Quid  
hoc significat, nisi descensum Spiritus sancti, qui se  
voluit incredulis etiam corporaliter demonstrare,  
hoc est, corporaliter per signum, spiritualiter per sa-  
cramentum? Ergo manifestum testimonium ejus ad-  
ventus, nobis autem fidei jam prærogativa defertur;  
quia in principio signa incredulis fiebant, nobis jam  
in plenitudine Ecclesiæ <sup>f</sup> non signo, sed fide veritas  
colligenda est.

#### CAPUT VI.

*Cum in homines mortis sententia propter peccatum lata  
fuisse, baptismus ad eosdem resuscitandos inventus  
œstruitur.*

16. Nunc disputemus quid sit quod dicitur bap-  
tisma. Venisti ad fontem, descendisti in eum, atten-  
disti summum sacerdotem, levitas et presbyterum  
in fonte vidisti. Quid est baptismum?

17. In principio Deus noster hominem fecit, ut si  
peccatum non gustaret, morte non moreretur. Pecca-  
tum contraxit, factus est obnoxius morti, ejectus est  
de paradiso. Sed Dominus qui sua vellet beneficia  
permanere, et insidias omnes abolere serpentis, re-  
scindere quoque omne quod nocuit; primum quidem  
sententiam tulit in hominem: *Terra es, et in terram  
ibis* (Gen. iii, 19); et morti hominem fecit obnoxium.  
Erat divina sententia, solvi humana conditione non  
poterat. Remedium datum est, ut homo moreretur,  
et resurgeret. Quare? Ut illud quod ante damnatio-  
nis loco cesserat, loco cederet beneficium. Quid illud  
est nisi mors? Quæris quomodo? Quia mors inter-  
veniens finem facit peccati. Quando enim morimur,  
utique peccare desistimus. Satisfactum ergo senten-  
tiæ videbatur, quia homo qui factus fuerat ut vive-  
ret, si tamen non peccaret, incipiebat mori. Sed ut  
Dei perpetua gratia perseveraret, mortuus est homo:  
sed Christus invenit resurrectionem, id est, ut re-  
dintegraret cœleste beneficium, quod fraude fuerat  
serpentis amissum. Utrumque ergo **359** pro nobis:  
quia et mors finis est peccatorum, et resurrectio na-  
tura est reformatio.

18. Verumtamen ne in hoc sæculo diaboli fraus  
vel insidiæ prævalerent, inventum est baptisma. De

*lestibus. Cœlestia verba quæ sunt? At in antiqua le-  
ctione nihil mutandum, præter punctuationem, quæ  
tamen retineri potest, modo verbum sunt semel sup-  
pleas in hanc formam, Cœlestia verba sunt, quæ  
Christi sunt, etc.*

<sup>d</sup> Edit., *Audite quia quasi, etc.*

<sup>e</sup> Quidam mss., *post ascensionem Domini, etc.*

<sup>f</sup> Vet. edit. ac mss. aliquot, *non signa, sed fide*;  
Rom. edit., *non signa sed fidei*; melius mss. complu-  
res, *non signo, etc.*: quæ Latini quoque conjectura  
est.

quo baptisate audi quid dicat Scriptura, immo Filius Dei, quia Pharisæi qui noluerunt baptizari baptismum Joannis, consilium Dei spreverunt (*Luc. vii, 30*). Ergo baptismum consilium Dei est. Quanta est gratia, ubi est consilium Dei?

19. Audi ergo: nam ut in hoc quoque sæculo nexus diaboli solveretur, inventum est quomodo homo vivas moreretur, et vivus resurgeret. Quid est <sup>a</sup> vivus? Hoc est vita corporis vivens, cum veniret ad fontem, et mergeretur in fontem. <sup>b</sup> Quid est aqua, nisi de terra? Satis est ergo sententiæ cœlesti sine mortis stupore. Quod mergis, solvitur sententia illa: *Terra es, et in terram ibis* (*Gen. iii, 19*); impleta sententia, locus est beneficio remedioque cœlesti. Ergo aqua de terra, possibilitas autem vitæ nostræ non admittebat ut terra operiremur, et de terra resurgeremus. Deinde non terra lavat, sed aqua lavat; ideo fons quasi sepultura est.

#### CAPUT VII.

*Tripticiæ interrogationis et immersionis exemplum in trina responsione Petri existitisse. Quare cum tota Trinitas peccata dimittat, dicitur unum nomen esse in quo salvari nos oportet; et qua ratione Christo in baptismo commoriamur, atque ungamur in vitam æternam?*

20. Interrogatus <sup>c</sup> es: Credis in Deum Patrem omnipotentem? Dixisti: Credo, et mersisti, hoc est, sepultus es. Iterum interrogatus es: Credis in Dominum nostrum Jesum Christum, et in crucem ejus? Dixisti: Credo, et mersisti; ideo et Christo es consepultus: quæ enim Christo consepelitur, cum Christo resurgit. Tertio interrogatus es: Credis et in Spiritum sanctum? Dixisti: Credo, tertio mersisti? ut multiplicem lapsum superioris ætatis absolveret trina confessio.

21. Denique ut vobis asseramus exemplum, sanctus apostolus Petrus posteaquam in passione **360** Domini lapsus videretur infirmitate conditionis humanæ; <sup>d</sup> qui antea negaverat, postea ut illum lapsum aboleret et solveret, tertio interrogatur a Christo, si Christum amaret; tunc ille dicit: *Tu nosti,*

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *vivus moreretur, et vivus resurgeret.*

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *Ergo aqua est terra.*

<sup>c</sup> Cum formæ a sacerdote pronuntiata: hic mentio non fiat, ambigere aliquis possit, num ipsius vicem ternæ illæ suppleverint interrogationes ac responsiones. Verum eam non fuisse prætermittam auctor infra satis indicat, ubi ait: *In uno autem nomine baptizari nos jussit, hoc est, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, etc.* Dicendum igitur non interpositas singulis immersionibus singulas interrogationes, sed omnes eisdem simul præmissas esse; quemadmodum fieri consuevisse discimus e Sacram. Gregor., Ordine Rom., Sacram. et Liturg. Gallic., Tertull. adv. Praxeam, Cyrillo Hieros. Catech. Mystag. 2, compluribusque aliis. Quocirca nihil aliud hoc loco designatur, nisi easdem interrogationes ac mersiones respondere sibi mutuo, non quidem celebrandi ordine, sed celebrantium, ut sic loquamur, intensione.

<sup>d</sup> Rom. edit., *quia ter negaverat.*

<sup>e</sup> Clarom. cod., *accipe sacramenta.* Et post pauca

*Domine, quia amo te* (*Joan. xxi, 15 et seq.*). Tertio dixit, ut tertio absolveretur.

22. Sic ergo peccatum dimittit Pater, sicut dimittit Filius, sic et Spiritus sanctus. In uno autem nomine baptizari nos jussit, hoc est, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Noli mirari quia dixit unum nomen ubi est, una substantia, una divinitas, una majestas. Hoc est nomen de quo dictum est: *In quo oportet omnes salvos fieri* (*Act. iv, 12*) In hoc nomine omnes salvati estis, redditi estis ad gratiam vitæ.

23. Clamat ergo Apostolus, sicut audistis in lectione præsentis: *Quoniam quicumque baptizatur, in morte Jesu baptizatur* (*Rom. vi, 3 et eq.*). Quid est in morte? Ut quomodo Christus mortuus est, sic et tu mortem degustes: quomodo Christus mortuus est peccato, et Deo vivit; ita et tu superioribus illecebris peccatorum mortuus sis per baptismatis sacramentum, et surrexeris per gratiam Christi. Mors ergo est, sed non in mortis corporalis veritate, sed in similitudine; cum enim mergis, mortis suscipis et sepulturæ similitudinem: crucis illius <sup>e</sup> accipis sacramentum, quod in cruce Christus pependit, et clavis confixum est ejus corpus. Tu ergo cum crucifigeris, Christo adhæres, clavis Domini nostri Jesu Christi adhæres; ne te diabolus possit abstrahere. Teneat te clavus Christi, quem revocat humanæ conditionis infirmitas.

24. Ergo mersisti (*De Consec. dist. 4, cap. Mersisti*), venisti ad sacerdotem: quid tibi dixit? <sup>f</sup> Deus, inquit, Pater omnipotens qui te regeneravit ex aqua et Spiritu sancto, concessitque tibi peccata tua, ipse te ungat in vitam æternam. Vide ubi unctus es: in vitam, inquit, æternam. Noli hanc vitam <sup>g</sup> illi vitæ anteferre. Verbi gratia, si exurgat inimicus aliquis, si velit tibi fidem tuam auferre, si minatur mortem, ut prævaricaretur quisquam, vide quid eligas: <sup>h</sup> noli eligere illud in quo non es unctus, sed elige illud in quo unctus es; ut vitam æternam vitæ præferas temporali. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

pro Christo adhæres, legit *Christo aderis*, forte *adderis*, id est, adjungeris.

<sup>f</sup> Hæc oratio in Sacram. Gregor. et Gallic. nec non in Missali quoque veteri Gallic. reperitur. Ex qua patet formam confirmationis, si tamen de illa hic agitur, deprecativam esse: quod etiam probare licet ex Tertull. lib. de Baptismo, ex Cypriano epist. 73, ex Hieron. Dial. advers. Lucif., August. lib. xv de Trinit., Isidoro lib. ii. de Offic. cap. 26, et lib. vi. Origin. cap. ult. atque aliis.

<sup>g</sup> Lat. Latinius conjicit legendum, *ulli vitæ*: sed quorsum ea mutatione opus sit, non videmus.

<sup>h</sup> Mss. prope universi, omissis *in quo non est unctus*, et postremis illis *per Christum*, etc., locum sic habent: *Noli eligere; Benig., negligere, illud: sed elige in quo unctus es, vitam, etc.* Sed cum lectionem nostram cod. Clarom. cunctæque edit. præferant, credibile est hic lacunam esse scriptoris veteris alicujus exemplaris, unde transcripti alii fuerunt, ascribendam.

## LIBER TERTIUS.

## 361 CAPUT PRIMUM.

Quare in baptismo demersi ac vivificati recipiant unguentum in capite, et quid sit regeneratio : qua ratione etiam nos piscis in mari sæculi hujus imitari naturam oporteat ? Item de mysterio lotionis pedum, cujus licet usus in Ecclesia Romana non obtineat, utilitas haud parva declaratur.

1. Hesterno <sup>a</sup> die de fonte disputavimus, cujus species veluti quædam sepulcri forma est ; in quem, credentes in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, recipimur et demergimur et surgimus, hoc est, resuscitatur. Accipis autem <sup>b</sup> *μύρον*, hoc est, unguentum supra caput (*De Consec. dist. 8, c. Accepisti myst.*). Quare supra caput ? Quia sensus sapientis in capite ejus, Salomon ait (*Eccles. 11, 14*) ; friget enim sapientia sine gratia : <sup>c</sup> sed ubi gratiam acceperit sapientia, tunc opus ejus incipit esse perfectum. Hæc regeneratio dicitur.

2. Quid est regeneratio ? Habes in Actibus apostolorum (*Act. XIII, 33*), quod ille versiculus qui dicitur in psalmo secundo : *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, ad resurrectionem spectare videatur. Namque sanctus <sup>d</sup> apostolus Petrus in Actibus apostolorum sic interpretatus est, quod tunc quando resurrexit Filius a mortuis, Patris vox resultaverit : *Filius meus es tu, ego hodie genui te* (*Psal. 11, 7*). Unde et primogenitus a mortuis dicitur. Ergo resurrectio quid est, nisi quando de morte ad vitam resurgimus ? Sic ergo et in baptismo, quoniam similitudo mortis est, sine dubio dum mergis et resurgis, similitudo fit resurrectionis. Recte itaque secundum interpretationem apostoli Petri sicut illa resurrectio regeneratio fuit, ita et ista resurrectio regeneratio est.

3. Sed quid dicis quia in aquam mergis ? Ideo peregrinans, ideo te dubitatio tenet ? Legimus quidem :

<sup>a</sup> Vocula *die* in mss. prope omnibus desideratur ; sed exstat in edit. omnibus : quod autem Rom. edit. *xpi de fonte*, subjunxerat *baptismatis*, id sine cujusquam suffragio fecerat.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac mss. longe plurimi, *mysterium, hoc est, unguentum* ; Gemel., Pratell. Cœnom. ac Teller. 1. præferunt partim *murrum*, partim *myrrum*, etc. Sed legendum *μύρον* eamque germanam lectionem esse nemo cordatus ibi indicias. At infra pro *sed ubi gratiam*, etc., mss. non pauci locum ita contrahunt : *sed ubi gratia cœperit esse perfecta, hæc regeneratio dicitur.*

<sup>c</sup> Mss. non pauci, *sed ubi gratia cœperit esse perfecta, hæc regeneratio dicitur.*

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, *apostolus Paulus*. Et iterum sub finem hujus num., *interpretationem Apostoli sicut illa*, etc. Sed memorie lapsus malum auctori attribueret, quam corruptos omnes et mss. et vet. edit. existimare. Continuo vero post ubi omnes edit. ac mss. aliquot, *sicut illa resurrectio generatio fuit*, plures ac potiores habent, ... *regeneratio fuit*. Alteram autem partem mss. non pauci invertunt hoc modo, *ita et ista regeneratio resurrectio est* ; reliqui et cuncta : edit. ut in textu.

A *Producat terra ex se fructum germinantem* (*Gen. 11, 11*). Similiter et de aquis legisti : *Producant aquæ animalia* (*Ibid, 20*), et nata sunt animalia. Illa quidem in principio creaturæ : sed tibi reservatum est, **362** ut aqua te regeneret ad gratiam, sicut alia generavit ad vitam. Imitare illum piscem qui minorem quidem adeptus est gratiam ; tamen debet tibi esse miraculo. In mari est, et super undas est : in mari est, et super fluctus natat. In mari tempestas furit, stridunt procellæ : sed piscis natat, non demergitur ; <sup>e</sup> quia natare consuevit. Ergo et tibi hoc sæculum mare est. Habet diversos fluctus, undas graves, sevas tempestates. Et tu esto piscis, ut sæculi te unda non mergat. Pulchre autem Pater dicit ad Filium : *Ego hodie genui te* (*Psal. 11, 7*), hoc est, quando B redemisti populum, quando ad cœli regnum vocasti, quando implesti voluntatem meam, probasti meum esse te Filium.

4. Ascendisti de fonte, quid secutum est ? Audisti lectionem. <sup>f</sup> Succinctus summus sacerdos, licet enim et presbyteri fecerint, tamen exordium ministerii a summo est sacerdote. Succinctus, inquam, summus sacerdos pedes tibi lavit. Quod est istud mysterium ? Audisti utique quia Dominus cum lavisset discipulis aliis pedes, venit ad Petrum, et ait illi Petrus : *Tu mihi lavas pedes* (*Joan. XIII, 8*) ? Hoc est, tu dominus servo lavas pedes ? tu immaculatus mihi lavas pedes ? tu auctor cœlorum mihi lavas pedes ? Habes hoc et alibi : *Venit ad Joannem, et ait illi Joannes : Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me* (*Matth. III, 14*) ? Ego sum peccator, et tu venis ad me peccatorem, ut tua quasi peccata deponas, qui peccatum non feceris ? Vide omnem justitiam, vide humilitatem, vide gratiam, vide sanctificationem : *Nisi laveris, inquit, tibi pedes, non habebis mecum partem.*

5. Non ignoramus quod <sup>g</sup> Ecclesia Romana hanc

<sup>e</sup> Clarom. cod., *quia natura consuevit*. Hic autem locus ex illis unus est, quem subsannarunt heterodoxi. Sed illi discant ab Augustino Dei opera communia et quotidiana admirationem per se tantam mereri, quantam maxime extraordinaria.

<sup>f</sup> Gill. et Rom. edit., *Succinctus est summus sacerdos*. Amerb. et Eras., *Succinctus est sacerdos* : cuncti autem mss. omittunt verbum *est*, plurimi etiam in quibus et antiquissimi adjectivum hic atque infra *summus* et *summo* non agnoscunt. Attamen usitatum erat istis sæculis, ut episcopus summi sacerdotis, ac episcopatus summi sacerdotii nomine vocarentur. D Primi exempla in Exposit. *Psal. cxviii, serm. 2, et lib. de Mysteriis cap. 2, num. 6*, præbet Ambrosius : secundi probatio est in ejus vita apud Paulinum ; hic enim ait : *Flebat amarissime quotiescumque forte nuntiatum illi fuerat de cujuscumque obitu sacerdotis... quia difficile esset invenire virum, qui summo sacerdotio dignus haberetur*. Iterum autem hoc ipso loco, ubi omnes edit. pluresque mss., *exordium ministerii*, alii mss. exhibent, *consummatio ministerii*. Minus commode.

<sup>g</sup> Quæ de hoc ritu lib. de Mysteriis cap. 6. memorantur, hoc loco explicantur paulo fusius. Etenim

consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus A sequimur et formam : hanc tamen consuetudinem non habet, ut pedes lavet. Vide ergo, forte propter multitudinem declinavit. Sunt tamen qui dicant et excusare conentur, quia hoc non in mysterio faciendum est, non **363** in baptismo, non in regeneratione : sed quasi hospiti pedes lavandi sint. Aliud est humilitatis, aliud sanctificationis. Denique audi quia "mysterium est et sanctificatio : *Nisi laveris tibi pedes, non habebis mecum partem* (Joan. XIII, 8). Hoc ideo dico, non quod alios reprehendam, sed mea officia ipse commendem. In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam : sed tamen et nos homines sensum habemus ; ideo quod alibi rectius servatur, et nos rectius custodimus.

6. Ipsum sequimur apostolum Petrum, ipsius in hæremus devotioni. Ad hoc Ecclesia Romana quid respondet ? Utique ipse auctor est nobis hujus assertionis Petrus apostolus, qui sacerdos fuit Ecclesie Romanæ. Ipse Petrus ait : *Domine, non solum pedes, sed etiam manus et caput* (Ibid., 9). Vide fidem. Quod ante excusavit, humilitatis fuit : quod postea <sup>b</sup> obtulit, devotionis et fidei.

7. Respondit illi Dominus, quia dixerat manus et caput : *Qui lavit, non necesse habet iterum lavare, nisi ut solos pedes lavet* (Ibid., 10). Quare hoc ? Quia in baptismo omnis culpa diluitur. Recedit ergo culpa : sed quia Adam supplantatus a diabolo est (Gen. III, 6), et venenum ei effusum est supra pedes, ideo lavas pedes ; ut in ea parte in qua insidiatu est serpens, majus subsidium sanctificationis accedat, quo postea te supplantare non possit. Lavas ergo pedes, ut laves venena serpentis. Ad humilitatem quoque proficit, <sup>c</sup> ut in mysterio non erubescamus, quod dedignamur in obsequio.

## CAPUT II.

*Baptizatum consignari Spiritu sancto, ad quem cum*

istius instituti causam, nimirum Dominicæ humilitatis quæ in præmissa Evangelii lectione proposita fuerat, imitationem, ejusdemque veluti proprium effectum, scilicet concupiscentiæ debilitationem, perstrinxisse auctor minime contentus, præterea non ordinem solum quo ab episcopo presbyterisque perficiebatur, aperit, verum etiam confutat Rom. Ecclesiam, in qua ille mos non servabatur. Cæterum interpretationem illam qua Romani locum evangelicum de lavandis peregrinorum pedibus asseriebant intelligendum, haud eo sensu ab aliis admissam constat, ut eam putarent in baptismo omitti posse, sed ut baptizatis imponeretur pedes peregrinorum lavandi necessitas. Vide in Append. serm. S. August. pag. 288, tertium ex illis quos e cod. Remig. sub Augustini titulo Sirmondus ediderat ; item Cæsarii sermonem qui ejusdem Append. 257 numeratur ; sicut et alios duos Anonymi ibidem editos, nempe 149 et 158, quorum prior eidem lotioni non modo leviam, sed lethalia quoque peccata remittendi vim attribuit. Porro consuetudinem pedum in baptismo eluendorum in Gallicanis ecclesiis etiam obtinuisse discimus e Missalibus Gothico pag. 249, et Gallicano veteri pag. ...., quæ Mabillonius noster evulgavit. Ab his quoque non abluunt aliud Missale in *Itinere Italico* ab eodem editum, nisi quod eandem ablutionem collocat post datam vestem candidam. Hæc autem ablutio

*Aspectent omnes virtutes, quodam tamen præcipuo jure septem pertinent : eidem baptizato ubi ad altare accesserit, oculos cæci in Joannis Evangelio descripti instar, luto liniri, per quod peccatorum confessio significatur : quo loco iis qui peccatores esse se negant, confutatis, oculos hac impositione luti ad videnda spiritalia aperiri demonstrat.*

8. Sequitur spiritale signaculum quod audistis hodie legi (De Consec., dist. 4, c. Accepisti, § Sequitur) ; quia post fontem superest ut perfectio fiat ; quando ad invocationem sacerdotis Spiritus sanctus infunditur, Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii atque virtutis, Spiritus cognitionis atque pietatis, Spiritus sancti timoris : <sup>d</sup> septem quasi virtutes Spiritus (Esai. XI, 2).

9. Et omnes quidem virtutes ad Spiritum pertinent : sed istæ quasi cardinales sunt, quasi principales. Quid enim tam principale, quam pietas ? **364** quid tam principale, quam cognitio Dei ? quid tam principale, quam virtus ? quid tam principale, quam consilium Dei ? quid tam principale, quam timor Dei ? sicut timor sæculi infirmitas, ita timor Dei magna est fortitudo.

10. Istæ sunt septem virtutes quando consignaris. Nam ut ait Apostolus sanctus : *Quia multiformis est, inquit, sapientia Dei nostri* (Ephes. III, 10). Et ut multiformis est sapientia Dei, ita multiformis est Spiritus sanctus, qui habet diversas variasque virtutes. Unde et Deus virtutum dicitur : quod aptari potest Patri et Filio et Spiritui sancto. Sed hoc alterius disputationis, alterius est temporis.

11. Post hæc quid sequitur ? Venire habes ad altare (Ps. LXXX, 5). <sup>e</sup> Quoniam venisti, videre habes quæ ante non videbas, hoc est, mysterium quod legisti in Evangelio ; si tamen non legisti, certe audisti. Cæcus obtulit se Salvatori ut curaretur : et ille qui alios verbo tantum et sermone curabat, et

cum aliquamdiu viguisset in Hispania, a conc. Eliber. can. 48 sublata est. Quod ad Africanam Ecclesiam August. epist. 54, num. 40, et epist. 55 num. 35, non pauca tradit quæ spectant ad eandem ceremoniam : ex quibus quantum Ecclesia illa ab Ambrosiana vel Gallicana in hoc dissideret, cognoscere est. Berosus in Ceremoniali Ambrosiano ejusdem usum lotionis quo tempore scribebat, necdum intercidisse testificatur.

<sup>a</sup> Mss. Clarom., *mysterium est sanctificationis.*

<sup>b</sup> Omnes edit., *se obtulit* ; omnes mss., *obtulit*, supple *pedes*, etc. Ibid. etiam, ubi cunctæ edit. ac plures mss., *devotionis et fidei*, alii nonnulli præferunt, *devotio fidei.*

<sup>c</sup> Clar. cod., *ut in ministerio non erubescas* : continuo vero post *pro quod non dedignamur*, ut erat in omnibus edit. et ms. Clarom., sublata negatione in mss. legimus, *quod dedignamur*. Et hauc veram lectionem esse perspicuum est.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *septem virtutes quasi septem spiritus.*

<sup>e</sup> Ita edit. omnes et mss. plerique : duo tamen legunt, *qui modo venisti* ; alii totidem, *quo ante non venisti*. Quæ lectio multum arridet. Infra vero ubi edit. ac plures mss., *si tamen non legisti*, negatio non desideratur in mss. haud paucis. Postremo quod subjicitur de cæco, id in libello de Mysteriis plane retinetur.

refundebat imperio lumen oculorum ; tamen in libro Evangelii qui scribitur secundum Joannem, qui vere præ cæteris vidit magna mysteria, et designavit, et declaravit ; mysterium hoc in illo voluit præfigurare. Omnes quidem sancti evangelistæ, omnes apostoli præter proditorem, omnes sancti ; tamen sanctus Joannes qui ultimus scripsit Evangelium, quasi necessarius requisitus et electus a Christo, majore quadam tuba fudit æterna mysteria. Quidquid locutus est, mysterium est. Alius dixit cæcum curatum, dixit Matthæus, dixit Lucas, dixit Marcus : solus Joannes quid ait ? *Tulit lutum, et linivit super oculos ejus, et dixit ei<sup>a</sup> : Vade in Siloam. Et exurgens ivit, et lavit, et venit videns (Joan. ix, 6, 7).*

12. Considera et tu<sup>b</sup> oculos cordis tui. Videbas quæ corporalia sunt, corporalibus oculis : sed quæ sacramentorum sunt, cordis oculis adhuc videre non poteras. Ergo quando<sup>c</sup> dedisti nomen tuum, tulit lutum, et linivit super oculos tuos. Quid significat ? Ut peccatum tuum fatereris, ut conscientiam tuam recognosceres, ut pœnitentiam ageres delictorum, hoc est, sortem humanæ generationis agnosceres. Nam etiamsi non constet peccatum, qui venit ad baptismum, tamen hoc ipso implet confessionem omnium peccatorum, quod baptizari petit, ut justificetur, hoc est, ut a culpa ad gratiam transeat.

<sup>a</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *Vade, lava in Siloam. Et post pauca, oculis cordis tui* : utrobique autem alii mss. multo plures ac probatiores, ut in contextu.

<sup>b</sup> Edit., *oculis cordis tui.*

<sup>c</sup> Nomen suum catechumeni dabant ad baptismum, qui in competentium ordinem admittebantur. Quod autem addit de contendis priusquam baptizarentur, peccatis ; eam olim fuisse consuetudinem observatum est in Expos. Evang. sec. Lucam, lib. vi, col. 1385. Et hinc intelligi potest Ambrosiani ingenii non omnino esse, quod auctor eam confessionem omnino posse infra significat. Nam quamvis vera sit illa opinio, quemadmodum post doct. Angelicum in p., q. 8, art. 6, docent theologi ; Ambrosium tamen qui ex usu veterum aliorum Patrum ad hujusmodi præparationem suos hortari consueverat, aliquid dicturum unde ab eadem avocari possent, non admodum lit

13. Nolite otiosum putare. Sunt quidam, scio certe aliquem fuisse qui diceret, cum illi diceremus : In hac ætate magis baptizari debes, dicebat ille : Quare baptizor ? Peccatum non habeo. **365** Numquid peccatum contraxi ? Hic lutum non habuit, quod ei Christus<sup>d</sup> non leverat, hoc est, non ei aperuerat oculos ; nullus enim homo sine peccato.

14. Ergo agnoscit se hominem, qui confugit ad baptismum Christi. Itaque et tibi imposuit lutum, hoc est, verecundiam, prudentiam, considerationem fragilitatis tuæ ; et dixit tibi : *Vade in Siloam. Quid est Siloas ? Quod interpretatur, inquit, missus, hoc est : Vade ad illum fontem in quo crux Domini prædicatur : vade ad illum fontem in quo omnium Christus redemit errores.*

**366** 15. Isti, lavisti, venisti ad altare, videre cœpisti, quæ ante non videras ; hoc est, per fontem Domini et prædicationem Dominicæ passionis tunc aperti sunt oculi tui : qui ante corde videbaris esse cæcatus, cœpisti lumen sacramentorum videre. Ergo, fratres dilectissimi, venimus usque ad altare, ad tractatum uberiores. Et ideo<sup>e</sup> quia id temporis est, disputationem integram non possumus incipere : quia prolixior tractatus est, satis sit quod dictum est hodie ; et crastina die, si Domino placet, de sacramentis ipsis tractabimus.

**C** credibile. Immo vero cum sensus totius loci is videatur, tingendos non alio modo peccata sua confiteri solitos, quam quod confugiendo ad remedium, ægrotos se atque sancios tacita quadam et implicita confessione declarabat ; hoc satis aperte probari arbitramur hæc homilia alibi quam in Ecclesia Mediolanensi habitas esse.

<sup>d</sup> Vet. edit. et mss. aliquot, *non leverat* ; melius edit. Rom. et codex Teller. alter, *non liniverat* ; optime vero mss. reliqui, *non leverat*. Quod autem post duos versus pro *confugit ad baptismum*, ultimæ Paris. edit. substituerant *constrigit ad baptismum*, i. e. hoc a cæteris edit. ac mss. omnibus desciverant. Sed illud operarum peccatum fuit.

<sup>e</sup> Clarom. solus, et per correct. sed eadem manu, *quia temporis non est disputationem integram incipere.*

## LIBER QUARTUS.

### 365 CAPUT PRIMUM.

*Secundum veteris legis Tabernaculum, et quæ moris erat ibi servari, ad baptisterium baptismique effectus adaptantur.*

1. In veteri Testamento sacerdotes frequenter in primum tabernaculum intrare consueverant : in secundum tabernaculum semel in anno summus intrabat sacerdos (*Levit. xvi, 2 et seq.*). Quod evidenter ad Hebræos recolens, seriem veteris Testamenti explanat apostolus Paulus (*Hebr. ix, 1 et seq.*). Erat autem in secundo tabernaculo manna, erat etiam virga Aaron quæ aruit, et postea reffloruit, erat et thymiamaterium.

**D** 2. Quo spectat hoc ? Ut intelligatis quid sit secundum tabernaculum, in quod vos introduxit sacerdos, in quod semel in anno summus sacerdos intrare consuevit, hoc est, ad baptisterium, ubi virga Aaron floruit (*Num. xvii, 8*). Ante arida erat, postea reffloruit : et tu aridus eras, et cœpisti in fonte irriguo refflorescere. Arueras peccatis, arueras erroribus atque delictis : sed fructum jam afferre cœpisti, plantatus secus decursus aquarum.

3. Sed forte dicas : Quid hoc ad populum, si virga sacerdotis aruerat, et reffloruit ? Populus ipse quis est nisi sacerdotalis ? Quibus dictum est : *Vos autem genus electam, regale sacerdotium, gens sancta, ut sit apostolus Petrus (I Petr. ii, 9)*. Unusquisque ungitur



in sacerdotium, ungitur et in regnum : sed spiritale A regnum est, et sacerdotium spiritale.

4. In secundo quoque tabernaculo est thymiama-terium (Hebr. ix, 4), quod bonum odorem flagrare consuevit ; ita et vos jam bonus odor Christi estis, jam <sup>a</sup> nulla in vobis sors delictorum, nullus odor gravioris erroris.

## CAPUT II.

*Humanam in baptismo conditionem admirationi esse ipsi Angelis ; hanc enim per illum ad innocentiae ac juventutis gratiam revocari.*

5. Sequitur ut veniatis ad altare. Cœpistis venire : spectarunt angeli, viderunt vos **366** advenientes, et humanam conditionem illam, quæ ante peccatorum tenebroso squalore sordebat, aspexerunt subito refulgere. Ideoque dixerunt : *Quæ est hæc quæ ascendit a deserto dealbata* (Cant. viii, 5) ? Mirantur ergo et angeli. Vis scire quia mirantur ? Audi ergo apostolum <sup>b</sup> Paulum dicentem ea nobis esse collata, quæ concupiscunt et angeli videre (I Petr. i, 12). Et iterum : *Quod oculus non vidit, nec auris audivit.... quæ præparavit Deus diligentibus se* (I Cor. ii, 9).

6. Deinde quid acceperis recognosce. Sanctus David propheta hanc gratiam in figura vidit et concupivit. Vis scire quia concupierit ? Iterum audi dicentem : *Asperges me hyssopo, et mundabor : lavabis me, et super nivem dealbabor* (Ps. l, 9). Quare ? Quia nix, quamvis sit candida, cito aliqua sorde nigrescit atque corrumpitur : ista gratia quam accepisti, si teneas quod accepisti, erit diuturna atque perpetua.

7. Veniebas ergo desiderans ad altare, utpote qui tantam gratiam videras ; veniebas desiderans ad altare, quo acciperes sacramentum. Dicat anima tua : *Et introibo ad altare Dei mei, ad Deum qui lætificavit juventutem meam* (Ps. xlii, 4). Deposuisti peccatorum senectutem, sumpsisti gratiæ juventutem : hoc præstiterunt tibi sacramenta cœlestia. Denique iterum audi dicentem David : *Renovabitur sicut aquilæ juvenus tua* (Ps. cii, 5). Bona aquila esse cœpisti, quæ cœlum petis ; terrena fastidis. Bonæ aquilæ circa altare : *Ubi enim corpus, ibi et aquilæ* (Matth. xxiv, 28). Forma corporis altare est, et corpus Christi est in altari : aquilæ vos estis, renovatæ ablutione delicti.

## CAPUT III.

*Ostensurus auctor sacramenta nostra quam Judæorum tum antiquiora tum diviniore esse, priorem partem conficit instituta inter Melchisedech atque Abraham*

<sup>a</sup> Gill. ac Rom. edit. et mss. Tell. alter, *nullæ in vobis sordes* ; alii aliquot, *nulla in vobis sordes* : reliqui multo plures potioresque, sicut et Amerb. atque Eras. edit., *nulla in vobis sors*. Bona lectio, et quam jam tom. i, col. 61, in Ambrosio annotavimus, et sæpius annotare si visum esset, in promptu fuit. Unde colligas aut hunc auctorem Ambrosianorum librorum maxime studiosum, aut utrumque non multum diversis vixisse locis ac temporibus.

*comparatione ; ubi illum et mysteriorum nostrorum auctorem et Christi figuram existisse planum facit.*

8. Venisti ad altare, vidisti sacramenta posita super altare, et ipsam quidem **367** miratus es creaturam ; tamen creaturam solemnem et notam.

9. Forte aliquis dixerit : Judeis Deus tantam gratiam <sup>e</sup> præstitit, manna illis pluit e cœlo (Exod. xvi, 15) : quid plus dedit fidelibus suis, quid plus tribuit iis quibus plus promisit ?

10. Accipe quæ dico, anteriora esse mysteria Christianorum quam Judæorum, et diviniore esse sacramenta Christianorum quam Judæorum. Quomodo ? Accipe. Judæi quando esse cœperunt ? Ex Juda utique pronepote Abraham : <sup>d</sup> aut, si vis et sic intelligere, ex Lege, id est quando Judæi Legem accipere meruerunt. Ergo ex pronepote Abraham Judæi dicti sunt, aut a tempore sancti Moysis. Et si tunc Deus Judæis murmurantibus manna pluit e cœlo, tibi autem sacramentorum horum figura præcessit, quando Abraham erat, quando vernaculos trecentos <sup>e</sup> decem et octo collegit, et tibi persecutus est adversarios, de captivitate eruens nepotem suum ; tunc victor venit, occurrit illi Melchisedech sacerdos, et obtulit ei panem et vinum (Gen. xiv, 18). Quis habuit panem et vinum ? Abraham non habuit. Sed quis habuit ? Melchisedech. Ipse ergo auctor sacramentorum (Hebr. vii, 1 et seq.). Quis est Melchisedech ? Qui significatur rex justitiæ, rex pacis. Quis est iste rex justitiæ ? Numquid homo quisquam potest rex esse justitiæ ? Quis ergo rex justitiæ, nisi justitia Dei, qui est Dei pax, Dei sapientia ? Qui potuit dicere : *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* (Joan. xiv, 27).

11. Ergo primo intellige sacramenta hæc quæ accipis, anteriora esse quam sint Moysi sacramenta, quæcumque Judæi habere se dicunt ; et prius cœpisse populum Christianum, quam cœpisse populum Judæorum : sed nos in prædestinatione, illum in nomine.

12. Obtulit ergo Melchisedech panem et vinum. Quis est Melchisedech ? *Sine patre, inquit, sine matre, sine generationis ordine, neque initium dierum, neque finem vitæ habens* : hoc habet ad Hebræos epistola. Sine patre, inquit, et sine matre est. Similis cui ? Filio Dei. Sine matre **368** natus est Dei Filius generatione cœlesti, quia ex solo Deo Patre natus est : et iterum sine patre natus est, quando natus ex Virgine est ; non enim ex virili semine generatus est : sed natus de Spiritu sancto (Matth. i, 20) et virgine Maria, utero editus virginali, similis per omnia Filio Dei. Sacerdos quoque erat Melchisedech.

<sup>b</sup> Istic ut alibi non semel auctorem sefellit memoria.

<sup>c</sup> Cod. Clarom., *præstitit ut manna illis plueret.*

<sup>d</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *aut, si vis, et sic intellige, ex Lege quam Judæi accipere meruerunt* : reliqui magno numero, ut in textu.

<sup>e</sup> Nonnulli mss., *decem et novem collegit, et ipse, et persecutus est.*

deh; quia et Christus sacerdos, cui dicitur: *Tu es A* sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech (Psal. cix, 4).

## CAPUT IV.

*Ut persuadeat hoc sacramentum divinius habendum quam manna, ex pane ipsummet Christi corpus ejusdem Christi sermone fieri asseverat: quod postquam allatis variis effectibus, quibus ejusdem sermonis efficacitas claret, confirmavit; cur sanguis sub aliena specie detur, causam reddit.*

13. Ergo auctor sacramentorum quis est, nisi Dominus Jesus? De cœlo ista sacramenta venerunt; consilium enim omne de cœlo est. Vere autem magnum et divinum miraculum quod populo pluit Deus manna de cœlo, et non laborabat populus, et manducabat.

14. Tu forte dicis: <sup>a</sup> Meus panis est usitatus. Sed panis iste panis est ante verba sacramentorum (*De Consec., dist. 2, c. Panis est*): ubi accesserit conse-

<sup>a</sup> Nasci possunt hinc duæ quæstiones, altera ex voce *meus*, altera ex voce *usitatus*. Nam jure quærat aliquis, an propterea *meus* dicatur a neophyto, quia eundem ipse obtulisset? Quod sane palam faceret auctorem illum neuitquam sedisse Mediolani, quandoquidem in ea civitate neophyote ante octavam sui baptismatis panem a sacerdote consecrandum offerre non consuevisse to. 1, ad Præfat. Expos. in psalm. cxviii, observatum est. Deinde rogabit nec immerito, num *panis usitatus* hoc loco idem sit ac fermentatus? In cibis enim quotidianis non alium ferme adhibemus quam fermentatum. Hæc erat opinio Jac. Sirmondi et cardinalis Bonæ, doctiss. hominum, contra quos tamen Mabillonius Dissert. de Azymo, pag. 88 et 131, tuetur oppositam, et panem azymum etiam quandoque dici communem atque usitatum Rupertj astruit auctoritate. Sed ut difficultas utraque resolvatur, adverte neophyti mysteria sacra, quæ sibi prius ignota fuerant, primum aspicientis hæc verba esse: *Meus panis est usitatus*; proindeque ipsi non alium legitimum sensum tribui posse præter illum: Oculi mei hoc mihi renuntiant, nempe talem hunc esse panem, quali quotidie victito, non autem aliud; quod ad neutram propositarum difficultatum facere liquido patet. Etenim ut ab eone an ab alio fuerit oblatu, non hic agitur; ita etiam panis fermentatus azymusve sit, statim e primo conspectu ejus non distinguitur. Quid vero si fermentatus cum azymo mixtus fuerit? Certe Chronicon Datii, si qua inscriptioni fides, Mediolanensis episcopi Ambrosio hunc morem attribuit: sed illud opus jure pseudonymum haberi manifestum est.

<sup>b</sup> Mss. non pauci, et cum his Lanfrancus atque Algerus, *fit corpus Christi*; mss. tamen alii, et omnes edit., *fit caro Christi*. Rursus autem verba sequentia ita citat B. Algerus, ut omisso integro versu ista subnectat, *Consecratio igitur*: sed quæ continuo post ex hoc capite referuntur ab eodem Algero, locum contractius propositum esse clare ostendunt. Mss. autem et edit. hoc uno discrepant inter se, quod in multis illorum habetur *astruimus*, et vox *consecratione* prætermittitur, atque in pluribus legas *Consecratio autem*: edit. vero inter se conveniunt, nisi quod veteres interpungebant ad eum modum: *Hoc igitur astruamus, quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi consecratione. Consecratio igitur, etc.* Minus concinne.

<sup>c</sup> Omnes edit. ac mss. undecim omittunt, in superioribus, a sacerdote dicuntur: quæ nos aliorum codicum, maxime vero Benig. et Clarom: auctoritate restituumus. At consequenter pro, *laudem Deo dese-*

eratio, de pane fit <sup>b</sup> caro Christi. Hoc igitur astruamus. Quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio autem quibus verbis est, cujus sermonibus? Domini Jesu. Nam et reliqua omnia <sup>c</sup> quæ dicuntur in superioribus, a sacerdote dicuntur, laudes Deo deferuntur, oratio petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris: ubi venit ut conficiatur venerabile sacramentum, jam non suis sermonibus utitur sacerdos, sed utitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum.

15. Quis est sermo Christi: Nempe is quo facta sunt omnia. Jussit Dominus, et factum est cœlum: jussit Dominus, et facta est terra: jussit Dominus, et facta sunt maria. Jussit Dominus, et omnis creatura generata est (*Gen. 1, 1 et seq.*). Vides ergo <sup>369</sup> quam operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse quæ non erant, <sup>d</sup> quanto magis operatorius est, ut

*runt: oratio præmittitur*, quod habetur in edit. Rom. aliæ quidem et mss. omnes exhibent, *laus Deo defertur*: sed in sequenti membro inter se trifariam dividuntur. Etenim vet. edit. ac quidam mss. legunt, *oratione petitur*; cod. Gemet., Pratel., Alnet. ac Teller., *oratio petit*; postremo Benig., Remen., Clarom., Sorb. et Colbert., *oratio petitur*; quam lectionem ob trium cod. antiquitatem ita præferimus, ut aliarum neutri derogemus. Observandum autem obiter missæ præfationem, ut loquuntur, ac sacrum trisagion per voces, *laus Deo defertur*: sequentem vero precationem, quam primam canonis vocitamus, per illas, *oratio petitur*, significari. Nec sane obstat quod scripsit auctor *pro regibus*, non pro imperatoribus. Nam præterquam quod rex pro imperatore apud bonos auctores et Ambrosium ipsum repetimus; forte usurpavit hoc vocabulum, ut Pauli elocutioni I Timoth. ii, 4, magis accederet. Annotabimus præterea canonem a Gregorio M. lib. vii, epist. 7, indict. 2, et Cypriano lib. de Unit. Eccl. precem vocari; nec non precem inter ac orationem ab Augustino epist. 149 edit. novæ constitui hoc discriminis, ut quæ consecrationem præcedunt, precatioes: quæ vero illam sequuntur, orationes dici Ecclesiasticus mos voluerit. Sed huncce auctorem in singulis vocibus exactum non esse neuitquam mirabitur, qui canonis quem refert, integras orationes animadvertit ab eo prætermittas.

<sup>d</sup> Ita vet. edit. ac mss. excepto cod. Illid. ubi, *quanto magis... quæ erant*, totum omittitur: ultimam vero partem Rom. edit. his verbis effert, *ut quæ erant, in aliud commutentur*. Præiverat quidem illi Lanfrancus in lib. de Sacram. sic enim in mss. quibusdam locum hunc legi testificatur. Sed et Lanfranco et Rom. edit. gravissimum crimen intendit Edm. Albertinus lib. ii de Sacram. Euch., p. 510, quasi eundem locum depravarint. Verum nec Romanis quod tanti viri auctoritatem secuti sint, crimini vertendum, nec Lanfranco ipsi accusatio falsi impingenda est. Nam præterquam quod eadem ommissa sunt supra in cod. Illid. et similiter omitti potuere in quibusdam aliis, quis credat ab eo quæsitum eflugium, 1° qui alteram lectionem in mss. pluribus exstare non dissimulans eam exponit, neque alio sensu intelligi posse, nisi catholico plane demonstrat; 2° qui diversam illam quam anteposit, loco petito ex libello de Mysteriis apte confirmat; cum enim hoc idem Ambrosii testimonium nonnisi absurde a realis presentie sensu possit detorqueri, haud verisimile sit enim scriptorem, quem *Ambrosii Simiam* vocat Albertinus, illius placitis docere contraria;

sint quæ erant, et in aliud commutentur? Cælum A non erat, mare non erat, terra non erat; sed audi dicentem David: *Ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt* (Psal. cxlviii, 5).

16. Ergo tibi ut respondeam, non erat corpus Christi ante consecrationem: sed post consecrationem dico tibi quia jam corpus est Christi. Ipse dixit, et factum est: ipse mandavit, et creatum est. Tu ipse eras, sed eras vetus creatura: postea quam consecratus es, nova creatura, esse cœpisti. Vis scire quam nova creatura? *Omnis, inquit, in Christo nova creatura* (II Cor. v, 17).

17. Accipe ergo quemadmodum sermo Christi creaturam omnem mutare consueverit, et mutet, cum vult, instituta naturæ. Quomodo requiris? Accipe, et primo omnium de generatione ejus summum exemplum. Consuetudo est ut non generetur homo, nisi ex viro et muliere, et consuetudine conjugali: sed quia voluit Dominus, quia hoc elegit sacramentum, de Spiritu sancto et Virgine natus est Christus, hoc est, mediator Dei et hominum homo Christus Jesus (I Tim. ii, 5). Vides ergo quia contra instituta et ordinem natus est, homo est natus ex Virgine?

3<sup>o</sup> tandem non cadebat in gravitatem ac prudentiam, qua erat Lanfrancus, ut sententiam illam corrumperet, quam evincebat ab adversario esse corruptam. Sed ad Lanfrancum omni malæ fidei suspitione liberandum ista sufficiant. Quod porro ad ipsum locum, idem Lanfrancus lib. cit. et Algerus de Sacram. lib. 1, cap. 7. respondent panem et vinum secundum speciem externam esse quæ erant: at vero secundum internam substantiam converti in corpus Christi. Quam expositionem licet Ambrosianis verbis atque exemplis ita roborent, ut nihil amplius videatur desiderandum; tamen Mornæus Pless. idem argumentum quasi postliminio revocatum card. Peronio opposuit. Ad hoc duo reposuit cardinalis, nempe verba ipsa non carere suspitione corruptionis, scilicet propter memoratam Lanfranci auctoritatem: deinde illorum nequaquam hunc esse sensum, ut panis ac vinum dicantur esse quæ erant, sive id quod erant; cum in priori parte sententiæ panis aut vini nullâ sit mentio: sed ut quæ erant simpliciter dicantur esse, non autem destrui; eo quod sacramenti materia per transsubstantiationem tota essendi generalitate non spoliatur, sed ab esse specifico transferitur in aliud esse specificum, id est, non simpliciter ad non ens terminetur, sed ad aliud ens, cui successione, contiguitate existendi, et accidentium quæis uterque terminus suppositus fuit, unitate jungitur et colligatur. Hæc vere ac sapienter dicta omnibus sinceritatis quam contentionis amantiorebus poterant satisfacere; reclamant tamen adhuc Albertinus, ea de quorum substantia nihil permanet, quæque sunt simpliciter non ens, in latitudine entis remanere pernegans. His addit de pane ac vino pronuntiare, ut sint quæ erant: erant autem, inquit, in esse specifico panis et vini, unde concludit substantialem dici non posse hanc mutationem, sed accidentalem. Et vero suum hoc ratiocinium egregie confirmatum putat eo, quod subditur: *Tu ipse eras, inquit auctor noster, sed eras, etc. Cui veri simile sit, pergit Albertinus, illum mutationis accidentalis exemplum ad thesuros suæ confirmationem ex industria elegerisse, si in ea de mutatione substantiali ageretur?* Primam harum rationem tomo III, de Perpetuitate fidei lib. vii, c. 6 et 7, solutam reperies; ibi enim planissime docetur auctorem nostrum hoc loco ne

370 18. Accipe aliud. Urgebatur populus Judæorum ab Ægyptiis, interclusus erat mari: divino imperio virga Moyses tetigit aquas, et se unda divisit; non utique secundum suæ naturæ consuetudinem, sed secundum a gratiam cœlestis imperii (Exod. xiv, 21 et seq.). Accipe aliud. Sitiēbat populus, venit ad fontem: amarus erat fons, misit lignum sanctus Moyses in fontem, et factus est dulcis fons, qui amarus erat; hoc est, mutavit consuetudinem naturæ suæ, accepit dulcedinem gratiæ (Exod. xv, 25 et seq.). Accipe et quartum exemplum. Cœciderat ferrum securis in aquas, quasi ferrum sua consuetudine demersum est: misit lignum Elisæus, statim ferrum elevatum est, et aquis supernatavit (IV Reg. vi, 6): utique contra consuetudinem ferri; est enim B materies gravior, quam aquarum est elementum.

19. Ex his igitur omnibus non intelligis quantum operetur sermo cœlestis? Si operatus est in fonte terreno, si operatus est sermo cœlestis in aliis rebus, non operatur in cœlestibus Sacramentis? Ergo didicisti quod ex pane corpus fiat Christi, et quod vinum et aqua in calicem mittitur: sed fit sanguis b consecratione verbi cœlestis (De Consec., dist. 2, c. Panis, § Ergo, et § Sed forte).

minimum quidem ab usu et consuetudine loquendi recedere: quod aeris nec non aquæ fluvialis, quæ cum perpetuo mutantur, eadem tamen semper dicimus, exempla mirifice illustrent. Illic etiam diffari posset, quod intulit de specifico sensu idem Albertinus, nisi captionem argumenti supra nobis Perronius aperuisset ac diluisset, quod sedulo dissimulavit iste minister. Sed hic exemplum unum affertur mutationis accidentalis; ergo, inquit ille, de accidentalibus tantum conversione agitur in hoc loco. Sed hic exempla multa substantialium mutationum subjiciuntur; ergo, inquit, de substantiali conversione agi multo potiori jure colligimus. Itaque geminam agnoscimus in eucharistia conversionem, alteram substantialem, qua panis substantia in corpus Christi tota commutatur: alteram accidentalem, qua species panis ad ejus præsentiam significandam naturaliter destinata, Dominici corporis figuræ sunt atque antitypi. Verissima quidem hæc, et ad catholicum dogma contra Calvinianam cavillationem vindicandum contendimus esse invictissima: quid tamen si verbis illis, ut sint quæ erant, et in aliud commutentur, divisionem contineri affirmaverimus? Certe particulam et interdu pro vel positam legi negabit nemo. Quid enim frequentius istis formulis: *Dominus mortificat et vivificat: deducit ad inferos, et reducit. Dominus pauperem facit, et ditat: humiliat et sublevat?* Profecto non utrumque simul, sed utrum voluerit, Dominus facit. Expende totum locum, de quo agitur, et tres effectus divinæ potentie deprehendes illic proponi, creationem scilicet non existentium, existentium vero vel conservationem vel conversionem, pro ut Deo visum fuerit.

a Ms. Clarom.. gratiæ cœlestis imperium.

b Clar. cod., consecratione cœlesti. Porro sequentis dubii solutionem adversus orthodoxam doctrinam sic vertit Albertinus, ut velit non alio modo Christum a nobis in eucharistia sumi, nisi quo eum in baptismo induere, ac sanguine ejusdem tingi dicimur. Sed responderet inter eucharistiam ac baptismum comparationem in hoc institui, quod ex hoc auctore similitudinem idcirco in utroque sacramento Christus posuerit, ne in altero mortis, in altero corporis et sanguinis horrore afficeremur: duas autem illas similitudines in hoc idcirco, quod altera sit rel

20. Sed forte dicis : Speciem sanguinis non vides. Sed habet similitudinem : sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis bibis ; ut nullus horror cruoris sit, et pretium tamen operetur redemptionis. Didicisti ergo quia quod accipis, corpus est Christi.

#### CAPUT V.

*Ipsis Domini verbis corpus ac sanguinem ejus consecrari et vere confici ; proindeque hinc bene colligitur præ manna excellere hoc sacramentum, cujus veritas consignatur per votem, Amen.*

21. Vis scire quia verbis cœlestibus consecratur (De Consec., dist. 2, c. Panis, § Vis scire)? Accipe quæ sunt verba. Dicit sacerdos : Fac nobis, inquit, hanc oblationem ascriptam, <sup>a</sup> ratam, rationabilem, acceptabilem : quod figura est corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi. Qui pridie quam pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem, respexit in cœlum ad te, sancte Pater omnipotens, æterne Deus, gratias agens, benedixit, fregit, fractumque apostolis suis <sup>b</sup> et discipulis suis tradidit dicens : Accipite, et edite ex hoc omnes ; hoc est enim corpus meum, quod pro multis confringetur (Luc. xxii, 19).

22. Similiter etiam calicem postquam cœnatum est, pridie quam pateretur, accepit, respexit in cœlum ad te, sancte Pater omnipotens, æterne Deus, gratias agens, benedixit, apostolis suis et discipulis

tantum per suos effectus, altera rei etiam per suam substantiam præsentis. Quod vero urget speciem sanguinis hic positam pro veritate, ut opponatur similitudini : nos quidem fatemur speciem hoc sensu quandoque sumi, cum nempe in concreto, ut loquamur cum philosophis, accipitur ; sed abstracte hoc loco poni jure contendimus. Nam 1° sic inter speciem et similitudinem abunde servatur oppositio, cum species forma externa sit, et propria rei, ut Perronius loquitur, apparentia : similitudo vero his in locis nihil aliud nisi remotam analogiam sonet ; 2° hic auctor Christi corpus atque sanguinem hoc toto capite præsentem clare supponit, ut planum fiet libera mente examinanti ; 3° cum hominem in baptismo mori ac resurgere in lib. ii, cap. 6, docere instituat, ei satis non est dicere : Inventum est quomodo homo vivus moveretur et vivus resurget ; sed quasi vereretur ne quis crederet se in baptismo vere obiisse, statim subjungit : Quid est vivus? Hoc est vita corporis vivens cum veniret ad fontem, et mergetur in fontem : cum autem in hoc libro panem et vinum fieri corpus ac sanguinem toties repetat, nunquam tamen illorum naturalem remanere substantiam monet. Adde tandem non magis tolli horrorem rei cujuspiam si absit, quam si tegatur ; horror enim nascitur e sensuum affectione, quæ non nisi ab externa forma commovetur.

<sup>a</sup> Vox ratam deerat in cunctis edit. ac mss. nonnullis : at e pluribus aliis restituitur. Et interjectis duobus verbis, Rom. edit. sola, quod fit in figuram corporis, etc. Sed communis lectio legitima est, nec vel transversum unquam a pio et catholico sensu abhorrens. Namque istic non de oblatione Domini corporis ac sanguinis jam consecrata, sed de præparatione oblationis agi clarum est. Atqui hoc in statu pani cum corpore, et vino cum sanguine analogiam quandam ac similitudinem intercedere communi consensu ex SS. Patribus docent Catholici. Cæterum ut maxime

A suis tradidit, dicens : Accipite, et bibite ex hoc omnes ; hic est enim sanguis meus (Matth. xxvi, 27, 28). Vide illa omnia. Illa verba evangelistæ sunt usque ad Accipite, sive corpus, sive sanguinem. Inde verba sunt Christi : Accipite, et bibite ex hoc omnes ; hic est enim sanguis meus. Et vide singula.

23. Qui pridie, inquit, quam pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem. Antequam consecratur, panis est ; ubi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique audi dicentem : Accipite, et edite ex eo omnes ; hoc est enim corpus meum. Et autem verba Christi, calix est vini, et aquæ plenus : ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis Christi efficitur, qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi universa convertere. Deinde ipse Dominus Jesus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus et sanguinem. Numquid debemus de ejus fide et testificatione dubitare?

372 24. Jam redi mecum ad propositionem meam. Magnum quidem et venerabile, quod manna Judæis pluit e cœlo (Exod. xvi, 13) : sed intellige. Quid est amplius, manna de cœlo, an corpus Christi? Corpus utique Christi, qui auctor est cœli Deinde manna qui manducavit, mortuus est : qui manducaverit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum, et non morietur in æternum (De Consec., dist. 2, c. Ante, § Qui manduc.)

25. Ergo <sup>c</sup> non otiose dicis tu : Amen, jam in consecrationis effectus, sive ipsa consecratio ut jam peracta per anticipationem hic spectaretur, quæ Albertini sententia est ; non tamen illud contra catholicam doctrinam quidquam faceret. Quis enim puerorum orthodoxorum, qui vel primoribus labris elementa religionis delibaverit, non statim respondeat in Eucharistia duo inesse, signum videlicet ac rem significantiam, seu sacramentum et rem sacram : quorum alterum altero non excluditur? Quocirca Perronius firma et integra manet responsio. Quod autem Albertinus Rom. editores adulterati hujusce loci tam invidiose insinuat, primum rogamus unde ipsi constet mss. in quo legatur fit in figuram, nullum exstare. At, inquit ille, alio modo vet. omnes edit. cuncti mss., Paschasius, denique Durandus et alii locum efferunt. Fatemur quidem, sed corruptio loci adeo celebris eo videtur minus probabilis, quo facilius convinci potest. Adde non tam atrocem corruptionis censuram, ibi affigendam, ubi verbis parum mutatis, eadem sententia plane remanet : quod quidem hic factum esse liquet ex dictis.

<sup>b</sup> Et Discipulis suis in sola edit. Rom. prætermissum est. Infra etiam ubi omnes edit. cum mss. omnibus ferunt, pro multis confringetur, eadem edit. Rom. ita correxit, pro vobis datur ; forte ut auctoris verba canonici liturgiæ accommodaret. Sed quamvis idem ille canon, ut super. cap. et in Admonit. observatum est, hic referatur ; eum tamen non exhiberi neque integrum, neque jisdem semper vocibus quibus in missalibus libris habetur, facile agnosceret, qui ambos contulerit. Quod vel infidæ auctoris memoriæ, vel veterati codicum imputandum est.

<sup>c</sup> Gill. et Rom. edit. cum paucis mss., non otiose cum accipis, tu dicis ; quidam cod., respondes in, Amen ; Amerb. atque Eras. cum mss. longe plurimis probatissimisque omittunt, cum accipis. Et continuo post, ubi edit. omnes, ac plures mss., in spiritu confitens ; alii mss. aliquot præferunt, in spiritu confident.

ritu conficiens quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos : Corpus Christi; et tu dicis : Amen, hoc est, verum. Quod conficitur lingua, teneat affectus.

#### CAPUT VI.

*Excellentia sacramenti hujus inde probata, quod per illud Dominica passio renovetur, sermonem finit, de materia proximo diebus a se tractanda strictim præmonens.*

26. Ut scias autem hoc esse sacramentum, hujus figura ante præcessit. Deinde quantum sit sacramentum, cognosce. Vide quid dicat : Quotiescumque hoc feceritis, toties commemorationem mei facietis, donec iterum adveniam (I Cor. xi, 26).

27. Et sacerdos dicit : Ergo potiores gloriosissimæ ejus passionis, et ab inferis resurrectionis, et in cælum ascensionis, offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, ineventam hostiam, hanc panem sanctum, et calicem vitæ æternæ: et petimus et precamur, ut hanc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus angelorum tuorum, sicut suscipere dignatus es munera pueri tui

Postremo ante voces, *dicit tibi sacerdos*; mss. nonnulli præmittunt, *cum tu petieris*; quod abest a reliquis, et edit. omnibus. Cæterum tam perspicue aperteque panis ac vini in corpus et sanguinem Christi

A justis Abel, et sacrificium patriarchæ nostri Abraham, et quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech.

28. Ergo quotiescumque accipis, quid tibi dicit Apostolus? Quotiescumque accipimus, mortem Domini annuntiamus (*De Consec., dist. 2, t. Si quotiesc.*). Si mortem annuntiamus, annuntiamus remissionem peccatorum. Si quotiescumque effunditur sanguis, in remissionem peccatorum funditur; debeo illum semper accipere, ut semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.

29. Interim et hodie quantum potuimus, exploravimus: sed crastina die sabbato et Dominica de orationis ordine dicemus, quemadmodum posuimus. Dominus Deus noster conservet vobis gratiam quam dedit, et oculos quos vobis aperuit, plenius illuminare dignetur per unigenitum Filium suum regem ac salvatorem Dominum Deum nostrum, per quem sibi, et cum quo sibi est sans, honor, gloria, magnificentia, potestas cum Spiritu sancto, a sæculis, et nunc, et semper, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

conversio, et realis, ut vocant, præsentia, hoc toto capite asseritur, ut qui aliquid ei novi luminis addere vellet, non aliud moliri videretur, quam si alios radios soli aptare cogitaret.

## LIBER QUINTUS.

### 373 CAPUT PRIMUM.

*Primum repetit quod jam ante dictum est sacramenti, atque adeo ipsius Christi figuram in Melchisedech ejusque sacrificio præcessisse: tum duplicem causam cur aqua in calice admisceatur, in medium profert.*

1. Hesterno sermo noster ac tractatus usque ad sancti altaris sacramenta deductus est. Et cognovimus sacramentorum istorum figuram Abraham temporibus præcessisse, quando obtulit sacrificium sanctus Melchisedech (*Gen. xiv, 18*), neque initium, neque finem habens dierum. Audi, homo, quid dicat Paulus apostolus ad Hebræos. Ubi sunt qui Filium Dei dicunt <sup>a</sup> esse de tempore Melchisedech? Dictum est, quia neque initium, neque finem dierum habet:

<sup>a</sup> Eras. et seq. edit., *esse de tempore? De Melchisedech*, etc. Amerb. et mss., *esse de tempore? Melchisedech*, etc. Sed interpunctione minus commoda. Credimus autem ab auctore nostro illos hereticos designari, qui Melchisedechiani appellati sunt. Hi sacerdotem illum eximiam Dei virtutem fuisse dictabant, et Christo ipso cum tempore tum dignitate præstantiorem, cum Christus multis post sæculis exortus ejusdem sacerdotali ordine ornatus sit. Horum errores Epiphanius Hæresi 35 refert ac refellit: brevius autem perstringit Augustinus in Indice Hæresi 34.

<sup>b</sup> *Primus, quia auctor est omnium: novissimus, hæc in mss. pene universis præmittuntur.*

<sup>c</sup> *Mss. aliquot, in calice, inquam, mittitur vinum: alii multi et vet. edit.; in calice. Eras. et Gill. in calicem, inquit, mittitur vinum. Cum antelli illud inquit Rom. editoribus merito displicuisset, ipsam propriam*

C si Melchisedech non habet initium dierum, num Christus habere potuit (*Hebr. vii, 1 et seq.*)? Sed non est plus figura quam veritas. Vides ergo quia ipse primus et novissimus (*Apoc. i, 8*). <sup>b</sup> Primus, quia auctor est omnium: novissimus, non quod finem inveniat, sed quod universa concludat.

2. Diximus ergo quod in altari constituatur calix et panis. <sup>c</sup> In calicem quid mittitur? Vinum. Et quid aliud? Aqua (*De Consec., dist. 2, c. In calicem. Exod. xvii, 6*). Sed tu mihi dicis: Quomodo ergo Melchisedech panem et vinum obtulit? Quid tibi vult admixtio aquæ? Rationem accipe.

3. Primum omnium figura quæ ante præcessit tempore Moysi, quid habet? Quia cum sitiret populus Judæorum, et murmuraret quod aquam invenire

D auctoritate jugularunt: sed veram lectionem cod. Clarom. nobis restituit, ut in textu. De aquæ porro mixtione, quam rejicit in lib. de Mysteriis Ambrosius, alii plerique Patrum ita loquuntur, ut eam a Christo ipso institutam esse significant; ut Irenæus lib. iv, cap. 57, Cyprianus epist. 63, et ex eadem Augustinus lib. iv de Doctr. Christ. cap. 21, item Punicæ synodus in, can. 24; quibus addere licet varias Liturgias Jacobi, Marci, Basilii, Chrysostomi, et cum his Damascenum lib. iv de fide Orth. In hoc autem dissidet Ecclesia orientalis ab occidentali, quod illa bis aquam infundit calici, nempe priusquam consecratur, frigidam, priusquam communicetur, calidam. Cæterum etiam fuerunt hæretici, qui solam aquam censebant offerendam: de quibus ædisis Clementem Alex. Stromat. lib. i, Irenæum lib. v, cap. 1, Augustinum de Hæresibus cap. 74, Theodoretum Hæret. fabul. cap. 20, et alios.

non possent, jussit Deus Moysi ut tangeret petram de virga. Tetigit petram, et petra undam maximam fudit, sicut Apostolus ait : *Bibebant autem a de spiritali consequenti eos petra : petra autem erat Christus (I Cor. x, 4)*. Non immobilis petra quæ populum sequebatur. Et tu bibe, ut te Christus sequatur. Vide mysterium. Moyses, hoc est, propheta : virga, hoc est, verbum Dei. **374** Sacerdos verbo Dei tangit petram, et fluit aqua, et bibit populus Dei. Tangit ergo sacerdos, redundat aqua in calice, salit in vitam æternam, et bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus est. Didicisti ergo hoc.

4. Accipe et aliud. In tempore Dominicæ passionis cum sabbatum magnum instaret, quia b vivebat Dominus noster Jesus Christus vel latrones, missi sunt qui percuterent eos : venientes autem invenerunt defunctum Dominum Jesum Christum ; tunc unus de militibus lancea tetigit latus ejus, et de latere ejus aqua fluxit et sanguis (*Joan. xix, 33 et seq.*). Quare aqua ? quare sanguis ? Aqua, ut emundaret : sanguis, ut redimeret. Quare de latere ? Quia unde culpa, inde gratia. Culpa per feminam, gratia per Dominum Jesum Christum (*De Consec., dist. 2, c. In calicem, § De latere*).

#### CAPUT II.

*Quemadmodum qui mundatus fuerit, et invitetur a Christo, et ipse ad inestimabilem sacramenti suavitatem aspiret, mystica quorundam e Canticis locorum interpretatione ostenditur.*

5. Venisti ad altare, vocat te Dominus Jesus, vel animam tuam, vel Ecclesiam, et ait : *Osculetur me ab oculis oris sui (Cant. 1, 1)*. Vis ad Christum aptare ? Nihil gratius. Vis ad animam tuam ? Nihil jucundius.

6. *Osculetur me.* c Vides te mundum esse ab omni peccato, quia delicta detersa sunt ; ideo te sacramentis cælestibus dignum judicat et ideo invitat ad cæleste convivium : *Osculetur me ab oculis oris sui*.

7. Tamen propter sequentia anima tua, vel humana conditio, vel Ecclesia videns se ab omnibus mundatam esse peccatis, et dignam quæ ad altare Christi possit accedere (quid est enim altare, d nisi forma corporis Christi) vidit sacramenta mirabilia, et ait : *Osculetur me ab oculis 375 oris sui*, hoc est, osculum mihi Christus infigat.

8. Quare ? *Quia meliora uberu tua super vinum (Cant. 1, 1)* ; hoc est, meliores sensus, meliora sa-

a Edit. vet. et mss. multo plures, *de consequenti petra* ; Rom. *de consequenti eos* ; Clarom. et nonnulli alii, *de spiritali*, etc. : quod Apostolico textui magis congruit. Idem autem Clarom. continuo post legit, *Moyses propheta virga, hoc est, verbo Dei sacerdos tangit petram*, etc.

b Rom. edit., *quia pendeat Dominus... inter latrones, missi sunt qui percuterent eum... lancea latus ejus aperuit* ; aliæ ac mss. omnes ut in textu, nisi quod Tell. unus legit, *percuterent eos viventes, invenerunt*, etc.

c Omnes edit., *Videt te* ; omnes mss., *Vides te*. At post pauca ubi vet. edit. cum mss. non multis, *de terra sunt* ; aptius Gill. in marg. ac Rom. edit. in

cramenta tua super vinum. Super illud vinum, quod etsi suavitatem habet, lætitiā habet, gratiam habet ; tamen in illo lætitiā sæcularis, in te autem jucunditas est spiritalis. Jam tunc ergo Salomon inducit nuptias vel Christi et Ecclesiæ, vel spiritus et carnis et animæ.

9. Et addidit : *Unguentum exinanitum est nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te (Ibid., 2)*. Quæ sunt istæ adolescentulæ, nisi animæ singulorum, quæ deposuerunt istius corporis senectutem, renovatæ per Spiritum sanctum ?

10. *Attrahere nos, post odorem unguentorum tuorum curremus (Ibid., 5)*. Vide quid dicat. Non potes sequi Christum, nisi ipse te attrahat. Denique ut scias : *Cum exaltatus, inquit, fuero, omnia traham ad me ipsum (Joan. xii, 32)*.

11. *Induxit me Rex in cubiculum suum*. Græcus : *In promptuarium suum, et in cellarium suum*, habet. Ubi bona libamina, t ubi boni odores, ubi mella sua- via, ubi fructus diversi, ubi epulæ variæ ; ut plurimis epulis tuum prandium condiatur.

#### CAPUT III.

*Quam uberes ad eos qui Dominicum corpus acceperint, fructus redeant ; et quonam modo Ecclesiæ de conviviarum multitudine gestienti respondeat Christus : quantum denique fideles ex Ægyptiaca servitute reduces in hac esca sentiant jucunditatem.*

12. Ergo venisti ad altare, accepisti corpus Christi. Audi iterum quæ sacramenta es consecutus. Audi dicentem sanctum David ; et ille in Spiritu hæc mysteria prævidebat, et lætabatur, et nihil sibi abesse dicebat. Quare ? Quia qui acceperit corpus Christi, non esuriet in æternum.

13. Quoties audisti vicesimum secundum psalmum, et non intellexisti ? Vide quemadmodum apus sit cælestibus sacramentis (*De Consec., dist. 2, c. In calicem, § Audi psalmum*) : *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. Super aquam refectiois educavit me, animam meam convertit. Deduxit me super semitas justitiæ propter nomen suum. Nam etsi ambulem in medio umbrae mortis, non timebo mala ; quoniam tu mecum es. Virga tua et baculus tuus ; ipsa me consolata sunt (Psal. xxii, 1 et seq.)*. Virga imperium, baculus passio est, hoc est, æterna divinitas Christi, sed etiam passio corporalis : illa creavit, hæc redemit. *Parasti in conspectu meo mensam adversus 376 eos*

corp. cum mss. multo pluribus, *detersa sunt*. Denique Rom. edit. sola voci, *convivium adjunxerat, inquit*, et pro verbis illis, *Tamen propter sequentia anima tua, reposerat solum, tum anima tua*, etc.

d Dicitur hic et super lib. cap. 2, num. 7, altare forma seu figura corporis Christi ; eo quod in corpore suo tanquam in ara sacra perpetuum ac juge sacrificium Patri obtulit Christus Dominus.

e Scilicet *εις ταπεινών αυτού*, in promam-condam. seu penuriam cellam.

f Mss. aliquot, *ubi boni odoris mella*.

g Edit. Rom. sola, *passio est : æterna divinitas Christi, passio temporalis*.

qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum; **A** (De Consec., dist. 2, c. In calicem, § Quotiescumque). Unde et Apostolus ait: Nolite inebriari vino... sed implemini Spiritu sancto (Ephes. v, 18); vino enim qui inebriatur, vacillat et titubat: Spiritu qui inebriatur, radicans in Christo est. Et ideo <sup>d</sup> præclara ebrietas, quæ sobrietatem mentis operatur. Hæc sunt quæ de sacramentis breviter percurramus.

14. Venistis ergo <sup>a</sup> ad altare, accepistis gratiam Christi, sacramenta estis cœlestia consecuti. Gaudet Ecclesia redemptione multorum, et astare sibi familiam candidatam spiritali exultatione lætatur. Hæc in Canticis canticorum. Lætata invocatur Christum, paratum habens convivium, quod dignum cœlesti epulatione videatur. Ideoque ait: *Descendat frater meus in hortum suum, et capiat fructum pomiferarum suarum* (Cant. v, 1). Quæ sunt istæ pomiferæ? Lignum aridum factus eras in Adam: sed nunc per gratiam Christi <sup>b</sup> pomiferæ arbores pullulasti.

15. Libenter accipit Dominus Jesus, et dignatione cœlesti respondit Ecclesiæ suæ: *Descendi, inquit, in hortum, vindemiavi myrrham cum unguentis meis*: **B** *Manducavi panem meum cum melle meo, et bibi vinum meum cum lacte meo. Edite, inquit, fratres mei, et inebriamini* (Ibid.).

16. *Vindemiavi myrrham cum unguentis meis*. Quæ est ista vindemia? Cognoscite vineam, <sup>c</sup> et agnoscetis vindemiam. *Vineam*, inquit, *ex Aegypto transtulisti* (Psal. LXXIX, 9), hoc est populum Dei. Vos estis vinea, vos estis vindemia: quasi vinea plantati, quasi vindemia fructum dedistis. *Vindemiavi myrrham cum unguentis meis*, hoc est, in odorem quem accepistis.

17. *Manducavi panem meum cum melle meo*. Vides quod in hoc pane nulla sit amaritudo, sed omnis suavitas sit? *Bibi vinum meum cum lacte meo*. Vides hujusmodi esse lætitiā, quæ nullius peccati sordibus polluitur? Quotiescumque enim bibis, remissionem accipis peccatorum, et inebriaris in spiritu

<sup>a</sup> Ex hoc loco et e cap. 8 de Mysteriis advertere est recens baptizatos in illis ecclesiis ad altare sacris communicare consuevisse. Quod vero ad fideles alios, hæc in re non eadem ubique ratio servabatur. Nam Constantinopoli hoc moris fuit, ut laici saltem in eminentiori dignitate constituti, postquam ad aram accessissent sacerdotibus oblaturi consecrandum panem, in choro tandem remaneret, quoad participes effecti essent sacramentorum: Mediolani autem oblatione facti iidem laici extra chorum statim recedentes, rursus altari cum sacrificio participandum erat, sese sistebant. Et ibi quidem adeo rigide hæc legem servabat Ambrosius, ut Theodosium ipsum, qui post oblatum solitum munus intra clericorum septum substiterat, inde juberet abcedere: cui statim paruit imperator pissimus, ut a nobis diceret suo loco. Cæterum eandem quoque consuetudinem in orientali Ecclesia servandam conc. Laod. can. 19 præceperat: non secus ac posterioribus temporibus ipsam in Hispaniis Tolet. syn. iv, can. 17, sanxit. Atamen contrarium usum apud Ecclesias Gallicanas obtinuisse non tantum ex Gregorio Turon. lib. ix, cap. 3, et lib. x, cap. 8, discere licet, verum etiam e citata synodo Tolet. in qua hic idem ritus can. 4 statuitur et comprobatur.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *pomifera arbor pullulasti*; mss. duo *pullulas*, totidem *pullulatus est*, antiquissimi vero et numerosissimi præferunt ut in contextu. Quod quidem licet cum superiori membro non admodum congruat, haud tamen abhorret ab auctoris ingenio simplicius quam accuratius semper loquentis.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, *et agnoscite vindemiam*. Rursus

#### CAPUT IV.

*Ut novos fideles instituat orandi forma, propositam ipsis instar speculi Dominicam orationem paucis exponit.*

18. Nunc quid superest, nisi oratio? Et nolite putare mediocri esse virtutis scire quemadmodum oretis. Apostoli sancti dicebant ad Dominum Jesum: *Domine, doce nos orare, quemadmodum Joannes docuit discipulos suos*. **377** Tunc ait <sup>e</sup> Dominus orationem: *Pater noster qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra: panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: et ne nos patiaris induci in tentationem, sed libera nos a malo* (Luc. xi, 1 et seq.). Vides quam brevis oratio, et omnium plena virtutum: primus sermo quantæ sit gratiæ!

19. O homo! faciem tuam non audebas ad cœlum attollere, oculos tuos in terram dirigebas, et subito accepisti gratiam Christi, omnia tibi peccata dimissa sunt. Ex malo servo factus es bonus filius; ideo præsume, non de operatione tua, sed de Christi gratia: *gratia enim salvati estis* (Ephes. ii, 5), Apostolus ait. Non ergo hic arrogantia est, sed fides: prædicare quod acceperis non est superbia, sed devotio.

versu seq. pro, *hoc est, populum Dei*, mss. aliquot habent, *hæc est populus Dei*. Non incommode.

<sup>d</sup> Hanc sententiam ubertim et eleganter expositam habes lib. i de Cain et Abel, cap. 5, num. 19, unde forsitan hunc in locum translata fuit.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *Dominus, cum oratis dicite: Pater*, etc. Hanc porro Domini orationem quæ hoc loci ab auctore neophytis edisseritur, in multis ecclesiis præsules exponere solebant catechumenis ante baptismum, ut nobis ad lib. de Instit. Virg. cap. 2, num. 10, observatum est. Inde colligas in hujusmodi ceremoniis pro locorum diversitate diversos quoque fuisse usus. Quin immo in eadem ecclesia non semper eundem servatum esse deprehendimus. Namque exempli causa Augustinus serm. 227, qui quartus numeratur in die Paschæ, disertè ait recens baptizatos peracta sanctificatione orationem Dominicam reddidisse; cum serm. 58 aperte dicat ipsos in ejusdem festi pervigilio reddituros esse *non orationem, sed symbolum*. Igitur crediderimus illud spectasse ad episcopos, ut pro re, tempore, ac baptizandorum multitudine his de ritibus constituerent. Sed fieri etiam potuit ut dictionum traiectione a libris locus serm. 58 corruptus fuerit, ita corrigendus, *non symbolum, sed orationem*: cujusmodi transpositionum exempla occurrunt frequentia in mss. Nec etiam insulsum fuerit illa serm. 227 verba, *dicimus orationem Dominicam, quam accepistis, et reddidistis*, intelligere non de recitatione quæ coram presbytero fieri solebat a neophytis, sed de illa quæ cum episcopo celebrante ac simul universo populo sacris præsentem memoratam orationem pronuntiabant.



Ergo attolle oculos ad Patrem, qui te per lavacrum genuit : ad Patrem qui te per Filium redemit, et dic : *Pater noster*. Bona præsumpsio, sed moderata. Patrem dicis quasi filius : sed noli tibi specialiter aliquid vindicare. Solius Christi specialis est Pater, nobis omnibus in commune est Pater; quia illum solum genuit, nos creavit. Dic ergo et tu per gratiam : *Pater noster*; ut filius esse merearis. Ecclesiæ conuitu et consideratione te ipse commenda.

20. *Pater noster, qui es in cælis*. Quid est in cælis? Audi Scripturam dicentem : <sup>a</sup> Excelsus super omnes cælos Dominus (*Psal. cxii, 4*). Et ubique habes quod super cælos cælorum Dominus sit, quasi non in cælis et angeli, quasi non in cælis et Dominationes. Sed in illis cælis, de quibus dictum est : *Cæli enarrant gloriam Dei* (*Psal. xviii, 2*). Cælum est ibi, ubi cessavit culpa; cælum est ibi, ubi flagitia feriantur : cælum est ibi, ubi nullum mortis est vulnus.

21. *Pater noster, qui es in cælis : sanctificetur nomen tuum*. Quid est, sanctificetur? Quasi optemus ut sanctificetur ille qui ait : *Estote sancti, quia ego sanctus sum* (*Levit. xix, 2*), quasi aliquid ei <sup>b</sup> ex nostra preceatione sanctificationis accedat. Non, sed sanctificetur in nobis, ut ad nos ejus possit sanctificatio pervenire.

378 22. *Pater noster, qui es in cælis : sanctificetur nomen tuum : veniat regnum tuum*. Quasi non æternum sit Dei regnum. Ipse Jesus dicit : *Ego in hoc natus sum* (*Joan. xviii, 37*); et tu dicis Patri : *Veniat regnum tuum* (*Luc. xvii, 21*); quasi non venerit. Sed tunc venit regnum Dei, quando ejus estis gratiam consecuti (*De Consec., dist. 2, c. In calicem, § Fiat voluntas*). Ipse enim ait : *Regnum Dei intra vos est*.

23. *Veniat regnum tuum : fiat voluntas tua sicut in cælo et in terra : panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Sanguine Christi pacificata sunt omnia,

<sup>a</sup> Ita mss. plures ac probatores; alii et vet. edit., *Excelsus super omnes gentes Dominus* : cui addit Rom. et *super cælos gloria ejus*. At opinamur auctorem nostrum ex illo versu ea tantum verba quæ ad propositum suum faciebant, retulisse.

<sup>b</sup> Vet. edit. cum parte mss., *ex nostra prædicatione*. Infra vero post voces : *Ego in hoc natus sum*, addit Rom. edit., *et in hoc veni in mundum*.

<sup>c</sup> Omnes edit., *diabolus. Ibi versatur, ubi et homo* : contra vero omnes mss. ut nos in textu, si tamen unum aut alterum excipias, in quibus legitur, *diabolus, ubi versatur et homo*, etc.

<sup>d</sup> Sic omnes edit. cum paucis admodum mss.; in aliis autem sicut et in serm. 84 Append. Aug. desideratur, *quem Græci dicunt advenientem*. Negat porro Jos. Scaliger *ἐπιούσιον* reddi posse per *super substantialem*, eo quod non derivetur ἀπὸ τῆς οὐσίας; dicendum enim esset, inquit, *ἐπιούσιον* : sed ab ἐπὶ et ἰών ἵοντος, ἰούσα ἰούσης ab ἔω, unde ἀπείμι; unde postea ἐπιούσα, supple *ἡμέρα crastina dies*. Recte atque ad illustrandum hunc auctoris nostri locum, apposite. Sed de his iterum lib. III, de Fide, cap. 7.

<sup>e</sup> Haud temere invenias, ut in Prælatione indicavimus, Ambrosium in certis suis operibus hujusmodi querelam de suoribus in accipiendō Christi corpore negligentia instituisse. Innuat quidem lib. III, de Pœ-

vel in cælo, vel in terra : sanctificatum est cælum, dejectus est diabolus. <sup>e</sup> Ubi versatur? Ubi et homo, quem ille decepit. *Fiat voluntas tua*, hoc est, sit pax in terra, quemadmodum in cælo.

24. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Memini sermonis mei cum de sacramentis tractarem (*Sup. lib. iv, cap. 4*). Dixi vobis quod ante verba Christi quod offertur, panis dicatur : ubi Christi verba deprompta fuerint, jam non panis dicitur, sed corpus appellatur (*De Consec., dist. 2, c. In calicem, § Dixi vobis*). Quare ergo in oratione Dominica quæ postea sequitur, ait : *Panem nostrum* (*Joan. xi, 35*)? Panem quidem dixit, sed *ἐπιούσιον*, hoc est super-substantialem. Non iste panis est, qui vadit in corpus : sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fuleit (*De Consec. dist. 2, c. Non iste panis*). Ideo Græcè *ἐπιούσιος* dicitur : Latinus autem hunc panem quotidianum dixit <sup>d</sup> quem Græci dicunt advenientem ; quia Græci dicunt τὴν ἐπιούσαν ἡμέραν advenientem diem. Ergo quod Latinus dixit, et quod Græcus, utrumque utile videtur : Græcus utrumque uno sermone significavit, Latinus quotidianum dixit.

25. Si quotidianus est panis, <sup>e</sup> cur post annum illum sumis, quemadmodum Græci in Oriente facere consueverunt. Accipe quotidie, quod quotidie tibi prois. Sic vive, ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Quomodo Job sanctus pro filiis suis offerebat quotidie sacrificium (*Job, i, 5*) ne forte aliquid vel in corde, vel in sermone peccasset? Ergo tu audis quod quotiescumque offertur sacrificium, mors Domini, resurrectio Domini, elevatio **379** Domini significetur, et remissio peccatorum : et panem istam vitæ non quotidianum assumis (*I Cor. xi, 26*)? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus : medicina est cæleste et venerabile sacramentum.

nit. cap. 9, quosdam fuisse qui pœnitentiæ obtenta a sacra communione se abstinerent : sed neque communem, neque tam diuturnam existisse illam abstinentiam inspectus locus abunde probat. Fatendum tamen illo jam sæculo intepuisse pristinum quotidianæ communionis usum; uti ex Hieronymi epist. 50. adv. Jovin., et 28, ad Lucer., nec non Augustini epist. 54 ad Januar., intelligimus : verum illi posteriorem hunc morem ita non condemnabant, ut sibi priorem magis probari significarent; namque Augustinus serm. 227 novæ edit. neophytos ad quotidianum Eucharistiæ convivium eadem ratione qua hic ipse auctor, inducere nititur. Quod autem ad Græcos, verum quidem est Chrysostomum populi sui fastidium et sumendam Eucharistiæ negligentiam castigare homilia 3 in epist. ad Ephesios, et apertius adhuc hom. 5, in epist. I ad Timoth. Ioani de annua illa Domini corporis communionem; at tamen ex eadem hom. 3 supra laudata satis apparet non fuisse omnium istam indevolutionem; ac proinde non in Oriente quam in Occidente multo majorem. Quapropter Ambrosius eam consuetudinem Græcis potius quam Latinis non videtur fuisse objecturus; atque adeo posteriori cœpiam auctori accusationem istam potius congruere non inmerito hinc conjicias.



26. *Ponem nostrum quotidianum da nobis hodie.* A Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Si tibi hodie est Christus, tibi quotidie resurgit. Quomodo? *Filius mens es tu, ego hodie genui te* (Psal. II, 7). *Hodie ergo est*, quando Christus resurgit. *Heri et hodie ipse est*, apostolus Paulus ait (Hebr. XIII, 8). Sed et alibi ait: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit* (Rom. XIII, 12): nox hesternâ præcessit, dies hodiernus appropinquavit.

27. Sequitur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Debitum quid est, nisi peccatum? <sup>a</sup> Ergo si non acciperes alieni feneratoris pecuniâ, non egeres; et ideo peccatum tibi imputatur. Habuisti pecuniam, cum qua dives nascereris. Dives eras, ad imaginem et similitudinem Dei factus (Gen. I, 26): perdidisti quod habebas, hoc est, humilitatem, dum arrogantiam desideras vindicare: perdidisti pecuniam, sicut Adam nudus est factus (Gen. III, 7): accepisti a diabolo debitum, quod non erat necessarium. Et ideo qui eras liber in Christo, debitor factus es diaboli. **360** Cautio-

nam tuam tenebat inimicus, sed eam Dominus cruciavit, et suo cruore deleuit (Coloss. II, 14): abstulit debitum tuum, reddidit libertatem.

28. Bene ergo ait: *Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Vide quid dicas: Quomodo ego dimitto, sic et tu dimitte mihi? Si dimiseris, <sup>b</sup> bene convenis, ut dimittatur tibi. Si non dimittis, quomodo eum convenis, ut dimittatur tibi.

29. *Et ne patiaris induci nos in tentationem, sed libera nos a malo.* Vide quid dicat: *Et ne patiaris induci nos in tentationem*, <sup>c</sup> quam ferre non possumus. Non dicit: Non inducas in tentationem, sed quasi athleta talem vult tentationem, quam ferre possit humana conditio; et unusquisque a malo, <sup>d</sup> hoc est, ab inimico, a peccato liberetur.

30. Potens est autem Dominus qui abstulit peccatum vestrum, et delicta vestra donavit, tueri et custodire vos adversum diaboli adversantis insidias; ut non vobis obrepat inimicus, qui culpam generare consuevit. Sed qui Deus se committit, diabolum non timet; Si enim *Deus pro nobis, qui contra nos* (Rom. VIII, 31)? Ipsi ergo laus et gloria a sæculis, et nunc, et semper, et in omnia sæcula sæculorum, Amen.

subjungit ultimam petitionem, *sed libera nos a malo.* Contra vero. S. Hilarius in Psalm. CXVIII, vers. 8, videtur eadem ad textum referre voluisse ita inquam: *Quod et in Dominicæ orationis ordine continetur, cum dicitur: Non derelinquas nos in tentationem, quam ferre non possumus.* At neque apud Evangelistas Matthæum et Lucam, neque in ullis aliis Patribus memorata verba reperiuntur.

<sup>a</sup> Ms. aliquot, *Ergo si non accepseris, non egebis*; alii partim, *Ergo si non accepseris, non egeres*; partim ut in contextu. Ab his vero non discrepant edit. nisi quod pro *si* habent *etsi*: minus commode. At continuo post ubi vel. edit. ac plures mss., *dives nasceris*, et alii nonnulli, *dives nascebaris*; aptius Rom. edit. licet cum paucis mss., *dives nascereris*.

<sup>b</sup> Omnes edit., *bene convenit*; omnes mss., *bene convenis*; optimo sensu, sicut ostendunt sequentia illa, *quomodo eum convenis*; id est, compellat alloqueris, etc.

<sup>c</sup> Hæc verba quam ferre non possumus expositionem superiorum esse auctor satis indicat, cum non tantum hic et initio capituli, verum etiam lib. seq. cap. 5, post illas voces *induci in tentationem*, statim

subjungit ultimam petitionem, *sed libera nos a malo.* Contra vero. S. Hilarius in Psalm. CXVIII, vers. 8, videtur eadem ad textum referre voluisse ita inquam: *Quod et in Dominicæ orationis ordine continetur, cum dicitur: Non derelinquas nos in tentationem, quam ferre non possumus.* At neque apud Evangelistas Matthæum et Lucam, neque in ullis aliis Patribus memorata verba reperiuntur.

<sup>d</sup> Edit. ultimæ Paris., *a vitio*: melius *alixæ*, ac mss. omnes; *ab inimico*. Quod enim Græce habetur, *ἀπὸ τοῦ πονηροῦ*, vulgo redditur Latine, *a malo*, sive *a maligno*, quibus vocibus eadem demon designari solet a SS. PP. cum tamen etiam sumi possit in neutro genere pro qualibet calamitate atque incommodo.

## LIBER SEXTUS.

### 379 CAPUT PRIMUM.

*Cum Christi vera caro et verus sanguis in sacramento sint divini scilicet Verbi omnipotentia consecrati, et aliena specie, ne offensionem pariant, tecti; ex hoc intelligi nos divinæ substantiæ in illo alimento esse participes.*

1. Sicut verus est Dei Filius Dominus noster Jesus Christus, non quemadmodum <sup>a</sup> homines per gratiam, sed quasi Filius ex substantia Patris; ita vera caro, sicut ipse dixit, quam accipimus, et verus ejus est potus (De Consec., dist. 2, c. Sicut est verus).

<sup>a</sup> Locum hunc Lanfrancus legit in illa verba, *cæteri homines per gratiam, sed quasi filius per naturam, id est, ex substantia Patris.* Consequentia vero quæ apud Amerb. Eras. et in mss. longe plurimis habentur ut in textu, non aliter etiam leguntur apud Gill. nisi quod ante *est potus*, vocem *sanguis* præmissam voluit. At edit. Rom. cum eodem Lanfr. tribus mss. Gallic. et uno Vat. in marg. sic reposuit, *ita vera ejus*; mss., *Christi caro est... et verus ejus sanguis est, quem potamus.* Quod quidem nisi codicum oppositorum numerus et antiquitas nos retineret, libentissime amplecteremur. Adverte autem ex hac comparatione recte consequi Christi carnem et sanguinem sub-

2. Sed forte dicas (quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi audientes dicentem (Joan. VI, 54): Nisi quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non manebit in me, **380** nec habebit vitam æternam); forte dicas: <sup>b</sup> Quomodo vera? Qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem (De Consec. dist. 2, c. Forte dicas).

3. Primo omnium dixi tibi (Sup. lib. IV, cap. 4) de sermone Christi qui operatur, ut possit mutare et <sup>c</sup> convertere genera instituta naturæ (Joan. VI, 67).

D Deinde ubi non tulerunt sermonem Christi discipuli stantialiter esse in sacramento.

<sup>b</sup> Ita vel. edit. ac omnes mss. exceptis paucis ubi additur, *caro*. Non tam concinne, cum dictio *vera* simul ad carnem atque sanguinem referatur. Et hoc quidem explicatius habet edit. Rom. cum Grat. in hunc modum, *Quomodo vera caro, quomodo verus sanguis?*

<sup>c</sup> Eras. et Gill., *convertere instituta generata naturæ*: ab his autem eo tantum recedit edit. Rom. quod verbo *convertere* subiecit *in aliud*: Amerb. vero et cuncti mss. nobiscum conveniunt, nisi quod nonnulli, et cum his Lanfrancus, habent, *genera et instituta*.

ejus, audientes quod carnem suam daret manducare, et sanguinem suum daret bibendum, recedebant; solus tamen Petrus dixit: *Verba vitæ æternæ habes, et ego a te quomodo recedam (Ibid., 69)?* Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis; ideo in similitudinem quidem accipis sacramentum, sed vere <sup>a</sup> naturæ gratiam virtutemque consequeris.

**381** 4. *Ego sum*, inquit, *panis vivus qui de cælo descendi (Ibid., 41)*. Sed caro non descendit e cælo, hoc est, carnem in terris assumpsit ex Virgine. Quomodo ergo descendit panis e cælo, et panis vivus? Quia idem Dominus noster Jesus Christus consors est et divinitatis et corporis: et tu qui accipis carnem, divinæ ejus substantiæ in illo participaris alimento (*De Cons. dist. 2, c. Sicut est verus, § Ego sum*).

### CAPUT II.

*In sacramentis omnibus Trinitatis operationem, divinarumque personarum æqualitatem adverti posse, ubi obiter perstringitur error Arianorum.*

5. Ergo accepisti de sacramentis, plenissime cognovisti omnia, quod baptizatus es in nomine Trinitatis. In omnibus quæ egimus, servatum est mysterium Trinitatis. Ubique Pater et Filius et Spiritus sanctus, una operatio, una sanctificatio; etsi quædam veluti specialia esse videantur.

6. <sup>b</sup> Quomodo? Deus qui te unxit, et signavit te Dominus, et posuit Spiritum sanctum in corde tuo (*II Cor. 1, 21, 22*). Accepisti ergo Spiritum sanctum in corde tuo. Accipe aliud, quia quemadmodum Spiritus sanctus in corde, ita etiam Christus in corde. Quomodo? Habes hoc in Canticis canticorum Christum dicentem ad Ecclesiam: *Pone me sicut signaculum in corde tuo, sicut signaculum in brachiis tuis (Can. viii. 6)*.

7. Ergo unxit te Deus, signavit te Christus. Quomodo? Quia ad crucis ipsius signatus es formam, ad illius passionem: accepisti signaculum ad illius similitudinem; ut ad ipsius formam resurgas, ad ipsius vivas figuram, qui peccato crucifixus est, et Deo vivit: et tuus homo vetus in fonte demersus, peccato crucifixus est, sed Deo resurrexit (*Rom. vi, 4 et seq.*).

8. Deinde habes alibi speciale, quod te vocaverit Deus, in baptisate autem quasi specialiter concrucifigeris Christo. Deinde quasi specialiter, quando accipis spiritale signaculum, vide distinctionem personarum esse, sed connexum omne mysterium Trinitatis.

9. Deinde quid Apostolus tibi dixit, ut lectum est

<sup>a</sup> Clarom. cod., *naturam gratiamque consequeris; Valliluc., naturæ gloriam virtutemque consequeris; reliqui et omnes edit. ut in textu.* Cæterum auctor in hoc capite solutionem objectionis petitiæ a testimonio sensuum, quam jam lib. iv, cap. 4, num. 14, proposuerat, ita exprimit, ut omnem præcidat cavillationem. Primo enim substantialem conversationem jam abunde probatum monet, deinde cur sub aliena specie, quam similitudinem vocat, sacramentum institutum sit, rationem affert.

**A** nudius tertius? *Divisiones autem gratiarum sunt, idem autem Spiritus. c Divisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus. Divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus (I Cor. xii, 4 et seq.).* Omnia, inquit, operatur Deus. Sed et de Spiritu Dei lectum est: *Unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult (Ibid., 21)*. Audi Scripturam dicentem quia dividit Spiritus pro voluntate sua, non pro obsequio. Ergo dividit vobis Spiritus gratiam prout vult, non prout jubetur; et maxime quia Spiritus Dei, Spiritus Christi est. Et illud tenete ipsum esse Spiritum sanctum, ipsum Spiritum Dei, ipsum Spiritum Christi, ipsum Spiritum paraclitum.

**382** 10. Ariani putant se derogare sancto Spiritui, si dicant illum Spiritum paraclitum. Quid est paraclitus, nisi consolator? Quasi non et de Patre lectum sit, quia ipse est Deus consolationis (*II Cor. 1, 3*). Vides ergo quia in eo derogandum putant Spiritui sancto, in quo Patris æterni potestas pio prædicatur affectu.

### CAPUT III.

*Orandi rationem traditurus, Christi atque Apostoli verba inter se conciliat, cubiculum quo de loquitur Christus, de secreto cordis ac silentio interpretandum esse declarans.*

11. Nunc quomodo orare debeamus accipite. Multæ virtutes orationis sunt. Ubi orare debeamus non est mediocre, nec mediocris quæstio. Ait apostolus: *Volo autem viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione (I Tim. 1, 8)*. Et Dominus dicit in Evangelio: *Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuum; et clauso ostio, ora Patrem tuum (Matth. vi, 6)*. Non tibi videtur esse contrarium, ut dicat Apostolus: *In omni loco ora*; et Dominus dicat: *Intra in cubiculum tuum, et ora?* Sed non est contrarium. Hoc ergo absolvamus: deinde quomodo debeas incipere orationem, et quo ordine distinguere, quid subtexere, quid allegare, quemadmodum claudere orationem, deinde pro quo orare debeas: <sup>d</sup> hæc omnia dicamus.

12. Primo ubi orare debeas. Aliud Paulus videtur dicere, aliud Dominus. Numquid potuit Paulus contra Christi docere præcepta? Non utique. Qua ratione? Quia non contrarius, sed interpret est Christi: *Imitatores*, inquit, *mei estote, sicut et ego Christi*. Quid ergo? Potes ubique orare, et in cubiculo tuo semper orare. Habes ubique cubiculum tuum. Etsi inter gentes, inter Judæos positus sis; habes tamen ubique tuum secretum. Cubiculum tuum, mens tua est. In

<sup>b</sup> Sic omnes edit. ac mss. nisi quod in horum nonnullis atque edit. Rom. omissum fuit, *te Dominus*. Hunc autem locum, non secus ac illum qui habetur infra, scilicet, *Quomodo? Habes hoc in Canticis*; mss. haud pauci exhibent sine interrogatione.

<sup>c</sup> Omnes edit. et mss. aliquot, *divisiones mysteriorum*; melius reliqui cum Apostolico textu, *divisiones ministeriorum* quidam etiam, *ministratiorum*.

<sup>d</sup> Mss. non pauci, nec inferioris notæ, *Hæc omnia discamus*.

populo licet positus, tamen in interiore homine A  
arcanum tuum secretumque conservas.

13. Tu autem, cum oras, intra in cubiculum tuum. Bene ait, intra; ne sic ores quomodo Judæus, cui dicitur: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me (Esai. lx, 13)*. Non ergo de labiis tantummodo tua procedat oratio. Animo totus intende, intra <sup>a</sup> in recessum pectoris tui, totus ingredere. Non te perfunctorium videat ille, cui te placere desideras. Videat quia ex corde oras ut te ex corde orantem dignetur audire.

14. Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuum. Habes hoc et alibi: *Ambula, populus meus, et intra in recessus tuos, claude ostium tuum, abscondere pusillum, donec transeat ira Domini (Esai. xxvi, 20)*. Hoc locutus est Dominus per prophetam: in Evangelio B  
autem dixit: *Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuum; et clauso ostio, ora Patrem tuum.*

15. Quid est clauso ostio? <sup>b</sup> Audi quod ostium habeas, quod debeas claudere, quando oras. **383** Utinam mulieres audirent! Audisti jam; sanctus David docuit te dicens: *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circuitus labiis meis (Psal. cxl, 3)*. Est alibi ostium, quod ait apostolus Paulus dicens: *Ut aperiat, inquit, mihi ostium verbi ad loquendum mysterium Christi (Coloss. iv, 3)*; hoc est, quando oras, noli sermone clamare, nec diffundere orationem tuam, nec jactare per populos. In secreto tuo ora, securus quod te in secreto possit audire, qui omnia videt, atque audit universa. Et ora Patrem tuum in abscondito, <sup>c</sup> qui audit te in abscondito C  
deprecantem.

#### CAPUT IV. †

*Quare secreto potius orandum sit, quam eum vociferatione: quare etiam viri in omni loco orare debeant, non autem mulieres: quoniamve spectent voces subiectæ: levantes puras manus, etc.*

16. Quid prosit autem interrogemus, qua ratione secreto magis orare debeamus, quam cum vociferatione. Audi: de consuetudine hominum sumamus exemplum. Si aliquem rogas, qui cito audit, non opus putas esse clamorem (F. pro clamore): sensim rogas

<sup>a</sup> Quidam mss., in cubiculum pectoris tui.

<sup>b</sup> Ita edit. omnes ac mss. bene multi: alii tamen aliquot præferunt, *Audi quod ostium habeas claudere*: unus etiam: *Quod ostium habemus? Audi quod debeas*, etc. Hoc autem ex loco ineptiæ Auctorem accusat D  
Albertinus, quod statim subjecerit: *Utinam mulieres audirent!* Quasi vero ineptum cuiquam sano videri possit, quod modestiæ submoneantur ex mulieres, quæ illius eousque oblitæ videbantur, ut intolerabiles in Ecclesia sese præberent; ut cap. seq. Auctor significat. Poterit profecto eodem jure etiam dici Ambrosius ipsemet ineptire; cum non absimilia reperiantur apud illum lib. iii de Virgin. cap. 3, num. 14, et deinceps.

<sup>c</sup> Vet. edit. ac mss. non pauci, *et audit*; Eras. ac Gill., *audiet te deprecantem*; Rom. edit., *ubi audit te deprecantem*; cæteri mss. ut in textu; si tamen Clarom. excipias, in quo legitur, *qui enim videt in abscondito, videt te deprecantem.*

<sup>d</sup> Rom. edit. sola., *Et qui cum clamore rogat eum.* Est autem etiam hic locus ex eorum numero, qui

voce moderata. Si surdum aliquem roges, nonne incipis vociferari, ut te ille possit audire? Qui ergo clamat, putat quod aliter Deus non possit nisi clamantem audire; <sup>d</sup> et cum rogat eum, ejus derogat potestati: qui autem in silentio orat, fidem defert, et confitetur quod Deus scrutator cordis et renis sit (Psal. vii, 10), et orationem tuam ante ille audiat, quam tuo ore fundatur.

17. Ergo videamus: *Volo autem viros orare in omni loco (I Tim. ii, 8)*. Qua ratione viros dixit? Utique communis oratio est et mulieribus et viris. Quod non invenio, nisi forte sanctus Apostolus ideo viros dixit, ne mulieres usurparent, et male intelligerent in omni loco, et inciperent ubique clamare, quas in Ecclesia sustinere non possumus.

18. *Volo autem viros*, hoc est, qui possint servare præceptum, *orare in omni loco, levantes puras manus.* Quid est, *levantes puras manus*? Numquid debes in oratione tua crucem Domini gentibus demonstrare? Illud quidem signum <sup>e</sup> virtutis est, non pudoris. Est tamen quomodo possis orare, nec figuram demonstrares, sed actus tuos leves. Si vis operari operationem tuam, leva puras manus per innocentiam. Levas eas non quotidie: semel levasti, non opus est ut iterum leves.

19. *Volo autem in omni loco viros orare, levantes puras manus sine ira et disceptatione.* Nihil verius: *Ira, inquit, perdit etiam sapientes (Prov. xv, 1)*. Ideo omni tempore, quantum fieri potest, Christianus vir iracundiam debet temperare, et maxime quando ad orationem <sup>f</sup> accedit; ne **384** perturbet animum tuum indignatio iræ, ne quidam furor impediat orationem tuam: sed magis placido accede pectore. Quid enim irascaris? Servus peccavit? Tu accedis ad orationem, ut tua tibi delicta donentur, et al indignaris. Hoc est, *sine ira.*

#### CAPUT V.

*De inordinata orantium disceptatione, et qua modestiæ mulieres orare oporteat: item de inchoatione orationis, ejusque medio ac fine; cum iterata Dominicæ orationis expositione, quæ tractatum ducit ad umbilicos.*

20. Nunc de disceptatione videamus. Plerumque

Albertiniano veru configuntur. Attamen si is ineptit, a quo supponitur eum qui clamat non putare se a Deo umquam audiri, nisi clamantem; quis non videat ab impio aliquo similem calumniam strui posse ipsimet Christo, nimirum quasi apud Matthæum cap. vi, eis qui orantes multum loquuntur, persuasum esse supposuerit nihil se nisi in multiloquio imperaturos. Verum ut Auctorem locum hunc evangelicum respexisse probabile est, ita nec minus ad clamores prophetarum Baal, nec non ad Eliæ verba eosdem III Reg. xviii irridentis videtur alluisse.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *virtuti est, non pudori.* Rursus vero longe plurimi exhibent, *levas puras manus. . . . levas eas, etc.*, ubi alii nonnulli et omnes edit., *leva, etc.* Magis concinne. Quod autem præmisit inter orandum crucem Domini gentibus ostentandam non esse, veterem Christianorum usum, quo supplicantes brachia tollebant in crucis modum, indicat. Vide lib. i de Virg., c. 2, et lib. ii, cap. 4.

<sup>f</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *accedit, ne perturbet animum suum indignatio, ne iræ quidam furor im-*

negotiator venit ad orationem, aut avarus : alter de pecunia cogitat, alter de lucro, alter de honore, alter de cupiditate; et putat quod eum Deus possit audire. Et ideo quando oras, divina humanis præferre te convenit.

21. *Similiter et mulieres*, inquit, *volo orare non jactantes se in ornamentis, neque in margaritis*, ait apostolus Paulus (I Tim. II, 9). Sed et apostolus Petrus: *Mulieris*, inquit, *gratia plurimum valet*, ut viri ejus convertatur affectus per uxoris suæ bonam conversationem, et incredulus se convertat ad gratiam Christi (I Petr. III, 1, 2). Hoc valet mulieris gravitas et pudicitia, et ejus bona conversatio, ut virum suum vocet ad fidem et devotionem, quod et prudentis viri sermo frequenter operatur. Ergo mulier, inquit, non in ornata capillorum, non in tortis crinibus ornamentum suum habeat, sed in oratione ex corde puro; ubi est absconditus cordis homo, qui semper est apud Deum locuples (Ibid. 3, 4). Habes ergo in quo sis dives. In Christo divitiarum tuarum pudicitia sunt et castitatis infusæ, fides, devotio, et misericordia. Illi sunt thesauri justitiarum, sicut propheta memoravit (Esaï. XXXIII, 6).

22. Deinde unde debeas incipere. Die mihi, si velis hominem rogare, et sic incipias: Da mihi, ecce illud quod te peto; nonne arrogans videtur oratio? Et ideo inchoari oratio debet a Dei laude, ut roges omnipotentem Deum, cui possibilia sunt omnia, qui habet voluntatem præstandi. Sequitur obsecratio, sicut Apostolus docuit dicens: *Obsecro ergo primum fieri orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones* (I Tim. II, 1). Prima ergo oratio laudem debet habere Dei: secunda supplicationem; tertia postulationem: quarta gratiarum actionem. Non debes quasi famelicus ad cibum de cibo primum incipere, sed ante a laudibus Dei.

23. Unde et oratores isti sapientes hanc habent disciplinam, ut judicem fautorem sibi præstent: incipiunt a laudibus ejus, ut benevolam sibi faciant cogitorem. Deinde paulatim incipit rogare judicem ut patienter dignetur audire. 385 Audet tertio postulationem suam depromere, quid petat exprimere. Quarto quomodo cœpit a laudibus Dei, sic debet in laudem desinere.

pediat orationem suam. *Magis placido*, etc. Mss. D autem alii plures ac potiores ut in textu.

<sup>a</sup> Desunt in cunctis edit. multisque mss., *orationes, postulationes*: quæ tamen ex aliis percommode restituuntur.

<sup>b</sup> Ita mss. longe plurimi, et ant. edit. ex quibus tamen aliquot mss. ac vet. edit. non habent *est*, et Gill. cum duobus mss. pro in eo legit *nova*, non incongrue: alii autem pauculi et cum his Rom. edit., *Laus hic Dei est, eo quod paternæ prædicatur*, etc. Quod vero omnes edit. exhibent, *et in terris*, e contrario cuncti mss., duobus exceptis, præferunt, *non in terris*.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *ut in omnibus sit regnum Christi*.

<sup>d</sup> Rom. edit., *dicito*; vet. et quidam mss., *accipito*; reliqui, *accipe*.

<sup>e</sup> Illis verbis indicari videtur illam clausulam a sacerdote solo recitari solitam: quemadmodum in Græca Ecclesia idem etiam solus, Aria Montano teste,

24. Habes hoc in oratione Dominica: *Pater nostri qui es in cælis* (Math. VI, 9). <sup>b</sup> Laus Dei est, quod pater prædicatur: in eo pietatis gloria. Laus Dei, quia in cælis habitat, non in terris. *Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum*, id est, ut sanctificet servos suos; nomen enim illius sanctificatur in nobis, quando prædicantur homines christiani. Ergo optantis est, *sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum* (Ibid., 10). Postulatio, <sup>c</sup> ut in nobis sit regnum Christi. Si Deus in nobis regnat, locum habere adversarius non potest. Culpa non regnat, peccatum non regnat: sed regnat virtus, regnat pudicitia, regnat devotio. Deinde: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* (Ibid., 11). Hæc postulatio maxima est eorum quæ postulatur. *Et dimitte*, inquit, *nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (Ibid., 12). Ideo quotidie <sup>d</sup> accipe, ut quotidie debito tuo indulgentiam petas. *Et ne patiaris nos induci in tentationem: sed libera nos a malo* (Ibid., 13). Quid sequitur? Audi quid dicat sacerdos: <sup>e</sup> per Dominum nostrum Jesum Christum, in quo tibi est, cum quo tibi est honor, laus, gloria, magnificentia, potestas cum Spiritu sancto a sæculis, et nunc, et semper, et in omnia sæcula sæculorum, Amen.

25. <sup>f</sup> Aliud: Psalmorum David licet unus libellus sit, habens eas virtutes orationis quas supra diximus (Sup., num. 22); 386 tamen plerumque et in uno psalmo omnes istæ orationis partes inveniuntur, quomodo in octavo psalmo invenimus. Denique sic cœpit: *Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra* (Psal. VIII, 2)! Oratio ergo prima. Deinde obsecratio: *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum*: <sup>g</sup> hoc est, *cælos videbo, lunam et stellas, quas tu fundasti* (Ibid., 4). Uti que non cælum dicit videbo, sed videbo cælos, in quibus incipit albescere gratia et splendor cælestis. Hos sibi cælos tunc promittebat Propheta dari, qui cælestem gratiam a Domino <sup>h</sup> mererentur. *Lunam et stellas quas tu fundasti*: lunam Ecclesiam, stellas vocat sanctos cælesti gratia refulgentes. Deinde vide postulationem ejus: *Quid est homo quod meministi ejus: aut filius hominis, quoniam visitas eum?*

pronuntiabat istam, *ὅτι σου ὄσται ἡ βεβαλαία*, etc., quæ ex Jacobi, Basilii et Chrysostomi liturgiis in Evangelicum Mathæi textum et versiones orient. translata fuit, ut Erasmus, Grotius atque alii observant. Cum porro memorata clausula in nullis Latinis Ecclesiis usurpetur; ea cui præerat hic auctor, ad orientalem certum est magis accedere in eo ritu.

<sup>i</sup> Sic omnes edit. ac mss. non pauci: alii vero partim, *Iste psalmorum David*; partim, *Alius psalmorum David*, etc. Porro in præfatione monimus ab hisce verbis incipere novum sermonem in cod. Sanctigallensi: addimus autem hæc eadem in uno Reg. codice ita describi, quasi novi tractatus sit exordium: at in Clarom. cum reliqua parte prorsus omitti.

<sup>g</sup> Rom. edit. resciderat voces, *hoc est, cælos videbo*.

<sup>h</sup> Sic mss. aliquot, a quibus cæteri et ant. edit. eo discrepant, quod habent, *stellas cælestis gratia resur-*

*Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum (Ibid., 6, 7). Et alia gratiarum actio: Omnia subiecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi, etc. (Ibid., 8 et seq.).*

26. Ducimus pro captu nostro <sup>a</sup> forsitan quod non didicimus; et ut potuimus, expressimus. Sanctitas vestra institutis sacerdotalibus informata, labo-

gentes. Minus commode. At Rom. edit. sola, *meretur . . . stellis homines cælestis gloriæ resurgentes.*

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *forsitan quod a Domino didicimus.*

<sup>b</sup> Mss. non pauci, *ut oblatio sicut hostia pura, in vobis, etc.,* satis commode: alii plures nobiscum fa-

ret tenere quod accepit a Deo: <sup>b</sup> et oblatio sicut hostia pura, in vobis semper suum signaculum recognoscat, ut et ipsi ad gratiam et ad præmia virtutum pervenire possint, per Dominum nostrum Jesum Christum; cui est gloria, honor, laus, perpetuitas a sæculis, et nunc, et semper, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

ciunt, nisi quod pro sicut Valliluc. legit, *sit ut*, non incongrue. Reliqui tandem et omnes edit. nobis etiam accedunt, excepta vocula, et, quam præmittunt dictionibus in vobis, hoc modo sententiam omnino corrumpentes.

## IN LIBROS DE POENITENTIA ADMONITIO.

*Quandoquidem hi duo libri adversus Novatianos scripti fuerunt, ut Ambrosii consilium, operis ordo atque series, viâ ac pondus argumentorum percipiatur minori negotio, non ingratum lectori futurum duximus, si ejus oculis unde orta sit illa hæresis, quos habuerit progressus, quomodo in statu fuerit, cum iidem libri lucubrarentur, proponamus.*

Dicti sunt Novatiani ab auctoribus sectæ Novato et Novatiano, quos inter se cum plerique veterum, et Græcorum imprimis, male consueverunt, nunquam non distinguit Ambrosius. Horum prior Carthaginensis Ecclesiæ presbyter fuit, nunquam vero ad episcopalem pervenit dignitatem; qua in re Baronius, Pelagius, Labens et alii nonnulli erraverunt. Is erat animo inquieto et scelerato, neque ad aliud magis quam ad res novas comparato. Idem se conjunxerat Felicissimo, qui lapsus in idololatriam nulla imposita pœna reddendam pacem delirabat. Cujus hæresi quo plusculum conciliaret auctoritatis cum omni arte atque ambitu protrudit ad diaconatum, non modo non annuente, sed ne consulto quidem antistite ipsius Cypriano. Huic facinorosi alia tum impudicitia, tum atrocis crudelitatis plena cumulum addiderunt, propter quæ dies a fratribus ei dictus est apud Cyprianum: sed reuouata per id temporis persecutio, ne ulterius in eundem inquireretur, prohibuit. Usus ea occasione Novatus Romam profugit; eoque cum sub anni 251 initium venisset, clerum ac populum ibi offendit de sufficiendo pontifice in locum Fabiani non pridem martyrio affecti dissentientes.

Discissa Romanorum studia duo presbyteri in se converterant, Cornelius et Novatianus. Hic stoicorum philosophorum scita profitebatur, homo acerrimi ingenii, multijugæ doctrinæ, nec facundia vulgaris: verum præterquam quod exorcismis subjectus fuerat, eum in lecto propter adversam valetudinem baptizatum sacra unctione episcopus non consignaverat. Neglectis tamen hisce defectibus, ipsum idem præsul honore sacerdotali dignatus est; unde in animis populi haud parvam excitavit offensionem. Itaque cum in pontificem plura justioraque suffragia Cornelium retulissent, virum eximia virtutis, atque in singulis Ecclesiæ gradibus exercitatum, Novatianus repulsæ impatientis electionem illam evertere secum statuit. Hoc inceptum ut perficeret, famosum libellum scripsit in Cornelium: ac denique ordinationem ejus idcirco legitimam esse negavit, quod eos Christianos qui sævienti persecutione thura idolis adoleverant, a sua communione non rejiceret. Pellexit in factionem suam non paucos e populo: quam occasionem Novatus rebus suis opportunam ratus, Novatiano se mancipavit. Igitur ut pro virili promoveret ejusdem partes, id technis suis est consecutus, ut ille a tribus episcopis, quos rudæ et simplices ab æstigua et vilissima Italiæ parte ad hoc exciverat, ordinaretur in pontificem; unde tum primum antipapæ nomen a constituta Christi religione incognitum audiri cœpit. Ordinationem suam datis litteris missisque legatis Africanæ atque Orientali Ecclesiæ significavit: sed ea ubique repudiata est.

Interim ut invidiam Cornelio constare pergeret, ac sibi auctoritatem quodam disciplinæ fuco compararet, docebat ea potestate carere Ecclesiam qua lapsorum, quos in Libellaticos, Thurificatores, et Apostatas distinguebant, crimen dimitteretur, cum tamen eosdem ad penitentia opera exhortandos esse neutiquam negaret. Primo quidem isti hos intra fines se continebant. Sed cum acriter premerentur a Cypriano et aliis Patribus, qui non sine summa injuria quam veniam atrocioribus peccatis, puta homicidio, et adulterio concedebant, illam solis lapsis negari demonstrabant; eo denique compulsi sunt, ut peccata omnia contenderent æque esse irremissibilia. Puduit tamen eorum sectatores hujus amentia; postea enim non desuere, qui hanc sententiam ad sola graviora crimina restrictam vellent.

Arrisit plurimis severitatis illa species, brevique ex his secta numerosa coalescens, ut ab orthodoxis distingueretur, sibi vanissimum καθαρῶν, id est, mundorum nomen arrogavit. Episcoporum ejusdem sectæ amplum catalogum magna cum laude texit Socrates (Lib. iv Hist. cap. 21). Describit etiam suscepta ab ejusdem professoribus pro Christi divinitate certamina, eorumque tam claram in supplicii constantiam fuisse tradit, ut ea inducti ipsi Ca-

tholici, preces cum illis in templis ipsorum optarent sociare. Quæ quidem haberemus minus suspecta, si a scriptore in eas partes non tam propenso proficiscerentur. Eam hæresim diversa concilia proscripserunt, et quid in iis qui redirent ad Ecclesiam, servandum esset, præceperunt. Quamvis autem in illam Patrum eruditissimi calamum strinxerint, ipsa tamen per omnes ferme Christiani orbis plagas propagata diutissime perseveravit.

Eamdem hoc in statu offendit Ambrosius, cum ipsam hæc duobus libris aggressus est (Cap. 1). Primum aptissime a moderationis, quam in Novatianis desiderari certum erat, commendatione orditur. Tum commissam Ecclesie criminum quorumlibet absolvendorum potestatem astruit (Cap. 2), Deum ad clementiam quam ad severitatem magis propensum esse demonstrans (Cap. 3 et 4). Postea vero ubi objectioni a divina immutabilitate petite satisfecit (Cap. 5), ipsis vicissim e variis Scripturæ testimoniis, ac potissimum ex eo quod Petro cæli claves Christus promisit (Num. 32 et 33), acriter instat. His alia momenta ex eorum principiis moribusque desumpta jungit (Cap. 8). Mox ad alias objectiones gradum faciens (Cap. 9), maxime in eo refellendo quod de peccato ad mortem venditabant, moratur (Cap. 10); ostensoque doctrinam orthodoxam a Joanne Evangelista clare asserti (Cap. 11), futilia eorum responsa prorsus evertit (Cap. 12). Postremo ex Corinthii a Paulo separati, ac deinde sacris redditi historia validissimum confirmando catholico dogmati ducit argumentum (Cap. 13 et seq.).

In altero libro (Cap. 1) postquam docuit sollicite ac mature agendam esse pœnitentiam, præcipua duo Novatianorum præsidia impugnat. Primum (Cap. 2 et 3) illis suppeditabant Apostoli verba eos qui lapsi essent renovari non posse ad pœnitentiam asseverantis: secundum vero (Cap. 4) iidem mutuabantur ex Joannis Evangelio, ubi dicitur peccatum in Spiritum sanctum neque in hoc neque in futuro sæculo dimittendum. Utramque autem difficultatem ea vi rationum tractat et diluit, quæ posteris theologis pene omnibus facem in his solvendis præluxerit, ut nos suis locis observavimus. Probat denique ab ipsis peccatores ad baptismi repetitionem induci (Cap. 5, num. 36), ut ejus beneficio veniam, quam pœnitentiæ operibus negabant, assequerentur; cum apostoli e contrario nobis criminum veniam nusquam non promittant. Hinc occasionem nactus, Christianos invitat (Cap. 6) ad pœnitentiam, cujus et partes singulas qualitatesque oculis subjicit. Adjungit fore ut Christus eorum lacrymis nec non matris Ecclesie precibus motus, ad eos accedat spiritalem resurrectionem operaturus, cujus formam in Lazaro exstitisse memorat (Cap. 7). Suscitationem ejus sicut et convivium, cui una cum Domino idem interfuit, contra Novatianos propositum confirmat, veniæ qua Corinthium donavit Paulus, exemplo iterum adhibito. Sub hæc oculos in se ipse reflectens (Cap. 8, num. 67 et seq.), ut sibi detur et a commissis propriis absolutio, et commiseratio in alienis, quanta maxima potest animi submissione Deum precatur. Ad ultimum excussis quæ circa pœnitentiam obrepere solent, vitiis (Cap. 9 et seq.), et præmonstrata quæ in eligendo ad publicam pœnitentiam tempore observanda sit, cautione, librum absolvit.

Porro quod ad tempus hujus operis, nobis videmur illud non incommode ex locis duobus inter se comparatis colligere posse, nimirum ex illis verbis, de Pœnitentia duos jam dudum scripsi libellos, quæ in Expositione psalmi xxxvii quam anno 393 scriptam ostendimus (Num. 1), habentur; et ex eo quod ait commentationis hujus lib. II: Peccamus et nos seniores (Cap. 8, num. 74), maxime vero e superioribus istis, Ego laborem aliquem pro sancta Ecclesia tua suscepi (Num. 73). Etenim cum hoc ultimo loco publicum laborem, ac nemini non notum designari dubium non sit, eum de certamine vel in Justinam Arianorum antesignanam, vel in Symmachum idolorum propugnatorem suscepto oportet intelligi. Quapropter intermedium aliquem annum eidem huic operi assignandum constat, forte 384; fit enim ea ratione ut vertente 393, Vir sanctus dicere potuerit, Jam dudum scripsi.

Ultima hæc verba satis aperiunt cuius auctori tribuenda sit ea commentatio: sed quod in ejusdem lib. II raptum se a tribunalibus, ac pro Ecclesia laborem suscepisse loquitur, hoc tam Ambrosianum est, ut Petrum Sotum (Lib. Inst. Sacerd. de Necess. Confess. Lect. 9) vehementer miremur id operis Doctori nostro ereptum voluisse propter eos locos, quibus ut eidem ipsi ascribatur, persuaderi nemo non debeat. Sed ejus rationes, si tanti erunt, suo tempore discutiemus. Hic autem id unum adjiciemus, August. eosdem libros tamquam vere Ambros. iterum ac tertio citantis (Lib. de Peccat. orig. cap. 31, lib. II cont. Julian. cap. 3 et 9, et lib. IV contra duas Epist. Pelag. cap. 11) vel solam auctoritatem præstare conjecturis omnibus, quæ quantum imponere soleant etiam doctis, in memorato theologo exemplum exstat. Verum majori haud dubie in culpa fuit Rivetus (Critic. sac. lib. III, cap. 16), qui relatis Soti argumentis, opposita maligne tacuerit. Hujus silentii in opere quo censura hujusmodi librorum promittitur, causam pervidere arduum non est. Vix enim alibi clarius a Christo Ecclesie tradita peccatorum dimittendorum auctoritas, necessitas eorundem confitentium, ac tandem bonorum operum corporisque castigatio- num meritum manifestantur.

# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## DE POENITENTIA,

LIBRI DUO<sup>a</sup>.

### 389 CAPUT PRIMUM.

*Moderationis laus. Quam necessaria sit ea virtus præfectis Ecclesiae, potissimum Dominicæ charitatis ac mansuetudinis exemplo demonstrari. Ab hac ergo cum desciverint Novatiani, eos pro Christi discipulis habendos non esse: quorum superbia et inclementia castigatur.*

1. Si<sup>b</sup> virtutum finis ille est maximus, qui plurimorum spectat profectum, moderatio prope omnium pulcherrima est: quæ ne ipsos quidem quos damnat, offendit; et quos damnaverit, dignos solet facere absolutione. Denique sola est, quæ Domini quæsitam sanguine Ecclesiam propagaverit, imitatrix beneficii cœlestis, et redemptionis universorum salubri fine temperans, quem ferre possint aures hominum, mentes non refugere, non pavere animi.

2. Etenim qui studet humanæ infirmitatis emendare vitia, ipsam infirmitatem suis debet sustinere, et<sup>c</sup> quodammodo pensare humeris (*Luc. xv, 5*), non abjicere. Nam pastor ille Evangelicus lassam ovem vexisse legitur, non abjecisse (*De Pœnit. dist. I, c. Serpens, § Nam pastor*). Et Salomon ait: *Noli justus esse nimium (Eccl. vii, 17)*; debet enim justitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum se tibi curandum præbeat, quem **390** fastidio habeas; qui

<sup>a</sup> Scripti circ. ann. 384.

<sup>b</sup> Codex Germ. unus an. cir. 800 ita incipit: *Quando nos Deus terret, non frangere vult, sed punire non vult. Ait quidam psalmus: Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. Arcus enim quando intenditur, quantum retrorsum manus reducit, tanto ictus vehementior concitatur: sic et minæ Dei tanto gravius veniunt, quanto diutius differuntur. Tamen misericordiæ est cum differtur, ut pœnitens sanetur, sanatus non damnatur. Apostolum audi: An divitiarum bonitatis ejus longanimiter contemnis? Ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit! Sed ut possimus vitia nostræ infirmitatis emendare, etc. Alii cod. atque edit. sibi consentiunt invicem, nisi quod in illorum nonnullis habetur. Si vatum finis. Et infra, pro redemptionis universorum, in uno legitur, redemptoris, in duobus redemptione universorum. Et pro salubri fine temperans; in quibusdam, salubris finis et temperans; in aliis salubris fine et temperans.*

<sup>c</sup> Mss. tres, quoquo modo versare; Clar., quodammodo pavare.

<sup>d</sup> Novatianos ut se a Catholicis, quos pro immu-

A contemptui se, non compassioni medico suo putet futurum?

5. Ideo Dominus Jesus compassus nobis est; ut ad se vocaret, non ut deterreret. Mitis venit, venit humilis. Denique ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego vos reficiam (Matth. xi, 28)*. Relicit ergo Dominus Jesus, non excludit, neque abjicit: meritoque tales discipulos elegit, qui Dominicæ voluntatis interpretes, plebem Dei colligerent, non repudiarent. Unde liquet eos inter Christi discipulos non esse habendos, qui dura pro mitibus, superba pro humilibus sequenda opinantur: et cum ipsi quærant Domini misericordiam, aliis eam denegant; ut sunt doctores Novatianorum, qui<sup>d</sup> mundos se appellant.

B 4. Quid his superbius, cum Scriptura dicat: *quia nemo mundus a peccato, nec unius diei infans (Job. xiv, 4)*; et David clamet: *A delicto meo munda me (Psal. I, 2)*? Sanctiores isti quam David, de cujus nasei familia Christus incarnationis elegit mysterio, cujus posteritas<sup>e</sup> aula cœlestis est, utero virginali suscipiens mundi Redemptorem? Quid autem durius, quam ut indicant pœnitentiam, quam non relaxent; cum utique veniam negando, incentivum auferant pœnitentiæ? Nemo enim potest bene agere pœnitentiam, nisi qui speraverit indulgentiam (*De Pœnit., dist. I, cap. Nemo potest*).

dis habebant distinguerent, καθαρῶν appellationem sibi arrogasse auctores sunt Eusebius lib. iv Hist. Eccl. cap. 23, Epiphanius *Hæresi* 79, Augustinus *de Hæres.* 38, Theodoretus lib. iii *Hæret. Fab.* et alii: quos inter festive admodum in eos August. lib. de Agone Christ. cap. 2 ita ludit: *Qui nomen suum si vellent agnoscere, mundanos se potius, quam mundos vocarent.* Idem illi catholicos, ut ex Cypriano, Iaciano, Augustino, multisque aliis discere est, nuncupabant *Apostaticos* et *Capitolinos*: quod iis qui in Capitolio Jovi libaverant, communicarent; et ab his vicissim appellabantur *Montenses*, sive ab aliquo loco ita vocato, sive propterea quod Novatus studuisset Felicissimo, qui ut ex Cypr. epist. 41 discimus, in montem cum suis secesserat: dicebantur etiam *scævæ*, forte non ob aliud nisi quod cum potestate ligandi peccata uterentur, non autem solvendi, eos quodammodo imitarentur, qui, ommissa dextera, lævam solam ad ministerium adhibent. Vide Conc. Lab. tom II, pag. 954.

<sup>e</sup> Ita vet. edit. ac plures mss.; at Rom. edit. cum aliis, *aula cœlestis est uterus virginis; mss., virginalis.*

## 391 CAPUT II.

Quod Novatiani dicunt se non nisi lapsis negare communionem, hoc neque cum Scriptura, neque cum sua ipsorum doctrina congruere: quod vero divinæ potestatis reverentiam prætexunt, eos hoc ipso in illam esse injurios; cum is injuriam inferat, qui creditum sibi munus aut ejus partem nolit exercere: cæterum ligandi et solvendi jus quod hæresi non potest attribui, pulchre vindicari ab Ecclesia, quippe quæ Spiritu sancto id accèperit, in quem isti superbe agunt.

5. Sed negant his oportere reddi communionem, qui prævaricatione lapsi sunt. Si unum tantum crimen exciperent sacrilegii, cui veniam negarent, dure quidem, sed tamen divinis tantum redargui viderentur sententiis, assertionibus tamen suis convenirent; Dominus enim trimum nullum excipit, qui peccata donavit omnibus. At cum<sup>a</sup> omnia peccata Stoicorum quodam more paribus putent æstimanda mensuris, et æque eum qui gallum, ut alunt, gallinaceum, atque illum qui patrem suffocaverit, perpetuo asserant cælestibus abdicandos mysteriis; quomodo unius criminis obijciunt reos,<sup>b</sup> cum indignissimum esse non possint etiam ipsi negare, ut paucorum pœna perveniat ad multos?

6. [Atlas cap. II.] Sed autilit se Domino deferre reverentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem reservent. Immo nulli majorem injuriam faciunt, quam qui ejus volunt mandata rescindere, commissum utinam refundere. Nam cum ipse in Evangelio suo dixerit Dominus Jesus: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittuntur eis: et quorum detinueritis, detenta erunt* (Joan. xx, 22, 23);

<sup>a</sup> Forte an pugnare inter se videantur, quod hic dicuntur omnia peccata æqualia esse Novatianis, et quod infra illidem referuntur manifestum discrimen inter graviore ac leviores culpas inducere. Verum ibidem non obscure indicat S. Doctor eam quam istis memorat responsonem, posteriorum esse Novatianorum: antiquiores autem de peccatorum paritate illud sensisse, quod hic traditur. Satis tamen probabile est Novatianum primo insimulatum quasi paria faceret quælibet peccata, eo quod libellaticos æque a reconciliatione excluderet ac thurificatores, tum doctrinæ suæ consequentia inducium peccatorum differentiam omnem rejecisse, tum etiam ut objectionem illam eluderet, qua ad poenitentiam, quæ lapsis ab eo denegabatur, adulteros admittere arguebatur a Cypriano: cum vero æqualitas illa criminum secutis temporibus nimis odiosam redderet eandem sectam, recentiores illius professores ab eo dogmate duxisse recedendum. Quod porro ad exemplum a parentis et gallinacæ nece petitum, illud ipsum proponitur a M. Tullio in Orat. pro L. Murena, et aliud de patris etiam ac servi cæde in Paradoxo 5. Sed hic non satis sibi constare videtur ipse Cicero; nam cum peccatorum æqualitatem ibi defendat, confiteri tamen cogitur, eum qui patrem occiderit, multa peccare. Merito igitur de hac opinione Stoicorum Horatius:

Quis paria esse fere placuit peccata, laborant  
Cum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant.  
Et infra:

Nec vincet ratio hoc, tantumdem ac peccet idemque,  
Qui teneros caules alieni frugerit horti,  
Et qui nocturnus divum sacra legerit, etc.

A quis est ergo qui magis honorat, utrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit?

7. Ecclesia in utroque servat obedientiam, ut peccatum et alliget et relaxet: hæresis in altero immittit, in altero inobediens; vult ligare, quod non resolvat: non vult solvere, quod ligavit; in quo<sup>d</sup> se sua damnat sententia. Dominus 392 enim par jus et solvendi esse voluit et ligandi, qui utrumque pari conditione permisit (*De Pœnit.*, dist. 1, cap. *Verbum Dei*, § *Dominus*). Ergo qui solvendi jus non habet, nec ligandi habet. <sup>e</sup> Sicut enim secundum Dominicam sententiam, qui ligandi jus habet, et solvendi habet: ita istorum assertio se ipsam strangulat; ut quia solvendi sibi jus negant, negare debeant et ligandi. Quomodo igitur potest alterum licere, alterum non licere? <sup>f</sup> Quibus donatum utrumque est, aut utrumque licere manifestum est, aut utrumque non licere certum est. Ecclesiæ utrumque licet, hæresi utrumque non licet; jus enim hoc solis permissum sacerdotibus est. Recte igitur hoc Ecclesia vindicat, quæ veros sacerdotes habet: hæresis vindicare non potest, quæ sacerdotes Dei non habet. Non vindicando autem ipsa de se pronuntiat, quod cum sacerdotes non habeat, jus sibi vindicare non debeat sacerdotale. Ita impudenti contumacia pudentem cernimus confessionem.

8. Spectat etiam illud, quoniam qui Spiritum sanctum accepit, et solvendi peccati potestatem et ligandi accepit. Sic enim scriptum est: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittuntur: et quorum detinueritis, detenta erunt* (Joan. xx, 22, 23). Ergo qui solvere non potest peccatum, non habet Spiritum sanctum. Munus Spiritus sancti est officium sacerdotis, jus autem Spiritus sancti in sol-

<sup>b</sup> Horum verborum quæ paulo intricatiora sunt, hic ordo est: cum ipsi etiam negare non possint indignissimum esse, ut paucorum, lapsorum scilicet, pœna perveniat ad multos, nempe ad quorumcumque criminum reos.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, *quam et cuius volunt*. Male, cum antecedens *nulli* non in tertio singulari casu, sed in primo plurali positum sit, ut clarum erit examinanti.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *se suamque damnat sententiam*. Minus commode.

<sup>e</sup> Sicut enim... et solvendi habet, in mss. Laud., Sorb. et Mich. desiderantur, sensu nihilo deteriori.

<sup>f</sup> Ita Gill. ac mss. omnes præter Albin. duos, ubi legitur: *Quibus donatum utrumque est, et utrumque licere certum est. Ecclesiæ autem, etc.* Amerb. vero et Eras., *Si quibusdam datum utrumque est licere, aut utrumque non licere: certum est Ecclesiæ utrumque licere, hæresi utrumque non licere*. At Rom. edit. sola, *Quibus datum, utrumque est licere: at quibus non datum, utrumque non licere certum est, etc.*, ut Amerb.

<sup>g</sup> Edit. ult. Paris., *quæ verus Sacerdos habet*. Paucis vero interjectis *pro sacerdotes Dei*. Rom. edit. cum mss. duobus habet, *sacerdotes veros*. Hoc autem loco Ambrosius in adversariorum suppositione disputans nihil aliud docet, nisi sacerdotales actus episcoporum presbyterorumve Novatianorum illicitos esse; validam enim ipsorum existisse ordinationem Patres Conc. Nicæni can. 8, non obscure significaverunt; quandoquidem clericis omnibus ab eadem hæresi ad Ecclesiam redeuntibus gradum suum atque ordinem decrevit conservandum. Sic ergo sacerdotes hæreticorum veri negantur, ut vulgo negamus verum esse regem, qui non legitime utitur sua potestate,



vendis ligandisque criminibus est; quomodo igitur munus ejus vindicant, de cujus diffidunt jure et potestate?

9. Quid! quod insolentiores sunt. Nam cum ad misericordiam promptior quam ad severitatem sit Spiritus Dei; quod ait se velle, id nolunt: quod nolle, hoc agunt; cum viudicare judicis sit, remittere misericordis. Tolerabilius igitur, Novatiane, remitteres, quam ligares; aliud enim quasi delinquendi parcus usurpares, aliud quasi ærumnæ compassus ignosceres.

### 393 CAPUT III.

*Iisdem Novatianis veniam gravioribus tantam criminibus abs se denegari opponentibus, respondet S. Doctor hac sententia ab illis sectæ suæ parentem rursus damnari, et offendi ipsummet Deum, qui peccatorum quorumlibet remittendorum fecit potestatem: sed majoribus delictis majorem quoque pœnitentiam adhibendam esse. Adjicit autem ipsos in hoc perversos sese præbere, quod hujusmodi culparum distinctio severitatis materiam Deo relinquat: cujus misericordiam in incarnatione Christi adeo mirabiliter emicantem imitari detrectant.*

10. Sed aiunt se, exceptis gravioribus criminibus, relaxare veniam levioribus. Non hoc quidem auctor vestri erroris Novatianus, qui nemini pœnitentiam dandam putavit; ea scilicet contemplatione, ut quod ipse non posset solvere, non ligaret; ne ligando sperari a se faceret solutionem. In eo igitur patrem vestrum propria damnatis sententia, qui distinctionem peccatorum facitis, quæ solvenda a vobis putatis, et quæ sine remedio esse arbitramini: sed Deus distinctionem non facit, qui misericordiam suam promisit omnibus, et relaxandi licentiam sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit (*De Pœnit., dist. 1, cap. Deus*). Sed qui culpam exaggeraverit, exaggeret etiam pœnitentiam; majora enim crimina majoribus abluuntur fletibus. Ita nec Novatianus probatur, qui veniam interclusit omnibus: nec vos imitatores ejusdem et condemnatores; quia ibi minuitis studia pœnitentiæ, ubi augeri oportet; quia graviora peccata majoribus sustentanda fulcris docuit Christi misericordia.

11. Quæ autem ista perversitas est, ut vobis vindicetis possibilis concessu: Deo, ut ipsi dicitis, impossibilia reservetis? Hoc est sibi eligere causas ignoscendi, Deo materiam sæviendi relinquere. Et ubi

<sup>a</sup> Amerb. et Eras., *delinquendi parcens*; Gill. ac mss. non pauci, *delinquendi parte*; unus, *partem*; Rom. edit. ac reliqui cod., *delinquendi parcus*; excipe tamen Cister. in quo *delinquendi parcere*.

<sup>b</sup> Rom. edit. ubique Novatum fecit e Novatiano: qua mutatione inductus in errorem Petavius Ambrosium nostrum iis Patribus a quibus ambo illi hæsiarchæ inter se confunduntur, accensuit. Verum doctissimus vir sectus sensisset, si quam aliam edit. aut quemlibet manu exaratum codicem consulisset.

<sup>c</sup> Mss. nonnulli, *majoribus advolvuntur fletibus*. . . . nec vos discipuli imitatores.

<sup>d</sup> Ita Rom. edit. cum mss. duobus; reliqui mss.

A est illud: *Sit autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris* (Rom. iii, 4)? Ut agnoscamus igitur Deum misericordiæ magis indulgentem esse, quam severitatis tenacem, ipse ait: *Misericordiam malo, quam sacrificium* (Ose. vi, 6). Quomodo igitur vestrum potest acceptum esse sacrificium Deo, qui negatis misericordiam; cum ipse dicat nolle se mortem peccatoris, sed correctionem (*Ezech. xviii, 32*)?

12. Cujus interpretes Apostolus ait: *Quia Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne; ut justificatio Legis impleretur in nobis* (Rom. viii, 3, 4). Non in similitudinem carnis ait; quia Christus veritatem suscepit carnis humanæ, non similitudinem: neque in similitudinem peccati ait; quia peccatum non fecit, sed peccatum pro nobis factus est: sed venit in similitudinem carnis peccati (II Cor. v, 2), hoc est, suscepit similitudinem carnis peccatricis; ideo similitudinem, quia scriptum est: *Et homo est, et quis agnosceret eum* (Jerem. xvii, 3)? Homo erat in carne secundum hominem, qui agnosceretur: virtute supra hominem, qui non agnosceretur: ita et hic carnem habet nostram, sed carnis hujus vitia non habet.

13. Non enim sicut omnis homo est, ex virili erat et feminea permixtione generatus: sed natus de Spiritu sancto et de Virgine (*Matth. i, 18*), immaculatum corpus suscepit, quod non solum nulla vitia maculaverant, sed nec generationis aut conceptionis concretio injuriosa fuscaverat (*S. Aug. lib. ii, cont. Jul. Pelag., in princ. et fin.; lib. ii de Pec. orig., c. 40; et l. iv, contra duas Epist. Pet. c. 11*). Nam omnes homines sub peccato nascimur, quorum ipse ortus in vitio est, sicut habes lectum, dicente David: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea* (*Psal. l, 5*). Ideo Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus* (Rom. vii, 24)? Christi autem caro damnavit peccatum, quod nascendo non sensit, quod moriendo crucifixit; ut in carne nostra esset justificatio per gratiam, ubi erat ante colluvio per culpam.

14. Quid ergo dicemus ad hæc, nisi quod dixit Apostolus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis*

partim, *possibilia concessa a Deo*, partim cum antiq. edit. *possibilia concessa Deo*, etc. Melius; unus etiam, *possibilia concedi Deo*, etc. Nec male. Rursus post pauca, ubi Amerb., Eras. ac Rom. edit. cum Tell. cod. *materiam ferendi*; Gill. ac reliqui cod. *materiam sæviendi*.

<sup>e</sup> Mss. nonnulli, *non tantum similitudinem, sed in similitudinem carnis peccati, hoc est, suscepit, etc.* Sic etiam alii aliquot, nisi quod omittunt vocem *tantum*; reliqui et edit. ut in textu.

<sup>f</sup> Ita edit. omnes, et plures mss.; alii vero etiam non pauci, *hoc non erat in carne secundum hominem, qui non agnoscur.* Minus commode.

donavit? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet? Christus qui mortuus est, immo qui et resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis (Rom. viii, 31 et seq.). Pro quibus ergo Christus interpellat, eos Novatianus accusat. Quos Christus ad salutem redemit, eos Novatianus damnat ad mortem. Quibus Christus dicit: Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum (Matth. xi, 29); Novatianus dicit: Immitis sum. Quibus Christus dicit: Invenietis requiem animabus vestris; jugum enim meum suave est, et onus meum leve est (Ibid., 30); his grave onus, et durum imponit jugum Novatianus.

## CAPUT IV.

Pergit divinam probare misericordiam, eamque majorem esse quam severitatem Evangelici testimonii expositione ostendit. Eos vero qui Christum negaverunt coram hominibus, non eadem omnes ratione habendos esse, athletarum exemplo palam facit.

15. Quam propensus igitur ad misericordiam sit Dominus Jesus, licet ista satis instruant; tamen etiam ipse te doceat, qui cum adversus impressionem persecutionis instruere nos vellet, ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest animam et corpus mittere in gehennam (Matth. x, 28). Et infra: Omnis ergo qui confessus me fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in caelis: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui est in caelis (Ibid., 32, 33).

395 16. Ubi confitetur, pro omnibus confitetur, omnes complectitur: ubi negat, non omnes negat. Sicut enim supra habet: Omnis qui me confessus fuerit, confitebor et ego eum, hoc est, omnem: consequens erat ut infra quoque<sup>a</sup> sic redderet: Omnis autem qui negaverit me. Sed ne omnes negare videretur, ita subjecit: Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum. Gratiam promittit omnibus, non omnibus minatur injuriam.<sup>b</sup> Quod est miserationis, exaggerat: quod ultionis, extenuat.

17. Atque ita scriptum est non solum in eo libro, qui secundum Matthæum scribitur Evangelii Domini Jesu: sed etiam in eo lectum est quem secundum Lucam reperimus (Luc. xii, 8); ut scias non otiose id possuisse utrumque.

18. [Alias cap. III.] Diximus quid scriptum sit, col-

<sup>a</sup> Omnes edit. cum uno ms., sic diceret; ceteri mss., sic redderet. Optime; idem enim est ac priori parti hanc opponeret. Male vero hic Scripturæ perverti sensum arguit Sotus, cum Vir sanctus tantum sententiæ suæ confirmationem aliquam e voce, Omnis, in altero periodi membro omnia peccat, ex ipso sensu fusius postea disputaturus. Quod etiam is reprehendit, quæ dicuntur infra num. 26, in hoc non multos habebit suffragatores. Locum adi, et fateheris eum contra adversarios æque ingeniose ac pie tractatum.

<sup>b</sup> Totus hic locus in Claron. cod. ita contrahitur:

A ligamus sententiam: Omnis, inquit, qui me confessus fuerit (Matth. x, 32), id est, ex quacumque vita, ex quocumque statu qui confessus me fuerit, habebit me remuneratorem confessionis suæ. Cum dicitur, Omnis, nullus a remuneratione, qui fuerit confessus, excluditur. Non similiter, omnis qui negaverit, negabitur; potest enim fieri ut aliquis victus suppliciiis, sermone Deum neget, et corde adoret (De Pœnit., dist. i, cap. Potest fieri).

19. Numquid eadem causa est ejus qui sponte negat, et ejus quem tormenta inclinauerint ad sacrilegium, non voluntas? Quam autem indignum, cum apud homines valeat certaminis gratia, ut apud Deum non valere asseratur! Nam sæpe in hoc athletarum sæculari certamine etiam victos quorum fuerint certamina probata, vulgus hominum cum victoribus coronare consuevit; maxime quos viderit forte dolo aut fraude victoria exclusos. Christus ergo athletas suos quos viderit gravibus paulisper cessisse suppliciiis, sine venia patietur manere?

20. Numquid non habebit<sup>d</sup> rationem laboris, qui etiam quos projicit, non in æternum projicit? Dicit enim David: Non in æternum projiciet Deus (Psal. lxxvi, 8); et contra hunc audiemus hæresim dicentem: Projicit in æternum? Nec in finem, inquit, misericordiam suam abscidet a generatione in generationem, aut obliviscetur misereri Deus (Ibid. 9, 10), clamat Propheta: et sunt qui divinæ miserationis quædam inducant oblivia?

## CAPUT V.

Objectioni ab immutabilitate Dei petitiæ respondetur, allatis Scripturæ testimoniis, quibus misericordiam emergentibus e volutabro suo peccatoribus Deus promittit: additurque indulgentiam iis parari propensorem, qui quodammodo invitii deliquerunt, quod eleganti bello captorum exemplo, et ipsiusmet diaboli prosopopœia illustratur.

21. Sed aiunt ideo se ista asserere, ne mutabilem Deum facere videantur; si his 396 quibus fuerit iratus, ignoscat. [Alias cap. IV.] Quid ergo? Repudiabimus divina oracula, et opiniones istorum sequemur? Sed non Deus alienis assertionibus, sed suis æstimandus est [vocibus]. Quod enim promptius edere possumus<sup>d</sup> insigne ejus misericordiæ, quam quod ipse per prophetam Osee, quibus tamquam iratus minabatur, continuo tamquam reconciliatus indulget? Ait enim: Quid tibi faciam, Ephraem, aut quid faciam tibi, Juda?

Quam ejus miserationis exaggerationem non solum in eo libro qui secundum Matthæum scribitur Evangelii Domini Jesu: sed etiam in eo lectum, qui secundum Lucam reperimus. Ceteri atque edit. inter se consentiunt, nisi quod illorum nonnulli pro scribitur legunt inscribitur.

<sup>c</sup> Mss. aliquot omittunt forte, pro quo nonnulli habent aut sorte: at loco vocis exclusos, Eras. ac Rom. edit. et quidam mss. legunt excussos; Amerb. et Gill., excisos.

<sup>d</sup> Quidam mss., remunerationem laboris.

<sup>e</sup> Albin. ac Thuan. cod., insinuandæ ejus miseri-

*Misericordia vestra, etc. (Ose. vi, 4). Et infra : Quomodo te constituam ? Velut Adama efficiam te, et sicut Seboim (Ose. xi, 8). In ipsa indignatione velut patrio quodam affectu hæret, quomodo ad pœnam tradat errantem : a etsi Judæus meretur, Deus tamen adhuc secum examinat. Sed continuo (De Pœnit., dist. 1, cap. Sed contin.) qui dixerat : Sicut Adama faciam te, et sicut Seboim ; quæ duæ urbes ex vicinia Sodomorum parilis excidii traxere consortium : Conversum est, inquit, cor meum in eo ipso, conturbata est pœnitentia mea : non faciam secundum iracundiam furoris mei (Ose. xi, 8, 9).*

22. Nonne apparet quod ideo nobis peccantibus indignetur Dominus Jesus, ut indignationis suæ nos terrore convertat? Indignatio ergo ejus non ultionis exsecutio, sed magis absolutionis est operatio ; sic enim dixit : Si conversus ingenueris, salvus eris (Esaï xxx, 15). Expectat gemitus nostros, sed temporales, ut remittat perpetuos : expectat lacrymas nostras, ut profundat pietatem suam. Sic in Evangelio, viduæ matris lacrymis compassus, filium ejus resuscitavit (Luc. vii, 15). b Expectat conversionem nostram, ut revertatur et ipse ad gratiam : quæ, si nullus lapsus nobis irreperet, in nobis perseveraret : sed quia peccatis nostris contrahimus offensam, indignatur, ut humiliemur : humiliamur, ut digni sumus magis miseratione quam pœna.

23. Doccat te certe Hieremias dicens : Quia non repellit in æternum Dominus ; quoniam cum humiliaverit, miserebitur secundum multitudinem misericordiæ suæ : qui non humiliavit toto corde suo, neque repulit filios hominum (Thren. iii, 31, 32). Hoc certe in Threnis Hieremias legimus, et ex his, vel cæteris quæ sequuntur advertimus c quia ideo humiliat sub pedibus suis omnes victos terræ, ut judicium ejus declinemus (Psal. cxii, 7). Sed nec toto corde humiliat peccatorem usque ad terram, qui etiam de terra suscitavit inopem, et de stercore erigit pauperem ; non enim ex toto corde humiliat, qui se veniæ reservat.

24. Quod si non ex toto corde omnem humiliat peccatorem, quanto magis non ex toto corde humiliat eum, qui non ex toto corde peccavit ! Nam sicut dixit de Judæis : Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me (Esa. xxix, 13; Matth. xv, 8); fortasse et de aliquibus lapsis dicat : Isti labiis me negarunt, sed corde mecum sunt. Vicit eos pœna, non avertit perfidia. Sine causa autem 397 his aliqui veniam negant, quorum fidem d eousque confessus persecutor est, ut eam studeret expugnare tormentis. Negarunt semel, sed quotidie confitentur :

*cordiæ ; melius alii, atque edit., insigne ejus misericordiæ, id est, signum, testimonium, documentum, etc.*

a. Vet. edit., et si Judæus miretur ; male : Rom. et mss. aliquot, et si Judæis minetur ; melius : optime cæteri mss. ut in contextu.

b Mss. non pauci, spectat gemitus nostros... spectat lacrymas nostras, ... spectat, etc.

c Germ. cod. ant., quia non ideo humiliat.

d Omnes edit., consueque consecutus ; omnes mss.,

*negarunt sermone, sed confitentur genitibus, confitentur ejulationibus, confitentur fletibus, confitentur liberis, non coactis vocibus. Cesserunt quidem ad tempus diaboli tentationi : sed etiam diabolus postea recessit ꝑ his, quos sibi vindicare non potuit. Cessit eorum fletibus, cessit pœnitentiæ : quos invaserat alienos, perdidit suos.*

25. Nonne ita istud est, ac si quis e captivum victæ urbis populum abducat? Captivus ducitur, sed in viis : qui in alienas terras necessitate contendat, intimo tamen non migret affectu, patriam secum animo vehat, querat copiam quemadmodum revertatur. Quid ergo? Cum hujuscemodi revertitur, num est aliquis qui persuadeat non recipiendum? f minore scilicet honore, sed studio propensiore, ne habeat in quo insultet adversarius. Si armato ignoscis, g qui pugnare potuit ; non ignoscis ei, in quo sola pugnabat fides?

26. Ipsius diaboli de hujusmodi lapsis si requiramus sententiam, nonne videtur dicere : Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me? Quomodo enim mecum est, qui non recedit a Christo? Sine causa autem me colere videntur, qui doctrinam Jesu custodiunt : ego autem putabam quod meam docerent. Plus damnant, dum comperta deserunt. Certe Jesus in his amplius gloriatur, dum recipit revertentes. Exsultant omnes angeli ; quia gaudium majus est in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam in nonaginta et novem justis qui non indigent pœnitentia (Luc. xv, 7). De me in cælo, de me in terris triumphus sumitur. Nihil C Christo perit, quando hi qui ad me cum fletu venerant, cum desiderio ad Ecclesiam revertuntur : et horum exemplo etiam de meis periclitor, qui didicerint nihil hic esse, ubi homines præsentibus provocantur præmiis ; et plurimum illic, ubi genitus, lacrymæ, jejunia meis epulis præferuntur.

#### CAPUT VI.

*Novatianos dum peccatores a Christi convivio excludunt, non pii Samaritani, sed superbi legisperiti nec non sacerdotis atque levitæ, qui reprehenduntur in Evangelio, imitatores esse, immo iisdem etiam inclementiores.*

27. [Alias cap. V.] Illos ergo, Novatiani, excluditis? Quid est enim aliud excludere, nisi spem veniæ denegare? Sed neque semivivum illum derelictum a latronibus Samaritanus præterit : et vulnera ejus oleo vinoque curavit, prius infundens oleum quo foveret : supra jumentum 398 suum imposuit vulneratum, in quo ejus peccata vexit omnia (Luc. x,

*eousque confessus. Et certe persecutores quodammodo confitentur eos Christi fidem habere, quos tormentis aggrediuntur. Nam si eadem fide illos crederent destitutos, amicorum loco ipsos haberent.*

e Quidam mss., captæ urbis populum.

f Mss. nonnulli, non minore scilicet honore, studio propensiore.

g Quædam edit. ac. mss. aliquot, qui repugnare potuit.

33, 34); nec ovem pastor despexit errantem (*Luc.* xv, 4).

28. Vos autem dicitis : *Noli me tangere*. Vos dicitis volentes justificare vos ipsos : Non est proximus noster, superbiores quam legisperitus ille qui Christum tentare cupiebat ; ille enim dixit : *Quis est meus proximus* (*Luc.* x, 29)? Ille interrogat, vos negatis ; sicut sacerdos ille descendentes, et sicut levita præterientes, quem curandum suscipere debuistis, nec recipientes hospitio, pro quo Christus a du onumeravit æra, cujus te proximum fieri Christus jubet, ut facias in eum misericordiam. Ipse enim est proximus, quem non solum conformis natura conjunxerit, sed etiam misericordia copulaverit. Ab eo te alienum superbia facis, extollens te frustra inflatus mente carnis tuæ, et non tenens caput. Si enim caput teneres, adverteres non tibi eum deserendum, pro quo Christus mortuus est. Si caput teneres, adverteres corpus omne compaginando potius quam solvendo, in incrementum Dei per copulam charitatis, et redemptionem crescere peccatoris.

29. Cum igitur fructum omnem aufertis pœnitentiæ, quid aliud dicitis, nisi hoc : Nemo de vulneratis nostrum ingrediatur hospitium : nemo sanetur in nostra Ecclesia? Apud nos non curantur ægroti : sani sumus, medicum non habemus necessarium ; quia ipse ait : *Non opus est sanis medicus, sed his qui male habent* (*Matth.* ix, 12).

#### CAPUT VII.

*Christum ut omnes ad cœnam suam invitet obtestatus, Novatianus nec ipsos ad eam ingredi, nec aliis ingressum permittere significat, quod Ecclesia sancta non imitatur. Deinde eosdem hæreticos cum Christo, qui omnes salvos fieri cupiat, partem habere non posse planum facit.*

30. [*Alias cap. VI.*] Ergo, Domine Jesu, ad Ecclesiam tuam totus adveni, quoniam Novatianus excusat. Novatianus dicit : *Juga boum emi* (*Luc.* xiv, 19), qui jugum Christi suave non suscipit, et onus grave collo imponit suo, quod portare non queat. Novatianus servos tuos a quibus invitabatur, tenuit, et contumelia affectos occidit quos iterati baptismatis labe inquinavit. Mitte ergo ad exitus viarum, et collige bonos et malos (*Luc.* xiv, 21) : et debiles, et cæcos, et claudos introduce in Ecclesiam tuam. Jube impleatur domus tua : introduce omnes ad cœnam tuam ; quia quem tu vocaveris, dignum facies,

<sup>a</sup> Sic omnes mss., et contra edit. omnes, *duos numeravit denarios* : eodem sensu ; cuncti enim parvi pretii nummi olim ærei erant. Hinc dicti *χαλκοδραχμοί* qui stipem ab aliis corrogabant. Hinc etiam duo illa *λεπτά* viduæ a Christo Domino præ divitibus multo plura in gazophylacium imittentibus commendata : reddidit Hieronymus *duo æra*. Sed hujusmodi locutionum referti sunt libri. Infra autem pro *ut facias in eum misericordiam*, ut in cunctis edit. et pluribus mss. legitur, alii præferunt, *ut facilius in eum misericordiam habeas*.

<sup>b</sup> Cyprianus epist. 73, Eusebius Hist. Eccl., et alii eandem hanc baptismatis iterationem objiciunt

si sequatur. Ille sane rejicitur, qui non habuerit vestem nuptialem, hoc est, amictum charitatis, velamen gratiæ. Mitte, inquam, ad universos.

31. <sup>c</sup> Non excusat Ecclesia tua a cœna tua, excusat Novatianus. Non dicit familia tua : *Sana sum*, medicum non requiro ; sed dicit : *Sana me, Domine, et sanabor* : *salva me, et salvabor* (*Jerem.* xvii, 14). Denique Ecclesiæ tuæ species est in illa, quæ accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti tui, dicens intra se : *Quia si tetigero vestimentum ejus, salva ero* (*Matth.* ix, 21). Hæc ergo Ecclesia confitetur vulnera sua, hæc curari cupit.

32. Et tu quidem, Domine, omnes cupis sanare, sed non omnes curari volunt. Non vult Novatianus, qui se putat esse sanam. Tu, Domine, ægrum te esse dicitis, et in minimo nostram sentis infirmitatem, dicens : *Æger eram, et visitastis me* (*Matth.* xxv, 36) : Novatianus illum minimum visitare nescit, in quo tu desideras visitari. Tu dicitis Petro (*De Pœnit.*, dist. 1, c. *Potest fieri*, § *Dicitis Petro*) excusanti, ne ei pedes lavares : *Nisi laveris tibi pedes, non habebis partem mecum* (*Joan.* xiii, 8). Quod ergo isti possunt consortium tecum habere, qui claves regni non suscipiunt, negantes quod dimittere peccata debeant?

33. Quod quidem recte de se fatentur ; non habent enim Petri hæreditatem, <sup>d</sup> qui Petri sedem non habent ; quam impia <sup>e</sup> divisione discernunt : sed hoc improbe, quod etiam in Ecclesia donari peccata negant posse, cum Petro dictum sit : *Tibi dabo claves regni cœlorum, et quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlo : et quæcumque solveris super terram, erunt soluta et in cœlis* (*Matth.* xvi, 19) ; cum et ipse vas electionis Dominicæ dicat : *Si cui autem quid donastis, et ego ; nam et ego quod donari, propter vos in persona Christi* (*II Cor.* ii, 10). Cur igitur Paulum legunt, si cum tam impie arbitrabantur errasse, ut jus sibi vindicaret Domini sui? Sed vindicavit acceptum, non usurpavit indebitum.

#### CAPUT VIII.

*Quanta discipulis suis Christus contulerit. Novatianus dum manus imponunt ac baptismum conferunt, a se ipsis redargui ; quippe quod eadem auctoritate peccata remittantur in pœnitentiâ atque in baptismo. Ad extremum eorum tumor maxime Dominico exemplo castigatur.*

34. [*Alias cap. VII.*] Vult Dominus plurimum posse discipulos suos, vult a servulis suis ea fieri in

Novatianis : sed eorum baptismum vicissim improbavit idem Cyprianus epist. 76. Immo vero constat sanctum etiam Basilium epist. 1, ad Amphil., can. 1, et epist. 3, can. 47, de illo dubitasse ; cum tamen conc. Nicæni can. 8 et aliorum omnium Patrum calculi fuerit approbatus.

<sup>e</sup> Ita vet. edit. et mss. plerique, nisi quod in quibusdam præmittitur *se* ante *Novatianus* : Rom. autem edit. cum paucis mss., *Quos non excusat Ecclesia a cœna tua, excusat. Novatianus*.

<sup>d</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *qui Petri fidem* ; alii multo plures potioresque, *qui Petri sedem*.

<sup>e</sup> Nonnulli mss., *dispersione dispergunt*.

nomine suo, quæ faciebat ipse positus in terris (Joan. xiv, 12). Denique ait: *Et majora his facietis* (Matth. x, 8). Dedit ut mortuos suscitarent. Et cum ipse Saulo reddere posset usum videndi, eum tamen ad Ananiam discipulum suum misit; ut ejus benedictione Saulo refundere oculi, quos amiserat (Act. ix, 7). Petram quoque secum in mari jussit ambulare, et quia titubavit, reprehendit illico, eo quod a doni gratiam fidei pusillitate minuisset (Matth. xiv, 29). Dedit etiam discipulis ut lux mundi essent per gratiam (Matth. v, 14), qui erat ipse lux mundi. Et quia descensurus esset e cœlo, et in cœlum ascensurus, Eliam ad cœlum levavit (IV Reg. ii, 11), inde eum in terris complacito redditurus tempore. Baptizaturus quoque in Spiritu sancto et igne (Matth. iii, 11) **400** per Joannem baptismatis sacramenta præmisit.

35. Omnia denique donavit discipulis suis, de quibus ait: *In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur nobis, serpentes tollent; et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: supra ægros manus imponent, et bene habebunt* (Marc. xvi, 17, 18). Omnia ergo dedit, sed nulla in his hominis potestas est, ubi divini muneris gratia viget.

36. Cur ergo manus imponitis, <sup>b</sup> et benedictionis opus creditis, si quis forte revaluerit ægrotus? Cur præsumitis aliquos a colluvione diaboli per vos mundari posse? Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utique remissio peccatorum omnium est: quid interest, utrum per pœnitentiam, an per lavacrum hoc jus sibi datum sacerdotes vindicent? <sup>c</sup> Unum in utroque mysterium est.

37. Sed dicitis quia in lavacro operatur mysteriorum gratia. Quid in pœnitentia? Nonne Dei nomen operatur? Quid ergo? Ubi vultis, vindicatis vobis Dei gratiam: ubi vultis, repudiatis? Sed hoc insolentis arrogantia, non sancti timoris est; ut fastidio vobis sint, qui volunt <sup>d</sup> agere pœnitentiam. Perpeti videlicet flentium lacrymas non potestis. Non ferunt oculi vestri vilia vestimentorum, illuviem sordidatorum, superbo oculo et tumido corde delicati mei, indignanti voce dicentes singuli: Nolite me tangere, quia mundus sum.

38. Dicit quidem Dominus ad Mariam Magdalenam: *Noli me tangere* (Joan. xv, 17); sed non dixit, quia mundus sum, qui mundus erat: tu audes, Novatiane, mundum te dicere, qui etsi operibus

<sup>a</sup> Edit. omnes, *dona gratiarum*; pauci mss., *donum gratia*; reliqui, *doni gratiam*. Optime; nam hic tantum agitur de gratia seu favore doni illius quo Petro super aquas pedibus incedere concedebatur. Iterum autem, ubi vet. edit. et cuncti mss. *lux mundi*, Rom. edit. sola adjecerat, *per naturam*.

<sup>b</sup> *Benedictionis opus*, hoc loco idem est ac *benedictionis effectus*. Cæterum videtur hic signari ea benedictio, qua ægri a presbyteris inunguntur, precibusque Deo opt. Max. commendantur, ex præcepto Jacobi apostoli, quam nos extremam unctionem appellamus. Nam præter quam quod hujus sacramenti effectus etiam est ægri sanitas, de impositione ma-

A mundus esses; hoc solo verbo fieres immundus? Esaias dicit: *O miser ego, et compunctus corde; quia cum sim homo, et immunda labia habeam, in medio quoque populi immunda labia habentis habitem* (Esai. vi, 5) ! et tu dicis, mundus sum, cum mundus non sit, ut scriptum est, nec unius diei infans (Job. xiv, 4)? David dicit: *Et a delicto meo munda me* (Psal. l, 4), quem utique misericordem sæpe Domini justificavit gratia: tu mundus, cum tam injustus sis, ut non miserearis; ut festucam in oculo fratris tui videas, trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideres (Matth. vii, 3)? Immundus enim apud Deum omnis iniquus. Quid autem injustius, quam ut velis tibi dimitti peccata tua, cum roganti ipse non putes remittenda? Quid injustius, quam ut te B justifices, in quo damnas alterum; cum graviora committas?

39. Denique remissionem celebraturus peccatorum nostrorum Dominus Jesus dicenti sibi Joanni: *Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me!* respondit: *Sine modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam* (Matth. iii, 14, 15). Et Dominus quidem venit ad peccatorem, cum peccatum ipse non haberet; et baptizari voluit, cui mundari necesse non erat: vos quis ferat, qui putatis vobis opus non esse mundari per pœnitentiam; **401** quia mundatos vos esse dicitis per gratiam, quasi jam peccare vobis impossibile sit?

#### CAPUT IX.

*Scripturæ verbis*, Si autem in Dominum peccaverit homo, quis orabit pro eo? *collatione similium locorum ostenditur non significari neminem rogaturum, sed dignum deprecatorem inquirendum esse, quales fuerant Moyses ac Jeremias, quorum precibus populo Israelitico pepercisit Deus legitur.*

40. [Alias cap. VIII.] Sed dicitis: Scriptum est: *Si peccaverit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum: si autem in Dominum peccaverit homo, quis orabit pro eo* (I Reg. ii, 25)? Primum, ut supra jam dixi, tunc te ista paterer objicere, si solis <sup>e</sup> prævaricantibus non relaxares pœnitentiam. Tamen quid scrupuli ista affert questio? Non enim scriptum est: Nullus orabit pro eo: sed, *Quis orabit*, hoc est, quis ille sit, qui in tali causa orare possit, quæritur, non excluditur.

41. Denique habes in psalmo decimo quarto: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis*

nunquam episcopi, seu confirmatione jam observavimus nihil curasse Novatianos.

<sup>c</sup> Quidam mss., *unum in utroque ministerium est*.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *agere pœnitentiam, perpeti videlicet flentium lacrymas audire non potestis*. Mirus commentus.

<sup>e</sup> Quod ait Ambrosius, *paterer*, non sic accipiendum, quasi hoc prævaricationis crimen irremissibile judicaverit, cum tota hac lubricatione probet contrarium; sed concedit id unum, nempe illos verba Evangelistæ plausibiliori quadam veritatis specie usurpaturos, si intra prævaricationis limites se continerent.

*requiescet in monte sancto suo* (Psal. xiv, 1)? Non enim nullus, sed probatus habitabit : nec hoc dicit quod nemo requiescat, sed requiescat electus. Ut scias hoc esse verum, non multo post in psalmo vigesimo tertio ait : *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus* (Psal. xxiii, 3)? id est, non quicumque de vulgo, nec plebeie vilitatis aliquis; sed vitæ egregiæ, singularisque meriti. Et ut scias quia cum *quis* dicitur, non intelligitur nullus, sed aliquis significatur, cum dixisset : *Quis ascendet in montem Domini?* subiecit : *Innocens manibus, et mundo corde, qui non accipit in vano animam suam* (Ibid., 4). Et alibi : *Quis sapiens, et intelliget hæc* (Ose. xiv, 10)? Numquid dicit quia nullus intelliget? Et in Evangelio : *Quis fidelis dispensator et prudens, quem constituet Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram* (Luc. xii, 42)? Et ut comprehendas quia de eo dixit, qui utique est, non de eo qui non est, subjunxit : *Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, invenerit sic facientem* (Ibid., 43). Et illud ita opinor dictum : *Deus, quis similis tibi* (Psal. lxxxii, 1)? non utique nullus; quia imago Patris Filius est (De Pœnit. dist. 1, c. Si sacerdos, § Deus).

42. Similiter igitur accipiendum : *Quis orabit pro eo* (Hebr. i, 3)? hoc est, singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccavit in Dominum. Quo major culpa, eo majora sunt quærenda suffragia (I Reg. ii, 25). Non enim quicumque de vulgo pro Judæorum populo, sed Moyses rogavit, quando 402 vituli caput fidei immemores adoraverunt (Exod. xxxii, 31). Numquid erravit Moyses? Atqui non erravit, qui quod rogavit, et meruit et impetravit. Quid enim talis affectus non impetraret, quando se objecit pro populo, dicens : *Et nunc si dimittis illis peccatum, dimitte; sin autem, dele me de libro vitæ* (Ibid., 32)? Vides quia non tamquam deliciosus intercessor, et fastidii plenus sibi consulat, ne offensionem contrahat, quod Novatianus metuere se dicit : sed magis omnium memor, sui immemor, offendere non timebat ipse, ut plebem ab offensionis periculo exueret et liberaret.

<sup>a</sup> Mss. nonnulli, cui cum propheticum esset dictum.

<sup>b</sup> Clarom. codex solus, quoniam ea quoque pœnitentia pro delictis erat.

<sup>c</sup> Quidam mss., alium propitiatorem.

<sup>d</sup> Quæras fortasse, quidnam hoc loco per vocem *justorum* significetur? Ut autem facilius id intelligas, adverte non de quibuslibet justis eam accipi posse; cum non dubium sit quin in populo tales fuerint multi, quibus tamen nihil aliud nisi ut pro levioribus culpis veniam oratione sua mutuo impetrent, concessum tradit beatus Doctor. Itaque vel intelligendi veniunt insigniter justis, quales fuere prophetae ac martyres in Moyse, Jeremia, atque Stephano hic designati : vel saltem soli sacerdotes, qui et ipsi sub prophetarum persona adumbrari solent. Non est sane in controverso Ambrosium alludere ad Jacobi locum : *Conflentini alterutrum*, id est, alii aliis, *peccata vestra... nullum enim valet deprecatio justis asidua*; quibus verbis peccata sacerdotibus confitendi

43. Merito ergo scriptum est : *Quis orabit pro eo?* hoc est, talis qualis Moyses, qui se offerat pro peccantibus : talis qualis Hieremias, <sup>a</sup> cui propheta cum esset dictum a Domino Deo nostro : *Noli orare pro populo isto* (Jerem. vii, 16); tamen oravit, et veniam meruit. Denique intercessione propheta, et obsecratione tanti vatis inflexus Dominus dicit ad Hierusalem; <sup>b</sup> quoniam ea quoque pœnitentiam pro delictis egerat, dicens : *Domine omnipotens, Deus Israel, anima in angustiis, et spiritus anxius clamat ad te : audi, Domine, et miserere* (Baruch. iii, 1, 2). Et jubet luctus vestimenta deponi, et abjici gemitus pœnitentiæ; sic enim scriptum est in fine libri : *Exue te, Hierusalem, stola luctus et vexationis tuæ, et indue te decorem ejus, quæ a Deo data est tibi gloria in æternum* (Baruch. v, 1).

#### CAPUT X.

*Joannem non absolute ac simpliciter prohibuisse ne pro peccatis peccati ad mortem feret oratio; cum pro similibus Moysen, Jeremiam ac Stephanum orasse non ignoraverit; et ipse quoque iisdem veniam significaverit non denegandam.*

44. [Alias cap. IX.] Tales igitur deprecatores in delictis maximis sunt requirendi; nam si quicumque de populo orent, non exaudiuntur.

45. Unde nec illa quæstio vestra quidquam poterit afferre ponderis, quem sumitis de epistola Joannis dicens : *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabit illi vitam Deus; qui non peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem, non de illo dico, ut oret* (I Joan. v, 16); non enim ad Moysen et Hieremiam loquebatur, sed ad populum, qui suorum peccatorum <sup>c</sup> alium precatorem deberet adhibere : cui satis est si pro levioribus delictis Deum precetur, graviorum veniam <sup>d</sup> justorum orationibus reservandam putet. Nam (De Pœnit. dist. 1, c. Si sacerdos, § Nam quomodo) quomodo Joannes diceret 403 non orandum pro delicto graviore, qui legisset Moysen rogasse et impetrasse; ubi erat prævaricatio voluntaria : qui sciret etiam Hieremiam rogasse (Jerem. xiv, 13).

præceptum contineri plurimi cum ex antiquis patribus tum e recentioribus theologis docent. Quapropter vocem *alterutrum* determinari existimant per vocem *justi*, sacerdotem ad quem solum delictorum absolutio pertinet, significantis. Neque vero id a sententia Doctoris nostri de remittendorum criminum sacerdotali potestate alienum est : de qua consule Comment. in Psal. cxviii, serm. 10, num. 17, et Expos. in Lucam lib. v, num. 11. Quod autem ad leviorum culparum expiationem, præter eas orationes quas alii pro aliis ex interno affectu profundeabant, recitari etiam poterant psalmi aliquot, oratio Dominica, symbolum, et maxime confessio generalis quæ initio sacræ liturgiæ fieri consuevit : de qua hunc locum Morinus de Pœnitentia lib. v, cap. 32, censet intelligendum. Sed cum et in isto et in aliis nonnullis quos eodem modo accipiendos tradit, hujusmodi confessionis nulla fiat mentio, credibilis est, de solis fidelium pro se vicissim orantium periculum agi.

46. Quomodo Joannes diceret non orandum pro A peccato quod esset ad mortem, qui ipse in Apocalypsi scripsit mandatum Angelo Ecclesiæ Pergami (*Apoc.* II, 12)? Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaam mittere scandalum coram filiis Israel, manducare immolata, et fornicari; ita et tu habes tenentes doctrinam Nicolaitarum, similiter age pœnitentiam: cæterum venio tibi cito. Vides quod Deus qui pœnitentiam exigit, veniam polliceatur! Denique et ibi dicit: *Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis: Vincenti dabo manducare manna absconditum* (*Apoc.* II, 7).

47. Nonne ipse Joannes cognoverat Stephanum pro persecutoribus suis, qui Christi nomen audire non poterant, deprecatum; cum de ipsis a quibus lapidabatur diceret: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* (*Act.* VII, 59)?<sup>a</sup> Cujus precatio effectum in Apostolo videmus; Paulus enim qui lapidantium Stephanum vestimenta servabat (*Act.* IX, 15), non multo postea per gratiam Christi factus est apostolus, qui fuerat ante persecutor.

#### CAPUT XI.

*Superior Joannis sententia illustratur alio ejusdem testimonio, quo credentibus in Christum salus promittitur. Unde arguuntur Novatiani ut qui lapsis fidem suadeant, quibus negent veniam. Additur multos martyrum post lapsum duplicem gratiam consecutos esse; nec non pii Samaritani exemplo declaratur eos in quibus vel tenuissima fides spiret, non deserendos.*

48. [*Alias cap. X.*] Ergo quia de Joannis<sup>b</sup> generali epistola sermo est, ipsius Joannis in Evangelio scripta interrogemus, utrum cum vestra interpretatione conveniant. Scribit enim dixisse Dominum: *Quia sic dilexit Deus hunc mundum, ut Filium suum unigenitum daret; ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam* (*Joan.* III, 16). Si quem ergo lapsum revocare cupias; <sup>c</sup> ut credat, an ut non credat, hortaris? Utique ut credat. Sed qui credit juxta Domini sententiam, habebit vitam æternam. Quomodo ergo<sup>d</sup> prohibebis orare pro eo, cui æterna vita debetur? cum divinæ sit gratiæ fides, sicut Apostolus in divisionibus gratiarum docet, quia alii datur in eodem Spiritu fides (*ICor.* XII, 9); et discipuli Domino dicant: *Adauge nobis fidem* (*Luc.* XVII, 5). Qui ergo fidem habet, habet vitam: qui vitam habet, non est utique exclusus a venia. *Omnis, inquit, qui credit in eum, non pereat.* Cum omnis dicitur, nullus excluditur, nullus excipitur; non enim excipit eum qui lapsus est, si tamen postea bene credat.

49. Plurimos comperimus <sup>e</sup> se denuo reformasse

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *cujus prelatoris effectum*; quidam, *affectum*.

<sup>b</sup> Generalis dicitur prima Joannis Epist., quia non singulari alicui personæ, ut secunda et tertia, sed toti simul Ecclesiæ destinatur.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *ut credat, hortaris? Utique, etc.*

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *prohiberis orare.*

post lapsum, et pro nomine Dei passos: num possumus his martyrum consortia negare, quibus Dominus Jesus non negavit? Audemus **404** igitur dicere non esse his vitam redditam, quibus Christus coronam reddidit? Sicut ergo post lapsum plerisque si patiantur, corona redditur; ita si credant, et fides redditur. Quæ fides Dei donum est; sicut habes scriptum: *Quia a Deo vobis datum est, non solum ut credatis in eum, sed etiam ut pro illo patiamini* (*Philip.* I, 29). Numquid is qui Dei donum habet, potest non habere indulgentiam?

50. Non una autem, sed duplex gratia est, ut omnis qui credit, et patiat pro Domino Jesu. Habet igitur qui credit suam gratiam: habet autem alteram, si fides ejus passionibus coronetur. Neque enim priusquam pateretur Petrus, sine gratia fuit: sed ubi passus est, acquisivit alteram. Et plerique qui non habuerunt gratiam, ut pro Jesu paterentur; habuerunt tamen gratiam, ut in Jesum crederent.

51. Ideo dicitur: *Ut omnis qui credit in eum, non pereat* (*Joan.* XX, 31). *Omnis, inquit, hoc est, ex quocumque statu, ex quocumque lapsu, si credat, perire non timeat. Potest enim fieri ut aliquem de Hierusalem descendantem in Hiericho* (*Luc.* X, 33), hoc est de martyrii certamine relapsam in istius vitæ cupiditatem et sæcularemque gratiam, vulneratum a latronibus, hoc est, a persecutoribus, et semivivum derelictum Evangelicis ille Samaritanus inveniat, qui nostrarum custos animarum est (Samaritanus enim custos dicitur), et non prætereat eum, sed curet et sanet.

52. Fortasse ideo non præterit eum, quia aliquid in eo vitale agnoscit; unde is possit vitam resumere. Nonne vobis videtur ille qui lapsus est, semivivus esse, si vitale aliquid <sup>e</sup> fides spiret? Nam qui penitus Deum ex suo corde abjicit, ille mortuus est. Qui ergo non penitus abjicit, sed per impressionem tormentorum ad tempus negavit, semivivus est. Aut si mortuus est, cur ei dicitis, agendam pœnitentiam, qui jam curari non potest? Si semivivus est, infunde oleum et vinum, non vinum sine oleo, scilicet quod et foveat et remordeat. Tolle eum in jumentum tuum, trade stabulario, duo æra ad ejus curam impende, esto ei proximus (*Ibid.*, xxxiv, 35). Proximus autem esse non potes, nisi facias misericordiam; nemo enim potest dici proximus, nisi qui curaverit, non occiderit. Si autem vis dici proximus, dicit tibi Christus: *Vade, et tu fac similiter* (*Ibid.*, 37).

#### CAPUT XII.

*Locis ex Joannis Evangelio jam citatis alius indidem adjungitur. Tum servandorum Dei mandatorum necessitatem objicientibus facile respondetur non ei*

<sup>e</sup> Tres mss. *se armasse*; unus, *se renovasse*.

<sup>f</sup> Quidam mss., *sæculari gratia*.

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *fide speret*. Minus commode. Sed fortassis legendum, *fide spiret*. Eadem autem ratione Cyprianus epist. 52, de iis qui fidem intus conservantes, idolis thus ob tormentorum metum obtulissent, loquitur, qua hoc in capite Ambrosius.

soli qui semper, sed etiam ei qui post lapsum illa servaverit, vitam promitti. Quod ubi ex Davide comprobatum est, quamdam tamen esse inter utrumque differentiam declaratur.

53. [Alias cap. XI.] Aliud simile consideremus: Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum (Joan. III, 16). Quod manet utique jam cœpit, et ex delicto aliquo cœpit; quia ante non credidit. Ubi ergo quis credit, ira Dei discedit, vita autem accedit (Ibid., 36). Credere ergo in Christum, lucrum vitæ est; qui enim credit in eum, non judicatur.

54. Sed referunt hoc loco quoniam is qui credit in Christum, custodire debeat sermonem ejus; sic enim aiunt scriptum, dicente Domino: Ego lux in hunc mundum veni, et omnis qui credit in me, in tenebris non maneat: et si quis audiverit sermonem meum, et custodierit eum, ego non judico eum (Joan. XII, 46, 47). Ille non judicat, et tu judicas? Ille dicit: Ut qui credit in me, in tenebris non maneat, hoc est, et si fuerit in tenebris, non permaneat in eis, errorem emendet, culpam corrigat, custodiat mandata mea; dixi enim: Nolo mortem peccatoris, sed correctionem (Ezech. XXXIII, 14). Dixi supra: Quoniam qui in me credit, non judicatur; et hoc custodio: Non enim veni, ut judicem mundum, sed ut salvetur mundus per me (Joan. III, 17). Libenter ignosco (De Pœnit., dist. 1, cap. Libenter), prompte indulgeo: misericordiam malo, quam sacrificium (Ose. VI, 6); quia per sacrificium justus commendatur, per misericordiam peccator redimitur. Non veni vocare justos, sed peccatores (Math. IX, 13). In Lege sacrificium, in Evangelio misericordia est: Lex per Moysen data est, per me gratia (Joan. I, 17). Quid hoc evidenti?

55. Denique et subter ait: Qui spernit me, et non accipit verba mea, habet qui judicet eum (Joan. XII, 48). Num tibi videtur accipere verba Christi, qui se non correxerit? Profecto non videtur. Qui ergo corrigit se, accipit verbum ejus, hoc est enim verbum ejus, ut se unusquisque revocet a culpa. Aut excludas igitur necesse est hanc ejus sententiam: aut si negare non potes, acquiescas.

56. Oportet eum quoque mandata custodire Dominica, qui peccare desinat, delictis renuntiet. Non ergo de eo debes interpretari dictum, qui semper custodierit; si enim hoc sensisset, addidisset, semper: non addendo autem, de eo pronuntiavit, qui quod audivit, custodierit: audivit autem ut corrigeret errorem: custodivit igitur quod audivit.

57. [Alias cap. XII.] Quam vero durum sit ut ad penam vocetur perpetuam, qui vel postea custodit

<sup>a</sup> Edit. Rom., incredulus est Filio; ms. Clarom., non credit in Filium.

<sup>b</sup> Ms. Clarom., misericordiam volo.

<sup>c</sup> Edit., qui peccare desinit, delictis renuntiavit.

<sup>d</sup> Cod. Clarom., Christi judicatum accipe.... qui autem nescivit, paucis.

Domini mandata, ipse se doceat, qui etiam non custodientibus mandata sua veniam non denegavit, sicut babes in psalms corpore: Si justitias meas profanaverint, et mandata mea non custodierint; visitabo in virga iniquitates eorum, et in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non disperdam ab eis (Psal. LXXVIII, 32, 33). Omnibus igitur promittit misericordiam.

58. Sed ne sine iudicio hanc esse misericordiam putetis, est discretio inter eos qui perpetuam detulerint obedientiam mandatis cœlestibus, et inter eos qui aliquando vel errore, vel necessitate lapsi sunt. Et ne nostro circumscribi te argumento putes, Christi iudicium accipe; etenim ait: Si sciens servus voluntatem domini sui non fecit, vapulabit multis: si autem nescivit, 406 vapulabit paucis (Luc. XII, 47, 48). Uterque igitur si credat, recipitur, quia castigat omnem filium Deus, quem recipit (Hebr. XII, 6): et quem castigat, morti vitæ non tradit; quia scriptum est: Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me (Psal. CXVII, 18).

### CAPUT XIII.

Qui peccatum ad mortem fecerint, non deserendos, sed pœnitentiæ subjiendos ex Paulo docetur. Quid sit tradi Satanæ in interitum carnis, et quam hoc optandum. Satanam corpori debilitates inferre, sed eas in spiritus utilitatem converti; unde magna Dei elucet potentia, qua illum ut sibi noceat, et nobis prosit, cogit invitum.

59. Denique Paulus docet non deserendos eos qui peccatum ad mortem fecerint, sed potius lacrymarum panibus, et potu coercendos flebili; ita tamen ut ipsa moderata esset tristitia. Hoc enim significat: Potum dabis eis in lacrymis in mensura (Psal. LXXII, 6); ut ipsa mœstitia mensuram habeat, ne forte abundantiore tristitia absorbeatur (II Cor. II, 5 et seq.), qui agit pœnitentiam, sicut scripsit ad Corinthios: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate, spirituque mansuetudinis (I Cor. IV, 21)? Sed nec virga gravis est, quoniam legerat: Tu quidem percuties eum virga, animam autem ejus a morte liberabis (Prov. XXIII, 14).

60. Quid esset in virga venire, docet invectio fornicationis, accusatio incesti, reprehensio tumoris, quod inflati essent, quos magis lugere oporteret; postremo condemnatio rei, ut tolleretur a consortio communionis, et traderetur adversario, non ad interitum animæ, sed carnis (I Cor. V, 1 et seq.). Sicut enim Dominus in animam sancti Job potestatem non dedit, sed in carnem ejus permisit licentiam (Job II, 6); ita et hic traditur Satanæ in interitum carnis, ut serpens terram ejus lingeret, animam non noceret (Mich. VII, 17).

<sup>e</sup> Idem Cod., in mensura, ut ne ipsa mœstitia absorbeatur.

<sup>f</sup> Codex Germ. alter, responsio tumoris. Infra vero ubi cunctæ edit. ac plures mss. condemnatio rei; alii habent partim, condemnatio erroris, partim, condemnatio communis.



64. <sup>a</sup> Moriatur ergo caro nostra cupiditatibus, sit A captiva, sit subdita, nec legi mentis nostræ repugnet, sed bonæ servitutis subjecta moriatur; sicut in Paulo qui castigabat corpus suum (I Cor. ix, 27), ut servituti redigeret; quo probabilior fieret prædicatio, si lex carnis ejus cum lege mentis congrueret et conyeniret. Interit enim caro, cum sapientia ejus <sup>b</sup> transit in spiritum; ut jam non quæ carnis sunt, sapiat, sed quæ sunt spiritus. Utinam videam infirmari carnem meam! utinam non trabar captivus in legem peccati! utinam non in carne vivam, sed in fide Christi (Rom. vii, 25)! Et ideo major in infirmitate corporis gratia, quam in salute. Denique et Paulum quem multum dilexit (Galat. ii, 20), noluit liberare ab infirmitate carnis, cui petenti ut discederet a se infirmitas, respondit: *Sufficit tibi B gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur* (I Cor. xii, 8, 9). Et Paulus plus sibi in infirmitatibus placet, dicens: *Cum infirmor, tunc potens sum* (Ibid., 10); consummatur enim carnis infirmitatibus animæ fertitudo.

62. [Alias cap. XIII]. Explanavimus Pauli sententiam; nunc verba ipsa consideremus, qua ratione dixerit **407** <sup>c</sup> quod tradiderit eum Satanæ in interitum carnis; quia tentator noster diabolus est. Nam debilitates membris singulis infert, et ægrotudines toti solet movere corpori. Denique percussit sanctum Job ulcere malo a pedibus usque ad caput, <sup>d</sup> quia in potestate acceperat interitum carnis ejus, dicente Deo: *Ecce trado tibi eum, tantummodo animam ejus custodi* (Job ii, 6). Hoc iisdem verbis Apostolus C transtulit; dicens quod tradiderit hujusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi (I Cor. v, 5).

63. Magna potestas, magna gratia, quæ imperat diabolo, ut se ipse destruat. Se enim destruit, cum hominem quem tentando supplantare studet, <sup>e</sup> ex infirmo fortiolem efficit; quia dum carnem debilitat, mentem ejus corroborat. Ægrotudo episcopi carnis (De Pœnit., dist. 1, cap. Potest, § Ægrotudo) peccatum repellit; luxuria autem carnis culpam adolet.

64. Illuditur ergo diabolus, ut se ipse morsu suo

vulneret, et contra se armet, quem delilitandum putavit. Sic et sanctum Job magis amavit, posteaquam vulneravit: qui totum corpus <sup>f</sup> diris perfusus ulceribus, diaboli quidem morsum pertulit, sed venena non sensit. Et ideo bene ei dictum est: *Adduces draconem in hamo, illudes eum sicut avem: ligabis eum sicut passerem puer, imponens super eum manum* (Job xl, 24).

65. Vides quemadmodum a Paulo illudatur, ut in cavernam ejus, sicut puer ille propheticus (Esai. xi, 8, 9), manum mittat, et nihil serpens noceat ei, de latebris eruat eum, de veneno ejus faciat spiritale antidotum; ut quod venenum est, medicamentum fiat: venenum est ad interitum carnis, medicamentum fit ad salutem spiritus. Quod enim nocet corpori, juvat spiritum (De Pœnit., dist. 1, cap. Potest, § Quod nocet).

66. Manducet ergo terram meam serpens, <sup>g</sup> dentem carni infligat, conterat corpus, dicat Dominus et deme: *Trado tibi eum, tantummodo animam ejus custodi* (Job ii, 6). Quanta vis Christi, ut custodia hominis imperetur etiam ipsi diabolo, qui semper vult nocere. Dominum ergo Jesum nobis propitiemus: imperante Christo, et diabolus ipse sit prædæ suæ custos, vel invitus mandatis obsecundat cœlestibus: et quamvis immitis, tamen mansuetis obsequitur imperiis.

67. Sed quid ego commendo obsequium ejus? Sit ille semper malus, ut sit bonus Deus semper, qui militiam ejus nobis in gratiam convertit. Vult nocere ille, sed non potest, si Christus obsistat: carnem ulcerat, sed custodit animam: terram devorat, <sup>h</sup> sed reservat spiritum. Denique scriptum est: *Tunc lupi et agni simul pascentur: leo et bos paleam manducabunt, serpens autem terram et panem: et non nocebunt, neque vastabunt* **408** *in monte sancto meo, dicit Dominus* (Esai. xi, 6 et seq.). Dammati enim serpentis hæc est sententia: *Erit tibi terra cibus* (Gen. iii, 14). Quæ terra? Ea utique de qua dictum est: *Terra es, et in terram ibis* (Ibid., 19).

#### CAPUT XIV.

*Quod supra dixerit Ambrosius carnem ad interitum Satanæ traditam a serpente comedi, hoc ita demum*

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *Mordeatur ergo caro nostra... D subjecta adornetur. Non satis recte.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *transit in Christum.*

<sup>c</sup> Duplex fuit hujus sententiæ interpretatio apud antiquos: altera qua illam de penitentia operibus queis corpus afflicatur et conteritur, Origenes hom. 24 in Levit., Basilius Epist. ad Amphiloichium can. 7, et alii exposuerunt: alteram vero qua eandem plures et Græcis patribus ut Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius aliique ita voluerunt accipiendam, ut ab Ecclesia tradi Satanæ in eorum corpora, qui separati a communione fuerint, sciendi jus arbitrentur. Ultimum hunc sensum Apostoli non esse in eundem locum probat Estius, cujus rationibus alias addit lib. vi de Pœnit. cap. 11 Morinus. In hoc porro lapsi sunt magni viri, quod prior Ambrosium secundam hanc interpretationem tantummodo secutum crediderit: posterior autem quod eundem Patrem hoc loco verba divi Pauli censent non nisi de carnis castigatione, quæ coercendis animi cupiditatibus ad-

hibetur, expo-uisse; quamvis etiam eis a quibus de operibus penitentia Ambrosianus hic locus intelligitur, non reclamatum se significet. Fatendum autem est Doctorem nostrum utramque Paulini loci explicationem amplexum esse; ultimam eum quam Chrysostomi et aliorum aliquot Græcorum fuisse diximus, aperte hoc loco proponit ut vel solum Jobi exemplum abunde probat. Noc sane mirum, cum ipsemet, Paulino diacono teste, hanc demonis potestatem in hominem quem segregaverat a sacris, misero spectaculo fuisse expertus. Priorem vero interpretationem hoc ipso capite num. 59 satis insinuat, ubi ait qui peccatum ad mortem perpetraverint, penitentia laboribus addicendos: et adhuc manifestius cap. 7 sub linem, quæ consule.

<sup>d</sup> Rom. edit., *quia potestatem acceperat in interitum.*

<sup>e</sup> Cod. Clarom., *ex infirmo sanctiolem.*

<sup>f</sup> Idem Cod., *diris percussum ulceribus.*

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *dente carnis conterat corpus.*

<sup>h</sup> Cod. Ben., *sed reservat Christum.*

docet fieri, si anima carnalibus cupiditatibus liberetur. Quamobrem multa præcipit ad oculorum mentisque custodiam necessaria: quæ castissimi Josephi exemplo firmat: dehinc omnes ad retia quibus in voluptatis ignem trahimur, declinanda hortatus; ne timeamus quominus a serpente caro nostra edatur, suadet.

68. Hanc terram serpens manducat, si propitius est nobis Dominus Jesus, <sup>a</sup> ut non compatiatur anima carnis debilitati, non accendatur vapore carnis, et calore membrorum. Bonum est nubere magis quam uri (1 Cor. vii, 9); est enim flamma quæ interna urit (Prov. vi, 27). Unde hunc ignem non alligemus in sinu mentis, et recessu pectoris, ne interioris nostri uramus exuvias, et forense hoc nostræ animæ vestimentum, velamenque carne edax libidinis flamma consumat, sed transeamus per ignem (Esai. xliii, 2). Et si quis incidit amoris incendium, transiliat, et transeat: non alliget adulterinam cupiditatem vinculis cogitationum, nullos sibi nodos assiduæ nexu meditationis astringat; non intendat sæpius in formam mulieris meretricis, nec adolescentula ad vultum juvenis oculos levat. Et si fortuito aspexit, et capta est; quanto magis capietur, si curiosa aspexit!

69. Vel consuetudo nos doceat. Ideo velamine obnubit caput suum mulier, ut etiam in publico tuta verecundia sit: non facile vultus ejus adolescentis oculis occurrat, nuptiali velamine tecta sit; ne vel fortuitis occursibus pateat ad vulnus vel alienum, vel suum: sed utrumque suum vulnus est. Quod si teg- C caput velat (1 Cor. xi, 5 et seq.), ne temere aut videatur, aut videat (dum enim caput velatur, vultus absconditur), quanto magis velare se debet pudoris tegmine, ut etiam in publico habeat suum ipsa secretum!

70. Verum esto, inciderit oculus, sed non intendat affectus. Non enim vidisse crimen est, sed cavendum ne origo sit criminis. Videt carnalis oculus, <sup>b</sup> sed premat cordis oculos, maneat mentis verecundia. Habemus moralem et indulgentem Dominium; dixit quidem propheta: *Nolo intendas in formam mulieris fornicariæ*; sed tamen Dominus dixit: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulteravit eam in corde suo* (Prov. v, 2). Non dixit: Si quis viderit, **409** adulteravit; sed: *Si quis ad concupiscendum viderit*, <sup>c</sup> non aspectum obligavit, sed affectum quæsiivit. Bonus tamen pudor, qui ipsos corporis oculos sic premere consuevit, ut sæpe non videamus etiam quod videmus. Etenim specie aspicere videmur, quidquid occurrerit; sed si non misceatur animi intentio, hic quoque secundum carnis officium

<sup>a</sup> Non pauci mss. *ut non patiatnr anima carnis debilitatem, non accendatur calore corporis. Bonum est, etc.*

<sup>b</sup> Ita vet. edit. ac mss. aliquot, a quibus edit. Rom. hoc solo discrepat, quod verbum *maneat* non retinuit; alii mss., *premat corporis oculos manens mentis verecundia*: in quibusdam autem nihil sani.

<sup>c</sup> Amerb. et Eras. cum multis nec inferioris notæ

A noster aspectus vanescit; ita plus videmus animo, quam corpore.

71. Et si viderit caro ignem, non alligemus ignem in sinu, hoc est, in secreto mentis, animique arcano. Non implicemus ignem hunc ossibus, non ipsi nobis nodos injiciamus; non misceamus sermonem aliquem cum hujusmodi, unde exæstuet ignis adulterinus. Sermo juvenulæ nodus adolescentium est: verba adolescentis vincula sunt amoris.

72. Vidit hunc ignem Joseph, quando eum adulterii cupida mulier allocuta est (Gen. xxxix, 7); voluit eum capere sermone, misit laqueos laborum suorum, sed pudicum virum ligare non potuit. Solvit enim vincula mulieris vox pudoris, sermo gravitatis, habena cautelæ, fidei custodia, castimonie disciplina. Capere igitur eum retibus suis impudica non potuit: misit manum, et apprehendit vestem ejus, ut nodo stringeret. Verba petulantis mulieris cupiditatum retia sunt, manus ejus amoris nodus est (Prov. vii, 21): sed nec retibus capi potuit mens pudica, nec nodo: <sup>d</sup> excussa vestis, solutus est nodus; et ideo quia non alligavit ignem in sinu mentis suæ, non combussit corpus suum.

73. [Alias cap. XIV.] Vides ergo, quia animus noster culpæ est auctor? Itaque innocens caro, sed plerumque peccati ministra. Ergo <sup>e</sup> non te vincat formæ concupiscentia. Multa retia tenduntur a diabolo, multi laquei. Oculus meretricis laqueus amatoris est. Ipsi nobis oculi nostri retia sunt; et ideo scriptum est: *Neque capiaris oculis tuis* (Prov. vi, 25). Ipsi nobis ergo tendimus retia, quibus involvimur et implicamur. Ipsi nobis vincula nectimus, sicut legimus: Quia vinculis peccatorum suorum unusquisque constringitur (Prov. vi, 2).

74. Et ideo transeamus ignem adolescentiæ, ardoremque juvenilis ætatis: transeamus aquam, non remaneamus in aqua; ne flumina nos profunda concludant. Transeamus magis, ut et nos dicamus: *Torrentem pertransiit anima nostra* (Psal. cxliii, 5); qui enim transit, salvus est. Denique Dominus sic ait: *Si transeas per aquam, tecum sum, flumina te non concludent* (Esai. xliii, 2); et Propheta dicit: *Vidi impium superexaltatum ultra cedros Libani: et transiit, et ecce non erat* (Psal. xxxvi, 35, 36). Transi sæcularia, <sup>f</sup> et cecidisse aspicias altitudines impiorum. Moyses quoque transiens sæcularia flumina, vidit visum magnum, et ait: *Transiens videbo hoc risum* (Exod. iii, 3); si enim fuisset in corporis vitii et sæculi istius lubricis voluptatibus, tanta non vidisset mysteria.

75. Transeamus ergo et nos ignem hunc libidinis, quem timens Paulus, sed nobis timens, qui castigant

mss. omittunt *obligavit*; forte non sensu deteriore.

<sup>d</sup> Mss. pauci, *excussa veste; quidam excusso vestimento.*

<sup>e</sup> Mss. aliquot satis probatæ manus, *non te vincat forma concupiscentiæ, etc.* Iterum vero pro *laqueus amatoris*, non pauci legunt *laqueus amoris.*

<sup>f</sup> Nonnulli mss., *et omnem gloriam cecidisse aspicias impiorum.*

do corpus suum, fecerat ut jam **410** non timeret A sibi, dicit nobis: *Fugite fornicationem* (I Cor. vi, 18). Fugiamus ergo tamquam sequentem, quæ non post nos, sed in nobis sequitur nosmetipsos. Ergo videamus diligenter, ne dum illam fugimus, nobiscum eam portemus. Volumus enim plerumque fugere, sed si non penitus eam de nostro excutimus animo, tollimus eam magis, quam relinquimus. Transiliamus ergo eam, ne nobis dicatur: *Ambulate in igne flammæ vestræ, quem accendistis vobis* (Esai. L, 11). Quoniam sicut ille qui alligat ignem in sinu, vestimenta comburit (Prov. vi, 27); sic qui ambulat super ignem, pedes comburat necesse est; quoniam scriptum est: *Ambulabit quis super carbones ignis, pedes autem non comburet* (Prov. i, 28)?

**76.** Gravis ignis est, et ideo non demus illi alimenta luxuriæ. Pascitur libido conviviis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate inflammatur. Graviora his sunt fomenta verborum, quæ vino quodam Sodomitanæ vitis mentem inebriant. Caveamus tamen et hujus abundantiam viui; ubi enim caro inebriatur, mens titubat, animus vacillat, cor fluctuat. Et ideo ad utrumque utile præceptum est, quo monetur Timotheus: *vino modico utere propter frequentes tuas infirmitates* (I Tim. v, 23). Cum calet corpus, trahit vaporem: cum alget morbi frigore caro, refrigeratur anima tua: cum dolet corpus tuum, tristis est mens tua, sed tristitia tua in gaudium veniet.

**77.** Noli ergo timere si manducetur caro tua, anima tua non devoratur. Ideo David non timere se dicit; quia carnem ejus, non animam inimici edebant, sicut legimus: *Dum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas: qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, et ceciderunt* (Psal. xxvi, 2). Ruinam igitur solam facit sibi serpens; ideo serpenti traditur, qui a serpente elisus est; ut quem dejecit, hunc erigat: et fiat ruina serpentis hominis resurrectio. Satanam autem corporalis hujus contritionis et carnalis auctorem debilitatis Scriptura ostendit, Paulo dicente: *Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet, ut non extollar* (II Cor. xii, 7). Sic ergo curare Paulus didicit, quemadmodum ipse sanatus est.

## CAPUT XV.

*Rediens a digressionem, quid sit venire in virga vel in D*

<sup>a</sup> Ita Rom. edit. ac mss. omnes: at vel. edit. male præferebant, *addendum sacramentis*; et nihilo melius ult. Paris. *credendum sacramentis*. Cæterum Ambrosius cum in aliis suis libris, tum in his potissimum graviorum criminum reos tam frequenter ut ad Ecclesiæ universorumque Christianorum preces confugiant, hortatur, ut ambiguum haberi non possit, quin suffragia illa non fecerit minoris quam Tertullianus: cujus ea de re lib. de Poenit. cap. 10, verba illa sunt: *Cum te ad fratrum genua protendis, Christum contractas, Christum exoras: æque illi cum super te lacrymas agunt, Christus patitur, Christus pro te vulneratur*, etc. Quibus autem ceremoniis publicæ illæ preces ac lacrymæ pro poenitentibus funderentur, discat istarum rerum studiosus ab auctore Constit. apostol. lib. ii, cap. 18, et maxime lib. viii, cap. 9;

PATROL. XVI.

spiritu mansuetudinis docet. *Sequestrandum graviter lapsum, sed eum Apostoli exemplo sacris reddendum, ubi piæ plebis oratione atque lacrymis fuerit expiatus. Expurgari vetus fermentum, cum litteræ durities mollioris explicationis farina temperatur. Quomodo Ecclesiæ farina omnes conspergi ac cibo charitatis pasci debeant; ne similes evadant invidi illius fratris, quem æmulantur Novatiani, quorum tumor illic notatur.*

**78.** Bonus itaque doctor dum promittit alterum de duobus, utrumque donavit. Venit in virga, quia a communionem sacra convictum removit. Et bene dicitur tradi satanæ, qui separatur a Christi corpore. Venit **411** etiam in charitate, spirituque mansuetudinis, vel quia sic tradidit, ut spiritum ejus salvum faceret, vel quia eum quem ante sequestraverat postea sacramentis reddidit.

**79.** Nam et sequestrari oportet graviter lapsum, ne modicum fermentum totam massam corrumpat: et expurgandum est vetus fermentum, vel in singulis vetus homo, hoc est, exterior homo cum actibus suis, vel in populo inveteratus peccatis, vitiisque concretus. Et bene dixit expurgandum, non projiciendum: quod enim expurgatur, non totum judicatur inutile; ideo enim purgatur, ut utile ab inutili separaretur: quod autem projicitur, nihil in se utile habere creditur.

**80.** [*Alias cap. XV.*] Jam tunc igitur Apostolus reddendum sacramentis judicavit cœlestibus, si purgari se ipse vellet. Et bene ait: *Expurgate*; velut enim operibus quibusdam totius populi purgatur, et plebis lacrymis abluitur, qui orationibus et fletibus plebis redimitur a peccato, et in homine mundatur interiore. Donavit enim Christus Ecclesiæ suæ, ut unum per omnes redimeret, quæ Domini Jesu meruit adventum, ut per unum omnes redimerentur.

**81.** Hic sensus Pauli est, quem verba obcuriorem faciunt. Consideremus ipsum Apostoli sermonem: *Expurgate*, inquit, *vetus fermentum; ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi* (I Cor. v, 7). Sive quod tota Ecclesia suscipiat onus peccatoris, cui compatiendum et fletu, et oratione, et dolore est: et quasi fermento ejus se totam conspergat; ut per universos ea quæ superflua sunt<sup>b</sup> in aliquo poenitentiam agente, <sup>c</sup> virilis misericordiæ aut compassionis velut collativa quadam admixtione, purgentur. Sive ut illa mu-

item e Conc. Laodic. canon 19; quibus si liberit adjicere quæ de hoc ritu apud Chrysostomum hom. 72 in Matth., et 18 in II ad Corinth. legere est, eundem in orientali Ecclesia receptum et communem fuisse compertum flet. Sed in occidentali quoque ipsum non minus obtinuisse præter citatum Ambrosium variis locis, Pacianum Exhort. ad Poenit. et epist. 1 ad Sympron. et alios, testes etiam sunt Sozomenus lib. vii Hist. cap. 16, et Ordo Romanus eo loci quo absolutionis seriæ 5 in cœna Domini ratio describitur.

<sup>b</sup> Quidam mss., *in aliquo patientiam agente.*

<sup>c</sup> Erasmus et seq. edit., *virilium misericordiæ.* Optime sane et accommodate ad illas voces, *collativa quadam admixtione*; his enim non dubium est aliud ad laudatissimum hunc veterum morem, quo cum quispiam amicorum casu aliquo bonis eversus fuerat,

lier Evangelica docet (*Luc. xiii, 21*), quæ typum præterdit Ecclesiæ, eo quod fermentum abscondat in farina sua, donec fermentetur totum; ut mundum omne sumatur.

82. Docuit me Dominus in Evangelio quid sit fermentum, dicens: *Non intelligitis quia non de pane dixi: Attendite a fermento Pharisæorum et Sadducæorum (Math. xvi, 11)*? Tunc, inquit, intellexerunt quia non dixit a panibus, sed a doctrina Pharisæorum et Sadducæorum attenderent sibi. Hoc ergo fermentum, hoc est, doctrinam Pharisæorum, **412** et disputationem Sadducæorum abscondit Ecclesia in farina sua; cum litteram legis duriorem spiritali interpretatione molliuit, et velut mola quadam sæe disputationis infregit, proferens velut <sup>a</sup> de folliculis litterarum mysteriorum interna secreta, et resurrectionis fidem astruens; qua Dei misericordia prædicatur, qua reparari vita creditur mortuorum.

85. Non absurda autem videtur ad hunc locum assumptio comparationis horum. Siquidem regnum cælorum est <sup>b</sup> peccatoris redemptio: et ideo farina Ecclesiæ conspergamur omnes boni et mali, <sup>c</sup> ut simul omnes nova conspersio. Ne quis autem vereretur, ne fermenti vitiosioris admixtio massam decoloraret, ideo dixit: *Ut sitis nova conspersio, sicut estis asyri (I Cor. v, 7)*; hoc est, tales conspersio vos reddet, qualis erat innocentie vestræ pura sinceritas. Ita si misereamur, non fuscatur peccato alieno: sed <sup>d</sup> redemptionem ejus acquirimus nostræ gratiæ; ut qualis erat puritas, perseveret. Et ideo addidit: *Etenim pascha nostrum immolatus est Christus (Ibid.)*, <sup>e</sup> hoc est, passio Domini omnibus profuit, et peccatoribus donavit redemptionem, quos flagitii poenitentia admissi.

84. Itaque epulemur bonum cibum, poenitentiam gerentes, læti redemptione; nullus enim cibus est benevolentia et pietate dulcior: epulis nostris atque lætitiæ nulla de peccatore servato invidia admisceatur; ne se ipse a domo Patris, quemadmodum expositus in Evangelio invidus ille frater, excludat, qui fratrem receptum doluit, quem in perpetuum gaudebat exclusum (*Luc. xv, 28*).

83. Cujus vos similes esse, Novatiani, non potestis negare, qui ideo, ut dicitis, in Ecclesiam non con-

illius amici viritum ἔρανον, id est, collatitiam pecuniam tribuebant, ut inde sublevaretur ejus calamitas, ut docet Casaubonus Comment. in Theoph. Charact. ad cap. *περὶ Ἀνθρακίστας*. Et eam quidem beneficentiam sic amplificavit primorum Christianorum charitas, et Apostolo non semel illius rei teste fratribus qui non modo in eadem urbe, sed etiam in diversis atque dissitis inopia premerentur, juvantis collectæ fierent. Quem morem a re corporea transtulit S. Doctor ad spiritalem. Attamen licet adverbium *viritum* peculiarem hoc loco gratiam habeat, cum *virilis* in mss. omnibus et apud Amerb. legatur, vocem hanc duximus retinendam. Neque vero ipsa suo etiam caret lepore; per eam enim hic misericordia gravis ac generosa requiri ostenditur, non autem mollicula et muliebris, qualem vel inepta causa sæpe commovet.

<sup>a</sup> *Folliculus* grana seminum, velut pellicula, integuntur.

<sup>b</sup> Germ. cod. ant., *peccatorum remissio*. At paucis

venitis, quia per poenitentiam <sup>e</sup> tributa spes fuerat his qui lapsi sunt, revertendi. Sed hoc præteritum est specie. Cæterum episcopatus amissi dolore succensus Novatianus schisma composuit.

86. Sed non intelligitis quia de vobis quoque prophetavit Apostolus, et vobis dicit: *Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis; ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit (I Cor. v, 2)*? Utique tunc penitus tollitur, cum aboletur peccatum ejus; non enim excludendum ab Ecclesia dicit Apostolus, qui suadet esse purgandum.

#### 413 CAPUT XVI.

*Novatiani cum Apostolo comparantur. Quam pulchre illis conveniat Domini verbum: Nescitis cujus spiritus estis. Poenitentiae studium ab eis extinguunt, dum ejus fructum e medio tollunt. Hoc pacto Christi promissis privari peccatores; qui tamen non cito admittendi ad mysteria. Denique poenitentium quorundam exempla proponuntur.*

87. Cum igitur apostolus peccatum remiserit, qua vos auctoritate dimittendum negatis? Quis reverentior Christi, Novatianus, an Paulus? Sed noverat Paulus Dominum misericordem; noverat Dominum Jesum severitate magis discipulorum offensum, quam misericordia (*II Cor. ii, 10*).

88. Denique Jacobum et Joannem dicentes quod ignem de cælo peterent, qui consumeret eos, qui Dominum recipere volebant, confutavit Jesus dicens: *Nescitis cujus spiritus estis; Filius enim hominis non venit animas hominum perdere, sed salvas facere (Luc. ix, 55, 56)*. Et illis quidem dixit: *Nescitis cujus spiritus estis*, qui ipsius erant spiritus; vobis autem dicit: *Non estis spiritus mei, qui meam clementiam non tenetis, qui meam refutatis misericordiam; qui excluditis poenitentiam, quam ego per apostolos meos prædicari volui in nomine meo.*

89. Frustra enim dicitis vos prædicare poenitentiam, qui tollitis fructum poenitentiae (*Luc. xxiv, 47*). Homines enim ad aliquod studium aut præmiis aut fructibus incitantur: omne autem studium torpescit dilatione. Et ideo Dominus ut præsentium fructus cumaretur devotio discipulorum, **414** dixit quoniam qui dimisisset omnia sua, et Deum secutus

<sup>D</sup> interjectis ubi omnes edit., *ut simus in nova conspersione. Quis autem vereretur, etc.*, omnes mss. magis commode ut in contextu.

<sup>e</sup> Edit., *ut simus in nova conspersione.*

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *redemptione ejus acquirimus nostram gratiam; quidam, redemptionis ejus acquirimus gratiam.*

<sup>e</sup> Novatiani ut secessionem suam defenderent, Ecclesiam per lapsorum receptionem contendebant interiusse: ut Cyprianus epist. 52 et Pacianus p. 57 testificantur, atque adeo in hæresim schisma verterunt, ut loquitur Augustinus de Donatistis. qui se Novatianorum hac in parte sedulos imitatores præbuerunt. Etenim Ecclesiam, quod cum Cæciliano communicaret a librorum sacrorum, ut clamitabant, traditoribus ordinato, funditus periisse delirabant. Sed episcopatus amissi dolor Donatum non minus angebat, quam Novatianum: de quo hic Ambrosius noster, et nos in Admonitione, quæ consulenda.

esset, <sup>a</sup> septies tantum reciperet et hic et in futurum (*Matth. xix, 29*). Prius hic promisit, ut fastidia dilationis auferret: addidit et in futurum, ut hic disceres credere in futurum quoque solvenda tibi præmia. Remuneratio igitur <sup>b</sup> præsentium, testimonium futurorum est.

90. Si quis igitur <sup>c</sup> occulta crimina habens, propter Christum tamen studiose pœnitentiam egerit; quomodo ista recipit, si ei communitio non refunditur? Volo veniam reus speret, petat eam lacrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus; ut ignoscatur, obsecret: et cum secundo et tertio fuerit dilata ejus communitio, credat remissius se supplicasse, fletus augeat, miserabilior postea revertatur, teneat

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac multo plures mss. At Rom. edit. cum nonnullis aliis cod. habet, *centies*: quod quidem ad loci Evangelici verba scite congruit. Nihilominus tamen septies a Cypriano quater, et ab auctore Quæst. novi et vet. Testam. apud Augustinum ter citari observatum est a Latinio.

<sup>b</sup> Cod. Clarom., *præsentium, spes est futurorum.*

<sup>c</sup> Mirum quantum hic locus Dallæum torserit. Nam lib. iii de Confess. cap. 11, illum a Perronio objectum leviter admodum transiliens: *Et hæc, inquit, in Novatianos dicta sunt, significantque pœnitentem reconciliari debere, quod non negamus: nemini nisi peccata apud sacerdotem occulte confesso, ullum peccatum remitti, quod nos negamus, non significant.* Sed cum non posset non videre homo ingeniosus in promptu esse adversus ipsum concludere: Si peccata occulta habentem nec non eorum causa pœnitentem reconciliari oportuerit, ergo peccata occulta subjecta fuerunt pœnitentiæ publicæ, ergo subjecta etiam fuerunt sacerdotum auctoritati: ad id quidem ille hoc loco nihil. Verum lib. iv ejusdem operis, cap. 22, non diffidetur interdum fieri potuisse, ut qui conscientiam secretorum criminum sarcina gravem haberent, illam sponte ac sine legis cujusquam coactione exonerarent apud sacerdotem, cujus consilio volentes lubentesque publicæ pœnitentiæ subicerentur. Quod ibi fusius prosecutus adjicit: *Atque hæc in primis præfari hoc loco visum est, ne quem turbet, aut a vero abducatur, si quod vel ipse offenderit, vel ab Arnaldo allatum viderit singulare hujusmodi pœnitentiæ apud veteres exemplum.* Ex quibus verbis facile nec sine causa colligitur non omnino rara vel singularia visa esse ista exempla; quippe qui negare quæ talia et apud Arnaldum et alibi reperiantur, ausus non fuerit. Nunc peteremus ab illo ministro, utrum esset minus scandalum quempiam occultam noxam voluntarie confessum publice pœnitere, quam ex legis imperio confessum? Immo vero: scandalum eo majus moveret, quo rariores essent, qui publicam pro occulte commissis agerent pœnitentiam. Ergo cum hujusmodi scandalum non prohibuerit, quominus pastores ad pœnitentiam publicam eos, qui voluntarie occulta confiterentur, admitterent; nec illos quoque potuit deterrere, ne legem de palam confitentibus etiam reconditis criminibus sancirent. Eundem rursus interrogaremus an distantia minor sit a peccato publico ad secretum voluntarie et ultro declaratum, quam ad declaratum ex legali necessitate? Hoc sane dixerit nemo, cum evidentissimum sit contrarium. Cum igitur hoc tantum discrimen non fuerit impedimento, quominus occulta voluntarie confitentes iisdem publicis pœnis addicerentur, quibus manifestorum scelerum reus affliciebant; nec etiam impedire dabunt ne leges de secretis piaculis per eandem publicam pœnitentiam qua curabantur manifesta, et iudicis constituerentur. Et hinc clarum est præcipua illa incommoda, quæ opponit necessariæ

A pedes brachiis, osculetur oculis, lavet fletibus, nec dimittat; ut de ipso dicat Dominus Jesus: *Remissa sunt peccata ejus multa; quoniam dilexit multum* (*Luc. vii, 47*).

91. Cognovi quosdam in pœnitentia sulcasse vultum lacrymis, exarasse continuis fletibus genas, straxisse corpus suum calcandum omnibus; jejuno ore semper et pallido, mortis speciem spiranti in corpore prætulisse.

#### CAPUT XVII.

*Severitati pietatem addendam esse, quod Apostolus præstitisse ostenditur in Corinthio. Hunc baptismate contra Novatianorum cavillos initiatum fuisse*

B occultarum culparum confessioni, quam rejicit; non minus pugnare contra voluntariam, quam admittit. Itaque haud immerito illud responsum auctori suo non satisfacit: sed tertium atulit prioribus multo futilius, cum editos omnes codices corruptionis in verbo *occulta* postulavit. Expectabamus ut editis codicibus opponeret manu exaratos, sin minus omnes, saltem aliquos, saltem unicum: quod cum nec fecerit, nec potuerit, hic unus editorum ineditorumque librorum, qua veterum, qua recentium, consensus plusquam sufficit, ut idem locus auctoritatem plene planeque conservet suam. Audiamus tamen ejus conjecturas. Primum ille sciscitatur a Catholicis, quorsum occultorum potius quam manifestorum istic mentio? Quasi vero, inquit, Novatiani solis occultis veniam negandam asseverassent, vel Ambrosius occultorum tantum exsolutionem ab Ecclesia sperandam ostenderet. Sed quis tam oculatum virum non miretur hoc loco tam cæcitere, ut non videat hic propterea non nisi secretorum mentionem fieri, tum quia cuilibet expeditum erat a fortiori, ut aiant, colligere de manifestis, de quibus alioqui abunde agitur in hoc Opere; tum quia sic evidentius fiebat crudelitatem Novatianorum patere latissime, quippe que etiam occulti peccatores a spe veniæ excluderentur. Attamen urget adhuc Dallæus, et non *occulta*, sed *multa* legendum esse credit ex eo egregie probari, quod *proclire fuerit librariis hic decipi, et pro ni duplex cc legere.* Quod quidem a similitudine utriusque elementum, ab antithesi inter multa peccata et pœnitentiam pro Christo susceptam hic apposita, denique a relatione quæ hisce verbis cum sequenti Evangelii loco intercedit. Sed primo pergratum ille nobis fecisset, si hujuscemodi lapsus aliquot exempla in medium protulisset; nobis enim nulladum observata possumus affirmare. Deinde quæ causa fuit, cur in citato Lucæ testimonio non *idem* peccarint librarii, vel saltem eodem loco admoniti fuerint admissæ corruptionis? Cur illam ex argumentis adeo, ut Dallæo videtur, perspicuis, ante ipsum nemo deprehenderit? Sed profecto non minus referentur Ambrosiana verba ad memoratum testimonium, si legeris *occulta*, quam si *multa*; nisi forte si occulta crimina non æque multa committi possint, ac manifesta. Quod vero ad antithesin, certe in lectione nostra multo pulchrior est, cum sic clanculum admissa publicæ pœnitentiæ opponantur. Uicumque sit, inquit, an unicus hic locus et rationibus, et contrariis cæterorum Patrum testimoniorum æquum est anteponi? Sed hæc fuga est, non responsio. Nam et alios Patres hic Ambrosio contrarios esse pernegamus, et multos cum Ambrosio tum aliorum veterum locos huic suffragari contendimus. Nonnullos notavimus priore tomo, ut puta lib. vii in Luc., p. 1463, et lib. x, pag. 1523, atque alibi. Plures etiam suppediabant in editis de hac materia libris Alexander, Bibaqueus, ac Sammarthanus noster, quos consule.

austruitur. Quibus additur non destructionem, sed castigationem carnis, per vocem interitum significari, quod etiam terræ similitudine confirmatur.

92. Quid exspectamus ut mortui mereantur veniam, qui mortem sibi intulerunt, **415** cum viverent? Satis est, inquit, ei qui talis est, objurgatio hæc quæ fit a pluribus; ita ut e contrario magis donetis et consolemini; ne forte abundantiorē tristitia absorbeat (II Cor. II, 6). Si satis ad condemnationem est objurgatio, quæ fit a pluribus, satis est quoque ad remissionem peccati obsecratio, quæ fit a pluribus. Moralis magister et nostræ fragilitatis conscius, et pietatis divinæ interpret, vult donari peccatum, vult consolationem adhiberi; ne tristitia penitentem tædio longæ dilationis absorbeat.

93. Ideo ergo donavit apostolus, nec solum donavit, sed etiam confirmari in eum charitatem voluit. Qui charus est, non habet duritiam, sed mansuetudinem. Nec solum donavit ipse, sed voluit etiam omnes donare, et se propter alios donasse dixit; ne multi propter unum diutius contristarentur. Si cui, inquit, donastis, et ego; nam et ego propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur a Satana; nec enim versutias ejus ignoramus (Ibid., 10). Recte potest serpentem cavere, qui ejus potest versutias non ignorare, quæ multæ ad nocendum sunt. Vult semper nocere, semper circumvenire; ut mortem inferat: sed debemus cavere ne remedium nostrum fiat ejus triumphus; circumvenimur enim ab eo, si per nimiam tristitiam pereat, qui potest liberari per indulgentiam.

94. Et ut sciremus quia de baptizato dicit, addit: *Scripti vobis in epistola, ne commisceamini forni-*

<sup>a</sup> Germ. cod. antiquior, *nimiam obstinationem.*

<sup>b</sup> Quidam mss., *Christi invocatione suffragatur.*

*caris hujus mundi* (I Cor. v, 9). Et infra subjungit: *Nunc autem scripsi vobis, non commisceri, si quis frater nominatur fornicator, 416 aut avarus, aut idolis serviens* (Ibid., 11). Quos simul junxit ad pœnam, simul voluit etiam ad veniam pertinere. Si quis autem talis est, inquit, cum hoc nec cibum sumas (Ibid.). Quam severus pertinacibus, quam indulgens rogantibus! Adversum illos Christi armatur injuria, his <sup>b</sup> Christi invocatio suffragatur.

95. At ne quis forte eo moveatur, quia scriptum est: *Tradidi hujusmodi hominem Satanae in interitum carnis* (Ibid., 5), et dicat: Quomodo potuit ad veniam pertinere, cujus omnis interierat caro; cum manifestum sit in utroque redemptum hominem, in utroque salvari: neque animam sine carne, neque carnem sine anima, cum sibi sint gestorum <sup>c</sup> operum consortiis copulatæ, sine consortio vel pœnæ esse vel præmii? Is sibi responsum hoc habeat, quod interitus non consummatam assumptionem carnis significet, sed castigationem. Sicut enim mortuus peccato, Deo vivit: ita illecebræ carnis intereunt, et cupiditatibus suis moritur caro: ut castitati cæterisque bonis operibus reviviscat.

96. Et quod aptius exemplum, quam de matre sumamus? Namque ipsa de qua assumpti sumus, terra, intermisso exercitio cultuque, videtur deserta: et aut vinetis quibus consitus est ager, aut oleis moritur; succum tamen proprium velut quamdam sui animam non amittit. Denique repeita cultione, et creditis seminibus, quibus habilis æstimatur, feracior assurgit fructibus. Non ergo alienum si etiam nostra caro interire sic dicitur; ut repressa magis, quam assumpta credatur.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, *gestorum operumque consortes copulatæ.*

## LIBER SECUNDUS.

### 415 CAPUT PRIMUM.

Ambrosius libri superioris præceptis nova subtexusit, necessitatem mature agendi penitentiam allegoricè insinuat, quam et suadet agendam: deinde illius forma in Apostolo imitationi proposita, varios ejusdem fructus strictim proponit.

1. Etsi non pauca quæ ad cohortationem penitentiae proficiant, scripta sint in libro superiore; tamen cum adjici possint complura, ne velut semesas verborum nostrorum epulas reliquissè videamur, inceptum persequamur convivium.

2. Agenda est enim penitentia non solum sollicitè, sed etiam mature: ne forte Evangelicis ille paterfamilias qui arborem sicum plantavit in vinea sua, veniat; et quærens fructum in ea, si non inve-

<sup>a</sup> Imitatio illorum versuum e lib. I Georg.:

Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neve Effetos cinerem immundum jactare per agros.

nerit, dicat cultori vineæ: *Succide illam. Ut quid etiam terram occupat* (Luc. XIII, 7)? Et nisi cultor vineæ interveniat dicens: *Domine, remitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam; et mittam cophinum stercoris: et si 416 quidem fecerit fructum; sin autem, excidatur ficulnea* (Ibid., 8, 9).

3. Stercoremus ergo et nos agrum hunc quem possidemus, et imitemur laboriosos agricolas, quos <sup>a</sup> non pudet fimo pingui satiari terram, et immundo cinere agrum aspergere, ut fructus uberores colligant.

4. Et quemadmodum stercoremus, docet Apostolus dicens: <sup>b</sup> *Et æstimo omnia ut stercora, ut Christum lucrifaciam* (Philip. III, 8); qui per infamiam et bonam famam meruit Christo placere. Legerat enim quod Abraham dum se stercus et cinerem fatetur,

<sup>b</sup> Vet. edit. et pauci mss., *Et æstimo stercora;* Rom. edit. et alii pauciores, *Et æstimo stercora;* reliqui mss. ut in textu, nisi quod nonnulli habent, *æstimari.*

summa humilitate invenit Dei gratiam ( *Gen. xviii, 3*). A Legerat quod Job in stercore sedens omnia quæ amiserat, recuperavit ( *Job. xxiv*). Legerat prophetante David, quod Deus de terra suscitaret inopem, et de stercore erigit pauperem ( *Psal. cxii, 7*).

5. Et nos ergo <sup>a</sup> non erubescamus fateri Domino peccata nostra? Pudor est ut unusquisque crimina sua prodat: sed ille pudor <sup>b</sup> agrum suum arat, spinas tollit perpetuas, sentes amputat, fructus adolet, quos inter mortuos **417** esse credebat. Sequere illum qui bene arando agrum suum, fructus quæsitivæ æternos. *Maledicimur*, inquit, *et benedicimus: persecutionem patimur, et sustinemus: blasphemamur, et obsecramur: tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus* ( *I Cor. iv, 12, 13*). Si et tu sic araveris, seminabis spiritalia. Ara, ut peccatum auferas, fructum acquiras. Ille aravit, ut persecutoris <sup>c</sup> in se eradicaret affectum. Quid plus potuit nobis conferre Christus ad studium correctionis, quam ut converteret, et daret nobis ex persecutore doctorem?

## CAPUT II.

*Apostolicam locum ab hæreticis contra poenitentiam objectum solvit, eumque de baptismatis iteratione intelligendum cum singularum illius partium expositione, tum præmissa ibidem legalium baptismatum mentione ostendit; quamvis subjungat eo quoque illum posse referri, ut quod impossibile sit hominibus, Deo impossibile nequaquam habeatur.*

6. Cum igitur tam evidenti et ipsius Apostoli, et scriptorum ejus exemplo redarguantur, tamen adhuc <sup>C</sup> obniti volunt, et auctoritatem aiunt <sup>d</sup> Apostolicæ sibi suffragari sententiæ, allegantes scriptum ad Hebræos: *Impossibile est enim hos qui semel illuminati sunt, et gustaverunt donum cælestis, et participes facti sunt Spiritus sancti, et bonum gustaverunt Dei verbum, virtutesque futuri sæculi, lapsos iterum renovari in poenitentiam, rursus crucifigentes Filium Dei, et ostentatione triumphantes* ( *Heb. vi, 4 et seq.*).

7. Numquid Paulus adversus factum suum prædicare potuit? Donavit Corinthio peccatum per poenitentiam ( *II Cor. ii, 10*); quomodo hic potuit sententiam suam ipse reprehendere? Ergo quia non potuit quod ædificaverat destruere, non contrarium

dixisse eum, sed diversum advertimus. Quod enim contrarium est, se ipsum impugnat: quod diversum est, distinctam solet habere rationem. Ita autem contrarium non est, ut alterum suffragetur alteri. Etenim quia de remittenda prædicavit poenitentiam, debuit et de iis qui iterandum putant baptismum, non silere: et prius sollicitudinem nobis auferri oportuit, ut sciremus etiam post baptismum, si qui peccarent, donari eis posse peccatum; ne spe veniæ destitutos iterandi baptismatis opinio vana perverteret: deinde iterandum non esse baptismata rationabili disputatione suadendum fuit.

8. De baptismate autem dictum verba ipsa declarant, quibus significavit impossibile esse lapsos renovari in poenitentiam; per lavacrum enim renovamur, per quod nascimur, sicut ipse Paulus dicit: *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita et **418** nos in novitate vitæ ambulemus* ( *Rom. vi, 4*). Et alibi: *Renovamini spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est* ( *Ephes. iv, 23, 24*). Et alibi: *Renovabitur sicut aquilæ juvenus tua* ( *Psal. cxii, 3*): <sup>e</sup> quod etiam aquila, cum fuerit mortua, ex suis reliquiis renascitur, sicut per baptismatis sacramentum, cum fuerimus peccato mortui, nascimur Deo, ac reformamur. Unum ergo baptismata docet, sicut alibi: *Una fides; unum, inquit, baptismata* ( *Ephes. iv, 5*).

9. Illud quoque evidens, quod in eo qui baptizatur, crucifigitur Filius Dei; quia non potuit caro nostra abolere peccatum, nisi crucifixæ esset in Christo Jesu. Denique scriptum est, quia *quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in mortem ipsius baptizati sumus* ( *Rom. vi, 3*). Et infra: *Si enim complantati sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus, scientes quia velus homo noster simul confixus est cruci* ( *Ibid., 5, 6*). Et ad Colossenses ait: *Consepulti ei per baptismum, in quo et consurrexistis* ( *Coloss. ii, 12*). Quod ideo scriptum est, ut credamus quia ipse crucifigitur in nobis; ut per illum peccata nostra mudentur, ut ipse chirographum nostrum affigat cruci, qui solus potest donare delicta. Ipse in nobis principatus et potestates trium-

<sup>a</sup> Hic agi de confessione quæ Deo apud sacerdotem illius ea in parte vicarium editur, compertum facit quod statim sequitur: *Pudor est*, etc. Quem enim pudeat apud eum solum peccata fateri sua, cui eadem clarior quam sibi ipsi cognita esse perspectum habeat? Certe in eo quod illa perpetraverit, pudor esse poterit, non autem in illorum confessione. Rursus vero quod unusquisque dicitur prodere crimina sua, inde satis intelligitur non de publicis tantum criminibus et scandalo conjunctis agi, sed etiam de occultis et reconditis, quæ ab aliquo sponte deferantur ad sacerdotem. Consule quæ de reo minoris culpæ dicuntur infra cap. 4, num. 27.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *agrum suum stercoreat, spinas colit*, etc.

<sup>c</sup> Mss. nonnulli, *in se eradicaret effectum*.

<sup>d</sup> Non alium locum qui magis hæresi suæ patrocinari videretur, quam istum proferebant Novatiani.

<sup>D</sup> Et hoc quidem in causa fuit, cur serius hæc epistola apud Latinos habita fuerit pro canonica, quemadmodum ex Eusebio lib. iii Hist. Eccles. cap. 3, et lib. vi cap. 20 ex Philastrio, lib. de Hæres. 41 ex Hieronymo variis locis cognoscere est. Epiphanius quoque præcipuum Catharorum in eo loco firmamentum fuisse, dum de eadem hæresi loquitur, tradit. Cæterum Ambrosiana responsio verissima est. eamque nobilissimi quique scriptores doctori nostro suppreses aut posteriores amplexati sunt; quamquam nonnulli de poenitentia locum interpretati, morale impossibilitatem ibi significatam maluerunt: quæ responsio etiam in fine capituli indicatur.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *quod est: sicut aquila cum fuerit. . . sic per baptismatis*, etc. Ohter autem observandum est, aquilæ illud attribui ab Ambrosio, quod vulgo de phœnice dicitur, quem ex propriis cineribus renasci fabulantur multi scriptores.

phat; quoniam de ipso scriptum est: *Principatus et potestates ostentabilis, triumphans eos in semetipso* (Coloss. ii, 15).

10. Ergo quod ait in hac epistola quæ scribitur ad Hebræos, impossibile esse lapsos renovari in penitentiam, rursus crucifigentes Filium Dei, et ostentatione triumphantes (Hebr. vi, 6), eo spectat, ut de baptismo dictum credamus, in quo crucifigimus Filium Dei in nobis; ut per illum nobis mundus crucifigatur, qui quadam triumphans specie, dum similitudinem mortis ejus assumimus, qui principatus et potestates in sua cruce ostentavit ac triumphavit; ut in mortis ejus similitudinem nos quoque de principatibus quorum jugum deponimus, triumphemus. Semel autem crucifixus est Christus, semel peccato mortuus; et ideo unum, non plura baptismata.

11. Quid, quod et supra doctrinam baptismorum præmisit? Et quia multa erant baptismata in lege, merito reprehendit illos qui perfecta et dimittant, et principium verbi requirant. Docet nos scire oportere destructa esse universalis legis baptismata, unum baptisma esse in Ecclesiæ sacramentis. Hortatur autem nos, ut relinquentes initium verbi, ad perfectum tendamus: *Et hoc faciemus*, inquit, *si quidem permiserit Deus* (Hebr. vi, 3); non potest enim sine favore Dei aliquid esse perfectus.

12. Possem quidem etiam illud dicere ei, qui hoc de penitentia dictum putat; quia quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum: et potens est Deus quando vult donare nobis peccata, etiam quæ putamus non posse concedi. Et ideo quod nobis impossibile 419 impetratum videtur, Deo donare possibile est. Nam et impossibile videbatur, ut peccatum ablueret aqua: denique Naaman Syrus lepram suam mundari per aquam posse non credit. Sed quod impossibile erat, fecit Deus esse possibile, qui tantam nobis donavit gratiam (IV Reg. v, 14). Similiter impossibile videbatur per penitentiam peccata dimitti: concessit hoc Christus apostolis suis, quod ab apostolis ad sacerdotum officia transmissum est (Joan. xi, 22). Factum est igitur possibile quod impossibile videbatur. Sed tamen de baptismo dictum, ne quis iteraret, vera ratione persuadet.

### CAPUT III.

*Superiorem solutionem confirmat proposita ex Evangelio prodigi parabola, cujus singulas partes exponens, eandem contra Novatianas assertiones ita convertit, ut inde necessario deducat etiam gravissimi crimi-*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *dimittunt et principia Verbi requirunt*; nonnulli, *dimittunt, et principalia verba requirunt*.

<sup>b</sup> Mss. Aliqui et edit., *unum baptismum esse in Ecclesia. Hortatur, etc.*

<sup>c</sup> Edit. Rom. eam duobus omnino mss., *vera ratio persuadet*. Minime male. Verum cum aliam lectionem vet. edit. cum reliquis mss. iisque multo probatioribus habeant, referendum est verbum *persuadet*

*nisi reo, siquidem digne penituerit, reconciliationem non denegandam.*

13. Neque enim Apostolus contra evidentem Christi doctrinam veniret, qui de peccatore penitentiam agente comparationem <sup>d</sup> posuit eo quod peregre profectus acceptam a patre omnem substantiam devoraverit vivendo luxuriose, et postea panem patris desideraverit, cum vesceretur siliquis: et meruit stolam, annulum, calceamentum, immolationem quoque vituli, quæ speciem habet passionis Dominicæ, per quam cælestis sacramentum nobis donatur (Luc. xv, 13 et seq.).

14. Bene dicitur quia *peregre profectus est*, qui erat a sacris altaribus separatus; hoc est enim ab Jerusalem illa quæ in cælo est, civico quodam et domestico sanctorum separari domicilio. Unde et apostolus ait: *Ergo jam non estis advenæ atque peregrini, sed cives sanctorum et domestici Dei* (Ephes. ii, 9).

15. *Et consumpsit*, inquit, *substantiam suam*. Merito consumpsit eam, cujus fides in operibus claudicabat: *Fides enim eorum quæ sperantur, substantia est, rerum argumentum non apparentium* (Hebr. xi, 1). Et bona substantia fides, in qua <sup>e</sup> spei est nostræ patrimonium.

16. Nec mirum si fame peribat, qui divino alimentato egebat; cujus desiderio compulsus: *Surgam, inquit, et ibo ad patrem meum, et dicam illi: Pater, peccavi in cælum, et coram te* (Luc. xv, 18.) Nonne advertitis id evidenter nobis expositum, quod emerendi gratia sacramenti ad precandum impellimur; et hoc auferre vultis, propter quod agitur penitentia? Tolle gubernatori perveniendi spem, et in mediis fluctibus incertus errabit. Tolle luctatori coronam, lentus jacebit in stadio. Tolle piscatori capiendi efficaciam, desinit jactare retia. Quomodo ergo potest qui famem patitur animæ suæ, studiosius Deum precari, si sacram desperet alimoniam?

17. *Peccavi*, inquit, *in cælum et coram te*. 420 Fatetur utique peccatum ad mortem, ne quem vos agentem cujuslibet criminis penitentiam jure excludi putaretis; quando is qui in cælum peccavit, vel in regnum cælestis, vel in animam suam, quod est peccatum ad mortem; et peccavit eoram Deo, cui soli dicitur: *Tibi soli peccavi et malum coram te feci* (Psal. l, 6).

18. Tam cito veniam meretur, ut venienti et adhuc longe posito occurrat pater, osculum tribuat, quod insigne est sacræ pacis: stolam proferri jubeat, quæ vestis est nuptialis, quam si quis non habuerit, a convivio nuptiali excluditur: det annulum in manu ejus, quod est fidei pignus, et sancti spiritus signa-

ad ipsum Paulum; is enim locum citatum ita exprimit, ut illum non nisi de baptismi repetitione intelligendum persuadeat.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, *posuit in eo, qui peregre, etc.*

<sup>e</sup> Pauci mss., *spei est nostræ patrociniæ*.

<sup>f</sup> Exempla prorsus istorum similia proponit epist. 55, ad Anton., Cyprianus: unde isthæc imitatum esse Doctorem nostrum facile quispiam existimari.



culum : calceamenta deferri præcipiat (*Exod. xii, A* 11); celebraturus enim pascha Domini, epulaturus agnum, tectum debet adversus omnes incursus bestiarum spiritalium, morsusque serpentis habere vestigium : vitulum præcipiat occidi; quia *Pascha nostrum immolatus est Christus* (1 Cor. v, 7). Etenim quotiescumque sanguinem Domini sumimus, mortem Domini annuntiamus (1 Cor. xi, 26). Sicut ergo semel pro omnibus immolatus est, ita quotiescumque peccata donantur, corporis ejus sacramentum sumimus, ut per sanguinem ejus fiat peccatorum remissio (*De Pœnit.*, dist. 1, c. *Potest fieri*, § *Sicut semel*).

19. Ergo evidentissime Domini prædicatione mandatum est etiam gravissimi criminis reis, si ex toto corde, et manifesta confessione peccati pœnitentiam gerant, sacramenti cœlestis \* refundendam gratiam. <sup>b</sup> Unde nihil vobis ad excusationem resedisse certum est.

#### CAPUT IV.

*Aliam objectionem ex blasphemia in Spiritum sanctum petitam retorquet in ipsos Novatianos; ostenditque per eam blasphemiam intelligi debere fidem non rectam: quod ubi Petri adversus Simonem magum sententia, nec non Evangelico testimonio confirmavit, eosdem hæreticos ad reditum in Ecclesiam cohortatur, ac tantam Domini clementiam esse asserit, ut Judæi traditori veniam si apud Christum pœnituisset, non jussisset denegaturus.*

20. Perlatum est tamen ad nos, etiam illud vos obicere solere, quod dicatis scriptum esse: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: Spiritus*

<sup>a</sup> Quidam mss., *reformandam gratiam.... rediisse certum est.*

<sup>b</sup> Quam validum contra Novatianos hunc Evangelium locum arbitraretur, non ægre discas, si modo cum ejusdem expositione in Comment. super Lucam totum hoc caput conferre non pigeat.

<sup>c</sup> Mss. nonnulli, *destruitur et resolvitur*; quidam, *et aborbetur.*

<sup>d</sup> Huic objectioni sane quam gravissimæ iisdem duobus responsis quæ hic adhibentur ab Ambrosio, satisfacti etiam Pacianus epist. 3, ad Synpron., sub medium. Porro his ipsis locis adductus est lib. ix de admin. Pœnit. cap. 28, Morinus, ut utrique illi Patri eam doctrinam attribueret, qua peccatum aliquod vere irremissibile constituerent. Is tamen de Paciano cogitur confiteri eum mentem suam ita declarasse, ut nihil per hæc locos tamquam irremissibile significari autumaret, nisi perseverantiam in crimine seu finalem impœnitentiam. Quod vero ad Ambrosianam sententiam, ubi dixisset: *Faetur, blasphemant, veniam non esse sperandam*; paucis interjectis subiungit: *Ut tamen argumenti robur elevet, peccatum illud extendit ad hæreticos et schismaticos, quibus pœnitentibus gratia non denegatur; ut insinuet etiam aliis, si pœnitentiam agere possent, Dei misericordiam non defuturam.* Hæc Morinus, cui certe quidem probandum erat doctorem sanctum existimasse blasphematoribus hujuscemodi possibilem non esse pœnitentiam, quod ab illo minime præstitum est. Ad clariorem vero hujus quæstionis intelligentiam advertite locis de blasphemia in Spiritum allatis ab hæreticis, hic responderi, 1º per concessionem rhetoricam qua illorum argumentum retorquetur in eos

*A* *autem blasphemias non remittetur hominibus. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro* (*Matth. xii, 31 et seq.*). Quo exemplo omnis assertio vestra <sup>c</sup> destruitur et absolvitur; scriptum est enim: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus.* Cur igitur non remittitis? Cur alligatis vincula, quæ non solvitis? Cur nodos neccitis, quos non relaxatis? Remittite cæteris: agite de iis, quos peccantes in Spiritum sanctum Evangelica auctoritate in perpetuum astringi putatis.

21. Et tamen quos <sup>d</sup> astringat, consideremus, repetentes superiora lectionis ipsius, ut evidentius comprehendamus. Dicebant Judæi: *Hic non ejicit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* Respondit Jesus: *Omne regnum divisum contra se destruetur, et omnis civitas vel domus divisa contra se, non stabit; si enim Satanæ Satanam ejicit, adversum se divisus est: quomodo ergo stabit regnum ejus? Quod si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt* (*Matth. xii, 28 et seq.*)?

22. De his utique expressum videmus, qui Dominum Jesum in Beelzebub ejicere dæmonia loquebantur, quibus sic respondit Dominus, quod Satanæ hæreditas in iis esset, qui Satanæ compararent Salvatorem omnium, et in regno diaboli constituerent gratiam Christi. Et ut cognosceremus quia de hac dixit blasphemia, adjunxit: *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?* Hos ergo qui hæc loquuntur, negat ad veniam pertinere.

ipso: 2º pressius eosdem locos examinari, inquirique quodnam tandem sit peccatum illud in Spiritum. Igitur ut exemplis res illustretur, hujus criminis rei pronuntiantur omnes illi, nimirum qui Christum in Beelzebub dæmones ejicere calumniabantur, Simo et qui cum eo venalia ejicerent gratia: dona, postremo hæretici et schismatici. Cum autem his postremis veniam revertentibus, vel ipso Morino non inficiante, passim spondeat Ambrosius, Simoni quoque, si resipuisset, gratiam vere promissam toto sequenti capite demonstret; nihil est cur non idem de primis etiam eum sensisse existimemus: maxime cum lib. i. cap. 2, generatim pronuntiet: *Dominus nullum crimen excipit, qui peccata donavit omnia*; quod enim regula hujus universalis blasphemiam ab eodem sancto habitam exceptionis loco memoratus theologus contendit, nullum idoneum hujus suæ opinionis profert argumentum. Maneat ergo nullum peccatum Ambrosio simpliciter fuisse alienum a spe veniæ, præter finalem impœnitentiam. Augustinus quoque in hac quæstione, quam difficillimam omnium esse in Enchiridio cap. 8, et De verbis Dom. serm. nunc 71, num. 38, profitetur, eandem sententiam lib. i. *Retract.* cap. 19 secutus est. Si quis autem dixerit eodem modo culpas omnes dici posse irremissibiles, fatebimur id quidem; sed adjungemus blasphemiam propterea quod illi plus insit malitiæ ac superbiæ quam infirmitatis, proindeque multo difficilius remittatur, singulari quadam ratione sic appellatam. Vide Maldonatum in *Matthæi* locum de quo agitur: et Alexandrum dissertatione 22 in *Histor. Eccles. sæculi iii*; et alios tum interpretes in memoratum *Matthæi* textum, tum scholasticos in *ii Sent.*, dist. 43, et 2-2 B. Thomæ, quæst. 14, art. 3.

25. Denique (*Decr. ca. 1, q. 1, cap. Petrus*) Petrus A Simoni, qui magicæ artis consuetudine depravatus, putasset quod gratiam Christi per impositionem manus, atque infusionem Spiritus sancti compararet pecunia, ait: *Non est tibi pars, neque sors in hac fide; quia cor tuum non est rectum apud Deum. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, et precare Dominum, si forte remittatur tibi hæc recordatio cordis tui; in obligatione enim iniquitatis, et amaritudine fellis video te esse* (*Act. viii, 21 et seq.*). Vides quod hunc magicam vanitatem blasphemantem in Spiritu sancto Apostolica auctoritate condemnet; et eo magis quia puram conscientiam fidei non habebat: et tamen non interclusit ei spem veniæ, quem invitavit ad pœnitentiam?

24. Responsum est igitur a Domino blasphemiam B Pharisæorum; et ideo (*De Pœnit., dist. 1, c. Iis potestatis*) his potestatis suæ gratiam negat, quæ in remissione peccatorum est, qui cœlestem ejus potestatem diabolico fultam suffragio vindicarent. Eos quoque asserit diabolico uti spiritu, qui separarent Ecclesiam Domini; ut omnium temporum hæreticos et schismaticos comprehenderet, quibus indulgentiam negat, quod omne peccatum circa singulos est, hoc in universos. Soli enim sunt qui volunt solvere Christi gratiam, qui Ecclesiæ 422 membra discerpunt, propter quam passus est Dominus Jesus, Spiritusque sanctus datus est nobis.

25. Denique ut sciatis quia de dispersoribus dicit, sic habemus scriptum: *Qui non est mecum, contra me est: et qui non colligit mecum, dispergit* (*Matt. C xii, 30*). Et ut sciremus de his dictum, statim subjunxit: *Ideo dico vobis: omne peccatum et blasphemiam remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemiam non remittetur hominibus* (*Ibid., 31*). Cum dicit: *Ideo dico vobis*: nonne evidenter hoc præ cæteris a nobis intelligi voluit? Meritoque adjunxit: *Arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit* (*Matth. vii, 17*); congregatio enim mala bonum facere fructum non potest. Arbor itaque congregatio est, fructus bonæ arboris filii Ecclesiæ sunt.

26. Et ideo revertimini ad Ecclesiam, si qui vos separastis imple. Omnibus enim conversis pollicetur veniam; quia scriptum est: *Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit* (*Joel ii, 32*). Denique etiam Judæorum populus qui dicebat de Domino D Jesu: *Dæmonium habet* (*Joan. viii, 48*); qui dicebat: *In Beelzebub ejicit dæmonia* (*Luc. xi, 15*); <sup>b</sup> qui crucifixus Dominum Jesum, Petri prædicatione vocatur ad baptismum, ut sceleris tanti merita deponat.

27. [*Alias cap. V.*] Sed quid mirum (*De Pœnit., dist. 1, c. Iis potestatis, § quid mirum*), si salutem negatis aliis, qui vestram recusatis, <sup>c</sup> licet illi nihil

<sup>a</sup> Clarom. cod., *ab hac stultitia tua*. Rursus vero ubi omnes mss. et vet. edit., *recordatio cordis tui*; Rom. sola posuit, *cogitatio cordis tui*.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *qui crucifixus Dominum suum... ut sceleris tanti crimina deponat*.

<sup>c</sup> Omnes edit. ac mss. non pauci, *licet illi nihil deferant*: quorum verborum non sensum ullum esse

A differant, qui a vobis pœnitentiam petunt. Arbitror enim quod etiam Judas potuisset tanta Dei miseratione non excludi a venia, si pœnitentiam non apud Judæos, sed apud Christum egisset. *Peccavi, inquit, quod tradiderim sanguinem justum* (*Matth. xxvii, 54*). Responderunt: *Quid ad nos? Tu videris*. Quæ vox alia vestra est, cum etiam minoris peccati reus vobis factum proprium confitetur? Quid respondetis aliud, nisi hoc: *Quid ad nos? Tu videris*. Hunc sermonem laqueus sequitur: eo feracior pœna, quo culpa est minor.

28. Sed si isti non convertuntur, vel vos revertimini, qui lapsu vario de innocentiam fideique præcelso fastigio decidistis. Bonum dominum habemus, qui velit donare omnibus, qui te per prophetam vocavit dicens: *Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates; et memor non ero: tu autem memor esto, et judicemur* (*Isai. xliiii, 25*).

#### 423 CAPUT V.

Quod Simoni mago veniam a Petro affirmate promissam negant, refertur primo eum apostolum propter cognitam magi illius perfidiam dubia locutione uti potuisse: secundo autem apte ad causam per adverbium forte affirmationem etiam significari ex pluribus veteris Testamenti locis, ex profanorum auctorum usu, denique ex ipsis evangelistis confirmatur. Deinde addit apostolos pœnitentiam cujus a Davide fructus ostenduntur, ad nos transmisisse. Postremo exemplum adducit Ephræmitarum, ad quorum instar pœnitentiam nostram agenda tradit, ut ei divina misericordia et sacramenta concedantur.

29. Referunt tamen quæstionem de verbis apostoli Petri. Quia dixit: <sup>d</sup> *Ne forte* (*Act. viii, 22*), putant non confirmasse Petrum, ut agenti pœnitentiam peccatum remitteretur. Sed considerent de quo loquatur, hoc est, de Simone, qui non ex fide crederet, sed dolum cogitaret. Denique et Dominus dicenti ei, cujus non plenam sinceritatem videret: *Sequar te*, ait: *Vulpes foveas habent* (*Matth. viii, 20*). Quem ergo Dominus ante baptismum prohibuit sequi, quoniam fraudulentum videbat; miraris si post baptismum prævaricantem non absolvit apostolus, quem in obligatione iniquitatis manere pronuntiavit?

30. Sed hoc illis responsum sit. Ego autem nec Petrum dubitasse dico, nec verbi unius præjudicio tantam causam strangulanda arbitror. Nam si putant dubitasse Petrum, nunquid et Deus dubitavit? qui ait ad Jeremiam Prophetam: *Sta in atrio domus Domini, et responsum dabis omni Judæ, tuis qui veniunt adorare in domo Domini, omnia verba quæ constitui tibi respondere illis, noli auferre verbum: forsitan audient, et avertentur* (*Jerem. xxvi, 2, 3*). Dicant ergo et Deum ignorasse quid esset futurum.

putamus. Melius ergo reliqui mss., *nihil differant*, id est, æque peccatores haberi debeant, ac vosmet ipsi.

<sup>d</sup> Vet. edit., *Si forte, et putant*; Rom., *Si forte remittatur tibi, etc., et putant?* mss. vero cuncti, *Ne forte*; sed pro *putant*, aliqui legunt *putent*, aliqui etiam, *ut putant*. Non tam incommode.

31. Sed non ignorantia eo verbo exprimitur, sed in Scripturis divinis frequens huiusmodi consuetudo advertitur; eo quod simplex sit elocutio. Siquidem et ad Ezechielem dicit Dominus: *Fili hominis, mittam ego te ad domum Israel, ad eos qui me exacerbaverunt ipsi, et patres eorum usque in hodiernum, et dices ad eos: Hæc dicit Dominus, si forte audient et terrebuntur* (Ezech. II, 4, 5). Nesciebat ergo eos posse aut non posse converti? Non ergo semper dubitantis ista est elocutio.

32. Denique ipsi sapientes sæculi, qui omnem gloriam suam statuunt in expressione verborum, quod Latine forte dicimus, Græce τάχα non ubique pro dubitatione posuerunt. Aiunt itaque dixisse primum suorum poetam Ἡ τάχα χήρα ἴσομαι, quod est: *Cito vidua ero*. Et alibi: τάχα γὰρ σε κατακταίουσιν Ἀχαιοὶ πάντες ἰσορροθῆντες (Homer. lib. III Iliad.). Non enim dubitaret in omnibus simul insurgentibus, unum facile ab universis posse prosterni.

33. Sed nos nostris magis quam alienis utamur. Denique habes in Evangelio quia ipse Filius de Patre ait (cum misisset servos ad vineam suam, et occidissent) dixisse Patrem: *Mittam Filium meum dilectissimum, forsitan ipsum verebuntur* (Matth. XXI, 37). Et alibi ex sua persona Filius ait: *Neque me scitis, neque Patrem meum. Si enim me sciretis, et Patrem meum forsitan sciretis* (Joan. VIII, 19).

34. Si ergo his verbis usus est Petrus, quibus Deus usus est sine præiudicio scientiæ suæ; cur non accipiamus et Petrum his usum sermonibus sine suæ fidei præiudicio? Neque enim poterat dubitare de Christi munere, qui sibi solvendorum peccatorum dederat potestatem (Matth. XVI, 19); præsertim cum versutis hereticorum locum non deberet relinquere, qui ideo volunt spem hominum destituere, ut iterandi baptismatis apud desperantes facilius inducant persuasionem.

35. Sed apostoli hoc habentes, secundum Christi magisterium pœnitentiam docuerunt; sponderunt veniam, culpam relaxaverunt, sicut et docuit David

<sup>a</sup> Omnes edit. et cod. Tell., et occisi essent; reliqui mss., et occidissent; Albin., et eos occidissent. Non male quidem, sed propter aliorum numerum et antiquitatem videtur accipiendum verbum, occidissent, pro periissent. Rursus post pauca, eadem edit., sine præiudicio sententiæ suæ; mss. vero, .. scientiæ suæ. Melius, ut per se clarum est. Unus tamen, ... conscientiæ suæ.

<sup>b</sup> Edit., præiudicio sententiæ suæ; quidam mss., conscientiæ suæ.

<sup>c</sup> Mss. aliquot antiquæ manus, spem hominum destruere.

<sup>d</sup> Davidica hæc verba semel ac iterum superiore tomo exposita reperire est, scilicet lib. de Noe et Arca, cap. 31, num. 117, et Apol. David cap. 9, num. 49, quibus in locis baptismum ac pœnitentiam a propheta significari docet sanctus Doctor. At in secundo indignum non est quod observetur ab Ambrosio inter opera quibus crimen suum David texerit, etiam ea quæ lapsum ejusdem præcesserunt, enumerari; unde illa theologorum opinio qua bona opera peccato quopiam lethali mortificata per pœnitentiam reviviscere autumant, non minimum capit auctoritatis. Sic vero ubi contra Novatianos disputat,

A dicens: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum* (Psal. XXXI, 1, 2).<sup>d</sup> Utrumque enim beatum dixit, et cuius iniquitas remittitur per lavacrum, et cuius peccatum tegitur operibus bonis. Qui enim agit pœnitentiam, non solum diluere lacrymis debet peccatum suum, sed etiam emendationibus factis operire et tegere delicta superiora, ut non ei imputetur peccatum (De Pœnit., dist. I, c. Ii potestatis, § Qui agit).

36. Ergo tegamus lapsus nostros posterioribus factis, mundemus fletibus; ut audiat nos Dominus Deus noster ingemiscentes, sicut audivit lacrymantem Ephræm, quemadmodum scriptum est, dicente Deo: *Audiens audivi Ephræm lacrymantem* (Jerem. XXXI, 18). Et ipsa verba Ephræm lamentantis expressit dicens: *Castigasti me, et castigatus sum, sicut vitulus non sum edoctus* (Ibid.). Vitulus enim ludit, et præsepia deserit; et ideo Ephræm sicut vitulus non est edoctus, longe positus a præsepi, quia præsepe Domini deseruit, et Jeroboam secutus, vitulos adoravit (Tob. I, 5), quod prophetia futurum per Aaron indicaverat, sic lapsurum populum Judæorum. Idenque agens pœnitentiam dicit: *Converte me, et convertiar; quia tu es Dominus Deus meus. Quia in novissimo captivitatis meæ pœnitentiam egi: et postquam cognovi, ingenui super dies confusionis, et subjectus sum tibi; quia accepi opprobrium, et demonstravi te* (Jerem. XXXI, 19).

37. [Atlas cap. VI.] Advertimus quomodo agenda sit pœnitentia, quibus sermonibus, quibus fletibus; ut peccati dies, dies confusionis appelletur; confusio est enim, quando Christus negatur.

38. Et ideo subjiciamus nos Deo, et non subditi simus peccato: et delictorum nostrorum memoriam recensentes, tamquam opprobrium erubescamus; non velut quamdam gloriam prædicemus, sicut quidam expugnata pudicitia, et oppressa justitia gloriantur: et tanta fiat conversio, ut qui Deum non agnoscebamus, ipsi eum jam aliis demonstremus: motus autem Dominus tali conversione nostra, respondeat:

rem examinat accuratius. Itaque duo in pœnitentia distinguit, nempe diluere lacrymis peccatum, et illud emendationibus factis operire, quorum quidem prius ad contritionem, posterius autem ad satisfactionem referri facile catholici omnes assentientur. Et certe de primo nec Dallæus ipse lib. VII De Pœnit. et satisfact. cap. 8, a nobis dissidet. De secundo autem ibidem contra card. Bellarmin. disputans, contendit sanctum Præsulem hoc se su loqui, ut velit peccatorem scelerum jam remissorum inhaerentes adhuc cicatrices bonis operibus quasi lituris et tectorio quodam obumbrare atque contegere. Sed contrarium orationis series aperte monstrat. Illam expende ac præcipue subjectum exemplum Ephræmitarum, ac per te ipsem intelliges de lacrymis atque operibus omnino sermonem institui. quæ non modo peccatis jam condonatis tectorium inducant, verum etiam quæ divinam peccatoribus propitiam misericordiam, ut commissorum veniam consequantur. Quod vero ad primam partem eorumdem citati psalmi 31 versuum, quam de baptismo exponit Ambrosius, ita eam etiam interpretes Pauli, a quo eadem verba Rom. IV, 7, proponuntur, vulgo accipiunt.

<sup>e</sup> Nonnulli mss., emendationibus facta operire.

*A juventute mea dilectus mihi est filius Ephraem, puer in deliciis; quoniam eo quod sermones mei in ipso sunt, memoria memor ero ejus; propterea festinavi super illum, misericordia miserebor ejus, dicit Dominus (Jerem. xxxi, 20).*

59. Quam autem misericordiam nobis polliceatur, infra ostendit dicens: *Inebriavi omnem animam sitiientem, et omnem animam esurientem satiavi. Ideo exsurrexi, et vidi, et somnus meus mihi dulcis est (Ibid., 25, 26).* Advertimus <sup>a</sup> quod peccantibus Dominus sacramenta promittat sua; et ideo omnes convertamur ad Dominum.

#### CAPUT VI.

*A fide vel innocentia lapsos denuo hortaturus ad poenitentium, ex Esaia quid eos a Deo exspectare, quidve ipsosmet præstare oporteat, docet. Hinc memorata Christi adversus Judæos proverbiali reprehensione, per ejus occasionem saltationes et choreas perstringens, idem proverbium ad spiritalem traducit intellectum. Deinde ex Jeremia poenitentiam suscipiente pro Jerusalem, quas conditiones ea virtus requirat, aperit. Denique ut quantæ sit efficacæ hæc illa medicina, clarius exhibeat, qui eadem vel pro se vel pro aliis uti voluerint, multos numerat.*

40. Sed si isti non convertuntur, vel vos revertimini, qui lapsu vario de innocentia fideique præcelso fastigio decidistis. Bonum Dominum habemus qui velit donare omnibus, qui te per prophetam vocavit dicens: *Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, et memor non ero: tu autem memor esto, ut judicemur (Esaï. xliii, 25).* Ego, inquit, *memor non ero: tu autem memor esto,* **426** hoc est: Non revoco illa, quæcumque delicta donavi tibi, velut quadam oblivione tecta sint: *tu autem memor esto.* Ego, inquit, memor non ero propter gratiam, tu memor esto propter correctionem: memor esto, ut scias donatum esse peccatum; ne glories quasi innocens, ne te justificando, plus ingraves: sed si vis justificari, fateri delictum tuum. <sup>b</sup> Solvit enim criminum nexus verecunda confessio peccatorum.

41. Vides quid a te exigat Deus tuus; ut memor sis ejus quam accepisti gratiæ, et non glories quasi

<sup>a</sup> Gill. ac Rom. edit., *quod poenitentibus*; Amerb. atque Eras. cum Gill. in marg. et mss. omnibus, *quod peccantibus*; ubi subintelligi dummodo poenitentiam agant. At sequentis cap. initio, ubi omnes edit., *Si isti non convertantur*; omnes mss. exhibent, *Sed si isti non convertantur*: quemadmodum legitur etiam in fine cap. 4, num. 29. Cæterum hæc illa versuum aliquot repetitio satis indicat quæcumque cap. superiori comprehendimus, quasi per digressionem posita esse, atque adeo in prioribus edit. capita non legitime distribui. Ne etiam ambiguum est quin ad hunc locum Sotus respexerit, cum in hoc opere non nunquam eadem inculcari ad verbum objicit; quasi vero insolentes essent repetitiones in Ambrosio.

<sup>b</sup> Sunt e theologis orthodoxis non pauci, qui de sacramentali confessione hic agi asseverent, quorum etiam nonnulli hoc esse *meridiana luce clarius*, pronuntiant. Fatendum tamen est a nobis hic desiderari summam illam evidentiam; cum potius agatur de confessione, quæ peccatorum jam remissorum apud Deum

non acceperis. Vides qua remissionis pollicitatione te provocet ad confitendum: vide ne reluctando mandatis cælestibus, in indevotionem Judæorum incidias, quibus dicit Dominus Jesus: *Cantavimus vobis, et non saltastis: lamentavimus, et non plorastis (Luc. vii, 33).*

42. Vilis sermo, sed non vile mysterium. Et ideo evadendum ne quis vulgari quadam sermonis hujus deceptus interpretatione, putet nobis <sup>c</sup> saltationis lubricæ histrionicos motus, et scenæ deliramenta mandari; hæc etiam in adolescentula ætate vitiosa sunt: sed saltationem mandavit, quam saltavit David ante arcam Domini. Totum enim decet, quidquid defertur religioni; ut nullum obsequium quod proficiat ad cultum et observantiam Christi, erubescamus.

**B** 43. Non ergo illa deliciarum comes, atque luxuria prædicatur saltatio, sed qua unusquisque corpus attollat impigrum, nec humi pigra jacere membra, vel tardis sinat torpere vestigiis. Saltabat spiritualiter Paulus, cum se pro nobis extenderet, et posteriora obliviscens, priora appetens, contenderet ad braviu Christi. Tu quoque cum ad baptismum venis, manus elevare, pedes quibus ad æterna conscendas, velociores habere monearis (*Phil. iii, 13, 14*). Hæc saltatio fidei socia, gratiæ comes.

44. Hoc est ergo mysterium: *Cantavimus vobis, novi ulique canticum Testamenti: et non saltastis, hoc est, non elevastis animam ad spiritalem gratiam. Lamentavimus, et non plorastis, hoc est, non egistis poenitentiam.* Et ideo derelictus est **C** Judæorum populus; quia nec egit poenitentiam, <sup>d</sup> et gratiam refutavit. Per Joannem poenitentia, per Christum gratia. Istam quasi Dominus donat, illam quasi servus annuntiat. Utrumque igitur Ecclesia custodit, ut et consequatur gratiam, et non abiciat poenitentiam; gratia enim munus largientis est, poenitentia delinquentis remedium.

45. Scivit Jeremias magnum remedium esse poenientiæ, quam in Threnis suis suscepit pro Jerusalem, et ipsam inducit agentem Jerusalem **427** dicens: *Plorans ploravit in nocte, et lacrymæ ejus in maxillis ejus, nec est qui consoletur eam <sup>e</sup> ab omnibus qui diligunt eam. Vix Sion lugent (Thren. i, 2).* Et

**D** fit. Cæterum probabilis est illorum opinio cum propter antecedentia verba, si vis justificari, fateri delictum tuum; et superiora illa, *vel vos revertimini, qui lapsu vario de innocentia, etc.* Illud vero omnino certum hic et in omni opere illam supponi confessionem; ubique enim tres ejusdem partes, contritionem, declarationem ac satisfactionem, esse ad remissionem peccati necessarias, docent hi libri.

<sup>e</sup> Ms. Clar., *saltationis publicæ*. Latius conicit legendum, *saltationis ludicræ*, nimirum propter id quod sequitur, *et scenæ deliramenta*: sed nihilo deteriori sensu cum omnibus et mss. et edit. legimus, *saltationis lubricæ*, id est, impuræ atque in luxuriam prone, ut infra describitur. Iluc porro Lucæ versiculum simili ratione interpretatur sanctus Doctor Commentarii in ejusdem Evang. lib. vi, num. 5.

<sup>d</sup> Mss. complures, *refutavit*; per Joannem poenitentiam, per Christum gratiam; aptius tamen alii et omnes edit. ut in textu.

<sup>e</sup> Cod. Clar., *ab omnibus qui derelinquant eam.*

adjecit : *In his ergo fletu, oculi mei caligaverunt a fletu, quia elongavit a me, qui me consolabatur (Thren. 1, 16).* Advertimus quod hunc malorum suorum acerbissimum cumulum arbitrabatur, quia deerat qui consolaretur mœrentem. Quomodo ergo vos ipsam consolationem aufertis, qui spem relaxandæ negatis poenitentiae?

46. Sed audiant qui agunt poenitentiam, quomodo agere debeant, quo studio, quo affectu, qua mentis intentione, qua intimatorum concussione viscerum, qua cordis conversione : *Vide, inquit, Domine, quia tribulor, venter meus turbatus est a fletu meo, conversum est cor meum in me (Ibid., 20).*

47. Cognovisti intentionem animi, fidem mentis cognosce, et habitum corporis. *Sederant, inquit, in terra, tacuerunt seniores filiae Sion, et imposuerunt terram super caput suum, præcinxerunt se cilicio, deduxerunt in terram principes, virgines Jerusalem defecerunt in lacrymis, oculi mei caligaverunt, turbatus est venter meus, effusa est in terra gloria mea (Thren. II, 10, 11).*

48. Sic flevit et Ninive populus, et denuntiatum excidium civitatis evasit (*Jonæ III, 5*); tanta est enim poenitentiae medicina, ut mutare videatur suam Deus sententiam. In te est igitur ut evadas : vult rogari Dominus, vult de se sperari, vult sibi supplicari. Homo es, et vis rogari, ut ignoscas, et putas Deum tibi non roganti ignoscere?

49. Ipse Dominus Jerusalem flevit (*Luc. XII, 41*), ut quia ipsa flere nolebat, Domini lacrymis ad veniam pertineret. Ipsenos flere vult, ut evadere possimus, sicut habes scriptum in Evangelio : *Filiae Jerusalem, nolite me flere, sed vos ipsas flete (Luc. XIII, 28).*

50. Flevit David, et meruit ut mortem populi pereuntis divina removeret misericordia (*II Reg. XXIV, 10*); quando tribus sibi propositis optionibus, eam tamen in qua majorem Domini miserationem experiretur, elegit. Quid erubescis tu peccata tua flere; cum Deus etiam prophetas jussisset flere pro populo?

51. Denique et Ezechiel jussus est flere Jerusalem, et accepit librum, in cujus capite scripta erat : *Lamentatio, et melos et vox (Ezech. II, 9)*, duo tristia et unum delectabile; quoniam ille salvus erit in futurum, qui in hoc sæculo plus fleverit : *Cor enim*

<sup>a</sup> Rom. edit., *ad veniam pertingeret*. Haud male, D nisi sola esset.

<sup>b</sup> Vet. edit., *perit timor tuus*; mss. partim, *perit timoratus*; partim, *perit reverens*: quos sicut et Rom. edit. secuti sumus.

<sup>c</sup> Rom. edit. cum mss. duobus, *si lacrymis suis ipse se moveat*. Commodius aliam cum mss. reliquis, ut in contextu. Cæterum quæ hoc nom. et seq. traduntur a sancto Ambrosio, ea planissime declarant, quidquid supra de confessione apud solum Deum secreto facta dictum videbatur, eo sensu intelligendum, ut apud sacerdotem quoque ipsa ederetur. Hæc in re ne Dallas quidem a nobis dissidet, nisi quatenus publice coram Ecclesia contendit eandem exomologesin fieri debuisse. Cum vero suam hanc assertionem probari putet e cap. 10 hujusce libri; ejus rationes istæ expendentur. Interim quia poenitentium stationes quarum singulæ variis hujus operis locis attinguntur, hic indicantur in universum,

*A sapientium in domo luctus, et cor stultorum in domo upularum (Eccl. VII, 5).* Et ipse Dominus ait : *Beati qui nunc fletis; quia ridebitis (Luc. VI, 21).*

#### 428 CAPUT VII.

*Ad flevenda et confitenda peccata hortatur, asserens peccatoris et Ecclesiae lacrymis Christum excitari, ut illum justificet : quod accommodata Lazari suscitati historia miro illustrat. Ubi postquam ostendit Novatianos Judæorum de interficiendo Lazaro cogitantium successores esse, perfectam cujuscumque peccati justificationem per odorem unguenti a Maria in Christi pedes effusi expressam docet : rursusque eosdem hæreticos in Judæa, cum cæteri gauderent, invidentis persona signatos monstrat.*

52. Fleamus igitur ad tempus, ut exsulemus in æternum. Timeamus Dominum, præveniamus eum confitendo peccata nostra, corrigamus lapsus nostros, emendemus errorem; ne et de nobis dicatur : *Heu me, anima mea! quia perit reverens a terra, et qui corrigit in hominibus non est (Mich. VII, 2).*

53. Quid vereris apud bonum dominum tuas iniquitates fateri? *Dic, inquit, iniquitates tuas, ut justificeris (Esai. XLIII, 26).* Adhuc reo culpæ justificationis præmia proponuntur; ille enim justificatur, qui proprium crimen sponte agnoverit : denique *justus in exordio sermonis accusator est sui (Prov. XVIII, 17).* Novit omnia Dominus, sed exspectat vocem tuam; non ut puniat, sed ut ignoscat : non vult ut insultet tibi diabolus, et relantem peccata tua arguat. Præveni accusatorem tuum : si te ipse accusaveris, accusatorem nullum timebis : si te detuleris ipse, etsi mortuus fueris, revivisces.

54. Veniet ad monumentum tuum Christus, et si viderit flere pro te Martham boni feminam ministerii, flere Mariam quæ attente audiebat verbum Dei, sicut sancta Ecclesia quæ optimam partem sibi elegit; movebitur misericordia, cum viderit in tuo obitu lacrymas plurimorum, et dicet : *Ubi posuisti eum (Joan. XI, 34)?* hoc est, in quo reorum statu est, in quo poenitentium ordine. Videam quem fletis; et lacrymis suis ipse me moveat. Videam si jam peccato ei cujus venia poscitur, defunctus est.

55. Dicet ei plebs : *Veni, et vide (Ibid.).* Quid est,

deas libuit hoc loco verbis Matthæi Blastaris in Nomoacan. representare : *Pœnitentes, inquit, in quatuor ordines distinguuntur, fentes, audientes, substratos, et consistentes. Fentes illi sunt qui stant extra portam oratorii, et ab ingredientibus et egredientibus fidelibus et precum subsidium postulant, et peccati condonationem. Audientes illi sunt qui stant extra portam, in loco qui narthex dicitur, et divinas Scripturas communisque doctrinæ explicationem audiunt, et postea cum catechumenis exeunt. Substrati vero sunt qui intra Ecclesiam stant, sed post ambonem, ipsique cum catechumenis exeunt, cum solemne illud : Quicumque catechumeni, a diacono promulgantur. Consistentes denique cum fidelibus precantur et psallunt : sed tamen sanctorum participatione abstinunt, donec elapso tempore statuto, divinæ communionis perfectio eos exceperit. Hæc ille : quem quia rem omnium clarissime explicat, hic exscripsimus.*

veni? Hoc est, veniat peccatorum remissio, veniat A defunctorum vita, in mortuorum resurrectio, veniat et in hunc peccatorem regnum tuum.

56. Veniet, et levare lapidem jubebit, quem cervicibus peccatoris lapsus imposuit. Potuit remove lapidem imperio sermonis; jubenti enim Christo etiam insensibilis solet natura obedire: poterat tacita vi operationis occultæ transferre saxum sepulcri in cujus passione remotis **429** subito lapidibus, plurimæ defunctorum sepulcra patuerunt: sed hominibus jussit ut reinoverent lapidem; in veritate quidem, ut increduli crederent quod videbant, et aspicerent resurgentem mortuum: in typo autem, quod nobis donaret ut levarem delictorum onera, moles quasdam reorum. Nostrum est onera remove; illius est resuscitare, illius educere de sepulcris <sup>a</sup> exutos vinculis.

57. Videns itaque grave onus peccatoris, illacrymat Dominus Jesus; solam enim flere non patitur Ecclesiam. Compatiitur dilectæ suæ, et dicit defuncto: *Veni foras* (Joan. xi, 43), hoc est: <sup>b</sup> Qui jaces in tenebris conscientiæ, et delictorum tuorum sordibus, quodam reorum carcere, exi foras, delictum proprium prode, ut justificeris: *Ore enim confessio fit ad salutem* (Rom. x, 10).

58. <sup>c</sup> Si confessus fueris, a Christo vocatus, claustra rumpentur, et omnia solventur vincula, etiam si corruptelæ corporeæ fetor gravis sit. Quatriduum enim habebat ille, cujus fetebat in tumulto caro: cujus autem caro non vidit corruptionem, triduo fuit in sepulcro; carnis enim vitia nescivit, quæ ex quatuor constat elementorum substantiis. Quantuslibet ergo (*De Pœnit., dist. 1, cap. Quantuslibet*) mortui fetor sit, aboletur omnis, ubi sacrum redoleverit unguentum: et resurgit defunctus, et solvi jubentur ejus vincula, qui adhuc in peccato est: tollitur velamen de facie ejus, quod veritatem gratiæ quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus est, revelare faciem, aperire vultum jubetur: non habet enim quod erubescat, cui peccatum remissum est.

59. In tanta vero Domini gratia, tantoque divini muneris miraculo, cum oporteret universos lætari, commovebantur impii, et adversus Christum concilium congregabant: Lazarum quoque interficere volebant (Joan. xi, 47). Nonne merito eorum successores vos fore cognoscitis, quorum duritiæ hæc <sup>d</sup> des estis (Joan. xii, 10)? Nam et vos indignamini, et contra Ecclesiam congregatis concilium; quia videtis mortuos in Ecclesia reviviscere, et peccatorum indulta venia resuscitari. Itaque quod in vobis est, per invidiam rursus vultis interficere suscitatos.

60. Sed Jesus non revocat beneficia, immo cumulo liberalitatis amplificat: revisit sollicitè resuscitatum, et celebratè resurrectionis gratia lætus ad cœnam venit, quam ei sua præparavit Ecclesia, in

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *exutos pondere*.

<sup>b</sup> Ita mss. ad unum; omnes edit. e contrario. *Quid jaces.... quodam reorum carcere? Exi foras.* Minime etiam male.

qua ille qui fuerat mortuus, unus inter discumbentes cum Christo invenitur.

61. Tunc mirantur omnes qui vident puro utique obtutu mentis, qui invidere non norunt; tales enim Ecclesia filios habet. Mirantur, ut dixi quomodo ille qui jacebat in tumulto heri et nudius tertius (*Ibid., 3*), unus sit de discumbentibus cum Domino Jesu.

62. Ipsa Maria mittit unguentum in pedes Domini Jesu. Ideo forte in pedes, quia unus de infirmis ereptus est morti; omnes enim corpus Christi sumus, sed alii forte superiora membra sunt (I Cor. x, 17). Os erat Christi Apostolus, qui dicebat: *Experimentum queritis ejus, qui in me loquitur Christus* (II Cor. xiii, 3). **430** Os ejus prophetæ, per quos loquebatur futura: utinam et ego pes ejus esse merear, et mittat in me Maria unguentum suum pretiosum, et ungat, et peccatum extergat!

63. [*Alias cap. VIII.*] Quod igitur de Lazaro legimus, in unoquoque debemus converso peccatore credere: qui licet fetorem habeat, tamen <sup>d</sup> fidei pretioso emundatur unguento: tantum enim gratiæ fides habet, ut ubi ante diem fetebat mortuus, illic bono odore tota repleatur domus.

64. Fetebat Corinthia domus, quando scriptum est de ea: *Auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes* (I Cor. v, 1). Fetor erat, quia modicum fermentum totam massam corruperat. Cœpit bene olere, cum dicitur: *Si cui quid donastis, et ego. Nam et ego quod donavi, propter vos in persona Christi* (II Cor. ii, 10). Itaque, liberato peccatore, <sup>c</sup> factum est in ea gaudium magnum, et redoluit domus tota suavitate gratiæ. Unde bene conscius Apostolus quod omnes Apostolicæ remissionis perfudisset unguento, ait: *Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salvi fiunt* (*Ibid., 15*).

65. Hujus igitur effusione unguenti lætantur omnes, solus Judas contradicit (Joan. xii, 4). Ergo et nunc qui prævaricator est, contradicit; reprehendit, qui proditor: sed a Christo ipse reprehenditur, qui Dominicæ remedium mortis ignorat, et tantæ mysterium sepultura non intelligit. Ideo enim et passus et mortuus est Dominus, ut nos redimeret a morte. Hoc excellentissimum indicat pretium suæ mortis, quo peccator absolvitur, et in novam assumitur gratiam; ut veniant et mirentur omnes quomodo cum Christo recumbat, et laudantes Deum, dicant: *Manducemus et epulemur; quia hic mortuus erat, et revixit: perierat, et inventus est* (Luc. xv, 24). Si quis autem infidelis objecerit, quare cum publicanis et peccatoribus manducat; respondetur ei: *Non opus est saxis medicus, sed his qui male habent* (Matth. ix, 12).

#### CAPUT VIII.

*Ad confessionem et lacrymas urgere pergens ad se convertit orationem. Et ubi significavit desiderium*

<sup>e</sup> Nonnulli mss., *Si conversus fueris*.

<sup>d</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *fidei pretiosæ emendatur unguento: elegantius cæteri mss. ut in textu.*

mundandorum Domini pedum instar evangelicæ A  
mulieris, in cujus actione traditam pœnitentiæ formam dicit; si quis tamen hujus exemplaris perfectionem non assequatur, nihilominus Christum ad sepulcrum illius accessurum. Eum ut se in suo invisat ac resusciet demississimo animo rogat; maxime vero ut det condolere peccatoribus, quorum delicta suis ipsius leviora esse persuasum habet. Non ergo insultandum iis pro quibus mortuus est Christus, a quo inter stipulas quas non negligit, se quoque colligi desiderat.

66. Ostende igitur medico vulnus tuum, ut sanari possis. Etsi non monstraveris, novit: sed a te expectat audire vocem tuam. Absterge lacrymis cicatrices tuas. Sic peccatum mulier illa in Evangelio (Math. ix, 22), fetoremque sui erroris abstersit, sic culpam diluit; cum Jesu pedes lacrymis lavat.

67. Utinam mihi quoque pedum tuorum lutum, 431 Jesu, reserves, quos dum a in me deambulas, inquinasti? Utinam sordes vestigiorum tuorum detergendas mihi offeras, quas ego actu meo tuis affixi gressibus! Sed unde mihi aqua viva, qua pedes tuos possim lavare? Si aquam non habeo, habeo lacrymas, quibus dum pedes tuos lavo, utinam me ipsum diluam! Unde mihi, ut de me dicas: *Dimissa sunt ejus peccata multa, quoniam dilexit multum* (Luc. vii, 47)? Plus debuisse me fateor, et plus dimissum mihi qui de forensium strepitu jurgiorum, et a publicæ terrore administrationis ad sacerdotium vocatus sum; et ideo vereor ne ingratus inveniar, si minus C diligam, cui plus dimissum est (Ibid., 44).

68. Sed b non omnes mulierem istam æquare possunt, quæ etiam Simoni, qui prandium Domino dabit, merito prælata est: quæ omnibus qui volunt veniam promereri, magisterium præstitit osculando pedes Christi, lacrymis lavando, tergendo crinibus, unguendo unguento.

69. In osculo insigne charitatis est; et ideo dicit

a Ultimæ edit. Paris., *dum in terra ambulat: pessime ut docent sequentia, Utinam sordes . . . quas ego actu meo tuis, etc.*

b Sic omnes edit. ac mss. aliquot: reliqui vero, *non omnibus; unus, non in omnibus, mulierem istam æquare possum.* Haud quidem male; sic enim a Viro sancto instituta de se ipso oratio non abruptitur, D quæ infra quoque pluribus verbis per summam humilitatem continuatur.

c Omnes edit., *nisi ut movearis . . . ad obsecrandam indulgentiam*: e contrario omnes inss. ut nos in textu.

d Edit. omnes ac mss. aliquot, *bonæ conversationis: ceteri qui et potiores, bonæ conversionis.* Magis apposite, ut subjectum pœnitentis Davidis exemplum docet.

e Ita cunctæ edit. ac plures mss. Ex reliquis vero duo legunt, *absterges*; duo, *absterge*; alii quoque duo, *abstergebis*; totidem, *abstergam*, quomodo etiam legendum conjicit Latinius. At forte neque hic neque alii a quibus hujusmodi mutationes inductæ sunt, satis adverterunt nihil frequentius occurrere in auctoribus, quam præsentia tempora pro futuris.

f Quod ait Ambrosius: *Non Ecclesiæ nutritus sinu, cave sic intelligas, quasi se aliquando aut in idolola-*

tratum, aut in hæreticorum schismaticorumve cœtu vixisse fateatur. Illud enim tantum innuit, se inter eos qui destinati ad altaris ministerium a pueritia in Ecclesia instituebantur, non fuisse nutritum. De hac porro puerorum ecclesiastica institutione ad epist. 1 Siricii cap. 3 et 9; item conc. Carth. iii can. 19, Paulinum episcopum de sancto Felice carm. 4, Paulinum diaconum in Ambrosii Vita de se loquentem; Ambrosium ipsum in Exhort. Virgin. de Laurentio, atque alibi; Augustinum lib. 4 de Moribus Eccles. Cath. cap. 33, et alios. Addit etiam hoc loci Ambrosius noster, *sed raptus a tribunalibus*: quibus verbis etiam lib. 1 Offic. cap. 1, num. 4, usus reperitur. Opponit quoque non illepide præconis, qui tumultum reprimere atque audientiam parare in foro solet, clamoribus, psalmistæ cantum, id est, cantorum ecclesiasticorum modos. Infra vero ubi se pro Ecclesia suscepisse quosdam labores testificatur, probabile est nihil aliud nisi certamina contra Symmachum aut Justinam imperatricem ab eodem inita designari. Quæ quidem omnia sicut et subinde inspersa intimæ demissionis testimonia tam clare auctorem loquuntur Ambrosium, ut mirum videatur, quid sibi voluerit Sotus, dum ob eadem Præsuli nostro hoc ipsum opus adjudicavit.

70. Tamen si hanc æquare non possumus, scit Dominus Jesus et infirmis subvenire, ubi non est quæ possit parare convivium, quæ deferre unguentum (Joan. xii, 7), quæ fontem aquæ vivæ secum portare. Venit ipse ad sepulcrum.

71. Utinam ergo ad hoc monumentum meum digneris accedere (Joan. xi, 34), Domine Jesu, tuis me lacrymis laves; quoniam durioribus oculis non habeo tantas lacrymas, ut possim mea lavare delicta! Si illacrymaveris pro me, salvus ero: si dignus fuero lacrymis tuis, e fetorem abstergo delictorum omnium: si fuero dignus ut paulisper illacrymes, vocabis me de monumento hujus corporis, et dices: *Exi foras* (Ibid., 43), ut non intra corporis hujus angustias inclusæ teneantur cogitationes meæ: sed egrediantur ad Christum, in lumine versentur; ut non cogitem opera tenebrarum, 432 sed opera lucis. Qui enim peccatum cogitat, intra suam conscientiam studet se ipse includere.

72. Voca ergo foras servum tuum. Quamvis ligatus vinculis peccatorum meorum, vinctos habeam pedes, innexas manus, et cogitationibus et operibus mortuis jam sepultus; te vocante, liber egrediar, et inveniar unus de discumbentibus in convivio tuo, et domus tua pretioso replebitur unguento; siquidem redimere dignatus es, custodieris. Dicitur enim: *Ecce ille f non in Ecclesiæ nutritus sinu, non edomitus a*

tratum, aut in hæreticorum schismaticorumve cœtu vixisse fateatur. Illud enim tantum innuit, se inter eos qui destinati ad altaris ministerium a pueritia in Ecclesia instituebantur, non fuisse nutritum. De hac porro puerorum ecclesiastica institutione ad epist. 1 Siricii cap. 3 et 9; item conc. Carth. iii can. 19, Paulinum episcopum de sancto Felice carm. 4, Paulinum diaconum in Ambrosii Vita de se loquentem; Ambrosium ipsum in Exhort. Virgin. de Laurentio, atque alibi; Augustinum lib. 4 de Moribus Eccles. Cath. cap. 33, et alios. Addit etiam hoc loci Ambrosius noster, *sed raptus a tribunalibus*: quibus verbis etiam lib. 1 Offic. cap. 1, num. 4, usus reperitur. Opponit quoque non illepide præconis, qui tumultum reprimere atque audientiam parare in foro solet, clamoribus, psalmistæ cantum, id est, cantorum ecclesiasticorum modos. Infra vero ubi se pro Ecclesia suscepisse quosdam labores testificatur, probabile est nihil aliud nisi certamina contra Symmachum aut Justinam imperatricem ab eodem inita designari. Quæ quidem omnia sicut et subinde inspersa intimæ demissionis testimonia tam clare auctorem loquuntur Ambrosium, ut mirum videatur, quid sibi voluerit Sotus, dum ob eadem Præsuli nostro hoc ipsum opus adjudicavit.

puero, sed raptus a tribunalibus, abductus de vauitatibus sæculi hujus, a præconis voce ad psalmistæ assuefactus canticum, in sacerdotio manet non virtute sua, sed Christi gratia, et inter convivias mensæ celestis recumbit.

73. Serva, Domine, munus tuum, <sup>a</sup> custodi donum quod contulisti etiam refugienti. Ego enim sciebam quod non eram dignus vocari episcopus; quoniam dederam me sæculo huic: sed gratia tua sum quod sum. Et sum quidem minimus omnium episcoporum et infimus merito; tamen quia et ego laborem aliquem pro sancta Ecclesia tua suscepi, hunc fructum tuere; ne quem perditum vocasti ad sacerdotium, eum sacerdotem perire patiaris. <sup>b</sup> Ac primum da ut condolere norim peccantibus affectu intimo; hæc enim summa virtus, quia scriptum est: *Et non gaudebis super filios Juda in die perditionis eorum, et ne magna loquaris in die tribulationis eorum* (Abdi., 12): sed quotiescumque peccatum alicujus lapsi exponitur, compatiar: nec superbe increpem, sed lugeam et deſeam; ut dum alium ſeo, me ipsum deſeam dicens: *Justificata est magis Thamar, quam ego* (Gen. xxxviii, 26).

74. Fortasse adolescentula lapsa sit, occasionebus quæ delictorum fomites sunt, decepta ac præcipitata sit; peccamus et seniores. Repugnat in nobis lex hujus carnis, legi mentis nostræ, et captivos nos trahit in peccatum, ut faciamus quod nolumus (Rom. vii, 25). Illi de ætate suppetit excusatio, mihi jam nulla; illa enim debet discere nos docere. Ergo *justificata est magis Thamar, quam ego* (I Tim. vi, 10). <sup>c</sup>

75. Incusamus alicujus avaritiam, recordemur si nihil ipsi avare fecimus: et si fecimus, quoniam radix est malorum avaritia, et tamquam sub terra occulte in nostro serpit corpore, dicamus singuli: *Justificata est magis Thamar, quam ego*.

**433** 76. Si commoti fuerimus in quemquam graviter, levioſorem causam laicus habet quam episcopus, <sup>e</sup> eo quod commotus egerit aliquid; retractemus nobiscum, et dicamus: *Justificatus est magis iste, qui commotionis arguitur, quam ego*. Hæc enim si dicamus, ipsi nobis cavemus; ne dicat nobis Dominus Jesus, aut quisquam de discipulis ejus: *Festucam in oculo fratris tui vides; trabem autem quæ in oculo tuo est, non vides. Hypocrita, eijice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui* (Math. vii, 4, 5).

77. Non ergo erubescamus dicere gravioſorem nosſtram culpam esse, quam ejus quem arguendum putamus; quia dixit hoc Judas qui arguebat Thamar, et recordatus suam ipse culpam, ait: *Justificata est*

<sup>a</sup> Cod. Ben., custodi domum, quam contulisti.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac mss. duobus exceptis, ac primum ut condolere norim. Cod. Lauduv., Ac primum ut condoleremus. Optime Germ. antiqui, ac primum da, etc.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., eo quod commodius egerit.

<sup>d</sup> Sic omnes mss.; omnes vero edit., non approbem.

<sup>e</sup> Mss. complures, ex ingrato; unus, ex integro;

*magis Thamar, quam ego* (Gen. xxxviii, 26). In quo et altitudo mysterii est, et morale præceptum: et ideo culpæ ejus deputatum non est; quia ipse se accusavit prius, quam ab aliis accusaretur.

78. Non ergo gaudeamus super alicujus peccato, sed magis lugeamus; quia scriptum est: *Noli supergaudere mihi, inimica mea; quia cecidi: sed resurgam; quoniam si sederò in tenebris, Dominus illuminabit me. Iram Domini sustinebo, quia peccavi ei; donec justificet causam meam, et faciat judicium meum, et educat me ad lumen, et videbo justitiam ejus: et videbit inimica mea, et cooperietur confusione, quæ dicit ad me: Ubi est Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt eam, et erit in conculcationem sicut lutum in via* (Mich. vii, 8 et seq.). Nec immerito, quoniam qui lapsu alieno

<sup>b</sup> gaudet, diaboli gaudet victoria. Et ideo doleamus magis cum audimus perisse hominem, pro quo Christus mortuus est, qui nec in messe stipulam negligit.

79. Atque utinam hanc stipulam in messe, hoc est, inanem avenam fructus mei non abiciat, sed colligat, sicut ait quidam: *Hæu me, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, et racemum in vindemia* (Mich. vii, 1) ut vel primitiva manducet in me gratiæ suæ, etsi posteriora <sup>d</sup> non approbet.

## CAPUT IX.

*Quo pacto fides ad poenitentiam necessaria? Quot etiam solvendi subsidia cuique suppetant? Orationem, festus ac jejunia pecuniis potiora esse. Quod ubi exemplis confirmavit, additque ad veniam liberalitatem multum valere, sed fidei conjunctam, vitia ejusdem liberalitatis nonnulla refert. His alios quosdam poenitentia jungit defectus, eorum nempe vel qui statim reconciliari expetunt de solito luxu nihil remittentes, vel qui poenitentiam in sola sacramentorum abstinentia locant, vel demum qui spe poenitentia effunduntur in libidines.*

80. Ergo et agenda poenitentiam, et tribuendam veniam credere nos convenit; **434** ut veniam tamen tamquam ex fide speremus, non tamquam ex debito; aliud est enim mereri, aliud præsumere. <sup>e</sup> Tamquam ex syngrapho fides impetrat: præsumptio autem arroganti est propior, quam roganti. Prius solve quod debitum est; ut quod speraveris, impetrare merearis. Solve boni affectum debitoris, <sup>f</sup> ut versuram non facias, sed fidei tuæ censu contracti hominis lenus evacues.

81. Plura solvendi habet subsidia, qui Deo quam is qui homini debet. Homo pecuniam pro pecunia reposcit, quæ non semper debitori præsto est: Deus affectum exigit, qui in tua potestate est. Nemo pau-

cæteri, ex syngrapho; pro quo edit., ex syngrapha. Iterum paucis post versibus, ubi cuncte edit. et mss. nonnulli, ut usuram non facias: unus, ut versuram non facias, reliqui, ut versuram, etc. Est autem versuram facere ita mutare creditores, ut ad pecuniam quæ sub mediocri fenore alicui debetur, dissolvendam, ab alio summam necessariam cum onere majoris fenoris accipias.

<sup>f</sup> Edit. et quidam mss., ut usuram non facias.



per est qui Deo debet, nisi qui se ipsum pauperem fecerit. Et si non habet quæ vendat, habet quæ solvat. Oratio, lacrymæ, jejunia, debitoris boni census est, multoque uberior, quam si quis ex pretiis fundorum pecuniam sine fide deferat.

82. Denique pauper erat Ananias, cum vendito agro, pecuniam deferret ad apostolos; unde nec solvere se potuit, sed implicavit (Act. v, 1, 2). Dives illa vidua quæ duo æra minuta in gazophylacium misit, de qua dictum est: Hæc vidua paupercula plus omnibus misit (Luc. xxi, 2). Non enim pecuniam Deus, sed fidem quærit.

83. [Alias cap. IX.] Neque ego abnuo liberatitibus in pauperes factis posse minui peccatum; sed et fides commendet expensas. Quid enim prodest collatio patrimonii sine gratia charitatis?

84. Sunt qui ad jactantiam solam decorem largitatis affectent; ut eo se probatos vulgo videri velint, quod sibi nihil reliquerint: sed dum presentis sæculi mercedem requirunt, non recondunt futuri; et quia hic perceperunt mercedem suam, illic sperare non possunt.

85. Sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non judicio perpetuo, ubi Ecclesiæ contulerint, postea revocandas putarunt: quibus nec prima <sup>a</sup> merces rata est, nec secunda; quia nec prima iudicium habuit, et secunda habuit sacrilegium (17, q. 4, c. Sunt qui opes).

86. Sunt quos pœnituerit opes suas divisisse pauperibus: sed eos qui pœnitentiam agunt, <sup>b</sup> hoc solum pœnitere non debet, ne ipsius pœnitentiæ agant <sup>C</sup> pœnitentiam. Nam plerique futuri supplicii metu peccatorum suorum conscii, pœnitentiam petunt, et cum acceperint, publicæ supplicationis revocantur pudore. Hi videntur maiorum petiisse pœnitentiam agere bonorum.

87. Nonnulli ideo poscunt pœnitentiam, ut statim sibi reddi communionem velint. Hi non tam se solvere cupiunt, quam sacerdotem ligare; suam enim conscientiam culpa non exuunt, et <sup>c</sup> sacerdotis

<sup>a</sup> Mss. plerique, *merces grata est: unus, gratia est.* Hoc autem loco mirari subit, quam abhorruerit ab avaritia noster Ambrosius; quandoquidem munera semel Ecclesiæ oblata et tradita repetenti domino restituere adeo paratum se significat. Animum a cupiditate adeo liberum discipulus ejusdem Augustinus egregie imitatus est, quemadmodum in ejus vita cap. 24 testatur Possidius. Aliis etiam locis non ab similem divitiarum contemptum præ se fert Ambrosius: vide quæ in Lucæ Evang. super eadem re disserit, lib. viii, num. 79, sicut et Epist. de Basilicis non tradendis.

<sup>b</sup> Ita vet. edit. in corpore, et cuncti mss. Eras. autem et Gill. in margine, *hoc solum timere oportet: quam lectionem Rom. edit. transtulit in contextum.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot. *sacerdotes induunt quibus, etc.*  
<sup>d</sup> Eras. et Gill. in marg. ac Rom. edit. in corp., *immundis spiritibus.* At Rom. edit. sola, *non facile impertenda;* reliquæ omnes, mss. omittunt quæ facile.

<sup>e</sup> Ultimæ edit., *candida veste incidere.*  
<sup>f</sup> Nonnulli mss. melioris ævi, *oblationis et gratiæ.* Non absurdo sensu. Etenim alludere potuit ad morem veterum, quo qui sacris operaturi erant, veste pura indui solebant: at in recepta lectione alluditur ad

induunt, cui præceptum est: *Nolite sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos;* hoc est, <sup>d</sup> immundis impuritatibus sacrae communionis non impertienda consortia.

88. Itaque videas eos <sup>e</sup> mutata veste incidere, quos lugere et gemere oportebat; quia vestem illam <sup>f</sup> oblationis et gratiæ sordidarunt: feminas autem margaritis onerare aures, curvare cervices, quas bene Christo, non auro, inclinarent: quæ se ipsas flere debebant, quod margaritam quæ de cælo est, perdidissent.

89. Sunt etiam qui arbitrentur hoc esse pœnitentiam, si abstineant a sacramentis cælestibus. <sup>g</sup> Hi sæviores in se judices sunt, qui pœnam præscribunt sibi, declinant remedium, quos vel pœnam suam <sup>B</sup> conveniebat dolere; quia cælesti fraudarentur gratia (De Pœnit., dist. 1, cap. Sunt qui arbitrentur).

90. Alii proposita spe agendæ pœnitentiæ, licentiam sibi delinquendi propagatam putant; cum pœnitentia remedium peccati sit, non peccandi incentivum. Vulnere enim medicamentum necessarium est, non vulnus medicamento; quia propter vulnus medicamentum quæritur, non propter medicamentum vulnus desideratur. Infirmi deinde spes quæ committitur temporis; cum omne tempus incertum sit, omni spes temporis non sit superstes.

#### CAPUT X.

*Ut pudor quo revocantur a publica pœnitentia fontes, depellatur, profanorum agendi ratione proposita, utilitatem precum ab omni Ecclesia simul emissarum, ac lugentium sanctorum exempla promit. Tum reprehensis qui eandem pœnitentiam ducunt sæpius iterandam, quam difficulter bene agatur, quoque modo exsequenda sit, explicat.*

91. An quisquam ferat ut erubescas Deum rogare, qui non erubescis rogare hominem? et pudeat te Deo supplicare, quem non lates; cum te non pudeat peccata tua homini, quem lateas, confiteri? <sup>h</sup> An testes precationis et conscios refugis, cum si

vestem baptismalem, de qua supra.

<sup>g</sup> Rom. edit. sola, *Hi severiores;* et infra cum uno vel altero mss. *præscribunt, si declinant, etc.*

<sup>h</sup> Sic omnes edit. ac pauci mss. reliqui autem magno consensu, *Antistites precationis,* præter duos in quibus *prædicationis;* minus commode. Quod vero ad vocem *Antistites,* ea non omnino displicet, cum referri possit ad presbyteros sive diaconos, qui pœnitentium orationibus præesse ab episcopo jubebantur. Sed gravior difficultas est quo sensu accipi debeant superiora illa, *cum te non pudeat, etc.* Bellarminus et alii catholici cum illo eadem de auriculari, ut vocant, confessione interpretantur: quæ contra Dallæus, Albertinus aliique heterodoxi pertinacius ad publicam peccati declarationem, quam non lingua vel ore, sed lacrymis, gestu et totius habitu corporis efferebant, transferunt. At eos adversus apertam veritatem vana moliri manifestum est: nam 1<sup>o</sup> locutione utitur singulari, *homini,* inquit, *quem lateas, confiteri,* nemo quippe non videt, si publicam exomologesin significare habuisset in animo, ratiocinium per numerum multitudinis multo efficacius fuisse futurum; 2<sup>o</sup> demonstrat series omnis orationis pœnitentes non ob aliud avocatos a publica supplicatione, nisi quia

homini satisfaciendum sit, multos necesse est ambias, obsecres, ut dignentur intervenire; ad genua te ipse prosternas, osculeris vestigia, filios offeras culpæ adhuc ignaros, paternæ etiam veniæ precatores? **436** Hoc ergo in Ecclesia facere fastidis, ut Deo supplices, ut patrocinium tibi ad obsecrandum sanctæ plebis requiras; ubi nihil est quod pudori esse debeat, nisi non fateri, cum omnes simus peccatores: ubi ille laudabilior, qui humilior; ille justior, qui sibi abjectior.

92. Fleat pro te (*De Pœnit.*, dist. 1, cap. *Fleat*) mater Ecclesia, et culpam tuam lacrymis lavet, videat te Christus mœrentem, ut dicat: *Beati tristes, quia gaudebitis* (*Luc.* vi, 21). Amat ut pro uno multi rogent. Denique in Evangelio motus viduæ lacrymis, quia plurimi pro ea flebant, filium ejus resuscitavit (*Luc.* vii, 13). Ideo citius exaudivit Petrum, ut Dorcas resurgeret (*Act.* ix, 36); quia pauperes mortem mulieris ingemiscebant. Ideo ipsi Petro statim remisit, quia amarissime flevit. Et tu si amarissime fleas, Christus ad te respiciet, culpa discedet (*Luc.* xxii, 62).  
 a Usus enim doloris ablegat luxuriam criminis, erroris delicias. Ita dum dolemus admissa, admittenda excludimus, et fit quædam de condemnatione culpæ disciplina innocentia.

93. Nihil ergo te revocet a pœnitentia, hæc tibi communis cum sanctis est: utinamque imitanda talis, qualis sanctorum deploratio. David manducabat sicut panem cinerem, et potum suum cum lacrymis temper ejus exteriores actus prodebant esse se peccatores: 3<sup>o</sup> satisfactionis et confessionis manifestum discrimen exprimitur; verba enim proxime citata pertinent ad confessionem, ad satisfactionem vero sequentia: *cum si homini satisfaciendum sit, etc.*

a Mss. aliquot, *Uaus enim*; *Clar.*, *Vulnus enim, doloris abnegat*; quidam *obligat, luxuriam, etc.*

b Non pauci, nec deteriores mss., *Merito reperiantur*; paulo melius qui cum *Grat.* distinguunt, *merito. Reperiantur*, quibus tamen præferendi alii, et edit. Porro non obscure hic declaratur olim semel actam publice pœnitentiam non magis iterari consuevisse, quam baptismum. Idem etiam sub finem sequentis cap. significatur. Hanc autem sententiam Ambrosianam aliis Patribus communem fuisse cognoscere est ex Tertull. de Pœnit. cap. 7, Siricio Pont. Rom. epist. i ad Himer. can. 4, August. epist. 157 novæ edit., et aliis. Immo vero non aliter hi loci Ambrosiani accipiuntur a Magistro Sent. in iv distin. 14; a Divo Thoma in parte, quæst. 80, art. 10, ad 2, atque ab aliis post ipsos theologis. Verum hæc in re illi decepti sunt, quod eos qui peracta publica pœnitentia rursus in peccatum essent delapsi, ad secretam pœnitentiam admissos putaverint. Etenim qui ad pristina scelera quasi canes ad vomitum revertebantur, jam sibi ipsi relinquebantur, ut Deum qua potiori via visum fuisset, placarent; ita tamen ut in exitu vitæ per absolutionem reconciliati munirentur sacro viatico communionis. Qua de re adis Morinum de Administ. Pœnit. lib. ix, c. 29, et Alexandrum Sæc. in Hist. Eccl., dissert. 10. Cæterum præter illam graviorum criminum pœnitentiam alia quoque erat pro culpis levioribus, et quotidianis. Tametsi vero utrumque peccati genus apte distinguatur ab Ambrosio, cum tamen is quæ pro levibus, quæve pro gravibus haberi debeant, non edisserat, lectorem remittimus ad Auctorem ejus sermonis, qui inter duobus August. editus est 352, num. 7.

A perabat (*Psal.* ci, 10); ideo nunc amplius gaudet, quia amplius flevit: *Per exitus aquarum descendunt, inquit, oculi mei* (*Psal.* cxviii, 136).

94. Joannes multum ploravit, et revelata sibi dicit Christi mysteria (*Apoc.* v, 4). At vero illa mulier, quæ cum esset in peccatis, et deberet flere, gaudebat, et veste purpurea atque coccinea operiebatur, et auro se multo et pretiosis lapidibus ornabat, æterni fletus nunc luget ærumnam (*Apoc.* xvii, 4).

95. b Merito reprehenduntur (*De Pœnit.*, dist. 3, c. *Reperiuntur*) qui sæpius agendam pœnitentiam putant; quia luxuriantur in Christo. Nam si vere agerent pœnitentiam, iterandam postea non putarent; quia sicut unum baptisma, ita una pœnitentia, quæ tamen publice agitur; nam quotidiani nos debet pœnitere peccati: sed hæc delictorum leviorum, illa graviorum.

96. Facilius autem (*De Pœnit.*, dist. 1, c. *Sunt qui, § Facilius*) inveni qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint pœnitentiam. An quisquam illam pœnitentiam putat, ubi acquirendæ ambitio dignitatis, ubi vini **437** effusio, ubi ipsius c copulæ conjugalis usus? Renuntiandum sæculo est: somno ipsi minus indulgendum, quam natura postulat; interpellandus est gemitibus, interruptendus est suspiriis, sequstrandus orationibus: vivendum ita, ut vitali huic moriamur usui, se ipsum sibi homo abneget, et totus mutetur: sicut quemdam adolescentem fabulæ ferunt d propter amores meretricios peregre profectum, et

c Pauci mss. *culpæ conjugalis*. Haud satis recte; non enim de adulterio, quod nemini licet: sed de conjugali congressu, a quo soli pœnitentes jubentur abstinere, hic agitur. Verum fortasse miraberis cur hujusmodi abstinentiam exigit Ambrosius, cum eadem illa non memoretur in iis operibus, quæ pœnitentibus observanda imperant alii Patres. Attamen eum continentia usum obtinuisse illis temporibus videmur hinc posse colligere, quod Siricius papa epist. ad Himer. num. 5 eos qui publicam egerint pœnitentiam, si novum conjugium postea inierint, a communione præterquam in mortis articulo removeret: quemadmodum etiam conc. Arelat. ii, can. 21, cujus insuper can. 22 prohibetur, ne pœnitentia publica cuiquam conjugato sine conjugis consensu imponatur. His adde quod videatur mitigata illa severitas a Leone pont. epist. ad Rusticum Narbon. a conc. Tolet. vi, can. 8, nec non a Tullen. ii, a quibus permittitur publicis pœnitentibus, ut si continere se non valeant, copulam legitimæ uxoris appetant, ne fornicationis periculo exponantur. Nec sane mirum si continentia imponebatur in publica pœnitentia, quando eadem ab innocentibus etiam in jejuniis quadragesimali exigebatur: quæ de re videas licet erudit. Thaumassium. Quod autem spectat alia publicorum pœnitentium opera, quæ ab Ambrosio hic describuntur, ea quoque exposita reperies apud alios PP. ut puta Tertull. de Pœnit. cap. 9, 10, 11 et 12; Cyprian. in suis ac Rom. Cleri epist. de Lapsis, Greg. Nyss. hom. de Pœnit., Pacianum Paræni. ad Pœnit., Casarium hom. 8, et alios.

d Vet. edit. ac mss. aliquot, *post amores meretricios*; Rom. edit. et alii quos hic sequimur, *propter amores meretricios*; nonnulli, *amorem meretricium*. Rursus edit. ac pauci mss., *veteri occurrisse dilectæ, quæ ubi non interpellatam*; Rom., *non interpellatam, mirata putaverit*: quidam mss., *postea vero ei occurrisse dilectam, quæ ubi se non interpellatam mirata,*

abolito amore regressum, postea veteri occurrisse A dilectæ, quæ ubi se non interpellavit, mirata putaverit non recognitam, rursus occurrens dixerit : Ego sum ; responderit ille : Sed ego non sum ego.

97. Unde bene Dominus ait : *Qui vult post me venire, abneget semetipsum sibi, et tollat crucem suam, et sequatur me (Matth. xvi, 24)*. Etenim qui mortui et sepulti in Christo sunt, non debent iterum velut viventes de hoc mundo decernere. *Ne tetigeritis, inquit, nec attaminaveritis quæ sunt omnia ad corruptelam ipso usu (Coloss. ii, 20)*, eo quod ipse hujus vitæ usus corruptela sit integritatis.

#### CAPUT XI.

Ubi præmisit quominus ad mortem usque baptismus rejiciatur, in causa esse poenitentiam ; eos a quibus ipsa procrastinatur, allatis Scripturæ testimoniis B urget. Subjungit tamen tum agendam illam non esse, cum adhuc fervent cupiditates, at quoad eandem resederint, expectandum.

98. Bona ergo poenitentia, quæ si non esset, omnes ad senectutem differrent ablutionis gratiam. Quibus satis responsi est quia melius est ut habeam quod sarciam, quam non habeam quod vestiar : sed sicut semel assuta redintegrantur, ita frequenter suta solvuntur.

99. Eos autem qui poenitentiam differunt, satis ipse Dominus admonuit dicens : *Poenitentiam agite ; appropinquavit enim regnum celorum (Matth. iv, 17)*. Nescimus ergo qua hora fur venerit, nescimus an proxima nocte a nobis nostræ reposcatur anima. C Adam (*De Poenit., dist. 1, c. Adam*) post culpam statim de paradiso Deus ejecit, non distulit : sed statim separavit a deliciis, ut ageret poenitentiam : statim tunicam vestivit pelliceam, non sericam (*Gen. iii, 21*).

100. Quid enim est quod differas ? An ut plura peccata committas ? Ergo quia Deus 438 bonus est, ideo tu malus, et divitias bonitatis ejus et patientiæ contemnis (*Rom. ii, 4*) ? Sed bonitas Domini magis ad poenitentiam te debet adducere. Ideo ad omnes sanctus David dicit : *Venite adoremus, et procidamus ante eum, et ploremus ante Dominum nostrum, qui fecit nos (Psal. xciv, 6)*. De peccatore autem sine poenitentia mortuo, quia nihil aliud superest nisi graviter morere, nisi flere, habes plorantem ipsum

hinc putavit ; aliqui, admirata sit, putaverit ; cæteri D qui et potiores, ut in textu.

<sup>a</sup> Amerb. et Eras., *Inducit lapsorum gemitus in ipso tempore præsentium et rerum labentium, etc.* Gill. ac mss. ut nos in textu, nisi quod horum quinque pro gemitus habent genus, minime male. Nam ea vox per syllepsin ad adjectivum positos referri potest, ut hic sensus sit, *Inducit lapsos homines..... positos, etc.* Rom. edit. *Inducit lapsorum gemitus et in ipso præsentium et rerum, etc.*

<sup>b</sup> Ita vet. edit. ac plures mss. quorum tamen unus pro *pulchra* legit *pura*, et alii non pauci, *defluerit* pro *deflexerit*. At Rom. edit. cæterique mss. a nobis hoc solo dissident, quod e voce *cognitionis* fecere *conditionis*.

<sup>c</sup> Etsi passim in hisce libris Ambrosius aliorum Patrum exemplo peccatores ad poenitentiam non diu-

et dicentem : *Filius meus Absalon, filius meus Absalon (II Reg. xviii, 33)*. Qui enim penitus est mortuus, sine ulla exceptione defletur.

101. De his autem qui exsules atque peregrini limitum paternorum, quos lex Moysi sancta præscripsit, mundanis implicabuntur erroribus, audis canentem : *Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus, dum recordaremur Sion (Psal. cxxxvi, 1)*. Inducit enim <sup>a</sup> lapsorum gemitus, in ipso temporum præsentium et rerum labentium adhuc positos statu debere respicere ; eorum videlicet exemplo, qui propter peccati pretium deducti erant in captivitatis ærumnam.

102. Nihil est autem (*De Poenit., dist. 1, c. Sunt qui, § Nihil est*) quod tam summo dolori sit, quam ut unusquisque positus sub captivitate peccati, recordetur unde lapsus sit, atque unde deciderit ; eo quod ad corporea atque terrena ab illa speciosa ac pulchra <sup>b</sup> divinæ cognitionis intentione deflexerit.

103. Sic habes Adam abscondentem se, ubi Deum cognovit esse præsentem, et quæsitus latere voluisse, et vocatum a Domino ea voce quæ latentis morderet affectum, hoc est : *Adam, ubi es (Gen. iii, 9)* ? Hoc est, cur te abscondis ? cur lates ? cur fugis eum, quem videre desiderabas ? Ita gravis culpa est conscientiæ, ut sine iudice ipsa se puniat, et velare se cupiat ; et tamen apud Deum nuda sit.

104. Et ideo nemo in peccato positus arrogare sibi debet auctoritatem aut usurpationem sacramentorum (*De Poenit., dist. 1, c. Sunt qui, § Nemo*) ; quia scriptum est : <sup>c</sup> *Peccasti, quiesce (Gen. iv, 10)*. Quod in præsentis psalmo David dicit : *In salicibus (De Poenit., dist. 3, c. In salicibus)*, inquit, *in medio ejus suspendimus organa nostra ; et infra : Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena (Paul. cxxxvi, 1, 2)* ? Si enim caro menti repugnat, nec subdita est animi gubernaculo, et mentis imperio, aliena est terra quæ non domatur exercitio cultoris, et ideo non potest fructus charitatis, patientiæ, ac pacis afferre. Melius 438 est ergo tunc quiescere, <sup>d</sup> cum exercere non queas opera poenitentiae ; ne in ipsa poenitentia fiat, quod postea indigeat poenitentia. Quæ si semel fuerit usurpata, nec jure celebrata, nec prioris fructum obtinet, et auferet usum posterioris (*De Poenit., dist. iii, c. Si quis, § Poenitentia*).

tius procrastinandam impellat urgeatque ; cum tamen ea, sicuti dictum est, non iteraretur, prudenter monet ejusdem tempus iis neutiquam esse maturandum, qui adhuc ætatis cupiditatumque æstu sic abripiuntur, ut vix sperandum videatur ipsos in pristinam consuetudinem non relapsuros. Et hæc causa fuit etiam Monicæ baptismatis in Augustino filio differendi. Interim quid istis præcipue observandum sit, præcipit sanctus doctor : ac primum eos ab usurpanda, hoc est, indigne sumenda eucharistia deterret. Ad id venuste accommodat hunc ipsum Genesis locum, non secus ac verbo *quiesce* Cainum a sacrificio Deus removisset : quod verbum argute ad excusandi seu defendendi peccati prohibitionem idem traducit lib. ii de Cain. et Abel, cap. 7.

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, *cum exercere non quæras*.

105. Sane et cum caro repugnat, mens ad Deum debet esse intenta : et si opera non sequuntur, fides non deserat : et si impugnant vel carnis illecebræ, vel potestates adversariæ, maneat mens Deo dedita (Rom. vii, 23). Tunc enim maxime urgemur, cum caro cedit : et sunt qui vehementer incumbant miseræ animæ, quærentes omne auferre præsidium. Unde illud est : *Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea* (Psal. cxxxvi, 7).

106. Quam miseratus David ait : *Filia Babylonis misera* (Ibid., 8). Misera utique, quia Babylonis filia est, quæ Dei filia esse desivit. Cui tamen 440 medicum invitat, dicens : *Beatus qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram* (Ibid., 9), hoc est, qui infirmas et lubricas cogitationes elidat ad Christum,

\* Amerb. atque Eras., *fides desiderat*; Gill. et mss. aliquot, qui et probatores, *fides deserviat*; Rom., *fides non deserat*; reliqui mss., *non deserat*, nimirum istiusmodi peccatores.

<sup>b</sup> Quidam mss., *reverentia et discretione*; unus, et *discernitione*.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, nec inferioris notæ, *Dicimus*

qui omnes irrationabiles inotus sui reverentia et disceptatione comminuat; ut si adulterino quis amore raptatur, excludat ignem, copulamque meretricis, et se studio suo abdicet, ut Christum acquirat.

107. ° Didicimus ergo (*De Pœnit.*, dist. 4, c. Sunt qui, § *Didicimus*) et agendam pœnitentiam, et eo agendam tempore quo culpæ defervescat luxuria : et in captivitate peccati positos, reverentiores nos, non usurpatores esse debere. Nam si Moysi propius accedere gestienti, ut cognitionem mysterii cœlestis lauriret, dicitur : *Solve calceamentum pedum tuorum* (Exod. iii, 5); quanto magis nos animæ nostræ pedes exuere vinculis corporalibus, et gressus omnes mundi istius nexu debemus absolvere ?

B ergo; unus, *Discimus ergo*; reliqui autem, ac vet. edit. cum Grat. ut in textu. Iterum vero pro, *culpæ defervescat luxuria*, mss. aliquot inveniunt, *culpæ defervescat luxuria*. Denique ubi edit. *usurpatores*, mss., uno excepto, esserunt, *usurpatiores*. Legendum forsitan, *usurpantiores*.

## IN LIBROS DE FIDE ADMONITIO.

Cum Ecclesiam Mediolanensem Auxentius, pulso sancto præsule Dionysio, fretus Constantii Ariani imperatoris adminiculo, per vim occupasset, ac eam omni scelere lacerasset deformassetque, extra dubium est Ambrosium simul ac in hujus demortui locum electus fuit, nihil habuisse antiquius, quam ut ruinas sub tyrannica Arianorum dominatione illatas repararet. Aspiravit tam piis conatibus divinus favor. Etenim licet a sæcularibus dignitatibus ad episcopalem esset translatus, illico tamen tantam sui admirationem concitavit, ut eum omnes spectarent quasi veritatis magistrum atque oraculum.

His motus Gratianus Cæsar, cum in procinctu esset ut in Orientem proficisceretur, Valenti patruo suo contra Gothos bellum gerenti supplicat laturus, ab illo commentationem qua divinitas Christi astrueretur (Lib. 1 de Fide, prolog.; lib. iii, cap. 1, num. 1), poposcit; ut illa se adversus Arianam pestem in iisdem provinciis atrociter grassantem tamquam presentaneo antidoto communiret. Ambrosius, laudata imperatoris fide (Lib. 1, prolog., num. 4), lubentiori animo sese exhortationem ad fidem quam disputationem de fide scripturum fuisse professus, ejus tamen voluntati obtemperare ita voluit, ut paucis atque ex auctoritate Conciliorum (Ibid., num. 5), potissimum vero Nicæni concertaret.

Opere in duos libros distributo, statim a limine quid inter Catholicam fidem atque Arianam perfidiam intersit discriminis, proponit (Lib. 1, cap. 4, num. 6 et seq.). Illic etiam naturæ in Deo unitatem (Ibid., num. 8 et seq.), nec non personarum trinitatem asserit, unde Christum Filium Dei esse, ipsique adorationem tamquam vero Deo deberi probat (Cap. 2, num. 13): quippe qui et attributis divinis sit præditus (Ibid., num. 14, 15), et in Scriptura quatuor divinitatis nominibus significetur (Num. 16 et seq.). Deinde ex Esaia et Jeremia docet (Cap. 3, 4) hoc illud esse quod communis natura clamat. Mox præcipuis Ariani erroris capitibus ob oculos positus, nimirum queis Filius dissimilis Patri, ex tempore cœpisse, et creatus esse prædicabatur (Cap. 5): contra vero bonus, omnipotens, verus Dei Filius, ac divinitate unus cum Patre negabatur, singula hæc duobus libris adoritur atque evertit. Igitur ubi præmonuit (Cap. 6) ex Ariane factionis ducibus, quos inter se dissidere non ignoraret, nullum abs se privatim, sed universim omnes sub hæreticorum nomine impugnandos; Filium in omnibus Patri similem esse (Cap. 7), ipsique cœternum (Cap. 8 et seq.) demonstrat, ac proinde nec factum (Cap. 14 et seq.) neque creatum. Unde colligit Nicænorum Patrum definitioni, quam Ariminensium quoque prima et tertia confessio probavit, subscribendum (Cap. 18, 19). Postremo Deum comprecatur (Cap. 10, num. 122), ut lectoribus suis et maxime imperatori hanc mentem injiciat, qua sacro fidei deposito (Ibid., num. 126) præferant nihil.

In 4 libra postquam Duodecim titulos quibus Dei Filium designat Scriptura, exposuit (Lib. ii, prolog.), initam in Arianos pugnam prosequitur. Docet (Cap. 1 et seq.) quanta sit in neganda ipsius bonitate impietas. Postea eundem omnipotentem, et licet a Patre quem majorem dicebat, visum, eique subditum, plane tamen liberum fuisse præbat (Cap. 4 et seq.). His addit infirmitatibus illis ac miseriis quas infinita sua benignitate victus subierat (Cap. 7), ipsos adduci oportuisse ad saniora: sin minus illum eisdem timendum esse quasi

judicem, cujus sententia tantum desperationis hæreticis incussura est, quantum fiduciæ catholicis (Cap. 11 et seq.). Sub hæc, oratione ad Gratianum conversa (Cap. 15), hos libros a se breviter atque impolite conscriptos dicit; fore tamen ut hi sufficiant iis omnibus qui veritatem sincere indagarent. Denique certam Augusto promittit victoriam, eique debitum ipsius fidei triumphum a Deo petit (Cap. 16).

Duos hos libros ad Gratianum in Orientem iter parantem misit Ambrosius. Eos autem utique adeo Cæsar probavit, ut redire in patriam per litteras (Epist. ad Ambros.) obsecraverit sanctum Præsulem ut ipsos iterum deferendos ad se curaret, hisque disputationem de Spiritu sancti divinitate adjiceret. Verum hæc eadem opella non majorem a catholicis retulerat approbationem, quam offensionem ab hæreticis, qui omnibus artibus eam elevare studuerant. Nihil tamen quod reprehenderent, deprehendere in ea potuerant, nisi quod ipsum dicitabant de industria affectasse nimiam breviter (Lib. III, cap. 1, num. 2), ut argumentis suis quacumque solutione validioribus respondendi necessitatem sic eluderet. Hujusmodi criminationibus, quæ quantumvis iniquæ, movere tamen poterant infirmiores, viam præcludere voluit Ambrosius. Quapropter venia differendæ lucubrationis de Spiritu sancto ab imperatore petita (Epist. ad Gratian., et lib. V, cap. 2, num. 34 et al.), alias tres libros quibus Ariani adigerentur ad silentium, composuit.

In horum primo statim dilutis quibusdam adversariorum querelis (Lib. III, cap. 1), Ariani erroris fontem docet (Cap. 2) hunc esse, quod Christi divinitati qua creator et altissimus negari noquus, ea tribuerent, quæ soli ævi humanitati, qua redemptor et factus jure dicitur, convenirent: hoc uno posito firmamento, omnes eorum molitiones cassas recidere, ipsosque nequiquam obrudere quod in sacris paginis Pater solus potens ac solus habens immortalitatem asseratur (Ibid., n. 11 et seq.); Filius autem factus et creatus (Cap. 4 et seq.). Postea (Cap. 7 et seq.) eundem Filium ostendit verum Deum esse sicut et Patrem, quippe quibus unum regnum sit (Cap. 12), una majestas (Cap. 13), una gloria. Subjungit cum neque ipsi non possint, quin substantiæ vox (Cap. 14) in Scripturis non sit usitata, eundem Patri consubstantiali (Cap. 15) cum Nicæna synodo prædicandum esse, Ariminensium impietate condemnata (Cap. 16). Postremo aliâ nonnulla divinitatis Filii testimonia cum eorum, quæ ipsis opponerentur, solutivis librum finit (Ibid. et cap. seq.).

In subsequenti quamvis id mirum pronuntiet (Lib. IV, cap. 1, 2) Scripturæ fidem abrogari ab hominibus, eosdem tamen circa divinitatem Christi hæsisse ambiguos mirandum negat; cum in ipsius ascensione suam hac de re dubitationem professi fuerint Angeli ipsi. Dehinc ad hæreticorum objectiones facta transitione, quod ab illis objiciebantur hæc verba: caput Christi Deus (Cap. 3); itemque aliâ illa: Non potest a se Filius facere quidquam (Cap. 4), quo sensu intelligenda sint, edisserit. Mox demonstrato omnia ipsi vere esse possible (Cap. 5 et seq.), cum nec propterea quod generare nequeat, imperfectum (Cap. 8), nec propterea quod sit genitus, temporalem argui planum facit (Cap. 9). Demum ubi difficultatem ex Filii missione et clarificatione petitam enodavit (Cap. 10, num. 130 et seq.), aliâ quædam evulsionem refellit (Cap. 11, 12).

Ultimus liber a brevi cæptis exordio, primum quæ scribendi horum v. librorum causæ fuerint, quidve inde speretur a lectoribus, aperit (Lib. V, prolog., num. 8 et seq.). Continuo repetuntur objectiones, et locus ille: Ut cognoscant te verum Deum, qua ratione Christo non officiat, fase docetur (Cap. 1 et seq.). Alius iste: Nos adoramus quod scimus, tractatur paulo contractius (Cap. 4): sed in eo quod a Domino dictum legitur: Sedere autem ad dextram, etc., multus est Doctor noster (Cap. 5 et seq.). Accedit postmodum ad illas voces: Dilexisti eos sicut me; ubi iterum de Dominica missione parva disputat (Cap. 7). His disceptatis, quo intellectu Patrem Dominum Christus appellaverit, explicat (Cap. 8); eaque occasione omnes hæreses hoc uno Davidis versiculo: Dixit Dominus Domino meo, etc., exstingui probat. Sub hæc postquam ostendit (Cap. 9) hæreticorum in eludendis baptismi verbis conatus quam sint inutiles, textum illum: Qui credit in me, non credit in me, etc., demonstrat (Cap. 10) ipsis nequiquam favere ad abrogandam Christo divinitatem, quam ibidem variis argumentorum momentis confirmat (Cap. 11). Ad extremum quidquid in sententiâ illa: Cum tradiderit regnum Deo, etc., itemque in hac aliâ: De die illo et hora nemo scit, etc., salebrosam esse poterat, complanato, fidem suam profitetur (Cap. 12, 19): nec non in Arii superbiam divinorum cognitionem secretorum, quæ ne Moysi quidem aut Paulo sunt revelata, sibi arrogantiis invehitur, impium illum Lucifero ipso existisse magis tumidum diserte pronuntians.

Citantur a multis (Magist. Sent., Gratian. D. Thom.) auctoribus hi libri sub titulo de Trinitate, quo similiter in mss. haud paucis inscriptos legas. Verumtamen certum est communem epigraphen de Fide illis prænotatam ab Ambrosio; non solum enim ita laudantur a Leone Rom. Pont. (Epist. ad Leon. imp.) atque aliis, sed etiam ab Ambrosio ipso hac eadem appellatione sæpius memorantur (Epist. ad Gratian., lib. I, de Fide, prolog., n. 4). Quamquam autem frequenter in iis Manichæus, Sabellius, Photinus, aliique ex veterum hæreticorum ducibus impugnantur (Lib. I, cap. 1, 6; lib. II, cap. 5, 9; lib. IV, cap. 3; lib. V, cap. 8), attamen ipsos potissimum contra puri Arianismi sectatorum commenta editos esse cum relate superius objectiones, tum omnia opus clare loquitur.

Ex iis porro quæ hæcenus a nobis observata sunt, priores duos libros constat id temporis elucubratos esse, cum Gratianus adversus Gothos, a quibus premebatur Valens, expeditionem adornabat, nempe sub exitum anni 377, aut 378 initium. Quod vero ad tres posteriores, cum non nisi reverso in Occidentem eodem imperatore compositos esse extra dubium sit, illos in annum 379 rejiciendos quævis intelligit. Verum tametsi diversis temporibus fuerint scripti, facile tamen in unum corpus et unitate argumenti, et auctoria ipsius consilio, quod non solum operis dispositione, sed etiam priorum in posterioribus frequenti citatione declaravit (Lib. III, cap. 12, num. 93, c. 13; n. 103; lib. IV, cap. 1 et al.) conuere.

Cæterum non evidentius est ab eo totam commentationem in v libros fuisse distributam, quam eorundem librorum sectionem in capita ipsius non esse. Hoc probant cum manuscripti antiquiores, in quibus continua oratione exhibentur libri singuli, tum codices recentiores atque editiones, ubi capitulum summaria tam inepta tamque alienis locis posita extant, ut non modo nova, quod ubique in hoc opere fecimus, substituere; verum et orationem ipsam, quod raro alibi, hic fere nusquam non aliter distinguere necessum fuerit.

Cum autem polemica opera lectoribus, maxime vero principibus insuavem quamdam satietatem afferre soleant, huic malo obviam ut iret Ambrosius, disputationem suam intra libellorum duorum angustias cogere statuerat: quos ipsos haud mediocriter exhilaravit tractandi dexteritate atque industria. Verum ubi materiam uberius discutiendam intellexit, multo prosperius diligentius, ut quidquid parere posset aliquid fastidii, removeretur. Eo consilio sedulam neclendis inter se probationibus objectionibusque operam dedit, aptus adhibuit atque ingeniosas transitiones, præfationes inseruit, subinde moralia præcepta, inno nonnunquam etiam nonnulla acute dicta miscuit atque inspersit. Ubique autem hac arte disponit objectiones, ut lector non sine voluptate solutiones earum prævideat: quas vero ipsemet profert, ita lectæ sunt atque solidæ, ut quicumque postea eodem in argumento desudarunt, nullas alias his præferendas existimarint.

Quantum hujus operis libri priores Gratiano accepti fuerint, jam ante a nobis observatum est. Verum communibus iudicii sui testimoniis nãmque contentus, illustrius ejusdem indicium adjicere voluit (Lib. 1, de Spirit. sancto, cap. 1), cum Ecclesiam quam sequestrari hæreticorum improbitas obtinuerat, catholicis jussit restitui. Pontifices max. (Leo. 1, Agath., etc.). Doctores (Hieron., Augustin., Theodoret., Vinc. Lyrin., etc.), œcumenica concilia (Ephesin., Chalcedon., Constant. III, etc.), hos libros non solum eximii laudibus exornarunt, sed etiam eorum testimoniis usi contra hæreses ætatis posterioribus emergentes quam strenuissime decertarunt. Quamobrem satis mirari non possumus inventos esse nostra et Patrum memoria, qui universalem totius Ecclesiæ ac temporum omnium traditionem divinatorum codicum auctoritate stabilitam, a Patribus in universis conciliis firmatam, sanguine tot martyrum, totque confessorum laboribus, ut Ambrosius ipse testatur (Lib. III, c. 15, n. 128), assertam, probatam eruditissimis tot ac tantorum Doctorum libris, uno verbo ab innumeris viris ingenio, doctrina et pietate clarissimis receptam proculcantes, veterem illam atque exoletam hæresim renovare aggressi fuerint. Hoc autem etiam magis stupeas temerarios illos iis omnibus nihil opponere præter easdem objectiones, quas tam invicte sanctus Doctor hoc in Opere profligavit. Atqui ut testes hujusce rei non essent alii libri Socinianorum, impie Crellii commentatio De uno Deo Patre vel sola sufficeret, ut hoc ipsum nemini certum non feret atque exploratum.

# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## DE FIDE AD GRATIANUM AUGUSTUM

LIBRI QUINQUE

LIBER PRIMUS.

### 443 PROLOGUS.

Gratianum ob ardorem descendæ fidei laudat Ambrosius, semet vero deprimi. Quamquam autem illum humana doctrina indigere neget, quippe qui a Deo ipso fuerit institutus, addit tamen eundem hac sua pietate viam sibi ad victoriam munire. Tum difficultate operis insinuata, non tam rationem quam auctoritatem, maxime vero Nicæni concilii, secutorum se proficitur.

1. Regina Austri venit audire sapientiam Salomonis, ut in libro Regnorum legimus (III Reg. x, 1 et seq.). Hiram quoque rex ad Salomonem misit, ut cognosceret eum (III Reg. v, 1). Tu quoque, sancte imperator Gratiane, veteris imitator historiæ, fi-

A dem meam audire voluisti. Sed non ego Salomon, cujus mireris sapientiam: neque tu unius gentis, sed totius orbis Augustus fidem libello exprimi censuisti: non ut disceres, sed ut probares.

2. Quid enim discas, imperator Auguste, <sup>b</sup> quam ab ipsis incunabulis pio fovisti semper affectu? Priusquam te, inquit, formarem in utero matris tuæ, novi te: et priusquam exires de vulva, sanctificavi te (Jerem. 1, 5). Sanctificatio ergo non traditur, sed infunditur; et ideo divina dona custodi. Quod enim nemo te docuit, utique Deus auctor infudit.

3. Petis a me fidei libellum, sancte imperator, ~~444~~ profecturus ad prælium; nosti enim fide magis imperatoris quam virtute militum quæri solere B victoriam. Nam et Abraham trecentos decem et octo

<sup>a</sup> Quorum primi duo sub fin. an. 377, tres posteriores sequenti scripti fuere.

<sup>b</sup> Edit. omnes cum duobus omnino mss., cum ab

ipsis cunabulis pio fuisti, etc. Elegantius reliqui mss. ut in textu.

duxit ad bellum, et ex innumeris tropæa hostibus A reportavit; a signoque Dominicæ crucis et nominis, quinque regum victriciumque turmarum subacto robore, et ultus est proximum, et fratris filium meruit et triumphum (*Gen. xiv, 14 et seq.*). Jesus quoque filius Nave hostes quos totius exercitus manu valida superare non poterat, septem tubarum sacerdotium sono vicit, ubi ducem inilitiæ cœlestis agnovit (*Jos. vi, 6 et seq.*). Ergo et tu vincere paras, qui Christum adoras : vincere paras, qui fidem vindicas, cujus a me libellum petisti.

4. Mallem quidem cohortandi ad fidem subire officium, quam de fide disceptandi; in altero enim religiosa confessio est, in altero incauta præsumptio : sed quoniam neque tu cohortatione indiges, neque ego excusandi liber, ubi pietatis officium est, audax B negotium b verecunda occasione suscipiam; ut de fide pauca disceptem, de testimoniis plura contexam.

5. De conciliis id potissimum sequar, quod c trecenti decem et octo sacerdotes, tamquam Abrahæ electi iudicio, consona fidei virtute victores, velut tropæum, toto orbe subactis perfidis, extulerunt; ut mihi videatur hoc esse divinum, quod eodem nu-

a Signum crucis ponitur in littera T, quam in antiquis Hebræorum characteribus hanc ipsam figuram habuisse Hieronymus post Origenem auctor est in *Ezech. ix, 4*, cujus opinionem Grotius ad eundem locum contra Scaligerum defendit. Quod autem ad numerum 318, is apud Græcos arithmetice efferebatur litteris τ et ς, quarum posteriores duæ suavissimi nominis Jesu initiales sunt. Et hinc Ambrosiana allusionis ratio patet. Illam autem hoc ipso libro cap. 18 rursus proponit, non secus ac lib. 1 de Abraham, cap. 9, jam expresserat. Neque vero ea propria est sancto Præsuli; eandem enim etiam exhibet lib. 1 de Spiritu S., cap. 1, Paschasius diaconus Gelasio papa synchronus : sicut et Prudentius in Præfat. Psychom., sed obscurius. His autem omnibus præverat Clem. Alexandrinus, qui eandem interpretationem quasi ab antiquis theologis acceptam luculenter explicat lib. vi Stromaton, p. 656. Unde perspicuum est priscis illis persuasum neutiquam fuisse mysteria religionis ita litteris Hebræicis Deum alligata voluisse, ut non etiam in Græcis indicarentur, quemadmodum Domini crucem per elementum Græcum T ab Ezechiele designari asserit Tertullianus lib. in contra Marcionem, cap. 22.

b Mss. aliquot, *verecunda excusatione suscipiam.*

c Hunc Nicænorum PP. numerum rursus libri hujus cap. 18 scribit Ambrosius. In quo etiam ei suffragantur non modo Hilarius contra Constant., Hieronymus in Chronic., Rufinus et alii; verum et Athanasius ipse in epist. ad Jovian. Quare nihil erat cur Valesius in Eusebium lib. iii de Vita Constant., cap. 8, constare negaret quot essent iidem episcopi; cum potius Eusebiani loci nonnisi 250 assignantis corruptionem, de qua jam vulgo conveniunt, ipsum quoque agnoscere oportuisset. Hoc Socrates atque Eustathius planum faciunt, eundem Eusebii textum allegantes; alter enim posuit trecentos et amplius, alter trecentos vel circiter, quod nequaquam ad 250 referri potest : ubi tamen paucos Arianos, qui synodo interfuere, non comprehendimus.

d Præcipuarum hæresum in Trinitatem divinasque personas auctores memorat Ambrosius, Sabellium, Photinum, atque Arium. Primus, Eusebio teste lib. vii. Hæres., cap. vi, errores Ptolemaide in urbe Pen-

mero in conciliis fidei habemus oraculum, quo in historia pietatis exemplum.

#### 445 CAPUT PRIMUM.

*Catholicam fidem a gentiliis, Judæorum, ac hæreticorum erroribus distinguit : expositoque vocum Dei et Domini significatu, personarum discrimen, et naturæ unitatem demonstrat : quam dum separant Ariani, non tres Deos tantum inducunt, sed etiam Trinitatis regnum destruant.*

6. Assertio autem nostræ fidei hæc est, ut unum Deum esse dicamus : neque, ut gentes, Filium separemus : neque ut Judæi, natum ex Patre ante tempora, et ex Virgine postea editum denegemus : neque ut d Sabellius, Patrem confundamus et Verbum; ut eundem Patrem asseramus et Filium : neque ut Photinus, initium Filii ex Virgine disputemus : neque ut Arius, plures credendo et dissimiles potestates, plures deos gentili errore faciamus, quia scriptum est : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est (Deut. vi, 4).*

7. Deus enim et Dominus nomen magnificentiæ; nomen est potestatis, sicut ipse dicit : ° *Dominus nomen est mihi.* Et sicut alibi Propheta asserit : *Do-*

tapoleos circiter annum 257 spargere cœpit. Docebat autem in Deo unam tantum esse personam, sed tribus diversis nominibus eam efferrî, ut auctores sunt Epiphanius Hæresi 62., Basilius epist. 64., Philastrius, Augustinus, atque alii. Photinus ex Galatia provincia natus Sirmicensis factus est episcopus quemadmodum a nobis in lib. v Comment. in Lucam num. 4 notatum fuit. Is cum doctrinam et eloquentiam singularem sibi comparasset, nova dogmata vulgare aggressus est anno circiter 343. Negabat porro Christum Maria priorem exstitisse, ex qua et Josepho ipsum conjugali congressu, ut Marius Mercator prodidit, natum blasphemabat. Unde cum hic apud Ambrosium Photinus refertur dicere Dei Filium ex Virgine ortum cepisse, aut ex Maria Virgine apud Epiphanium, id per quamdam licentiam accipiendum est, ut cum Virgilius Ecl. 6 Pasiphaen trium liberorum parentem virginem vocat, aut verius per antonomasiam, ut soliti nominis honore non privetur. Addit autem Epiphanius Photinum, cum urgeretur, dicere solitum : *Erat in Patre Verbum, sed nondum erat Filius... quod Filius non existeret, sed id ipsum solum, cui Filii nomen erat aliquando tribuendum*, etc. Quibus quidem videtur Verbi æternitatem divinitatemque non negare. Inde est fortasse quod Augustinus Hæresi 44 cum dixisset Photinum Paulo Samos. a quo initium Christo ex virgine tribuebatur, *similia credidisse*, continuo addit : *Secundum aliquid tamen adversatus ei dicitur.* Et hac ratione Garnerii conjectura confirmari non male posset, nisi asseruisset Photinum *ὁμοουσιον* fidem constanter tenuisse. Sic etiam loci PP. qui invicem contrarii apparent, conciliabuntur. Namque ubi traditur negatum ab eo Verbum consubstantiale esse, hoc ad veram ipsius opinionem erit referendum; ubi vero eidem attribui oppositum videtur, illud intelligi de secunda responsione ad quam coactus confugebat, poterit. Consulens eundem Garnerium Dissert. 1 de Hæres. et lib. Nestorii : et, ut cognoscas quæ rationes contra eum faciunt, Alexandrum. Quod autem superioribus duobus hæreticis Arium jungit, cum toto hoc opere impugnetur ejus hæresis, de ipso actum est in Præfatione.

e Huic et sequenti Scripturæ textui post vocem *Dominus* Rom. editi adjecterat, *Deus*, quam in aliis d

minus omnipotens nomen est ei (Esai. XLII, 8). Dominus ergo et Deus vel quod dominetur omnibus, vel quod spectet omnia, et timeatur a cunctis.

8. Si ergo unus Deus, <sup>a</sup> unum nomen, potestas una est Trinitatis. Denique ipse dicit : *Ite, baptizate gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (Matth. XXVIII, 19). *In nomine utique, non in nominibus.*

9. Ipse etiam dicit : *Ego et Pater unum sumus* (Joan. X, 30). Unum dixit, ne fiat discretio potestatis et naturæ : *sumus* addidit, ut Patrem Filiumque cognoscas ; quod perfectus Pater perfectum Filium genuisse credatur : et Pater et Filius unum sint, non confusione personæ, sed unitate naturæ.

10. [Alias cap. II.] Unum ergo Deum, non duos aut tres deos dicimus ; ut impia Arianorum hæresis dum criminatur, incurrit. Tres enim deos dicit, qui divinitatem separat Trinitatis ; cum Dominus dicendo : *Ite, baptizate gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, unius esse Trinitatem potestatis ostenderit. Nos Patrem **446** et Filium et Spiritum sanctum confitemur ; ita ut in Trinitate perfecta et plenitudo sit divinitatis, et unitas potestatis.

11. *Omne regnum in se divisum facile destruetur*, Dominus hoc dicit (Matth. XII, 25). Non ergo divisum est regnum Trinitatis. Si ergo divisum non est, unum est ; quod enim unum non est, divisum est. <sup>b</sup> Tale ergo regnum esse cupiunt Trinitatis, quod divisione sui facile destruetur. Immo quia non potest destrui, constat non esse divisum. Non enim dividitur unitas, nec scinditur ; et ideo nec corruptelæ subditur, nec ætati.

## CAPUT II.

*Imperatorem ad fidei zelum exhortatus, ab ea quæ Christo cum Patre inest, voluntatis atque operationis unitate ipsam Deam esse ostendit. Quod propter expositis divinis attributis, eadem Christo etiam convenire affirmat : cujus præterea varias appellationes prosecutus, his substantialem unitatem personalemque distinctionem probari docet : tum exemplis aliquot ad explicandam unitatem illam adductis, negat aliter Dei unitatem defendi posse.*

12. *Non quicumque, inquit, mihi dicit : Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum* (Matth. VII, 21).

miss. desideratur. Quod autem ad etymologias infra positas, prima plana est : altera vero deducitur ἀπὸ θεῶν, videre, quam indicat Gregorius Nyss. ad Abilavium, Basilium epist. 144, Dionysius, Damascenus et alii : tercia demum a voce θεός quæ metum significat, quod Deus timorem incutiat ; unde Petronius atque Statius : *Primus in orbe Deos fecit timor*. Vide Vossii Etymol. ad eam dictionem.

<sup>a</sup> Ita mss. plures ac potiores ; alii nonnulli, unam nomen potestatis, unam Trinitatis ; alii tandem cunctæque edit., unum nomen, una potestas, una Trinitas. Infra vero Rom. edit. sola, atque ait, non in nominibus ; ut unitas essentialis ostendatur : per tria vero quæ supponit, tres esse personas declarat. Quæ quidem unde petita fuerint, necdum compertum.

<sup>b</sup> Divisa videlicet natura dividitur quoque potestas, ac proinde minor fit. Hinc illud celebre dictum

A Non ergo perfunctoria fides debet esse, imperator Auguste ; scriptum est enim : *Zelus domus tuæ comedit me* (Psal. LXXIII, 10). Itaque fidei spiritu et mente devota Jesum Dominum invocemus, Deum esse credamus ; ut in nomine ejus quidquid a Patre petimus, impetremus ; <sup>c</sup> Pater enim se per Filium vult rogari, Filius vult rogari Patrem.

13. Concordat pietatis gratia, nec virtutis facta discordant. Quæcumque enim Pater facit, eadem et Filius facit similiter. Et similiter facit, et eadem facit Filius : sed vult rogari Patrem in eo, quod ipse facturus est ; uti non impossibilitatis indicium, sed unitatem potestatis agnoscas. Jure igitur adorandus atque venerandus est Dei Filius, qui mundum divinitate sua condidit, et nostrum pietate sua informat affectum.

14. Et ideo bonum Deum, sempiternum, perfectum, omnipotentem, verum debemus **447** credere, ut in Lege accepimus et prophetis, Scripturisque divinis cæteris, quia sine his Deus non est. Non potest enim bonus non esse, qui Deus est, cum in natura Dei plenitudo bonitatis sit : neque ex tempore Deus potest esse, qui fecit tempora : neque potest imperfectus Deus esse ; qui enim minor est, imperfectus utique est, cui desit aliquid, quo majori possit æquari. Hæc igitur fidei prædictio : Deus nihil non est, Deo impossibile nihil est : Deus temporalis non est, Deus minor non est. <sup>d</sup> Si fallor, redarguant.

15. Quia igitur Deus Christus : et bonus utique, et C omnipotens, et sempiternus, et perfectus, et verus est ; hæc enim in natura divinitatis sunt. Aut igitur negent naturam divinitatis in Christo, aut quæ divinæ naturæ sunt, Deo negare non possunt.

16. Certe ne quis possit errare, <sup>e</sup> sequatur ea quibus Scriptura sancta, ut intelligere possimus Filium, significavit. Verbum dicitur, Filius dicitur, Dei virtus dicitur, dicitur Dei sapientia. <sup>f</sup> Verbum, quia immaculatus : virtus, quia perfectus ; Filius, quia genitus ex Patre : sapientia, <sup>g</sup> quia unum cum Patre, unum æternitate, unum divinitate. Non enim Pater ipse, qui Filius : sed inter Patrem et Filium generationis expressa distinctio est ; ut ex Deo Deus, et manente manens, plenus e pleno sit.

17. Non sunt igitur hæc nuda nomina, sed oper-

D Tertulliani : *Deus, si non unus est, non est*. Eleganter etiam Gregorius Nazian. Carm. 3 :

*Ἴσον γὰρ πολυάρχων ἐμοί, καὶ πάντων ἀναρχὸν  
Μαρναμένον· ὁ ἄριστος δὲ διάστασις· ἢ δ' ἐπὶ λύσει  
Σπεύδει· τῷ θεῷ ἰσότητος ἰσὸς πολυάρχων ἐμοί.*

<sup>c</sup> Pauci mss., Pater enim semper Filium vult rogari.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, Si fallor, nec etiam male.

<sup>e</sup> Mss. nonnulli, sequantur ea, quæ Scriptura.

<sup>f</sup> Eodem sensu D. Th. 1<sup>a</sup> p., q. 52, a. 2 ad 3, ut ostendatur, inquit, immaterialiter genitus, dicitur Verbum.

<sup>g</sup> Nonnulli mss. pro unum, ter habent unus, non recte.



tricius virtutis indicia; est enim plenitudo divinitatis in Patre, est plenitudo divinitatis in Filio, non discrepans, sed una divinitas. Nec confusum, quod unum est: nec multiplex, quod indifferens.

18. Etenim si omnium credentium, sicut scriptum est (Act. iv, 32), erat anima una et cor unum: si omnis qui adhæret Domino, unus spiritus est, ut Apostolus dixit (I Cor. vi, 27): si vir et uxor in carne una sunt: si omnes homines, quantum ad naturam perlinet, unius substantiæ sumus: si hoc de humanis Scriptura dicit, quia multi unum sunt, quorum nulla potest esse cum divinis comparatio; quanto magis Pater et Filius divinitate unum sunt, ubi nec substantiæ nec voluntatis ulla est differentia?

19. Namque aliter quomodo unum Deum dicemus? Diversitas plures facit, unitas potestatis excludit numerum quantitatem; quia unitas numerus non est, sed hæc omnium ipsa principium est.

### CAPUT III.

*Patris ac Filii unitatem Scripturæ testimoniis probat, et primo Esaiæ locum aliorum comparatione ita illustrat, ut nullam a Patris natura in Filio inesse differentiam astruat, nisi quantum ad carnem, ac proinde unam utriusque deitatem esse. Quod ubi auctoritate Baruch confirmatum est, fidem prophetis hac in re habendam tradit.*

20. Quantum vero Scriptura divina Patris et Filii secundum divinitatem expresserit unitatem, prophetica testantur oracula. Sic enim dicit Dominus sabaoth: *Laboravi 448 Ægyptas, et mercatus Æthiopicum et Sebam: viri excelsi ad te transibunt, et tulerunt servi, et post te sequentur alligati vinculis, et adorabunt te, et in te deprecabuntur; quoniam in te est Deus, et non est Deus præter te. Tu enim es Deus, et nesciebamus, Deus Israel (Esa. xlv, 14).*

21. Audi prophetica vocem: *In te, inquit, est Deus, et non est Deus præter te.* Quomodo hoc secundum Arianos convenit? Necesse est negent aut Patris aut Filii divinitatem, nisi ejusdem divinitatis crediderint unitatem.

22. *In te, inquit, est Deus; quoniam in Filio Pater. Scriptum est enim: Pater qui in me manet, ipse loquitur; et: Opera quæ ego facio, et ipse facit (Joan. v, 5).* Sed et alibi in Patre Filius est, qui dicit: *Ego in Patre, et Pater in me est (Joan. xiv, 10).* Dissolvant, si possunt, hanc naturæ proprietatem, et operis unitatem:

23. Deus igitur in Deo est, sed non duo dii; scriptum est enim, quia *unus Deus (Deut. vi, 4): et Dominus in Domino, sed non duo Domini; quia æque scriptum est: Nolite duobus dominis servire (Matth. vi, 24).* Et lex dicit: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est (Deut. vi, 4).* Et utique in eodem est Testamento: *Pluit Dominus a Domino (Gen. xix, 24).* Dominus, inquit, à Domino pluit. Sic et in Genesi habes: *Et dixit Deus, et fecit Deus; et infra: Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei (Gen. i, 3, 26);* sed

tamen non duo dii, sed unus Deus fecit. Utrobique igitur unitas operationis servatur et nominis. Nam utique cum legimus, Deus ex Deo, non duos deos dicimus.

24. Denique habes in Psalmo quadagesimo quarto, quod et Deum Patrem<sup>a</sup> dixit Propheta, et Deum Filium declaravit, dicens: *Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi; et infra: Unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis (Psal. xlv, 7, 8).* Deus est qui ungit, et Deus qui secundum carnem ungitur Dei Filius. Denique quos habet unctionis suæ Christus nisi in carne consortes? Vides igitur quia Deus a Deo unctus: sed in assumptione naturæ unctus humanæ Dei Filius designatur, nec Legis forma violatur.

25. Et hic ergo cum dicitur: *Pluit Dominus a Domino*, unitatem divinitatis agnosce. Operationis enim unitas non facit pluralem divinitatem, sicut ipse Dominus ostendit, dicens: *Credite mihi, quia ego in Patre, et Pater in me: alioquin vel propter opera ipsa credite (Joan. x, 38).* Et hic advertimus quod unitatem divinitatis per unitatem operam designaverit.

26. Ut autem una deitas et Patris et Filii, et una dominatio probaretur; ne gentilis aut Judicæ impietatis incurreremus errorem, providens Apostolus, quid sequi deberemus ostendit dicens: *Unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in ipso: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum (I Cor. viii, 6).* Sicut enim unum dicendo Dominum Jesum Christum, Patrem Dominum non negavit; ita unum dicendo Deum Patrem, æque a deitatis veritate nec Filium separavit. Unde hæc pluralitatem divinitatis, sed unitatem potestatis ostendit; quia et in dominatione divinitas, et in divinitate dominatus est; sicut scriptum est: *Scitote quoniam 449 Dominus ipse est Deus; ipse fecit nos, et non ipsi nos (Psal. xcix, 3).*

27. *In te igitur est Deus, per unitatem naturæ: et non est Deus præter te, per proprietatem substantiæ, repulsa differentia.*

28. In Hieremiæ quoque libro unum Deum Scripturæ dicit, et tamen et Patrem et Filium confitetur. Itaque sic habes: *Hic Deus noster, et non reputabitur alius ad eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est (Baruc. iii, 36, 37).*

29. De Filio dicit: Ipse enim est *cum hominibus conversatus; et dicit: Hic Deus noster, et non æstimabitur alius ad eum.* Quid discutimus eum, de quo tantus dicit propheta, quod ad eum non possit alius æstimari? Quæ enim potest esse alia æstimatio, ubi deitatis unitas est? Constat hanc populis in periculis constitutus: nesciebat serere quæstiones qui religionem timebat.

30. Adesto, sancte Spiritus, prophetis tuis, qui-

<sup>a</sup> Non pauci mss., dixit Propheta, nec Filium denegavit dicens.

bus <sup>a</sup> inesse consuesti, quibus credimus. Si prophetis non credimus, sapientibus credam hujus mundi? Sed ubi sapiens, ubi scriba? <sup>b</sup> Rusticus noster cum ficus insereret, invenit quod philosophus ignoravit. Quæ stulta sunt enim hujus mundi, elegit Deus, ut confundat quæ sunt fortia (I Cor. 1, 27). Credimus Judæis, quia notus aliquando in Judæa Deus (Psal. LXXV, 2)? Sed hoc ipsum negant propter quod credimus, quia non norunt Patrem, qui Filium negaverunt.

## CAPUT IV.

*Argumentis aliquot ad probandam Dei unitatem collectim propositis, in tribus magorum muneribus Christi divinitatem humanitatemque adumbratas ostendit; non secus ac in angelo cum tribus pueris inter flammam deambulante, divinitatis ac trinitatis veritatem.*

31. <sup>c</sup> Unum Deum communis natura testatur, quia unus est mundus. Unum Deum fides significat, quia una fides novi et veteris Testamenti. Unum Spiritum sanctum testificatur gratia, quia unum baptisma in nomine Trinitatis est. Unum Deum Prophetæ dicunt, Apostoli audiunt. Unum Deum Magi crediderunt, et aurum, thus et myrrham supplices ad Christi cunabula detulerunt, auro regem fatentes, ut Deum thure venerantes. Theaurus enim regni, sacrificium Dei, myrrha est sepulturæ.

32. Quid igitur voluerunt sibi mystica munera inter abjecta præsepia, nisi ut intelligeremus in Christo differentiam divinitatis et carnis? **450** Ut homo cernitur, ut Dominus adoratur: <sup>d</sup> jacet in pannis, sed fulget in stellis: cunæ nascentem indicant, et stellæ dominantem: caro est quæ involvitur: divinitas, cui ab angelis ministratur. Ita nec dignitas naturalis majestatis amittitur, et assumptæ carnis veritas comprobatur.

33. Hæc est fides nostra. Sic se Deus cognosci voluit ab omnibus, sic tres pueri crediderunt, nec incendia circumjecta senserunt; cum infidos noxius ignis exureret, et fidelibus innoxia flamma roraret, quibus aliorum incendia refrigerabant; quia merito fidei perdidit suam poena naturam. Aderat enim in specie angeli <sup>e</sup> qui monebat ut in numero Trini-

<sup>a</sup> Amerb., Eras. ac mss. aliquot, *in esse constituisti.*

<sup>b</sup> Non alium rusticum designat Ambrosius, quam Jeremiam; alludit enim ad sicum calathos, de quibus apud eundem, cap. xxiv, 1 et seq.

<sup>c</sup> Plerique mss., *Unum Dominum . . . Unum Dominum fides significat.*

<sup>d</sup> Amerb., Eras., Rom. edit. ac mss. nonnulli, *latet in cunis*: Gill. cum mss. multo pluribus ac potioribus, *jacet*, etc.

<sup>e</sup> Rom. edit. ac mss. non multi, *qui monebat*; haud pravo sensu: reliquæ tamen ac mss. complures, *qui monebat*; non etiam male. Sensus ergo est angelum indicasse in tribus pueris divinarum personarum trinitatem significatam, non secus ac in se qui unus erat indicabatur unitas potestatis seu naturæ; namque hæc voces promiscue ponuntur ab Ambrosio in hoc Opere. Quod autem docetur in angelo extitisse Dei Filium; ea sententia non unius Ambrosii est, verum etiam non paucorum e præscio

tatis, unius esset <sup>f</sup> laudatio potestatis. Benedicebatur Deus, videbatur in angelo Dei Filius, sancta et spiritalis in pueris gratia loquebatur.

## CAPUT V.

*Arianorum variæ in Christum blasphemie referuntur, quibus antequam respondeatur, monentur Catholici caveant a sophismatis philosophorum; eo quod scilicet in illis hæretici spem præcipuam collocarent.*

34. [*Alias cap. III.*] Nunc consideremus quas Ariani de Dei Filio inferant quæstiones.

35. Dissimilem Patri dicunt esse Dei Filium. Hoc si homini objiciatur, injuria est.

36. Ex tempore cœpisse dicunt Dei Filium; cum conditor ipse sit temporum. Homines sumus, et esse nolumus temporales. Ex tempore cœpimus, et sine tempore futuros esse nos credimus. Fieri nos optamus æternos, et quomodo negare possumus Dei Filium sempiternum, quem sempiternum docet atque demonstrat natura, non gratia?

37. Creatum dicunt. Quis auctorem inter opera sua deputet, ut videatur id esse quod fecit?

38. Bonum negant. Sacrilega vox ipsa se damnat, ut indulgentiam sperare non possit.

39. Negant verum Dei Filium, negant omnipotentem; cum fateantur omnia facta per Filium, omnia creata per Dei esse virtutem. Quid est enim virtus, nisi perfecta natura?

40. Negant etiam divinitate unum esse cum Patre. **451** Deleant ergo Evangelium, deleant Christi vocem. Ipse enim dixit: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. x, 30). Non ego hoc dico, Christus dixit. Numquid fallax, ut mentiretur? Numquid impius, ut quod non erat usurparet? Sed singula suis locis plenius digerentur.

41. Nunc quoniam hæreticus dicit esse dissimilem, idque versutis disputationibus astruere nititur, <sup>g</sup> dicendum est nobis quod scriptum est: **451** *Caveat ne quis vos deprædetur per philosophiam, et inanem seductionem secundum traditionem hominum, et secundum elementa hujus mundi, et non secundum Christum: quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* (Coloss. ii, 8, 9).

D Patribus. Hos inter auctor Quæst. Vet. Testam. longius progressus; quæst. 18 dicit de Nabuchodonosore: *Regni merito in camino Christum vidit.* Huic tamen videtur prævisse S. noster infra cap. 13, num. 80. Vide interpretes in Daniele, et scholasticos in II Senten., dist. 8, sicut et in D. Thomæ I p., q. 51.

<sup>f</sup> Quidam mss., *laudatio majestatis.*

<sup>g</sup> Hilarius quoque, relato eodem hoc Apostoli loco, nos præmunit adversus philosophorum argumenta et fallacias: a quibus etiam cavendum præcipiunt alii Patres, maxime vero Augustinus lib. xiii contra Faust., cap. 15. Sed Epiphanius Aristotelis dialecticam expresse notat; ad quam etiam spectasse Ambrosium non inviti crediderimus. Hinc forte nata est illa fabula, de qua card. Cusanus in Apologia doctæ ignorantie: *legitur, inquit, beatiss. Ambrosium litantiis addidisse: A dialecticis (quidam; a dialectica) Aristotelis, libera nos, Domine.*

42. Omnem enim vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt, quæ philosophorum sententia definitur non astruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo salvum facere populum suum: *Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis* (I Cor. iv, 20).

#### CAPUT VI.

*Christum Patri dissimilem non esse probaturus, memoratis celebrioribus Arianorum ducibus, quam male inter eos conveniat, aperit, atque adversus eos, tamquam in monstra quædam, præsidium Scripturarum ostendit.*

43. [Alias cap. IV.] Dissimilem igitur dicunt esse: nos negamus; immo potius horremus hanc vocem. Sed nolo argumento credas, sancte Imperator, et nostræ disputationi: Scripturas interrogemus, interrogemus apostolos, interrogemus prophetas, interrogemus Christum. Quid multa? Patrem interrogemus, cujus honori studere se dicunt, si Filius degener judicetur. Sed non est honorificentia boni Patris, Filii injuria. Non potest bono Patri placere,

<sup>a</sup> *Degener* ab Ambrosio passim in his libris ille dicitur, qui a principio suo non tantum perfectione, sed etiam natura et substantia desciscit. Nec aliter etiam ab Hilario sumitur lib. viii de Trinit: *Dum nihil in eo, Filio videlicet, ex se Deus gignendo degenerat.* Nomen etiam *genus* passim ab eodem ponitur pro natura: in quo congruit cum auctore lib. de Definit. apud Athanasium, ubi legimus, *θεός και οὐσία, και γένος ὁν ἔστι.*

<sup>b</sup> Omnes edit. et mss. aliquot hic et infra duobus locis, *Eudoxiam, Eunonium*, etc.: alii vero mss. majori numero et auctoritate ubique omittunt *Eudoxium*. Et certe haec esse germanam lectionem cognoscimus non solum quod in cunctis edit. ac mss. habetur, *ejus magistros*, ubi dicendum esset, *eorum magistros*, sed etiam quod, omisso eodem Eudoxio, post paucos versus agit de Eunomio. Illum autem fortasse hic addiderit quispiam, qui legerit vel apud Athanasium lib. de Synodis p. 915, Aetium Eudoxii magistrum dici, vel apud Theodoretum lib. ii, c. 27, Aetium Antiochiæ invenisse Eudoxium, qui ejus urbis sicut et postea Constantinopolis episcopatum invaserat, doctrina secum consentientem. Aetius vero, quem athenis vulgo nuncupabant, cum Epiphano teste, litteras ad usque proveciam ætatem ignorasset, operam dedit dialecticæ. Præcipua ejus doctrina in Aristotelicis categoriis posita erat, ac totos dies in divinis rebus per syllogismos geometricasque regulas tractandis, definiendis, dividendis terebat. Venit Alexandriam post intrusum in sedem patriarchalem Georgium, a quo etiam ad obeunda munia ecclesiastica videtur admissus; unde forsitan eum Athanasius putavit a Georgio diaconum ordinatum, cum tamen eum ordinem ab eunuchis Leontio Antiochiæ Arianorum episcopo accepisset. Is rotunde affirmabat Filium Patris ἀνομοίον esse, hoc est, dissimilem; unde sectatores ejus, qui nonnumquam ab auctoris nomine dicebantur Aetiani, frequentius Anomæi vocitabantur. Aetium reliqui Ariani exagitarunt, non quod diversa ille sentiret, sed quod mentem suam simplicius patefaciens, blasphemias suis toti factioni confabatur invidiam. Itaque relegatus fuit a Constantio Ambladani in finibus Pisidiæ ac Phrygiæ sitam, ubi libellum 300 argumentis aut verius paralogismis solum vulgavit. Horum 47 confutatur S.

si Filius degenerasse potius a Patre, quam Patrem æquasse credatur.

44. Da veniam, sancte Imperator, si ad ipsos paulisper verba converto. Sed quem potissimum legam <sup>b</sup> Eunomiumne, an Arium, vel Aetium ejus magistros? Plura enim nomina, sed una perfidia, impietate non dissonans, communionem discordans: non dissimilis fraude, <sup>c</sup> sed coitione discreta. Cur enim secum nolint convenire, non intelligo.

45. Eunomii personam defugiunt Ariani, sed ejus perfidiam asserunt, impietatem exsequuntur. Aiunt eum prodidisse effusius, quæ Arius scripserit. Magna cæcitatibus effusio! Auctorem probant, exsecutorem refutant. Itaque nunc in plures sese divisere formas. <sup>d</sup> Alii Eunomium, vel Aetium, alii Palladium, vel Demophilum atque Auxentium, vel perfidiæ hujus hæredes sequuntur, alii diversos. Numquid divisus est Christus? Sed qui eum a Patre dividunt, ipsi se scindunt.

46. Et ideo quoniam communiter adversus Ecclesiam Dei, quibus inter seipsos non convenit, conspirarunt, communi nomine hæreticos, quibus respondendum est, nominabo. Hæresis enim, velut

Epiphanius, qui tam de auctore ipso quam de sequacibus ejus non perfunctorie agit. Adi quoque Sozomenum lib. iii, cap. 5, edit. Val., et Socratem lib. cap. 35. Eunomius magistrum habuit Aetium, quem cum Alexandriam anno 336 convenisset, eundem anno 338 Antiochiam ad Eudoxium, uti diximus, proficiscentem comitatus est. Factus haud multo post ex Aetii notario Cyziensis episcopus, tanta vehementia prædicavit errores suos, ut Eudoxius in concilio, jubente imperatore, Constantinopoli habito illum exuere dignitate sua coactus fuerit. Rem quidem aliter Philostorgius narrat, sed ob professum in Eunomium studium, qui audiatur, plane indignus. Igitur abdicatus episcopatu idem Eunomius, ordinatis episcopis ac presbyteris, secessionem fecit; licet non videatur nisi sub Joviani imperio palam Eudoxio amicitiam renuntiassse. Qui non ignorabant in eadem opinione utrumque esse episcopum, quod Eudoxius per ignaviam defecisset ab Eunomio indignum rati, cum hujus factione sub Eunomianorum vocabulo coiverunt. Ex his fuere Georgius Alexandrinus, Acacius Cæsariensis, alique plures orientales episcopi; et inter occidentales qui Ariani partibus nomen dederunt, prope universi. Eos vero cæteri Ariani ac Semiariani rejiciebant. Scripsere Gregorius Nyssenus et Basilius contra Eunomium: de quo mentit etiam Epiphanius Hæres. 76, Augustinus de Hæres., cap. 24, et præter Theodoretum Socratem et Sozomenum, alii multi.

<sup>e</sup> Vet. edit. cum uno vel altero mss., *sed cogitatione*; Rom. cum reliquis, *sed coitione*. Multo concinnius; respondet enim superioribus illis, *communionem discordans*. Unus tamen e Thuan., *sed contentione*, non pravo sensu.

<sup>d</sup> Omnes edit. et pauci mss., *alii Eudoxium, alii Eunomium*: alii multo plures omittunt, ut monimus, *alii Eudoxium*; nonnulli etiam pro *vel Aetium*, utrobique habent, *vel Euticium*, non satis recte. At infra ubi nos cum reliquis edit. ac non minima parte mss. *alii diversos*: cæteri scite etiam præferunt, *alii e diverso sentiunt*. Quod autem ad tres illos hæreticos qui superioribus hic accensentur, cum de primis duobus ad concilium Aquil. de postremo vero plurimum locis futura sit loquendi occasio, nunc de illis nihil addemus.

quædam <sup>a</sup> Hydra fabularum, vulneribus suis crevit : et dum sæpe reciditur, pullulavit, igni debita, incendioque peritura : aut velut quædam monstruosi Scylla portenti in varias formas distincta perfidiæ, velut supervacuum Christianæ sectæ nomen obtendit : sed quos in illo impietatis suæ freto miseris inter naufragia fidei reperit fluctuantes, belluinis succincta prodigiis, tetri dogmatis sævo dente dilacerat.

47. Cujus speluncam, sancte Imperator, ut fersunt nautæ, cæcis latebris inhorrentem, omnemque ejus viciniam cæruleis canibus inter perfidiæ saxa resonantem, clausa quodammodo præterire aure debemus. Scriptum est enim : *Sepi aures tuas spinis (Eccl. xxviii, 28)*. Et alibi : *Videte canes, videte mulos operarios (Philip. iii, 2)*. Et iterum : *Hæreticum hominem post primam correptionem devota, <sup>b</sup> sciens quia subversus est qui ejusmodi est, et delinquit, cum sit proprio judicio damnatus (Tit. iii, 10, 11)*. Itaque tamquam boni gubernatores quo tutius prætermeari possimus, fidei vela tendamus, Scripturarumque relegamus ordinem.

#### 453 CAPUT VII.

*Ex Paulo, prophetis atque Evangelio Christus assertitur Patri similis; maxime vero ex hominibus ad similitudinem divinam creatione.*

48. Apostolus dicit imaginem Patris Christum esse; ait enim quod ipse sit imago Dei invisibilis, primogenitus universæ creaturæ (*Coloss. i, 15*). Primogenitus, inquit, non primocreatus; ut et genitus pro natura, et primus pro perpetuitate credatur. Alibi quoque Apostolus asseruit quod ipsam posthæredem omnium, per quem fecit et sæcula, qui est splendor gloriæ, et character substantiæ ejus (*Hebr. i, 2*). Imaginem Apostolus dicit, et Arius dicit esse dissimilem : cur imago, si similitudinem non habet? in picturis homines nolunt esse dissimiles, et Arius dissimilem Patrem contendit Filium, et vult ut Pater dissimilem genuerit sui, quasi impotens qui generare similem non potuerit.

49. Prophetæ dicunt : *In lumine tuo videbimus lumen (Psal. xxxv, 10)*. Prophetæ dicunt : *Splendor est enim lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius (Sap. vii, 26)*. Vide quanta dicantur. *Splendor*; quod claritas paternæ lucis in Filio sit : *speculum sine macula*; quod Pater videatur in Filio : *imago bonitatis*; quod non corpus in corpore, sed virtus in Filio tota cernatur. *Imago* docet non esse dissimilem, *character* expressum esse significat, *splendor* signat æternum. Imago utique

<sup>a</sup> Monstra poetarum fabulis decantata, et ignota nemini. Cum his autem quam pulchre comparentur hæresis atque hæretici, tum Hydræ virus ac septena capita dum truncabantur, succrescentia : tum scyllæorum canum latratus et rabies, nec non crebra imprudentium ad eundem scopulum naufragia plus satis probant. Sed de his vir sanctus iterum lib. iii, cap. 1.

<sup>b</sup> Non pauci mss., *sciens quia perversus est*. Et infra

non vultus est corporalis, non fucis composita, non ceris : sed simplex de Deo, egressa de Patre, expressa de fonte.

50. Per hanc imaginem Philippo Patrem Dominus demonstravit, dicens : *Philippe, qui me videt, videt et Patrem. Et quomodo tu dicis : Ostende nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est (Joan. xiv, 9 et 10)?* Videt enim in imagine Patrem; quod videt in Filio. Vides quam imaginem dicit? Imago ista veritas est, imago ista justitia est, imago ista Dei virtus est : non muta; quia Verbum est : non insensibilis, quia sapientia est : non inanis, quia virtus est : non vacua, quia vita est : non mortua, quia resurrectio est. Vides ergo quia dum imago dicitur, Patrem significat esse cujus imago sit Filius; quia nemo potest ipse sibi imago sua esse.

51. Plura possem <sup>d</sup> de Filii testimoniis dicere, sed ne forte ipse sibi nimium fuisse dicatur, Patrem interrogemus. Nempe ipse dixit : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram (Gen. i, 26)*. Pater Filio dicit : *Ad imaginem et similitudinem nostram*; et tu dissimilem Filium Dei dicis?

52. Joannes dicit : *Dilecti, filii Dei sumus, et nondum apparet quid erimus : scimus quia si revelatum fuerit, similes ei erimus (I Joan. iii, 2)*. O improvida amentia! o impudens perveracia! Homines sumus, et in quò possumus, ad similitudinem Dei erimus; et similem audemus Dei Filium denegare?

53. Ergo Pater dixit : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*. In principio ipsius mundi Patrem et Filium esse audio, et animum opus cerno. Audio loquentem, agnosco facientem; sed et Patris et Filii anam imaginem, unam similitudinem lego. Similitudo hæc non diversitatis, sed unitatis est. Quod igitur tibi usurpas, Filio Dei derogas; cum utique nisi per imaginem Dei, ad imaginem Dei esse non possis.

#### CAPUT VIII.

*Ex probata Filii cum Patre similitudine, eundem æternum etiam esse haud ægre demonstrari, quod nihilominus astruitur e prophetiis Esaiæ, ac Joannis Evangelio; cujus ultimi auctoritate obrui hæresiarum declarantur.*

54. [Alias cap. V.] Claret igitur non esse dissimilem, et ideo proclivior via est, ut etiam sempiternum esse fateamur, cum similis sempiterni utique sempiternus sit. Si autem Patrem sempiternum dicimus, et hoc idem Filium denegamus, dicimus esse

unus, proprio vitio damnatus.

<sup>c</sup> Mss. haud pauci, *non mutabilis*; reliqui atque edit., *non muta* melius, ut ostendit subjecta ratio. quia Verbum est.

<sup>d</sup> Omnes edit. et pauci mss., *de Filii testimoniis*; commodius reliqui, *de Filii testimoniis*, id est, ab ipso Filio redditus, ut quæ continuo sequuntur, liquido produnt.

dissimilem; sempiterno enim temporale dissimile est. Clamat Propheta sempiternum, clamat et Apostolus sempiternum: plenum est velus Testamentum testimoniis Filii sempiterni, plenum est novum.

55. Ordinem ergo teneamus. Scriptum est in veteri Testamento, ut vel unum de pluribus dicam: *Ante me non fuit alius Deus, et post me non erit* (Esaï. XLIII, 10). Nihil ergo argumentabor, teipsum interrogo. Quis hoc dicit, Pater, an Filius? Utrum dixeris, a eo te convinci intelliges: vel si credas, doceri? Quis ergo hoc dicit, Pater, an Filius? Si Filius: *Ante me, inquit, non fuit alius Deus*: Si Pater: *Post me, inquit, non erit*. Illic priorem, ille posteriorem non habet: invicem in se et Pater in Filio, et Filius in Patre cognoscitur. Cum enim Patrem dixeris, ejus etiam Filium designasti; quia nemo ipse sibi pater est: cum Filium nominas, etiam Patrem ejus fateris; quia nemo ipse sibi filius est. Itaque nec Filius sine Patre, nec Pater potest esse sine Filio. Semper igitur Pater, semper et Filius.

56. *In principio enim erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum* (Joan. I, 1). *Erat, inquit, apud Deum. Erat, erat, erat, erat: ecce quater erat. Ubi impius invenit quod non erat? Alibi quoque Joannes in epistola sua dicit: Quod erat in principio* (I Joan. I, 1); indefinite tenditur, *erat*: quidquid excogitaveris, *erat* Filius.

57. Omnes autem hæreses hoc capitulo brevi piscator noster exclusit. Quod enim erat in principio, non includitur tempore, non principio prævenitur. Ergo Arius conticescat. Quod autem erat apud Deum, non permixtione confunditur: sed manentis Verbi apud Patrem solida perfectione distinguitur, ut Sabellius obmutescat. *Et Deus erat Verbum*. Non ergo in prolatione sermonis hoc Verbum est, sed in illa cœlestis designatione virtutis, b ut concludatur 455 Photinus. Quod vero erat in principio apud Deum, sempiternæ divinitatis in Patre et Filio inseparabilis unitas edocetur c ut erubescat Eunomius. Postremo cum omnia per ipsum facta dicantur, ipse conditor novi utique Testamenti et veteris designatur; ut Manichæus locum tentationis habere non possit. Ita piscator bonus intra unum omnes rete conclusit; ut faceret inhabiles fraudi, quamvis essent inutiles captioni.

#### CAPUT IX:

*Hæreticos interrogat Vir sanctus, ostensaque illorum responsione, qua Filium omni quidem tempore priorem, Patre autem posteriorem esse affirmabant, in Deum induci mutationem, æternitatem utrique personæ tribuendam colligit.*

58. Dic mihi, hæretice, dat enim veniam clemen-

a Mss. aliquot, *ecce te convinci intellige*.

b Veteres edit. et quidam mss., *ut confitetur*; optime. Rom. edit. et alii cod. majori numero, et antiquitate, *ut confutetur*. Photinus enim cum veram alicujus sententiam aperiebat, Verbum non substantiale atque *ἰνδιαιτέρον*, sed transiens ac *προσφορικόν*

issimus imperator, ut te d non colloquendi studio, nec audiendi cupiditate, sed exponendi gratia, paulisper alloquar: dic mihi, inquam, fuitne aliquando tempus quo omnipotens Deus Pater non erat, et Deus erat? Tempus, inquis, non astruo. Bene et argute. Si enim tempus dixeris, te ipse convinces: quia necesse est asseras fuisse tempus ante Filium, cum Filius temporis auctor sit et creator; non potest enim post opus suum ipse cœpisse: necesse est igitur auctorem operis sui esse fatearis.

59. Ante tempora, inquis, non nego Filium: sed cum Filium dico, ostendo priorem Patrem, quia Pater, inquis, Filio prior. Quid est hoc? Negas esse tempus ante Filium, et tamen nescio quid ante Filium vis præcessisse, quod temporis sit; et ostendis mediam nescio quæ molimina fuisse generandi, in quo generationem Patris significas temporalem. Nam si Pater esse cœpit, Deus ergo primo erat, postea Pater factus est. Quomodo ergo immutabilis Deus? Si enim ante Deus, postea Pater: utique generationis accessione mutatus est.

60. Sed averiat Deus hanc amentiam; nos enim ad impietatem eorum redarguendam, hanc retulimus quæstionem. Pia namque mens generationem sine tempore asserit; ut et sempiternum Patrem cum Filio dicat, nec aliquando asserat esse mutatum.

61. Jungat igitur honorificentia Patri Filium, quem divinitas junxit: non separet impietas, quem generationis proprietas copulavit. Honorificemus Filium, ut honorificemus et Patrem, sicut et in Evangelio scriptum est (Joan. v, 23). Sempiternitas Filii Paternæ majestatis insigne est. Si iste non semper fuit, ergo ille mutatus est: sed semper fuit Filius, ergo nec Pater aliquando mutatus est; quia immutabilis semper est. Itaque videmus quod illi qui volunt negare Filium sempiternum, volunt Patrem docere esse mutatum.

#### 456 CAPUT X.

*Ubi Christi æternitatem confirmavit ex Apostolo, Divinam generationem non ad humanæ modulum exigendam, aut curiosius excutiendam, ut declinatis quæ hinc nascuntur, difficultatibus, quidquid more corporeo de hac generatione dicitur, spiritali sensu intelligendum esse declarat.*

62. Accipe aliud quo clarent Filium sempiternum. Apostolus dicit quod Dei sempiterna virtus sit e atque divinitas (Rom. I, 20): virtus autem Dei Christus; scriptum est enim Christum esse Dei virtutem, et Dei sapientiam (I Cor. I, 24). Ergo si Christus est Dei virtus, quia virtus Dei sempiterna: sempiternus igitur et Christus.

esse contendebat, ut jam dictum est.

c Edit., *ut erubescat Eudoxius et Eunomius*.

d Edit. omnes, ac mss. aliquot, *non obloquendi*; alii vero etiam plures, *non colloquendi*.

e Ehrul. codex, *atque sapientia*.

63. Non ergo ex usu generationis humanæ calumniam, hæretice, struas; neque ex nostro sermone componas. Neque enim angustis sermonibus nostris immensæ magnitudinem possumus divinitatis includere, cuius magnitudinis non est finis (*Ps. cXLIV, 3*). Namque hominis generationem si definire contendas, tempus ostendis: generatio autem divina supra omnia est: late patet, supra omnes cogitationes ascendit et sensus. Scriptum est enim: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me* (*Joan. xiv, 6*). Quidquid igitur de Patre cogitaveris, quamlibet ejus æternitatem, non potes de eo aliquid nisi per Filium cogitare: nec potest ullus ad Patrem nisi per Filium transire sensus. *Hic est, inquit, Filius meus dilectissimus* (*Matth. xvii, 5*). <sup>a</sup> *Est, inquit, qui quod est, semper est. Unde et David: In æternum, inquit, Domine, permanet Verbum tuum in cælo* (*Ps. cxviii, 89*). Quod enim manet, nec substantia, nec æternitate deficit.

64. Quæris a me quomodo Filius sit, si non priorem habeat Patrem? Quæro item abs te, quando aut quomodo Filium putes esse generatum? Mihi enim impossibile est generationis scire secretum: mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed et angelorum. Supra Potestates, supra Angelos, supra Cherubim, supra Seraphim, supra omnem sensum est; quia scriptum est: *Pax autem Christi* <sup>b</sup> *quæ est supra omnem sensum* (*Phil. iv, 7*). Si pax Christi supra omnem sensum est, quemadmodum non est supra omnem sensum tanta generatio?

65. Tu quoque manum ori admove, <sup>c</sup> scrutari non licet superna mysteria. Licet scire quod natus sit: non licet discutere quemadmodum natus sit. Illud negare mihi non licet, hoc quærere metus est. Nam si Paulus ea quæ audivit raptus in tertium cælum, ineffabilia dicit, quomodo nos exprimere possumus paternæ generationis arcanum, quod nec sentire potuimus, nec audire?

66. Verum si me ad consuetudinem trahis generationis humanæ, ut Patrem dicas priorem; vide utrum ad generationem Dei terrenæ generationis exempla convenient. Si secundum hominem loquamur, negare non poteris priores esse in homine patris quam filii passiones. **457** Prior crevit, prior senuit, prior doluit, prior flevit. Si igitur hic tempore minor, ille antiquior passione. Si hic genera-

<sup>a</sup> Vet. edit. cum mss. perpaucis, *Est, inquit, quod indesinenter est.*

<sup>b</sup> Mss. non pauci, *quæ exuberat omnem sensum. Si pax Christi superat, etc.*

<sup>c</sup> Nimiam in scrutandis rebus divinis ac potissimum Filii generatione curiositatem non solus damnavit Ambrosius; eam enim cæteri fere Patres eodem modo proscriptam voluerunt. Sic Athanasius Orat. 3 in Arian., Basilius. Hom. 29, Gregorius Nazian. Orat. 4, Cyrillus Hierosol. Catech. 11, Cyrillus Alex. Dial. 2 de Trinit. Hilarius, lib. n, atque alii. Nec tamen theologi nostri, qui de eadem generatione in scholis disputant, propterea sunt condemnandi; non enim ab inquieti ac superbi animi vitio, ut in hæreticis, nascuntur illorum disputationes, sed ab humili ac pia voluntate descendit.

tionis incurrit ætatem, nec ille generandi evasit pudorem.

67. Quid te ista quæstionum tormenta delectant? Audis Dei Filium: aut dele nomen, aut agnosce naturam. <sup>d</sup> Audis uterum, agnosce generationis perspicuæ veritatem. Audis cor, Verbum intellige. Audis dexteram, agnosce virtutem. Audis os, agnosce sapientiam. Non hæc sunt in Deo corporaliter æstimanda. Incomprehensibiliter generatur Filius: impassibiliter generat Pater; et tamen ex se generavit, et ante omnem intellectum generavit Deus verus Deum verum. Pater diligit, et tu discutis: Pater complacet, et tu cum Judæis invides: Pater honorificat, et tu cum gentibus conviciaris.

#### CAPUT XI.

*Non posse probari e Scriptura Patrem Filio priorem esse; neque etiam argumentis ex hominum generatione desumptis; cum inde innumera secutura essent absurda: quod autem Christum ex tempore natum audent pronuntiare, id cumulum esse impietatis.*

68. Quæris a me utrum prior non possit esse, qui Pater est. Quæro a te, ut doceas quando Pater prior fuerit, testimoniis, aut argumentis collige veritatem. Si testimoniis, accepisti utique sempiternam Dei esse virtutem. Legisti etiam dicentem: *Israel, si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum* (*Ps. lxxx, 10*). Aliud horum æternitatem, aliud <sup>e</sup> proprietatæ substantiæ indifferentis significat; ut neque posteriore Patre, neque alterius divinitatis Filium esse credamus. Nam si Patre posterior est, recens est: et si unius non est divinitatis, alienus est. Sed nec posterior; quia recens non est: nec alienus, quia ex Patre natus; quia *supra omnia est Deus benedictus in sæcula* (*Rom. ix, 5*). si cut scriptum est.

69. Sed si alienum putant, <sup>f</sup> cur adorant eum, cum scriptum sit: *Neque adorabis Deum alienum* (*Ps. lxxx, 10*)? Aut si non adorant, fateantur, et finis est; ne quem sub religiosi nominis professione decipiant. Hæc nempe sunt testimonia Scripturarum. Aut si habes aliud, proferre debebis.

70. Superest ut et argumentis veritas colligatur. Quamquam etiam humanis testimoniis argumenta cedere solcant; arguuntare tamen, hæretice, ut

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *Audis verum, agnosce.... corpora libus æstimanda.*

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *unitatem substantiæ.*

<sup>f</sup> Hæc obiectio haud leviter urgebat illos hæreticos, quam proinde ipsis subinde obijcere Ambrosius non prætermisit: attamen eidem reponebant Patrem in Filio tanquam regem in imagine abs se adorari colique, ut ex Athanasii orat. 4 in Arianos discere est. Sed cum sequatur ex hoc responso eandem quoque venerationem homini utpote ad imaginem Dei condito exhiberi posse; illo effugio nihil obstante, auctores ejus in ethnicorum ferme ordinem reposuerunt idem Athanasius orat. 3 et 4 contra eosdem, Basilius hom. 27 in Sabell., Gregorius Nyss. et alii. Consule etiam Valesii notas ad lib. III Hist. Theodor. 28.

voles. Usu, inquis, accipimus eo qui nascitur, priorem esse qui generat. Persequere igitur omnia vestigia consuetudinis, et sicætera conveniunt, non obisto quin et istud requiras : si autem nulla concordant, quemadmodum cum desint cætera, hoc solum exigit? Ergo quia usum requiris, quando generatus est ex Patre, parvulus fuit. Vidisti in cunis infantulum vagientem, processus aliquos accepit ætatis; si enim infirmitatem generationis habuit, necesse est **458** ut non solum nascendi, sed etiam vivendi inciderit infirmitatem.

71. Sed fortasse eo prolabaris amentia, ut de Dei Filio ista non abnuas, qui eum ex infirmitate metiris humana; quid si Deum negare non potes nomine, infirmitate tamen hominem vis probare? Quid si dum Filium discutis, Patrem arguis: et dum Christo præjudicas, Patrem adjudicas?

72. Nam si divina generatio subjecta tempori fuit, et id ex usu generationis usurpatur humanæ; ergo et Pater corporali utero portavit Filium, decem mensium curriculum onus vexit. Sed quomodo sine sexu altero generationis usus? Vides solemnem generationis seriem non cœpisse, et tu a partus cujusdam corporæ necessitatis putas fuisse solemnes. Tu usum quæris, ego sexum: tu tempus exigit, ego ordinem: tu finem discutis, ego quæro principium, Nempe finis ex principio, non principium pendet ex fine.

73. Omne, inquis, quod natum est, principium habet; et ideo quia Filius est, principium habet, et ex tempore esse cœpit. Quod ipsorum ore sit dictum. Ego autem Filium natum esse profiteor: quod reliquum est impietatis, horresco. Denm confiteris, homo, et tali circumscribis calumpnia? Deus hanc averruncet amentiam.

## CAPUT XII.

*Iteratæ in Filium objectioni iterum respondetur eum retorqueri etiam in Patrem posse; cum ergo Pater nec loco, nec tempore, aliave ulla creatura indigeat, sic nec eorum indigentiam attribuendam Filio: cujus singularis generatio est non solum e Patre, sed etiam e Virgine; proptereaque cum in hac non sexus aut similia locum habuerint, in illa quoque non habuisse.*

74. Rursus obijciunt: Ergo non est Filius, si non habet quæ habent filii. Ignoscat mihi Pater, ignoscat Filius, ignoscat et Spiritus sanctus, b quæstionem pro pietate referre cupienti. Est certe Pater, et manet semper: sunt etiam creaturæ pro dispositione divina. Est ergo aliquid earum quod non subjectum sit aut locis, aut temporibus, aut creationi, aut

<sup>a</sup> Omnes edit. cum paucis mss., *partus cujusdam corporæ necessitates*; alii mss. multo plures potioresque, *partus cujusdam corporæ necessitatis*; id est, partus corporæ conditionis necessitati subditos atque astrictos putas.

<sup>b</sup> Teller. codex unus, *quæstionem de proprietate*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *dicere, est aliquid grave*.

A causæ alicui vel auctori? Profecto nihil. Quid ergo dicitis? Est horum aliquid quo egeat Pater? Impium est dicere. Ergo aut desinite, quæ creaturarum sunt, aptare divinitati: aut si comparare contenditis, considerate quo vestra procedat impietas; quod absit ut vel in sensus nostros aliquando veniat.

75. Nos enim piam responsionem tenemus. Namque omnipotens Deus est, et ideo nullo eorum Pater indiget, qui non habet mutationem sui aliquam, vel profectum quo nos egemus, quorum infirmitas ex hujusmodi rebus profectum accipit. Qui autem omnipotens est, **459** utique non creatus, et sine loco, et supra tempora est. Nihil enim ante Deum, immo hoc ipsum Verbum, ante Deum c dicere esse aliquid, B grave. Ergo si ita est, quia nihil horum est in Deo Patre, quæ profectum significant; quia Deus est: nihil horum aptari etiam potest Dei Filio, ut vel initium accipiat, vel profectum; quia Deus verus ex Deo vero est.

76. Ergo quia usitatum non reperimus ordinem, acquiesce, Ariane, præcipuam Filii generationem fuisse. Acquiesce, inquam; et si mihi non credis, erubescere vel Dei vocem dicentis: *Cui me similem æstimastis (Esai. XLVI, 5)?* Et iterum: *Quia non sicut homo, ita et Deus (Num. XXIII, 19)*. Etenim si operatio Dei præcipua est, quia non manibus operatur aliquid, non labore conficit, non diebus absolvit; *Ipse enim dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt (Psal. CXLVIII, 5)*: cur non credamus præcipuam C generationem esse ejus in Filio, cujus d præcipuam creationem in operibus agnoscimus? Dignum certe est ut specialiter et præcipue videatur generasse Filium. Habeat generationis inusitatæ gloriam, qui habet potestatis inusitatæ gratiam.

77. Non sola admirabilis ex Patre generatio Christi, admirabilis etiam ipsa generatio ejus ex Virgine. Tu illam dicis nostræ similem conceptionis, et ego probo et istam nostræ esse dissimilem, immo te ipsum cogam fateri. Dic quemadmodum sit natus ex Maria, quo usu uterus eum habuerit virginalis, quomodo sine semine viri partus, unde virgo prægnans, quemadmodum e puella mater ante fetus, quam copulam e uxore experta? Causa deerat, et generabatur filius. Unde ergo legis novatæ partus?

D 78. Si igitur in Virgine usus deluit generationis humanæ, quemadmodum in Deo Patre propriæ generationis usum requiris? Certe usus in sexu est, quia sexus in carne est: ubi ergo caro non est, quemadmodum carnis infirmitatem exigit? Nemo meliorem discutit: credere tibi jussum est, non discutere permissum est. Scriptum est enim: *Credidit*

<sup>d</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *præcipuam operationem*; alii nonnulli, *præcipuam generationem*; cæteri melius, *præcipuam creationem*, activam scilicet, quæ creavit universa per Filium.

<sup>e</sup> Ita mss. plerique; nonnulli alii, *matris ante fetus, quam copulam uxoris*; alii demum et edit. omnes, nobiscum faciunt, nisi quod pro *fetus*, plures offerunt *feta*.

Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam (Gen. xv, 6). Nec solum in generatione Filii sermo deficit, sed etiam in operibus Dei. Scriptum est enim: *Omnia opera ejus in fide* (Psal. xxxii, 4). Opera ergo in fide, generatio sine fide? Et discutimus quæ non videmus, qui jubemur credere magis quam discutere, quæ videmus.

### CAPUT XIII.

*Quæstionem quomodo genitus sit Filius solvit sanctus Doctor; et revelationi credendum Nabuchodonosoris ac Petri exemplo docet. Hujus ultimæ visionis æternitatem divinitatenque Filii signatam esse; atque adeo illi credendum neglectis philosophis, quibus jam ubique fides abrogabatur. Contra verò gentilibus ostenduntur similes Ariani.*

79. Dicit aliquis: Quomodo generatus est <sup>a</sup> Filius? Quasi sempiternus, quasi Verbum, **460** quasi splendor lucis æternæ, quia simul splendor operatur, ut nascitur. Apostoli istud exemplum est, non est meum. Noli ergo credere quod fuerit vel momentum aliquod quo fuerit sine sapientia Deus, aut sine splendore lux (Hebr. i, 3). Noli, Ariane, ex nostris æstimare divina: sed divina crede, ubi humana non inveniis.

80. Rex gentilis in igne cum tribus pueris Hebræis quarti quasi angeli vidit figuram: et quia præstare putabat angelis, Dei Filium, quem non legit, sed credidit, judicavit (Dan. iii, 92). Abraham quoque tres vidit, et unum adoravit (Gen. xviii, 2).

81. Petrus in monte Moysen et Eliam cum Filio Dei vidit, nec erravit in natura, nec erravit in gloria. Denique quid facere deberet, non illos, sed Christum interrogavit; nam etsi tribus parabat obsequium, unius tamen exspectabat imperium. Sed quoniam vel tabernaculorum numerum deferendum tribus simpliciter æstimavit, emendatur Dei Patris auctoritate dicentis: *Hic est Filius meus dilectissimus, ipsum audite* (Matth. xvii, 5), id est: Quid conservos tuos cum Domino socias tuo? *Hic est Filius meus.* Non Moyses filius, non Elias filius: sed hic Filius. Sensit emendationem apostolus, procidit in faciem, consternatus Patris voce, et Filii claritate: sed sublevatur a Filio, qui jacentes erigere consuevit. Unum vidit, solum vidit Dei Filium. Recesserunt enim servuli, ut solus Dominus, qui solus designabatur Filius, videretur.

82. Quid igitur sibi voluit illa visio, non æqualita-

<sup>a</sup> Edit. omnes, *Filius quasi sempiternus, quasi Verbum, quasi splendor lucis æternæ, quia splendor simul operatur, ut nascitur?* Aptius miss. fere ad unum, ut nos in textu.

<sup>b</sup> Cum pone cum hoc loco quæ super hac quæstione disputat ante exortam Arianorum hæresim Irenæus l. iv adv. Hæres., c. 26. et postmodum Hilarium lib. iii et iv de Trinit., Basilium l. ii, adv. Eunom., Augustinus etiam de Tripit. lib. ii, cap. 7, Prudentius et alii.

<sup>c</sup> Liqueat ex hoc toto loco eorum qui tunc temporis philosophiam profitebantur, plurimos idolia mancipabos fuisse. Jam inde ab anno 562, legem sanxerat Julianus apostata, quæ Christianos a docendis

tem Christi servorumque significans, sed mysterium signans, nisi ut appareret nobis quod Lex et Prophetæ cum Evāgelio congruentes, sempiternum Dei Filium, quem annuntiaverant, revelarent? Ergo et nos cum audimus ex utero Filium, ex corde Verbum, credamus quia non plasmatus manibus, sed ex Patre natus: non artificis opus, sed progenies est parentis.

83. Et ideo qui dicit: *Hic est Filius meus*, non dixit: *Hic est temporalis*; non dixit: *Hæc est creatura mea, hæc factura mea, hic servus meus*; sed hic Filius meus, quem videtis in gloria. Hic est Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, qui apparuit in rubo Moysi, de quo Moyses ait: *Qui est, misit me* (Exod. iii, 14). <sup>b</sup> Non Pater in rubo, non Pater in eremo: sed Filius Moysi locutus est. Denique de ipso Stephanus dixit: *Hic est qui fuit in Ecclesia, in eremo, cum angelo* (Act. vii, 38). Hic est ergo qui Legem dedit, ipse qui locutus est Moysi, dicens: *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob* (Exod. iii, 16). Hic est ergo Deus patriarcharum, hic Deus est prophetarum.

84. Filium ergo legimus: mens tua percipit lectionem, edat lingua confessionem. Aufer hinc argumenta, ubi fides quæritur: in ipsis gymnasiis suis jam dialectica taceat. Non quæro quid loquantur philosophi, requiro quid faciant. Soli in suis gymnasiis remanserunt. Vide **461** quam fides argumentis præponderet. <sup>c</sup> Illi quotidie a suis consortibus deseruntur, qui copiose disputant: isti quotidie crescunt, qui simpliciter credunt. Non creditur philosophis, creditur piscatoribus: non creditur dialecticis, creditur publicanis. Illi voluptatibus et deliciis orbem ligarunt, isti jejuniis et doloribus exuerunt. Plures itaque jam cœpit illicere injuria, quam voluptas.

85. Nunc videamus quo distant a gentilibus Ariani. Illi deos appellant disparæ sexu, dissimiles potestate: isti Trinitatem asserunt differentis divinitatis, et dissimilis potestatis. Illi deorum suorum principum asseverant temporale; et isti Christum cœpisse ex tempore mentiuntur. Nonne ex philosophis omnem impietatis suæ traxerunt colorem? Illi tamen quod venerantur, amplificat: isti Dei Filium creaturam asserunt esse, qui Deus est.

### CAPUT XIV.

*Creaturam non esse Dei Filium hinc astruit, quod*

descendisse litteris humanioribus ac philosophia in gymnasiis publicis removebat: cuius leg. 3 de Medic. et Profess. Cod. Theod. appendicem esse Baronius atque alii observarunt. Contra cujus constitutionis injustitiam reclamaverunt non modo scriptores christiani, sed etiam infideles; ut legimus apud Gregorium Nazian. Orat. i in Jul., Hieronymum in Chronico, Ambrosium contra Symon., Augustinum de Civit. Dei lib. xviii, c. 5, Ammian. Marcellinum lib. xxii, et alios. At revocata inanes ea lex a Valentiniano, ut patet ex sequentibus **ann. 6 et 7**, in qua consule Godofredo. Cum autem pagani istam legibus a scientiarum professione non prohiberentur, in eadem publice exercenda perseverarunt.



non iusserit sibi predicari Evangelium, quod creatura vanitati subdita sit, quod omnia creaverit, quod legatur genitus, quod tandem tradita fuerit generationis et adoptionis differentia: ubi utraque natura in ipso declaratur. Quæ tot ac tanta testimonia Apostolicæ expositione confirmantur.

86. [Alias cap. VI.] Patuit, ut arbitror, sancte Imperator, neque dissimilem Patri, neque ex tempore esse Dominum Jesum. Restat ut illud quoque sacrilegium redarguatur, et probemus creaturam non esse Dei Filium: in quo nobis presentis oraculum lectionis aspirat; audivimus enim legi, dicente Domino: *Itē in orbem universum, et predicatē Evangelium universæ creaturæ* (Marc. LXVI, 15). Qui universam creaturam dicit, nullam excipit. Et ideo ubi sunt, qui creaturam Christum appellant? Nam si creatura esset, numquid ipse sibi mandaret Evangelium predicari? Non igitur creatura est, sed creator, qui docenda creaturæ discipulis suis mandat officium.

87. Non creatura Christus: Vanitati enim creatura subjecta est, sicut Apostolus dixit (Rom. viii, 20). Numquid ergo Christus subjectus est vanitati? Rursum juxta eundem Apostolum: *Creaturæ congemiscit et comparturit usque nunc* (Ibid., 22). Numquid ergo Christus congemiscit et comparturit, qui nostros a morte gemitus liberauit? *Creatura, inquit, liberabitur a servitute corruptionis* (Ibid., 21). Videmus igitur magnam inter creaturam<sup>a</sup> et Dominum esse distantiam; quia servitus creatura est; Dominus autem spiritus est; ubi autem spiritus Domini est, ibi libertas (II Cor. iii, 17).

88. Quis hunc induxit errorem, ut eum qui creavit omnia, qui fecit omnia, diceret creaturam? Numquid ipse Dominus se creavit? Si enim lectum est quod per ipsum omnia facta sunt, et sine ipso factum est nihil (Joan. i, 3): numquid ipse se fecit? **462** Si lectum est, quod negari non potest, quia Deus in sapientia fecit omnia: numquid verisimile videri potest<sup>b</sup> quia in se ipsa est facta sapientia (Psal. ciii, 24)?

89. Legimus genitum; quia Pater dixit: *Ego ex utero ante Luciferum genui te* (Psal. cix, 3). Legimus primogenitum (Matth. i, 25): Filium, legimus unigenitum (Joan. i, 14)? primogenitum, quia nemo ante ipsum: unigenitum, quia nemo post ipsum: **D** legimus etiam: *Generationem ejus quis enarrabit* (Esai. liii, 8)? *Generationem, inquit, non creationem*. Quid bis tantis ac talibus conferri potest.

90. Ostendit etiam Dei Filius distantiam generationis et gratiæ, dicens: *Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum: Deum meum, et Deum vestrum* (Joan. xi, 17). Non dixit: *Ascendo ad Patrem nostrum, sed: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum*. Separatio ista diversitatem ostendit, quod illius generator, noster creator sit.

<sup>a</sup> Non pauci mss., et Deum esse distantiam.

<sup>b</sup> Omnes edit., cum paucis mss., quia a se ipsa: concinnius vero mss. longe plurimi, quia in se ipsa.

91. Et addidit: *Deum meum, et Deum vestrum*; qui licet ipse et Pater unum sint, et illi Pater sit proprietate naturæ, nobis Deus Pater creperit esse per Filium, non naturæ jure, sed gratiæ; tamen utramque naturam hic significare videtur in Christo et divinitatis et carnis, divinitatis ex Patre, carnis ex matre, illamque ante omnia, istamque ex Virgine. Denique ante Patrem ut Filius nominavit, Deum postea ut hominem nuncupavit.

92. Ubique autem Deum suum quod ex persona dicat hominis, testimonia docent: *Deus, Deus meus, respice me; quare me dereliquisti* (Psal. xxi, 1)? Et alibi: *De ventre matris meæ Deus meus es tu* (Ibid., 11). Et supra quasi homo patitur: et infra homo est, qui ex matris ventre jactatur. Itaque cum dicit: *De ventre matris meæ Deus meus es tu*; significat eum qui Pater semper erat, ex eo Deum sibi esse, ex quo de ventre matris jactatus est.

93. Cum igitur in Evangelio, in Apostolo, in prophetis generationem Christi legerimus, unde audent dicere creatum esse vel factum? Et quidem in quo creatum legerint, in quo factum, considerare debent. Edoctum est enim Dei Filium de Deo esse genitum, de Deo natum: factum autem in quo legerint, diligenter advertant; non enim Deus factus, sed Deus Dei Filius natus est: postea autem secundum carnem homo factus ex Maria est.

94. Si mihi non credunt, credant Apostolo dicenti: *Postquam vero venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege* (Galat. iv, 4). *Filium, inquit, suum, non unum de multis: non communem, sed suum*. Suum cum dicit, generationis æternæ proprietatem signavit. Hunc postea *factum ex muliere* asseruit, ut factura non divinitati, sed assumptioni corporis ascriberetur: *factum ex muliere* per carnis susceptionem: *factum sub Lege* per observantiam Legis: generatio autem illa cælestis ante Legem, ista post Legem (Conc. Chalcedon. act. 1, in exposit. fid. Nic.).

#### 463 CAPUT XV.

*Duobus Scripturæ locis quibus factus et creatus Christus dicitur, ut satisfaciatur sanctis Præsul: illos non nisi secundum naturam hominis ipsi convenire declarat: in quibus etiam præteritum pro futuro positum esse ex sacrorum codicum auctoritate planum facit.*

95. [Alias cap. VII.] Unde et illud vana jactare consueverunt quod scriptum est: *Et d. Dominum eum et Christum fecit Deus*. Imperiti legant talium, et intelligant; sic enim scriptum est: *Et Dominum eum fecit, et Christum fecit Deus hunc Jesum, quem vos crucifixistis* (Act. ii, 36). Non divinitas crucifixa, sed caro est. Hoc utique fieri potuit, quod potuit crucifigi. Non ergo factura Dei Filius.

96. Facessat igitur et illud, de quo calumniari.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *Et quid est in quo creatum.*

<sup>d</sup> Edit., *et Deum eum... et Deum eum fecit.*

solent, et discant quemadmodum dictum sit : <sup>a</sup> *Dominus creavit me.* ( *Prov.* viii, 22 ). Non dixit : Pater creavit, sed *Dominus creavit me.* Caro Dominum agnoscit, gloria Patrem significat : creatura nostra Dominum consistetur, <sup>b</sup> charitas Patrem novit. Itaque quis ignoret quia ob causam incorporationis hoc dicitur ? In eo igitur se creatum dicit, in quo et hominem testificatur dicens : *Quid me quæritis occidere hominem, qui veritatem locutus sum vobis* ( *Joan.* vii, 20 ) ? Hominem dicit, in quo et crucifixus et mortuus, et sepultus est.

97. Nec dubitandum quod præteritum posuit, quod erat futurum : hæc enim consuetudo est prophetiæ, ut quæ futura sunt, vel quasi præsentia, vel quasi facta dicantur. Denique in psalmo xxi legisti : *Tauri pingues obsederunt me* ( *Psal.* xxi, 13 ) ; legisti etiam : *Diviserunt sibi vestimenta mea* ( *Ibid.*, 19 ) : quod evangelista de tempore passionis prophetatum esse significat ; Deo enim quæ sunt futura, præsentia sunt : et ei cui præcognita sunt omnia, <sup>c</sup> ventura pro factis sunt, sicut scriptum est : *Qui fecit quæ ventura sunt* ( *Esai.* xlv. ).]

98. Nec mirum si ante sæcula fundatum se esse dicit, cum legeris prædestinatum ante tempora sæcularia. Quam vere de incarnatione id videatur expressum, declarant sequentia : *Sapientia, inquit, ædificavit sibi domum, et subdidit columnas septem, et interfecit suas hostias : miscuit in cratera vinum suum, et paravit suam mensam ; et misit suos servos, convocans cum altissima prædicatione, dicens : <sup>d</sup> Qui est insipiens declinet ad me* ( *Prov.* ix, 1 et seq. ). Nonne in Evangelio post incarnationem hæc omnia videmus esse completa, quod sacri convivii celebravit mysteria, quod apostolus misit, voce magna clamavit dicens : *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat* ( *Joan.* vii, 37 ) ? Ergo sequentia respondent prioribus, et totius cursum incarnationis videmus prophetiæ expositione digestum.

99. Multa alia documenta præsto esse possent huiusmodi de incarnatione dicta videri : sed non me involvo libris, ne tractatus videatur esse diffusior.

#### 464. CAPUT XVI.

*Arianos, si creatum et genitum illis idem sit, Christo inferre injuriam : sin autem illa distare credant, quem legerint genitum, creaturæ loco non habendum. Hoc Pauli ne creaturæ serviatur, prohibentis ; Christi tamen se servum esse profitentis, testimonio confirmari : cui potius credendum quam Ario. Subditur etiam creaturam in Deo non esse, cum simplex sit : nec Filium in creaturæ ordinem redigendum ; cum in eo Patri complaceat.*

100. Nunc ipsos Arianos interrogo, utrum idem

<sup>a</sup> Huic loco quem non mediocriter jactabant Ariani, numquam non eodem modo respondet Ambrosius, puta in psalm. cxviii, serm. 5, et infra huius Operis lib. iii, cap. 4, ubi eundem accuratius examinat. Eandem quoque solutionem habes apud Athanasium pluribus locis, Basilium et Gregorium Nyss. adversus Eunomium, Gregorium Naz. Hieronymum, Augustinum atque alios. Fuere tamen qui

A putent esse genitum, quod creatum ? Si enim idem dicunt, nihil utique distat inter generare et creare. Ergo quoniam et nos creati sumus, inter nos et Christum et elementa nulla distantia est. Sed quamvis amentes sint, id tamen non audebunt dicere.

101. Postremo ut insipientiæ eorum quod verum non est, indulgeam ; si nihil, ut putant, distat in verbo : cur non eum quem colunt, meliore appellant nomine ? cur verbo non utuntur Patris ? cur abjiciunt quod honorificentiae est, assumunt quod injuriæ ?

102. Si autem distat inter creatum et genitum, ut ego arbitror, cum legerimus genitum, non utique idem et genitum intelligimus et creatum. Dicant igitur generatum ex Patre, ex Virgine procreatum : aut dicant quomodo Dei Filius et genitus et creatus. **B** Una natura, et maxime Deus diversitatem non recipit.

103. Certe facessat nostra sententia : Paulum interrogemus, qui Spiritu Dei plenus has prævidens quæstiones, generaliter contra gentes, specialiter contra Arianos locutus, ait divino iudicio eos esse damnatos, qui servirent creaturæ potius quam Creatori. Denique sic habes : *Tradidit illos Deus in desideria cordis ipsorum, ut contumeliis afficiant corpora sua inter semetipsos : qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est Deus benedictus in sæcula* ( *Rom.* i, 24, 25 ).

104. Prohibet itaque me Paulus creaturæ servire, et Christo admonet serviendum. Non ergo creatura Christus. *Paulus, inquit, servus Jesu Christi* ( *Ibid.*, 1 ). Et bonus servus qui Dominum recognoscit, ipse creaturæ servire nos prohibet : quemadmodum ergo Christo ipse serviret, si creaturam Christum putaret ? Aut igitur desinant colere quem creaturam appellant, aut desinant quem colere se simulant, dicere creaturam ; ne sub appellatione cultorum sacrilegia graviora committant. Detestabilior enim domesticus hostis quam extraneus : et gravius scelus ut adversus Christum abutantur Christi nomine.

105. Quem igitur meliorem interpretem quærimus Scripturarum, quam illum doctorem gentium, vas electionis, electum de persecutoribus ? Qui Jesum persecutus fuerat, fatetur. Legerat **465** utique Salomonem plus quam Arius, et erat peritus in Lege ; et ideo quia legerat, non creatum Christum dicit esse, sed genitum. Legerat enim : *Ipse dixit, et facta sunt : ipse mandavit, et creata sunt* ( *Psal.* cxlviii, 5 ). Numquid dicto factus est Christus ? numquid mandato creatus est Christus ?

106. Quomodo autem creatura in Deo esse potest ? Etenim Deus naturæ simplicis est, non con-

illum ipsum locum diverso modo interpretaretur, qua de re consuli potest Petavius, *Theol. Dogm.* lib. ii, de Trinit. cap. 1.

<sup>b</sup> Non pauci mss., *claritas Patrem novit.* Minime male.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *ventura perfecta sunt, sicut, etc.*

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *Quis est insipiens ? Declinet ad me.*

junctæ atque compositæ : <sup>a</sup> cui nihil accedat, sed solum quod divinum est in natura habeat sua : complens omnia, nusquam ipse confusus : penetrans omnia, nusquam ipse penetrandus : ubique totus, eodemque tempore vel in cœlo, vel in terris, vel in novissimo maris præsens : visu incomprehensibilis, fatu ininterpretabilis, sensu inæstimabilis, fide sequendus, religione venerandus ; ut quidquid religiosus sentiri potest, quidquid præstantius ad decorem, quidquid sublimius ad potestatem, hoc Deo intelligas convenire.

107. Ergo quia in Filio complacet Pater (*Math.* xvii, 5), crede quia dignus Patre Filius, crede quia a Deo exivit Filius, ut ipse testatur dicens : *Ex Deo processi, et veni* (*Joan.* viii, 42) ; et alibi : *A Deo exivi* (*Joan.* xvi, 27). Qui ex Deo processit, et a Deo exivit, nihil aliud potest habere, nisi quod Dei est.

#### CAPUT XVII.

*Christum Deum verum esse ex eo probat, quod sit proprius Dei Filius ; præmissaque difficultatis suborientis solutione, eandem rem inde confirmat, quod sit genitus, quodque ex Deo exierit. His subdit Patris ac Filii unitatem operationis ac voluntatis. Tum apostolis et Centurione quem cum Arianis contendit, in testimonium adductis Esaiam jungit ac Joannem.*

108. Unde non <sup>b</sup> solum Deus, sed etiam verus Deus, verus <sup>e</sup> vero, et adeo verus, ut ipse sit veritas. Itaque si nomen quærimus, veritas est : si majestatem <sup>c</sup> quærimus naturalem, eo usque Filius Dei verus est, ut et proprius. Scriptum est enim : *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis tradidit eum* (*Rom.* viii, 32) : tradidit utique secundum carnem. Proprietas divinitatis est, veritas proprietatis, misericordia pietatis, oblatio securitatis.

109. Sed ne calumniarentur, quia scriptum est : *Tradidit eum Pater ; ipse Apostolus alibi dixit : Pax a Deo Patre, et Domino nostro Jesu Christo, qui se dedit pro peccatis nostris* (*Galat.* i, 3, 4) ; et alibi : *Sicut Christus <sup>d</sup> dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis* (*Ephes.* v, 2). Si ergo et traditus est a Patre, et ipse se tradidit, apparet unam esse operationem, unam esse Patris et Filii voluntatem.

110. Si naturalem ergo majestatem quærimus, genitus est. Qui genitum inficiatur, proprium negat : qui proprium abnuat, communem cæteris arbitratur. Sin vero generationis ipsius proprietatem requirimus, ex Deo exivit. Nam **466** cum in usu nostro id sit

<sup>a</sup> Vet. edit. ac mss. nonnulli, cui nihil accidat ; Rom. edit. et alii mss. pumerosiores, ... accedat. Et infra ubi nos cum eadem Rom. edit. ac mss. pluribus, fatu interpretabilis, aut affatu ut in mss. quibusdam ; cæteri mss. et edit., factu interpretabilis. Non omnino male, si factu positum fuerit pro facto sive operatione, unde Deum interpretamur atque cognoscimus.

<sup>b</sup> Ita Gill. ac Rom. edit. cum mss. plerisque : Amorb. vero et Eras., et a Deo verus ; reliqui denique mss., et a Deo Deus.

exire <sup>e</sup> quod jam sit, et ex interioribus secretis prodire videatur, quod exire perhibetur : angusti licet sermonibus proprietatem divinæ generationis advertimus ; ut non ex loco aliquo videatur exisse, sed ut Deus ex Deo, Filius ex Patre ; nec videatur cœpisse ex tempore, qui ex Patre nascendo prodit, ut dixit ipse qui natus est : *Ex ore Altissimi prodii* (*Eccles.* xxiv, 5).

111. Sed si naturam non agnoscunt, si non credunt Scripturis, vel operibus credant. Cui dicit Pater : *Faciamus hominem* (*Gen.* i, 26), nisi ei quem verum Filium sciret ? In quo nisi in vero suam imaginem recognosceret ? Non est unum adoptivus et verus ; nec Filius diceret : *Unum sumus* (*Joan.* xvi, 22) ; <sup>f</sup> si se cum vero, qui verus non esset ipse, conferret. *Faciamus* ergo dicit Pater. Qui dixit, verus est : potestne ergo verus non esse ille, qui fecit ; et quod dicenti defertur, facienti negatur ?

112. Quomodo autem nisi verum Fillum sciret, committeret ei voluntatis suæ unitatem, et operis veritatem ? Cum enim eadem faciat Filius opera, quæ Pater facit, et quos vult vivificet Filius, sicut scriptum est (*Joan.* v, 19, 21) ; nec differens potestate, et liber est voluntate : ita unitas servatur ; quia et virtus Dei in divinitatis proprietate est ; et libertas non in aliqua differentia, sed in unitate est voluntatis.

113. Turbati in freto <sup>e</sup> apostoli, licet adhuc non credentes corde, ubi primum sub pedibus Domini ludere aquas, et inquieto maris æstu deambulanti Domini super aquas intrepida videre vestigia ; subitoque navi quæ fluctibus turbaretur, ubi eam tamen Christus ascendit ; placidata æquorâ, et elemento conspexere famulantia, verum Dei Filium crediderunt, dicentes : *Vere Dei Filius es* (*Math.* xiv, 25 et seq.).

114. Hoc idem Centurio cum aliis qui secum erant, tremefactis mundi cardinibus in passione Domini constitetur : et tu, hæretice, negas ! Centurio dicit : *Vere Filius Dei erat iste* (*Math.* xxvii, 5). *Erat*, inquit Centurio, et Arianus dicit, non erat. Ille ergo generationis et veritatem et æternitatem asserit manu cruentus, sed mente devotus : tu, hæretice, veritatem generationis negas, tempus ascribis. Uinam manus potius quam animam cruentasses ! Sed nec manu innocens, et mente feralis, quantum in te est, mortem inferis, qui infirmum opinaris ; immo, quod gravius est, etsi divinitas vulnus sentire non possit, quod in te tamen est, majestatem suam in Christo, non corpus interficere conaris.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, quærimus naturalem, gemitus est.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, dilexit vos, et... pro vobis.

<sup>e</sup> Mss. tres, quod jam sit ex interioribus secretis exire, quod, etc. ; unus, quod jam ex interioribus secretis prodire videtur, etc.

<sup>f</sup> Omnes edit. ac pauci mss., si se cum uno ; cæteri, si se cum vero : melius, ut per se liquet.

<sup>g</sup> Non pauci mss., Turbati in freto apostolorum licet adhuc non credentium chori ; unus, Turbatum in freto apostolorum licet adhuc non credentium cor. ; commodius alii et edit. ut in textu.

115. Verum igitur Deum dubitare non possumus, quem verum Dei Filium et carnifices crediderunt, et demones fatebantur: quorum nunc non testimonia requiruntur, sed tuis tamen sacrilegiis preferuntur. Illos nominavimus, ut erubesceres. divina quoque responsa adhibuimus, ut crederes.

**167** 116. Clamat Dominus per Esaiam: *Servientibus mihi vocabitur nomen novum, quod benedicetur super terram, et benedicent Deum verum: et qui jurant super terram, jurabunt per Deum verum (Esai. lxxv, 16)*. Hæc, inquam, dixit Esaias, quando vidit majestatem ejus. Hoc in Evangelio designatur, quod majestatem viderit Christi, et locutus sit de eo.

117. Accipe tamen quid etiam scripserit Evangelista Joannes in epistola sua dicens: *Scimus quia Filius Dei apparuit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus Patrem, et simus in vero Filio ejus Jesu Christo Domino nostro. Hic est verus Deus, et vita æterna (1 Joan. v, 20)*. Verum Joannes Filium Dei, et verum Deum dicit: ergo si verus Deus, utique non creatus, nihil fallax habens atque fucatum, nihil confusum atque dissimile.

#### CAPUT XVIII.

*In Nicæna definitione Arianos errores, ne quem decipiant, commemorari. Idem cum anathemate suo referuntur, quod non modo Nicææ latum dicitur, sed et Arimini semel ac iterum.*

118. [*Alias cap. VIII.*] Deus igitur ex Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, ex Patre natus, non factus, unius substantiæ cum Patre.

119. Sic nempe nostri secundum Scripturas dixerunt Patres, qui etiam sacrilega dogmata ideo suis inserenda putavere decretis, ut Arii perfidia ipsa se proderet; ne quasi fucis quibusdam et coloribus illita velaretur. Fucum enim faciunt, qui non audent explicare quod sentiunt. Censorie itaque impietas

<sup>a</sup> Ita edit. omnes ac mss. aliquot: alii vero multo plures, ut cognoscamus potestatem. Non satis recte.

<sup>b</sup> Superiorem fidei definitionem nihil aliud esse quam Nicæni Symboli compendium declarat Ambrosius. Idem quoque discimus e collectoribus A tum synodicorum, ex posterioribus conciliis, Chalcedonensi et aliis, ex variis quoque PP. Athanasio epist. ad Jovin., Basilio epist. 78, etc.; item e codicibus canonum Ecclesiæ Romanæ atque Africanæ; postremo ex historicis Rufino lib. 1 cap. 6, Soerate lib. 1 cap. 8, Theodoro lib. 1 cap. 12, qui ultimi duo etiam referunt Eusebii Cæsariensis hac de re epistolam.

<sup>c</sup> Vet. edit. ac mss. hoc uno inter se dissentiunt, quod horum non pauci habent inquam pro inquit: at Rom. edit. verbo *Erat*, subjungit aliquando. Invenitur quidem in monumentis omnibus hujus synodi, sed quia facile a lectoribus subintelligi potest, ideo a sancto Doctore putamus prætermisum.

<sup>d</sup> Omnes edit. et quidam mss., non compositione aliqua: sed trecenti decem et octo, ut supra dixi, episcopi ad concilium convenerunt. Sed, etc.

<sup>e</sup> Concilium hoc celebratum fuit anno 359, Arimini, quæ civitas maritima est in Romania Italiæ provincia. Quapropter ejusdem concessus acta, quæ, teste Hieronymo in Luciferianos, in publicis Ecclesiarumque tabulariis asservabantur, a Mediolanensibus non abuisse perquam credibile est. Uitur la-

A Ariana non expositione reseratur, sed damnatione detegitur; ut qui curiose gestit audire, prius damnatam cognosceret, ne laboretur, quam expositam audiret, ut crederet.

120. [*Alias cap. IX.*] Eos, e inquit, qui dicunt: *Erat quando non erat, et antequam nasceretur non erat: et qui ex nihilo factum, aut ex alia substantia vel οὐσία dicunt esse, aut mutabilem, aut convertibilem Dei Filium, anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.*

121. Accepisti, sancte Imperator, eos qui talia asserunt, jure damnatos. Non humana industria, <sup>d</sup> non composito aliquo trecenti decem et octo, ut supra pressius dixi (*Prolog. n. 5*), episcopi ad concilium convenerunt: sed ut in numero eorum **468** per signum suæ passionis et nominis Dominus Jesus suo probaret se adesse concilio; Crux in trecentis, Jesu nomen in decem et octo est sacerdotibus.

122. Hoc et in e Ariminensi concilio habuit prima confessio, et post Ariminense concilium secunda correctio. Confessionem epistola ad imperatorem Constantium missa testatur, correctionem secuta concilia consistuntur.

#### CAPUT XIX.

*Ubi Ario primum e memorialis erroribus attribuit, eundem refellit Joannis testimonio, ac e re nata tragicam hæresiarchæ mortem describit. Mox singillatim reliquas ejusdem blasphemias expendit et confutat.*

C 123. Arius erga dicit: *Erat quando non erat; sed Scriptura dicit, Erat, non dicit, non erat.* Denique Joannes scripsit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum (Joan. 1, 1)*. Ecce quoties erat et nusquam dixit quod non erat. Cui ergo credimus? Joanni in Christi pectore recumbenti, an Ario t inter

men sanctus Ambrosius solo testimonio synodiæ ad Constantium epistolæ: qua episcopi, qui ad quadringentos et amplius convenerant, certiorum faciunt Imperatorem, se statuisse, ne quid eorum quæ apud Nicæam sancita fuerant, mutaretur. Hæc epistola, quæ vix pretiosius aliud antiquitatis pignus ad nos pervenit, exstat in Athanasii lib. de Syn. Arim. et Selene, referturque non modo a Sostrate, Sozomeno et Theodoro Græcis scriptoribus, at etiam ab Hilario in fragmentis. Verum præclara illa confessio non diu integra perseveravit; illam enim primo decem concilii ad Constantium legati, deinde omnes ferme isti antistites non correxerunt, sed corruerunt: cum partim ab Imperatore terribi, partim decepti ab Ariano, in vocem *substantiæ* et *consubstantialis* abolitionem consentire: cujus quidem prævaricationis eorum qui memoriæ prodiderunt res Ecclesiæ nemo non meminit. Certe jam vidimus quid sanctus Doctor de illa scripserit in Luc. lib. v, num. 74, de qua etiam dicturus est infra lib. iii, et alibi pluribus locis. Secuta est demum vera correctio, quam Ambrosius secundam vocat. Synodi porro quarum hic testimonia indicantur, hæc sunt, Alexandrina, cui præfuit Athanasius an. 362; Parisina eopse anno eoacta; cujus synodica epistola inter Hilarii fragmenta exstat; Romana denique habita sub Damasi pontificatu an. 366; quas omnes adire operæ pretium sane fuerit.

<sup>f</sup> Hæc tam sædam atque horribilem Arii mor-

effusa se sua viscera volutanti; ut agnosceremus si-  
mitem Judæ proditoris Arii quoque fuisse perfidiam,  
quem similis pœna damnavit?

124. Effusa sunt enim et Arii viscera, pudet di-  
cere ubi, atque ita crepuit medius, prostratus in fa-  
ciem; ea quibus Christum negaverat, fœda ora pol-  
luta. Crepuit enim, sicut etiam de Juda Petrus  
apostolus dixit (*Act. 1, 18*), quia possedit agrum de  
mercede injustitiæ, et in faciem prostratus crepuit  
medius, et effusa sunt omnia viscera ejus. Non est  
fortuita mors, ubi in sacrilegio pari pœnæ parilis  
processit exemplum; ut idem subirent supplicium  
qui eundem Dominum negaverunt; et qui eundem  
Dominum prodiderunt.

125. Veniamus ad alia. Arius dicit: Antequam nas-  
ceretur, non erat: sed Scriptura dicit omnia esse per  
Filium. Quomodo ergo aliis dedit esse, qui non erat?  
Cum autem dicit impius, quando et ante, hæc utique  
duo verba tempus ostendunt. Quomodo ergo negant  
tempus ante Filium, et volunt prius fuisse quæ tem-  
poris sunt: cum idipsum, quando et ante et aliquando  
non fuisse, sit temporis?

469 126. Arius dicit ex nihilo Dei Filium. Quo-  
modo ergo Dei Filius? quomodo paterno generatus  
ex utero? quomodo eructatum ex corde Verbum legi-  
tur, nisi ut ex intimo et inestimabili Patris intelli-  
gatur, ut scriptum est, prodiisse secreto? Filius  
enim aut per adoptionem, aut per naturam est: per  
adoptionem nos filii dicimur, ille per veritatem natu-  
ræ est. Quomodo ergo ex nihilo ille, qui ex nihilo  
fecit omnia (*Psal. xlii, 4*)?

127. Non habet Filium, qui nescit unde sit. Deni-  
que nec Judæi habebant Filium, quia unde es et  
nesciebant. Et ideo dixit his Dominus: *Nescitis unde  
veni* (*Joan. viii, 14*); et infra: *Neque me nostis, neque  
Patrem meum scitis* (*Ibid. 19*). Qui enim negat ex Pa-  
tre Filium, nec Patrem ex quo est Filius, novit: ne-  
que Filium novit; quia Patrem ne-  
cit (*Galat. iv, 5*).

128. Arius dicit: Ex alia substantia. Quæ igitur  
alia substantia æquatur Dei Filio, ut ex ipsa Dei Fi-  
lius sit? Aut quomodo reprehendunt quia nos in Deo  
aut οὐσίαν Græcæ, aut Latine substantiam dicimus,  
cum ex alia dicendo substantia<sup>a</sup> Dei esse Filium,  
etiam ipsi substantiam Dei esse confirmant?

129. Sed si de nomine substantiæ aut naturæ di-  
vinæ voluerint dicere, facile revincuntur; quia et  
οὐσίαν Græcæ, et Latine substantiam frequenter Scri-  
ptura memoravit. Et Petrus vult nos, ut legimus (*II  
Petr. 1, 4*), divinæ consortes fieri naturæ. Quod si ex  
alia substantia Filium dicent, ipsi se revincunt, et  
verbum substantiæ quod metuunt confitendo, et Fi-

tem Athanasius memorat Orat. 1 in Arian. et fusus  
adhuc epist. ad Serap., ubi Macarium presbyterum  
ejusdem narrationis prædem citat. Meminit etiam  
ejus Epiphanius hæresi 69. Quod autem ad historicos  
Ecclesiasticos, cum vix ullus eorum illam prætermi-  
serit, supervacaneum esset ipsorum nomina hic pro-  
dere.

<sup>a</sup> Omnes edit. cum parte non minima mss. *Deum  
esse filium*: melius tamen alii, qui nec pauciores,

lium creaturis quibus præferre<sup>b</sup> se simulant, confe-  
rendo.

130. Arius dicit creaturam Dei Filium, non sicut  
cæteras creaturas. Quæ enim creatura<sup>c</sup> non sicut  
alia creatura non est? Homo non ut Angelus, terra  
non ut cælum, sol non ut aqua, lumen non ut tene-  
bræ. Nihil ergo præferendo donavit, sed ad simpli-  
ces decipiendos misero colore fraudem suæ impietatis  
obduxit.

131. Arius dicit mutabilem et convertibilem Dei  
Filium. Quomodo ergo Deus, si mutabilis; cum ipse  
dixerit: *Ego sum, ego sum, et non sum mutatus* (*Ma-  
lac. iii, 6*)?

#### CAPUT XX.

*Optat ad se mandandum ut olim ad Esaiam Seraphim  
aliquem advolare; immo vero ad se, ad Imperatorem  
aliosque lectores suos Christum invitat: ac tandem  
Dominico poculo mystice designato, ut ejus virtute  
Gratianus cæterique fideles inebrientur, petit.*

132. Verum nunc mihi propheticum illud est con-  
fitendum, quod prophetaturus de Domino præmittit  
Esaias dicens: *O miser ego, et compuncto corde, qui  
cum immunda labia habeam, in medio quoque populi  
inhabitem immunda labia habentis; vidi Dominum Sa-  
baoth* (*Esai. vi, 5*). Ergo si Esaias miserum se dicit,  
qui vidit Dominum 470 Sabaoth: quid ego de me  
dicam, qui cum immunda labia habeam, cogor de  
Dei generatione tractare? Quo igitur de iis quæ me-  
tuo, locuturus erumpo; cum David de iis quæ sciat  
ori suo custodiam petat (*Psal. xxxviii, 2*)? O si mihi  
quoque unus de Seraphim cadentem illum carbonem,  
quem de altari divino sumpsit, utriusque forci-  
pe deferens Testamenti, immunda adurat labia!

133. At quia tunc Seraphim descendit in figura  
ad prophetam (*Esai. vi, 6*): tu autem, Domine,  
revelato mysterio ad nos in carne venisti, non per  
legatum, neque per nuntium, sed ipse per te, ab oc-  
cultis meis conscientiam meam mundes; ut ego quo-  
que dudum immundus, sed jam per tuam misericor-  
diam fide mundus, illud Davidicum canam, dicens:  
*Psallam tibi in cithara, Deus Israël: gaudebunt labia  
mea, dum cantavero tibi; et anima mea, quam redemisti*  
(*Psal. vii, 22, 23*).

134. Itaque, Domine, calumniatores tuos et hostes  
relinquens, confer te ad nos; et sanctifica aures  
principis Gratiani, omniumque præterea quorum in  
manus hic libellus venerit, vacuas mihi præsta aures;  
necubi auditæ perfidiæ sordes residueant. Emunda  
ergo, emunda aurem non fontanis poculis, nec flu-  
viali haustu, nec susurro prætermeantis rivuli:

nec inferiores, *Dei esse Filium*: ut per se clarum est.

<sup>b</sup> Edit., *Se simulant, coæquibunt*.

<sup>c</sup> Edit. omnes, et mss. aliquot, *non sicut alia crea-  
tura est? Male; hoc enim significaretur quamlibet  
creaturam esse sicut aliam, quod cum sequentibus  
non coheret. Optima igitur ex aliis mss. negationem  
quidam removeant, plures vero geminant ut in  
textu.*

sed sermonibus ad vicem aquarum operantibus, supra nitorem aquarum perspicuis, et omni purioribus nive; illis utique sermonibus, quibus dixisti: Si fuerint peccata vestra sicut phœnicium, ut nivem dealbabo (*Esai.* 1, 18).

135. Est etiam poculum quo secreta mentis mundare consuevisti, poculum non naturæ veteris, nec ex vite solemnem: sed poculum novum de cœlo delatum in terram, expressum ex illo botryone peregrino, qui sicut uva de vite, ita ille in carne crucis pendit e ligno. Ex hoc ergo botryone <sup>a</sup> est vinum quod lætificat cor hominis, sobrietatem inebriat, crapulam fidei et veræ religionis exhalat, crapulam castitatis infundit.

136. Hoc igitur vino, Domine meus, <sup>b</sup> domini au-

<sup>a</sup> Hic et infra ubi plurimum potiorumque mss. auctoritate restitimus, *vinum et vino*; in cunctis edit. et mss. nonnullis habetur *poculum* et quater *poculo*.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *Domine, aures augustæ mentis*. Minus commode.

<sup>c</sup> Vix aliud testimonium de Gratiani liberis habemus quam hoc Ambrosianum. Citabatur quidem etiam Augustini locus lib. v de Civit. Dei cap. 25, in antiquis edit. conceptus in hæc verba, *cum parvulum haberet et fratrem*: at cum in nova edit. particula et sublata fuerit auctoritate mss. probatorum; licet ne utquam raro eveniat, ut hujusmodi copulæ excidant

A res Augusti mentis emunda, ut sicut vino naturali homines inebriati, quietem diligunt, timorem mortis expellunt, injurias non sentiunt, aliena non querunt, suorum obliviscuntur: ita etiam vino tuo crapulatus, pacem diligit, et fidei exultatione securus, mortem infidelitatis ignoret, patientiam charitatis exhibeat, sacrilegia aliena non teneat, fidem etiam <sup>c</sup> pignoribus suis præferat, secundum quod scriptum est: *Relinque omnia tua, et veni, sequere me* (*Math.* xix, 21).

137. Hoc vino, Domine Jesu, sensus etiam nostros dilue, ut te adoremus, te colamus visibilium et invisibilium creatorem. Non potes ergo invisibilis aut bonus non esse, qui id etiam tuis operibus contulisti.

B diligentissimis quoque librariis, tamen eidem jam plena fides haberi nequit. Discimus igitur ex Ambrosio liberos Gratiano fuisse, dum hæc scriberentur. An vero unum pluresve progenuerit, incertum est. Certe illud non est dubium, sobolem de qua hic agitur, non e secunda conjuge quam recens duxerat, ut diximus ad Expos. psal. lvi, pag. 963, natam esse: verum e priore, quam Constantiam vocant. His porro Ambrosii cohortationibus attribuitur, quod Gratianus amore propriæ prolis, quominus adoptari Theodosium, revocari se non passus fuerit.

## LIBER SECUNDUS.

### 471 PROLOGUS.

Ambrosius libro superiori hunc adjecturus, duodecim nomina Filii Dei primo trifariam divisa non ejus tantum, sed Patris etiam æternitatem probare docet. Mox eadem cum duodecim sacerdotalis vestis lapidibus cursim comparans, quam necessario jungenda sint, inducta ipsorum nova distributione patescit. Deinde ad propositam comparisonem rediens, allegorice memorati amictus texturam ac lapillos laudat. Hinc mystica etiam geminæ divisionis ratione allata, institutam comparisonem pergit exponere; ex qua fidem operibus colligens attendendam esse, contractam ejusdem fidei de Filio descriptionem subdit.

1. Satis, ut arbitror, libro superiore, sancte Imperator, edoctum est sempiternum esse Dei Filium, non dissimilem Patri, genitum, non creatum: Deum quoque verum Dei Filium Scripturarum lectionibus approbavimus, et apertis majestatis suæ indicibus designatum.

2. Itaque quamvis ista ad fidem copiose redundantia sint, quod a fontis meatu magnitudo plerumque decurrentis fluminis æstimatur; tamen quo purius niteat fides nostra, tripartito videtur derivanda distinctio. <sup>a</sup> Sunt enim evidentiæ indicia quæ proprietatem deitatis ostendant: sunt quæ similitu-

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *Sunt enim nomina quædam, quæ evidenter proprietatem, etc.*

<sup>b</sup> De bono bonitas quod membrum supra non nie-

C dinem Patris et Filii: sunt etiam quæ perspicuam divinæ majestatis expriment unitatem. Proprietatis itaque sunt, generatio, Deus, Filius, Verbum: similitudinis, splendor, character, speculum, imago: unitatis æternæ, sapientia, virtus, veritas, vita.

3. Hæc indicia ita Dei Filium signant, ut ex his et sempiternum Patrem esse cognoscas, nec ab eo Filium discrepantem. Ex eo enim qui est, generatio; ex sempiterno Deus, ex Patre Filius, ex Deo Verbum, splendor gloriæ, character substantiæ, speculum Dei, majestatis imago, <sup>b</sup> de bono bonitas, de sapiente sapientia, de forti virtus, de vero veritas, de vivente vita. Concordant igitur Patris et Filii indicia, quibus non discrepare inter se, sed unius majestatis esse nemo dubitaverit. Quorum singulorum proferremus exempla nominum, nisi coarctandi sermonis studio teneremur.

4. His duodecim tamquam lapidibus pretiosis fidei columna consurgit. Hi sunt enim pretiosi illi lapides (*Exod.* xxviii, 17 et seq.), sardius, jaspis, smaragdus, chrysolithus, et cæteri, quibus sancti Aaron, illius utique qui figuram gerit Christi, veri scilicet vestimentum sacerdotis intexitur: circumdati auro lapides, et insculpti de nominibus 472 filiorum Israel, duodecim lapides sibi invicem coherentes. Nam si eos aliquis separet atque secernat, omnis fidei structura dissolvitur.

moratum est, etiam in plerisque mss. omisum fuit; cum tamen in aliis aliquot, et cunctis edit. reperitur.

5. Itaque principium fidei nostræ est <sup>a</sup> scire quo A de genitus est Dei Filius : si genitus non est, nec Filius est. Nec satis est dixisse Filium, nisi et unigenitum Filium designaveris. Si creatura est, Deus non est : si Deus non est, nec vita est : si non est vita, nec veritas est.

6. Ergo tria illa, id est, generatio, Filius, unigenitus, principaliter et proprie indicant ex Deo Filium.

7. Tria sequentia, id est, Deus, vita, veritas, virtutem ejus manifestant, qua condidit et fecit subsistere creaturam : *In ipso enim vivimus, movemur et sumus*, sicut Paulus dixit ( *Act. xvii, 28* ). Et ideo in illis tribus proprietatis Filii, in istis aliis paternæ ac Filii operationis unitas declaratur.

8. Imago quoque et splendor et character dicitur B Dei Filius, quia hæc incomprehensibilem et investigabilem paternæ majestatis divinitatem in Filio, et expressam similitudinem revelarunt. Hæc quoque tria videmus ad similitudinem pertinere.

9. Reliquum est, virtus, <sup>b</sup> sapientia, justitia ; ut his singulis operationibus æternitas probaretur.

10. Hoc igitur est illud vestimentum pretiosis lapidibus adornatum, hic veri amictus est sacerdotis, hæc vestis nuptialis ; hic textor propheticus, qui bene noverit ista contexere. Neque vilis ista textura est, de qua Dominus dicit per prophetam : *Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam* ( *Job. xxxviii, 36* ). Nec communes isti lapides, <sup>c</sup> lapides, ut legimus, supplementi : omnis enim in eo perfectio est, si nihil desit. Lapidibus compositi et circumdati auro, C intelligibili scilicet natura ; si eos bene mens nostra componat, naturalisque sensus probabiliter ratione compagine. Denique quam non mediocres lapides sint, lectio docet ( *Exod. xxxv, 27* ), quod cum alii alia viliora deferrent ; istos tamen lapides super humeros suos religiosi principes attulerunt, ex quibus fecerunt rationale, opus textile ( *Ibid.* ). Textile enim opus est, quando fidei facta concordant.

11. Nec me aliquis errare putet, quia supra tripartitam de quaternis, subter vero quadripartitam

<sup>a</sup> De hoc fidei principio multum atque acriter cum orthodoxis Ariani, maxime vero Eunomiani decertarunt, quemadmodum Fusius disputatur lib. de Incarn. Myst. cap. 9.

<sup>b</sup> Cod. Audoen. Ebrul. et alii nonnulli, *sapientia, verbum*. Sed neque hæc dictio, neque *justitia*, quæ in aliis mss. et edit. omnibus legitur, satis huic loco conveniunt. Nam *Verbum* pertinebat ad primam seriem, ubi repositum fuit *unigenitus* : de *justitia* vero nulla mentio facta fuerat. Unde colligas in his vocibus liberius lusisse sanctum Doctorem.

<sup>c</sup> LXX interpretes, *τοὺς λίθους τῆς πληρώσεως... καὶ τὰς συνθέσεις*. Textus Hebr., *lapides plenitudinum*. Chaldaica paraphr. *lapides ad implendas calaturas*. Quod autem subdit Ambrosius, *lapides compositi*, quæ verba referenda sunt ad *τὰς συνθέσεις*, ea nihil habent in Hebræo aut versionibus aliis quod sibi respondeat : sicut nec *lapides supplementi* in Vulgata.

<sup>d</sup> Thuan. unus, *et unus es*, etc. Infra vero ubi nos cum Gill. in margine, Rom. edit. in corpore ac mss.

de ternis feci distinctionem. Noni operis gratia per diversas plus placet formas. Bona enim et illa quæ texturinum indumenti sacerdotalis ostendit, vel lex scilicet, vel Ecclesia, quæ binas vestes fecit viro suo, sicut scriptum est ( *Prov. xxxi, 22 et seq.* ) : unam operis, alteram mentis, fidei intexens factorumque velamina. Itaque alibi, sicut legitimus, aurum prætexit, et postea hyacinthum 473 ac purpuram cum cocco subjungit et bysso. Rursus alibi ex hyacintho et cæteris prius flosculos format, aurumque subnectit, <sup>d</sup> et unus est habitus sacerdotis ; ut iisdem coloribus micans, gratiæ decorisque diversitas ordinis diversitate resplendeat.

12. Itaque ut etiam rationis typicæ series digeratur, auro <sup>e</sup> et argento probabiliter non est dubium eloquia Domini designari, quibus fides constat. Scriptum est enim : *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum* ( *Psal. xi, 7* ). <sup>f</sup> Hyacinthus autem aeris habet similitudinem, quem spiramus, et cujus carpinus statum : purpura quoque speciem aquarum exprimit : per coccum ignis intelligitur : terra per byssum ; hæc enim ex terra gignitur. Ex his autem quatuor elementis corpus subsistit humanum.

13. Sive ergo mentis fidei <sup>g</sup> præcedenti concinentia corporis facta subnectas : sive facta præcedant, et fides astipuletur comes religiosa factorum, hic religiosi ornatus antistitis, hoc velamen est sacerdotis.

14. Bona ergo fides, cum pulchro operum renitet ornatu : de qua, ut ad summam loquar, definitiones istæ sunt, quæ non queunt solvi. Si ex nihilo est, non est Filius : si creatura est, non est creator : si factura est, non est omnium factor : si discens, non præcognitor : si accipiens, non est perfectus : si proficiens, non est Deus : si dissimilis, non imago : si per gratiam, non per naturam : <sup>h</sup> si divinitatis expers, auctor malitiæ : *Nemo bonus, nisi unus Deus* ( *Marc. x, 18* ).

quatuor, *series digeratur* ; alii mss. ac edit., *series designatur* ; Eras. et Gill., *serie designatur*.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *et argento operabili*.

<sup>f</sup> De illa horum quatuor colorum interpretatione adis observationem nostram in Expos. Psal. cxviii, serm. 49, num. 22.

<sup>g</sup> Edit., *præcedente concinentia, quædam, concinentia*.

<sup>h</sup> Omnes edit. ac plures mss., *si bonitatis expers* ; Audoen. tamen, Ebrul., Big. et Colb. unus, *si divinitatis*. Aptius sane, ut subjectus Scripturæ textus clare ostendit. Porro cum hoc eodem testimonio hæretici illi abuterentur, ut Christum spoliarent divinitate, illud strenue Patres contra ipsosmet retorquebant, astruebantque non posse propter illum locum Filio negari divinitatem, quin simul bonitas quoque ipsi negetur. Unde ulterius promoventes malum eundem in eorum opinione dicendum evincebant. Quo genere argumenti non solum hic et supra lib. i, cap. 5, nec non Exposit. in Luc. lib. viii, num. 65 et seq. utitur Ambrosius, verum etiam præter Hilarium Epiphaniūque hujus operis lib. et

## CAPUT PRIMUM.

*Arianorum Dei Filio bonitatem abrogantium objectionem non sine horrore propositam ut solvat, Christi sententiam ex personis loquentiam, nec non ex ipsis dictionibus explicat.*

15. Stupro itaque ad reliqua, sancte imperator, et toto corpore animoque deficio, esse aliquos homines, vel potius non homines, sed humana adpertos specie, intus autem dementiæ bestialis; qui post tanta Domini et tam divina beneficia, bonum negent ipsum auctorem bonorum.

16. Scriptum est, inquit: *Nemo bonus, nisi unus Deus.* Scriptum agnosco: sed littera errorem non habet; utinam Ariana interpretatio non haberet! Apices sine crimine sunt, sensus in crimine. Dicitur Domini Salvatoris agnosco: **474** sed consideremus quando dicat, cui dicat, qua circumspectione dicat.

17. Dicit utique in hominis forma Dei Filius, et dicit Scribæ, ei scilicet qui magistrum bonum Dei Filium nominaret, Deum negaret. Quod ille non credit, Christus adjungit; ut Dei Filium non ut bonum magistrum, sed ut bonum Deum credat. Nam sicubi unus Deus dicitur, nequaquam tamen Dei Filius a unitatis plenitudine separatur; quomodo ubi unus Deus bonus nuncupatur, a plenitudine divinæ bonitatis unigenitus excluditur? Necessè est igitur aut Deum negent Dei Filium, aut Deum bonum esse fateantur.

18. Et ideo circumspectione cœlesti non dixit: *Nemo bonus, nisi unus Pater; sed: Nemo bonus, nisi unus Deus.* Pater enim proprium generantis est nomen, Deus autem unus nequaquam deitatem Trinitatis excludit; et ideo natura laudatur. Bonitas ergo in natura est Dei, et in natura Dei etiam Dei Filius; et ideo non quod singularitatis, b sed quod unitatis est, prædicatur.

19. Non igitur a Domino bonitas negatur, sed talis discipulus refutatur. Nam cum scriba dixisset: *Magister bone,* respondit Dominus: *Quid me dicis bonum (Marc., x, 28)?* id est, quem Deum non credis, non est satis ut bonum dicas. Non tales ego quæro discipulos, qui me magis secundum homi-

cap. citatis memoratos, Basilius lib. iv contra Eunom., Gregorius Nyss. Orat. 11 in eundem hæreticum, et Cyrillus Alex. in Thesaurò, simili ratione argumentati sunt. Quod autem Petavius tomo II Theol. Dogm., lib. II, de Trinit., cap. 4, scribit quosdam Veteres esse, quos inter Gregorium Nyss. et Ambrosium numerat, qui non satis animadvertare, vehementius in hæreticos illos invecti sunt, tamquam malum esse Dei Filium ex eorum oratione consequens foret: non videtur vir magnus rem satis ipse expendisse. Nam si Filius non per se et natura sua bonus est, sed tantum externa et adventitia bonitate ut creatura aliæ, quod ex eorum oratione deduci ipse Petavius fatetur; inde profecto rite sequitur eundem Filium seclusa precaria illa bonitate spectatum, hoc sensu malum fore, quod esset imperfectus, et corruptioni, errori, peccato denique obnoxius. Et hoc plusquam satis erat Patribus, ut non

A nem magistrum bonum, quam secundum divinitatem Deum bonum credant.

## CAPUT II.

*Bonum esse Dei Filium ab operibus probat, nimirum ab ejus in Israelitis sub Testamento veteri, et in Christianos sub novo, beneficiis. Tum ubi subjecit utile sibi esse ut bonum dominum ac judicem suum arbitretur: paternum de Filio testimonium offert; imo etiam partis non exiguæ Judæorum, quibus proinde pejores Ariani esse declarantur. Quæ omnia verborum Sponsæ, eandem Christi bonitatem designantium, claudit expositio.*

20. Sed nolo prærogativa naturæ suæ et privilegio potestatis utatur. Non dicatur bonus, si non meretur, a nobis. Si hoc non meretur operibus, si beneficiis non meretur, abdicetur suæ jure naturæ, subdatur nostro judicio. Qui judicaturus de nobis est, non dedignatur judicari; ut justificetur in sermonibus suis, et vincat cum judicatur (*Psal. l, 6*).

**475** 21. Hiccinè ergo non bonus, qui bona tribuit mihi (*Psal. xii, 6*)? Hiccinè non bonus, qui cum sexcenta millia populi Judæorum persecutoribus suis cederent, debiscentem subito Rubri maris æstum individua aquarum mole divisit (*Exod. xiv, 6 et seq.*); ut fideles circumfusa unda muniret, infidos refusa demergeret?

22. Hiccinè non bonus, cujus imperio maria solidata fugientibus, saxa humefacta sitientibus; ut opus veri agnosceretur auctoris, cum humor rigesceret, petra inundaret (*Exod. xvii, 6*)? Quod ut agnosceret opus Christi, Apostolus dixit: *Petra autem erat Christus* (*I Cor. x, 4*).

23. Hiccinè non bonus, qui tam innumera populi millia, ne quæ incesceret fames, in deserto pavit pane cœlesti, sine usu laboris, cum fructu quietis (*Exod. xvi, 15 et seq.*); ita ut eorum per quadraginta annos nec vestimenta veterascerent, nec calceamenta tererentur (*Deut. viii, 4*), c instar fidelibus futuræ resurrectionis ostendens, quod nec factorum decor splendorum, nec circumfusæ virtutis motor, nec vitæ cursus periret humanæ?

24. Hiccinè non bonus, qui nobis cœlum fecit esse, quod terra est; ut sicut in cœlo, quasi in spe-

D aliter in Arianos inveherentur, quam quo modo invectos reperimus. His etiam accedit quod Ambrosius, lib. I Offic., c. 25, n. 117, Eunomium Marcioni jungit, quasi eadem de duobus principis sententem. De quo nos ibi.

<sup>a</sup> Ita Rom. edit. cum. mss. multo pluribus; quorum tamen duo legunt. . . a plenitudine divinæ majestatis et bonitatis; vel. autem edit. ac pauci mss., a divinitatis plenitudine separatur. . . a plenitudine divinæ potestatis, etc.

<sup>b</sup> Vet. edit. et mss. nonnulli, sed quod Trinitatis; Rom. et reliqui mss., sed quod unitatis; uno tamen excepto ubi, sed quod divinitatis. Eodem sensu.

<sup>c</sup> Amerb. et Eras. cum majori numero mss., instar infidelibus; Gill. et Rom. cum cod. sex manu exaratis, instar fidelibus. Melius; nam supra de isdem Israelitis dicitur, ut fideles circumfusa, etc.



culo quodam, stellarum lucentium refulgerent globi; A ita etiam apostolorum et martyrum et sacerdotum, vice stellarum fulgentium, toto illucescerent chori mundo?

25. Ergo non solum bonus, sed etiam pastor bonus, hoc est, non sibi tantum, sed etiam ovibus suis bonus: *Bonus enim pastor animam suam ponit pro ovibus suis (Joan. x, 11)*. Posuit plane animam suam, ut nostram levaret: sed pro divinitatis potestate posuit et sumpsit, sicut scriptum est: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo sumendi eam. Nullus eam tollit a me, sed ego a memetipso pono eam (Ibid., 17, 18)*.

26. Vides bonitatem, quia sponte posuit: vides potestatem, quia sumpsit; et tu bonum negas, cum ipse de se in Evangelio dixerit: *Si ego bonus, quare oculus tuus nequam (Matth. xx, 15)*? Ingrate, a quid agis? Bonum negas, per quem bona speras, si tamen credas? Bonum negas, qui dedit nobis quæ oculus non vidit, nec auris audivit (I Cor. ii, 9)?

27. Mihi expedit ut bonum credam: *Bonum est enim confidere Domino (Psal. cxvii, 8)*. Mihi expedit ut Dominum confitear; scriptum est enim: *Confitemini Domino, quoniam bonus (Ibid., 1)*.

28. b Mihi expedit, ut iudicem meum bonum arbitrer; Dominus enim iudex bonus domui I-rael. Ergo c si iudex Dei Filius, utique quoniam iudex Deus bonus, iudex autem Dei Filius est; Deus bonus iudex et Dei Filius est.

29. Sed fortasse non credas aliis, non credas Filio; audi Patrem dicentem: *Eructavit cor meum Verbum bonum (Psal. xlv, 1)*. Bonum ergo Verbum est, Verbum hoc de quo scriptum est: *Et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. 1, 1)*. Ergo si Verbum bonum, Filius autem Dei Verbum est: bonus utique Deus est Dei Filius; etiamsi non 476 placeat Arianis. Erubescant aliquando.

30. Judei dicebant: *Bonus est (Joan. vii, 12)*. Etsi alii dicebant: *Non est*, alii dicebant tamen: *Bonus est; et vos omnes bonum negatis*.

31. Bonus est, qui peccatum unius donat; et bonus non est, qui peccatum mundi abstulit? De ipso enim dictum est: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi (Joan. 1, 29)*.

32. Sed quid dubitamus? Credidit jam Ecclesia bonum, et confessa est dicendo: *Osculetur me ab oculis oris sui; quoniam bona uberum tua super vinum (Cantic. 1, 1)*; et alibi: *Et (aux tua tanquam vinum est optimum (Cantic. vii, 9)*. Bonus ergo ille nos Legis et gratiæ nutrit uberibus, cœlesti curas hominum prædicatione demulcens; et nos bonum negamus, cum sit imago bonitatis, exprimens æternæ in se bonitatis effigiem, sicut et supra ostendimus scriptum,

a Rom. edit. sola, *quid ais?*

b Vet. edit., *Nec in bonum credam? Bonum est enim confiteri Domino. Mihi expedit ut Dominum confitear. Cum his etiam faciunt mss. nonnulli, nisi quod omitunt. nec in bonum credam.* Rom. edit. sola, *Mihi expedit ut Dominum confitear...* Mihi expedit ut bonum. Optime vero cæteri mss. ut nos in textu, nisi quod

A quia ipse est *speculum sine macula, et imago bonitatis illius (Sap. vii, 26)*.

### CAPUT III.

*Filium Dei Deum bonum ac verum esse, cum Deus unus sit.*

33. [Alias cap. II.] Sed quid vobis videtur, qui bonum et verum Deum Dei Filium denegatis; cum scriptum sit quod nullus Deus, nisi unus (I Cor. viii, 4)? Nam etsi sunt qui dicantur dii, an inter eos Christum annumeratis, qui dicuntur, et non sunt? Cum speciale sit ejus, ut semper sit: et præter ipsum bonus et verus alius Deus non sit; quoniam in ipso est Deus: speciale autem etiam Patris sit, ut post ipsum verus alius Deus non sit; quia unus Deus, nec juxta Sabellianos Patrem Filiumque confundens, nec juxta Arianos Patrem Filiumque secernens. Pater enim et Filius distinctionem habent, ut Pater et Filius; separationem divinitatis non habent.

### CAPUT IV.

*Omnipotentem esse Dei Filium prisci novique fœderis auctoritate demonstratur.*

34. [Alias cap. III.] Itaque cum verus et bonus Dei Filius, utique omnipotens Deus Dei Filius: num hinc quoque dubitari potest? Supra (lib. i, cap. 1) diximus lectum quia Dominus omnipotens nomen est ei. Ergo quia Filius Dominus, Dominus autem omnipotens; omnipotens est Dei Filius.

35. Sed accipe etiam eam de qua dubitare nequeas, lectionem: *Ecce venit, inquit, cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum compunxerunt: et plangent se super eum omnes tribus terre. Etiam, amen. Ego sum A et Ω, dicit Dominus Deus, qui est, et qui erat, et qui venturus est omnipotens (Apoc. 1, 7, 8)*. Quem igitur compunxerunt, et quem speramus esse venturum, nisi Filium? Ergo omnipotens Dominus et Deus Christus est.

36. Accipe aliud, sancte Imperator, et accipe Christum loquentem: *Hæc dicit Dominus omnipotens: Post honorem misit me super gentes, quæ 477 deprædaverunt vos; quoniam qui tangit vos, quasi qui tangit pupillam oculi ejus. Quia ecce ego injicio manum meam super eos, qui deprædaverunt vos, et etiam vos; et erunt in prædam, qui deprædaverunt vos, et scient quia Dominus omnipotens misit me (Zacchar. ii, 8, 9)*. Utique qui dicit: Dominus est omnipotens: et qui misit, Dominus est omnipotens. Ergo et Patris et Filii omnipotentia: sed tamen Deus unus omnipotens; quia unitas potestatis est.

37. Atque ut scias, Imperator auguste, Christum esse, qui locutus est et in propheta et in Evangelio, tanquam in prædestinatione Evangelii per Esaiam

pro confidere, in quibusdam legitur confiteri.

c Omnes edit. ac mss. nonnulli, *si iudex, Dei Filius utique; quoniam iudex Dominus, et Deus bonus est. Iudex autem Dei Filius est, et Deus, etc.* Rom. edit.,... *et Deus bonus, iudex autem Dei Filius est Deus, etc.* Reliqui mss. melius, ut in contextu.

dicit : *Ipse qui loquebar, adsum (Esai. LII, 6)*, hoc A de possibilitate 478 ambigit? Ergo quia omnipotentem probavi, probavi utique ambigere eum de possibilitate non posse.

38. Deinde alibi: *Omnia quæ Pater habet, mea sunt (Joan. XVI, 25)*. Quæ sunt omnia? Non utique locus est de creatis; hæc enim omnia facta sunt per Filium: sed ea quæ Pater habet, id est, æternitatem, majestatem, divinitatem, quæ nascendo possedit. Ergo eum qui omnia habet, quæ Pater habet (scriptum est enim: *Omnia quæ Pater habet, mea sunt*), omnipotentem esse dubitare non possumus.

#### CAPUT V.

*Objectos adversus Christi omnipotentiam Scripturæ textus exponit; ac maxime in eo immoratur, ut eundem non raro ex humanæ naturæ affectu locutum probet.*

39. Nec vereor ne quia scriptum est de Deo: *Beatus et solus potens (1 Tim. VI, 15)*, ab eo Dei Filius separaretur; cum Scriptura Deum solum potentem dixerit, non Patrem solum: et ipse de Christo Deus Pater asserat per Prophetam: *Posui adjutorium super potentem (Psal. LXXXVIII, 20)*. Non ergo Pater solus potens, sed potens etiam Deus Filius; in Patre enim laudatur et Filius.

40. Certe ostendat aliquis quid sit, quod non possit Dei Filius: quis ei adjutor cum cælum faceret, fuit: quis adjutor cum conderet mundum? An qui in constitutione Angelorum et Dominationum adjutore non eguit, eguit ut hominem liberaret?

41. Scriptum est, inquit: *Pater meus, si possibile est, transfer a me calicem hunc (Matth. XXVI, 39; Luc. XXII, 42)*. Et ideo si omnipotens est, quomodo

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *fragilitatem gessit*; unus, *naturam gerit*: reliqui et edit., *substantiam gessit*; quidam etiam, *gerit*.

<sup>b</sup> Magister Sent. lib. III, dist. 17, § *Cæterum*, ita hunc locum refert, ut simul eo difficultatem haud mediocrem contineri profiteatur: *Quod tamen, inquit, ea ratione dictum accipi potest, non quia ipse (etiam in quantum homo) dubitaverit, sed quia modum gessit dubitantis, et hominibus dubitare videbatur*. At qui non satisfacit Estio ista solutio; ea siquidem in eundem locum relata subdit: *Rectius autem dicemus dubitationem Ambrosio esse non judicium anceps de veritate rei, sed indifferentiam quamdam partis sensitivæ ad sequendum affectum naturæ, vel rationem dubitantem*, etc. Sed neque sua se responsione plane contentum non disingulat, cum eius beneficio futurum dicit, ut locus hic possit *utcumque intelligi*. Verumtamen miramur quis tantus nodus in eo esse videatur, quod Christum hominis affectu dubitare dicat Ambrosius. Etenim e tota sermonis ac ratiocinationis serie haud difficulter intelligitur Christum hominis affectu dubitare nihil aliud esse Doctori nostro, nisi Christum præ se tulisse idem dubitationis signum, quod in simili statu exhibere alii homines consueverunt. Id quoque non obscure significatur in Expos. psal. xxxix, n. 16, ubi eundem locum eadem prorsus ratione enucleans; *secundum hominis locutus est affectum, quem innuit cautum esse debere, nec præsumere quod facile implere non possit*. Et infra, *hominum sensum exprimit, qui putant se a Domino suo, quando sunt in periculis, derelictos*. Hinc autem patet Magistri solutionem repudiari ab Estio non debuisse: maxime vero eum neque citatis locis, neque in Lucam lib. IV, num. 42, ubi hic idem textus delibatur, modum quo Christus, ut homo, dubitare vel iguo-

B Deo. Propheta non dubitat, et Filium dubitare tu credis? Num infra homines constituis Deum? Et dubitat de Patre Deus, et de morte formidat? Timet ergo Christus; et cum Petrus non timeat, Christus timet? Petrus dicit: *Animam meam pro te ponam (Joan. XII, 37)*; Christus dicit: *Anima mea turbatur (Joan. XII, 27)*.

44. Utrumque verum est, et plenum utrumque rationis; quod et ille qui est inferior, non timet: et ille qui superior est, gerit timentis affectum: ille enim quasi homo vim mortis ignorat, iste quasi Deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit; ut eorum qui sacramentum Incarnationis ahjurant, excluderetur impietas. Denique et hæc dixit, et <sup>c</sup> Manichæus non credidit, Valentinus negavit, Marcion phantasma judicavit.

45. Eousque autem <sup>d</sup> hominem quem veritate rare potuerit, prorsus non tangat. Sed fusius de his lib. III agit Ambrosius.

<sup>e</sup> Quod asserit Ambrosius de Manichæo, illud etiam traditur a multis aliis Patribus, nimirum illum veritatem incarnationis inficiatum. Christo phantasticam carnem, quæ humanis illuderet sensibus, attribuisse. Hoc docet Athanasius lib. de Salutari Adventu Chr., p. 365, Epiphanius Hæret. 66, Augustinus Hæret. 46 et Theodoretus pluribus locis. Certum est quoque Valentinum Christo corpus quoddam spirituale quod e cælo per Virginem tanquam per canalem descendisset, affinis: Marcionis vero eam fuisse impietatem, ut eundem Dominum non nisi spectrum nescio quod esse blasphemaret. Testatum id faciunt de Valentino quidem Tertull. de Præscript. cap. 49., Epiphanius ex Irenæo Hæret. 51., August., Theodor. et alii: de Marcione autem Tertull. adversus eundem cap. 8, Theodoretus lib. I Hæret. Fabul. c. 41 et lib. de Incarn. Christi. At de utroque simul laudatus jam non semel Tertull. lib. de Præscript. cap. 30, ubi amborum tempus, sectam philosophicam, religionem atque errores memorat.

<sup>d</sup> Macarius atque Stephanus ut Monothelitarum hæresim defenderent, hunc locum in sexta synodo generali, quæ tertia Constant. est, act. 4, citaverunt, sed pro hæreticorum ingenio mutilatum, quemadmodum a Catholicis demonstratum est. Lectæ quoque fuerant in act. 4, litteræ Agathonis Rom. Pont. a quo cæteris Patrum in hæc Evangelica verba: *Pater, si possibile est, etc.*, testimoniis præmittitur Ambrosiana sententia. quæ cap. seq. num. sic legitur: *Suscepit ergo voluntatem meam, etc.* Quem locum in act. 10 iterum placuit recitari. Unde quanti facerent Doctorem nostrum, cognoscere est.

corporis demonstrabat, æquabat affectu, ut diceret: **A** *faciat; et Filius quos vult, vivificat*, sicut scriptum est *Sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis* (Matth. xxvi, 39); cum utique similiter sit Christi velle, quod Pater vult: cujus similiter est facere, quod Pater facit.

46. Quo loco etiam illa vestra quæstio conticescit, quam soletis objicere, quia dixit Dominus: *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis*; et alibi: *Ad hoc descendendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui me misit* (Joan. vi, 38).

#### 479 CAPUT VI.

*Occasione superiorum Scripturæ locorum tantisper digrediens, libertatem Domini primum ex eo quod eadem præditus affirmetur Spiritus sanctus, deinde expressis quibus ipsa Filio Dei attribuitur, testimoniis demonstrat.*

47. Ergo ut quasi interpositis plenioris expositionis paulisper inducis, cur dixerit: *Si possibile est, voluntatis interim liberæ Dominum fuisse doceamus. In tantum processistis impietatis, ut negetis quod Filius Dei liberæ voluntatis sit!* At certe soletis etiam sancto Spiritui derogare, et negare non potestis scriptum esse: *Spiritus ubi vult, spirat* (Joan. iii, 8). *Ubi vult*, inquit, non ubi jubetur. Ergo si Spiritus ubi vult, spirat, Filius quod vult, non agit? Et certe idem Dei Filius in Evangelio suo dicit, ubi velit spirandi suppetere Spiritui facultatem. Numquid ergo superiorem fatetur; quia illi licet, quod sibi non licet?

48. Apostolus quoque dicit quia *omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult* (I Cor. xii, 11). *Prout vult*, inquit, hoc est, pro liberæ voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio. Et dividit Spiritus non mediocriter; sed quæ Deus consuevit operari, gratiam curationum, et operationem virtutum. Ergo dividit Spiritus prout vult, Filius Dei non liberat, quem vult? Sed audi etiam ipsum agere quod vult. Dixit enim: *Ut faciam voluntatem tuam, Deus meus, volui* (Psal. xxxix, 9). Et alibi: *Voluntarie sacrificabo tibi* (Psal. lxxviii, 8).

49. Scivit sanctus apostolus Petrus Jesum in potestate habere quæ vellet; et ideo cum videret ambulare eum supra mare, ait: *Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquas* (Matth. xiv, 28). Petrus credidit quia si Christus jubeat, naturæ possit conditio mutari; ut humanis se subjiciat unda vestigiis, et discrepantium naturarum possit convenire concordia. Petrus poscit ut jubeat, non ut roget Christus: Christus non rogavit, sed jussit, et factum est: et Arius contradicit?

50. Quid est tamen quod Pater velit, Filius nolit: aut Filius velit et Pater nolit? *Pater quos vult, vivi-*

*faciat; et Filius quos vult, vivificat*, sicut scriptum est (Joan. v, 21). Dic nunc quos vivificaverit Filius, et Pater vivificare noluerit. Cum autem Filius quos velit vivificet, et operatio una sit; vides quia non solum Filius voluntatem Patris, sed etiam Pater Filii faciat voluntatem? Quid est autem vivificare, nisi per Filii passionem? Passio autem Christi voluntas est Patris. Quos ergo Filius vivificat, per Patris vivificat voluntatem. Una igitur est voluntas.

51. Quæ autem voluntas Patris, nisi ut veniret Jesus in hunc mundum, et nos mundaret a vitiis? **480** Audi leprosum dicentem: *Si vis, potes me mundare* (Matth. viii, 2). Respondit Christus, *Volo*; <sup>b</sup> et statim secutus est effectus sanitatis. Vides quia Filius suæ arbitriæ voluntatis est, et Christi voluntas eadem quæ paterna est? Quamquam cum dixerit: *Omnia quæ Pater habet, mea sunt* (Joan. xvi, 15): sine dubio quia nihil excipitur, quam Pater habet, eandem habet et Filius voluntatem.

#### CAPUT VII.

*Redit ad propositæ difficultatis solutionem, et voluntatem affectusque humanos a Christo vere susceptos esse, ac proinde quidquid in ipso non congruit divinitati, ex eisdem oriri docet, atque ad id quod simul Deus et homo erat, refert.*

52. Una ergo voluntas, ubi una operatio; in Deo enim voluntatis series operationis effectus est. Sed alia voluntas hominis, alia Dei. Denique ut scias vitam in voluntate esse hominis; quia mortem timeamus: passionem autem Christi in voluntate divina; ut peteretur pro nobis: cum Petrus eum vellet a passione revocare, Dominus ait: *Non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum* (Matth. xvi, 25).

53. Suscepit ergo voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nomino, quia crucem prædico. Mea est voluntas, quam suam dixit; quia ut homo suscepit tristitiam meam, ut homo locutus est; et ideo ait: *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis* (Matth. xxvi, 39). Mea est tristitia, quam meo suscepit affectu: nemo enim moriturus exultat. Mihi compatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me et in me doluit, qui pro se nihil habuit quod doleret.

54. Doles igitur, Domine Jesu, non tua, sed mea vulnera: non tuam mortem, sed nostram infirmitatem, sicut ait propheta: *Quia pro nobis dolet* (Esai. lxxviii, 4): et nos, Domine, æstimavimus te esse in doloribus; cum tu non pro te, sed pro me doleres.

55. Et quid mirum si pro omnibus doluit, qui pro uno flevit? Quid mirum, si moriturus pro omnibus tædeat, qui Lazarum resuscitaturus illacrymat? Verum et ibi piæ sororis lacrymis commovetur, quia <sup>c</sup> mente humana tangebatur: et hic alto ope-

<sup>a</sup> Arius ejusque sectatores cum libertatem aliter eripere Christo non possent, eo devenerant impietatis, ut ab illo non animam, sed solam carnem assumptam contenderent. Testis est hujus rei Athanasius de Salut. Adventu Chr. pag. 635; Epiphanius Hæret. 69, num. 49; Augustinus Hæret. 49; et Theodoretus lib. v Hæret. Fabul. cap. 44.

<sup>b</sup> Ita edit. omnes et mss. aliquot: alii vero non pauci vocem *sanitatis* prætererunt; pro qua substituunt aliqui, *et statim leprosus sanus effectus est*. Rursus autem pro *arbitriæ suæ voluntatis*, Theod. codex solus exhibet, *arbitriæ suæ potestatis*.

<sup>c</sup> Vet. edit. ac mss. bene multi, *mentem humanam tangebatur*, duo *tangebant*; Rom. edit., *mentem humanam*

ratur affectu; ut sicut mors ejus mortem abstulit, **A** livor ejus ulcera nostra sanavit: ita etiam mœrorem nostrum mœror ejus aboleret.

56. Ut homo ergo dubitat, ut homo turbatur.

**a** Non turbatur ejus virtus, non turbatur ejus divinitas: sed turbatur anima: turbatur secundum humanæ fragilitatis assumptionem. Et ideo quia suscepit animam, **b** suscepit et animæ passiones; non enim Deus eo quod Deus erat, aut turbari aut mori potuisset. Denique, *Deus, Deus*, inquit, *meus, quare me dereliquisti (Psal. xxi, 1)*? Ut homo **481** ergo loquitur, meos circumferens metus; quod in periculis positi, **c** a Domino deseri nos putamus. Ut homo turbatur, ut homo flet, ut homo crucifigitur.

57. Sic enim et apostolus Paulus dixit: Quia *Christi carnem crucifixerunt (Galat. v, 24)*. Et alibi apostolus Petrus ait: *Christo passo secundum carnem (1 Pet. iv, 1)*. Caro igitur est passa, divinitas autem mortis libera: passioni corpus naturæ humanæ lege concessit; an vero mori divinitas potest, cum anima non possit? *Nolite*, inquit, *timere eos qui corpus possunt occidere, animam autem non possunt (Matth. x, 28)*. Si ergo anima occidi non potest, quomodo divinitas potest?

58. [*Alias cap. IV*]. **d** Unde illud quod lectum est, Dominum majestatis crucifixum esse, non quasi in majestate sua crucifixum putemus (*1 Cor. ii, 8*): sed quia **e** idem Deus, idem homo, per divinitatem Deus, per susceptionem carnis homo Jesus Christus, Dominus majestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturæ, id est, humanæ atque divinæ, in **C** natura hominis subiit passionem; ut indiscrete et Dominus majestatis dicatur esse qui passus est, et Filius hominis, sicut scriptum est, *qui descendit de cælo (Joan. iii, 13)*.

#### CAPUT VIII.

*Ex principio proxime ante constituto illud solvitur,*

*tangebant*; mss. reliqui ut in textu. At continuo post ubi vet. edit. cum parte mss., *operabatur effectus*; Rom. edit. cum aliis mss., *affectus*.

**a** Mss. aliquot, *Non turbatur ut virtus*.

**b** Intellige affectus innocuos, nec non vitiorum quibus nostros depravari dolemus, immunes. Etsi vero eosdem alii, post Hieronymum in Matth. xxxvi, *propassiones* vocare maluerunt, quam passiones; hanc tamen vocem adhibere voluit Ambrosius, ut Ariano errori validius orthodoxa veritas opponeretur. De Christi porro affectibus ubertim Magister **D** in III Sentent. distinct. 15; D. Thom. III p., q. 15, a. 4 et 6, aliique post eos theologi disputant.

**c** Mss. complures, *a Deo deseri*.

**d** Hic locus non modo in epist. 134 Leonis Magni ad Leon. August., verum etiam in conc. Chalced. act. 2, et in epist. 24 ejusdem Leonis papæ ad Flavian. relatus invenitur. Ambigitur autem a quo idem cum aliorum PP. testimoniiis additus fuerit in epistola memorata. Garnerius Præfat. in Schol. S. Cyrilli hoc a Theodoro factum contendit: Quenellius vero in Not. ad epist. 24 Leonis supra citatam, dispunctis Garnerii rationibus, eadem illa testimonia a Leone ipso proposita, et ejus nomine in concilio recitata esse disputat. Sed isthæc parum ad nostrum propositum.

**e** Rom. edit., *Idem Deus et homo. Quod autem hic*

*quod Christus dixit: Pater major me est. Quæ verba et alia ejusdem rationis ubi secundum humanitatem intelligenda esse ostensum est, eundem Dominum secundum naturam divinam dici non posse Patri inferiorem multis confirmatur.*

59. Per naturam igitur hominis et dubitavit, **f** et tæduit et resurrexit; quod enim cecidit, hoc resurgit. Per naturam hominis dicit etiam illud, de quo calumniari solent; quia dictum est: *Quoniam Pater major me est (Joan. xiv, 28)*.

60. Verum quia alibi dicitur: *Exivi a Patre, et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem (Joan. xvi, 28)*: quomodo vadit, nisi per mortem: et venit, nisi per resurrectionem? Denique **B** addidit, ut de assumptione se dixisse signaret: *Propterea dixi vobis priusquam fiat; ut cum factum fuerit, credatis (Joan. xiv, 29)*. Loquebatur enim passionem sui corporis, et resurrectionem per quam credere cœperant, qui ante dubitabant; neque enim Deus de loco ad locum transit, qui ubique semper est. Ut homo est qui vadit, ipse est qui venit. Denique et alibi dicit: *Surgite, eamus hinc (Ibid., 31)*. In eo ergo vadit et venit, quod est commune nobiscum.

61. Nam quomodo potest minor esse Deus, cum Deus perfectus et plenus sit? Sed minor **482** in natura hominis et miraris si ex **e** persona hominis Patrem dixit majorem, qui in persona hominis se verum dixit esse, non hominem; dixit enim: *Ego autem sum vermis et non homo (Psal. xxi, 7)*; et alibi: *Sicut ovis ad occisionem ductus est (Esai. lxi, 7)*.

62. Si in hoc minorem dicis, negare non possum: sed, ut verbo utar Scripturæ, non minor natus, sed *minoratus (Hebr. ii, 9)*, hoc est, minor factus est. Quomodo autem minor factus, nisi quia: *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit (Phil. ii,*

*et infra l. iii dicitur propter intimam illam in Christo divina humanæque naturæ unionem Dominum majestatis e cruce pependisse, ac vice versa e cælo descendisse Filium hominis, rite pronuntiar; hoc ipsum postea docuit Augustinus lib. i de Trinit. c. 15, n. 28, quem consule. Hoc porro illud est, quod communicatio idiomatum appellatur a scholasticis.*

**f** Ita omnes ed. ac mss. aliquot: cæteri vero *partim, et tædiant, partim et tædificavit*.

**g** Paulo durior videtur ea locutio, quippe que hominis naturam per omniæ saltem voce tenui confundat. Difficultatem ut solvat Petavius Dogm. Theolog. de Trinit. ait personam hic eo significatu accipiendam, quo vulgus dicit aliquem in persona alicujus loqui vel agere, id est, vice, nomine vel auctoritate: quo sensu personæ vocem etiam ab aliis quibusdam l. a tribus positam censet. Addere potuisset Ambrosium ipsum infra c. 10, num. 81, ubi dicit mortis obedientiam incarnationis fuisse, *in qua et officia nostra suscepit et nomina*. Verum quidquid sit de hac acceptance, cum passim in hoc Opere naturam ac personam satis distinguat S. Doctor, certum est orthodoxam hoc loco esse ipsius sententiam, nec aliud sibi voluisse, nisi Christum ut hominem seu secundum naturam humanam locutum, cum Patrem majorem dixit: sicut etiam lib. iv ait eundem Christum *ex personæ hominis incarnati susceptione loqui*.

6, 7) : non remittens utique quod erat, sed assumens A quod non erat ; quia formam servi accepit.

65. Denique ut sciremus per susceptionem corporis minoratum, de homine se David prophetare signavit dicens : *Quid est homo, quod memor es ejus : aut Filius hominis, nisi quia visitas eum ? Minorasti eum paulo minus ab angelis (Psal. viii, 5, 6).* Et hoc ipsum interpretatus Apostolus, ait : *Nam paulo quam angelos minoratum videmus Jesum, propter passionem mortis gloria et honore coronatum ; ut sine Deo pro omnibus gustaret mortem (Hebr. ii, 9).*

64. Non solum ergo Patre, sed etiam angelis minor Filius Dei factus est. Et si hoc ad præjudicium trahis ; nam ergo Filius in natura Dei minor est, quam sui angeli qui ei servant et ministrant (*Math. iv, 6*) ? Ita dum minorem vultis asserere, impietatem incurritis ; ut angelorum naturam Dei Filio præferas. Sed non est servus supra Dominum suum (*Math. x, 24*). Denique et in carne constituto angeli ministrabant ; ut nihil eum agnoscas per naturam corporis imminutum ; neque enim Deus sui pati potuit detrimentum, cum id quod assumpsit ex Virgine, nec accessio divinæ neo diminutio potestatis sit.

65. Non est ergo secundum divinitatem minor, qui plenitudinem habet divinitatis et gloriæ. Major enim et minor in iis quæ corporalia sunt, distingui solent : aut statu major, aut plenitudine, aut certe ætate. Vacant ista, ubi de divinis tractatus inducitur. Major enim vulgo dici solet, qui aliquem instituit et informat : in Dei autem sapientiam non cadit, ut instituta sit alterius disciplinis ; cum ipsa disciplinarum omnium tradiderit institutum. Quam bene autem posuit Apostolus : *Ut sine Deo pro omnibus gustaret mortem (Hebr. ii, 9)* ; ne divinitatis illam passionem putarem fuisse, non carnis !

66. Ergo si non invenerunt quemadmodum possent probare majorem, non verbis calumniantur, sed verborum rationem requirant. Ergo illos interrogo quo putent esse majorem ? Si quia Pater est, eo majorem putant : sed non hic ætas et tempus, neque canities Patris, et **483** filii pueritia est ; hæc enim majorem <sup>a</sup> solent facere patrem. Cæterum pater et filius generantis et nati nomina sunt, quæ non videntur separare, sed jungere ; non enim pietas naturæ detrimentum est : namque homines sibi invicem conciliat necessitudo, non separat.

67. Itaque si nec de natura afferre possunt aliquam quæstionem, vel testimoniis credant. Denique Filium non esse eo minorem, quia Filius est, evangelista testatur ; et æqualem esse, quia Filius est, ipse

significat dicens : *Propterea enim volebant eum occidere Judæi, quia non solum solvebat sabbatum, sed et Patrem propriam dicebat Deum, æqualem se faciens Deo (Joan. v, 18).*

68. Non Judæi hoc dicunt, sed Evangelista testatur, quod æqualem se faciebat Deo, proprium se Filium Dei dicens. Non enim scriptum est ex persona Judæorum dicentium : Propterea volebamus eum occidere : sed evangelista ex sua persona dicit : *Propterea enim volebant illum Judæi occidere.* Et interpretatus est causam, ideo Judæos ad necem ejus esse commotos, quod cum et sabbatum quasi Deus solveret, et Deum Patrem sibi proprium vindicare, non solum in solutione sabbati majestatem divinæ potestatis, sed etiam <sup>b</sup> in Patris proprii nomine jus sibi æternæ æqualitatis adscisceret.

69. Quibus aptissime respondit Dei Filius, ut et Dei se Filium, et æqualem probaret : *Quæcumque, inquit, Pater fecerit, eadem et Filius facit similiter (Ibid., 19).* Filius igitur Patri et dicitur et probatur æqualis. Bona æqualitas, quæ et differentiam divinitatis excludit, et cum Filio Patrem signat, cui Filius sit æqualis ; non est enim diversa, nec singularis æqualitas ; quia nemo æqualis ipse sibi solus est. Ergo Evangelista interpretatus est quid sit proprium Filium Dei se dicere, hoc est, æqualem se facere Deo.

70. Unde id secutus Apostolus dixit : *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo (Phil. ii, 6).* Quod enim quis non habet, rapere conatur. Ergo non quasi rapinam habebat æqualitatem cum Patre <sup>c</sup> quam in substantia sui tamquam Deus et Dominus possidebat. Unde addidit : *Formam servi accepit (Ibid. 7).* <sup>d</sup> Contrarium utique servus, et æqualis. Æqualis ergo in Dei forma ; minor in susceptione carnis, et hominis passione. Nam quomodo eadem posset minor esse æqualisque natura ? Quomodo autem, si minor est, eadem similiter facit, quæ Pater facit ? Nam quemadmodum eadem operatio diversæ esset potestatis ? Numquid sic potest minor, quemadmodum major operari ? aut una operatio potest esse, ubi diversa substantia est ?

71. Itaque accipe Christum <sup>e</sup> secundum divinitatem minorem non posse dici. Ipse loquitur ad Abraham : *Per me ipsum juravi (Gen. xii, 16).* Ostendit autem Apostolus eum qui per se jurat, minorem **484** esse non posse. Itaque sic ait : *Abrahæ cum repromississet Deus, quoniam nullum alium majorem habebat, juravit per seipsum, dicens : Nisi benedicens benedixero te, et multiplicando multiplica-*

Qua quidem responsione præcipuam Arianarum legionum machinam everti, et confringi non dubium est. Veruntamen ex Patribus non defuerunt, qui eundem Filium, etiam qua Deum, voluerunt eatenus dici minorem posse, quatenus omnimoda nature inter utrumque servetur æqualitas ; ut hoc unum Filius infra Patrem habeat, quod sit genitus : et Pater hoc unum supra Filium, quod sit ingentus, etc. Filii origo. Adis hac de re synodum Sardic. in epist. synod. ; Alexandrum, Alex. episc., scribentem ad Alexandrinos, cujus litteræ a Theodoro lib. i, cap. 4 refer-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, solent fateri patrem.

<sup>b</sup> Codex Tell., in Patre proprio nomen ejus, etc.

<sup>c</sup> Edit. Quam in natura sui.

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, ac edit vet., Contrarium ; edit. Contrarius utique servus æquali ; reliqui mss. et edit. Rom. ut in textu. Infra vero ubi omnes edit. atque mss. duobus exceptis, quomodo eadem ; iidem duo legunt, quomodo eidem, etc.

<sup>e</sup> Hic aperte declarat Ambrosius, quod ex toto capituli huius contextu cognoscitur, Filium scilicet quatenus Deum nullo modo, posse Patre minorem dici.

vero a te (Habr. vi, 13, 14). Ergo majorem non habuit Christus, et ideo per se juravit. Et bene addidit: *Homines enim per majorem se jurant; quia homines majorem habent, Deus non habet* (Ibid., 16).

72. Aut si volunt de Patre dictum videri, reliqua non cohererent; neque enim Pater visus est Abraham, nec Deo Patri pedes lavit, sed ei in quo futuri hominis est figura. Denique Filius Dei dicit: *Abraham diem meum vidit, et gravisus est* (Joan. viii, 56). Ipse est ergo qui per se juravit, quem Abraham vidit.

73. Et revera quomodo majorem habet, qui divinitate cum Patre unum est (Joan. x, 30)? Quod enim unum est, dissimile non est: inter majorem autem minoremque discretio est. Ergo de Filio, et Patre praesentis docet lectionis exemplum, quia nec Pater minorem habet, nec majorem Dei Filius; cum in Patre et Filio nulla distantia divinitatis sit, sed una majestas.

#### CAPUT IX.

*Objicientibus Filium cum a Patre sit missus, eo utique minorem esse; respondetur illum etiam a Spiritu missum, quo tamen minor non habeatur. Additur etiam Spiritum mitti a Patre et Filio, ut utriusque operationum unitas designetur: Hinc admonemur sedulo distinguendum quae locutiones Christo ut Deo, quaeve eidem ut homini convenient: quarum exemplum non pauca subjiciuntur exponunturque.*

74. Nec illud sane metuo, quod solent obtendere minorem esse, quia missus est. Si enim et minor non docetur, et honorificentiae docetur aequalitas; cum ita omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem (Joan. v, 23), constat eo minorem non esse, quod missus est.

75. Non ergo humani sermonis angustias, sed verborum claritatem intuere, operibus crede. Considera quia Dominus noster Jesus Christus in Esaia locutus est ab Spiritu sancto esse se missum (Esa. lxi, 1). Numquid ergo Spiritu minor Filius, quia missus ab Spiritu est? Habes igitur scriptum quod Filius a Patre et Spiritu ejus dicat esse se missum: *Ego sum, inquit, primus, et ego in aeternum, et manus*

runtur; Athanasium lib. ii, in Arianos; Gregorium Naz. Orat. 5 et 30, Chrysost. hom. 75 in Joan. et alios Graecos: inter Latinos autem Hilarium lib. ix de Trinit. c. 51 atque Augustinum lib. iii cont. Maxim. Arian. cap. 14. Magis tamen Ambrosiana distinctio obtinuit apud posteros.

<sup>a</sup> Nonnulli mss., et multiplicando multiplicaberis.

<sup>b</sup> Mss. Aud. et Ebrul., sed verborum claritatem.

<sup>c</sup> Aut. edit. cum uno vel altero ms., *Aut si volunt; Rom. et mss. ceteri, Aut si nolunt.* Optime, referendum enim ad ultima verba loci ex Esaia citati, *Dominus misit me, et Spiritus ejus.* Etenim qui Christum hic a propheta loquentem induci negaverit, eum haec verba Patri attribuere necessum erit.

<sup>d</sup> Ita non solum Ambrosiani cod. omnes scripti ac editi; verum etiam Concilium Ephes. i, quod est generale iii, cap. 24, inter excepta ex opusculis Patrum, tom. III, edit. Labb., quae in act. quoque 6 repetita sunt in Collect. Baluz: et Concil. Chalc. oecumen. iii, act 1 et 2, tom. iv, ejusdem edit. Labb.; verum etiam in epist. Leonis papae ad Leon. imperat. cum apud Labbeum t. III, tum in edit. Quenelliana Operum ejusdem Leonis in contextu citatae epist., attamen ibidem in margine Quenellius in cod.

*mea fundavit terram, dextera mea solidavit caelum* (Esa. xlviii, 12, 13); et infra: *Ego locutus sum, et ego vocavi; adduxi eum, et prosperam iter ejus feci. Accedite ad me, et audite haec: non in oculo ab initio locutus sum. Cum fierent, illi: eram: et nunc Dominus misit me, et Spiritus ejus* (Ibid., 15, 16). Uti qui caelum fecit et terram, ipse dicit a Domino et a Spiritu ejus esse se missum. Videtis ergo quod simplicitas sermonis, non injuria **485** missionis sit. Ipse igitur missus a Patre, ipse est missus ab Spiritu.

76. Et ut cognoscas nullam majestatis esse distantiam, etiam Filius Spiritum mittit, sicut ipse dixit: *Cum venerit autem Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre meo, Spiritus veritatis, qui a Patre meo procedit* (Joan. xv, 26). Hunc eundem Paraclitum et a Patre esse mittendum supra docuit dicens: *Paraclitus autem ille Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo* (Joan. xiv, 26). Vide unitatem, quia quem Deus Pater mittit, mittit et Filius: et quem mittit Pater, mittit et Spiritus. <sup>e</sup> Aut si nolunt Filium missum, quia dexteram Patris Filium legimus; ipsi de Patre quod de Filio abnuunt, fatebuntur: nisi forte aut alterum sibi Patrem, aut alterum sibi Filium inveniant Ariani.

77. Sileant igitur <sup>d</sup> inanes de sermonibus quaestiones; quia regnum Dei, sicut scriptum est (I Cor. ii, 4), non in persuasionem verbi est, sed in ostensione virtutis. Servemus distinctionem divinitatis et carnis. Unus in utraque loquitur Dei Filius; quia in eodem utraque natura est: et si idem loquitur, non <sup>c</sup> uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quae sunt divina, quia Verbum est: quasi homo dicit quae sunt humana, quia in mea substantia loquebatur.

78. *Hic est panis vivus, qui descendit de caelo* (Joan. vi, 51). Panis hic caro est, sicut ipse dixit: *Hic panis quem ego dabo, caro mea est* (Ibid., 53). Hic est qui descendit de caelo, hic est quem Pater sanctificavit, et misit in hunc mundum. <sup>e</sup> Nec ipsa

Thuan. scriptum notavit, *inanis dissertationis quaestiones.* Infra vero diligentiss. Baluzius ex vet. exemplaribus Ephes. Concilii, ex Contio et ms. Corbei. synodi Chalced. cui etiam Rustici lectionem addit, quibus praeterea jungera licuisset ex ipsa Synodo Chalc. edit. Labb. Graeca illa, *εἰς ἐν ἐκατέρῃ ἰσλῆϊ τοῦ Θεοῦ Υἱός*, sicut et laudatam Leonis epist. edit. Quen.; in eodem igitur Ephes. Conc. Baluzius reposuit, *unus in utroque locutus est.* etc., ubi apud Ambrosium, *Facundum, et in act. 5 Concilii Later. sub Martino papa, nec non in mss. duobus Colb. legebatur, unus in utroque locutus est, etc.* Quam tamen lectionem, praeter haec a Baluzio ipso memorata, nostri omnes mss., laudata Concilia Ephes. et Chalc. in Labb. edit. atque epist. Leonis ibidem, series quoque orationis, plane confirmant.

<sup>e</sup> Omnes edit. ac mss. non pauci, *Haec ipsa littera... non divinitatem eguisse*; alii mss. et Graecus textus Synodi Chalc. edit. Labb. nobiscum faciunt: excepto quod nonnulli cod. geminant negationem in hunc modum, *nec ipsa littera... non divinitatem eguisse*: quam lectionem ex antiq. exemp. Ephes. Synodi, et duobus Ambros. praetulit Baluzius. Verum omnino expurgendam secundam negationem docet

littera nos docet sanctificatione divinitatem eguisse, A sed carnem. Denique ipse Dominus dixit: *Et ego memetipsum sanctifico pro ipsis (Joan. xvii, 19)*; ut agnoscas quod et sanctificatur in carne pro nobis, et divinitate sanctificat.

79. Hic idem est quem Pater misit, sed *factum ex muliere, factum sub Lege*, ut Apostolus dixit (*Galat. iv, 4*). Hic est, qui ait: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me: evangelizare pauperibus misit me (Luc. iv, 18)*. Hic est qui dicit: *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de doctrina, utrum ex Deo est, an ego a me ipso loquar (Joan. vii, 16, 17)*. Alia ergo ex Deo doctrina, alia ex homine. Itaque Judæi cum doctrinam ejus secundum hominem quærerent, et dicerent: *Quomodo hic litteras novit, cum B non didicerit (Joan. vii, 15)*? respondit Jesus, et dixit: *Mea doctrina, non est mea; nam cum sine 486 eruditione litterarum doceat, non quasi homo, sed potius ut Deus videtur docere, qui doctrinam non didicerit, sed invenerit.*

80. Adinvenit enim omnem viam disciplinæ, ut supra lectum est; nam utique de Filio Dei dictum est: *Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius ad eum qui adinvenit omnem viam disciplinæ. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est (Baruc. iii, 36 et seq.)*. Quomodo ergo secundum divinitatem doctrinam suam non habet, qui adinvenit omnem viam disciplinæ, antequam videretur in terris? Aut quomodo minor, de quo dictum est: *Non æstimabitur alius ad eum?* Utique incomparabilis dicitur, ad quem nemo alius æstimari potest: sed ita C incomparabilis, ut Patri nequeat anteferri. Quod si de Patre dictum putant, impietatem \* Sabellii non evadent, ut Patri susceptionem humanæ carnis attribuant.

81. Persequamur sequentia: *Qui a semetipso, inquit, loquitur, gloriam suam quærit (Joan. vii, 18)*. Vide unitatem, quæ et Patrem signat et Filium. Non potest non esse, qui loquitur: sed non potest a semetipso esse quod loquitur, in quo naturaliter ex Patre sunt omnia.

82. Quid est autem: *Gloriam suam quærit?* Hoc est, non divisam a Patre gloriam; nam utique et Verbum Deus habet gloriam. Denique dicit: *Ut videant gloriam meam (Joan. xvii, 24)*. Sed illa verbi gloria eadem Patris gloria est, sicut scriptum est: *Dominus D Jesus Christus in gloria est Dei Patris (Philip. ii, 11)*. Ita igitur secundum divinitatem Dei Filius suam glo-

ipse sensus: aut saltem cum M. Mercatore atque Contio, quos ibidem refert Baluzius, legendum erit, *Et ipsa littera, etc.*

<sup>a</sup> Epiphanius in *Anaceph.* lib. sui ii, scribit, *Sabelliani cum Noetianis in omnibus propemodum consentiunt, nisi quod Patrem ipsum negant passum*. Qua sententia quid magis cum Ambrosiana pugnare videatur? Verum præceptorum suo commodum Augustinus tulit suppetias, is enim Hær. 41 citatis Epiphanius verbis ita subjungit: *Quomodo de Sabellianis intelligi potest; cum sic innoverint dicere Patrem passum, ut Patripassiani quam Sabelliani crebrius nun-*

riam habet, ut Patris et Filii una sit gloria. Non est ergo minor in claritate, quia una gloria: non minor divinitate, quia plenitudo divinitatis in Christo est.

83. Et quomodo, inquis, scriptum est: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum (Joan. xvii, 1)*? Qui hoc dicit, clarificatione, inquis, indiget. Illicusque oculos habes: quod reliquum est non legisti; sequitur enim: *Ut Filius tuus clarificet te (Ibid.)*. Numquid et Pater indiget, qui clarificandus a Filio est?

#### CAPUT X.

*Objectionem a Filii obedientia desumptam solvit, ostensoque Trinitatis unam potentiam, divinitatem atque operationem esse, addit Christum etiam matri, qua minor dici neutiquam potest, obedientiam exhibuisse.*

84. Pari modo obedientiam Filii objicere solent, quia scriptum est: *Et specie inventus 487 ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem (Phil. ii, 7, 8)*. Et hominem præmisit, et usque ad mortem dixit; ut intelligeremus obedientiam mortis non divinitatis fuisse, sed incarnationis: in qua et officia nostra suscepit et nomina.

85. Didicimus itaque unam esse potentiam Trinitatis, quam nos <sup>b</sup> in ipsa atque post ipsam docuit passionem; Filius enim patitur per corporis sacramentum, apostolis Spiritus sanctus infunditur: in manus Patris commendatur spiritus, Deus quoque Pater maxima voce signatur. Didicimus unam Patris et Filii esse imaginem, unam similitudinem, unam sanctificationem. Didicimus unam esse operationem, unam gloriam, unam quoque divinitatem.

86. Unus ergo et solus Deus; quia scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies (Deut. vi, 13)*. Unus Deus, non ut ipse sit Pater et Filius, sicut impius Sabellius asserit: sed quia Patris et Filii, Spiritusque sancti una divinitas sit: ubi autem una divinitas, una voluntas, una præceptio.

87. Denique ut scias et Patrem esse, et Filium esse, et unum opus Patris ac Filii esse, Apostolum sequere, qui dixit: *Ipse autem Deus, et Pater noster, et Dominus noster Jesus dirigat viam nostram ad vos (1 Thess. iii, 11)*. <sup>c</sup> Et Patrem loquitur, et Filium loquitur: sed unitas directionis est; quia unitas potestatis est. Sic et alibi habes: *Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus, et Pater noster qui dilexit nos, et dedit consolationem æternam, et spem bonam in gratia; consoletur corda vestra, et confirmet (II Thess. ii, 15, 16)*. Quantam unitatem ostendit, cupentur? Sed hæc inter se alio loco conciliabuntur.

<sup>b</sup> Vet. edit., *in ipsa quoque docuit passione. Filius enim patitur, in manus Patris commendatur spiritus, Deus quoque Pater maxima voce; Gill. solus, inclamatur, atque post ipsam docuit passionem. Filius enim patitur, etc.* Confuse perturbateque. Mss. autem ubi biseum faciunt, paucis tamen exceptis qui ultimam partem ita efferunt, *Spiritus sanctus infunditur. Pater quoque, etc.*, omissis vocibus quæ interjiciuntur.

<sup>c</sup> Edit. ultimæ Paris., *Et Pater loquitur, et Filius loquitur*. Corrupto sensu.

ut consolationis unitas, non pluralitas sit! Conticescat ergo perfidia, aut si ratione non vincitur, morali humanitate flectatur.

88. Consideremus quam moraliter egerit Dominus, ut nos non solum fidem, sed etiam mores doceret. Namque in forma hominis constitutus, subditus erat Joseph et Mariæ (Luc. II, 51). Numquid ergo minor et hominibus, quia subditus? Aliud pietatis, aliud potestatis est: sed non præjudicat pietas potestati. In quo ergo legis subditum Patri? In corpore scilicet, in quo erat subditus matri.

#### CAPUT XI.

*Proposit cum Arianis humaniter agere Christi exemplo vulnera vino et oleo curantis: ad quod cæleste medicamentum omnes invitans, quo consilio is carnem induerit, et qua utilitate, tradit. Hinc aperit quantum prosit fidem habere, qua Christum propter nos omnem infirmitatem suscepisse cognoscimus, cujus divinitas in passione erumperebat. Ex quibus intelligere est Dei Filium sine subjectione ulla missum fuisse: nec vetuendum ne fides hæc displiceat Patri; quippe qui in filio sibi complacere significet.*

89. Agamus et nos moraliter, persuadeamus illis quod sibi prosit, obsecremus et ploremus ante Dominum qui fecit nos (Psal. xciv. 6). Non enim **488** vincere volumus, sed sanare: non insidiosè agimus, sed religiose monemus. Sæpe flectit humanitas, quos nec virtus potuerit superare, nec ratio. Denique Dominus illum hominem qui ex Hiericho descendens, incidit in latrones, quem non asperioribus Legis medicamentis, non prophetico rigore curaverat, oleo curavit et vino (Luc. x, 30 et seq.).

90. Veniant ergo ad hunc omnes qui sanari volunt; accipiant medicamentum, quod et a Patre detulit, et præparavit in cælo, ex illis confectum immortalibus succis. Hoc ex terra non pullulat; expers enim est omnis natura hujus confectionis. Divino enim consilio suscepit hanc carnem, ut ostenderet legem carnis legi esse subditam mentis. Suscepit carnem, ut quasi homo vinceret, qui homines erudiret.

91. Quid mihi prodesset, si quasi Deus exerta potestate divinitatem suam tantummodo inviolabilem demonstrasset? Aut cur susciperet carnem, nisi ut tentari se naturæ atque infirmitatis meæ conditione pateretur? Tentari debuit, compati mihi debuit; ut scirem quemadmodum tentatus vincerem, compassus evaderem. Vicit per continentiam, vicit per contemptum divitiarum, vicit per fidem: calcavit ambitionem, fugavit intemperantiam, <sup>a</sup> lasciviam relegavit.

92. Hoc medicamentum Petrus vidit, et retia sua, instrumenta videlicet quæstus et subsidia dereliquit, renuntians carnis concupiscentiæ tanquam corruptæ navi, in quam quasi sentina quædam multarum ingreditur passionum. Magnum ergo medicamentum,

<sup>a</sup> Mss. aliquot, lasciviam religavit; nonnulli etiam, ligaverit.

<sup>b</sup> Plerique mss., Maledictus homo qui, etc.

A quod non solum cicatricem vetusti vulneris amputavit, sed etiam causam passionis incidit. O fides thesauris omnibus opulentior! o vulnerum nostrorum, peccatorumque medicina præstantior!

93. Consideremus quia nobis prodest bene credere. Mihi enim prodest scire quia propter me Christus suscepit meas infirmitates, mei corporis subit passiones (Esai. LIII, 4): pro me peccatum, hoc est, pro omni homine, pro me maledictum factus est, pro me atque in me subditus atque subiectus, pro me agnus, pro me vitis, pro me lapis, pro me servus, pro me filius ancillæ, pro me diem judicii ignorans, pro nobis nesciens diem aut horam (II Cor. v, 21).

94. Nam quomodo posset diem nescire, qui dies fecit et tempora? Quomodo posset diem ignorare **B** judicii, qui et horam futuri judicii expressit et causam? Factus ergo maledictum non secundum divinitatem, sed secundum carnem; scriptum est enim: <sup>b</sup> Maledictus omnis qui pendet in ligno (Deut. xxi, 23). Secundum carnem utique pependit; et ideo maledictum, qui nostra maledicta suscepit. Ille flevit, ne tu homo diu feres: ille injurias passus est, ne tu injuriam tuam doleres.

95. Grande remedium, solatium habere de Christo. Ille enim pro nobis hæc patientius tulit, et sanus qui patienter hæc pro illius nomine ferre nequeamus! Quis appetitus non discat ignoscere, quando et pro persecutoribus **489** suis Christus etiam crucifixus orabat? Videsne illas quas tu putas Christi infirmitates, tuas esse virtutes? Cur de remediis nostris ei **C** questionem movemus? Lacrymæ illæ <sup>c</sup> nos lavant, fletus illi nos abluunt, ac dubitatio illa nos firmat; ne tu si cœperis dubitare, desperes. Quanto major est injuria, tanto uberior debetur gratia.

96. Sed in ipsis injuriis cognosce divinitatem. In cruce pendebat, et elementa ei omnia serviebant. Sol refugit, dies occidit, offusæ et circumfusæ tenebræ, terra tremuit: non tremuit qui pependit (Math. xxvii, 51). Quid aliud hæc, quam Auctoris reverentiam signant? Quia in cruce est, vides: quia regnum Dei donat, non vides. Quia mortem gustavit, legis: quia latronem quoque ad paradisum invitavit (Luc. xxiii, 43), non legis. Mulieres flentes intueris ad tumulum, non intueris angelos excubantes (Joan. xi, 12). Quid dixerit legis, quid gesserit non legis. Dicit **D** Chananææ mulieri dixisse Dominum: Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus Israel (Math. xv, 24): non dicit, quoniam id quod ab ea rogatus est, fecit.

97. Unde intelligere te convenit, quia missus non id significat, quod alieno sit coactus imperio, sed quod voluntario functus sit arbitrata: alioquin contemptum ostendis Patris. Si enim, ut tu interpreta- ris, paternorum famulus præceptorum Christus venerat in Judæam, ut solis ejus incolis mœderetur, et Chananææ prius filiam, ut legimus, liberavit; non

<sup>c</sup> Nonnulli mss., nos liberant; copiosius alii, et edit., nos lavant.



utique alieni fuit executor imperii, sed voluntarii A liber arbitrii. Ubi autem libertas voluntatis, ibi nulla prævaricatio missionis.

98. Nec vereare ne displiceat Patri, quod fecit Filius; cum ipse dicat: *Quæcumque placita sunt ei, facio semper* (Joan. viii, 29); et alibi: *Opera quæ ego facio, ipse facit* (Joan. xiv, 12). Quomodo ergo Patri potuit displicere, quod ipse fecit per Filium? Unus enim Deus, sicut scriptum est, *qui justificavit circum-cisionem ex fide, et præputium per fidem* (Rom. iii, 36).

99. Omnia lege, omnia diligenter adverte; invenies sic demonstrasse se Christum, ut Deus in homine cerneretur: nec malitiose accipias de Patre Filium gloriantem, cum audias Patrem in Filio com-plateantem (Matth. xvii, 5).

#### CAPUT XII.

*Christum in persona judicis consideratum Catholici an Ariani melius sibi concilient, inquiritur. Objectio propter judicis sessionem ac Patris voces exorta dissolvitur; demonstraturque nullam in Filio nec subjectionem significari, quod sedeat a Patre invitatus: nec prælationem, quod ad ejus dextram sedeat. Denique ex Angelico Trisagio personarum in Deo Trinitatem, ac simul unitatem naturæ significari declaratur.*

100. Sed si moralibus flecti non queunt, provo-cemus ad judicem. Ad quem tandem ibimus? Nempe ad eum qui judicium habet. Numquid ad Patrem? Sed Pater non judicat quemquam; omne enim judicium dedit Filio (Joan. v, 22). Dedit utique gene-rando, non largiendo. Vide quam te noverit Filio suo derogare, ut tibi ipsum judicem daret.

**490** 101. Videamus ergo ante judicium quis cau-sam meliorem habeat; ego, an tu. Nempe prudentis actoris est prius conciliare sibi judicem. Hominem honoras, a Deum non honoras? Quid ergo conciliat cognitorem, honorificentiam, an injuria? Pone me peccasse, quod non est; num offenditur honore suo Christus? Peccamus omnes: quis ergo veniam promerebitur, qui defert honorificentiam, an qui irrogat contumeliam?

102. Aut si te ratio non movet, species saltem judicii ipsa commoveat. Attolle oculos ad judicem tuos, intueri qui sedeat, cum quo sedeat, ubi sedeat. Sedet Christus ad dexteram Patris. Aut si oculis hoc non potes comprehendere, audi dicentem Prophe-tam: *Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam* (Psal. cix, 2). Sedet ergo ad dexteram Patris Filius. Dic nunc qui de sæcularibus arbitraris æsti-manda divina, num tibi videatur inferior qui ad dex-teram sedet? num injuria Patris, quia ad sinistram sedet? Pater honorat, et tu injuriam putas? Pater mavult id esse pietatis exemplum, et tu putas præ-ceptionis imperium? De morte surrexit, et ad dex-teram Dei sedet.

103. Sed dixit, inquis, Pater. Accipe etiam ubi

a Mss. aliquot, *Dominum non honoras.*

b Codex Albin., *nec alicui præ-*

non dicit Pater, et prædicat Filius: *A modo videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram virtutis* (Matth. xxvi, 64). Et hoc de assumptione corporis dicit; huic dicit: *Sede ad dexteram meam* (Psal. cix, 1). Nam si de æterna sede divinitatis inquiris, interro-gatus a Pilato si ipse esset rex Judæorum, ait: *In hoc sum natus* (Joan. xviii, 37). Unde et Apostolus monet hoc esse nobis utile, si Christum non ex præ-cepto, neque ex gratia, sed quasi dilectissimum Fi-lium ad dextram Dei sedere credamus. Sic enim habes: *Quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens: quæ sursum sunt, sapite* (Colosa. iii, 1, 2). Hoc est enim superiora sapere, credere quia Christus ut sedeat, non quasi jussus obsequitur, sed quasi Filius dilectissimus honoratur. Propter rationem ergo corporis dicit: *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (Psal. cix, 1).

104. Quod si et hoc ad calumniam trahis, quia Pater dixit: *Ponam inimicos tuos*; etiam Pater trahit ad Filium, quos Filius suscitet atque vivificet: *Nemo enim, inquit, potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum: et ego resuscitabo eum in novissimo die* (Joan. vi, 44). Et tu Filium Dei pro infirmitate dicis esse subjectum, cui Pater attrahit, quos ille in novissimo die suscitet? Hæccine tibi videtur esse subjectio, in qua regnum Patri paratur, cum Pater ad Filium trahat, et calumniæ locus non sit, cum Patri regnum Filius tradat, b nec aliquid præ-feratur? Hæc enim documenta pietatis sunt, quod et Pater Filio, et Filius Patri tradat; ita enim sibi tradunt, ut neque ille qui accipit, quasi alienum acquirat: nec qui tradit, amittat.

105. Ad dexteram quoque sedere nulla prælatio est, neque ad sinistram injuria; divinitas enim gra-dum nescit, nec loco aliquo circumscribitur, nec temporibus definitur. Angustis animis homines ista pensamus. Nulla differentia charitatis, nullum discrimen est unitatis.

**491** 106. Sed cur longius evagamur? Circum-spectasti omnia, vidisti judicem, advertisti Angelos prædicantes. Illi laudant, et tu vituperas! Domina-tiones et Potestates venerantur, et tu calumniaris! Adorant omnes sancti ejus: non adorat Dei Filius, non adorat Spiritus sanctus. Seraphim dicunt: *Sanctus, sanctus, sanctus* (Esai. vi, 3).

107. Quid tibi vult sub uno nomine sanctitatis trina repetitio? Si trina repetitio, cur una laudatio? Si una laudatio, cur trina repetitio? Trina repetitio cur, nisi quia Pater et Filius et Spiritus sanctus sanctitate unum sunt (I Joan. v, 7)? Non dixit semel, ne Filium sequestraret: non bis, ne Spiritum præ-teriret: non quater, ne creaturas conjungeret. Et ut ostenderet Trinitatis unam esse deitatem, cum tertio dixisset: *Sanctus, sanctus, sanctus*; addidit singula-riter: *Dominus Deus sabaoth* (Esai. vi, 3). Sanctus igitur Pater, sanctus Filius, sanctus et Dei Spiritus feratur.

Adoratur igitur Trinitas, non adoratur: laudatur Trinitas, non laudatur. Ego malo sicut Seraphim credere, et sicut omnes Potestates Virtutesque cœlestes adorare.

## CAPUT XIII.

*Continuata iudicii Dominici allegoria, blasphemias Arianorum, Sabellianorum, et Manichæorum de suo iudice opiniones Ambrosius paucis refellit. Deinde propositis Christi de cæteris suis adversariis expostulationibus, iudicium sibi mitius futurum sperat.*

108. Igitur prosecutionem tuam videamus, quemadmodum concilies tibi iudicem. Dic sane, dic, inquam: Ego te, Christe, puto esse dissimilem Patri. Respondedit et ille: Discerne, si potes; discerne, inquam, in quo putes esse dissimilem.

109. Dic aliud: Creaturam, inquires, te arbitrator. Respondedit et Christus: Si duorum hominum testimonium verum est, tu nec mihi, nec Patri saltem credere debuisti, qui genitum nominavit?

110. Bonum, inquires, nego. Dicit et ille: Fiat tibi secundum fidem tuam, ut tibi bonus non sim.

111. Omnipotentem non arbitrator. Respondedit et ipse: Non possum ergo tibi tua peccata donare.

112. Subjectum dico. Referet ad hoc: Cur igitur libertatem ac veniam ab eo petis, quem putas pro servitio esse subjectum?

113. Video hæere prosecutionem tuam: non urgeo, quia peccatorum meorum ipse sum conscius. Non invidio veniam, quia ipse opto indulgentiam: votum tuum scire desidero. En allego apud iudicem desideria tua: non prodo crimina, seriem tuorum exspecto votorum.

114. Dic itaque ea quæ in communi voto sunt; dic, inquam: Domine, fac me ad imaginem Dei. Respondedit ille: Ad quam imaginem? Quam negasti?

115. Dic: Fac me incorruptibilem. Referet utique: **492** Quomodo te incorruptibilem facere possum, quem tu creaturam dicendo, capacem corruptibilitatis esse voluisti? Mortui resurgent incorrupti, et tu corruptibilem dicis quem Deum cernis (I Cor. xv, 52)?

116. Dic: Bonus esto mihi. Dicit tibi: Quid postulas, quod negasti? Ego te bonum esse volui, ego dixi: *Estote sancti, quoniam ipse sanctus sum* (Levit. xix); et tu mihi id negare contendis? et tu exspectas veniam peccatorum? Sed nemo potest donare peccata, nisi solus Deus. Itaque cum verus et solus tibi Deus non sim, non possum utique tua peccata donare.

117. Hæc Arianus dicat, et Photinianus: Nego te,

<sup>a</sup> Ita edit. cum mss. aliquot; aliorum vero nonnulli, *nos docet*; nonnulli, *vos docet*: duo etiam, *te non docet*. Perperam, nisi per interrogationem accipiatur.

<sup>b</sup> Manichæos principia duo admisisse, alterum boni, mali alterum: a mali autem principio corporea omnia condita ducisse, auctores sunt a nobis jam sæpius laudati Epiphanius Hær. 76 et Augustinus Hær. 47, qui etiam adjicit ab illis eadem animalium

A inquit, Deum. Respondedit ei Dominus: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus* (Psal. lii, 1). De quo dictum putas, de Judæo, de gentili, an de diabolo? De quovis dictum sit, Photiniane, tolerabilior est ille, qui tacuit: tu vero et voce ausus es dicere, ut insipiente insipientior probareris. Negas ergo, inquit, Deum; cum ego dixerim: *Dii estis, et filii excelsi omnes* (Psal. lxxxi, 6). Et tu Deum negas, cujus opera divina circumspicis?

118. Dicat et Sabellianus: Ego te ipsum Patrem et Filium et Spiritum sanctum arbitrator. Respondedit et Dominus: Non audis Patrem, non audis Filium. Numquid hic ulla confusio est? Scriptura ipsa <sup>a</sup> te docet Patrem esse, qui detulit iudicium: Filium esse, qui iudicat. Non audisti me dicentem: **B** *Solus non sum; sed ego, et qui misit me Pater* (Joan. viii, 29).

119. Dicat et Manichæus: <sup>b</sup> Ego auctorem carnis nostræ diabolum credo. Respondedit ei: Ergo quid facies in cœlestibus? Vade ad auctorem tuum. Ego eos volo mecum esse, quos dedit mihi Pater. Tu te a diabolo creatum, Manichæe, arbitraris: ad illius ergo festina sedem; ubi ignis et sulphur, ubi non restinguitur ejus incendium, ne unquam pena moriatur.

120. Mitto alia hæreticorum portenta, <sup>c</sup> non nomina; quid eis erit iudicii, quæ erit forma sententiæ? Respondedit his omnibus et ille moraliter: *Populus meus, quid feci tibi, aut quid constristavi te* (Mich. vi, 5)? Nonne ex Ægypto eduxi te, et ex **C** domo servitutis liberavi te?

121. Sed parum est ex Ægypto liberasse, et ex domo servitutis eripuisse: plus est te ipsum dedisse pro nobis. Dices ergo: Nonne vestras omnes suscepti injurias? Nonne corpus meum pro vobis obtuli? Nonne mortem appetivi, quod non erat divinitatis meæ, sed vestræ <sup>d</sup> redemptionis? Hæccine referuntur gratiæ? Hoc profecit sanguis meus, sicut in Propheta ipse jam dixi: *Quæ utilitas in sanguine meo; quia descendi in corruptionem* (Psal. xxix, 10)? Hoc ergo profecit, ut me impie negaretis, pro quibus ista sustinui.

122. Ego vero tunc, Domine Jesu, et si gravium peccatorum mihi ipse sim conscius, dicam tamen: Non te negavi; habes quod ignoscas fragilitati carnis. **D** Delictum fateor, peccatum non abnuo: *Si vis, potes me mundare* (Matth. viii, 2); quia hoc dixit, emeruit.

**493** Ne, quæso, in iudicium intres cum servo tuo (Psal. cxlii, 2). Non quæro ut iudices, sed ut ignoscas.

sedulo prohibitam; ne principes tenebrarum offenderentur.

<sup>c</sup> Omnes edit. a mss. aliquot, *non nomina, qui dicunt: Qui dies erit iudicii*; alii nonnulli, *non nomina. Qui dies erit iudicii*; unus.... *Quid gesserit iudicii*. Optime autem reliqui, ut in textu, duobus tamen exceptis, ubi pro *non nomina* legitur *non nomine*, nec pravo sensu.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *redemptionis devotione*.

## CAPUT XIV.

*Judicis exponit sententiam; discussisque adversariorum cavillis, ab ea provocationem non dari planum facit.*

123. Quid putamus Christum judicaturum? Ego scio, judicaturum dico? Immo jam judicavit. Teneamus ejus sententiam: *Omnes, inquit, honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum (Joan. v, 23).*

124. Si displicet sententia, appella ad Patrem, rescinde judicium, quod Pater detulit. Dic quia dissimilem habet Filium. Respondebit tibi: Ego ergo mentitus sum, qui dixi Filio: *Faciaraus hominem ad imaginem et similitudinem nostram (Gen. 1, 26).*

125. Dic quia creavit. Respondebit tibi: Cur ergo adorasti, quem creaturam putasti?

126. Dic quia minorem generavit Filium. Respondebit: *Metire, videamus.*

127. Dic quia ei non debuisti credere. Referet ad hoc: Non tibi dixeram: *Hic est filius meus dilectissimus, in quo complacui, ipsum audite (Matth. xvii, 5)? Quid est, ipsum audite? Dicentem utique: Omnia quæ Pater habet, mea sunt (Joan. xvii, 10).* Hoc audierunt apostoli, sicut scriptum est: *Et ceciderunt in faciem suam, et timuerunt valde (Matth. xvii, 6).* Si ceciderunt qui confessi sunt, quid facient qui negarunt? Sed illos Jesus tetigit et levavit: vos jacere patietur; ne videatis gloriam, quam negastis.

128. Videamus ergo quoniam quem Filius damnat, et Pater damnat. Et ideo honorificemus Filium, sicut honorificamus Patrem; ut per Filium ad Patrem pervenire possimus.

## CAPUT XV.

*Modeste sentit de Opere suo: dicit tamen ad fidem illud sufficere; cum divinæ generationi tot locis Scriptura suffragetur, cui obsurdescunt Ariani. Horum pervicaciam Judaicæ plane similem patefaciens, adprecatur illis veritatis amorem. Postremo deserendos eos, utpote hæreticos et Antichristos, docet.*

129. Hæc ego, Imperator auguste, carptim ac breviter impolita magis proposui, quam enodata digessi. Quod si qua Ariani inconsummata arbitrantur, ego vix fateor inchoata: si qua adhuc superesse opinantur, ego prope omnia; infidelibus enim totum deest, abundat fidelibus. Denique una confessio Petri abundavit ad fidem Christo: *Tu es Christus Filius Dei*

<sup>a</sup> Irridentur hic Ariani, qui cum philosophiæ placitis niti se jactarent, relationem quantitatis, ubi philosophice loquendo qualitatis esse debeat, indubebant. Sic etiam Cyrillus Alex. in Thes. dissert. 11 eandem Eunomii fallaciam arguit. Eapropter autem difficultatem hanc uno verbo perstrinxit Ambrosius, quia ipsam supra abunde enodavit.

<sup>b</sup> Mss. haud pauci, non demutatam. Quamquam non absurde, melius tamen alii, atque edit., non diminuatam. Hanc autem vocem, perinde ac sequentem non possis rectius intelligere, quam ex hoc Hilarii

*A vivi (Matth. xvi, 16); sat est enim generationem scire divinam, non divisam, non diminuatam, non derivatoriam, non creatam.*

130. Hoc etiam totis Scripturarum exponitur libris, nec adhuc ab impiis creditur: *Incrassatum est enim, ut scriptum est, cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos suos gravaverunt; ne quando oculis suis videant, et auribus audiant, et corde intelligant (Esai. 6, 10).* Namque, more Judaico, aures suas Ariani claudere solent, aut serere tumultus, quotiescumque verbum salutis auditur.

131. Et quid mirum si humanis vocibus credere non soleant infideles, qui non credunt divinis? Filius Dei dicebat, sicut habes in Evangelio: *Pater, clarifica nomen tuum.* Vox Patris de cælo audita est dicentis: *Et clarificavi, et iterum clarificabo (Joan. xii, 28).* Infideles hæc audiebant, sed non credebant. Dicebat Filius, respondebat Pater; et dicebant Judæi: *Tonitruum factum est illi (Ibid., 29);* alii dicebant: *Angelus locutus est ei (Act. ix, 4).*

132. Paulus quoque, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, cum voce Christi vocaretur ad gratiam, pluresque comites pariter incederent, solus vocem Christi audisse se dixit. Adeo, sancte Imperator, qui credit, audit; et audit, ut credat: qui non credit, non audit; sed nec vult, nec potest audire, ne credat!

133. Atque utinam, quod in me est, audire vellet, ut crederent: audire cum bona charitate et mansuetudine, ut verum quærentes, non veritatem impugnantem. Scriptum est enim, ut non intendamus *fabulis et genealogiis interminabilibus, quæ quæstiones magis præstant quam ædificationem Dei, quæ in fide est. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. A quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant (I Tim. 1, 4 et seq.).* Alibi quoque idem Apostolus dicit: *Stultas autem et sine disciplina quæstiones devita (II Tim. ii, 23).*

134. Tales <sup>c</sup> deserendos Apostolus dicit, qui quæstiones serunt, hoc est, hæreticos: de quibus et alibi dicit quod *discedent quidam a fide, intendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum (I Tim. iv, 1).*

135. Et Joannes dicit hæreticos esse Antichristos, Arianos utique designans (I Joan. ii, 18). Hæc enim hæresis post omnes hæreses cœpit, et ex omni hæresi venena collegit. Sicut enim de Antichristo scriptum est, quia *aperuit os suum in blasphemiam ad Deum, blasphemare nomen ejus, et bellum facere*

loco lib. vi de Trinit. sic loquentis: *Nescit in Deo portionem, sed scit Deum totum ex Deo toto: scit ex uno unum; non desectum, sed natum: scit natalitate Dei nec diminutionem esse gignentis, nec infirmitatem esse nascentis.*

<sup>c</sup> Ita mss. plures ac potiores: alii vero partim, ut Amerb. atque Eras., qui quæstiones asserant, hos esse hæreticos; partim ut Gill.,... serunt, hos esse hæreticos; unus ms., et eos esse hæreticos; Rom. edit., hoc est, eos esse hæreticos.

cum sanctis ejus (Apoc. xiii, 6) : ita et isti Filio Dei derogant, nec martyribus pepercerunt ; et, quod fortasse ille non faciet, <sup>a</sup> Scripturas falsavere divinas. Itaque qui dicit quia Jesus non est Christus, hic est Antichristus : qui negat Salvatorem mundi, negat Jesum : qui negat Filium, negat et Patrem ; quia scriptum est : **495** *Omnis qui negat Filium, <sup>b</sup> negat et Patrem* (1 Joan. ii, 23).

#### CAPUT XVI.

*Gratiano victoriam spondens, eam ab Ezechiele prædictam narrat. Ex pietate Imperatoris hanc spem confirmat, superiores clades hæresi Orientalium acceptas ferens. Deum tandem obsecrat, ut jam placatus, fidei exercitui, regioni, ac duci ferat auxilium.*

136. Neque vero te, Imperator, pluribus tenere debeo bello intentum, et victricia de barbaris trophæa meditantem. Progredere plane scuto fidei septus, et gladium spiritus habens : progredere ad victoriam superioribus promissam temporibus, et divinis oraculis prophetatam.

137. Namque et futuram nostri depopulationem, et bella Gothorum Ezechiel illo jam tempore prophetavit ; sic enim habes : *Propterea prophetiza, fili hominis, et dic : O Gog, hæc dicit Dominus :*

<sup>a</sup> Ambrosium in Exposit. psal. xxxvi atque alibi questum vidimus, quod initium Evangelii Joannis minus commode distinguerent Alexandrini ; quam distinctionem etiam memorat infra non semel : sed eam non se coruptionis loco habuisse ibidem ipse plane significat. Quare aliam adulterationem hic designatam ab eo manifestum est : quam etiam minime levem fuisse inde colligas, quod non solum hoc in opere de illa expositulatur, sed etiam in Commentatione de Spiritu S. lib. ii, cap. 6, et fusius adhuc lib. iii, cap. 11, ubi ejusdem corruptionis exemplum profert.

<sup>b</sup> Sex mss. nec Patrem habet. Sic etiam Græce, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει. Reliqui tamen mss. et edit. omnes, negat et Patrem.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, congregatio copiosa, et ascendet ; reliqui, atque edit. ut in textu, nisi quod vet. edit. cum mss. nonnullis habent, et descendet ; Rom. vero, et ascendes. Cæterum hanc Ambrosii interpretationem qua per vocem Gog Gothos autumat intelligendos Hieronymus Præfat. lib. xi in Ezech., sicut et in Quæst. seu Tradit. Hebræicis cap. 10, eatenus sibi non probari significat, ut tamen eam aperte improbare veritus fuerit. Et certe primo loco in ipsam cujus auctorem non sine honoris testimonio designat, nihil certi ac definiti proponit ; secundo autem etiam paratam se ad eundem, si modo confirmaretur eventu, sequendam salis indicat ; quod enim addit Gothos magis appellari Getas ab eruditissimam quam Gog et Magog, id parum urget. Certum quippe est plurima gentium nomina aliter in sacris codicibus, aliter in Græcis Latinisque scriptoribus haberi. Credibile ergo est Hieronymum, si post victoriam Theodosii scripsisset, hac in re Ambrosio fuisse accessurum. Hanc ipsam interpretationem cum Proclus Constantinopolitanus episcopus, imperante Theodoro juniore, verba e suggestu faciens, ad victoriam de Barbaris qui eisdem temporibus imperium vastabant, relatam accommodasset, retulit ab auditoribus ingentem plausum, ut Socrates lib. vi Hist. cap. 45 testificatur. Debuerat igitur his revocari Joan. Dallæus, ne lib. ii de Usu Patrum cap. 3 ita pronuntiaret : *Ambrosius, ut supra*

*Nonne in die illa cum constituetur habitare populus meus Israel in pace, surges et venies de loco tuo, ab extremo Aquilone : et gentes tecum multæ, sessorum equorum omnes, <sup>c</sup> congregatio multa et magna, et virtus copiosa ; et ascende ad populum meum Israel ut nubes operire terram in novissimis diebus, etc.* (Ezech. xxxviii, 14 et seq.).

138. Gog iste Gothus est, quem jam videmus exisse, de quo promittitur nobis futura victoria, dicente Domino : *Et deprædabuntur eos, qui deprædati eos fuerant, et despoliabunt eos, qui sibi spolia detraxerant, dicit Dominus. Eritque in die illa, <sup>d</sup> dabo Gog, hoc est, Gothis, locum nominatum, monumentum Israel multorum virorum congestum, qui supervenerunt ad mare : et per circuitum <sup>e</sup> struet os vallis, et obruet illic Gog et totam multitudinem ejus, et vocabitur Ge Polyandrium Gog ; et obruet eos domus Israel, ut purgetur terra* (Ezech. xxxix, 10 et seq.).

**496** 139. Nec ambiguum, sancte Imperator, quod qui perfidiæ alienæ <sup>f</sup> pugnam excepimus, fidei catholicæ in te vigentis habituri simus auxilium. Evidens enim antehac divinæ indignationis causa processit ; ut ibi primum fides Romano imperio frangeretur, ubi fracta est Deo.

140. Non libet confessorum neces, tormenta,

*attigimus, per Gog et Magog Gothos... parum considerate intelligit : qua in censura, ne quid gravius dicamus, parum consideratum semel ostendit.*

<sup>d</sup> Non pauci mss., dabo Gog, hoc est Gothos.

<sup>e</sup> Amerb. cum paucis mss. struet has vallas, istum et eos, et obruet illic Gog ; deest, in iisdem mss. istum et eos, cujus loco eod. Tell. habet., et per circuitum istum instruet eos vallis ; Eras. et sequentes edit. struet peristomium, et obruet eos ; Rom. vero, struent... obruent. Reliqui mss. ut in textu, nisi quod legunt, struet eos pro struet os, Græce τὸ περιεστρωμένον τῆς φάραγγος. Infra vero ejusdem Eras. et seq. edit., *Et vocabitur Polyandrium ; Amerb. et mss., Ge Polyandrium.* Sic etiam LXX, εἰς γὰρ τὸ πολυάνδριον : vallis autem est confragosa loca Hebræice dicta quæ sive ge auctor est Hieronymus in eum locum.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, pœnam excepimus, tñm male : recte tamen alii quoque, ac omnes edit., pugnam excepimus, hoc est, bellum propter alienam perfidiam, Constantii videlicet ac Valentis imperatorum Arianorum, divinitus immissum. Hoc intulerunt Gothi, qui sedibus suis expulsi ab Alanis, permissu Valentis transmissis Danubio, partem Thraciæ colendam acceperant. Sed non male abhinc tempore in eundem imperatorem arma capientes, post multas ejus ducebis clades illatas, regiones quæ ab Ambrosio hic membrantur, cæditibus, stupris, incendiisque sædaverunt. Gratianus igitur cum in procinctu esset, ut contra barbaros illos Valenti ferret auxilium, hos libros a Doctore nostro postulavit ; nimirum ut ad Arianum profecturum imperatorem, salubri antidoto præmuniretur. Hoc autem Gothicum bellum cum ab alii, tum ab Amm. Marcellino, lib. xxxi, cap. 4 et seq., diligenter descriptum reperies.

<sup>g</sup> Ita edit. omnes et mss. quidam ; alii omittunt, tormenta ; et pro piorum sacerdotia, nonnulli habent, implorant, vel perfidorum sacerdotia ; quidam autem totum locum hoc modo legunt, exsilia recordari piorum sacerdotum, perfidorum, etc. Porro quantum sub Arianis principibus passi fuerint catholici episcopi, præter historicos ecclesiasticos eleganter describit Gregorius Naz. Orat. ad 150 Episcopos, et Orat. ad Arlan., atque alibi.

exsilia recordari, piorum sacerdotia proditorum munera. Nonne de Thraciæ partibus per Ripensem Daciam et Mysiam, omnemque Valeriam Pannoniorum, totum illum limitem sacrilegis pariter vocibus et Barbaricis motibus audivimus inhorrentem? Quid poterat nobis vicinia tam feralis iuvellere? aut quemadmodum res Romana tali tuta poterat esse custodia?

141. Sed jam satis superque, omnipotens Dens, a nostro exsilio, nostroque sanguine, confessorum neces, exsilia sacerdotum, et nefas tantæ impietatis eluimus: satis claruit eos qui violaverint fidem, tutos esse non posse. Convertere, Domine, fideique tuæ attolle vexilla.

142. Non hic aquilæ militares, neque volatus

a Rom. edit. cum uno vel altero ms., *nostro exilio* B non paucos his barbarorum incursionibus e patria vet. cum reliquis, *nostro exsilio*; non male. Loquitur enim in Catholicorum persona, quorum certum est

aviam exercitum ducunt: sed tuum, Domine Jēsu, nomen et cultus. Non hic infidelis b aliqua regio, sed ea quæ confessores mittere solet Italia; Italia aliquando tentata, mutata numquam: quam dudum ab hoste barbaro defendisti, nunc etiam vindicasti. Non hic in Imperatore mens lubrica, sed fides fixa.

143. Ostende nunc evidens tuæ majestatis indicium; ut is qui te verum virtutum Dominum et cælestis militiæ ducem: is qui te veram Dei virtutem credit esse atque sapientiam, non temporalem utique nec creatam, sed sempiternam, sicut scriptum est, Dei virtutem et divinitatem, tuæ majestatis fultus auxilio, fidei suæ tropæa mereatur (I Cor. I, 24).

b Mss. nonnulli, *aliqua religio*, minus concinne.

## LIBER TERTIUS.

### 497 CAPUT PRIMUM.

Ubi præmisit Ambrosius quamobrem strictius tractata in prioribus libris, in his uberius tractanda suscipiat; objectum sibi fabularum usum exemplo Scripturæ diluit cum alia poetica memorantis, tum maxime Sirenas, quæ figuræ sunt voluptatum: a quibus et Pauli verba et Christi facta oportet avocent Christianos.

1. Quoniam, clementissime Imperator, instruendi tui gratia, aliqua de fide mihi scribenda mandaveras, et verecundantem coram etiam ipse fueras adhortatus; ideo quasi in procinctu positus, duos tantum conscripsi libellos, quibus vias quasdam fidei et semitas demonstrarem.

2. Sed quoniam mens præva quorundam serendis intenta quæstionibus, stylo accessit a uberiore confici; tuæ quoque pia me cura clementiæ ad cætera vocat, volens in pluribus experiri, quæ in paucis probasti; ea quæ perstricta paucis superius sunt, placuit mihi paulo latius exsequi; ne ea quasi diffidentia assertionis deseruisse potius, quam securitate fiducia proposuisse videamur.

3. Et quia b Hydræ nominis, et Scyllæi litoris comparationem induximus (Sup. lib. I, cap. 4), ut ostenderemus vel rediviva plantaria cavenda perfidiæ, vel famosa naufragia: si quis contra licitum putat colorem disputationis ejusmodi a poeticis fabulis derivatum, et cum in fide nihil quod vituperare possit invenit, aliquid in sermone reprehendit; agnoscat non solum sententiæ, sed etiam

a Rom. edit. sola, *uberiore configi*; vet. edit. ac mss. nonnulli, *uberiore configi*; melius reliqui, ut in textu.

b Amerb. et Eras., *Hydræ numinis... calorem disputationis*: Gill. ac Rom., *Hydræ nominis... calorem disputationis*: mss. vero nobiscum faciunt;

versiculos poetarum Scripturis insertos esse divinis.

4. Unde enim illud: *Hujus et genus sumus* (Act. XVII, 8), quod Paulus usu prophetico doctus usurpat? Nam et gigantes (Num. XIII, 34), et vallem Titanum (II Reg. V, 18) prophetici sermonis series non refugit. Et Esaias Sirenas, et filias passerum dixit (Esai. XLIII, 20). Et Hieronimus de Babylonia memoravit quod habitabunt in ea filie Sirenum (Jerem. XXVII, 39); ut ostenderet Babyloniæ, hoc est, sæcularis confusionis illecebras, vetustæ c lasciviæ fabulis comparandas; quæ velut scopuloso in istius vitæ littore, dulcem resonare quamdam, sed mortiferam cantilenam ad captendos animos adolescentium viderentur: quam sapiens etiam ab ipso poeta Græco inducitur (Hom. XII *Odyss.*), quasi quibusdam prudentiæ suæ circumdatus vinculis præteritis. Ita difficile judicatum est ante adventum Christi etiam fortiores non posse capi speciosæ delictis voluptatis!

5. [Alias cap. II.] Quod si poeta ille perniciosam mentibus hominum, et subeundis obnoxiam naufragiis, lasciviæ sæcularis illecebram judicavit; quid nos æstimare oportet, quibus scriptum est: *Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis* (Rom. XIII, 14)? Et alibi: *Custigo corpus meum et servituti redigo: ne aliis prædicans, ipse reprobus efficiar* (I Cor. IX, 27).

6. Non enim per luxuriam nobis Christus, sed per jejunium salutem attulit. Neque ille emendatæ gratiæ suæ causa, sed nostræ eruditionis

excipe tamen Thuan. unum, ubi legitur... *vel residua plantaria... vel plaginosa naufragia*, etc. Per colorem autem disputationis intellige ornatum ejus ac lepores.

c Pro voce *lasciviæ* in Thuan. uno cod. habetur hic et infra, *fæctiæ*.

gratia jejunavit. Neque infirmitate corporis victus est, ut esuriret : sed esuriendo suscepti corporis fidem præstitit; ut non solum corpus, sed etiam infirmitates nostri corporis doceret a se esse susceptas, sicut scriptum est : *Quoniam infirmitates nostras suscepit, et ægritudines nostras portavit (Esai. LIII, 4).*

## CAPUT II.

*Quæ corporis sunt a Christo pro nobis suscepti, divinitati non tribuenda : secundum hanc illum altissimum; quod qui neget, eum Patri ascribere incarnationem. Cum Deus legitur solus esse, aut solus habere immortalitatem, id etiam intelligendum de Christo, tum ut memorata impietas declinetur, tum quia eadem Filii ac Patris asseritur operatio.*

7. Corporis est igitur, hoc est, nostrum est, quod esurivit : nostrum est, quod flevit, quod tristis fuit usque ad mortem. Cur ad divinitatem quæ sunt nostra referuntur? Corporis est, quod etiam factus asseritur. Denique sic habes : *Mater Sion dicit : Homo, et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus (Psal. LXXXVI, 5).* Homo, inquit, factus est, non Deus factus est.

8. Qui autem idem altissimus, idem homo, nisi *Mediator Dei, et hominum, homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro nobis (I Tim. II, 5, 6)?* Et hoc utique ad incarnationem pertinet; redemptio enim nostra per sanguinem, remissio per potestatem, vita per gratiam. Quasi altissimus donat, quasi homo precatur : aliud creatoris, aliud redemptoris est. Distincta licet, unius tamen auctoris beneficia sunt; decuit enim ut ille nos redimeret, qui creavit.

9. Quis autem neget Christum esse altissimum significatum? Nam qui aliter sentit, Deo Patri sacramentum incarnationis ascribit. Sed hinc dubitari non potest quod altissimus Christus sit; cum etiam alibi dixerit de mysterio passionis : *Dedit vocem suam Altissimus, et mota est terra (Psal. XVII, 14).* Et in Evangelio habes : *Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis; præbis enim ante faciem Domini parare vias ejus (Luc. I, 76).* Qui altissimus? Dei Filius. Ergo qui altissimus Deus, Christus est.

10. Et solus utique cum dicitur Deus, non separatur etiam Dei Filius. Qui enim altissimus, solus, sicut scriptum est : *Et cognoscant quoniam nomen tibi Dominus, tu solus altissimus super omnem terram (Psal. LXXXII, 19).*

11. Unde etiam illud explosum est, quod solent ad calumniam derivare, quia de Deo scriptum est : *Qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem (I Tim. VI, 16)*; de Deo enim scriptum est, quod est commune nomen Patri et Filio.

12. Nam si ubicumque Deum legunt, negant etiam Filium designari; et impii sunt, divini-

<sup>a</sup> Mss. complures, *Ergo si Deus. Male, nisi per interrogationem aut admirationem dictum accipias,*

<sup>A</sup> latis potentiam Filio denegando, et incarnatum Patrem Sabelliana impietate astruere videbuntur. Dicant enim quomodo illud non impie de Patre intelligere possint, quod Apostolus ait : *In quo et consurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis (Coloss. II, 12)*; et advertant de sequentibus quid incurrant; sequitur enim : *Et cum mortui essetis delictis et præputio carnis vestræ, vivificavit nos cum illo, donans nobis omnia delicta, delens quod adversum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis : et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, exuens se carne (Ibid., 13, 14).*

13. <sup>a</sup> Ergo non Deus Pater solus intelligendus est, qui suscitavit carnem : et non etiam Filius, cujus templum resuscitatum est. Qui suscitavit, utique et <sup>B</sup> vivificavit : qui vivificavit, et delicta donavit : qui delicta donavit, et chirographum tulit : qui chirographum tulit, affixit illud cruci : qui affixit illud cruci, carnem se exuit. Sed Pater non se exuit carnem; non enim Pater caro factus est, sed Verbum, sicut legimus, *caro factum est (Joan. I, 14).* Videtis ergo quod Ariani dum separant a Patre Filium, in id periculum incident, ut Patrem passum esse commemorent.

14. Nos autem facile docemus de Filii dictum operatione; nam et ipse corpus suum resuscitavit, sicut ipse dixit : *Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud (Joan. II, 19).* Et ipse vivificat nos cum suo corpore : *Sicut enim Pater suscitavit mortuos et vivificat; sic et Filius quos vult, vivificat (Joan. V, 21).* Et ipse delicta donavit dicens : *Dimissa sunt tibi peccata tua (Luc. V, 20).* Et ipse chirographum affixit cruci, qui crucifixus est per corporis passionem. Nec alius se carnem exuit, nisi Dei Filius, qui carnem se induit. Ipse ergo significatur Deus, qui opus nostræ resurrectionis operatus est.

## CAPUT III.

*Filium a Patre non separandum ex Apostolo confirmari, cum Filio quoque conveniat beatum esse, solum potentem ac immortalem, natura videlicet, non gratia qua ipsi etiam angeli sunt immortales; et lucem habitare inaccessibilem : quo ultimo qua ratione fiat explicato, quo pacto Pater solus, ac Filius pariter solus dicantur, ostenditur.*

<sup>D</sup> 15. Ergo cum legis Deum, non separes Patrem, non separes Filium; quia deitas et Patris et Filii una eademque est. Et ideo nec ibi separes, ubi legis quia *beatus et solus potens*; <sup>b</sup> de Deo enim dictum est, sicut habes : *Præcipio coram Deo, qui vivificat omnia (I Tim. VI, 13)*; sed etiam Christus vivificat : convenit ergo et Patri et Filio Dei nomen; quando convenit et operationis effectus. **500** Persequamur et cætera. *Præcipio, inquit, coram Deo qui vivificat omnia, et Christo Jesu.*

16. In Deo est etiam Verbum, sicut scriptum est : *In Deo laudabo Verbum (Psal. LV, 11).* In Deo semibi particula et esset expungenda.

<sup>b</sup> Edit., *de eo enim; mss., de Deo enim, etc.*

piterna sua <sup>a</sup> virtus est Jesus : in Deo igitur unitatem A divinitatis, in Christi autem nomine incarnationis testificatus est sacramentum.

17. Denique ut de incarnatione Christi se dixisse ostenderet, subdidit : *Qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem; ut serves mandatum sine macula usque in adventum Domini nostri Jesu Christi : quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens, rex regum, et Dominus dominantium; qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibleem : quem vidit hominum nemo, sed nec videre potest (1 Tim. vi, 13 et seq.).* Ergo de Deo hæc scripta sunt, cujus nominis et dignitas et veritas communis est Filio.

18. Cur igitur hoc loco Filius separatur, cum etiam Filio hæc cuncta conveniant? Aut si non conveniant, nega Deum; <sup>b</sup> ut neges quæ Deo sunt convenientia. Beatus negari non potest, qui beatitudines donat : *Beati enim quibus remissæ sunt iniquitates (Psal. xxxi, 1).* Beatus negari non potest, qui sanam doctrinam tribuit, sicut scriptum est : *quæ est secundum Evangelium claritatis beati Dei (1 Tim. i, 11).* Potens abnuī non potest, de quo Pater dicit : *Posui adjutorium super potentem (Psal. lxxxviii, 20).* Immortalitatem autem ejus quis audeat diffiteri, cum etiam aliis immortalitatem ipse largitus sit, sicut scriptum est de sapientia Dei : *Per hanc habebō immortalitatem (Sap. viii, 13).*

19. Sed alia immortalitas suæ naturæ, alia nostræ. Non sunt fragilia comparanda divinis : una sola substantia divinitatis est, quæ mori nescit. Unde et C Apostolus, cum sciret et animam et angelos immortales, quod solus Deus immortalitatem habeat prædicavit. Nam et anima moritur : *Anima enim quæ peccat, ipsa morietur (Ezech. xviii, 20)*; nec Angelus immortalis est naturaliter, cujus immortalitas in voluntate est Creatoris.

20. Neque ad præjudicium trabas, quod non moritur Gabriel, non moritur Raphael, <sup>c</sup> non moritur Uriel; et in ipsis enim naturæ capacitas vitio obnoxia, sed non obnoxia disciplinæ. Omnis enim rationalis creatura accidentia recipit, et subjecta iudicio est. In accidentibus autem et pœna iudicii, et corruptela est, et profectus. Unde et Ecclesiastes ait : *Quoniam omne opus suum Deus adducet in iudicium (Eccl. xii, 14).* Ergo corruptelæ et mortis, etiam- D

si non moriatur aut peccet, capax tamen omnis est creatura : nec ex immortalī natura habet, sed ex disciplina vel gratia, si se in aliquibus ad vitia non mutat. Alia ergo immortalitas quæ donatur, alia quæ sine capacitate mutabilitatis est semper.

21. An negatur immortalis divinitas Christi, quia in carne pro omnibus mortem gustavit? **501** Jam ergo melior Gabriel quam Christus; quia ille non est defunctus, hic mortuus est. Sed non est servus supra dominum (*Matth. x, 24*); alia enim carnis infirmitas, alia divinitatis æternitas : mors carnis est, immortalitas potestatis. Quod si divinitas fecit ne caro videret corruptionem, quæ utique corruptelæ erat obnoxia per naturam; quomodo mori posset ipsa divinitas?

22. Quomodo autem lucem inaccessibleem non habitat Filius, cum in sinu Patris Filius sit : lux autem Pater, lux etiam ipse sit Filius; quia Deus lux est (*Joan. i, 9*)? Aut si aliam lucem inaccessibleem nisi deitatis putamus, numquid melior Patre lux est; ut non sit in luce, qui sicut scriptum est, et apud Patrem est, et in Patre (*Ibid., 2*)? Non ergo separant Filium, cum legunt solum Deum : nec Patrem separant, cum legunt Filium solum.

23. In terris Filius sine Patre non est, et putas quia Pater sine Filio sit in cœlo? In carne est Filius, cum dico in carne est, vel in terris, secundum Evangelii tempora loquor; nunc enim secundum carnem jam non novimus Christum (*II Cor. v, 16*) : ergo in carne est Filius, et solus non est, secundum quod scriptum est : *Et non sum solus, quia Pater mecum est (Joan. viii, 16)*; et putas quod sit Pater solus in luce?

24. At ne hoc <sup>d</sup> argumentum putes, accipe etiam testimonium : *Deum, inquit, nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit (Joan. i, 18).* Quomodo solus Pater, si in sinu Patris Filius est? quomodo enarrat, quem non videt? Non ergo solus Pater.

25. Accipe nunc et solum Patrem, et solum Filium. Solus Pater, quia alius Pater non est : solus Filius, quia alius Filius non est : solus Deus, quia una divinitas Trinitatis est.

#### CAPUT IV.

*Christum non nisi secundum carnem factum narrari; quippe qui ut homines redimeret, non eguerit adju-*

hic etiam sequi potuerit. Nam quod ibidem addit vir eruditus Urielem forte a doctore reprobis angelis annumerari, hoc ab ejus mente prorsus alienum est. Cæterum pulchre ac sapienter hoc loco immortalitatem naturalem a participata, distinguit sanctus Præsul, et priore Deo soli concessa et reservata, alteram tantummodo angelis attribuit : in quo eum Augustinus quoque postea secutus.

<sup>d</sup> Eras. ac Gill. in marg. et edit. Rom. in corp., *argutum putes* : iidem Eras. et Gill. in corp. nec non Amerb. cum mss. omnibus, *argumentum putes*. Optime, siquidem non semel advertere licuit Ambrosio argumentum esse probationem humano ingenio et solertia excogitatum, cui opponere solet Scripturæ testimonium, ut hoc in loco.

<sup>a</sup> Virtus est Jesus, vox ultima in mss. plerisque omissa est.

<sup>b</sup> Non pauci mss., sicut negas quæ Deo sunt consequentia.

<sup>c</sup> Non moritur Uriel, abest a mss. non paucis; cum autem in aliis quibusdam et cunctis edit. inveniatur, nihil prohibet quin Ambrosii esse arbitremur. Etenim quamvis cl. vir J. B. Thiersius in epist. ad Lucam Acherium τὸν μακαρίτην argumentis pluribus, maxime vero testimonio Caroli Magni, Hætonis Basileensis, concilii Aurelian. et conc. Rom. ii, sub Zacharia pontifice, ex angelorum albo expungendum esse hunc Urielem demonstraverit; tamen cum lib. iv Esdræ, ubi nomen illud sæpius occurrere agnoscit Thiersius, pro canonico sæpius Ambrosius laudaverit, non est dubium quin ejusdem auctoritatem

torio, sicut nec ut se resuscitaret; cum aliis ut mortuos resuscitarent, oratione opus fuerit. Etsi autem ipse oraverit, hoc referendum ad humanitatem: divinitatem vero ex eo quod imperaverit, æstimandam; in quo diabolus Arianis anteponitur. Tum exposito cur Filius hominis potens dicatur, argumenti ponitur conclusio.

26. [Alias, cap. III.] Satis ergo claret et solum Deum non esse Patrem sine Filio, et solum Deum non intelligi Filium sine Patre; <sup>a</sup> quia secundum carnem factus legitur Dei Filius, non secundum divinam generationem.

27. In quo autem factus sit, per os sancti patriarchæ locutus asseruit, dicens: *Quia repleta est malis anima mea, et vita mea inferno appropinquavit. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber* (Psal. LXXXVII, 4 et seq.). Et hic sicut homo, inquit, non sicut Deus, factus sum. Et *repleta est malis anima mea*: anima utique, non divinitas. Factus est **502** in eo, in quo erat infernis debitus: factus est in eo, in quo cum aliis æstimatus est; divinitas enim similitudinem collationis abjurat. Et tamen in ipsa carne morti obnoxia majestatem adverte divinitatis in Christo. Et si factus est sicut homo, et sicut caro factus est; factus est tamen inter mortuos liber, et liber sine adjutorio.

28. Sed quomodo hic sine adjutorio fuisse se Filius dicit, cum supra (cap. 2) dictum sit: *Posui adjutorium super potentem* (Psal. LXXXVIII, 20)? Ergo et hic distingue naturas. Adjutorium caro habet, divinitas non habet. Liber igitur est, quia mortis vincula nescivit; non captus ab inferis, sed qui operatus sit in infernis: sine adjutorio est, quia neque per nuntium, neque per legatum, sed ipse per se Dominus salvum fecit populum suum. Quomodo enim potuit adjutorium sui corporis querere suscitandi, qui alios suscitavit?

29. Ac licet homines quoque suscitaverint mortuos; non in sua tamen virtute fecerunt, sed in Christi nomine. Aliud est rogare, aliud imperare: aliud mereri, aliud donare.

30. Elias ergo suscitavit, sed oravit, non imperavit (III Reg. xvii, 21, 22). Elizæus suscitavit <sup>b</sup> configuratus mortuo: suscitavit etiam ipsius mortui corporis tactus; ut esset typus venturum eum qui missus in similitudinem carnis peccati, etiam sepultus mortuos suscitaret (IV Reg. xiii et xiv).

31. Petrus quoque, cum Æneam curaret, ait: *In nomine Jesu Nazareni surge et ambula* (Act. ii, 6): non in suo ait, sed in Christi nomine. Surge autem verbum est imperantis: sed fiducia de merito est, non præsumptio <sup>c</sup> de potestate; et de nominis operatione, non de sua virtute præceptionis auctoritas.

<sup>a</sup> Deerat in antiq. edit. ac mss. aliquot, *quia secundum carnem*, etc.; quod Rom. edit. prima restituit: a qua plures nostrorum mss. hoc solo distant, quod pro factus intelligitur, exhibent factus legitur.

<sup>b</sup> Tres mss., *configuratus mortuo, corporis tactu*;

A Quid igitur Ariani dicunt? In nomine Christi et Petrus imperat, et illi nolunt imperasse Dei Filium, sed rogasse.

32. Sed lectum est quia rogavit. Disce distantiam. Rogat quasi filius hominis, imperat quasi Dei Filius. Annon detertis hoc Dei Filio, quod etiam diabolus detulit, et vos majore sacrilegio derogatis? Ille dicit: *Si Filius Dei es, dic lapidi huic ut fiat panis* (Luc. iv, 3). Ille dicit, impera: vos dicitis, obsecra. Ille credit quod, jubente Dei Filio, elementorum rerumque natura in adversum vertatur: vos creditis quod nisi roget Dei Filium, nec voluntas ipsius impleatur. Et diabolus de potestate æstimandum putat Dei Filium, vos de infirmitate. Tolerabiliora sunt tentamenta diaboli, quam argumenta Arian.

R 33. Nec moveat quia potentem Filium dixit hominis, cum Dominum majestatis legeris crucifixum (I Cor. ii, 2). Quæ autem major potentia, quam supra cœlestes potestates habere dominatum (Ephes. i, 21)? Habebat autem qui Thronis, Dominationibus, Angelis imperabat. Nam etsi erat inter bestias, sicut scriptum est (Marc. i, 13), tamen angeli ministrabant ei; ut agnoscas aliud incarnationis esse, aliud potestatis. Secundum carnem itaque tentatur a bestiis, secundum dignitatem ab angelis adoratur.

**503** 34. Didicimus igitur factum esse hominem et ad hominem hoc esse referendum. Denique et alibi habes: *Qui factus est ei ex semine David* (Rom. i, 3), secundum carnem utique ex semine David factus est: Deus autem ante sæcula ex Deo natus est.

#### CAPUT V.

Factum in Scriptura non semper idem esse ac creatum exemplis ex ipsa petitis docet. Inde colligit non cavillandum ex litera more Judæorum, quibus tamen hæreticos peiores probat; atque iterum propositum confirmat sententiam.

35. Nec semper tamen factum esse ad creationem refertur; scriptum est enim: *Domine, refugium factus es nobis* (Ps. LXXXIX, 1); et: *Factus es mihi in salutem* (Ps. cxvii, 14). Non utique creationis definitio vel editio declaratur: sed refugium factus mihi, et conversus mihi dicitur ad salutem, sicut et Apostolus dixit: *Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio* (I Cor. i, 30). Nobis factum non creatum ex Patre dixit. Denique quomodo dicat factum nobis esse sapientiam, in posterioribus exposuit dicens: *Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante tempora sæcularia in gloriam nostram, quam nemo principum hujus sæculi cognovit. Si enim cognovissent, numquam Dominum majestatis crucifixissent* (I Cor. ii, 7, 8). Ubi mysterium passionis exprimitur, non utique generationis æternæ series declaratur.

unus vero quæ continuo sequuntur ita legit, *ut esset typus venturi ejus, qui missus in similitudinem carnis, mortuos humana etiam sepultus carne suscitaret.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *de potestate et hominis operatione*, etc.



56. Sapientia igitur mea crux Domini est, redemptio mea mors Domini est; sanguine enim pretioso redempti sumus, ut apostolus Petrus dixit (I Petr. 1, 19). Sanguine igitur suo, quasi homo, Dominus nos redemit; idemque, quasi Deus, peccata donavit.

37. Non ergo in verbis quasdam constituamus insidias, et verborum tendiculas aucupemur; ut quia et aliud secundum impios significare putatur sermo qui legitur, non id quod sensus exprimat, sed quod littera ostendat, interpretemur. Sic perierunt Judæi, dum sensuum profunda despiciunt, et sequuntur nuda verborum; *Littera enim occidit, spiritus autem vivificat* (II Cor. III, 6).

38. Et tamen inter duo gravia sacrilegia fortasse detestabilius sit ad divinitatem referre quæ carnis sunt, <sup>a</sup> quam ad litteram referre quæ spiritus sunt. Illi timuerunt in Deo carnem credere; et ideo redemptionis gratiam perdidit, quia causam salutis abjurant: isti divinitatis majestatem usque ad carnis infirma deducunt. Detestandi Judæi, qui carnem Domini crucifixerunt: detestabiliores tamen eos arbitror, qui divinitatem Christi cruci subditam crediderunt. Denique qui cum Judæis sæpe tractabat: **504** *Hæreticum*, inquit, *post unam correptionem devota* (Tit. III, 10).

39. Nec tamen sine injuria Patris <sup>b</sup> factum nobis esse sapientiam, ad illam inenarrabilem, nec ullis temporibus momentisque obnoxiam Christi generationem sacrilega interpretatione derivant. Nam præter id quod Filii injuria Patris est contumelia, etiam in Patrem sacrilegia ista procedunt, de quo scriptum est: *Fiat autem Deus verax, omnis autem homo mendax* (Rom. III, 4). Aut si de Filio putant dictum, generationi quidem non præjudicant: <sup>c</sup> Deum autem et Deum verum hujus lectionis auctoritate quod abnuunt, constentur.

40. Prolixum est si velim singula recensere, quoties factum legerimus, non utique per naturam, sed per gratiam. Nam et Moyses dicit: *Adjutor et protector factus est mihi in salutem* (Exod. XV, 2). Et David dicit: *Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii, ut salvum me facias* (Ps. XXX, 3). Et Esaias dicit: *Factus est omni civitati humili adjutor* (Esai. XXV, 4). Non utique sancti Deo dicunt: *Creatus es, sed protector et adjutor per gratiam tuam factus es nobis.*

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *quam ad carnem referre, etc.*

<sup>b</sup> Amerb. et mss. aliquot, *factam nobis esse sapientiam*: melius tamen reliquæ edit. ac mss., *factum*, quippe quod ad superiora referatur Apostoli verba, *Qui factus est nobis sapientia, etc.*

<sup>c</sup> Ita mss. prope ad unam: edit. vero, *quia Deum verum hujus lectionis, etc.*

<sup>d</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *vita erat*; alii mss. plures potioresque, *vita est*.

<sup>e</sup> Alexandrinos atque Ægyptios hic indicari cognoscere est ex iis quæ S. Docteur Exposit. psalmi XXXVI, num. 35, memorat. Ex his autem duobus locis duas præcipuas legendi hujusce textus rationes fuisse intelligas; alteram quæ verbis illis, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*, abso-utum sensum includebat: altera vero qua sensus

## CAPUT VI.

*Objectionem ex Joanne desumptam ut diluat, primo demonstrat Manichæis patrocinari Arianum sensum: deinde varia distinguendorum verborum ejusdem loci exposita ratione, ipsum nulla modo ad substantiam divinam sine Patris injuria referri posse aperte probat, verumque illius exponit intellectum.*

41. Unde nec illud verendum est, quod solent Ariani sæva interpretatione componere, dicentes factum esse Dei Verbum; quia scriptum est, inquit: *Quod factum est in ipso*, <sup>d</sup> *vita est* (Joan. I, 4).

42. Primum intelligant si ad substantiam divinam referant, *quod factum est*; Manichæorum se questionibus implicari. Objiciunt enim Manichæi: Si quod in ipso factum est, vita est: est ergo aliquid quod in ipso factum non sit, et mors sit; ut duo impie inducant principia. Sed hoc damnat Ecclesia.

43. Deinde unde possunt docere sic pronuntiasse Evangelistam? <sup>e</sup> Plerique enim docti et fideles sic pronuntiant: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est*; alii sic: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*; denique: *Quod factum est*, pronuntiant et subjungunt: *in ipso, hoc est*: Quidquid autem factum, est in ipso. Quid est, *In ipso*? Apostolus docet dicens: *In ipso enim sumus, et vivimus et movemur* (Act. XVII, 28).

44. Tamen etiamsi quemadmodum velint, pronuntiant, non possunt hic calumniari Deo **505** Verbo, si ad substantiam ejus velint referre: *Quod factum est*; quin calunnientur et Patri Deo, de quo scriptum est: *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem*; *ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta* (Joan. III, 21). Ecce hic opera hominis in Deo facta legimus, et ad substantiam tamen divinum referre non possumus: sed aut per ipsum facta cognoscimus, ut est etiam illud Apostolicum, *quod omnia per ipsum, et in ipso creata sunt; et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant* (Coloss. I, 16): aut, ut docet præsentis <sup>f</sup> lectionis testimonium, virtutes quibus vitæ æternæ fructus acquiritur, in Deo factas æstimare debemus, castitatem, pietatem, religionem, fidem <sup>d</sup> et alia hujusmodi, quæ in voluntate Dei facta sunt.

non nisi sequentibus istis, *quod factum est*, terminabatur. Sed nec deerant qui sensum perducerent usque ad illa verba, *quod factum est in ipso*. Hanc distinctionem secuti sunt Gregorius Nyss. lib. I, cont. Eunomium, et Epiphanius in Ancorat., num. 75, ubi primam acerbe notat quasi Spiritui sancto injuriosam, de qua lib. I, de Spiritu S. forte aliquid erit dicendum. Primam vero Augustinus ita admittit, ut secunda ejus pars hoc modo distinguatur: *Quod factum est in illo vita erat*; alteram autem ejusdem partis subdistinctionem qua virgula post voces, *in ipso*, apponebatur, absurdum censet. Vide lib. V, de Gen. ad Litt., cap. 14, et tract. I in Joan. num. 16, sicut et interpretes ad eundem locum.

<sup>f</sup> Ita mss. probatiores: alii vero et omnes edit., *lectio testimonii*. Rursus autem ubi nos cum mss.

45. Ergo sicut in Dei Patris, ita etiam in Christi A voluntate et virtute facta sunt, sicut legimus: *Creatus in Christo in operibus bonis* (Ephes. 11, 40); et in psalmo: *Fiat pax in virtute tua* (Ps. cxxi, 7); et alibi: *Omnia in sapientia fecisti* (Ps. ciii, 24). In sapientia, inquit, fecisti, non sapientiam fecisti. Nam cum omnia in sapientia facta sint, Christus autem Dei sapientia sit (I Cor. 1, 24), non accidens utique, sed subsistens et permanens in æternum; si facta est sapientia, jam deteriore conditione facta est quam omnia; quia sapientia fieri per se ipsam non potuit. Ergo si factum esse frequenter ad aliquid, non ad naturam refertur, etiam creatum esse ad causam refertur.

#### CAPUT VII.

Quod a Salomone dictum est: Dominus creavit me, B etc., incarnationem Christi ad redimenda Patris opera factam signare; quo ex ipsius Filii verbis declarato, principium ostendit etiam accipi posse de documentis virtutum, quarum omnium vias nobis Dominus aperuisse, ac vere principium exstitisse demonstratur.

46. [Alias cap. IV.] Unde intelligimus illud quod de incarnatione Domini scriptum est: *Dominus creavit me principium viarum suarum in opera sua* (Prov. viii, 22), id significare quod ad redimenda opera Patris Dominus Jesus ex Virgine sit creatus. Neque enim dubitari potest de incarnationis dictum esse mysterio, cum propter opera sua a corruptelæ servitio liberanda Dominus suscepit carnem; ut illum qui imperium habebat mortis, per sui corporis destrueret passionem. Caro enim Christi propter opera, divinitas ante opera; quia ipse ante omnia, sed et omnia in ipso constant.

47. Non ergo divinitas propter opera, sed propter divinitatem opera; sicut Apostolus declaravit, dicens quod propter Filium Dei omnia. Sic enim habes: *Decebat autem eum per quem omnia, et propter quem omnia, multis filiis in gloriam adductis, ducem salutis eorum per passionem consummari* (Hebr. 11, 10). Nonne evidenter exposuit quia Dei Filius qui propter divinitatem suam omnia creavit, is postea propter populi salutem et carnis suceptionem, et mortis assumpserit passionem?

48. Propter quæ autem opera sit creatus ex Virgine, 506 ipse Dominus cum illum cæcum curaret, ostendit dicens: *In illo me oportet operari opera ejus, qui misit me* (Joan. 1x, 4). Et addidit, ut de incarnatione ejus dictum crederemus: *Cum in hoc mundo sum, lux sum hujus mundi* (Ibid., 5). Etenim quasi homo in hoc mundo pro tempore est; nam quasi Deus semper est. Denique et alibi ait: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem mundi* (Matth. xxviii, 20).

49. Nec de principio residet aliquid quæstionis,

omnibus, *castitatem, pietatem*; edit. omnes e contrario legebant, *charitatem, pietatem*, etc.

<sup>a</sup> Vet. edit. cum mss. aliquot, *ad divinitatis æternitatem*.

cum interrogatus in carne: *Tu qui es?* responderit: *Principium quod et loquor vobis* (Joan. viii, 25). Quod non solum <sup>a</sup> ad substantiam divinitatis æternæ refertur, sed etiam ad documenta virtutum. Ex hoc enim et Deum se probavit æternum; quia omnium ipse principium est, et uniuscujusque virtutis auctor, quia Ecclesiæ caput est, sicut scriptum est: *Quia ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis* (Coloss. 1, 18).

50. Liqueat igitur et de incarnatione dictum esse *principium viarum suarum*, quod ad sacramentum suscepti corporis videtur esse referendum. Ideo enim carnem suscepit, ut ad cælum nobis sterneret iter. Denique ait: *Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum: Deum meum, et Deum vestrum* (Joan. xx, 17). Denique ut scias quod vias suas omnipotens Pater secundum incarnationem præscripserit Filio, habes in Zacharia ad Jesum indutum vestimenta sordida ab Angelo dictum: *Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in viis meis ambulaveris, et præcepta mea custodieris* (Zach. iii, 7). Quod est vestimentum illud sordidum, nisi carnis assumptio?

51. Viæ igitur Domini velut quidam tramites bonæ vitæ sunt, quæ diriguntur a Christo, qui ait: *Ego sum via, et veritas, et vita* (Joan. xiv, 6). Via ergo superna est Dei virtus; Christus enim nobis via est. Et bona via, quæ credentibus cæli regna patefecit. Viæ autem Domini viæ rectæ sunt, sicut scriptum est: *Vias tuas, Domine, notas fac mihi* (Ps. xxiv, 4). Via castitas, via fides, via est abstinentia. Est namque via virtutis, est et via iniquitatis; scriptum est enim: *Et vide si est via iniquitatis in me* (Ps. cxxxviii, 24).

52. Principium itaque nostræ virtutis est Christus. Principium integritatis, qui docuit virgines non viriles expectare concubitus, sed integritatem mentis et corporis sancto magis dicare Spiritui, quam marito (II Cor. xi, 2). Principium parcimoniæ Christus, qui pauper factus est, cum esset dives (II Cor. viii, 9). Principium patientiæ Christus, qui cum malediceretur, non remaledixit; cum percuteretur, non repperussit (I Petr. ii, 23). Principium humilitatis Christus, qui formam servi accepit (Philip. ii, 7); cum Patrem Deum majestate virtutis æquaret. Ex illo enim accepit virtus unaquæque principium.

53. Et ideo ut hæc virtutum genera disceremus: *Filius datus est nobis, cujus principium super humeros ejus* (Esai. ix, 6). Principium illud crux Domini est; principium fortitudinis, quo via sanctis est reserata martyribus ad sacri certaminis passionem.

#### 507 CAPUT VIII.

*Versiculus in Esaia proxime citatus de Christi humanitate ac divinitate explicatur, eoque varias hæreses jugulari evincitur.*

54. Vidit hoc principium Esaias, et ideo ait: <sup>b</sup> *Puer*

<sup>b</sup> Edit. omnes ac pauci mss. hic et infra, *Puer natus est nobis*; plures mss. omittunt *nobis*, melius, ut patet e contextu

natus est, *Filius datus est nobis*. Viderunt et Magi, et ideo cum parvulum in præsepi cernerent, adoraverunt dicentes : *Puer natus est*; cum stellam conspicerent, prædicantes : *Filius datus est nobis* (Matth. II, 11). Aliud munus e terris, aliud munus e cælo, et utrumque unus in utroque perfectus, et sine mutabilitate divinitatis, et sine humanæ imminutione naturæ. Unum adoraverunt, eidemque munera obtulerunt; ut ostenderent ipsum esse cæli Dominum, qui in præsepibus videretur.

55. Distingue singulorum momenta verborum : *Puer natus est, Filius datus est nobis*. Etsi ex Patre natus, non tamen nobis natus, sed datus est; quia non Filius propter nos, sed nos propter Filium. Neque enim nobis natus est, qui et ante nos natus est, et totius est conditor creaturæ : neque nunc primum nascitur, qui erat semper, <sup>a</sup> et erat in principio : sed illud quod non erat, nobis nascitur. Quod etiam angelus pastoribus cum loqueretur, dixit esse generatum, sicut habes scriptum : *Quia natus est nobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David* (Luc. II, 11). Nobis ergo quod non erat, natum est : hoc est, puer ex Virgine, corpus ex Maria; hoc enim post nos, illud ante nos.

56. Alii codices sic habent : *Puer natus est nobis, Filius datus est nobis*; hoc est, qui erat Filius Dei, <sup>b</sup> hic ex Maria puer natus est nobis, et datus est nobis. Quia datus sit, audi Prophetam dicentem : *Et salutare tuum da nobis* (Psal. LXXXIV, 8). Quod enim supra nos est, datur : quod de cælo est, datur; sicut etiam de Spiritu legimus quod, *Charitas Dei effusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* (Rom. V, 5).

57. Sed videte quemadmodum hic locus multas hæreses exstinguat. *Puer natus est nobis*, non Judæis : *nobis*, non Manichæis : *nobis*, non Marcionitis. Propheta dicit : *Nobis*, hoc est credentibus, non incredulis. Et ille quidem misericordia sua omnibus natus est, sed perfidia hæreticorum fecit, ut non omnibus nasceretur, qui omnibus natus est. Nam et lumen diei oriri jubetur super bonos et malos : sed oriri non videntibus non videtur (Matth. V, 15).

58. Sicut ergo puer non omnibus natus est, sed fidelibus : sic Filius non infidelibus datus est, sed fidelibus. Nobis datus est, non Photinianis; illi enim non datum nobis Dei Filium dicunt esse, sed ab initio inter nos natum : nobis datus est, non Sabellianis; illi enim nolunt Filium datum, eundem asserentes Patrem esse quem Filium : nobis, non Arianis; et ipsi enim non habent Filium pro salute datum, sed pro infirmitate transmissum : non habent consiliarium, quem putant futura nescisse : non habent Filium, quem sempiternum non putant; cum **508** scriptum sit de Verbo Dei, *quod erat in principio*; et alibi : *In principio, erat Verbum* (Joan. I, 2). Denique ut ad propositum revertamur exemplum : *In principio*, inquit, *antequam terram faceret,*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *ut erat in principio*.

<sup>b</sup> Non pauci mss., *hic Mariæ, Puer natus est, etc.*

<sup>A</sup> *antequam abyssos faceret, et antequam produceret fontes aquarum, ante omnes colles genuit me* (Prov. VIII, 25 et seq.).

#### CAPUT IX.

*Difficultatem ex loco Salomonis supra laudato exortem solvit Ambrosius, illic et præteritum sumi pro futuro, et geminam in Christo naturam designari patefaciens.*

59. Fortasse dices, quomodo de incarnatione Christi dictum esse memoraverim : *Dominus creavit me*, cum ante incarnationem Christi creatura sit mundi? Sed considera quia moris est Scripturis divinis, et futura pro præteritis dicere, et geminam in Christo significare substantiam divinitatis, et carnis; ne quis aut divinitatem neget ejus, aut carnem.

60. Nam sicut in Esaia habes : *Puer natus est nobis, et Filius datus est nobis* (Esaï. IX, 6); ita hic quoque ante præmisit creaturam carnis, et subtexit assertionem divinitatis; ut scires non duos Christos, sed unum esse : qui et ante sæcula generatus sit ex Patre, et ultimis temporibus creatus ex Virgine, hoc est : Ego sum ille creatus ex homine, creatus ad causam, qui sum generatus ante sæcula.

61. Denique dicturus : *Dominus creavit me*, præmisit : *Commemorabo quæ a sæculo sunt*. Dicturus : *Genuit*, præmisit : *In principio antequam terram faceret, ante omnes colles genuit me*. Ante, cum dicitur, in infinitum retro sine aliqua definitione porrigitur. Denique, *ante Abraham*, inquit, *ego sum* (Joan. VIII, 58), non utique post Adam : et *ante Luciferum* (Psal. CIX, 3), non utique post angelos. Sed ante, cum dixit, non se intra aliquem, sed omnia intra se dixit; sic enim moris est æternitatem Dei Scripturis significare divinis. Denique alibi habes : *Priusquam montes fierent, et formaretur orbis terræ, a sæculo et usque in sæculum tu es* (Psal. LXXXIX, 2).

62. Ante omnia ergo generatio, inter omnia et propter omnia creatura. Natus ex Patre supra Legem, factus ex Maria sub Lege.

#### CAPUT X.

*Baptistæ verba ex quibus Christum etiam ante incarnationem factum disputabant, soluturus, ubi præmisit ea referri posse ad prædestinationem; intelligenda tamen de incarnatione ab antecedentibus probat. Hinc progrediens ad mystica, ipsum dignitate ac merito ante Joannem fuisse declarat : maxime cum Ecclesiæ, cujus typus in historia Ruth expressus fuerat, sponsus, etiam excluso Moyse, solus exstitit; quam licet Synagoga non omnino neglecta, solus vocavit.*

63. [Alias cap. V.] Sed scriptum est : *Post me venit vir, qui ante me factus est; quia prior me erat*. Unde dicunt : Ecce qui erat, factus est. Ipsa verba perpendamus. *Post me*, inquit, *venit vir* (Joan. I, 30). Vir ergo est qui venit, ipse qui factus est. Vir **509** autem

<sup>c</sup> *Antequam abyssos faceret, desiderabatur in editis quod nos ex mss. restitimus.*

nomen est sexus : sexus autem non utique divinitati, sed naturam deputatur humanam.

64. Possem ergo dicere : Erat in præcognitione quidem corporis, sed æternitate virtutis; nam et Ecclesia erat, et sancti erant prædestinati ante sæcula : sed non id hoc loco dico, at illud assero, factum esse non ad divinitatem, sed ad incarnationis pertinere naturam, sicut ipse Joannes dixit ; *Hic est de quo dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est.*

65. Itaque eum geminam, sicut supra dixi, in Christo substantiam proposuisset, ut utramque intelligas et divinitatis et carnis, a hoc loca cœpit a carne. Est enim Scripturis promiscua consuetudo divinis, ut interdum a divinitate Christi incipiant, et ad incarnationis sacramenta descendant; interdum ab humilitate incarnationis exordium sumant, et ad gloriam divinitatis assurgant, ut in prophetis, et in evangelistis frequenter, et in Paulo. Ergo et hic juxta memoratam consuetudinem ab incarnatione Domini cœpit de ejus divinitate dicturus; non ut confunderet humana atque divina, sed ut distingueret. Verum Arianis, velut Judaici caupones, miscent aquam cum vino; quia divinam generationem humanamque confundunt, ad deitatem referentes, quod de carne sit dictum.

66. Nec metuo quod objecturi videntur quia in superioribus non habet, Virum; sic enim habet : *Qui post me venit.* Sed videant et ibi quid præmiserit : *Verbum, inquit, caro factum est (Joan. 1, 14).* Et ideo non addidit, Virum; quia carnem dixerat; per carnem autem istuc virum intelligimus, et per virum carnem. Ergo quia dixerat : *Verbum caro factum est,* virum hoc loco nominare superfluum fuit, quem jam carnis expressione signaverat.

67. Quo exemplo in posterioribus quoque et agnum præmisit, qui tolleret peccata mundi; et ut incarnatum intelligeres, quem ante memoraverat, ait : *Hic est de quo ante dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est (Ibid., 29),* hoc est, virum dixi, non Deum factum. Sed ut ipsum incarnatum declararet esse, quia ante sæcula erat; ne duos filios crederemus, ait : *Quia prior me erat.* Nam si, *Factus est,* ad divinam generationem retulisset, quid opus erat ut adhuc adderet tertium, atque iteraret quod supra dixerat? Sed quia ante de incarnatione tantum dixerat : *Post me venit vir, qui ante me factus est;* ideo addidit : *Quia prior me erat,* quoniam divinitatis æternitas fuerat exprimenda. Et hæc est causa prælationis, ut merito antelatus videatur, qui proprii Patris sempiterna virtus est.

68. Dat tamen intellectus spiritalis ubertas, ut excurrere et evagari ad concludendos libeat Arianos, qui volunt factum hoc loco non ad virum, sed ad divinitatem referre. Quid est enim tenere b quod possint; cum dixerit Baptista : *Post me venit, qui ante me factus est;* hoc est, supra meritum meum

factus, supra meam gratiam, tempore carnis posterior, divinitatis honore venerabilis? *Post me enim venit, temporis 510 est : prior me erat,* æternitatis : *ante me factus est,* honoris; quia etiam Incarnationis mysterium supra humanam est gratiam.

69. Denique in inferioribus quid supra contextuisset expressit dicens : *Post me venit vir, cujus non sum dignus calciamenta portare (Joan. 1, 27);* præstantiam utique c dignitatis, non æternitatem divinæ generationis exponens. Quod eoque ad incarnationem pertinet, ut typum in hominibus mystici calciamenti ante præmiserit. Lege enim proximo defuncti vel fratri copula deferebatur ejus uxoris; ut semen fratris vel proximi resuscitaret (Num. xxv, 6). Unde quod Ruth, licet ipsa alienigena; tamen quia maritum habuerat ex Judæis, qui reliquerat superstitem proximum, eamque colligentem manipulos suæ messis, quibus alebat et se et socrum, Booz vidit et amavit : non aliter eam accepit uxorem, nisi calciamentum ejus ante solvisset, cui uxor debebatur ex Lege (Ruth. iv, 5-7).

70. Historia simplex, sed alta mysteria; aliud enim gerebatur, aliud figurabatur. Nam si secundum litteram sensum torquemus, prope quidam pudor et horror in verbo est, si ad commixtionis corporeæ consuetudinem sententiam intellectumque referamus. Designabatur autem futurus ex Judæis, ex quibus Christus secundum carnem, qui proximi sui, hoc est, populi mortui semen doctrinæ celestis semine suscitaret, cui calciamentum nuptiale Ecclesie copulanda præscripta Legis spiritualia deferebant.

71. Non Moyses sponsus; illi enim dicitur : *Solve calciamentum pedum tuorum (Exod. iii, 5);* ut demisso suo cedat. Non Jesus Nave filius sponsus; nam et ipsi dicitur : *Solve calciamentum pedum tuorum (Josue v, 16);* ne ex similitudine nominis sponsus Ecclesie crederetur. Non alius sponsus, sed solus Christus est sponsus, de quo dixit Joannes : *Qui habet sponsam sponsus est (Joan. iii, 29).* Illis igitur calciamentum solvitur, hujus solvi non potest, sicut dixit Johannes : *Non sum dignus solvere corrigiam calciamenti ejus (Joan. 1, 27).*

72. Solus ergo Christus est sponsus, cui illa veniens ex gentibus sponsa, ante inops atque jejua, sed jam Christi messe dives, imbuta; quæ manipulos secundæ segetis, Verbi que reliquias gremio legat mentis interno; ut exhaustam illam viduam morte filii, atque inopem defuncti populi matrem novis pascat alimentis, non relinqueas destitutam viduam, et novos quærens.

73. Solus ergo Christus est sponsus, qui nec Synagoga ipsi manipulos suæ messis invidet. Utinam se non ipsa excluderet! Habuit quos per se colligeret; sed quia d populus ejus est mortuus, quasi filio egenæ defuncto, per Ecclesiam manipulos, quibus viveret, colligebat; quos venientes in exultatione

a Mss. aliquot, hoc loco certam carnem.

b Amerb. ac Eras., tenere quod posuit; Gill. et Rom. edit. cum. mss. ut in textu.

c Nonnulli mss., divinitatis : aptius alii, et cunctæ edit., dignitatis.

d Omnes edit., sponsus ejus est mortuus; omnes

portabunt, sicut scriptum est: *Venientes autem venient in exultatione, tollentes manipulos suos* (Psal. cxxv, 6).

74. Quis enim sibi alius sponsam audeat Ecclesiam vindicare, quam a Libano unus et solus vocavit dicens: *Ades huc a Libano, sponsa*; **511** *ades huc a Libano* (Cant. iv, 3). Aut de quo alio potuit Ecclesia dicere: *Fauces ejus dulcedines, et totus desiderium* (Cant. v, 16)? Et quia de calciamento pedum tractatum sumpsimus, cui alii nisi Verbo Dei incarnatum convenit dictum: *Crura ejus columnæ marmoreæ, fundatæ super bases aureas* (Ibid., 15)? Solus enim Christus inambulat animis, et graditur in mente sanctorum, in quibus velut aureis basibus, fundamentisque pretiosis solidata vestigia Verbi cœlestis hæserunt.

75. Claret igitur et virum et typum ad incarnationem spectare mysterium.

#### CAPUT XI.

*Redit ad locum propositum, et ubi Christus dicitur factus, hoc vel ad incarnationem vel ad causam sive adjunctum aliquod referri docet. Ad eum sensum plurima sacrorum codicum et Pauli imprimis testimonia edisserit: maxime autem in eo immoratur, ut Christum verum sacerdotem esse atque in Melchisedech præfiguratum, etque cum Patre operationis unitatem, non vero solam similitudinem inesse persuadeat.*

76. Non ergo ad substantiam divinitatis, sed ad incarnationem sæpe, nonnunquam etiam ad causam pertinet, cum dicitur factus. Nam si ad divinitatem refertur, ergo et in opprobrium Deus factus est; sic enim habes: *Tu autem reputasti, et ad nihilum redeigisti, disputasti Christum tuum* (Psal. lxxxviii, 59); et infra: *Et factus est in opprobrium vicinis suis* (Ibid., 42). Vicinis, inquit, non civibus, non domesticis, non adhærentibus; quoniam *qui adhæret Domino, unus spiritus est* (I Cor. vi, 17): qui vicinus est, non adhæret. Et, *Factus est in opprobrium*; quia crux Domini Judæis scandalum, *Græcis stultitia* (I Cor. 1, 23). Nam sapientibus per eandem crucem excelsior factus est cœlis, excelsior angelis, et melioris testamenti factus est sponsor, ipse qui erat prioris.

77. Vide quam non defugiam ista, ut etiam congruam: sed quomodo factus sit, considera.

mss., *populus ejus*, etc. Magis congrue; hoc enim referendum ad superiora illa: *inopem defuncti populi matrem*.

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *Fauces ejus dulcedinis et totius desiderii*.

<sup>b</sup> Non pauci mss., *Græcis stultitia sapientibus. Per eandem*, etc.

<sup>c</sup> Edit. omnes, *excellenior*: mss. prope ad unum, *excelsior*.

<sup>d</sup> Ita edit. ac plures mss.; nonnulli tamen pro obedientiam legunt obedientia, virgulam expungentes ante *regnum divinitatis*: pro quibus vocibus alii etiam aliquot habent, *regnum dignitatis*.

<sup>e</sup> Rom. edit. cum mss. duobus, *quod factum est*: vet. edit. cum reliquis, *quod factus est*, Christus videlicet. Subjungit autem Ambrosius factum et creatum eandem habere significationem, eam nimirum

**78.** Primum quod purificatione facta, consideret in dextera magnitudinis in excelsis, tanto melior factus angelis (Hebr. 1, 3, 4). Ubi purificatio, hostia: ubi hostia, corpus: ubi corpus, oblatio: ubi munus oblationis, ibi sacrificium passionis.

**79.** Deinde sponsor melioris testamenti (Hebr. vii, 22). Ubi testamentum, mors necesse est præcedat testatoris (Hebr. ix, 16), sicut subter est scriptum: mors autem non ad divinitatis æternitatem, sed ad fragilitatem refertur humanam.

**80.** Excelsior quoque cœlis factus quomodo sit, ostenditur: *Immaculatus, inquit, segregatus a peccatoribus, et excelsior cœlis factus: qui non habet quotidie necessitatem, sicut sacerdotes, prius pro suis delictis hostiam offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo*, sicut scriptum est (Hebr. vii, 26, 27). **512** Nemo excelsior factus dicitur, nisi qui in aliquo fuerit humilior: in eo igitur excelsior factus est, sedendo ad dexteram Patris, in quo se minor angelis factus, obtulit passioni (Hebr. ii, 9).

**81.** Postremo ipse Apostolus ad Philippenses ait, quia in similitudine hominis factus, et specie inventus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem (Phil. ii, 7, 8). Vide ubi factus sit: *In similitudine, inquit, hominis, non in potestate Dei: et factus obediens usque ad mortem*; <sup>d</sup> ut obedientiam quidem hominis habuerit, regnum divinitatis.

**82.** Quantis igitur adhuc utemur exemplis ad incarnationem, vel ad aliquid referendum esse quod factus est! Quod autem et factum est, idem est et creatum: *Dixit enim, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt* (Psal. cxlviii, 5). *Dominus creavit me* (Prov. viii, 22), secundum carnem dictum: creatum quoque supra ostendimus in libro primo (Cap. 14 et seq.) de incarnatione dictum videri.

**83.** Ipse etiam Apostolus asserendo serviendum non esse creaturæ, significavit ex Deo Filium non creatum esse, sed genitum (Rom. 1, 25). Tamen etiam alibi, ut manifestaret quomodo in Salomone sit lectum: *Dominus creavit me*; quid in Christo creatum esset, ostendit.

**84.** Itaque totius seriem capituli recenseamus; sic enim habes: *Ergo quia filii participes sunt carnis et sanguinis, et ipse similiter particeps factus est eorumdem; ut per mortem destrueret hunc qui mortis habebat*

**D** qua de productione rerum ex nihilo intelliguntur. Et hoc quidem in Græco idiomate verissimum est, ut Hieronymus in cap. 4 Epistolæ ad Ephesios et Augustinus lib. 1 cont. Advers. Leg. et Prophet. cap. 25 docent: licet ultimus utrumque etiam in Scripturis indifferenter de rebus sive ex materia aliqua factis, sive ex nulla dici asserat. Quod autem ad Latinam linguam, iidem illi Patres creati ac fieri et de generatione liberorum et de magistratum institutione usurpari memorant, quod probatorum scriptorum usu planissimum est. Græcorum igitur Patrum, qui Verbum divinum *κτισμα*, id est, creaturam dicere semper exhorruerunt, Ambrosius ubique quam firmissime vestigiis adhesit, ea ratione omnia Scripturæ testimonia, quæ Ariani abutebantur, commodissime exponi posse persuasum habens.

*imperium* (Hebr. II, 14). Quis ergo est qui nos participes suæ voluit esse carnis et sanguinis? Utique Dei Filius. Quomodo nisi per carnem particeps factus est noster? aut per quam, nisi per corporis mortem mortis vincula dissolvit? Mortis enim mors facta est susceptio mortis in Christo. Ergo de incarnatione proposuit.

85. Videamus sequentia : *Nec enim statim Angelos, inquit, assumpsit, sed semen Abrahamæ. Unde habuit per omnia fratribus similari; ut misericors feret et fidelis princeps, sacerdos ad Deum, ut expiaret peccata populi. In quo enim passus est ipse; et tentatus, potest et tentatos juvare* (Ibid., 16, 17). Propter quod, fratres sanctissimi, vocationis cælestis participes, intuemini apostolum et principem sacerdotum confessionis nostræ Jesum fidelem esse creatori suo, sicut et Moyses in domo ejus (Hebr. III, 1, 2). Hæc nempe verba sunt Apostoli.

86. Videtis in quo creatum dicat : in quo *assumpsit*, inquit, *semen Abrahamæ*, corporalem utique generationem asserit. In quo autem, nisi in corpore expiavit populi peccata? In quo passus est, nisi in corpore; sicut et supra diximus : *Christo passo secundum carnem*? In quo sacerdos, nisi in eo quod sacerdotali assumpsit ex genere?

87. Sacerdos enim aliquid debet offerre, et secundum Legem in sancta intrare per sanguinem (Hebr. IX, 25):

**513** ergo quia sanguinem taurorum, hircorumque repudiaverat Deus, hunc utique sacerdotem per suum sanguinem, sicut legisti, in sancta sanctorum cæli summa penetrantem oportebat intrare (Ibid. 12); ut æterna nostrorum esset a oblatio peccatorum. Idem ergo sacerdos, idem et hostia : et sacerdotium tamen, et sacrificium humanæ conditionis officium est; nam et agnus ad immolandum ducis est, et sacerdos est secundum ordinem Melchisedech.

88. Nemo igitur ubi ordinem cernit humanæ conditionis, ibi jus b divinitatis asserat. Nam et illum Melchisedech per quem Abraham hostias suas obtulit (Gen. XIV, 18), c non angelum utique secundum Judaica ludibria intelligit Ecclesia, sed virum sanctum, ac sacerdotem Dei, qui typum gerens Domini, et sine Patre, et sine matre, et sine generationis enarratione, et sine initio, et sine fine describitur; ut ostenderet sempiternum Filium Dei in hunc mundum esse venturum, qui et sine Patre secundum incarnationem natus est, et sine matre secundum divinam generationem, et sine enarratione generationis; quia scriptum est : *Generationem autem ejus quis enarrabit* (Esa. LIII, 8)?

89. Ergo illum Melchisedech in Christi typo sacerdotem Dei accepimus : sed illum in typo, hunc in veritate : typus autem umbra est veritatis : illum in nomine unius civitatis, hunc regem in reconcilia-

<sup>a</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *ablutio peccatorum*; cæteri mss., *oblatio peccatorum*. Magis apposite, idem enim est atque oblatio pro peccatis, de qua hic agitur.

<sup>b</sup> Edit., *divinitatis ascribit*.

<sup>c</sup> Hieronymus epist. 28, ad Ruffin., hanc opinio-

tionem totius mundi; quia scriptum est : *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi* (II Cor. V, 19); hoc est, sempiterna divinitas; aut, si Pater in Filio, sicut Filius in Patre, et substantiæ utique et operationis unitas non negatur.

90. Quomodo autem negare merito possunt, etiam si velint, cum scriptum sit : *Pater autem qui in me manet, ipse facit opera*; et : *Opera quæ ego facio, ipse facit* (Joan. XIV, 10)? Non dixit : Et ipse facit; ne similitudinem magis, quam unitatem operis æstimares : sed dicendo : *Quæ ego facio, ipse facit*, manifestum reliquit quod unum opus Patris et Filii credere debeamus.

91. Denique ubi similitudinem operum, non unitatem voluit intelligi : *Qui credit, inquit, in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet* (Ibid., 12). Bene hic et interponendo, similitudinem nobis donavit; et tamen unitatem naturalem negavit. Unum est igitur opus Patris et Filii, etiamsi non placeat Arianis.

## CAPUT XII.

*Regnum Patris atque Filii unum esse ac indivisum; et unam similiter utriusque divinitatem.*

92. Quæro autem quomodo regnum velint Patris et Filii esse divisum; cum Dominus dixerit, ut supra ostendimus : *Omne regnum in se divisum, facile destruetur* (Matth. XII, 25)?

93. Et ideo ad excludendum Arianæ sacrilegium sævitatis, unum imperium Patris et Filii etiam **514** Petrus sanctus asseruit dicens : *Quapropter salagite, fratres, certam vestram vocationem et electionem sacre. Hæc enim facientes non errabitis; sic enim abundantius ministrabitur vobis introitus in æternum imperium Dei, et Domini nostri d conservatoris Jesu Christi* (II Petr. I, 10, 11).

94. Aut si quis de Christi tantum imperio dictam putat, et hoc ideo sic accipit, ut Patrem Filiumque potestate secernat; is tamen et regnum Filii fatebitur, et æternum. Itaque non solum duo inducent regna divisa, ut obnoxia sint defectui; sed etiam cum regna comparabilia nulla sint Dei regno, quod Filii esse, etiamsi velint negare non possunt : e aut contra suam sententiam redibunt, ut idem Patris et Filii regnum esse fateantur : aut, quod sacrilegium est dicere, jus Patri regni minoris ascribent : aut, quod contrarium est, quem minorem divinitate impie memorant, ejus regnum fatebuntur æquale.

95. Sed hoc non quadrat, non congruit, non cohæret. Dicant igitur unum esse regnum, sicut nos dicimus; et probamus autem non nostris, sed cælestibus testimoniis.

96. Primum enim etiam aliis exemplis discere regnum cælorum, regnum etiam Filii esse : ipse enim

nem non Judæis, sed Origeni ac Didymo ascribit.

<sup>d</sup> Ms. unus, creatoris; alii nonnulli, et omnes edit., *Salvatoris*; cæteri qui et probatores, *conservatoris*.

<sup>e</sup> Edit. omnes cum mss. aliquot, aut contra sententiam suam ridebunt. Quid magis ridiculum?

dixit : Amen, amen, dico vobis quoniam sunt aliqui <sup>a</sup> de hic astantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regnum suum (Matth. xvi, 28). <sup>b</sup> Dubitari ergo non potest quod sit regnum Filii Dei.

97. Sed accipe ipsum esse regnum Filii, quod Patris est : Amen dico vobis quod sunt quidam circumstantium, qui non gustabunt mortem, donec videant <sup>c</sup> regnum Dei veniens in virtute (Marc. viii, 39). Eo enim usque unum regnum est, ut unum sit præmium, idem hæres, eadem merita, idem sponsor.

98. Quomodo non idem regnum, cum præsertim ipse de se Filius dixerit : Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris mei (Matth. xiii, 43). Quod enim Patris est per majestatis proprietatem, id etiam Filii est per ejusdem claritudinis unitatem. Ergo et Patris <sup>B</sup> regnum Scriptura dixit, et Filii (Joan. xvii, 5).

99. Accipe nunc quia ubi regnum Dei dicit, nec Patris nec Filii separat potestatem; quia et paternum et Filii regnum uno Dei nomine comprehendit, sicut habes : Cum videritis Abraham, Isaac, et Jacob, et omnes prophetas in regno Dei (Luc. xiii, 28). An negamus in regno Filii prophetas esse, cum et latroni dicenti : Memento mei, cum veneris in regnum tuum; responderit Dominus : Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso (Luc. xxiii, 42, 43)? Aut quid est <sup>d</sup> esse in regno Dei, nisi æternam nescire mortem? Qui autem nesciunt æternam mortem, vident Filium hominis venientem in regnum suum.

100. Quomodo ergo potest non in potestate habere quod donat dicens : Tibi dabo claves regni caelorum <sup>C</sup> (Matth. xvi, 19)? Et videto distantiam. Servus **515** aperit, Dominus largitur : iste per se, ille per Christum : famulus claves accipit, Dominus ordinat potestates : <sup>e</sup> aliud jus donantis, aliud dispensantis obsequium est.

101. Accipe adhuc unum regnum, unum imperium esse Patris et Filii. Habes ad Timotheum : Paulus apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei Salvatoris nostri, et Christi Jesu spei nostræ (I Tim. i, 1). Unum igitur Patris et Filii regnum evidenter est declaratum, sicut et apostolus Paulus asseruit dicens : Hoc enim scitote quod omnis impudicus, aut immundus, aut avarus, quod est idololatria, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei (Ephes. v, 5). Ergo unum regnum, et una divinitas.

102. Unam divinitatem lex probavit, quæ dicit unum Deum (Deut. vi, 4). Probavit et Apostolus,

<sup>a</sup> Vet. edit. ac mss. non pauci, de istis astantibus: Rom., de istis astantibus : reliqui mss., de his astantibus. At omnino scribendum ut in textu; hoc namque loco, sicut et apud Marcum infra citatum in Græco constanter legas, τῶν ὄδῃ ἰστησάντων. Rursus vero ubi habetur in cunctis edit. ac mss. quibusdam, Dubitari ergo non potest; in reliquis cod. præfertur Dubitare ergo noli.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., Dubitare ergo noli.

<sup>c</sup> Omnes edit., regnum Dei venientis; mss., regnum Dei; unus, filium Dei, veniens; quod omnibus quoque Scripturæ idiomatis confirmatur. Iterum autem ubi omnes edit. ac plures mss., idem hæres; alii nonnulli

dicendo de Christo : In quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter (Coloss. ii, 9). Si enim juxta Apostolum plenitudo omnis corporaliter divinitatis in Christo est, aut unius divinitatis Patrem et Filium fatebuntur : aut si Patris et Filii divinitatem cupiunt separare, cum omnem plenitudinem divinitatis corporaliter Filius habeat; quid est quod <sup>f</sup> existimant amplius reservandum, cum amplius nihil sit plenitudine perfectionis? Ergo una divinitas.

### CAPUT XIII.

Filio majestatem suam esse, ac paternæ æqualem : cujus socii non sint angeli, sed spectatores.

103. [Alias cap. VI.] Imaginem autem unam, et similitudinem unam supra diximus (Lib. I, cap. 7), superest ut unius quoque majestatis Patrem Filiumque doceamus. Nec longe aberit; cum enim ipse dixerit de se Filius : Cum venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ (Matth. xxv, 31). Ecce Filii expressa majestas est : quid ei deest, cujus increatam majestatem negare non possunt? Est ergo Filii majestas.

104. Accipiant nunc, ut dubitare non possint, quod Patris et Filii una majestas sit; ipse enim Dominus dixit : Nam qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet; cum venerit in majestate sua, et Patris. et sanctorum angelorum (Luc. ix, 26). Quid est : Et sanctorum angelorum, nisi quia honorantur et servi dignitate domini sui?

105. Dignitatem ergo suam ad Filium et Patrem retulit; non ut angeli habeant cum Patre et Filio æquale consortium, sed ut præminentem gloriam Dei cernant. Neque enim suam majestatem angeli habent, sicut lectum est de Filio : Cum sederit in sede majestatis suæ (Matth. xxv, 31); sed assistunt, ut Patris et Filii <sup>h</sup> gloriam videant, quibus aut possunt aut merentur aspectibus.

106. Denique ipsa se explanant verba divina, ut intelligas illam gloriam Patris et Filii cum **516** angelis non esse communem; sic enim habes : Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes angeli cum eo. Et ut doceret unam majestatem et unam gloriam esse Patris et suam, ipse in alio libro ait : Et Filius hominis <sup>i</sup> confundet eum, cum venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis (Marc. viii, 38). Illi in obsequio, hic in gloria : illi in comitatu, hic in suggestu : illi stant, hic sedet; ut

exhibent, iidem homines.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., in regno Filii.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, jus donationis.

<sup>f</sup> Omnes edit., æstimant amplius ascribendum; mss. nonnulli, æstimant; plures, existimant; sed omnes omnino, amplius reservandum.

<sup>g</sup> Vet. edit., nisi quod honorant et servi Domini dignitatem suam.

<sup>h</sup> Mss. aliquot, gratiam videant.

<sup>i</sup> Ita omnes edit. ac plures mss. Rom. autem sola, confundetur eum; ubi reliqui mss. præ se ferunt, confitebitur eum.

verbo tamen usus utatur humani, hic iudicat, hi ministrant.

107. Divinam autem non præmisit majestatem Patris, et subdidit suam et angelorum; ne de superioribus ad inferiora fecisse gradum quemdam et ordinem videretur. Sed quia Pater inferior videri non poterat, præmisit majestatem suam, et addidit Patris et angelorum; ne se medium inter Patrem et angelos nominando, aut ab angelis ad Patrem per sui quoque incrementa fecisse quemdam videretur ascensum, aut a Patre rursus ad angelos per ordinem cum sui etiam diminutione crederetur fecisse descensum. Nam nos qui unam divinitatem Patris et Filii confitemur, diversum, ut Ariani, ordinem non putamus.

#### CAPUT XIV.

*Unius substantiæ cum Patre Filium esse; hanc autem etiam secundum divinitatem sumi debere in multis Scripturarum testimoniis, tametsi in aliis nonnullis hoc verbum aut de possessionibus aut de incarnatione intelligatur.*

108. De substantia autem, Imperator auguste, quid loquar unius Filium cum Patre esse substantiæ; cum imaginem Paternæ substantiæ Filium legerimus (*Sap. vii, 26*); ut in nullo secundum divinitatem a Patre intelligas discrepare?

109. Juxta hanc imaginem dixit: *Omnia quæ Pater habet, mea sunt* (*Joan. xvi, 15*). Ergo nec a substantiam in Deo possumus denegare; neque enim insubstantivus est, qui aliis dedit habere substantiam: licet alia sit substantia Dei, alia creaturæ. Nec posset insubstantivus Filius Dei esse, per quem cuncta subsistunt.

110. Et ideo ait: *Non est occultatum os meum quod fecisti in abscondito, et substantia mea in inferioribus terræ* (*Psal. cxxxviii, 15*). Virtuti enim et divinitati ea, quæ ante constitutionem mundi, vel imperspicibili majestate sunt gesta, abscondita esse non poterant. Legimus ergo substantiam.

111. Sed dices de incarnatione dictam esse substantiam. Interim nomen substantiæ lectum probavi, et lectum non pro patrimonio, ut dicitis. Jam, si placet, accipiamus secundum mysterium in inferioribus Christi fuisse substantiam. Et enim ut defunctorum animas in sui corporis anima liberaret, vincula mortis solveret, peccata donaret, operatus est in inferno.

**517** 112. Et tamen quid obstat quominus illam

<sup>a</sup> Substantia ubique Ambrosio idem est quæ *οὐσία* Græcorum, id est, ipsamet rei natura, sive hoc ipsum quod res quæque est. Qui sane intellectus cum negari non possit admodum catholicus, tandem invaluit apud Latinos, ut Deus habere substantiam et Christus Patri consubstantialis esse diceretur. Nam cum vocem *substantia* Latini ad originem suam referrebant, sive illam dedderent a verbo *subsistere*, ut Augustinus lib. vii de Trinit., cap. 4 et 5, sive a verbo *substare*, ut Boetius lib. de Duab. naturis, eandem vocem proprie sumi non posse affirmabant, nisi de eo quod subjectum esset, sive substaret et

A divinam intelligas esse substantiam, cum Deus ita ubique sit, ut ei dictum sit: *Si ascendero in celum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades* (*Ibid., 8*).

113. Denique ad substantiam divinam derivandum esse intellectum sequentibus declaravit dicens: *Inoperatum meum viderunt oculi tui* (*Ibid., 16*); eo quod non operis factura sit Filius, sed Verbum genitum potestatis æternæ: *ἀκατίπυατον* enim dixit, hoc est, inoperatum atque increatum Verbum sine alicujus creaturæ testimonio ex Patre natum: et tamen abundamus aliis substantiæ testimoniis. Sit ista hoc loco substantia corporalis, dummodo non opus Dei Filium, sed inoperatam ejus divinitatem et ipse fatearis.

114. Scio autem aliquos dicere inoperatum esse B etiam incarnationis mysterium, quod non sit virilis copulæ usus operatus; quia partus est Virginis. Si ergo plerique hoc loco nec Mariæ partus opus esse dixerunt, tu, Ariane, opus putas esse Dei Verbum?

115. Aut hic tantum substantiam legimus? Nonne et alibi dixit: *Portæ civitatum effractæ sunt, montes ceciderunt, et revelata est substantia* (*Nahum. ii, 6*)? Numquid hic quoque creatura signatur? Solent enim aliqui dicere pecuniariam esse substantiam. Ergo si ad hunc sensum refers, ideo occiderunt montes, ut pecuniarium patrimonium cerneretur.

116. Sed meminerimus qui montes ceciderunt, illi utique de quibus dictum est: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti: Tollere, et jactare in mare* (*Matth. xvii, 19*). Montes ergo sunt altitudines se extollentes.

117. Denique in Græco, <sup>b</sup> *regna ceciderunt*, habetur. Quæ regna, nisi satanæ, de quo dixit Dominus: *Quomodo stabit regnum ipsius* (*Matth. xii, 26*)? Ipsos ergo legimus montes, quæ regna sunt diaboli. Ideoque istis cadentibus regnis de corde fidelium, revelatum est paternæ Dei Filium Christum esse substantiæ. Qui sunt etiam illi ipsi montes ærei, de quorum medio quatuor currus procedunt (*Zach. vi, 1*)?

118. Advertimus altitudinem illam extollentem se adversus scientiam Dei verbo Domini corruisse; cum diceret Dei Filius: *Obmutesce, et exi, imunde spiritus* (*Marc. i, 25*). De quo et propheta dixit: *Ecce ego ad te, mons corrupte* (*Jerem. li, 25*).

119. Isti ergo ceciderunt montes, et revelatum est quod esset in Christo divina substantia, dicentibus illis, qui viderant: *Vere Filius Dei est* (*Luc. iv, 41*); non enim humana, sed divina potestate demoniis imperabat. Jeremias quoque dicit: *Super*

quasi substerneretur accidentibus. Eosdem adeas licet, sicut et Marium Victor., qui Constantii florebat temporibus. Ille enim et varias hujus dictionis significationes fuse prosequitur, et omnes locos quos hic refert Ambrosius noster, idem commemorat. Phabadus quoque hæc ipsa pertractat, ex quibus omnibus quantum ab ea voce abhorrerent intelligitur. Sed non omittendus Athanasius qui libro de Synodis pag. 903, secundum Sirmicens. confessionem referens, illic statutum ut vocibus *substantiæ* et *consubstantialitatis* abstineretur, scribit.

<sup>b</sup> LXX interpr., καὶ τὰ βραχέα διήσους.



montes accipite luctum, et super semitas deserti p̄n-  
clum, quia defecerunt; eo quod non sint homines, non  
acceperunt vocem substantiæ: a volatilibus usque ad  
jumenta expaverunt et defecerunt (Jerem. ix, 10).

120. Nec præterit etiam alibi, cum fragilitates  
exponeret conditionis humanæ, ut susceptam a se  
**518** infirmitatem carnis, et affectum nostræ men-  
tis ostenderet, dixisse Dominum per Prophetam:  
Memento, Domine, quæ est substantia mea (Psal-  
m. lxxxviii, 48); quia in natura fragilitatis humanæ  
Dei Filius loquebatur.

121. De quo supra, ut incarnationis mysteria re-  
velaret; ait: Tu vero repulisti, Domine, et pro nihilo  
habuisti: disputasti Christum tuum, evertisti testa-  
mentum servi tui, profanasti in terra sanctitatem ejus  
(Ibid. 39, 40). In quo utique servum dicit, nisi  
in carne, quia non rapinam arbitratus est esse se æqualem  
Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi ac-  
cipiens, in similitudinem hominum factus, et specie in-  
ventus ut homo (Philip. ii, 6, 7)? Mæa ergo susceptio-  
ne servos, sua Dominus potentate.

122. Quid illud quod habes? Quoniam quis vult  
in substantia Domini (Jerem. xliii, 18); et alibi:  
Et si stetissent in substantia mea, et audissent verba  
mea, et si docuissent plebem meam; averitatem eos c  
nequitiis et adinventionibus suis (Ibid., 22).

CAPUT XV.

Cum Filium Patri ἑτεροούσιον Ariani dicant, eos in  
Deo substantiam aperte agnoscere: nec ob aliud  
hanc vocem defugere, nisi quod illum verum Dei Fi-  
lium fateri nolint, ut significavit Eusebius Nicome-  
diensis. Recte igitur constitutum a Nicænis PP.  
verbum ἑτεροούσιον, utpote hæresi oppositum et in  
Scriptura firmatum; proindeque neglectis, quæ isti  
sugunt de Sabellianis, retinendum.

123. Quomodo negant Dei esse substantiam?  
Quomodo verbum substantiæ, quod creberrimum  
in Scripturis est, putant esse vitandum; cum ipsi ex

<sup>a</sup> Amerb. et Eras. tali proprie ἑτεροούσιον; Gill. et Rom. edit. cum nss. ut textu, si tamen duos cod. excipias, in quibus habetur, contra ἑτεροούσιον. Non recte.

<sup>b</sup> Ambigitur inter eruditos quænam sit illa Eusebii Nicom. epistola, cujus hic mentio fit ab Ambrosio. Hermannus lib. ii Vita S. Athan. cap. 8 post card. Baroniam ad annum 325 putat eam esse, cujus Theodoretus lib. i, cap. 8, edit. Valès. commeminit. Valèsius vero in eumdem locum non de epistola Nicomediensis, sed de libello fidei ab Eusebio Cæsar. Patribus concilii oblato intelligendum hanc Theodoretum locum defendit, allatis in hanc rem quibusdam rationibus: quæ sane tanti non videntur, ut ejus opilio omni careat difficultate. Verum quidquid sit, certum est Ambrosium non de formula seu libello fidei, sed de epistola hoc loco loqui. Quod vero idem Eusebius Ambrosio dicitur Ariarorum auctor, hoc sancto viro non est singulare; Athanasius enim passim Arianos Eusebianorum nomine significat. Socrates quoque lib. i, cap. 6, de litteris Alexandri Alexandrini epis. agens, Eusebinum non tam Arii doctrinam defendisse, quam sciam ipsius propagare voluisse scripto prodidit.

<sup>c</sup> Hoc illud est, quod scribit Basiliius epist. 300,

A alia substantia, hoc est, ἑτεροούσιον dicendo Filium, substantiam tamen in Deo esse non abnuant?

124. Non igitur verbum, sed vim verbi fugiunt; quia nolunt verum esse Dei Filium. Nam licet humano verbo non possit divinæ generationis series comprehendere; tamen judicarunt Patres fidem suam  
<sup>a</sup> tali proprie contra ἑτεροούσιον sermone signandam, auctoritatem secuti prophetæ, qui ait: Quis stetit in substantia Domini, et vidit Verbum ejus? Secundum impietatem igitur suam positum substantiæ verbum recipiunt Ariani, secundum pietatem autem fidelium comprobatum repudiant et refutant.

125. Nam quid est aliud, cur ἑτεροούσιον Patri nolint Filium dici, nisi quia nolunt verum Dei Filium confiteri? sicut auctor ipsorum Eusebius Nicomediensis <sup>b</sup> epistola sua prodidit scribens: Si verum, inquit, Dei Filium et increatum dicimus, ἑτεροούσιον cum Patre incipimus confiteri. Hæc cum lecta esset epistola in concilio Nicæno, hoc verbum in tractatu Fidei posuerunt Patres, quia id viderunt adversariis esse formidini; ut tanquam evaginatio ab ipsis gladio ipsorum nefandæ caput; hæreseos amputarent.

**519** 126. Frustra autem verbum istud propter Sabellianos declinare sedicunt, et in eò stam imperitiam produunt; <sup>c</sup> ἑτεροούσιον enim aliud ali, non ipsum est sibi. Recte ergo ἑτεροούσιον Patri Filium dicimus, quia verbo eo et personarum distinctio et naturæ unitas significatur.

127. An negare possunt οὐσίαν lectam, cum et <sup>d</sup> panem ἑτεροούσιον Domini dixerit (Math. vi); et <sup>c</sup> Moyses scripserit: ὁμοούσιος μοι λαός περιούσιος (Exod. xix)? Aut quid est οὐσία, vel unde dicta, nisi οὐσα ἀεί, quod semper maneat? Qui enim est, et est semper, Deus est; et ideo manens semper οὐσία dicitur divina substantia. Propterea ἑτεροούσιος panis, quod ex Verbi substantia substantiam virtutis manentis cordi et animæ subministrat; scriptum est enim: Et panis confirmat cor hominis (Psal. ciii, 15). ♣

128. Servemus igitur præcepta majorum, nec hæ-

οὐ γὰρ αὐτό τί ἐστιν ἑτεροούσιον, ἀλλὰ ἕτερον ἕτερον.

<sup>d</sup> Edit. ultimæ Paris., panem περιούσιον, ut et infra περιούσιος panis. Absurde. Cæterum Marius Victor. lib. i et ii cont. Arianos, eodem modo vocem ἑτεροούσιον defendit, quo hic defenditur ab Ambrosio. Unde non satis caute videtur Petavius lib. iv de Trinit. c. 2, n. 15, de hoc Ambrosii loco ita scripsisse: Verum levius id argumentum, quam ut eo persuaderi possit οὐσίας vocem in Scripturis nominalim exprimit. Melius id alii demonstrant ex eo quod Deus ipse ὁ ὢν appellatur. Certum est enim Arianos contra hanc vocem quasi Scripturis omnino incognitam reclamare solitos, ut Athanasius Orat. 2. cont. Arianos, Euph. phanius Hær. 69, Marius Vict. atque alii testificantur; quibus querimoniis Ambrosium hic recta occurrere manifestum est. Quod autem ad etymologiam, quæ hic et lib. de Incarn. Myst. cap. 9, tradit sanctus Doctor, fatemur quidem eum dictionem simpliciter repetendam a participio οὐσα, sed in hujusmodi originibus rem ad vivum reserare velle æquius est. Proinde viv illum fore existimamus, qui effrenam illam intemperiem probet, qua Dallæus lib. ii de Usu PP. cap. 3, ob similes naves in Patres aliquot invehitur, maxime vero in Ambrosium.

reditaria signacula <sup>a</sup> ausi radis temeritate violemus. Librum signatum illum propheticum non Seniores, non Potestates, non Angeli, non Archangeli aperire ausi sunt: soli Christo explanandi ejus prerogativa est servata. Librum sacerdotalem quis nostrum resignare audeat, signatum a confessoribus, et multorum jam martyrio consecratum? Quem qui resignare coacti sunt, postea tamen damnata fraude, signarunt: qui violare non ausi sunt, confessoris et martyres exstiterunt. Quomodo fidem eorum possumus denegare, quorum victoriam predicamus?

#### CAPUT XVI.

*Ut Catholici contra fraudes Arianorum prœmuniantur, subdolas quasdam eorum confessiones exponit: nec sufficere quod Filium nonnumquam Deum vocitent, nisi eum admittant Patri æqualem, collectis argumentis probat.*

129. Nemo metuat, nemo formidet: plus confert fidelibus, qui minatur. Venenatæ sunt blanditiæ perfidorum, tunc cavendæ, cum id quod negant, prædicare se simulant. Sic decepti sunt et ante, qui facile crediderunt; ut ibi perfidia laqueos inciderent, ubi fidem esse credebant.

130. Qui dicit, inquit, Christum creaturam secundum cæteras creaturas, anathema sit. Audierunt simplices, et crediderunt: *Innocens enim, sicut scriptum est, credit omni verbo (Prov. xiv, 15)*. Audierunt ergo, et crediderunt, primo decepti sono; ac velut aves intenti ad escam fidei, extentum sibi laqueum non caverunt. Ita dum fidem sequuntur, ha-

131. Sunt enim serpentes Evangelici, qui exuunt veterem usum, ut induant novos mores, sicut scriptum est: *Exspoliantes veterem hominem cum actibus ejus, et induentes novum secundum imaginem ejus, qui creavit eum (Coloss. iii, 9, 10)*. Discamus ergo depositis vetusti hominis exuviis, Evangelicorum serpentium vias; ut more serpentium servare caput, fraudem cavere noscamus.

132. Satis fuerat dicere: Qui dicit creaturam Christum, anathema sit. Cur bono confessionis, Ariane, venena permisceas, ut totum corpus contamines? Ad-dendo enim: Secundum cæteras creaturas, non creaturam Christum negas, sed creaturam dicens esse dissimilem; creaturam enim dicens, etsi præstantiorem cæteris asseras creaturis. Denique Arius hujus impietatis magister Dei Filium creaturam dixit esse perfectam, sed non sicut cæteras creaturas. Videtis

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *ut rudes temeritate*, etc. Librum porro sacerdotalem vocat Ambrosius Nicæni concilii definitionem et symbolum, quod ut everterent Ariani in concilio Ariminiensi Valens Sygid. catholicis episcopis simplicibus Arianae perfidia venenum propinavit; cum in secunda hujus concilii confessione inter varias propositiones orthodoxæ fidei congruentes hanc vir callidissimus inseruit, qua anathemate

igitur hæreditario patris vestri vos usos esse sermo-ne? Sæt est creaturam negare, quid opus fuit addere: Sed non sicut cæteras creaturas? Recide quod putruit, ne serpat contagio: venenum habet; mortem affert.

133. Deinde dicit interdum Deum Christum: sed ita dicit Deum verum, ut plenitudinem ei paternæ divinitatis assignes; sunt enim qui dicuntur dii sive in cælo, sive in terra. Non ergo perfunctorie nuncupandus Deus, sed ita ut eandem divinitatem prædicet in Filio, quam Pater habet, sicut scriptum est, *Sicut enim Pater vitam habet in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso (Joan. v, 26)*. Dedit utique quasi Filio per generationem, non quasi inopi per gratiam.

134. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. Vide quid addidit, ne tu calumnieris ex verbo. Filium hominis legis, et accipientem arguis? Nega ergo Deum, si non omnia Filio quæ Dei sunt, deferuntur; cum enim dixerit: *Omnia quæ Pater habet, mea sunt (Joan. xvi, 15)*; cur tu non omnia quæ divinæ naturæ sunt, etiam in Filio confiteris? Nam qui dicit: *Omnia quæ Pater habet, mea sunt*; quid excipit quod non habet?

135. Quid est quod *ἰμπατικῶς*, quam fideli magis sermone commemorares, quod mortuos suscitaverit, maria pedes transmisit, infirmitates hominum curaverit? Hæc enim etiam servulis suis præstitit. Plus ista miror in hominibus, quod tantam eis dederit potestatem. Aliquid de Christo audire desidero, quod speciale sit Christi, quod cum iis quæ creata sunt, non possit esse commune; quia genitus, quia unicus est Dei Filius, quia Deus verus ex Deo vero, quia ad dexteram Patris sedet.

136. Ubi cumque lego consessum Patris et Filii, **521** semper ad dexteram Filius sedet. Numquid melior Filius Pater? Non hoc dicimus: sed quem charitas Dei honorat, humana iniquitas derogat. Scivit Pater serendas esse de Filio quæstiones, præbuit nobis quod sequeremur, pietatis exemplum, ne Filio derogemus.

#### CAPUT XVII.

*Objectioni quæ hic nasci poterat, occurrens, cur Dominus Stephano stare visus sit, explicat: et ex hujus ad Filium precibus ejusdem ac Patris æqualitate confirmata, librum terminat.*

137. Uno tantum loco stantem ad dexteram Dei Jesum Stephanus vidisse se dixit (*Act. vii, 55*). Et hoc discite, ne quam hinc moveas quæstionem. Cur enim ubique ad dexteram sedere ostenditur, uno legitur in loco stare? Sedet quasi iudex vivorum et mortuorum: stat quasi advocatus suorum. Stabat ergo quasi sacerdos, quando Patri hostiam boni mar-

feriebantur, qui Christum creaturam sicut cæteras creaturas profiterentur. Porro quibus artibus hanc tragædiam excitarent Ariani narrat Sulp. Sev. l. ii et Hieron. adv. Lucif. Quam Arii ipsius impietatem nullibi non exagitat Ambrosius.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *dic Deum, ut Deum verum, ut plenitudinem*, etc.: elegantius reliqui, ut in textu.

tyris offerebat : stabat quasi bono luctatori bravium tanti præsul certaminis redditurus.

138. Accipe et tu spiritum Dei, ut ista distinguas, sicut accepit et Stephanus; et dicas sicut dixit et martyr : *Ecce video cælos apertos, et Filium hominis stantem ad dexteram Dei.* Qui cælos apertos habet, Jesum ad dexteram Dei cernit : qui clausos oculos habet mentis, Jesum ad dexteram Dei non videt. Confiteamur ergo Jesum ad dexteram, ut cælum et nobis aperiat. Claudunt sibi cælum, qui aliter confitentur.

**522** 139. Quod si qui obijciunt quod Filius stabat, ostendant hoc loco quod Pater sedebat. Nam licet Filium hominis stare dixerit; tamen hoc loco nec Patrem sedere commemoravit.

140. Ut autem evidentius cognosceretur nulla esse stantis injuria, sed potestas, Filium Stephanus obsecrabat, ut se amplius commendaret Patri, dicens : *Domine Jesu, recipe spiritum meum (Act. vii, 58).* Et ut eandem Patris et Filii potestatem esse ostenderet, repetivit dicens : *Domine, ne statuas illis hoc pecca-*

*tum (Ibid., 59).* Hoc Dominus in passione propria quasi Filius hominis Patri dicit : hoc et Stephanus Filium Dei in suo martyrio deprecatur. Cum eadem gratia a Patre Filioque deponitur, eadem potentia declaratur.

141. Aut si volunt Stephanum Patri dixisse, videant quid propria testificatione significant. Licet nos ista non moveant, advertant tamen qui totum in littera constituunt et in ordine, quod Filius prius sit rogatus. Nos autem et secundum eorum interpretationem ostendimus unitatem Paternæ majestatis et Filii; nam cum Pater rogatur et Filius, æqualitas precatationis operationis indicat unitatem. Si autem illis non placet Filio dictum, *Domine*, videmus quod etiam Dominum eum negare conantur.

**B** 142. Sed jam quia martyris tanti corona processit studia certaminis relaxemus, ferias hodierni sermonis habeamus. Prosequamur sanctum martyrem laudibus, sicut post magna decebat certamina, vulneribus quidem adversarii cruentatum, sed Christi præmiis coronatum.

## LIBER QUARTUS.

### 521 CAPUT PRIMUM.

*Haud mirum esse quod homines in Christi cognitione erraverint, sed quod Scripturæ non obtemperaverint: illum quoque nec ab angelis nisi revelatione fuisse cognitum, sicut nec ab ipso Præcursore. Eiusdem Christi in cælum ascendentis triumphus qualis, et raptu prophetarum quorundam quanto præstantior? Tum descripto angelorum hac de re colloquio, contra Arianos Filius omnipotens esse ostenditur.*

1. Consideranti mihi, Imperator auguste, qua ratione sic erraverit <sup>a</sup> genus hominum, ut de Dei Filio plerique, væ mihi, diversa sequerentur; nequaquam satis mirum videtur quia erravit humana scientia de supernis, sed quod Scripturis non detulit obedientiam.

2. Quid enim mirum, si mysterium <sup>b</sup> Dei Patris et Domini Jesu Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi (*Coloss., ii, 3*), per sapientiam mundi non potuerunt homines comprehendere, quod nec angeli cognoscere, nisi ex revelatione, potuerunt?

**522** 3. Quis enim potuit opinione magis quam fide sequi Dominum Jesum, nunc de cæli altissimis inferna penetrantem, nunc ab inferis ad cælestia resurgentem : subito exinanitum, ut habitaret in nobis; nec

<sup>a</sup> Sic mss. plures ac potiores : alii autem ac edit., *genus hominum* (vet. edit., *humanum*) *de Dei Filio, ut plerique diversa* (vet. edit., *væ diversa*) *sequerentur.*

<sup>b</sup> *Dei Patris et Domini*, in mss. plerisque omittitur copula.

<sup>c</sup> *Per Synagogæ typum*, id est, in quantum Synagogæ figura erat, ejusque personam repræsentabat : in quantum autem Christi præcursor, non cadebat in talem prophetam tanti erroris suspicio, ut ipse Ambrosius tradidit lib. v in Lucam, num. 93, ubi

umquam imminutum, cum semper Filius in Patre, et in Filio Pater esset?

**C** 4. Dubitavit in eo ipse Prænuntius, licet <sup>c</sup> per Synagogæ typum, dubitavit ipse ante Domini faciem destinatus. Denique missis discipulis, interrogat : *Tu es qui venturus es, an alium exspectamus (Matth. xi, 3)?*

5. Obstuperunt et angeli cælestis mysterium. Unde cum resurgeret Dominus, atque illum quem dudum secundum carnem angustus sepulcri locus texerat, resurgentem ab inferis <sup>d</sup> cæli alta sustinere non possent, hæserunt etiam cælestia opinionis incerto.

6. Veniebat enim novis victor redimitus exuviis, Dominus in templo sancto suo; præibant angeli et archangeli, mirantes spoliis ex morte quæsitum : et quamvis scirent nihil Deo accedere ex carne potuisse, quia infra Deum **523** omnia sunt, tamen tropæa crucis, cujus principium super humeros ejus, et triumphatoris æterni manubias intuentes, quasi eum quem eniserant cæli portæ, capere non possent; licet numquam ejus capiant majestatem, majorem viam quærebant aliquam revertenti : adeo nihil exinanitus amiserat!

7. Debit tamen novo victori novum iter parari; semper enim victor tamquam major et præcelsior est : sed quia æternæ sunt justitiæ portæ, <sup>e</sup> eadem-

fusus hæc prosequitur. Videri etiam possunt præter D. Thomam 2-2, q. 2, art. 7, ad 2, sacri interpretes in xi Matthæi, et vii Lucæ. Quod vero ad angelorum dubitationem, jam a nobis observatum est ad lib. de Instit. Virg. cap. 5, num. 39, Doctorem nostrum eandem hanc opinionem sapius repetere : sed eam nusquam pertractat uberius, quam hoc ipso loco.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, melioris notæ, *cæli astra sustinere... opinionis incerta.*

<sup>e</sup> Thuan. cod. unus, *idemque novi et veteris Testamenti aditus, quibus, etc.*

que novi et veteris Testamenti, quibus cælum aperitur, non mutantur utique, sed elevantur; quia non unus homo, sed totus in omnium redemptore mundus intrabat.

8. Translatus erat Enoch (*Gen. v, 11*), raptus Elias (*IV Reg. ii, 12*): sed non est servus supra Dominum. *Nullus enim ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo* (*Joan. iii, 13*). Nam et Moysen, licet corpus ejus non apparuerit in terris, nusquam tamen in gloria cælesti legimus, nisi posteaquam Dominus resurrectionis suæ pignore vincula solvit inferni, et piorum animas elevavit. Translatus ergo Enoch, raptus Elias; ambo famuli, ambo cum corpore: sed non a post resurrectionem, non cum manubiis mortis, et triumpho crucis viderant illos angeli.

9. Et ideo Dominum omnium primum ac solum de morte triumphantem venire cernentes, tolli portas principibus imperabant, cum admiratione dicentes: *Tollite portas, principes, vestri; et elevamini, portæ æternales: et introibit rex gloriæ* (*Psal. xxiii, 7*).

10. Erant tamen adhuc et in cælestibus qui stuperent, qui admirarentur novam pompam, novam gloriam; et ideo requirebant: *Quis est iste rex gloriæ* (*Ibid., 8*)? Sed quia et angeli processus habent scientiæ, et capacitatem profectus, habent utique discretionem virtutis, atque prudentiæ: solus enim sine processu Deus; quia in omni perfectione semper æternus est.

11. Dicebant alii, illi utique qui adfuerant resurgenti, illi qui viderant vel jam cognoverant: *Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio*.

12. Iterum multitudo Angelorum triumphali agmine præcinebant: *Tollite portas, principes, vestri; et elevamini, portæ æternales: et introibit rex gloriæ*.

13. Rursus alii stupentes dicebant: *Quis est iste rex gloriæ* (*Ibid., 10*)? *Vidimus eum non habentem speciem neque decorem*. (*Esai. lxi, 2*): si ergo ipse non est, *Quis est iste rex gloriæ*?

14. Respondetur a scientibus: *Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ*. Ergo Dominus virtutum ipse est Filius. Et quomodo instruum Ariani dicunt, quem Dominum virtutum, sicut et Patrem, credimus? Quomodo Ariani discretionem faciunt potestatis, cum Dominum sabaoth Patrem, Dominum sabaoth Filium legerimus? **524**. Nam et hic sic positum plerique codices habent, quod *Dominus sabaoth ipse sit rex gloriæ*: sabaoth autem interpretes alicubi Dominum virtutum, alicubi regem, alicubi omnipotentem interpretati sunt. Ergo quoniam qui ascendit

A Filius est: qui ascendit autem, Dominus est sabaoth; omnipotens utique Dei Filius est.

## CAPUT II.

*In cælum sine fide ascensurum neminem, vel si quis ascenderit, efficiendum: illam itaque sedulo conservari debere. Esse etiam in nobis cælos, quorum portæ aperiendæ, ac per Christi divinitatis confessionem elevandæ sunt. Has ab Ariani non elevari, nec ab iis qui requirunt Filium inter terrena; proindeque illos cum Magdalena remittendos ad Apostolos, in quos portæ inferi non prævalebunt. Colligitur ex dictis a servo Domini dignitati non derogandum.*

14. Quid igitur agemus? Quomodo ascendemus ad cælum? Sunt illic dispositæ potestates, ordinati principes, qui cæli januas servant, qui ascendentem interrogant: *quis me admittet, nisi omnipotentem annuntiet Christum? Clausæ sunt portæ, non quicumque aperiantur: non quicumque velit, nisi qui fideliter credit, ingrediatur. Custodiunt autem imperialia.*

15. Sed esto, indignus obrepserit, latuerit principes portarum cælestium, discubuerit in cæna Domini; ingressus Dominus convivii, videns non indutum nuptiale fidei vestimentum, projiciet eum in tenebras exteriores, ubi stridor dentium, si fidem proctus non servet (*Matth. xxiii, 12 et seq.*).

16. Servamus igitur nuptiale quod accepimus vestimentum; nec Christo propria denegemus, quem omnipotentem annuntiant angeli, propheta significant, apostoli testificantur, sicut jam supra ostendimus (*Lib. ii, cap. 4*).

17. Et fortasse non de istius tantummodo cæli portis propheta dixerit quod præteritit; et alios enim cælos Dei Verbum penetrat, de quibus dictum est: *« Habemus enim sacerdotem magnum, principem sacerdotum, qui pertransibit cælos, Jesum Filium Dei* (*Hebr. iv, 14*). Qui sunt isti cæli, nisi et hi de quibus dicit Propheta: *Cæli enarrant gloriam Dei* (*Psal. cxviii, 1*)?

18. Stat enim Christus ad januam mentis tuæ, audi eum dicentem: *« Ecce stō ad januam, et pulso; si quis mihi aperuerit, ingrediar ad illum; et cenabo cum eo; et ipse mecum* (*Apoc. iii, 20*). Et Ecclesia de eo dicit: *Vox fratris mei pulsat ad januam* (*Cant. v, 2*).

19. Stat ergo, et non solus stat; sed præcedunt eum angeli, qui dicunt: *Tollite portas, principes, vestri* (*Psal. xxiii, 7*). Quas portas? Illas utique de

<sup>a</sup> Non pauci mss., *post resurrectionem jam cum manubiis*. Non ita male; subintelligitur enim, ut postea Christus ascendit.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *interpretes alicubi omnipotentem interpretati sunt*. Et sane cum Ambrosius ex voce *omnipotens* argumentetur, sine dispendio sensus aliæ interpretationes omitti possent. Verum cum habeantur in aliis cod. *nam exaratis*, nec non in editis omnibus, rejiciendas alias duas non putavimus. Primam qua *sabaoth* exponitur *virtutum sive exercituum*. agnoscit Epiphanius Hær. 26, et, præter alios Patres, Origenem, Gregorium Nazianz., Augustinum,

etc., Hieronymus epist. 156, ad Marcellam; sicut et eandem simul atque tertiam, qua scilicet memorata dictio idem sonat ac *omnipotens* epist. 143 comprobatur. Quod autem illa ipsa vox etiam pro rege sumi dicitur, hoc non reperimus alterius cujusquam firmatum suffragio.

<sup>c</sup> Rom. edit., *Habemus enim principem sacerdotum, qui penetravit*: aliæ ac mss. ut in textu, nisi quod vel. edit. cum Rom. legunt, *penetravit*.

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, *Ecce steti ad januam mentis tuæ, et pulso*.

quibus et alibi dicit: *Aperite mihi portas justitiæ* A (Psal. cxvii, 19). Aperi ergo Christo portas tuas, ut ingrediatur in te: aperi portas justitiæ, aperi portas

**525** pudicitia, aperi portas fortitudinis atque sapientia.

**20.** Crede angelis dicentibus: *Et elevamini portæ æternales*, <sup>a</sup> *et introibit rex gloriæ, Dominus sabaoth* (Psal. xxiii, 7). Porta tua vocis fidelis canora confessio est: porta tua ostium verbi est, quam sibi Apostolus optat aperiri, dicens: *Ut aperiatur mihi ostium verbi ad eloquendum* <sup>b</sup> *mysterium Christi* (Coloss. iv, 3).

**21.** Aperiatur igitur Christo porta tua, nec solum aperiatur, sed etiam elevetur; si tamen æternalis, est, non caduca; scriptum est enim: *Et elevamini portæ æternales*. Elevatum est super limen Esaiæ, **B** quando Seraphim labia ejus tetigit, et vidit regem Dominum sabaoth (Esai. vi, 7).

**22.** Tuæ ergo portæ elevabuntur, si sempiternum, si omnipotentem, si inestimabilem, si incomprehensibilem, si eum qui et præterita omnia et futura noverit, Filium Dei credas. Quod si præfinitæ potestatis et scientiæ, subjectumque opinaris, non elevas portas æternales.

**23.** Eleventur ergo portæ tuæ, ut non Ariano sensu parvulus, non pusillus, non subditus ad te Christus introeat; sed intret in Dei forma, intret cum Patre, intret talis, qualis est et cælum et omnia supergressus, emittat tibi Spiritum sanctum. Expedi tibi ut credas quia ascendit, et sedet ad dexteram Patris. Nam si eum inter creaturas et terrena **C** impia cogitatione detineas, si non tibi abeat, non tibi ascendat, nec Paraclitus ad te veniet, sicut ipse dixit: *Nam si ego non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam illum ad vos* (Joan. xvi, 7).

**24.** Quod si inter terrena eum requiras, sicut Maria Magdalene requirebat, cave ne et tibi dicat: *Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum* (Joan. xx, 17). Portæ enim tuæ augustæ sunt, capere me non queunt: elevari non queunt, intrare non possum.

**25.** Vade ergo ad fratres meos, hoc est, ad illas portas æternales, quæ cum Jesum viderint, elevantur (*Ibid.*). Æternalis porta est Petrus, cui portæ inferi non prævalebunt (*Matth.* xvi, 18). Æternales portæ **D** Joannes et Jacobus, utpote filii tonitru ( *Marc.* iii, 17). Æternales portæ sunt Ecclesiæ, ubi laudes Christi annuntiare Propheta desiderans, dicit: *Ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filia Sion* (Psal. ix, 15).

**26.** Grande ergo mysterium Christi, quod stupuerunt et angeli; et ideo venerari debes, et Domino *favens* derogare non debes. Ignorare non licet; propterea enim descendit ut credas: si non credis,

<sup>a</sup> Ita mss. plures ac potiores: alii vero, et edit., ut *introibit in te rex gloriæ*, etc.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *martyrium Christi*.

<sup>c</sup> Vet. edit., *qui auctoritatem suscepit, non imagi-*

*nem descendit tibi, non tibi passus est. Si non venissem, inquit, et locutus non fuisset his, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, et Patrem meum odit* (Joan. xv, 22, 23). Quis igitur odit Christum, nisi qui derogat? Sicut enim amoris est deferre, ita odii est derogare. Qui odit, quæstiones movet; qui amat, reverentiam defert.

### 526 CAPUT III.

*Verbu illa*: Omnis viri caput Christus. . . caput autem Christi Deus, primo in Arianos ipsos retorquet: deinde Christi tantum secundum naturam humanam considerati Deum caput esse ex alio Scripturæ loco, quem objicere solebant iidem hæretici, probat: nec prudentiæ quoque oppositum ab ipsis testum illum: Qui autem plantat, et qui rigat, unum sunt. Quibus explicatis, quo pacto Pater in Filio, et Filius in Patre, nec non in utroque fideles esse dicantur, aperitur.

**27.** [Alius cap. II.] Itaque discutiamus eorum alias quæstiones. Scriptum est, inquit: *Omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput autem Christi Deus* (1 Cor. xi, 3). Qua in quæstione dicant mihi, velim, utrum conjungere, an dividere hæc quatuor velint. Si enim conjungere, atque ita dicunt Deum caput esse Christi, sicut vir est mulieris caput, videte quid incidant. Nam si hæc tamquam ex paribus sumpta est comparatio, et hæc quatuor, id est, mulier, vir, Christus, et Deus, quasi ex unius atque ejusdem naturæ similitudine comparantur, ergo mulier et Deus unius incipient esse naturæ.

**28.** Quod si hoc displicet, quia sacrilegum est dicere, ut volunt dividant. Itaque si Christum apud Deum Patrem ita volunt esse, sicut est mulier apud virum; unius utique Christum et Deum dicunt esse substantiæ, quoniam mulier et vir unius sunt in carne naturæ (*Gen.* ii, 24): nam quod distat, in sexu est. Cum vero inter Christum et Patrem sexus non interveniat, quod unum inter Filium et Patrem in natura est, fatebuntur: quod diversum in sexu est, denegabunt.

**29.** Placeatne ista divisio? An mulierem, virum et Christum unius volunt esse substantiæ, et Patrem separant? Hæccine igitur divisio placet? Si ita est, videte quid incidant. Aut enim non solum Arianos, sed etiam Photinianos se necesse est confitentur; quia Christum hominem tantum fatentur, quem humanæ tantummodo naturæ æstimant copulandum: aut vel invito acquiescere par est nostræ sententiæ, per quam id quod impie cogitarunt, pie religioseque defendimus; ut sit Christus quidem secundum generationem divinam Dei virtus, secundum assumptionem autem carnis, unius cum omnibus hominibus in carne substantiæ: salva tamen incarnationis suæ gloria; quia veritatem suscepit, non imaginem carnis.

*nem carnis.* Rom. et mss. ut in textu, nisi quod eadem præfert, *qui veritatem*: et cod. Thuan. unus, *quia veritas suscepit imaginem carnis. Possime.*

30. Sit ergo juxta humanam conditionem caput Christi Deus; non enim dixit caput Christi Pater, sed *caput Christi Deus*; quia divinitas, ut pote creatrix, caput est creaturæ. Et bene dixit: *Caput Christi Deus*; ut et divinitatem Christi significaret, et carnem, hoc est, incarnationem in Christi nomine: in Deo autem unitatem divinitatis, et magnitudinem potestatis.

31. Eousque autem caput Christi Deus secundum incarnationem dictum est, ut et caput viri **527** Christus secundum incarnationem Verbi dictum sit. Quod alibi Apostolus evidenter exposuit dicens: *Quoniam vir caput est mulieris, sicut et Christus caput Ecclesiæ (Ephes. v, 23)*. Et in consequentibus addidit: *Qui se tradidit pro ea (Ibid., 25)*. Secundum incarnationem igitur caput viri Christus, quia secundum incarnationem facta traditio est.

32. <sup>a</sup> Est ergo caput Christi Deus; ubi servi, hoc est, hominis, non Dei, forma tractatur. Sed nihil præjudicat Dei Filio, si secundum carnis veritatem similis sit hominibus, qui in divinitate cum Patre unum est (*Joan. x, 30*); non enim potestas hac interpretatione minuitur, sed misericordia prædicatur.

33. Quis autem <sup>b</sup> unam divinitatem Patris et Filii pie abneget; cum ipse Dominus consummaturus præcepta, discipulis suis dixerit: *Ut sint unum, sicut et nos unum sumus (Joan. xvii, 11)*? Pro testimonio enim fidei positum est, licet ab Arianis ad argumentum perfidiæ derivetur. Etenim quoniam toties lectam negare non queunt unitatem, extenuare conantur; ut talis videatur divinitatis unitas inter Patrem et Filium, qualis est inter homines unitas devotionis et fidei: licet etiam inter ipsos homines unitas naturæ sit ex communitate naturæ.

34. Unde et illud apertissime solvitur, quod ad extenuationem Dominicæ unitatis objicere consueverunt, quia scriptum est: *Qui autem plantat, et qui rigat, unum sunt (1. Cor. iii, 8)*. Hoc Arianis, si saperent, non objicerent. Quomodo enim negare conantur quia Pater et Filius unum sunt, cum Paulus et Apollo et natura unum sint et fide? Sed tamen per omnia unum esse non possunt, quia nequeunt comparari humana divinis.

35. Inseparabilis ergo Deus Pater Verbo, inseparabilis virtute, inseparabilis sapientia per divinæ unitatem substantiæ; et est in Filio, sicut frequenter est scriptum: est verò non ut <sup>c</sup> egentem sanctificans, nec ut vacuum implens; quia non vacua Dei virtus. Nec enim virtus virtute augetur; quia non duæ virtu-

<sup>a</sup> Omnes edit., *Est ergo caput viri Christus, caput Christi Deus*: mss. vero concinnius omittunt, *caput viri Christus*, ut proxime sequentia satis ostendunt.

<sup>b</sup> Quidam mss., *unam Dei divinitatem*.

<sup>c</sup> Omnes edit. ac duo mss., *egentem significans*: reliqui mss., *egentem sanctificans*. Magis commode. Cæterum obiter observabimus Arianam hanc verborum Joannis interpretationem admodum communem fuisse. Nam præter Ambrosium nostrum eandem quoque referunt ac refellunt Athanasius orat. 4 cont. Arian., Hilarius lib. viii de Trinit., August. lib. iii

tes, sed una virtus: nec divinitas divinitatem accipit; quia non duæ divinitates, sed una divinitas: nos autem <sup>d</sup> per acceptam et inhabitantem in nobis virtutem unum erimus in Christo.

36. Communis ergo littera, sed discrepans divina, humanaque substantia. Nos unum erimus, Pater et Filius unum sunt: nos secundum gratiam, Filius secundum substantiam. Alia autem per conjunctionem, alia per naturam unitas. Denique vide quid ante præmisit: *Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te (Joan. xvii, 21)*.

37. Considera ergo quia non dixit: Tu in nobis, et nos in te: sed tu in me, et ego in te; ut se a creaturis separaret. Et addidit: *Et isti in nobis (Ibid.)*, ut etiam hic suam potentiam et Patris a nobis **528** B secerneret, ut quod nos in Patre et Filio unum sumus, non naturæ videatur esse, sed gratiæ: quod autem Filius et Pater unum sunt, non hoc Filius accepisse per gratiam, sed naturaliter ut Filius possidere credatur.

#### CAPUT IV.

*Objectum ab hæreticis locum illum: Non potest Filius facere a se quidquam, etc., primo e subsequentibus verbis exponit: deinde singulas integri textus voces expendens, eas Ariana interpretatione sumi sine impietate aut absurditate haudquaquam posse, potissimum creationis mundi et quorundam Christi miraculorum exemplis docet.*

38. [*Alias cap. III.*] Aliud rursus objiciunt, asserentes unam atque eandem potestatem Filii et Patris esse non posse, quia ipse dixit: *Amen, amen, dico vobis, non potest Filius facere a se quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem (Joan. v, 19)*. Itaque nihil ex se fecisse Filium dicunt, nec facere posse, nisi quod viderit facientem Patrem.

39. O præscia sapientia infidelium argumentorum! quæ subjectit quod solveret, quæstionem, addendo quod sequitur: *Quia quæcumque ille fecerit, eadem et Filius facit similiter (Ibid.)*; hoc nempe sequitur. Cur ergo scriptum est: Eadem facit Filius, <sup>e</sup> et non talia; nisi ut in Filio unitatem, non imitationem paterni operis æstimares?

40. Sed tamen ut illorum quoque argumenta discutiamus, quæro ut respondeant, utrum videat Filius opera Patris. Videt itaque, an non? Si videt, ergo et facit: si facit, desinant omnipotentem negare, quem omnia posse facere, quæ Patrem facientem viderit, confitentur.

cont. Maxim., Cyrillus Alex. et alii.

<sup>d</sup> Idem cod., *percepta et inhabitante in nobis virtute*.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *et non alia*; reliqui et edit. omnes, *et non talia*. Rectius; eadem quippe facere, æqualitatis est; talia, id est, similia, imitationis. Objectionem porro, quam ex superiori loco urgebant Arianis, non solum hic, et lib. ii. de Spiritu sancto, cap. 12, confutat; verum etiam lib. ii. Hexæm. cap. 5, n. 19, et in psal. cxviii sermon. 20, num. 33, quem ultimum locum non sine operæ pretio examinabis.

41. Quid est autem, *viderit*? Corporaliumne **A** aliquis usus oculorum est? Sed si hoc de Filio velint dicere, corporalis etiam in Patre usum operationis ostendunt; ut facientem videat, quod ipse facturus est.

42. Quid est autem: *Non potest Filius facere a se quidquam*? Hoc interrogemus, hoc consideremus. Est ergo aliquid impossibile Dei virtuti atque sapientiæ? Hoc est enim Dei Filius, qui utique non alienam accepit fortitudinem, sed quemadmodum vita est, non aliena vivificatione subnixus, sed alios vivificans; quia ipse vita est: ita etiam sapientia est, non quasi insipiens accipiens sapientiam, sed qui de suo alios faciat esse sapientes: ita etiam virtus est, non quasi per infirmitatem consecutus incrementa virtutis, sed ipse virtus, qui virtutem forti- **B** bus largiatur.

43. Quomodo ergo virtus quasi cum iuramentum attestatione dicit: *Amen, amen dico vobis* (Joan., v, 49), quod est: **b** Fideliter, fideliter dico? Fideliter **529** ergo dicit, Domine Jesu, et cum sacramenti quadam repetitione confirmas quod nihil facere potes, nisi quod facientem Patrem videris. Fecisti mundum, numquid alterum mundum Pater tuus fecit, quem quasi ad exemplar acceperis? Ergo necesse est fateantur impii **c** aut duos, aut certe multos esse mundos, quod philosophi asserunt; ut se etiam in hoc errore gentilitatis involvant. Aut si velint verum sequi, dicant sine exemplari te fecisse, quod feceris.

44. Dic mihi, Domine, quando in mari Patrem incarnatum videris ambulātem (*Marc. vi, 48*)? Ego **C** enim nescio, ego hoc de Patre credere sacrilegum puto, qui te solum carnem assumpsisse cognovi. Quando videris in nuptiis Patrem aquam in vina verentem (Joan. ii, 9)? Sed solum te unigenitum Filium legi ex Patre natum, solum te ex Spiritu sancto accepit et Virgine secundum incarnationis sacramenta generatum (*Math. i, 25*). Ergo ista, quæ memoravimus **a** te gesta, non fecit Pater: sed sine exemplari paterni operis, ad redimendam tuo sanguine sa-

**a** Nonnulli mss., *aliquis visus oculorum est... corporales etiam in Patre visus, etc.*

**b** Hunc significatum dictionis *Amen* tradit etiam Hieronymus epist. 134, quæ est ad Sophronium, et 137, quæ ad Marcellam. In illis autem alias duas acceptiones addit, nimirum ubi quandoque pro *fiat*, quandoque pro *vere seu rerum est*, ponitur. Easdem similiter admittit Ambrosius, priorem scilicet in **D** psalm. xl, num. 36, alteram autem lib. de Myst. cap. 9, num. 54, et alibi.

**c** Quam hoc loco tangit Vir sanctus philosophorum quorundam de mundorum multiplicitate opinionem, ejusdem alibi non semel mentionem facit, ut exempli causa lib. i Hexaem. cap. 1, n. 3, et lib. ii, cap. 2, num. 5. Hæc autem illa sententia bifariam dividebatur. Etenim plures mundos existere corporeos asseverabant nonnulli, cum alii geminum tantum, corporeum scilicet quem habitamus, atque incorporeum qui et archetypus vocitabatur, admittebant. De priore intelligendus videntur Ambrosius citatis locis, non secus ac Magnus Augustinus lib. iii, cont. Academ. cap. 10, num. 23, nec non lib. ii de Civit. Dei, cap. 2, et lib. xi, cap. 5, pluresque alii: de posteriore autem idem Augustinus lib. i de Ordine.

lutem mundi, solus immaculatus ex alvo Virginis processisti.

45. Ac ne forte incarnationis tantummodo putent sequestrandum esse mysterium (licet cum dicunt: *Non potest Filius a se facere quidquam* (Joan. v, 49), nihil excipiant, ita ut et quidam impii dixerit: Nec culicem facere potest, tam temerario usu, petulantique sermone majestatem supernæ virtutis irridens), dic, Domine Jesu, quam terram sine te Pater fecerit? Cælum enim sine te non fecit, quia scriptum est: *Verbo Domini cæli firmati sunt* (*Psal. xxxii, 6*).

46. Sed nec terram sine te fecit, quia scriptum est: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (Joan. i, 3). Nam si aliquid sine te Deo Verbo Pater fecit, non ergo omnia facta per Verbum, et evangelista mentitur. Quod si omnia facta per Verbum, et omnia per te cœperunt esse, quæ non erant, utique quæ non vidisti a Patre facta, a te ipse fecisti. Nisi forte **d** philosophicas tibi ideas Platonica illa disputatione præstituunt, quas ab ipsis tamen philosophis scimus irrisas. Si autem ex te ipse fecisti, vana est assertio perfidorum, quæ auctori omnium, cui suppetit ex se faciendi magisterium, tribuit discendi profectum.

47. Quod si per te negant cœlum esse factum, vel terram, considerent impii quo se suo furore præcipitent, cum scriptum sit: *Dii qui non fecerunt cælum et terram, pereant* (*Jerem. x, 11*). Peribit ergo, Ariane, qui quod perierat, et reperit et redemit? **C** Sed ad proposita revertamur.

### 530 CAPUT V.

*Cæptam objecti loci expositionem urgens, rationes quatuor quibus aliquid fieri non posse affirmamus, explicat, et earum primas tres in Christum non cadere, solutis quibusdam objectiunculis, demonstrat, et Filium propter solam potestatis cum Patre unitatem nihil a se facere posse deducit.*

48. Quomodo non potest Filius facere a se quidquam? Quæramus quid sit quod facere non possit. Multæ

cap. 14, num. 32, et lib. i Retract. cap. 3; Eusebium lib. xi, Præpar. Evang., num. 27, ex lib. vi Strom. Clementis Alex., et multi alii. Porro Gregorius quoque Nazianz. Orat. 36 non minori impetu invehitur in Arianos, quod duos vel etiam quatuor mundos inducerent.

**d** Ambrosius tum hic, tum lib. i. Hexaem. cap. 4, num. 1, veteres PP. secutus, ut puta Justinum Mart., Patrem ad Græcos, Clementem Alexand. lib. vi Stromat., Tertullianum de Anima cap. 8 et Præscript. cap. 7, atque alios, idearum nomine intelligit naturas quasdam incorporeas, æternas, increatas, a Deo et mundo distinctas, quo sensu illas Aristoteles variis locis Metaphys. atque Ethic. explicat, et irridet. Sed ipsum sive quod præceptorum suo invideret, sive quod non satis caperet illius mentem, ejusdem doctrinam traduxisse ad absurdum sensum multi argunt; cum per ideas nihil aliud intellexisset divinus philosophus, nisi formas in mente Dei existentes, ad quas ille mundum creaverit. Sic eum interpretantur præter Eusebium lib. xi de Præpar. Evang. num. 53, et lib. xv, num. 13, Augustinus lib. de Quæst. 83, q. 46, et lib. i Retract. cap. 3, et plures alii.

sunt impossibilitatum differentia. Est aliquid natura impossibile, et est aliquid quod est possibile per naturam, impossibile per infirmitatem. Est etiam tertium quod sit possibile per corporis et animi firmitatem, impossibile per imperitiam aut impotentiam. Est etiam quod per definitionem immutabilis propositi, et constantis perseverantiam voluntatis atque amicitiae fidem sit impossibile mutari.

49. Sed hæc ut evidentius possimus advertere, per exempla nobis disputatio dirigatur. Impossibile est ut avis sapientiae disciplinam aliquam assequatur aut artem: impossibile est et lapidem prodire quocumque; impossibile est enim lapidem moveri, nisi motu moveatur alterius: non potest ergo lapis per se ipsum moveri, et transire de loco. Non potest etiam aquila humanis imitari disciplinis. Habes unam speciem, cui impossibilitatis causam natura est.

50. Impossibile est et debili facere opera robusti; sed huic alia impossibilitatis causa est; quod enim facere potest per naturam, per infirmitatem non potest. Causa igitur huic quoque impossibilitati infirmitas. Alia ergo impossibilitatis hæc species; quoniam a faciendi possibilitate, corporis infirmitate revocatur.

51. Tertia quoque impossibilitatis est causa, quam etiamsi per naturam quis, et firmitatem corporis facere aliquid possit; non potest tamen facere per imperitiam vel impotentiam, ut aut indoctus, aut servus.

52. Quis igitur harum, quas enumeravimus, impossibilitatum causas, ut quartam interim sequestremus, Filio Dei existimas convenire? Numquid insensibilis per naturam, et immobilis, sicut lapis? Lapis quidem est impiis in ruinam, fidelibus angularis. Sed non insensibilis, supra quem sensibilem populorum fideles ædificant affectus. Non immobilis petra: *Bibebant enim ex consequenti petra; petra autem erat Christus* (1 Cor. x, 4). Non ergo paternum opus per naturam distantiam impossibile Christo.

53. Numquid forte per debilitatem impossibile ei aliquid existimamus? Sed non ille debilis, **531** qui aliorum debilitates imperiali sermone sanabat. An debilis videbatur, cum paralytico præcipiens: *Tolle grabatum tuum, et ambula* (Marc. n, 11), sanitatis jam mandabat officium, cum adhuc ille remedium debilitatis oraret? Nam debilis Dominus virtutum, cum illuminaret cæcos, inclinatos erigeret (Psal. cxlv, 8), mortuos suscitaret (Math. xi, 5), votis nostris medicinæ præcurreret effectus, orantes curaret, et sibi curaret mundaret affectus (Marc. vi, 56)?

54. Nisi forte debilitatem illam, impii putabatis, quando vulnera videbatis. Erant quidem illa corporis vulnera, sed non erat vulneris illius ulla debilitas, ex quo omnium vira profundebat. Unde et propheta dixit: *Livore ejus nos sanati sumus* (Esai. lxxv, 5). An qui

A in vulnere debilis non erat, erat in majestate? Quomodo quæro. Cum dæmoniis imperaret, et reis peccata dimitteret; an cum rogaret Patrem?

55. Quo loco fortasse dicant: Quomodo Pater et Filius unum sunt, si Filius nunc imperat, nunc precatur? Et unum sunt, et imperat, et precatur: sed neque cum imperat, solus; nec cum precatur, infirmus. Solus non est, quia quæcumque Pater facit, eadem similiter et Filius facit: infirmus non est, quia etsi in carne infirmatus est propter peccata nostra, tamen <sup>a</sup> illud nostræ erat in eo pacis eruditio, sicut scriptum est, non suæ majestatis infirmitas.

56. Denique ut scias quia secundum hominem rogat, divinitate imperat, habes in Evangelio quia Petro dixit: *Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua* (Luc. xxii, 32). Eidem autem supra dicenti: *Tu es Christus Filius Dei vivi*, respondit: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; et tibi dabo claves regni cælorum* (Math. xvi, 18). Ergo cui propria auctoritate regnum dabat, hujus fidem firmare non poterat; quem cum petram dicit, <sup>b</sup> firmamentum Ecclesiæ indicavit? Quando igitur roget, quando imperet, considera. Rogat quando passurus ostenditur, imperat quando Filius Dei creditur.

57. Duas igitur species impossibilitatis vacare jam cernimus, quod neque insensibilis, neque infirma potest esse Dei virtus. Numquid tertium profertis in medium, quod quasi imperitus sine magistro facere nihil possit, aut servus sine domino? Ergo mentus es, Domine Jesu, qui te et magistrum, et dominum ipse dixisti; et fecisti discipulos tuos, dicens: *Vos vocatis me magistrum et dominum, et bene didicistis; cum etenim* (Joan. xiii, 13). Sed non falleres, veritas, eos præsertim quos amicos vocasti.

58. Tamen si ut imperitum te ab artifice secernunt, <sup>d</sup> viderint ut tibi, hoc est, Dei sapientiæ dicunt peritiam defuisse; unitatem tamen substantiæ inter te et Patrem separare non possunt. Artificem namque ab imperito imprudentia, non natura secernit: sed non in Patre artificium, neque in te insipientia; non est enim insipiens sapientia.

59. Ergo si neque insensibilis in Filio natura, **532** neque debilitas, neque imperitia, neque servitus potest esse; considerent quod et per naturam et majestatem unum sit cum Patre Filius, et per operationem non discrepet a Patre virtus; cum omnia quæ Pater fecerit, eadem Filius faciat similiter: neque enim similiter potest quisquam facere idem opus, quod alius fecerit; nisi qui et inæqualitatem non habeat operationis, et naturæ ejusdem habeat unitatem.

60. Adhuc tamen requiro, quid sit quod non possit facere a se Filius, nisi viderit facientem Patrem (Joan. v, 19); et insipienter aliqua <sup>e</sup> de visoribus exempla propono: *Factus cum insipiens, vos me cogistis* (II Cor. xii, 11). Nam quid insipientis, quam de majestate Dei argumenta discutere, quæ quæstio-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *illud, quidam, illa nostra erat*, etc.

<sup>b</sup> Mss. nonnulli, *firmamentum Ecclesiæ judicavit*.

<sup>c</sup> Duo mss., *et benefacitis*.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *videro atrum tibi*, etc.

<sup>e</sup> Bigot. cod., *debilioribus exemplis*, etc.



nes magis præstant, quam ædificationem Dei, quæ est in fide (1 Tim. 1, 4, 5)? Sed ærgumentis ærgumenta respondeant: illis verba, nobis charitas, <sup>a</sup> quæ in Deo est, de corde puro et conscientia bona, et fide non facta. Ergo ad infirmationem tam ineptæ propositionis, non piget etiam ridicula derivare.

61. Quomodo ergo videt Filius Patrem? Videt equus pietæram, quam per naturam imitari non potest: non utique sic videt Filius. Videt parvulus viri opera majora, sed imitari non potest: nec utique sic videt Dei Filius.

62. Ergo si Filius per ejusdem cum Patre arcânium commune naturæ invisibiliter et videre et facere potest, et per plenitudinem divinitatis quod voluerit exsequi: quid superest, nisi ut per unitatem inseparabilem potestatis nihil credamus Filium facere, nisi quod viderit Patrem facientem; <sup>b</sup> quia per incomparabilem charitatem nihil a se facit Filius; quoniam nihil vult, quod Pater nolit? Quod utique non infirmitatis, sed unitatis est.

#### CAPUT VI.

Accedit ad quartam e rationibus supra memoratis; et Filium nihil facere quod non probetur a Patre, cum sit utriusque perfecta voluntatis atque potestatis unitas, liquido probans, nonnullas difficultates subinde tollit.

63. Ergo nec contumax Filius, ut etiam de quarta propositione dicamus; nihil enim consiliarius Filius fecit, quod cum Patris non conveniat voluntate. Denique vidit Pater quæ fecit Filius, et probavit quia bona valde. Sic enim habes in Genesi: *Et dixit Deus: Fiat lux, et facta est lux; et vidit Deus lucem, quia bona est* (Gen. 1, 3, 4).

64. Numquid hic dixit Pater: Fiat talis lux, qualem ipse feci: <sup>c</sup> aut fiat lux, quæ ante non fuerat: aut Filius qualem faceret, interrogavit? Sed fecit, ut voluit, qualem Pater usque eo voluit, ut probaret. Ergo novum opus Filii est.

65. Deinde si reprehenditur in Filio secundum interpretationes Arianorum quia quod viderit, fecit, qui utique secundum Scripturas quod non vidit, et fecit, et dedit esse quæ non erant: quid dicunt de Patre, qui quod viderat **533** prædicavit, quasi ea quæ faciendæ forent, non potuerit prævidere?

66. Similiter ergo videt Filius Patris opus, sicut Pater opus Filii: nec quasi alienum laudat, sed quasi proprium recognoscit: *Quæcumque enim Pater fecerit, eadem Filius facit similiter* (Joan. v, 19); ut idem opus Patris Filiique sentiret. Nihil ergo facit Filius,

nisi quod Pater probet, Pater laudet, Pater velit; quia ex Patre totus est: non ut creatura, quæ multa committit, dum studio lapsuque peccati, voluntatem frequenter offendit auctoris. Nihil ergo Filius facit, nisi quod placeat Patri; quia una voluntas, una sententia est, una est vera charitas, unius operationis effectus.

67. Denique ut scias charitatis esse quod non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit facientem Patrem, cum præstitisset: *Quæcumque ille fecerit, eadem et Filius facit similiter*, subjicit: *Pater enim diligit Filium*. Ergo quod dixit Scriptura quia non potest, ad inseparabilis et individuae charitatis retulit unitatem.

68. Quod si naturaliter est, ut vere est, inseparabilis charitas; inseparabilis utique est etiam operatio naturaliter: et impossibile ut opus Filii eum Patris non conveniat voluntate (Joan. xii, 50); quando id quod Filius operatur, operatur et Pater: et quod Pater operatur, operatur et Filius: et quod loquitur Filius, loquitur et Pater, sicut scriptum est (Joan. xiv, 10): <sup>d</sup> Pater meus qui in me manet, ipse loquitur; et opera quæ ego facio, ipse facit. Nihil enim Pater sine virtute atque sapientia sua condidit; quia omnia in sapientia fecit, sicut scriptum est: *Omnia in sapientia fecisti* (Psal. ciii, 24). Nihil etiam Deus Verbum sine Patre fecit.

69. Non operatur sine Patre, non sine patria voluntate sacrosanctæ illi se obtulit salutaris mundi totius hostia passioni, non sine patria voluntate mortuus suscitavit (Hebr. x, 10). Denique Lazarum suscitaturus levavit oculos sursum, et dixit: *Pater, gratias ago tibi, quia audisti me: et ego sciebam quia semper me audis: sed propter turbam quæ circumstat, dixi; ut credant quia tu me misisti* (Joan. xi, 41, 42): ut quamvis <sup>e</sup> ex personæ hominis incarnati susceptione loqueretur, unitatem tamen paternæ voluntatis et operationis exprimeret; quia Pater omnia audit, omnia videt quæ vult Filius. Videt ergo et Pater facientem Filium, audit volentem. Denique non rogavit, et exauditum se esse dixit.

70. Nec existimari potest quia non audit Pater, quod velit Filius: et ut scias quia semper auditur a Patre, non quasi servus, nec quasi propheta, sed quasi Filius: *Et ego, inquit, sciebam quia semper me audis: sed propter turbam quæ circumstat, dixi; ut credant quia tu me misisti*.

**534** 71. Propter nos igitur <sup>f</sup> gratias agit; ne eundem Patrem, eundemque Filium esse credamus,

<sup>a</sup> Nonnulli mss. cum Apostolico textu omittunt, in Deo; et infra pro tam ineptæ, titlem codices præferunt tam ineptæ, etc.  
<sup>b</sup> Ita mss. plures ac probatioribus: alii autem et edit. quia per inseparabilem unitatem.  
<sup>c</sup> Omnes edit. et mss. aliquot, sed fiat lux... aut Filia, ultimæ edit. Paris. At Filius. Haud incommode: reliquit autem mss. ut in textu.  
<sup>d</sup> Rom. edit. sola, Quæ ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor; et Pater meus qui in me manet, ipse facit opera. Quæ quidem verba sic habentur apud Joannem citatis locis. At contra consensum mss. ac yet. edit. nihil movemus.  
<sup>e</sup> Quinque mss., ex personæ hominis in carnis susceptione; reliqui et edit. ut in textu. Jam autem monimus vocem personæ non semper strictè et scholastico rigore sumptam ab Ambrosio. Et sane hoc loco nihil aliud sonat, nisi in quantum homo. Quod vero ad voluntatis cum Patre unitatem, de qua hic loquitur, si per eam voluntatis humanæ unitatem intelligamus, nihil aliud erit illa unitas, nisi consensus subiectio et conformitas. At quominus eam de vera diviniæ voluntatis unitate interpretemur, nihil vetat,  
<sup>f</sup> Omnes edit. ac mss. quidam, gratias agit. Ne eundem, etc.; alii cod. majori numero et auctoritate, gratias agit, ne eundem, etc. Optime; quomobrem

cum idem opus Patris audimus et Filii. Nam ut cognosceres non quasi infirmum gratias egisse, sed quasi Dei Filium semper sibi divinam potentiam vindicare, clamavit: *Lazare, veni foras*. Imperantis utique vox ista est, non precantis.

#### CAPUT VII.

*Proposita doctrina hinc confirmatur, quod Filius sit Patris Verbum, non quale nostrum, sed vivum et operatorium; atque adeo non possit negari ejusdem cum Patre voluntatis, potestatis ac substantiæ.*

72. Sed ut ad superiora redeamus, et proposita concludamus, facit quasi Verbum Filius voluntatem Patris. Verbum hoc nostrum utique prolativum est, syllabæ sunt, sonus est; et tamen a sensu nostro, et mente non discrepat, et quæ interiori tenemus affectu, ea tamquam operantis Verbi testificatione signamus. Sed non sermo noster operatur, solum est Verbum Dei, quod nec <sup>a</sup> prolativum est, nec quod *ἰδιόθετον* dicunt; sed quod operatur, et vivit, et sanat.

75. Vis scire quale Verbum? Audi dicentem: *Vivum est enim Verbum Dei, et validum atque operatorium et acutum, et penetrabilius omni gladio acutissimo, penetrans usque ad divisionem animæ et spiritus, artuumque et medullarum* (Hebr. iv, 12).

74. Verbum igitur audis Dei Filium, et a patria voluntate et potestate secernis? Audis quia vivit, audis quia sanat: noli ergo nostro comparare verbo. Si enim verbum nostrum quæ non obtutu viderit, non auditu audierit, loquitur; et loquitur tamen cognita per quedam naturæ humanæ interna mysteria: quomodo non impius, qui secundum divinitatem in Dei Verbo et obtutum quemdam corporeum exigit, et auditum: et putat quod non possit a se quidquam facere Filius, nisi quod Patrem facientem viderit; cum per unitatem, ut diximus, ejusdem substantiæ, idem velle atque idem nolle et idem posse et in Patre sit et in Filio et in Spiritu sancto?

75. Quod si homines plerumque sensuum qualitate discreti, tamen unius propositi intentione concordant; quid de Patre nos et Dei Filio congruit æstimare: cum id quod humana imitatur charitas, substantia divina possideat?

76. Ponamus tamen, sicut ipsi volunt, quia quasi in exemplari, quod viderit Patrem facientem, Filius faciat. Et hoc utique ejusdem substantiæ est; nullus enim potest alterius imitationem operationis implere nisi qui ejusdem naturæ habeat unitatem.

enim propter nos gratias egerit, hæc ratio redditur, ut videlicet Patris ac Filii unam personam esse credamus, cum nemo sibi ipsi gratias agat.

<sup>a</sup> Verbum prolativum seu *προφορικόν* verbo interno, sive *ἰδιόθετον* opponi jam annotavimus. Verbum autem divinum *προφορικόν* qui eo modo diceret, ut syllabas aut sonum corporeum esse fingeret, nemo usque adeo insanus fuit: at illud ipsum esse *ἰδιόθετον* contendebant ac similem humanis habitibus, proindeque accidentalem, atque a Patris natura separatum, ut ex Basilii homil. 27 cont. Arianos, etc., intelligimus. Verumtamen idem illud Verbum spiritali quadam ratione prolativum asseverabant Ariani, quod nimirum ex Patre nasceretur non per generationem

#### 535 CAPUT VIII.

*Hæreticorum objectionem, qua Filium quod alium generare non possit, Patri negabant esse æqualem, primo in adversarios ipsos retorquet: deinde hominum ostendit exemplis quod quispiam generet aut secus, ad potentiam non pertinere; maxime cum aliqui ipsemet Pater minus potens dicendus esset. Inde colligit divina ex humanis non esse judicanda, sed standum Scripturæ auctoritate. Postremo omnipotentiam vel Patri abjudicandam, vel adjudicandam Filio ubi demonstravit, ipsos si filios non genuerint, propriis servis qui sobolem procreaverint, minus potentes fore inducitur, proindeque totam eorum disputationem incipit esse.*

77. [Alias cap. IV.] Illud ridiculum est, <sup>b</sup> Imperator auguste, quod quidam hoc etiam ad inæqualitatem Dei Patris et Filii objiciendum usurpare consuerunt, quod dicant omnipotentem Patrem esse, quod generavit Filium: negent autem omnipotentem Filium, dicentes quia generare non potuit.

78. Sed vide quemadmodum sæva impietas; ut dialectica philosophorum se ipsa convincat. Ilac enim quæstione aut coæternum Patri Filium necesse est sua voce fateantur, aut si principium temporis Filio aliquod ascribunt, principium potentiæ necesse est tribuant etiam Patri. Ita cum omnipotentem Filium negant, incipiunt, quod nefas dictu est, asserere per Filium Patrem omnipotentem esse cœpisse.

79. Nam si per generationem omnipotens Pater, utique aut coæternus Patri Filius est; quia si semper omnipotens Pater, sempiternus et Filius: aut si fuit, quando non erat Filius sempiternus; fuit ergo quando non erat omnipotens Pater. Nam cum volunt dicere Filium aliquando cœpisse, in illud recidunt, ut et Patris potentiam dicant non semper fuisse, sed ex Filii generatione cœpisse. Ita dum Filio Dei cupiunt derogare, plus tribuunt; ut contra fas omne auctorem paternæ potentiæ declarare videantur; cum Filius dicat: *Omnia quæ Pater habet, mea sunt* (Joan. xvi, 15). hoc est, non quæ Patri ipse tradiderit, sed quæ a Patre jure generationis acceperit.

80. Et ideo Filium sempiternam dicimus esse virtutem: si ergo sempiterna ejus virtus atque divinitas, utique et potentia ejus est sempiterna. Filio igitur qui derogat, Patri derogat, pietatem offendit, violat charitatem. Nos honorificemus Filium, in quo Pater complacet; placet enim Patri ut laudetur Filius, in quo ipse complacuit.

81. Respondeamus tamen intentioni eorum, <sup>c</sup> ne epilogo quodam invidiam quæstionis declinasse *Verbi manentis*, sed quasi per prolationem *fluentis sermonis*, quod toto hoc opere impugnat Ambrosius. <sup>b</sup> Omnes edit. et mss. aliquot omisso, *illud ridiculum est*, statim incipiunt, *Imperator auguste, quidam*, etc. Unde non pauci mss. etiam resecant, *Imperator auguste*: melius alii, quamquam pauciores, ut in contextu.

<sup>c</sup> Epilogum pro querimoniis ab Ambrosio usurpatum Hexaem. lib. vi, num. 24, observabamus. Neque vero eandem vocem hoc loci usurpat sensu admodum alieno; nihil enim aliud signat quam ejusmodi sermonem, qualem oratores, ut judicium mentes a causæ quæ agitur, cogitatione avertant, ad movendos et adhibere solent.

deamur. Generavit, inquit, Pater, **536** non generavit Filius. Quod hic argumentum est inæqualitatis? Generatio enim paternæ proprietatis est, non potentia: et pietas æquat, non separat. Denique in ipso usu nostræ infirmitatis frequenter evenire cognoscimus, ut et infirmi filios habeant, et non habeant fortiores: habeant servi, non habeant domini: habeant inopes, non habeant <sup>a</sup> qui potentes sunt.

82. Sed si dicunt et hoc infirmitatis esse, quia volunt homines filios habere; nec possunt: quamvis humana non sint conferenda divinis, intelligant tamen inter ipsos quoque homines non potentia esse, sed paternæ proprietatis, habere filios, vel non habere: nec in potestate nostræ voluntatis esse generare, sed in corporis qualitate; nam si esset potentia, utique potentior multos haberet. Ergo non est potentia habere filios vel non habere.

83. Numquid naturæ est? Si naturæ infirmitatem putatis, et ad humana vos confertis exempla, eadem Patris est natura quæ Filii est. Itaque aut verum Filium dicitis, et Patri in Filio derogatis per unitatem ejusdem naturæ (sicut enim Pater natura Deus est, ita et Filius: deos autem ait Apostolus (I Cor. viii, 5) non natura deos esse, sed dici); aut si negatis esse verum Filium, hoc est, ejusdem naturæ, non est ergo generatus: si non est generatus Filius, non generavit Pater.

84. Colligitur itaque juxta sententiam vestram, ut non sit omnipotens Deus Pater; quia generare non potuit, si non generavit Filium, sed creavit. Sed quia omnipotens Pater, cum juxta sententiam vestram solus generator omnipotens sit, generavit utique Filium, non creavit. Verum ipsi magis quam vobis credendum est. Ille ait: *Genui* (Psal. cix, 3); et frequenter ait, generationis suæ testis.

85. Non est ergo naturæ, non est potentia in Christo aliqua, quia non generavit, infirmitas; quia generatio, sicut sæpe jam diximus, non ad sublimitatem potentia, <sup>b</sup> sed ad proprietatem refertur naturæ. Nam si ideo omnipotens Pater, quia Filium habet; omnipotentior ergo esse potuit, si plures haberet.

86. An vero potentia ejus in una generatione deficit? At ego ostendam et Christum habere filios, quos quotidie generat, sed ea generatione, vel potius regeneratione, quæ potestatis est, non naturæ; adoptio enim potestatis est, generatio proprietatis. Quod ipsa Scriptura nos docuit; dicit enim Joannes quia *in hoc mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et*

*A mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus* (Joan. 1, 10 et seq).

87. <sup>c</sup> Didicimus itaque potestatis esse, quod **537** nos filios Dei fecit: proprietatis autem generationem esse oracula divina declarant; dicit enim Sapientia Dei: *Ex ore Altissimi prodivi* (Eccl. xxiv, 5), hoc est, non coacta, sed libera: non potestati obnoxia, sed nata generationis arcano, privilegio dominationis et <sup>d</sup> jure potestatis. Denique de eadem Sapientia, hoc est, de Domino Jesu, alibi Pater dicit: *Ex utero ante Luciferum genui te* (Psal. cix, 3).

88. Quod utique ideo dixit, non ut corporalem alvum declararet, sed ut proprietatem veræ generationis ostenderet. Nam si ad corporalem referas, ergo omnipotens Pater cum dolore et conceptione generavit. Sed absit, ut Deum ex infirmitate corporis metiamur. Est quidam uterus paternæ arcanum substantiæ, interiusque secretum, quod non Angeli, non Archangeli, non Potestates, non Dominationes, non aliqua creaturarum potuit penetrare natura. Cum Patre enim semper, et in Patre semper est Filius: cum Patre per distinctionem indissociabilem Trinitatis æternæ, in Patre per divinæ unitatem naturæ.

89. Quis igitur hic arbiter divinitatis, qui discutiat Patrem ac Filium? ille, quare generaverit? iste, cur non generaverit? Servulum suum aut ancillulam cur non generaverit, nemo condemnat: isti condemnant, cur non generaverit Christus; condemnant enim sua opinione, cum derogant. Nec conjugibus inter se cur non generaverint, aut charitas minuitur, aut meritum derogatur: isti quia non generavit, Christi minuunt potestatem.

90. Cur, inquit, Filius Pater non est? Quia et Pater Filius non est. Cur non iste generavit? Quia nec ille generatus est. Nec ideo minus habet Filius, quia Pater non est: nec Pater minus habet, quia Filius non est. Dixit enim Filius: *Omnia quæ Pater habet, mea sunt* (Joan. xvi, 15). Adeo generatio in paterna proprietate non in jure est potestatis.

91. Est quædam indistincta distinctæ incomprehensibilis et inenarrabilis substantia Trinitatis. Distinctionem etenim accepimus Patris et Filii et Spiritus sancti, non confusionem: <sup>e</sup> distinctionem, non separationem: distinctionem, non pluralitatem. Divino itaque admirandoque mysterio manentem sem-

vero ubi omnes, et mss. aliquot, *proprietas autem generationem*, Amerb. atque Eras., *generationes*; reliqui cod. invertunt sententiam in hunc modum, *proprietas autem generationis*. Minus commode.

<sup>d</sup> Mss. quatuor, *jure pietatis*. Haud incongrue.

<sup>e</sup> Sic omnes edit. et mss. non pauci: alii vero jugulatis vocibus, *distinctionem, non separationem*, subjungunt, *divinitatemque admirando mysterio manentem semper accipimus ex Patre, semper per Filium, semper in Spiritum sanctum*; unus e Colbert., *distinctionem, non separationem, non pluralitatem didicimus*. Cætera ut in contextu.

<sup>a</sup> Ita vet. edit. et plures potioresque mss. At Rom. edit. cum aliis nonnullis, *qui ditiores sunt*.

<sup>b</sup> Hanc Ambrosii sententiam Petavius lib. II de Trinit. cap. 5, ita exponit, *hoc est, inquit, proprium quiddam esse personæ, sive naturæ divinæ, qua in Patre subsistit*. Quod ut adhuc fiat planius, advertendum ex natura Patris generari Filium, non quatenus natura est, sed quatenus est in Patre; ut ille simul et consubstantialis sit Patri, et ab eo personaliter distinctus.

<sup>c</sup> Rom. edit. et quidam mss., *Dicimus itaque*: vet. edit. et alii mss., *Didicimus itaque*. Aptius; refertur enim ad superiora, *dedit illis potestatem*; etc. Iterum

per accipimus Patrem, semper Filium, semper Spiritum sanctum : non duos Patres, non duos Filios, non duos Spiritus. *Unus enim Deus Pater, ex quo omnia, et nos in ipso : et unus Dominus Jesus, per quem omnia, et nos per ipsum* (I Cor. viii, 6). Unus natus ex Patre Dominus Jesus, et ideo unigenitus. *Unus et Spiritus sanctus* (I Cor. xii, 11), ut idem Apostolus dixit : Sic accipimus, sic legimus, sic tenemus. Distinctionem scimus, <sup>a</sup> secreta nescimus : causas non discutimus, sacramenta servamus.

92. Facinus indignum, ut qui generationis suae facultatem non habent, divinae generationis <sup>b</sup> examen sibi arrogant, vindicent potestatem : **538** Negent ergo æqualem Patri Filium, quia non generavit Filius : negent æqualem Patri Filium, quia Patrem habet. Hoc si de hominibus dicerent, quorum <sup>B</sup> aliqui volunt filios habere, nec possunt, injuriam putaremus : sic etiamsi inter duos honore pares habenti filios qui non habet, negaretur æqualis. Et ideo hoc, inquam, grave et de ipsis hominibus videtur, ut quis ideo minor putetur, quod Patrem habet. Nisi forte tamquam constitutum in familia putant Christum dolere, quod emancipatus a Patre non sit, et administrandi patrimonii non habeat facultatem. Sed non est Christus in sacris, <sup>c</sup> qui sacra universa destruxit.

93. Quomodo volunt tamen, respondeant, verane generatio sit, et verus Filius ex Deo Patre natus, hoc est, ex substantia Patris, an ex alia natus substantia? Si enim dicunt ex Patre, hoc est, ex Dei substantia, <sup>d</sup> convenit; quia ex substantia Patris Filium dicunt. Ergo quia unius substantiæ, omnis utique potentia. Si vero ex alia substantia Filius est, quomodo omnipotens Pater est, et omnipotens Filius non est? Quid enim præstantius si ex alia substantia Filium Deus fecit, cum utique et Filius ex alia non substantia filios Dei fecerit? Ergo aut unius substantiæ Filius cum Patre, aut unius potentia.

94. Friget igitur eorum quæstio, quia de Christo judicare non possunt; immo quia vincit ille, cum judicatur. Digni tamen sunt isti iudicio suo, qui hanc obijciunt quæstionem. Si enim ideo æqualis Patri Filius non est, quia non generavit Filium, et isti utique fateantur, si non habent filios, qui serunt hujusmodi quæstiones, suos sibi etiam servulos præferendos, eo quod habentibus filios æquales esse non possunt. Si autem habent filios, non potest sibi meritum, sed filiorum juri deferri.

95. Non consistit igitur hæc quæstio, quia æqualis Filius Patri ideo esse non possit, quia Pater generaverit Filium, Filius nullum ex se ipse generaverit. Nam et fons fluvium generat, et fluvius fontem ex

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *secreta scimus, sacramenta servamus.*

<sup>b</sup> Mss. nonnulli, *examinanda sibi arrogant potestatem.*

<sup>c</sup> Vet. edit., *qui sacra universa destruxit*; Rom. et mss.... *destruxit*. Dicebantur autem pupilli in sacris esse, ut patet ex Cod. Theod. de Maternis bonis, leg. 4 et 9.

<sup>d</sup> Omnes edit., *convenit quod.... dicant*; mss., *convenit, quia.... dicunt*. Optime, idem enim est ac si

*se ipse non generat: et lux splendorem generat, non splendor lucem; et una natura est splendoris et lucis.*

## CAPUT IX.

*Varias Arianorum captivumulus, quibus Filium coepisse arguuntur, profert et explodit. Nam præter quam quod eos aut contra se, aut nihil efficere constat; cum rerum omnium principio non possit esse principium, in humanis etiam eorum argumentatio vitiosa est. Tempus igitur non præcessisse auctorem suum: qui si aliquando non fuit, tunc Pater fuit sine sua virtute ac sapientia. Denique ubi humanis exemplis ostensum est aliquem priusquam nascatur, esse dici, hæreticorum temeritatem detestatur.*

96. Unde cum inæqualitatem ex generationis objectu probare non potuerint, **539** intelligant etiam illam divulgatam suæ calumniam quæstionis explosam. <sup>e</sup> Solent enim proponere : Quomodo æqualis potest esse Filius Patri? Nam si Filius est, antequam generaretur non erat : aut si erat, cur natus est? Et Arianos se negare consuerunt, qui proponunt Arii quæstiones?

97. Itaque exigunt a nobis responsionem, ut si dixerimus : Antequam generaretur, erat, astute referant : Ergo antequam generaretur, creatus est, et non differt a cæteris creaturis : quia prius coepit creatura esse quam Filius. Et adjiciunt : Cur qui erat, natus est? An quia imperfectus erat, ut postea perfectior fieret? Si autem responderimus quia non erat, obijciunt statim : Ei ergo generatio contulit ut esset, qui non erat antequam nasceretur; ut hinc colligant : Erat ergo, quando non erat Filius.

98. Sed qui hoc proponunt, et obscuritate volunt involvere veritatem : dicant ipsi utrum temporaliter generet Pater, an intemporaliter. Si enim temporaliter dixerint, quod Filio obijciunt, Patri ascribent; ut videatur Pater coepisse esse, quod non erat : si intemporaliter, quid superest, nisi ut ipsi solvant quam proposuerint quæstionem; ut cum generationem Patris abnuant temporalem, generationem quoque Filii temporalem non esse fateantur?

99. Si ergo non est generatio ejus ex tempore, æstimari datur quod nihil præcesserit ante Filium, qui non sit ex tempore. Si enim aliquid ante Filium, jam non sunt in ipso creata omnia, quæ vel in cælo sunt vel in terris, et Apostolus redarguitur, qui hoc in epistola sua (*Coloss. 1, 16*) scripserit : quod si nihil ante generationem, non adverto cur posterior asseratur, quem nemo præcessit.

100. Connectenda est alia eorum plena impietatis obiectio, quæ latentem habeat dolorem, quo sensus facilius, mentesque perstringat. Interrogant enim, legeretur, convenit inter nos, sive in hoc non dissentimus, etc.

<sup>e</sup> Ita mss. prope ad unum : edit. vero, *Solent enim opponere*. Cæterum ea obiectio una semper fuit et præcipuis Arianorum : sed illam peculiari quadam ratione nobis instructam rationibus intorquebant Eunomiani. His responderunt Gregorius Nyss. lib. vii in Eunom. Basilus lib. iv contra eundem, Hilarius lib. xii de Trinit., atque alii.

utrum omne quod finem habet, aliquando coeperit. Et si acceperint ejusmodi responsionem, quia quod finem habet, coepit aliquando; referunt, utram Pater desierit generare Filium. Quod cum tenuerint, nostro aspirante consensu, contumax: Coepit ergo generatio. Id si non abnuas, consequi videtur, ut si coepit generatio, videatur in eo coepta, qui natus est; ut natus esse dicatur, qui ante non fuerat, unde desinant: Aliquando ergo Filius non fuit.

101. Adjiciunt alias ineptias loquacitatis suae, dicentes: Si Verbum Patris Filius est, et ideo genitus dicitur, quia Verbum est: quod autem Verbum est, opus non est: multifariam locutus est Pater (*Hebr.* 1, 1); multos ergo generavit filios, <sup>a</sup> si non operatus est, sed locutus est Verbum. Amentes homines! quasi non intelligant, quid intersit inter prolative sermonem, et in aeternum permanens Dei Verbum ex Patre natum: **540** natum utique, non prolative: in quo non composita syllaba, sed plenitudo divinitatis aeternae est, et vita sine fine.

102. Subtexunt aliam impietatem, proponentes utrum volens, an invitus generaverit Pater; ut si dixerimus volentem, antiquiorem generatione voluntatem videamur fateri, et referant quia non sit Filius coaeternus Patri, quem aliquid antecessit: aut quia et ipse sit creatura; quia scriptum est: *Omnia quae voluit, fecit* (*Psal.* cxiii, 11); cum hoc ipsum non de Patre et Filio, sed de his quas Filius fecit, dictum sit creaturis. Sin autem invitum Patrem generasse responderimus, invalidum Patrem dixisse videamur.

103. Sed mihi in sempiterna generatione praecedit, nec velle, nec nolle: ergo nec invitum dixerim, nec volentem; quia generatio non in voluntatis possibilitate est, sed in jure quodam et proprietate paterni videtur esse secreti. Nam sicut bonus Pater non aut ex voluntate est, aut necessitate, <sup>b</sup> sed super utrumque, hoc est, natura; ita non generat ex voluntate aut necessitate Pater.

104. Esto tamen, sit generatio in voluntate generantis, quando hanc voluntatem fuisse dicunt? Si in principio, in principio utique Filius: si sempiterna voluntas, sempiternus et Filius: si coepit voluntas, dispiciunt igitur sibi quod erat Deus Pater, ut mutaret statum. Dispiciunt ergo sibi sine Filio, placere coepit sibi in Filio.

105. Jam illa consequentia ut dicamus: Si studium generandi nostro more assumpsit, ergo et caetera quae generationem praecedere solent, nostro more assumpsit; nostro autem usu generationis votum est, non voluntas.

106. Prodeunt igitur impietatem suam, qui volunt generationem coepisse Christi; ut videatur non generatio illa Verbi manentis, sed prolatio fluentis esse sermonis: deinde multos inducendo filios, negent in

A Christo divinae proprietatem naturae; ut nec unigenitus, nec primogenitus aestimetur: postremo ut si principium credatur accepisse, etiam finem videatur habiturus.

107. Sed neque principium assumpsit aliquando Dei Filius, qui erat in principio (*Joan.* 1, 1): neque finem habebit, qui est principium universitatis et finis (*Joan.* viii, 20). Nam cum sit principium, quomodo quod habebat, accepit? aut quomodo sui finem habebit; cum omnium ipse sit finis, ut in illo fine sine fine maneamus? Dei enim generatio cum temporalis non sit, nec ante se, nec in se tempus invenit.

108. Frigida igitur eorum et vana questio in creatoris ipsis non habet locum; ipsa etenim quae temporalia sunt, discretionem in quibusdam habere temporis non videntur. Lux nempe splendorem generat, nec comprehendere potest quod splendor luce posterior sit, aut lux splendore antiquior; quia ubi lux est, splendor **541** est: et ubi splendor, etiam lumen est. Itaque nec sine splendore lumen, nec splendor potest esse sine lumine; quia et in splendore lumen, et splendor in lumine est. Unde et Apostolus splendorem paternae gloriae Filium dixit (*Hebr.* 1, 3); quia splendor paternae lucis est Filius: coaeternus, propter virtutis aeternitatem: inseparabilis, propter claritudinis unitatem.

109. Ergo si temporalia et aerea haec comprehendere et separare non possumus, quae videmus; Peum quem non videmus, qui super omnem est creaturam, in ipso sui generationis arcano possumus comprehendere? Possumus eum a Filio tempore separare, cum omne tempus opus Filii sit?

110. Desinant ergo dicere: Et antequam generaretur, non erat. Ante enim temporis est, generatio ante tempora; et ideo quod posterius est, prius non est: nec opus ante auctorem potest esse; cum opera ipsa principium de operatore suo sumant. Nam quomodo ante operatorem suum usus operis aestimetur; cum omne tempus opus sit, et omne opus de operatore suo ut esset, accepit?

111. Experiri igitur adhuc istos volo, qui sibi videntur astuti; ut de nostris respondeant, qui calumniantur divinis, longeque refugiant ab inscrutabili supernae generationis arcano: quaeestionem suam humanae astruant generationis exemplo. De Filio Dei dicunt quia antequam generaretur non erat, hoc est, de Dei sapientia, de virtute Dei, <sup>c</sup> de Dei Verbo, cujus generatio nihil ante se novit. Quod si aliquando, ut volunt, non fuit (quod nefas dictu est) non fuit ergo in Deo perfectionis aliquando plenitudo divinae, si postea processum generationis accepit.

112. Tamen ut sciant quam vana sit et solubilis eorum quaeestio; licet nihil in eo humanis divinisve commune, tamen docebo homines, antequam nasce-

nem Patres opponerent: alii enim Filium voluntate agnoscebant genitum, voluntatem tamen quod hoc etiam loco non praetermisit Ambrosius, generatione priorem esse pernegabant: alii vero plures hanc ipsam quam doctor hic noster, solutionem afferebant, <sup>c</sup> Paris, quaedam edit., de Deo vero.

<sup>a</sup> Mss. duo, si non creavit; unus, si non creatus est.

<sup>b</sup> Vet. edit., sed per naturam, ita generat; non pauci mss. ac Gill. in marg., sed super utrumque, ita generat. Reliqui atque edit. Rom. ut in textu. Erat porro ipsius Arianus haec objectio, ut Epiphanius *Har.* 76, num. 6, scriptis mandavit. Geminae ei responsio-

rentur, fuisse. Aut negent Jacob sanctum fuisse, **A** priusquam nasceretur, qui fratrem supplantavit in materni adhuc uteri positus arcano (*Gen. xxv, 23*): negent Hieremiam, antequam nasceretur, <sup>a</sup> fuisse, cui dicitur: *Priusquam te formarem in utero matris tuæ, novi te: et priusquam exires de vulva, sanctificavi te, et prophetam in gentibus posui te* (*Jerem. 1, 5*). Quid hoc evidentiùs tanti exemplo prophetæ; qui sanctificatus est, antequam natus, et antequam formaretur, est cognitus?

113. Quid etiam de Joanne loquar, de quo mater religiosa testatur, quia intra materna situs adhuc viscera, præsentiam Domini spiritu cognovit, exultatione consignavit, sicut scriptum meminimus, matre dicente: *Ecce enim ut facta est in auribus meis vox salutationis tuæ, exsultavit in gaudio infans in utero meo* (*Luc. 1, 41*)? Erat igitur qui prophetabat, an non erat? At certe erat; erat enim qui venerabatur auctorem, erat qui loquebatur in matre. Denique Elisabeth filii spiritu replebatur, Maria filii spiritu sanctificabatur; sic enim habes, quia *exsultavit* **542** *infans in utero ejus, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth* (*Ibid.*).

114. <sup>b</sup> Vide singulorum verborum proprietates. Vocem quidem Mariæ prior Elisabeth audivit, sed Joannes prior Domini gratiam sensit. Pulchre sibi conveniunt oracula oraculis, femina mulieri, et pignus pignori. Istæ gratiam loquuntur, illi intus operantur pietatisque mysterium maternis adoriuntur profectibus; duplicique miraculo, licet honore diverso, prophetant matres spiritu parvulorum. Quis igitur auctor hujus miraculi? nonne Dei Filius, qui fecit esse non natos?

115. De rebus humanis <sup>c</sup> quæstio vestra non potest convenire; potestne de divinis convenire secretis? Quid est: Antequam generaretur, non erat? Numquid Pater aliqua tempora conceptionis accepit, ut Filium tempora prævenirent? Aut femineæ more naturæ, generationis suæ molitus est partum, ut molitio ipsa Filio esset antiquior? Quid est hoc? Cur divina secreta discutimus? Proprietatem legi divinæ generationis, non qualitatem.

116. Facinus indignum! ut ex se quidam cœlestia metiantur, qui Christum non nasci potuisse, sed fieri, tamquam unum de spadonibus putant: aut tamquam unum de spadonibus Patrem Filium, quem generare non potuerit, adoptaverit.

#### CAPUT X.

*Objicientibus Christum, Joanne teste, vivere propter Patrem, ac proinde ipsi æqualem non habendum, respondetur Filii vitam secundum divinitatem nec cœpisse ex tempore, nec pendere ab aliquo: locum vero de humana ipsius vita intelligendum ex eo pro-*

<sup>a</sup> Omnes edit., *sanctum fuisse*: melius mss. omitunt *sanctum*.

<sup>b</sup> Confer, si vacat, hanc istius loci enarrationem cum ea quam lib. II in *Lucam* tantum non iisdem verbis reperies.

<sup>c</sup> Edit., *quæstio nostra*; mss., *quæstio vestra*, id est,

*bari, quod ibidem de corpore ac sanguine suo præmiserat. Tum duarum controversi loci expositionum primam referri ad humanitatem, et secunda Filii cum Patre æqualitatem, nec non cum homine similitudinem signari docet. Deinde perstricta quam Filio inirebant, injuria, quo pacto etiam secundum divinitatem propter Patrem vivat, aperit. Ac tandem exposito quæ vitæ nostræ cum divina unitas sit, aliam objectionem, qua Filius per Patrem clarificari opponitur, paucis absolvit.*

117. [*Alias cap. V.*] Plerique etiam hinc faciunt quæstionem, quia scriptum est: *Sicut misit me vivus Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducavit me, et ipse vivit propter me*; dicentes: Quomodo æqualis est Patri Filius, qui dixit quia propter Patrem vivit?

118. Qui hoc proponunt, primum respondeant, cujusmodi vita sit Filii, <sup>d</sup> utrum ea quam Pater largitus sit non habenti? Sed quomodo vitam aliquando potuit non habere, cum ipse sit vita, sicut ait: *Ego sum via, veritas et vita* (*Luc. xiv, 6*)? Vita utique sempiterna, sicut virtus est sempiterna (*Rom. 1, 20*). Aliquando ergo, ut sic loquar, se vita non habuit?

119. Considerate quid lectum sit hodie de **543** Domino Jesu, quia *mortuus est pro nobis*; ut *sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus* (*I Thes. v, 10*). Cujus mors vita est, hujus divinitas vita non est; <sup>e</sup> cum divinitas vita sit sempiterna?

120. An vero vita ejus in Patris est potestate? Sed <sup>e</sup> ne corporis quidem sui vitam in alterius fuisse potestate memoravit, sicut scriptum est: *Ego pono animam meam, ut iterum sumam illam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso. Potestatem habeo ponendi eam, et iterum potestatem habeo sumendi eam: hoc mandatum accepi a Patre meo* (*Joan. x, 17 et seq.*).

121. Ejus ergo vita secundum divinitatem in alterius potestate posita judicatur, cujus vita secundum corpus alienæ non erat subdita potestati? Aliena enim potestas erat, si non erat unitas potestatis. Sed sicut potestatis suæ esse significat ponere animam, et liberæ voluntatis: ita etiam quod secundum mandatum deposuit Patris, suæ ac paternæ voluntatis significat unitatem.

122. Ergo si vitam Filius neque aliquo accepit et tempore, neque alienæ habet potestati subditam, videamus qua ratione dixerit: *Sicut misit me vivus Pater, et ego vivo propter Patrem* (*Joan. vi, 58*). Exponamus ut possumus: imo ipse potius exponat.

123. Considera igitur quid ante præmiserit; ais enim: *Amen, amen dico vobis. Ante instruit quemadmodum audire debeas: Vere, inquit, vere dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii homini, et biberitis*

objectio vestra.

<sup>d</sup> Edit. ultimæ Paris., *utrum eam quam Pater largitus sit, non habeat*.

<sup>e</sup> Tres mss., *cum divina vita sit sempiterna*; unus, *cum divinitas sit sempiterna*.

*sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis* (Joan. vi, 54). Secundum Filium hominis se dicere ante præmisit, et tu quod secundum Filium hominis de carne est locutus et sanguine, ad divinitatem putas esse referendum?

124. Denique addidit: *Caro enim mea vere est esca, et sanguis meus est potus* (Ibid., 56). Carnem audis, sanguinem audis, mortis Dominicæ sacramenta cognoscis; et divinitati calumniaris? Audi dicentem ipsum: *Quia spiritus carnem et ossa non habet* (Luc. xxiv, 39). Nos autem quotiescumque sacramenta sumimus, quæ per sacræ orationis mysterium<sup>a</sup> in carnem transfigurantur et sanguinem, mortem Domini annuntiamus (I Cor. xi, 26).

125. Ergo posteaquam se loqui secundum hominis Filium declaravit, et carnem sæpe repetivit et sanguinem, subdidit postea: *Sicut misit me vivus Pater, et ego vivo propter Patrem; et qui manducat me, et ipse vivit propter me* (Joan. vi, 58). Quomodo igitur hoc accipiendum putant? Potest enim duplex videri comparatio. Prima ita: *Sicut misit me vivus Pater, et ego vivo propter Patrem.* 544 Secunda ita: *Sicut misit me vivus Pater, et ego vivo propter Patrem; ita et qui manducat me, ipse vivit propter me.*

126. Si primam eligunt, hoc significat quia sicut missus sum a Patre, et descendi a Patre, ita vivo propter Patrem.<sup>b</sup> Quasi quis autem missus est, atque descendit; nisi quasi Filius hominis sicut ipse supra dixit: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit Filius hominis* (Joan. iii, 13)? Ergo sicut quasi Filius hominis missus est, atque descendit; ita quasi Filius hominis vivit propter Patrem. Denique et qui manducat quasi filium hominis, et ipse vivit propter Filium hominis. Actum ergo incarnationis suæ adventui comparavit.

127. Quod si secunda complacuit, nonne et æqualitatem Filii cum Patre, et similitudinem ejus cum homine manifesta distinctione colligimus? Nam quid est: Sicut ipse vivit propter Patrem, et nos vivimus propter ipsum; nisi quia sic vivificat Filius hominem, sicut Pater in Filio carnem vivificavit humanam? *Sicut enim Pater suscitavit mortuos, et vivi-*

<sup>a</sup> Elocutionem plane similem e lib. de Incarn. cap. 4 citaverat card. Perronius lib. ii de Sacram. Euch. Auctor. 31, eaque idem significari docuerat, quod vertere significat in Virgiliano illo: *Formas se vertit in omnes*, nimirum conversionem corporis in aliam formam et figuram. Huic Albertinus lib. ii de Sacram. Euch. responderi conatus, ait duas alias hujus verbi significationes adjici posse. At hæ causam ipsius nihil adjuvant. Nam primo indicat interdum idem esse ac *efficere*, ut cum Plinius dicit de amygdalis, *ex dulcibus transfigurantur in amaras*; nec diffidetur hoc sensu Christi corpus offerri altaribus transfigurandum. Qua in re ab eo minime dissentimus, nisi quod symbolicum corpus intelligere se non dissimulat. Enim vero absurdum est illud ultimum; nam præterquam quod erat jam corpus symbolicum in antitypis, certum est semper veram aliquam conversionem indicari, sive substantiæ, si de substantia agatur; sive accidentis, ut in Pliniano exemplo. Secundam autem acceptionem hanc esse dicit, qua compositum ponitur pro suo simplici, ut idem sit in

*cat; sic et Filius, quos vult, vivificat*, ut ipse Dominus supra dixit (Joan. v, 21).

128. Æqualitas ergo filii ad Patrem per unitatem quoque vivificationis astruitur; quando sic vivificat Filius ut Pater. Agnosce ergo ejus vitam et potentiam sempiternam. Similitudo etiam nostra ad filium, et quædam secundum carnem unitas declaratur; quoniam quemadmodum Dei Filius a Patre, sic homo eat vivificatus in carne. Sic enim scriptum est (Rom. iv, 24), quia sicut Deus Jesum Christum a mortuis suscitavit, ita etiam nos quasi homines vivificamur a Dei Filio.

129. Secundum hanc ergo expositionem non solum ad conditionem humanam derivatur gratia largitæ, sed etiam divinitatis æternitas prædicatur; divinitatis, quia ipsa vivificat: humanæ autem conditionis, quia vivificata est et in Christo.

130. Quod si quis utrumque ad Christi refert divinitatem: ergo Filius Dei hominibus comparatur; ut ita Filius propter Patrem vivat, sicut nos propter Filium Dei vivimus. Sed Filius Dei vitam largitur æternam, nos autem largiri nequimus; ergo nostri comparatione nec ille largitur. Habeant igitur Ariani fidei suæ præmium, ne vitam æternam adipiscantur a Filio.

131. Libet jam ulterius progredi; nam si illis placet hunc locum ad divinæ<sup>c</sup> perpetuitatem referre substantiæ, accipiant etiam tertiam expositionem.

545 Nonne evidenter videtur dicere quod sicut vivus Pater est, ita vivit et Filius? Quod utique quis non advertat ad unitatem vitæ, quod eadem Patris et Filii vita sit, esse referendum? *Sicut enim Pater vitam habet in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso* (Joan. v, 26). Dedit per unitatem: dedit, non ut auferat, sed ut clarificetur in Filio: dedit, ut complaceat: dedit non ut Pater custodiret, sed ut Filius possideret.

132. Sed objiciendum putant quia dixerat: *Ego vivo propter Patrem* (Joan. vi, 58). Utique si ad divinitatem referunt, propter Patrem vivit Filius; quia ex Patre Filius est: propter Patrem; quia unius substantiæ cum Patre: propter Patrem; quia eructatum est Verbum ex Patris corde (Psal. xliv, 1),

corpus transfigurari, ac figurari in corpus, hoc est, ex ipsius quidem sententiâ, corporis figuram fieri. Verum quis usquam hominum ita locutus est? Certe exempla verborum tradere atque aliorum, et suam compositorum rationem nusquam deponunt; nec, ut maxime illam exuant, hic ullo modo faciunt ad propositum. Nihil igitur hic significatur ab Ambrosio, nisi quod habetur lib. de Myster. cap. 9, n. 50: *Benedictione etiam ipsa natura mulatur*. Nam sacræ orationis mysterium idem est ac benedictio, et ipsa Domini verba: qua de re ibidem num. 52.

<sup>b</sup> Amerb. et Eras., *Quis autem missus est*: aliæ edit. ac omnes mss., *Quasi quis autem missus est*. Excipe tamen ultimas edit. Paris. ubi pro *Quasi* legitur *Quomodo*. Male: est enim, *Quasi quis*, idem atque in cujus conditione ac nomine. Iterum vero ubi edit. cum uno vel altero mss., *sicut ipse*, Rom. edit. *ipsa, supra patientia*; plures probatioresque mss. omittunt, *sapientia*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *proprietatem referre substantiæ*.

quia a Patre processit, quia ex paterno generatus est utero ( *Psal. cix, 3* ), quia fons Pater Filii est, quia radix Pater Filii est.

133. Sed dicunt fortasse : Si unitatem putas Patris ac Filii vitæ esse, cum Filius dixerit : *Et ego vivo propter Patrem* ( *Joan. vi, 58* ); numquid unitas est Filii vitæ atque hominum : cum dixerit Filius quia *Qui manducat me, et ipse vivit propter me?*

134. Immo plane, sicut unitatem fateor esse vitæ cœlestis in Patre et Filio per divine unitatem substantiæ, ita vel divini naturæ vel Dominicæ incarnationis excepto privilegium, societatem nobiscum vitæ spiritualis in Filio esse profiteor per humanæ unitatem naturæ : *Qualis enim cœlestis tales et cœlestes* ( *1 Cor. xv, 18* ). Denique sicut in illo sedemus ad dextram Patris, non quia cum ipso sedetis, sed quia sedemus in Christi corpore, de quo postea dicemus plenius ( *Infr. lib. v* ) : sicut, inquam, sedemus in Christo per corporis unitatem : ita et in Christo vivimus per corporis unitatem.

135. Non solum autem non vereor quia scriptum est : *Et ego vivo propter Patrem* ; sed etiam si per Patrem dixisset, non vererer.

136. [ *Alias cap. VI.* ] Solent enim etiam illud objicere quia dixit : *Hæc infirmitas non est ad mortem, sed pro claritate Dei ; ut clarificetur Filius ejus per ipsum* ( *Joan xi, 4* ). Non solum enim per Patrem, et a Patre Filius clarificatur, quia scriptum est : *Clarifica me, Pater* ( *Joan. xvii, 5* ); et alibi : *Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificavit eum* ( *Joan. xiii, 31, 32* ) : sed etiam per Filium et a Filio clarificatur Pater, quia veritas dixit : *Ego te clarificavi super terram* ( *Joan. xvii, 4* ).

137. Sicut ergo clarificatur per Patrem, ita etiam propter Patrem vivit. Unde et quidam δόξαν opinionem magis putaverunt esse, quam gloriam ; et ideo sic interpretati sunt : Ego te clarificavi super terram, opus consummavi quod dedisti mihi ; et nunc clarifica me, Pater, hoc est, δόξαρον, ut sit hic sensus : Ego opinionem de te hominibus hujusmodi infudi, ut cognoscant te Deum verum ; et tu hanc de me confirma illis opinionem, ut credant me tuum Filium et Deum verum.

## 546 CAPUT XI.

*Discrimen quod constare Ariani moliebantur e verbis Apostoli ex Patre omnia, et per Filium omnia esse docentis, infideliter. Ostenditur enim illis eandem Patris ac Filii omnipotentiam exprimi : quod cum ex aliis locis, tum ex ipsius Pauli textu confirmatur. Hunc absurde ad Patrem referri ab hæreticis, ac pertinere ad Filium ex ejusdem serie demonstrari : nec tamen quidquam Filii derogari potentiam, si de*

<sup>a</sup> Nonnulli mss., sed per claritatem Dei.

<sup>b</sup> Hoc eodem sensu hunc locum interpretatur Didymus in *Catena Græc. Patr.*, in *Joan.* Similiter etiam ipsum explicat Cyrillus Alex. in *Thesau.* assert. 30, ubi tradit Ambrosianis verbis plane similia. Sed alia expositio germanior est.

*Patre intelligatur. Postremo in talis, ex quo, per quem, et in quo aliquid, nullam intercedere differentiam, et hæc omnia de tribus personis dici, evincit.*

138. Jam illud ridiculum est, quod quidam ex illo Apostolico discretionem inter Patrem et Filium faciunt e potestatis, quia scriptum est : *Nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in ipso : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* ( *1 Cor. viii, 6* ). Aiunt enim non mediocrem divini majestatis esse distantiam, quia dictum est : *Ex illo omnia, et per hunc omnia.* Nihil autem expressius, quam quod hoc loco omnipotens Filius evidenti ratione signatur ; nam ut ex illo omnia, ita per hunc omnia.

139. Inter omnia <sup>a</sup> Pater non est, cui dictum est : *Quia universa serviunt tibi* ( *Psal. cxviii, 91* ). Inter omnia Filius non est, quia *omnia per ipsum facta sunt* ( *Joan. i, 3* ), *et omnia in ipso constant, et ipse est super omnes cœlos* ( *Coloss. i, 17* ). Non ergo inter omnia Filius, sed super omnia : qui secundum carnem quidem est ex familia Judæorum ; idem tamen super omnia Deus benedictus in sæcula ( *Rom. ix, 5* ), cujus est nomen super omne nomen, et de quo dicitur : *Omnia subjecisti sub pedibus ejus* ( *Psal. viii, 8* ). Subjiciendo autem omnia, nihil reliquit ei non subjectum, sicut Apostolus dixit ( *Hebr. ii, 8* ). Quod si hoc etiam secundum incarnationis locutus est sacramentum, quemadmodum possumus de supernæ generationis incomparabili majestate dubitare?

140. Nihil igitur potestatis inter Patrem et Filium certum est interesse. Denique eo usque nihil interest potestatis, ut idem Apostolus ex ipso dixerit esse omnia, per quem omnia sicut habes : *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia* ( *Rom. xi, 33* ).

141. Si igitur Pater, sicut putant, tantummodo significatur, non potest idem et omnipotens esse, quia ex ipso omnia : et omnipotens non esse, quia per ipsum omnia. Aut igitur invalidum, nec omnipotentem Patrem sua assertionem memorabunt, aut certe omnipotentem etiam Filium vel inviti voce propria fatebuntur.

142. Eligant tamen utrum hic Patrem declaratum putent. Si Patrem, ergo et per ipsum omnia : si Filium, ergo et ex ipso omnia. Si autem et per Patrem omnia, nihil utique Filio derogandum : et si ex Filio omnia, similiter et Filio deferendum.

143. Ac ne insidulari nos unius arbitrentur obreptione versiculi, totum caput recenseamus : *Ualitudo, inquit, divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei : quam inscrutabilia sunt iudicia ejus, et investigabiles viæ ejus ! Quis enim cognovit sensum Domini ? aut quis consiliarius ejus fuit ? aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei ? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in*

<sup>c</sup> Nonnulli mss., quia scriptum est non esse differentiam potestatis, quia scriptum est ex Patre omnia, et per Filium omnia ejus per ipsum : nobis tamen omnia ; alii, et omnes edit, magis congruit in contextu.

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, Filius non est.



ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula (*Ibid.*, 35 et seq.)

144. De quo igitur dictum putant, de Patre, an de Filio? Si de Patre: sed non est Sapientia Dei Pater; quia Sapientia Dei Filius est. Quid est autem quod non possit Sapientia, de qua scriptum est: *Cum sit una omnipotens et permanens, in se omnia innovat* (*Sap. vii, 27*)? Non ergo accedentem legimus, sed permanentem. Habes ergo juxta Salomonem, omnipotentem et permanentem Sapientiam. Habes etiam bonam; quia scriptum est: *Sapientiam vitam non vincit malitia* (*Ibid.*, 50).

145. Sed ad propositum revertamur. *Quam inscrutabilia sunt, inquit, judicia ejus!* Si igitur omne iudicium Pater dedit Filio, Filium Pater videtur declarare, qui iudicat (*Joan. v, 22*).

146. Denique ut scias quia non de Patre, sed de Filio dicit, addidit: *Quis prior, inquit, dedit illi?* Dedit enim Pater Filio: sed dedit jure generationis, non munere largitatis. Et ideo quia negari non potest a Patre accepisse Filium, secundum quod scriptum est: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo* (*Matth. xi, 27*): dicendo tamen: *Quis prior dedit illi?* non accepisse per naturam a Patre Filium denegavit, sed priorem non posse dici inter Patrem et Filium declaravit; quia etsi Pater dedit Filio, non tamen quasi posteriori dedit: quia increata et inestimabilis Trinitas, quæ unius est æternitatis et gloriæ, nec tempus, nec gradum, vel posterioris recipit, vel prioris.

147. Quod si Græcos magis codices sequendos putamus, qui habent <sup>a</sup> *τις προείδωκεν αὐτῷ*; vides quoniam cui nihil addi potest, non dispar a pleno est. Ergo si Filio magis convenit hoc totum Apostolicum caput, videmus et de Filio esse credendum, quia ex ipso omnia, sicut scriptum est: *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia.*

148. Esto tamen de Patre dictum putent. Itaque meminerimus quia sicut ex ipso legimus omnia, ita etiam per ipsum omnia: in universitatem quippe totius creaturæ Patris et Filii profertur auctoritas. Ac licet superius omnipotentem Filium paterno probaverimus exemplo, tamen quia illis derogare studium est, considerent quia et Patri derogant. Si enim infirmus Filius, quia per ipsum omnia, numquid infirmus et Pater, quia et per Patrem omnia?

149. Sed ut agnoscant nullam discretionem inter hæc esse, iterum demonstrabo ejusdem esse, ex quo aliquid, et per quem aliquid; et ostendam utrumque de Patre lectum. Sic enim habemus: *Fidelis Deus per quem vocati estis in communionem Filii ejus* (*I Cor.*

A 1, 9). Quid Apostolus dixerit, considerent. Per Patrem vocamur, et nihil est quæstionis: 548 per Filium creamur, et hoc citius æstimaverunt? Pater in communionem Filii vocavit, et religiose hoc sicut debemus, accipimus: Filius omnia creavit, et potant non liberæ fuisse voluntatis arbitrium, sed coactæ atque servilis operationis obsequium?

150. Ut autem agnoscas plenius nihil distare inter Patris et Filii potestatem, cum per Patrem in communionem Filii ejus vocemur; ex Filio est ipsa communio, sicut scriptum est: *Quoniam de plenitudine ejus nos omnes accepimus* (*Joan. i, 16*); licet secundum Græcum Evangelium, ex plenitudine ejus intelligere debeamus.

151. Ecce et per Patrem communio, et ex Filio communio: sed non discrepans, sed una communio; sicut idem Joannes in epistola sua dixit: *Et communicatio nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus Jesu Christo* (*I Joan. i, 3*).

152. Accipe etiam quia non solum ex Patre et Filio, sed etiam ex Spiritu sancto unam nobis communionem Scriptura commemoravit: *Gratid, inquit, Domini nostri Jesu Christi, et claritas Dei, et communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis* (*II Cor. xiii, 13*).

153. Quæro autem in quo minor videatur is per quem omnia, quam is ex quo omnia? <sup>b</sup> An quia operator asseritur? Sed operatur et Pater; quia verus est, qui dixit: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor* (*Joan. v, 17*). Sicut igitur Pater operatur, operatur et Filius. Non ergo operator infirmus aut vilis est; quoniam operatur et Pater: et ideo quod commune est Filio cum Patre, vel propter Patrem inferiore loco accipi non oportet; ne Patri potius in Filio ab hæreticis derogetur.

154. Nec mediocriter illud, quod alibi etiam idem sanctus Joannes ad refellendam Arianiæ perfidiæ quæstiones, ait: *Si scitis quoniam iustus es, ætote quoniam c qui facit justitiam, ex ipso natus est* (*Joan. vi, 29*). Iustus autem quis nisi Dominus, qui justitias dilexit (*Psal. x, 8*)? Aut quem, sicut superiora indicant, repromissionem vitæ habemus æternæ, si Filium non habemus? Si igitur Filius Dei vitam nobis promisit æternam, et ipse iustus est, ex ipso utique nati sumus: Aut si ex Filio nos per gratiam natos negant, nec iustum Filium constituentur.

155. Credas igitur necesse est etiam ex Dei Filio omnia; quia omnium sicut Deus Pater, ita et Filius et auctor est et creator. Videmus ergo inane esse hanc quæstionem, cum et de Filio credi conveniat, quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia.

<sup>a</sup> Decrant Græcæ voces in Amerb. et Eras. Sed hic ultimus in margine hæc ascripsit observationem: *τις προείδωκεν αὐτῷ. Sic habet Ibeus apud Estium cap. xl, et item apud Paulum. Ambrosius tamen legisse videtur προείδωκεν, sive προείδωκεν, cum dicit, cui nihil addi potest. Et eandem lectionem indicabant qualiacumque vestigia Græcorum elementorum: quamquam quod nobis tradidit editio Alatina, nec consentit cum eo quod verit Hieroh. nec cum eo quod editum est nomine LXX Latine. Non absimilia quoque leguntur apud Estium in Rom. xi, 35, ubi additur:*

Germaniorem lectionem esse προείδωκεν, quod ei magis apposite respondeat verbum ἀναπροδοθήσεται. Cæterum quæ hoc in cap. disputat Ambros. super discrimine præpositionum *ex* et *per*, iterum fasius disceptaverit lib. ii de Spiritu S., ubi hanc ipsam argumentationem ex Basilio desumptam esse ostendemus.

<sup>b</sup> Pauci mss., An quia operatus.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, qui justificat justitiam. . . . aut per quam sicut sup. indicant, repromissionem vitæ habemus? Sic igitur, etc.

156. Diximus quomodo ex ipso, quomodo etiam per ipsum. In ipso autem omnia esse quis dubitet, cum alibi scriptum sit: *Quoniam in ipso condita sunt omnia in cælis, et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant* (Coloss. 1, 16)? Habes ergo ex ipso gratiam, ipsum operatorem, in ipso omnium firmamentum.

### 549 CAPUT XII.

*Quod objiciebatur ex Joanne Filium vitis et Patrem agricolæ comparari, de incarnatione intelligendum: qui vero secundum generationem divinam illud accipiant, Filio duas injurias inferre, quem et Paulo postponant, et æquent aliis hominibus: totidem etiam Patri, quem non solum eidem Apostolo parem, sed etiam nihili esse testificentur. Tum falsa interpretatione denuo rejecta, veraque confirmata, Filius quoque secundum divinitatem agricola esse, ac uva secundum humanitatem, astruitur; unde superior præcellentiæ paternæ explicatio stabilitur.*

157. [Alias cap. VII.] Illud quoque ad separandam Patris et Filii divinitatem objicere consueverunt, quia Dominus dixit in Evangelio: *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est* (Joan. xv, 1); agricolam et vitem diversæ dicentes esse naturæ, et vitem in agricolæ esse potestate.

158. Sic ergo vultis esse Filium secundum divinitatem, sicut vitis est; ut sine cultore nihil valeat, et possit deseri vel recidi: et ex littera calumniam comparatis, quia Dominus vitem se esse dixit, incarnationis suæ significans sacramentum? Tamen si placet ut ex littera argumentemur, fateor et ego, immo profiteor quia vitem se Filius nominavit. Væ enim mihi, si sacramentum salutis publicæ denegavero!

159. Quomodo ergo vultis accipere quod se vitem Dei Filius nominavit? Si secundum divinam substantiam dictum accipitis: et <sup>a</sup> sicut inter agricolam et vitem, ita etiam inter Patrem et Filium divinitatis creditis esse distantiam, geminam Filio, geminam Patri facitis injuriam: Filio, quia si secundum divinitatem inferior est quam agricola, inferior etiam Paulo apostolo vestra assertione necesse est æstimetur; quia et Paulus agricolam se esse dixit, sicut habes: *Ego plantavi, Apollo rigavit; sed Deus incrementum dedit* (1 Cor. iii, 6). Num ergo vultis ut Paulus melior sit Dei Filio?

160. Habetis unam injuriam. Alteram, quia si secundum substantiam generationis æternæ, vitis est Filius, cum dixerit: *Ego sum vitis, vos palmites estis* (Joan. xv, 5); unius nobiscum etiam illa divina generatio videbitur esse substantiæ. Sed quis similis tibi in diis, Domine, sicut scriptum est (Exod. xv, 11)? Et rursus in psalmo: *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? aut quis similis erit Deo inter filios Dei* (Psal. LXXXVIII, 7)?

<sup>a</sup> Mss. non pauci, et sicut in agricola et vite.

<sup>b</sup> Non pauci, nec infimæ notæ mss., summa paternæ majestatis.

<sup>c</sup> Mss. nonnulli, dicas vel invitus. Et post pauca,

161. Nec tamen soli Filio derogatis, sed etiam Patri. Nam si in agricolæ nomine omnis paternæ prærogativa est potestatis, cum etiam Paulus agricola sit, Patri utique, cui Filium negatis, æqualem Apostolum comparatis.

162. Deinde cum scriptum sit: *Sed neque qui plantat, est quidquam, neque qui rigat: sed qui dat incrementum Deus* (1 Cor. iii, 7); in eo nomine vos <sup>b</sup> summam paternæ majestatis locabitis, quod videtis infirmum. Si enim qui plantat, et qui rigat, nihil est, sed qui dat incrementum Deus; videte **550** quid vestra asserere moliatu impietas, ut et Pater nomine sit contemnendus agricolæ; et Deus aliquis incrementum paterno operi qui tribuat, requirendus. Impie igitur ex nomine agricolæ præferendam Dei Patris existimant potestatem, in quo sit Patri Deo cum homine appellationis communi consortium.

163. Quid autem egregium, si ei (ut vultis, hæretici) Filio præferatur, cujus divina substantia ab humana conditione non discrepet? Nam si vitem Filium secundum divinam substantiam appellatum putatis, non solum corruptelæ, incertisque elementorum obnoxium judicatis, sed etiam humanæ tantummodo consortem naturæ; quia unius naturæ sunt vitis et palmites; ut non per incarnationis sacramentum carnem Dei Filius assumpsisse videatur, sed principium sumpsisse de carne.

164. Ego autem dicam plane carnem ejus, licet novo generationis mysterio, unius tamen naturæ fuisse nobiscum, et hoc salutis nostræ sacramentum esse, non divinæ generationis exordium. Vitis enim est, quia meas sustinet passiones; quandoquidem in illo nixa fragilis prius humana conditio secundis redivivæ fructibus pietatis adolevit.

165. Verumtamen si te pompa delectat agricolæ; <sup>c</sup> dicas, velim, quis ille sit, qui locutus est in propheta: *Domine, notum mihi fac, ut sciam: tunc vidi cogitationes eorum. Ego ut agnus ductus sum innocens ad immolandum, et nesciebam: adversum me cogitaverunt consilium, dicentes: Venite, injiciamus lignum in panem ejus* (Jerem. xi, 19). Si enim Filius incarnationis futuræ loquitur sacramentum, quia impium est ut de Patre credas, Filius est utique qui supra dicit: *Ego plantavi te vitem fructiferam, quomodo conversa es in amaritudinem vitis alienæ* (Jerem. D ii, 21)?

166. Itaque et Filium vides esse agricolam, unius nominis cum Patre, unius operis, unius dignitatis atque substantiæ. Ergo <sup>d</sup> si agricola et vitis est Filius, vitem utique secundum incarnationis accipimus sacramentum.

167. Sed non solum se esse vitem dixit, sed etiam botryonem voce prophetica nuncupavit, tunc quando ad vallem botryonis exploratores Moyses jussu Domini direxit (Num. xiii, 14). Quæ est illa vallis,

verbis, *notum mihi fac*, addunt duo cod., *finem meum*: quod nec in aliis, neque in Jeremia legere est.

<sup>d</sup> Ita edit, omnes, ac pauci mss.; alii vero, et si agricola vit est Filius; unus, si agricola, etc.

nisi humilitas incarnationis, et fecunditas passionis? **A** videtis secundum quod sacramentum Dominus sit, **E**t puto botryonem ideo dictum, quia ex vinca illa translata ex Ægypto, hoc est, ex familia Judæorum, <sup>a</sup> utilis mundo fructus emicuit (*Psal. lxxix, 9*). Nemo certe botryonem potest ad generationem referre divinam: aut qui refert, aliud nihil relinquit, nisi ut botryonem illum natum ex vite credamus. Itaque ascribit insipiens Patri, quod reprehendit in Filio.

168. Verum si jam dubitari non potest quod vitis secundum incarnationem Dei Filius nominatus sit,

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *utilis modo fructus*, haud malo sensu.

## LIBER QUINTUS.

### 551 PROLOGUS.

*Quisnam fidelis et prudens servus? Ejus merces in Petro indicatur, item etiam in Paulo, cujus auctoritatis parere Ambrosius cupiens hunc librum aliis adjectum voluit, qui non potuerit in superiore comprehendere. Quid in hoc disputaturus sit, quove consilio? Deberi sibi veniam, cum ab omnibus ministris quaerenda sit creditæ sibi pecuniæ usura. Hanc sibi usuram fideles esse: beatum autem fore, si mercedem sperare sibi liceat; se tamen sanctorum præmia non tam optare, quam pœnarum immunitatem, ad quam merendam omnes hortatur.*

1. *Quisnam est fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore cibum? Beatus ille servus, quem veniens Dominus ejus invenerit sic facientem (Matth. xxiv, 45, 46), Non vilis hic servus est, magnus aliquis esse debet: quis sit iste consideremus.*

2. *Est Petrus ipsius Domini ad pasendum gregem electus iudicio, qui tertio meretur audire: Pasce agniculos meos, pasce agnos meos, pasce oviculas meas (Joan. xxi, 15 et seq.). Itaque pascendo bene cibo fidei gregem Christi, culpam lapsus prioris abolevit. Et ideo tertio admonetur ut pascat, tertio utrum Dominum diligat, interrogatur; ut quem tertio ante crucem negaverat, tertio fateretur (Matth. xxvi, 70 et seq.).*

3. *Beatus et ille servus, qui potest dicere: Lac vos potavi, non escam; nondum enim poteratis (I Cor. iii, 2); novit enim quos quemadmodum pascat. Quis nostrum hoc facere potest? Quis nostrum potest vere dicere: Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrificiam (I Cor. ix, 22)?*

4. *Et tamen ille tantus ad curam gregis electus a Christo, qui sanaret infirmos, curaret invalidos, hæreticum a commisso sibi ovili statim post unam correptionem repellit (Tit. iii, 10); ne unius erraticæ ovis scabies serpenti ulcere totum gregem contami-*

**B** net. Jubeat præterea stultas quæstiones et contentiones esse vitandas (*Ibid.*, 9).

5. *Quid igitur nos agemus, inter messis antiquæ nova zizania imprudentes accolæ constituti? Si taceamus, cedere videbimur: si contendamus, verendum est ne nos quoque judicemur esse carnales. Scriptum est enim de hujusmodi quæstionibus, quæ generant lites: Servum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, <sup>a</sup> cum modestia docentem eos qui resistunt (II Tim. ii, 23, 24): et alibi: Si quis contentiosus est, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei (I Cor. xi, 16). Eoque scribere aliquid <sup>b</sup> sententiæ fuit, ut sine strepitu aliquo impietati hæreticorum nostra pro nobis scripta respondeant.*

6. **552** *Quintum itaque, Imperator auguste, hunc librum paramus ordiri: nam, et quartum librum oportuit in illa vitis disputatione finire; ne coacervasse magis librum eundem quodam videremur quæstionum tumultu, quam fructu spiritalis vineæ replevisse: nec inconsummatam fidei vindemiam tantis adhuc superfluentibus disputationibus decuit derelinqui.*

7. <sup>c</sup> *Quinto igitur libro de Patris ac Filii et Spiritus sancti inseparabili divinitate digerimus, sequestrata interim <sup>d</sup> pleniore disputatione de Spiritu sancto, provocati magisterio Evangelicæ lectionis (Matth. xxv, 15); ut credita nobis quinque fidei talenta, quasi quadam horum quinque sorte librorum, <sup>e</sup> humanis feneremus affectibus; ne forte cum venerit Dominus, et invenerit in terra absconditam pecuniam suam, dicat mihi: Serve male et piger, sciebas quia meto ubi non semino, et congrego ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis; ut veniens ego recepissem quod meum est (Ibid., 26, 27): aut quemadmodum in alio libro est: Et ego, inquit, veniens cum usuris ulique exegissem illam (Luc. xix, 23).*

8. *Date ergo veniam, si quos prolixioris hujusce-*

*bro: melius reliqui mss. ut in contextu.*

<sup>d</sup> Non pauci mss. *pleniore disputatione.*

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *humani feneremus affectus.*

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *cum modestia corripientem.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *sententiæ Dei fuit.*

<sup>c</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *Quinque igitur li-*

modi sermonis offendit audacia. Officii contemplatio cogit credere quod accepimus : *Dispensatores sumus mysteriorum caelestium* (I Cor. iv, 1). Ministri sumus, non ex æquo omnes, *sed unicuique*, inquit, *sicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit : sed Deus incrementum dedit* (I Cor. iii, 5, 6). Unusquisque igitur enitatur ut mercedem possit accipere secundum suum laborem ; *Dei enim sumus*, ut Apostolus dixit, *cooperarii, Dei cultura, Dei aedificatio* (Ibid., 9). Beatus itaque ille qui tales tenoris sui cernit usuras : beatus et ille qui fructus sui operis intuetur : *Beatus quoque qui superaedificat supra fundamentum fidei aurum, argentum, lapides pretiosos* (Ibid., 12).

9. Vos nobis estis omnia, qui hæc auditis aut legitis : <sup>a</sup> vos feneratoris usuræ ; verbi usuræ, non pecuniæ : vos agricolæ redditus ; vos aedificatoris aurum, argentum, lapidesque pretiosi. In vestris meritis sacerdotalis summa laboris est, in vestris animis fructus episcopalis operis eutescit ; in vestris profectibus aurum Domini refulget, multiplicatur argentum, si eloquia divina teneatis : *Eloquia enim Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum* (Psal. xi, 7). Vos ergo facietis feneratorem divitem, agricolam fructuosum : vos peritum probabitia architectum. Non arroganter dico ; quia non tam mæa sunt, quam vestra, quæ voveo.

10. O si mihi liceat secure de vobis. <sup>b</sup> tunc **553** temporis dicere : *Domine, quinque talenta mihi dediisti, et ecce alia quinque lucratus sum* (Matth. xxv, 20), et ostendere vestrarum talenta pretiosa virtutum ! *Habemus enim thesaurum in vasis fictilibus* (II Cor. iv, 7). Hæc sunt talenta quæ jubet Dominus spiritaliter fenerari : aut duo æra novi et veteris Testamenti, quæ spoliato illi a latronibus Samaritanus ille Evangelicus ad curanda vulnera dereliquit (Luc. x, 36).

11. Neque ego, fratres, <sup>c</sup> voti avarus ideo hæc opto, ut supra multa constituar : sat est mihi præmium de vestro profectu. Utinam non indignus eo inveniar, quod accipi ! Ea quæ sunt me majora melioribus tribuenda, non exigo ; licet soleas, Domine, dicere : *Volo autem et huic novissimo dare, sicut et tibi* (Matth. xx, 14). Accipiat potestatem supra decem civitates, qui meretur (Luc. xx, 17).

12. Sit ille talis, qualis Moyses, qui Legis decem verba conscripsit (Deut. v, 5 et seq.). Sit ille Jesus Nave, qui subegit quinque reges, et Gabaonitas in ditionem accepit (Josue x, 22 et seq.) ; ut esset typus venturum ejus nominis virum, cujus imperio corporales omnes delicia viucerentur, converterentur gentes : ut fidem Jesu Christi magis, quam prius studia sua et vota sequerentur. Sit ille David, cui oc-

<sup>a</sup> Omnes edit. et quidam mss., *vos feneratoris usuræ.... vos aedificatores.... lapidesque pretiosos superaedificantes* ; alii mss. majori numero et auctoritate, *vos feneratoris*, etc. quam germanam esse lectionem et antecedentia hæc, *vos nobis estis omnia* ; et sequentia illa, *in vestris meritis sacerdotalis summa laboris est*, etc., planissime demonstrant.

<sup>b</sup> Ita edit. Amberb. atque Eras. cum mss. pluri-

currerunt psallentes juvenulæ dicentes : *Soul triumphavit in millibus, David in decem millibus* (I Reg. xviii, 7).

13. Mibi sat est, si non in exteriores tenebras extrudar, quemadmodum ille qui commissum sibi talentum in terra quadam suæ carnis abscondit : <sup>d</sup> sicut princeps Synagogæ, ceterique principes Judæorum, qui credita sibi eloquia Dei hunc quendam sui corporis occuparunt : deliciisque carnis intenti, quasi in quamdam exaltati cordis leveam sensu cælesti meruerunt (Matth. xxiii, 14 et seq.).

14. Nos igitur non intra latibula carnis absconditam Domini teneamus pecuniam, vel manam illam in sudario reponamus (Luc. xix, 20) : sed tamquam boni nummularii cum sudore quodam mentis et corporis æquo et parato semper libremus affectu ; ut prope sit verbum in ore tuo et in corde tuo (Deut. xxx, 14).

15. Hoc verbum Dei est, pretiosum est talentum, quo redimeris. Hæc est pecunia per mensas animarum sæpe cernenda ; ut frequenter agitando in omnem terram honorum sonus possit exire nummorum, per quem vita paretur æterna. *Hæc est autem vita æterna, quam largiris omnipotens Pater ; ut cognoscamus te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* (Joan. xvii, 3).

#### CAPUT PRIMUM.

*Quam impii sint Ariani, dum illud in quo humano felicitas constat, impugnant. Joannem semper cum Patre Filium conjungere, maxime ubi ait : Ut cognoscant te solum verum, etc. Illic igitur verum Deum etiam intelligendum de Filio, quando is nec Deus negari possit, nec falsus dici ; immo nec etiam nuncupativus. Quod ultimum ubi ex Apostolo demonstratum est, Christum verum Deum esse rite conficitur.*

16. Unde advertant Ariani quam impii sint, qui de spe nostra et voto nobis faciunt quæstiones. <sup>e</sup> Et quoniam huic præ cæteris vociferari solent, dicentes separatam a solo **554** et vero Deo Christum, intellectus impios pro nostris viribus confutemus.

17. Hoc enim loco magis intelligere debent quia hæc utilitas, hæc mercede est perfecta virtutis, hoc divinum et incomparabile munus, ut cognoscamus cum Patre Christum, nec separemus a Patre Filium, sicut Scriptura non separat. Namque hoc magis ad unitatem, quam ad distantiam divinitæ proficit potestatis, quod idem præmium unum honorem nobis dat Patris, Filiique cognitio : quoniam mercedem habere non poterit, nisi qui et Patrem cognoverit et Filium ; sicut enim Patris, ita Filii cognitio vitam acquirit æternam.

ribus melioribusque : Gill. autem et Rom. cum aliis, *nunc temporis*. Non recte ; neque enim de tempore præsentis, sed de resurrectione futura hic agitur.

<sup>c</sup> Mes. aliquot, *vocer avarus. hanc ideo*, etc.

<sup>d</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *sicut principes* ; alii plures potioresque, *sicut princeps*.

<sup>e</sup> Quidam mss., *Et quoniam me præ cæteris*.

18. Itaque sicut in principio statim Verbum cum A Deo Patre pia confessione junxit Evangelista dicens: *Et Verbum erat apud Deum (Joan. 1, 1)*, ita et hic scribendo verba Domini: *Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum (Joan. xvii, 3)*; conjunctione illa Patrem utique copulavit, et Filium, ut Christum verum Deum a majestate Patris nemo secernat: numquam enim conjunctio separat.

19. Et ideo dicendo: *Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum*, et Sabellianos interficit, et Judæos exclusit eos utique qui audirent loquentem; ne aut illi eundem Patrem putarent esse quem Filium, si non addidisset et Christum: aut isti a Patre Filium separarent.

20 et 21. Quæro autem cur non putent subaudiendum, et ex superioribus colligendum; ut quia præmisit solum verum Deum Patrem, subaudiamus etiam Jesum Christum solum verum Deum? Exprimendum enim aliter non fuit, ne duos deos dicere videretur; nam neque duos dicimus deos, et ejusdem cum Patre divinitatis Filium confitemur.

22. Itaque quæramus qua ratione divinitatis hic putent factam esse distantiam, utrum Deum negent Christum? Sed negare non possunt. An verum Deum negent? Sed dicant, si verum negant, utrum falsum, an nuncupativum Deum judicent? Nam secundum Scripturas aut verus Deus est, aut tantummodo nuncupativus, aut falsus. Verus ut Pater, nuncupativus ut sancti, falsus ut dæmones atque simulacra. Dicant igitur qua Filium Dei confessione designent, utrum<sup>b</sup> falso C præsumptum Dei nomen, an vero quasi nuncupativo inspirationem tantum divinitatis inesse arbitrantur.

23. Falso præsumptum nomen non puto quod dicant, ut apertiore se criminè impietatis involvant; ne ut dæmonis et simulacris, ita etiam Christo falsum Dei inditum nomen insinnando se prodant. Sin autem ideo dictum putant Deum, quia inspirationem divinitatis habuit, sicut et multi sancti viri (eos enim Scriptura deos dixit (Joan. x, 35), ad quos sermo fiebat Dei) ergo non ultra homines eum præferunt, sed comparandum hominibus arbitrantur; ut hoc eum putent esse quod hominibus ipse donavit, dicens ad Moysen: *Posuit te in Deum Pharaoni (Exod. vii, 1)*. Unde et in psalmo dictum est: *Ego dixi, dii estis (Psal lxxxvi, 6)*.

555 24. Et hanc tamen sacrilegorum opinionem Paulus excludit, qui ait: *Nam et si sunt qui dicantur dii, sive in cælo, sive in terra (I Cor. viii, 5)*. Non dixit, sunt dii, sed sunt qui dicantur. Christus autem, sicut scriptum est, *heri et hodie ipse est (Hebr. xxiii, 8)*. Est, inquit, hoc est, non solum nomine, sed etiam veritate.

<sup>a</sup> Non pauci mss., aut tantummodo nuncupativus, ut sancti; aut falsus, ut dæmones.

<sup>b</sup> Edit. et pauci mss. hic et infra, falso præreptum.

<sup>c</sup> Rom. edit. cum uno ms., filiis illorum; cæteri cod., *filiis nostris*. Sic etiam nonnulla Græca exemplaria, et Vulg. versio: plures autem Græcorum cod. τοῖς τῶν αἰσίων ἡμῶν. Tota porro hæc peritome, sicut Paulus in Actibus... *Ego hodie genui te,*

25. Et bene scriptum est: *Heri et hodie ipse est*; ut Ariti impietas astruendi sacrilegii locum invenire non posset. Qui cum legeret in psalmo secundo dicentem Filio Patrem: *Filius meus es tu, ego hodie genui te (Psal. ii, 7)*; annotavit *hodie* non heri, ad æternitatem divinæ generationis referens, quod de carnis assumptione memoratum est, sicut Paulus in Actibus apostolorum ait: *Et nos vobis annuntiamus, quæ ad patres nostros repromissio facta est; quoniam hanc Deus adimplevit in filiis nostris, resuscitans Dominam Jesum Christum, sicut scriptum est in psalmo secundo: Filius meus es tu, ego hodie genui te (Act. xiii, 32 et seq.)*. Sancto igitur Spiritu repletus Apostolus, ut illam elideret sævitatem, ait: *Heri et hodie ipse est, et in sæcula: Heri, propter æternitatem: B hodie, propter corporis susceptionem.*

26. Est ergo Christus, et est semper; qui enim est, semper est. Christus autem semper est, de quo dicit Moyses: *Qui est, misit me (Exod. iii, 14)*. Erat utique Gabriel, erat Raphael, erant Angeli: sed semper esse, qui aliquando non fuerint, nequaquam pari ratione dicuntur. Christus autem, sicut legimus, *non fuit, est, et non: sed est in illo fuit (II Cor. i, 19)*; unde vere Dei solius est esse, qui semper est.

27. Ergo si et nuncupativum Deum non audent dicere, et falsum cum dicere majoris est impietatis, restat ut Deus verus sit, veri Patris non dissimilis, sed æqualis. Qui cum et iustificet et sanctificet quos velit, non foris assumens; sed in se habens sanctificandi potestatem, quomodo non est verus Deus? Nam Apostolus eum utique verum Deum dixit, d qui naturaliter Deus esset, sicut habes: *Quia tunc, inquit, nescientes Deum, servistis his qui natura non erant dii (Galat. iv, 8)*; hoc est, qui veri dii esse non poterant, quibus hoc naturaliter minime suppetebat.

## CAPUT II.

Cum probatum sit Filium esse verum Deum, nec in eo minorem Patre; ostenditur per vocem solus cum in Scripturis de Patre dicitur, non excludi Filium; quin inmo hanc ei vocem præ cunctis et soli ipsi convenire. Trinitatem non inter omnia, sed super omnia solam esse: Filium vero solum facere, quæ facit Pater, ac solum habere immortalitatem; nec proinde in verbis controversis eum a Patre separandum; licere tamen eum locum intelligere de incarnatione: ab illis demum Patrem ab hominum redemptione secludi, qui ab hoc Filium se junctum volunt.

28. Verum copiose jam verum Deum Christum in superioribus libris Scripturarum 556 lectionibus approbavimus. Ergo si Christus, ut edoctum est,

quæ ab antiq. edit. ac mss. non paucis aberat, sicut et alia plurima, primum conjuncta fuerat inter varias lectiones Gill. edit. et postea in textum Rom. admissa, ubi nos eam mss. aliquot melioris ævi auctoritate duximus retinendam.

<sup>d</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, qui naturaliter verus Deus esset; melius in mss. plerisque omittitur verus, ut patebit attentius consideranti.

Deus verus est, quæramus qua ratione, cum solum A  
verum Deum Patrem legant, a Patre Filium cupiunt  
separare.

29. Si dicunt quia verus Deus solus Pater est, ne-  
gare non possunt quia et Filius solus Deus veritas  
est, quia Christus veritas est. Numquid veritas vero  
minor est, cum secundum appellationem nominum  
verus plerumque a veritate dicatur, sicut sapiens a  
sapientia, justus a justitia? Hoc nos inter Patrem  
non sentimus et Filium, quia et Patri nihil deest,  
a quia Pater est verax: et Filius quia veritas est,  
æqualis est vero.

30. Ut sciant autem, cum solum legunt, nequa-  
quam esse a Patre Filium separandum, meminerint  
in prophetis a Deo dictum: *Ego extendi cælum solus*  
(*Esai. xlv, 24*). Et utique non extendit sine B  
Filio Pater. Ipse enim Filius qui sapientia Dei est,  
dicit: *Quando parabat cælum, cum ipso aderam*  
(*Prov. viii, 27*). Et Paulus de Filio dictum esse  
confirmat: *Initio terram tu fundasti, Domine, et  
opera manuum tuarum sunt cæli* (*Hebr. i, 10*). Sive  
ergo Filius cælum fecit, sicut et Apostolus voluit  
intelligi, et ipse utique non sine Patre cælum solus  
extendit, sive, ut Proverbiis habes, *Deus in sapientia  
fundavit terram, paravit autem cælos in intellectu*  
(*Prov. iii, 19*), ostenditur quia nec Pater solus  
sine Filio cælos fecit, nec sine Patre Filius; et  
tamen qui cælum extendit, solus dicitur.

31. Quam vero id et de Filio aperte intelligen-  
dum sit, quod solus appelletur, b etsi numquam,  
inscio Patre, aliquid fecisse credatur; etiam alibi C  
habes, ubi scriptum est: *Extendens cælum solus,  
et ambulans quasi in pavimento super mare* (*Job. ix,  
8*). Namque Evangelium Domini docuit nos, quod  
in mari non Pater, sed Filius ambulavit, quando  
Petrus rogavit eum dicens: *Domine, jube me venire  
ad te* (*Matth. xiv, 28*). Sed etiam prophetia ipsa  
documento est; sanctus enim Job adventum Domini  
prophetabat, (*Job. iii, 8*), de quo vere dixit quia  
magnum cetum erat debellaturus, et factum est:  
nam feralem illum cetum, c diabolum scilicet,  
ultimus temporibus venerabili corporis sui passione  
postratum percussit et afflixit (*Esa. xxvii, 1*).

32. Est ergo solus et verus Deus Filius; hæc  
enim et Filio prærogativa defertur. De nullo namque  
qui creatus est, proprie dici potest, quia solus D  
est. Nam cui inest communitas creaturæ, quemadmo-  
dum quasi solus potest a cæteris separari? Itaque  
homo rationalis videtur inter omnia terrena ani-  
mantia, sed tamen non est solus rationalis; scimus  
enim rationalia esse et cælestia opera Dei, angelos  
et archangelos rationabiles confitemur. Si ergo an-  
geli rationabiles, non utique solus rationalis homo  
dicitur.

a Mss. aliquot, quia Pater est veritas; unus, ve-  
ritatis.

b Tres mss., et se numquam inscio Patrem; unus,  
Patre, etc.

c Omnes edit., Zabulum; et certe sæpius eo

33. Sed dicunt solum dici posse solem; quia sol  
alter non est. At et ipse sol habet communia multa  
cum stellis, quod percurrit cælum (*Gen. i, 14*),  
557 quod æthereæ illius cælestisque substantiæ  
est, quod creatura est, quod inter omnia Dei opera  
computatur, quod cum omnibus Deo servit, cum  
omnibus benedicit Deum, cum omnibus laudat. Non  
ergo solus proprie dicitur, quia nec a cæteris se-  
paratur (*Psal. cxlviii, 3*).

34. Itaque cum Patris et Filii Spiritusque sancti  
divinitati, quæ sola non inter omnia, sed super  
omnia est, nulla possit creatura conferri, ut de  
Spiritu interim assertio reservetur: sicut Pater  
dicitur solus Deus verus, cui nihil sit commune cum  
cæteris; ita etiam solus est Filius imago veri Dei, so-  
lus dextera Patris, solus virtus Dei atque sapientia.

35. Solus ergo Filius facit sicut et Pater, quia  
scriptum est: *Quæcumque facio, ipse facit* (*Joan.  
v, 16*). Cum enim unum opus sit Patris et Filii,  
bene de Patre et Filio dicitur quia Deus solus ope-  
ratus est; unde etiam cum creatorem dicimus, et  
Patrem et Filium confitemur. Nam utique cum Paulus  
diceret: *Qui servierunt creaturæ potius quam Creatori*  
(*Rom. i, 25*); nec Patrem creatorem negavit, ex  
quo omnia hæc; nec Filium, per quem omnia.

36. A quo alienum utique non videtur, quia  
scriptum est: *Qui solus habet immortalitatem* (*I Tim.  
vi, 16*). Quomodo enim immortalitatem non habet,  
qui vitam habet in semetipso? Habet utique in  
natura, habet in substantia; et habet non per  
gratiam temporalem, sed per sempiternam divinita-  
tem: habet non ex dono quasi servus, sed ex  
generationis proprietate quasi Filius coæternus; et  
habet sicut Pater: *Sicut enim Pater habet vitam in  
semetipso, ita et Filio dedit vitam habere in semetipso*  
(*Joan. v, 16*); sicut habet, inquit, sic dedit. Di-  
dicisti supra (*Lib. iv, cap. 6*), quemadmodum  
dederit; ne putares esse gratiæ largitatem, ubi  
generationis arcanum est. Cum ergo inter Patrem  
et Filium vitæ nulla distantia sit, quemadmodum  
quod immortalitatem solus habeat Pater, Filius non  
habeat, æstimari potest?

37. Unde intelligant nec hoc loco a solo vero Deo  
Patre Filium separandum; quia probare non possunt  
quod solus et verus Deus Filius non sit: cum præ-  
sertim et hic aut subaudiatur, ut diximus, et  
Christum verum solum Deum esse: aut certe aliud  
ad divinitatem Patris et Filii, aliud ad incarnationem  
Christi relatum intelligendum sit; quia non est  
perfecta cognitio, nisi quæ et secundum æternitatem  
unigenitum Deum verum Dei Filium Jesum Christum,  
et secundum carnem generatum ex Virgine con-  
sitetur. Quod alibi hic ipse Evangelista nos docuit  
dicens: *Omnis spiritus qui confletur Jesum Christum*

nomine diabolus designat Ambrosius; verum hoc  
loci cuncti prope scripti cod. præferunt, *diabolus*.  
d Rom. edit. sola, *Quæcumque facit ipse, hæc et  
Filius similiter facit*.

<sup>a</sup> in carne venisse, de Deo est (1 Joan. iv, 2).

38. Denique quam non alienum sit etiam incarnationis hoc loco intelligere sacramentum, docet nos ipsius series lectionis; sic enim habes: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum* (Joan. xvii, 1). Utique cum et horam venisse commemoret, et clarificari petat, quomodo nisi secundum carnis assumptionem locutum eum convenit æstimari? Nam nec ulla sibi temporum præscripta momenta divinitas habet, nec clarificatione indiget lumen æternum. Ergo in solo vero Deo Patre et Filium Dei solum verum secundum **558** divinitatis intelligimus unitatem, et in Jesu Christi nomine, quod ex Virgine natus accepit, incarnationis agnoscimus sacramentum.

39. Quod si cum solum verum Deum Patrem **B** legunt, Filium cupiunt separare; ergo cum de Filii incarnatione legunt: *Hic est lapis qui reprobatus est a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli*; et infra: *Non est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (Act. iv, 11, 12), Patrem existimant ab impertiendæ nobis salutis beneficio separandum. At neque sine Patre salus, neque vita æterna sine Filio.

### CAPUT III.

*Ariamis contra urgentibus Deos induci duos ex unitate substantiæ, respondetur pluralitatem ex diversitate potius inferri, proindeque in ipsos recidere suam accusationem. Diversitatem multiplicem in causa esse cur duo homines unus homo dici non possint; cum tamen omnes homines singulariter homo dicantur, ubi naturæ unitas indicatur. Solum in his naturam unam esse; at omnimodam in personis divinis unitatem: a Patre igitur non separandum Filium; maxime cum ei debitam esse adorationem negare non audeant.*

40. Sed asserunt Ariani: Si solum verum Deum sicut Patrem, ita et Filium dicitis, et unius substantiæ Patrem et Filium confitemini, non unum Deum, sed duos deos inducitis; quia qui unius substantiæ sunt, non unus Deus, sed duo dii videntur esse, sicut duo homines, aut duæ oves, pluresve dicuntur: homo autem et ovis nec duo homines dicuntur, nec duæ oves, sed unus homo, et una ovis.

41. Hæc Ariani dicunt, et hac disputatione versuta simpliciores capere nituntur. Tamen si legamus Scripturas divinas, inveniemus pluralitatem magis in ea cadere, quæ diversæ discretæque substantiæ sunt, hoc est, *ἰερωσύνη*. Idque in Salomonis libris habemus expressum, eo loco scilicet in quo dicit: *Tria sunt autem impossibilia intelligere, et quartum quod non cognosco; vestigia aquilæ volantis, et vias serpentis super petram, et semitas navis navigantis, et vias viri in juventute* (Prov. xxx, 18, 19). Utique aquila et navis et serpens unius non sunt generis atque naturæ, sed differentis discretæque substantiæ, et tamen tria sunt. Contra se igitur sua esse intelligunt argumenta testimoniis Scripturarum.

42. Itaque dicendo Patris et Filii discretam esse

<sup>a</sup> Mss. non pauci, in carnem venisse.

<sup>b</sup> Quidam mss., vos salvos fieri.

substantiam, differentemque deitatem, duos utique ipsi deos asserunt: nos autem cum et Patrem confitemur, et Filium; asserendo tamen unius esse deitatis non duos deos, sed unum Deum dicimus. Et hoc Dominicis eloquiis approbamus; quia ubi plures sunt, ibi aut naturæ aut voluntatum et operationum est differentia. Denique ut suis sibi testimoniis revincantur, duo homines dicuntur; quia licet unius naturæ sint jure nascendi, tamen et tempore et cogitatione et opere et loco distant: et ideo non potest unus homo dici in significatione et numero duorum; quia unitas non est, ubi est diversitas: unus autem Deus dicitur, et Patris **559** et Filii ac Spiritus sancti gloria et plenitudo signatur.

43. Denique tanta veritas unitatis est, ut etiam **B** quando natura sola generationis aut carnis significatur humanæ, et unus homo de multis dicatur, sicut habes: *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo* (Psal. cxvii, 6), id est, non una persona hominis, sed una caro, et una fragilitas generationis humanæ. Et addidit: *Bonum est sperare in Domino, quam sperare in homine* (Ibid., 9). Nec hic utique specialem hominem, sed generalem conditionem designavit. Denique statim subjecit de pluribus: *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in principibus* (Ibid., 9). Sed ubi homo dicitur, naturæ interdum, ut supra diximus, communis inter omnes unitas significatur: ubi principes, variarum quædam differentia potestatum est.

44. Sed inter homines aut in hominibus unius aliqujus rei unitas est, aut charitatis, aut cupiditatis, aut carnis, aut devotionis et fidei: generalis autem unitas, et quæ in se secundum divinitatis gloriam complectitur omnia, solius est Patris et Filii et Spiritus sancti.

45. Unde et Dominus cum diversitatem inter se hominum designaret, qui nihil habent inter se quod possit ad unitatem individua substantiæ pertinere: *In lege vestra, inquit, scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est* (Joan. viii, 17). Et cum præmississet: *Duorum hominum testimonium verum est*; ubi venit ad suum et Patris testimonium, non dixit: *Verum est testimonium nostrum, quia duorum deorum testimonium est*; sed: *Ego, inquit, sum qui testimonium perhibeo de me ipso, et testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater* (Ibid., 18). Supra quoque similiter ait: *Et si judico ego, judicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego et qui misit me Pater* (Ibid., 16). Itaque et infra ut supra et Patrem significavit et Filium, nec pluralitatem admisit, nec divinx unitatem substantiæ separavit.

46. Evidens est igitur quia quod unius est substantiæ, separari non potest, etiamsi non sit singularitatis, sed unitatis. Singularitatem hanc dico, quæ Grece *μοναχικὴ* dicitur. Singularitas ad personam pertinet, unitas ad naturam. Ea vero quæ diversæ substantiæ sunt, non solum unum, sed etiam plura dici solere, licet jam et propheticè claruerit testi-

<sup>c</sup> Mss. aliquot, licet etiam ex propheticè.

monio; expressius tamen ipse Apostolus declaravit A taliter mysteria Legis doceret, respondit: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus. Nos, inquit, hoc est, se hominibus copulavit. Quomodo autem nisi secundum carnem hominibus copulatur? Et ut ostenderet quia secundum incarnationem responderat, addidit: Quia salus ex Judæis est (Ibid. 22).

47. Pluralitas ergo excluditur, non unitas sequatur. Sed quemadmodum cum legimus Dominum Jesum, nec Patrem, ut supra diximus (Lib. II, cap. 5), a dominationis jure secernimus, quod ei commune 560 cum Filio est: ita cum legimus solum verum Deum Patrem, nec Filium a solius veri Dei jure possumus separare, quod ei commune cum Patre est.

48. Aut dicant quid aliud sentiant, quidve arbitrentur, cum legimus: Dominam Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies (Math. IV, 10), utrum Christum non adorandum, et Christo non existiment serviendum? Quod si illa quæ adoravit eum Chananæa (Math. XV, 25), impetrare meruit quod poposcit; et Paulus apostolus, qui servum se Christi prima scriptorum suorum præfatione profitetur (Rom. I, 1), apostolus esse meruit, non ab hominibus neque per hominem, sed per Jesum Christum; dicant quid arbitrentur sequendum, utrum cum Ario malint sibi societatem esse perfidiæ; ut solum et verum Deum Christum negando, ostendant quia nec adorandum eum, nec serviendum ei judicent: an vero consortium malint habere cum Paulo, qui serviendo atque adorando etiam Christum, utique solum verum Deum voce affectuque non diffitebatur, quem pio servitio fatebatur.

#### CAPUT IV.

Objiciebatur ab hæreticis Christum Patri adorationem exhibuisse. At reponitur et hoc referendum ad humanitatem, ut ex loci examine manifestatur: illic tamen addita esse divinitatis testimonia, quod in aliis etiam Christi operibus factum videmus.

49. [Alias cap. II.] Quod si quis dicat quoniam Deum Patrem adorat et Filius, quia scriptum est: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus (Joan. IV, 22); consideret quando, et apud quem, et cujus suscepto loquatur affectu.

50. Denique et in superioribus non immerito præmissum est, quia Jesus fatigatus ex itinere sedebat, et a Samaritana bibere postulabat; quia secundum carnem hominis loquebatur: nam secundum divinitatem nec fatigari poterat, nec sitire (Ibid. VI, 7).

51. Deinde cum Samaritana quasi Judæum appellaret, et prophetam putaret; quasi Judæus qui spiri-

<sup>a</sup> Rom. edit., nominis affectum.

<sup>b</sup> Edit. Amerb., Eras. et Gill., sed hæc in marg., Dominus et Filius; Gill. in corpore, ac Rom. cum scriptis cod., Dominus a famulis. Rursus vero post tria verba mss. aliquot legunt, secundum incarnationem legimus et credimus sacramenta; sed contra aliorum, ac edit. omnium auctoritatem. Neque etiam hic

taliter mysteria Legis doceret, respondit: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus. Nos, inquit, hoc est, se hominibus copulavit. Quomodo autem nisi secundum carnem hominibus copulatur? Et ut ostenderet quia secundum incarnationem responderat, addidit: Quia salus ex Judæis est (Ibid. 22).

52. Sed statim post hoc sequestravit <sup>a</sup> hominis affectum, dicens: Veniet hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem (Ibid., 25). Non dixit: Adorabimus. Quod utique dixisset, si consortium nostri subiret obsequii.

53. Verum cum legerimus quod Maria adoravit eum (Math. XVIII, 9), intelligere debemus quod non potest per eandem naturam et adorare quasi servus, et adorari quasi Dominus: sed potius quia ut homo inter homines adorare dicitur, et quasi <sup>b</sup> Dominus a famulis adoratur.

54. Multa ergo secundum incarnationis legimus et credimus sacramentum, sed in ipsa 561 nature humanæ affectione majestatem licet spectare divinam. Fatigatur ex itinere Jesus, ut reficiat fatigatos: <sup>c</sup> petit bibere, sitientibus potum spiritalem daturus: esurit, cibum salutis esurientibus traditurus: moritur, vivificaturus: sepelitur, resurrexerit: tremulo pendet in ligno, confirmaturus trementes: cælum caligine obducit, ut illuminet: terras tremefacit, ut solidet: maria conturbat, ut mitiget: reserat tumulos mortuorum, ut ostendat domicilia esse vivorum: creatur ex Virgine, ut ex Deo natus esse credatur: nescire se simulat, ut scire faciat nescientes: adorare quasi Judæus dicitur, ut quasi verus Deus Filius adoretur.

#### CAPUT V.

Dominica ad Zebedæi filiorum matrem verba ingentibus Ambrosius respondet, quod Christus mæstitia illam offere noluerit, clementiæ fuisse. Affertur hujusmodi indignitæ causa multiplex. Moluisse igitur Dominum petitiis illius concessionem ad Patrem renitere, quam eandem impossibilem pronuntiare: nec tamen Christo incommodare suum responsum, tum ex ipsis ejusdem verbis, tum ex aliorum locorum comparatione ostendit.

55. Quomodo, inquit, Filius Dei solus verus Deus potest esse similis Patri, cum ipse dixerit filiis Zebedæi: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo (Math. XX, 23)? Hoc igitur vestrum divinæ, ut vultis, <sup>d</sup> inæqualitatis est argumentum; cum in eo magis venerari Domini clementiam, adorare gratiam deberetis: si tamen virtutis atque sapientiæ Dei profunda secreta possetis advertere.

56. Considerate enim <sup>e</sup> quæ cum filiis et pro filiis petat. Mater est utique, cui pro filiorum honore de sacramentis disputatur, sed de Scripturæ testimoniis.

<sup>c</sup> Ita omnes edit., at e contrario cuncti prope eodem manu exarati, petit bibere, daturus.

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, inæqualitatis est sacramentum. Non satis recte.

<sup>e</sup> Idem mss., quæcumque filiis et pro filiis petat



sollicitæ immoderatio quidem, sed tamen ignoscenda mensura votorum est. Atque mater ætate longæva, studio religiosa, solatio destituta: quæ tunc temporis quando vel juvenda vel alenda foret validæ prolis auxilio, abesse sibi liberos patiebatur, <sup>a</sup> et voluptati suæ mercedem sequentium Christum prætulert filiorum: qui prima voce vocati a Domino, ut legimus (*Matth. iv, 22*), relictis retibus et patre, secuti sunt eum.

57. Hæc igitur studio maternæ sedulitatis indulgentior, obsecrabat Salvatorem, dicens: *Die ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et alter ad sinistram in regno tuo* (*Ibid. 20, 21*). Etsi error, pietatis tamen error est; nesciunt enim materna viscera patientiam: <sup>b</sup> etsi voti avara, tamen veniabilis cupiditas, quæ non pecuniæ est avida, sed gratiæ: nec inverecunda petitio, quæ non sibi, sed liberis consulebat. Matrem considerate, matrem cogitate.

58. Sed nihil mirum si vilis volis videtur circa filios ~~562~~ affectus parentum, qui etiam omnipotentis Patris vilem putatis esse circa unigenitum Filium charitatem. Dominus cæli atque terrarum verecundabatur (ut secundum assumptionem carnis et virtutes animæ loquar), verecundabatur, inquam, et ut ipsius verbo utar, confundebatur matri pro filiis postulanti etiam suæ sedis consortium denegare: vos æterni Dei Filium proprium interdum pro ministerio stare contenditis, <sup>c</sup> interdum famulatorium, hoc est, non ex majestatis unitate, sed ex Patris præceptione volitis ejus esse concessum; et negatis hoc Deo vero Dei Filio, quod ille hominibus aperte noluit denegare.

59. Considerabat enim matris dilectionem, quæ filiorum mercede grandævam solabatur senectam, et desideria licet fessa maternis, charissimorum pignorum tolerabat absentiam.

60. Considerate etiam feminam, hoc est, sexum fragiliorem, quem Dominus propria nondum confirmaverat passione. Considerate, inquam, Evæ illius primæ mulieris hæredem transfusa in omnes immoderate cupiditatis successione labentem, quam Dominus adhuc proprii sanguine non redemerat, nondum inolitam affectibus omnium immodici contra fas honoris appetentiam suo cruore diluerat. Hæreditario igitur mulier delinquebat errore.

61. Et quid mirum si mater pro filiorum suorum, <sup>d</sup> quod est tolerabilius quam pro se; quando etiam apostoli ipsi inter se, sicut legimus (*Luc. xxii, 24*), de sui prælatione certabant?

*mater. Est utique pro filiorum honore sollicita. Immoderatio quidem, etc.*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, et voluntati suæ mercedem. Infra etiam, hæc igitur studio materno, sed utilitatis indulgentior. Parum commode.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, et si tibi avara; quidam, et si tibi avara.

<sup>c</sup> Pauci mss., interdum famulari: aptius reliqui et edit. ut in textu.

<sup>d</sup> Tres mss. post voces quod est tolerabilius, omitunt, quam pro se, cujus loco unus exhibet, honore

62. Non debuit igitur medicus omnium destitutam matrem, et ægram adhuc mentem pudoris convicio sauciare; ne postulato sibi superbius denegato, quasi immoderate petitionis damnata mœreret.

63. Denique Dominus <sup>e</sup> qui honorandam sciret esse pietatem, non mulieri, sed filiis ejus respondit dicens: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Dicentibus autem illis: *Possumus; ait illis Jesus: Calicem quidem meum bibetis; sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo* (*Matth. xx, 22, 23*).

64. Quam patiens et clemens Dominus, quam alta sapientia et bona charitas! Volens enim ostendere quia non perfunctoriam rem aliquam discipuli postularent, sed eam quam impetrare non possent, <sup>f</sup> prærogativam ejus paternæ honorificentiæ reservavit: non metuens, ne quid juri proprio derogaret, qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo (*Philip. ii, 6*); simul diligens discipulos, quia, sicut habes, usque in finem dilexit eos (*Joan. xiii, 1*), noluit iis quos diligeret, videri quod peterent denegasse: sanctus et bonus Dominus, qui mallet aliquid dissimulare de jure, quam de charitate deponere: *Charitas enim patiens est, benigna est, non æmularur, non inflatur, non quærit quæ sua sunt* (*I Cor. xiii, 4*).

~~563~~ 65. Denique ut agnoscat is non infirmitatis, sed indulgentiæ esse, quia dixit: *Non est meum dare vobis*; ubi sine matre filii Zebedæi rogant, nihil de Patre dixit; sic enim habes: *Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est* (*Matth. x, 40*). Ita Marcus evangelista posuit. Ubi vero mater pro filiis rogat, hoc est, secundum Mathæum: *Non est, inquit, meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo* (*Matth. xx, 23*), hic addidit: *A Patre meo*; quia majorem indulgentiam maternus posebat affectus.

66. Quod si putant, dicendo: *Quibus paratum est a Patre meo*, quia, aut, Patri plus tribuit, aut sibi aliquid derogavit; dicant utrum et illic putent Patri aliquid derogatum, quia dixit in Evangelio Filius de Patre: *Pater non judicat quemquam* (*Joan. v, 22*).

67. Quod si <sup>g</sup> sacrilegum putamus credere quia Pater ita judicium detulit Filio, ut ipse non habeat; habet enim, nec potest amittere quod habet naturaliter divina majestas: sacrilegum utique æstimare debemus quia non potest Filius dare quidquid aut homines mereri possunt, aut quævis accipere creatura; præsertim cum ipse dixerit: *Ego ad Patrem sollicita fuit*: Amerb. ac Eras., *quam si ipsi.*

<sup>e</sup> Mss. duo, quo honorandum doceret: unus, diceret, etc.

<sup>f</sup> Edit. Gill. ac Rom., prærogativam eis; alia: cum mss., prærogativam ejus, rei scilicet quam postulabant iilem apostoli. Rursus autem pro juri proprio derogaret, quod est in edit. omnibus, et mss. nonnullis, alii mss. majori numero præferunt, juri proprio denegaret.

<sup>g</sup> Pauci mss., sacrilegium putatis credere.

vado, et quodcumque ab eo petieritis in nomine meo, **A** hoc faciam (Joan. xiv, 12, 13). Si enim quod Pater dare potest, Filius non potest, mentita est ergo veritas, et non potest facere quidquid in nomine ejus Pater fuerit obsecratus. Nec enim ideo dixit: *Quibus paratum est a Patre meo*, ut tantummodo a Patre poscatur: nam omnia quæcumque a Patre fuerint postulata, se donare memoravit. Denique non dixit: *Quodcumque a me petieritis*, hoc faciam; sed: *Quodcumque ab eo petieritis in nomine meo, hoc faciam*.

#### CAPUT VI.

*Accuratus propositam soluturus objectionem, contendit memoratam petitionem, si modo in se impossibilis non fuit, possibilem fuisse Christo; maxime cum ipsi omne iudicium Pater dederit, quod sine ulla imperfectionis nota intelligendum. Attamen idem postulatum inter impossibilia censendum probat. Quod ut omnino esset possibile, tunc responsum Christi secundum naturam humanam accipiendum tradit, ac loci explicatione declarat. Denique iterum suam confirmat de sessionis hujus impossibilitate responsum.*

68. Quæro nunc utrum possibile aliquid humanæ conditioni, aut alicui creaturæ, an impossibile putent a Zebedæi conjugis et filiiis postulatum? Si possibile, quomodo ad sinistram suam vel ad dexteram impertiendæ apostolis sedis non habuit potestatem, qui omnia fecit esse, quæ non erant? Aut quomodo non poterat iudicare de meritis hominum, cui Pater dedit omne iudicium?

69. Notum est quemadmodum dederit (Joan. v, 22): nam quomodo quasi indigens accepit Filius, qui omnia creavit ex nihilo? Quorum igitur naturas fecerat, eorum iudicium non habebat? Dedit autem Pater Filio omne iudicium; *Ut omnes, inquit, honorificent Filium, sicut honorificant Patrem (Ibid., 23)*. Non igitur potentia Filii, sed cognitio nostra proficit: neque aliquid ad substantiam **564** ejus accedit, sed ad nostram utilitatem, quod a nobis cognoscitur; ut cognoscendo Dei Filium, vitam habeamus æternam (Joan. xvii, 3).

70. Cum autem in cognitione Filii Dei honor illius, noster autem non illius sit profectus, si quis putat quia Dei virtus illo honore cumulatur, necesse est **D** etiam Deum Patrem credat posse cumulari; quia et ipse per cognitionem nostram clarificatur sicut Filius, juxta quod scriptum est, dicente Filio: *Ego te clarificavi super terram (Ibid., 4)*. Ergo si possibile aliquid erat quod petebatur, in potestate utique Filii fuit.

71. Sed tamen ostendant, si possibile putant, qui de hominibus aut cæteris creaturis, aut ad dexteram; aut ad sinistram Dei sedeant; Pater enim dicit Filio: *Sede ad dexteram meam (Psal. cix, 4)*. Itaque si quis ad dexteram Filio sedet, inter ipsum uti-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *hoc faciet*; unus, *hoc faciat*. Reliqui, ac editi. omnes, nec non cod. sacri quorum-

que et Patrem, ut humano usu loquamur, Filius medius reperitur.

72. Non ergo possibile homini aliquid petebatur, sed noluit dicere quod homines sedere secum non possint; si quidem divinam suam gloriam celari, priusquam resurgeret, non divulgari cupiebat. Nam et supra cum inter famulos suos Moysen et Eliam apparuisset in gloria, monuerat discipulos, ne cui dicerent, quod vidissent (Matth. xvii, 9).

73. Itaque si possibile non erat hominibus vel creaturis cæteris hoc mereri, non debet videri Filius minus posse, quia non dedit apostolis, quod nec Pater hominibus vel creaturis cæteris dedit. Aut dicant cui horum dederit Pater. Non utique angelis, de quibus Scriptura dicit quia omnes angeli **B** stabant in circuitu sedis (Apoc. vii, 11). Denique Gabriel se stare dixit, sicut habes: *Ego sum Gabriel, qui asto ante Dominum (Luc. i, 19)*.

74. Non ergo angelis, non senioribus qui adorant sedentem; illi enim non super sedem majestatis sedent: sed, ut dixit Scriptura, in circuitu sedis; sedes enim aliæ viginti et quatuor sunt, ut habes in Apocalypsi Joannis: *Et supra sedem viginti quatuor seniores sedentes (Apoc. iv, 4)*. In Evangelio quoque ipse Dominus dicit: *Cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et ipsi super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. xix, 28)*. Non ergo sedis suæ dixit apostolis dari posse consortium, sed alias illas sedes esse duodecim; quas tamen non pro corporali consensu, sed pro **C** successu spiritalis gratiæ æstimare debemus.

75. Denique in libro Regnorum dixit Michæas propheta: *Vidi Dominum Deum Israel sedentem super thronum suum, et omnis militia cæli stabat circa eum, ad dexteram ejus et ad sinistram (III Reg. xxii, 19)*. Quomodo igitur stantibus angelis ad dexteram vel ad sinistram Domini Dei, stante omni militia cælesti, sedebunt homines ad dexteram Dei, vel ad sinistram, quibus pro virtutis præmio angelorum similitudo promittitur, sicut Dominus dicit: *Eritis sicut angeli in cælo (Matth. xxii, 30)*? *Sicut angeli*, dicit, non plus quam angeli.

76. Si ergo nihil plus dedit Pater quam Filius, nihil utique minus dedit Filius quam Pater: nihil igitur minus Filius potest quam Pater.

77. Ponite tamen possibile impetratu hominibus **565** quod posceretur, quid est quod ait: *Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis (Matth. xx, 23)*? Quid est meum? Supra dixit: *Calicem quidem meum bibetis*; infra posuit: *Non est meum dare vobis*; et supra meum, et infra meum dixit, nec immutavit. Ergo superiora docent propter quid dixerit meum.

78. Rogatus enim a muliere quasi homo, ut ad dexteram vel ad sinistram suam filios ejus sedere pateretur; quia illa quasi hominem rogaverat, et Dominus quasi tantummodo homo de sua passione cumque idiomatum, *hoc faciam*.

respondit : *Potestis bibere calicem , quem ego bibi- A*  
*turus sum ( Ibid. , 22 ) ?*

79. Itaque quia secundum carnem de passione sui corporis loquebatur , demonstrare voluit quod secundum carnem quidem subeundæ passionis nobis exemplum ac similitudinem dereliqueret , secundum humanam autem conditionem non sedis supernæ consortia donaret. Hoc est enim quod dixit : *Non est meum ;* sicut alibi : *Mea doctrina non est mea (Joan. vii , 16 ) ;* non est enim , inquit ,<sup>a</sup> secundum carnem mea : quia quæ divina sunt , non sunt carnis eloquia.

80. Indulgentiam autem suam circa discipulos quos diligenter , quam expresse revelavit , præmittens : *Calicem quidem meum bibetis ?* Etenim quia non debebat id dare quod petierant , aliud proposuit ; ut prius commemoraret quid iis tribueret , quam quid negaret : quo magis æquitatem sibi petitionis , quam studium Dominicæ liberalitatis intelligerent defuisse.

81. *Calicem quidem , inquit , meum bibetis ,* hoc est , passionem quidem quæ carnis-micæ est , non negabo ; quod enim humanæ assumptionis habeo , potestis imitari : donavi vobis victoriam passionis , hæreditatem crucis : *Sedere autem ad dexteram meam , vel ad sinistram , non est meum dare vobis.* Non dixit : Non est meum dare , sed , *non est meum dare vobis ,* hoc est , non sibi potestatem deesse asserens , sed meritum creaturis.

82. Accipe aliter : *Non est meum dare vobis.* Quod est , *non est meum ,* qui veni<sup>b</sup> humilitatem docere : *non est meum ,* qui veni non ministrari ,<sup>C</sup> sed ministrare : *non est meum ,* qui justitiam servo , non gratiam.

83. Denique ad Patrem referens , addidit : *Quibus paratum est ;* ut ostenderet Patrem quoque non petitionibus deferre solere , sed meritis , quia Deus personarum acceptor non est ( *Act. x , 34* ). Unde et Apostolus ait : *Quos præscivit , et prædestinavit (Rom. viii , 29 ) ;* non enim ante prædestinavit , quam præsciret : sed quorum merita præscivit , eorum præmia prædestinavit.

84. Jure igitur reprehenditur mulier , quæ et impossibilia et speciali quodam privilegio ab eo Domino postulavit , qui ea quæ sanctis judicavit esse donanda , non duobus apostolis , sed omnibus discipulis , etiam sine cujusquam precatione , voluntaria<sup>D</sup> sui largitate contulerit , sicut scriptum est : *Duodecim vos sedebitis super sedes , judicantes duodecim tribus Israel (Matth. xix , 28).*

**566** 85. Ergo etiam si possibile putemus postulatam fuisse , calumniæ locus non est ; tamen cum

<sup>a</sup> Edit. Amerb. Eras. et ultimæ Paris. , *secundum carnem meam* : Optime Gill. Rom. et mss. , *secundum carnem mea* , nempe doctrina.

<sup>b</sup> Mss. aliquot , *in humilitate docere . . . qui justitiam servo . Nam gratiam denique . . . deferre solere , non meritis*. Pessime.

<sup>c</sup> Non pauci inss. *voluntatem Domini* : sed voluntatem et voluptatem frequenter in mss. commutari , sæpius licuit advertere.

legerim Seraphim stare ( *Esai. vi , 2* ) , quomodo possum quod homines ad dexteram vel ad sinistram Filio Dei sedeant , arbitrari ? Supra Cherubim Dominus sedet , sicut habes : *Qui sedes super Cherubim , appare ( Psal. lxxix , 2 ) ;* quomodo apostoli super Cherubim sedebunt ?

86. Et hoc tamen colligo non ex meo ingenio , sed ex Dominicæ vocis oraculo ; ipse enim Dominus in posterioribus apostolos commendans Patri , ait : *Pater , quos dedisti mihi , volo ut ubi ego sum , et illi sint mecum (Joan. xvii , 24)* . Utique si judicasset quia divinam sedem Pater hominibus daret , dixisset : *Volo ut ubi ego sedeo , et illi sedeant mecum ;* Sed *volo , inquit , ut sint mecum ,* non ut sedeant mecum ; et *ubi ego ,* non quomodo ego.

87. Deinde sequitur : *Ut videant claritatem meam.* Nec hic dixit : *Ut habeant claritatem meam , sed ut videant ;* servus enim videt , Dominus possidet ; sicut et David docuit dicens : *Ut videam<sup>c</sup> voluptatem Domini (Psal. xxvi , 4)* . Et ipse Dominus in Evangelio revelavit asserens : *Beati mundi corde , ipsi enim Deum videbunt (Matth. v , 8)* . *Videbunt ,* inquit , non super Cherubim cum Deo sedebunt.

88. Desinant ergo viliora secundum divinitatem æstimare de Dei Filio , ne viliora quoque de Patre æstimant. Qui enim male crediderit de Filio , non potest bene sentire de Patre :<sup>d</sup> qui male crediderit de Spiritu , non potest bene sentire de Filio. Ubi enim una dignitas , una gloria , una charitas , una majestas est ; in commune derogatur , quidquid in aliquo putaveris derogandum : jam enim non erit plenitudo quam discernas et divides in aliquas portiones.

#### CAPUT VII.

*Objectio petita ex hoc loco* : *Dilexisti eos , sicut et me dilexisti , ut diluatur , primo Arianorum expositionis impietas demonstratur , deinde comparantur eadem verba cum similibus , ac demum totus locus consideratur . Hinc deducitur Christi missionem , et si secundum carnem accipienda est , illi non officere . Quo probato , qui fiat divina missio describitur .*

89. [ *Alias cap. III.* ] Existunt tamen , Imperator auguste , qui hanc divinæ unitatem substantiæ negare cupientes , extenuare studeant Patris et Filii charitatem ; quia scriptum est : *Et dilexisti eos , sicut et me dilexisti (Joan. xvii , 23)* . Quod cum dicunt , qui aliud agunt , nisi inter Dei Filium et homines æqualitatem quamdam comparationis inducunt ?

90. Numquid sic diligi possunt a Deo homines quemadmodum Filius , in quo complacuit Pater ? Ille

<sup>d</sup> *Qui male crediderit de Spiritu , non potest bene sentire de Filio* , in mss. plerisque desideratur . Cæterum quod in ea refellenda objectione longiuscule hæserit Ambrosius , nihil mirum est ; eam enim ab Arianis jactari solitam ex iis discas , quæ Basilii lib. iv , cont. Enoim. p. 107 , Epiphanius Hæc. 69 , num. 58 , et Cyrillus Alex. Assert. 26 , aliique scriptis mandarunt .

per se complacet, nos per ipsum: in quibus enim A est (Num. xii, 22), et Dei Filius ad Judæos (Math. xxv, 24).

91. Aut si ex verbis faciunt quæstionem, quia scriptum est: *Et dilexisti eos, sicut et me dilexisti*; et comparationem factam putant: ergo et illud comparative dictum putant: *Estote misericordes, sicut et Pater vestrum qui est in cælis, misericors est* (Luc. vi, 36); et alibi: *Estote perfecti, sicut et Pater meus, qui in cælis est, perfectus est* (Math. v, 48). Quod si ille secundum plenitudinem majestatis suæ perfectus est, nos autem perfecti a secundum virtutis accedentis profectum; etiam Filius diligitur a Patre secundum semper manentis plenitudinem charitatis: in nobis autem charitatem Dei virtutis emeretur profectus.

92. Vides igitur quam b gratiam Deus dederit hominibus, et tu Patris et Filii vis dissolvere naturalem et individuam charitatem; et tu verba adhuc discutis, ubi unitatem majestatis advertis?

93. Vide totum hunc locum, ex cujus affectu loquatur; habes enim dicentem ipsum: *Clarifica me, Pater, claritate ea quam habui, priusquam mundus esset, apud te* (Joan. xvii, 5). c Vide quia ex primi hominis loquatur affectu; quia nobis ea petitione deprecatur, quæ ante peccatum in paradiso homo meminere esse collata, ut et latroni in passione memoravit: *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* (Luc. xxiii, 43). Hæc est ante mundum claritas. Mandum autem pro hominibus dixit, sicut habes: *Ecce mundus totus post ipsum abiit* (Joan. xii, 19); et alibi: *Ut cognoscat hic mundus quia tu me misisti* (Joan. xiv, 31).

94. Et tamen ut scires magnum Deum et salutarem et omnipotentem Dei Filium; d iudicium suæ majestatis admiscuit dicendo: *Et mea omnia tua sunt, et tua mea* (Ibid. 10). Omnia habet, et tu missum esse ad injuriam derivas?

95. Qui si secundum carnem non accipis missum, ut Apostolus dixit (Rom. viii, 3), et ex verbo simpliciter præjudicium struis, quod dicas inferiores a superioribus mitti solere: quid ad illa respondes, quia Filius ad homines missus est? Nam si minorem putas eum qui mittitur, eo videlicet a quo mittitur; discere D quod et minor majorem misit, e et majores ad minores missi sunt. Nam et Tobias Raphaelem archangelum misit (Tobias ix, 5), et angelus ad Balaam missus

a Nonnulli mss., secundum virtutes accedentes. Profecto etiam Filius: alii vero et edit. inter se consentiunt, nisi quod hæc legunt, *accidentis*, pro *accedentis*.

b Mss. aliquot, *gratiam Dei*.

c Vide quia ex primi hominis... quia tu me misisti, hæc omnia non solum in omnibus edit. sed etiam in gallicanis mss. quotquot consulere nobis licuit, desiderantur; ea vero restitimus ex uno cod. Vaticano. Et sane præter quam quod ab ingenio Ambrosiano minime abhorrent, iisdem omissis, nec satis implebatur, quod proxime ante vir sanctus ad

96. Numquid ergo minor etiam Judæis Dei Filius, ad quos mittebatur? De ipso enim scriptum est: *Novissime autem misit eis filium suum unicum dicens: Verebuntur filium meum* (Math. xxi, 37). Et vide quia ante servos, postea filium nominavit; ut scias quod Deus Filius unigenitus secundum divinitatis potentiam nec nomen habet, nec consortium commune cum servis: reverendus mittitur, non cum famulis conferendus.

568 97. Et bene addidit, *meum*, ut non unus de multis, nec degeneris naturæ, nec minoris alicujus potestatis: sed verus a vero, et paternæ imago venisse substantiæ crederetur.

B 98. Esto tamen, minor sit qui mittitur, eo a quo mittitur; ergo et Pilato minor Christus, quoniam Pilatus misit eum ad Herodem. f Sed sermo non præjudicat potestati: Scriptura, quæ missam dicit a Patre, missum dicit a præside.

99. Unde si sobrie de Dei Filio quæ digna sent, opinemur; ideo missum intelligere debemus, quia et illo incomprehensibili inenarrabilique secreto majestatis profundæ dedit se comprehendendum pro captu nostræ mentibus nostris Dei Verbum, non solum cum se exinaniret, sed etiam cum habitaret in nobis, sicut scriptum est: *Quoniam inhabitabo in illis* (II Cor. vi, 16). Denique et tibi habes quæ Deus dixit: *Venite, descendamus, et confundamus linguas eorum* (Gen. xi, 7). Non enim Deus de loco aliquando descendit, qui ait: *Ego cælum et terram compleo* (Jerem. xxiii, 24); sed in eo descendere videtur, si nostros Dei Verbum penetret affectus, sicut dixit propheta: *Parate viam Domino, rectas facite vias ejus*; (Esaï. xl, 3); ut quemadmodum ipse promissit; veniens cum Patre, apud nos faciat mansionem. Evidens est igitur quomodo veniat.

## CAPUT VIII.

*Christo in quantum verus est Dei Filius, Dominum non esse, sed in quantum homo est; ut verbis ejusdem modo Patrem, modo Dominum compellantis significatur. Quot hæreses uno jugulentur Scripturæ versiculo. Distinguenda igitur quæ Christo vel ut Dei vel ut Davidis filio convenient; illi enim sub ultimo tantum nomine ascribendum, quod servus fuerit. Ad extremum complures locos demonstrat non nisi secundum incarnationem accipi posse.*

100. Unde et evidens est quomodo dominum dicit,

totum locum excutiendum provocat, nec satis coherat cum antecedentibus, quod infra de Christi missione subjicitur.

d Duo mss., *iudicium suæ majestatis*.

e Big. cod., *et majores a minoribus*; alii nonnulli *et majores minoribus*. Magis commode.

f Vel. edit., *Sed præjudicat potestati Scripturæ*; Gill., Rom. et mss. aliquot, *Sed non præjudicat*, etc. Reliqui mss. qui et potiores, ut in textu, nisi quod pro *quæ missum*, in quibusdam habetur *quem missum*. Non malo sensu.

quem Patrem novit; ait enim: *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ* (Matth. xi, 25). Ante Patrem dixit Sapiaentia suam, postea creaturæ Dominum nuncupavit. Itaque dominatum non esse ubi vera progenies est, ipse Dominus ostendit in Evangelio suo, dicens: *Quid vobis videtur de Christo? cujus Filius est? Dicunt ei: David. Ait illis Jesus: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis? Et addidit: Si ergo David in spiritu vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? Et nemo poterat ei respondere verbum* (Matth. xxii, 42 et seq.).

101. O quam caute propter Arianos etiam in hoc testimonio Dominus fidei prospexit! Non enim dixit: Vocat eum spiritus dominum: sed quia David dixit in spiritu; ut cujus secundum carnem **569** Filius est, David scilicet, ejus etiam secundum divinitatem et Dominus et Deus crederetur. Vides igitur quia nomen a pietatis et domini discretum est.

102. Et bene Dominus suum quidem Patrem cæli autem et terræ Dominum prædicavit; ut tu cum legis et Patrem et Dominum, intelligas Patrem Filii, et Dominum creaturæ. In alio prærogativa naturæ est, in alio auctoritas potestatis; formam enim servi accipiens, eo utique Dominum vocat, quo servitutem suscepit, æqualis in Dei forma, servus in corporis: servitus enim carnis, dominatus autem divinitatis est. Unde et Apostolus ait: *Deus Domini nostri Jesu Christi, pater gloriæ* (1 Cor. i, 3), hoc est, Deum assumptionis humanæ asserens, Patrem autem gloriæ. Num enim duos filios habuit Deus Christum et gloriam? Minime. Ergo si unus Dei Filius Christus, utique Christus est gloria. Quid autem ei derogas, qui Patris gloria est?

103. Si ergo et Filius gloria est, et Pater gloria; quia Pater gloriæ non potest aliud esse quam gloria: non divisio gloriarum, sed una est gloria. Itaque ad proprietatem naturæ gloria refertur, dominatus autem ad suscepti corporis servitutem. Si enim caro etiam justæ animæ subdita est, sicut scriptum est: *Castigo corpus meum, et servituti redigo* (1 Cor. ix, 27), quanto magis subjecta et divinitati, de qua dicitur: *Quoniam universa serviunt tibi* (Psal. cxviii, 91)?

104. Una autem quæstione et Sabellianos et Photinianos et Arianos Dominus exclusit. Nam cum Dominum dixisse Domino dicit, Sabellius excluditur, qui eundem Patrem vult esse quem Filium. Excluditur Photinus, qui secundum carnem judicat; quia dominus David regis non poterat esse, nisi qui Deus

est; scriptum est enim: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* (Deut. vi, 13). Numquid contra Legem propheta sentiret, qui sub Lege regnaret? Excluditur Arius, qui Filium sedere audit ad dexteram Patris; ut si ex usu argumentetur humano, ipse se perimat, et venenum sacrilegæ disputationis suæ in se refundat, ut dum inæqualitatem Patris et Filii ex consuetudine hominum interpretatur, in utroque a vero devius, eum præferat cui derogat, confessurus priorem quem audit ad dexteram. Excluditur etiam Manichæus: non enim negat esse se David filium secundum carnem; ut pote qui clamantibus cæcis: *Jesu, fili David, miserere nobis* (Matth. xx, 50); et delectatus est fide, et stetit et curavit eos: sed negat hoc suæ esse æternitatis, si David solius filius a perfidis nominetur.

105. Nam Filius Dei est contra Hebionem, Filius David est contra Manichæos: Filius Dei est contra Photinum, Filius David est contra Marcionem: Filius Dei est contra Paulum Samosatenum: **570** Filius David est contra Valentinum: Filius Dei est contra Arium atque Sabellium gentilis erroris hæredes: Dominus David est contra Judæos, qui Dei Filium in carne cernentes, hominem tantummodo impio furore credebant.

106. Sed Ecclesiastica fide et Dei Patris et David idem atque unus est Filius; quia incarnationis Dei mysterium universæ salus est creaturæ; secundum quod scriptum est: *Ut sine Deo pro omnibus gustaret mortem* (Hebr. ii, 9), id est, quod creatura omnis sine passione aliqua divinitatis Domini sanguinis redimenda sit pretio, ut aibi habet: *Omnis creatura liberabitur a servitute corruptionis* (Rom. viii, 21).

107. Aliud est igitur secundum divinam substantiam, aliud secundum susceptionem carnis Filium nominari: nam secundum generationem divinam Deo Patri æqualis est Filius, et secundum susceptionem corporis Deo Patri servus est; quia formam servi, inquit (Phil. ii, 7), accepit: unus tamen atque idem est Filius. Contra autem sancto patriarchæ David secundum gloriam suam Dominus est, secundum corporalis successionis seriem filius est, non deficiens a se, sed nostræ jus sibi adoptionis acquirens.

108. Nec solum ex genere David servitutem suscepit in persona hominis; sed etiam ex nomine, sicut habes: *Inveni David servum meum*; et alibi: *Eccce ego mittam ad vos servum meum* (Zach. iii, 8); *Oriens nomen est ei* (Ibid. vi, 13). Et ipse Filius

nem Christum diceret. Addebat tamen Verbum e cælo delapsum in Jesu habitasse, uti testatur Epiphanius Hær. 65. Eiusdem hæretici Augustinus quoque meminit lib. de Hær. cap. 44, atque alii.

<sup>c</sup> Hilarius lib. ii de Trinit.: *Potestatis dignitas non amittitur dum carnis humilitas adoptatur*, id est, incarnatione suscipitur. Quæ duo membra tam apte respondent duobus hæc Ambrosianis, ut his commentarii vicem præstare possint.

<sup>f</sup> Nonnulli mss., *sed etiam ex Domino*. Parum congruè.

<sup>a</sup> Quidam mss., *Patris et Domini*.

<sup>b</sup> Id est, qui Christum antequam carnem susceperet, fuisse negat, ut alibi a nobis observatum est.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *ut Deo inæqualitatem..... interpretans in utraque*, etc.

<sup>d</sup> Hebionem in Christo nihil agnovisse, quod non esset puri ac nudi hominis, tradit Tertullianus lib. de Carne Chr., cap. 18; Eusebius lib. iii Hist., cap. 21 et 27; Epiphanius Hær. 30, Augustinus de Hær. cap. 40; et alii. Pauli quoque Samos. is error fuit, quemadmodum ex Eusebii lib. v, cap. 28, et lib. vii, cap. 27, 29 et 30, cognoscere est, ut purum homi-

ait : *Sic dicit Dominus, qui finxit me ex utero servum* A 33), et : *Vado ad eum qui misit me (Ibid.)*, et : *Clarificatus est Filius hominis (Ibid., 31)*, ad incarnationis sacramentum referre debemus. Cum autem legimus : *Et Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificavit eum (Ibid.)*; quid ibi est quæstionis, ubi et Filius clarificatur a Patre, et Pater clarificatur a Filio?

409. Disce igitur quid sit : Formam servi accepit, id est, plenitudinem perfectionis humanæ, plenitudinem obedientiæ. Ideoque dicit in psalmo trigesimo : *Statuisti in loco spatioso pedes meos. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium. Illustra faciem tuam super a servum tuum (Psal. xxx, 9, 12 et 17)*. Servus dictus est homo, in quo sanctificatus est : servus homo, in quo unctus est : servus homo, in quo factus sub Lege, factus ex Virgine est; et ut compendio dicam, servus dictus est, in quo matrem habet, sicut scriptum est : *O Domine, ego servus tuus, ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ (Psal. cxv, 7)*; et alibi : *Afflictus sum et humiliatus sum nimis (Psal. xxxvii, 9)*.

410. Quis nimis humiliatus est, nisi Christus, qui venit ut omnes liberaret per obedientiam? Sicut enim per inobedientiam unctus hominis peccatores constituti sunt plurimi, ita et per unius obedientiam iusti constituentur multi (Rom. v, 19). Quis calicem salutarem (Psal. cxv, 13) accepit, Christus princeps sacerdotum, an David, qui neque sacerdotium habuit, neque passionem subiit? Quis sacrificavit hostiam laudis?

411. Sed si hoc parum est, accipe aliud : *Custodi animam meam, quoniam ego sanctus sum (Psal. lxxxv, 2)*. Numquid de se hoc diceret David? Sed ille dicit, qui ait : *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem (Psal. xv, 10)*. Idem ergo utrumque dicit.

412. Addidit vero : *Salvum fac servum tuum (Psal. lxxxv, 2)*; et infra : *Da postestatem puero tuo, et filio ancillæ tuæ (Ibid. 16)*; et alibi, id est, in Ezechiele : *Et suscitabo super eos pastorem unum, et reget eos servus meus David. Ipse pascet eos, et erit eorum pastor : et ego Dominus ero illis in Deum, et servus meus David in medio eorum princeps (Ezech. xxiv, 23, 24)*. Utique David jam defunctus erat, filius Jesse. De Christo itaque dicit, qui propter nos filius ancillæ factus est, secundum formam hominis; nam secundum divinam generationem non matrem habet, sed Patrem : nec corporalis ventris est fructus, sed sempiterna Dei virtus.

413. Ergo etiam illud cum legimus quia dixit Dominus : *Tempus meum nundum impletum est (Joan. vii, 8)*, et : *Adhuc modicum vobiscum sum (Joan. xiii,*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *servum tuum. Servus est, in quo unctus est : servus est in quo sanctificatus est : servus est, in quo creatus est, et ut compendio dicam, etc.*

<sup>b</sup> Veteres edit. ac plures mss. *Scriptum est enim, non nego : Nunc clarificatus est Filius hominis. Sed videant quid adjectum sit : Clarificatus est Filius hominis. Videant etiam quid sequatur, etc.* Edit. Rom.

33), et : *Vado ad eum qui misit me (Ibid.)*, et : *Clarificatus est Filius hominis (Ibid., 31)*, ad incarnationis sacramentum referre debemus. Cum autem legimus : *Et Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificavit eum (Ibid.)*; quid ibi est quæstionis, ubi et Filius clarificatur a Patre, et Pater clarificatur a Filio?

414. Denique ut fidem unitatis et copulam Trinitatis aperiret, etiam ab Spiritu clarificandum esse se dixit, sicut habes : *Ille de meo accipiet, et clarificabit me (Joan. xvi, 14)*. Clarificat ergo Dei Filium etiam Spiritus sanctus. Quomodo igitur ipse dixit : *Si ego clarificavero me ipsum, claritas mea nihilum est (Joan. viii, 54)*? Ergo nihil est claritas Filii? Sacrilegum est dicere, nisi referas ad carnem; quia ex persona hominis Filius loquebatur, eo quod comparatione divinitatis nulla est carnis claritas.

415. Desinant igitur impie objicere, quod in suam perfidiam retorquetur. Dicunt enim : *Scriptum est : Nunc clarificatus est Filius hominis (Joan. xiii, 31)*. Non nego scriptum : *Clarificatus est Filius hominis*; sed videant quid sequatur : *Et Deus clarificatus est in eo*. Ego excusationem habeo de Filio hominis, ille de Patre non habet; quia Pater non suscepit carnem. Excusationem habeo, et non utor : ille non habet, et calumniatur. Aut simpliciter me patiatur intelligere, aut ad carnem referre quæ carnis sunt. Pia mens, quæ leguntur secundum carnem divinitatemque, distinguit : sacrilega confundit, et ad divinitatis detorquet injuriam, quidquid secundum humilitatem carnis est dictum.

## 572 CAPUT IX.

*Judaico more ordinem verborum : In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, objicientibus, præter responsum quod vir sanctus indicat a se jam datum, regerit etiam Filium ante Patrem sæpe locari.*

416. [Alias cap. IV.] Quid quod etiam more Judaico falsi et impudentes interpretes Ariani verborum sunt divinatorum, dicentes usque adeo aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus sancti esse potestatem, ut scriptum sit : *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti (Matth. xxviii, 19)*; et ex verborum ordine differentiam divinæ faciunt potestatis?

417. Ego autem licet hoc ipsum testimonium in superioribus libris pro unitate asseruerim majestatis ac nominis, tamen si hinc faciunt quæstionem, possum testimoniis asserere Scripturarum in plerisque locis prius Filium nominatum, postea Patrem dictum. Numquid igitur quia Filii significatio ante præmissa est, verborum, ut Ariani volunt, præjudicio Pater secundus a Filio est? Absit, inquam, absit.

cum mss. nonnullis, ut in textu. Licet autem non absurda sit ejus lectio, nobis tamen altera magis arderet, si pro *Nunc clarificatus est Filius hominis*, primo loco positum esset, *Si ego clarificavero me ipsum*, etc. Hoc quippe modo concinnior esset orationis textus et series.

Nescit hunc ordinem fides, nescit discretum Patris et Filii honorem. Non legi, non audiui, nec aliquem in Deo inveni gradum. Nusquam secundum, nusquam tertium Deum legi: primum legi, primum ac solum audiui (*Esai XLIV, 6*).

118. Si ordinis exigimus superstitionem, nec ad dexteram Patris sedere Filius debet, nec primum se et principium debuit dicere. Male ergo Evangelista prius a Verbo, quam a Deo cœpit, dicens: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum* (*Joan. 1, 1*). Etenim juxta humani ritus ordinem, prius Patrem debuit nominare. Nescivit etiam Apostolus ordinem, qui ait: *Paulus servus Christi Jesu, vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei* (*Rom. 1, 1*); et alibi: *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Spiritus sancti* (*II Cor. XIII, 13*). Si verborum persequamur ordinem, a in primo Filium posuit, in secundo Patrem. Sed verborum ordo sæpe mutatur; et ideo non debes vel de ordine, vel de gradu Patri Deo et Filio ejus facere quæstionem, cum secundum divinitatem divisio nulla sit unitatis.

#### CAPUT X.

*Arianos ad gentiles palam transire, dum obijciunt illa verba: Qui in me credit, non in me credit, etc. Versus loci sensus explicatur, et ne credatur Dominus nostram in ipsum fidem prohibuisse, alias ut Deus, alias ut homo locutus ostenditur. Mox variis ejusdem fidei effectibus prolatis in medium, alios quoque nonnullos locos eodem modo sumendos probat.*

119. Ad extremum ut christianos se non esse manifestent, negant in Christum esse credendum, dicentes scriptum esse: *Qui in me credit, non credit in me, sed in eum qui me misit* (*Joan. XII, 44*). Hanc ego exspectabam confessionem, quid me quibusdam ambagibus ludebatis? Sciebam mihi adversum gentiles esse contentionem: **573** sed illi convertuntur, vos non convertimini. Illi si credant, salvum est sacramentum: vos perdidistis acceptum; et nec cœptum fortasse, sed fictum.

120. Scriptum est, inquit: *Qui in me credit, non in me credit, sed in eum qui me misit*. Sed videte quid sequatur, et videte sic quemadmodum se Dei Filius vult videri; sequitur enim: *Et qui videt me, videt eum qui me misit* (*Joan. XII, 45*), hoc est, quia Pater videtur in Filio. Exposuit igitur id quod ante præmisit, quia ille credit in Filium, qui confitetur et Patrem. Nam qui Filium nescit, nec Patrem novit; omnis enim qui negat Filium, nec Patrem habet: qui constitetur Filium, et Filium, et Patrem habet.

121. Quid est ergo: *Non credit in me?* Non in id quod corporaliter cernitis, non in hominem tantummodo, quem videtis: non enim in hominem tantummodo credendum asseruit, sed ut credas quia Jesus Christus ipse est Dei Filius et homo. Propter quod et utrumque ait: *A meipso non veni* (*Joan. VII,*

**A 28**); et alibi: *Ego sum principium quod et loquor vobis* (*Joan. VIII, 25*). Quasi homo, a se non venit: quasi Dei Filius non ex homine principium habet: sed sum, inquit, ipse principium quod et loquor vobis (*Joan. XII, 46*): neque humana, sed divina sunt, quæ locutus sum.

122. Neque enim fas est credere quod negaverit in se esse credendum, cum ipse dixerit: *Ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat* (*Joan. III, 16*); et alibi: *Hæc est enim voluntas Patris mei qui me misit, ut omnis qui videt Filium et credit in eum, habeat vitam æternam* (*Joan VI, 40*); et alibi: *Creditis in Deum, et in me credite* (*Joan. XIV, 1*).

123. Nemo ergo Filium sine Patre accipiat, quia Filium legimus. Habet Patrem Filius, sed non temporalem, non ex passione, non ex conceptione, non ex gratia. Generationem legi, non legi conceptionem. Et Pater dicit, *genui* (*Psal. II, 7*); non dicit, creavi: et Filius non creatorem suum Deum secundum æternitatem divinæ generationis, sed Patrem nominat.

124. Se quoque nunc ex persona hominis, nunc in Dei majestate significat: nunc unitatem sibi divinitatis cum Deo Patre vindicans, nunc fragilitatem humanæ carnis assumens: nunc doctrinam suam se non habere, nunc voluntatem suam se non querere: nunc testimonium suum verum non esse, nunc verum esse significans. Nam ipse dixit: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum* (*Joan. V, 31*). Et ipse in posterioribus ait: *Et si ego testimonium perhibeo de me, verum est testimonium meum* (*Joan. VIII, 14*).

125. Quomodo igitur non est verum testimonium tuum, Domine Jesu, cui qui credidit, in cruce licet positus, et inter confessi sceleris supplicia constitutus, merita latronis exiit, præmia innocentis emeruit (*Luc. XXIII, 41 et seq.*)?

126. Deceptus est ergo Paulus, qui ideo recepit oculos, quia credidit, quos amiserat, antequam crederet (*Act. IX, 18*)?

127. Erravitne etiam Jesus Nave, qui ducem militiæ cœlestis agnovit? Sed posteaquam credidit, **574** statim vicit, dignus qui fidei prælio triumpharet. Denique non æratas acies in bella produxit, nec ariete, cæterisque tormentorum machinis, sed tubarum septem sacerdotium sono, murorum hostilium septa deposuit. Ita bellum immane confecit tubæ clangor, et infula sacerdotis (*Josue VI*).

128. Vidit hoc meretrix, et quæ in excidio civitatis remedia desperaret salutis, quia fides vicerat, signa fidei atque vexilla Dominicæ passionis attollens, coccum in fenestra ligavit; ut species cruoris mystici quæ foret mundum redemptura, vernaret (*Josue II*).<sup>b</sup> Ita foris Jesu nomen fuit præliantibus ad victoriam, intus species Dominicæ passionis periclitantibus ad salutem. Unde quia intellexit Rahab cœleste mysterium, dicit Dominus in psalmo. *Me-*

<sup>a</sup> Mss. nonnulli, *in principio Filium*.

<sup>b</sup> Mss. nonnulli, *Ita futuri Jesu nomen, etc.* Mi-

mor ero Rahab et Babylonis, scientium me (Psal. **A** LXXXVI, 4).

129. Quomodo ergo non est vetusti testimonium titum, Dominé, nisi secundum fragilitatem hominum? *Omnis enim homo mendax* (Psal. **CXV**, 2).

130. Denique ut secundum hominem dixisse se demonstraret, ait: *Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me* (Joan. **VIII**, 18). Verum autem est testimonium secundum divinitatem; sicut ipse ait: *Et verum est testimonium meum; quia scio unde veni, et quo vado: vos autem nescitis unde veni, et quo vado. Vos secundum carnem iudicatis* (Ibid., **XIV**, 15). Non ergo secundum divinitatem; sed secundum hominem iudicant, qui putant Christo testificandi scientiam defuisse.

131. Ergo cum audis: *Qui credit in me, non credit in me; et: Qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit* (Joan. **XII**, 49); didicisti a quo id putes esse referendum. Denique mandatum quod esset, ostendit dicens: *Pono animam meam, ut iterum sumam illam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso* (Joan. **VI**, 17 et seq.). Vides ideo dictum, ut ostenderet liberam sibi ponendæ ac resumendæ animæ potestatem, sicut ipse dixit: *Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo* (Ibid.).

132. Sive igitur mandatum, sive, ut aliqui Latini codices habent, præceptum, non utique secundum divinitatem, sed secundum <sup>b</sup> incarnationem datur, ad subeundæ victoriam passionis.

#### CAPUT XI.

*Quod Christus legatur nihil a se loqui, hoc referendum ad ipsius humanitatem. Quomodo etiam secundum divinitatem audire ac videre Patrem recte dicatur, exposito, Dei Filium creaturam non esse multis coacervatis argumentis evincit.*

133. [Alias Cap. V.] An vero in hanc humilitatem Dei Filium deducemus; ut nisi quæ audierit, facere aut loqui nesciat: et præscriptam agendi loquendique ei putemus esse mensuram; quia scriptum est: *Ex me ipso non sum locutus* (Joan. **XII**, 49); et infra: *Sicut dixit mihi Pater, ita loquor* (Ibid. 50)? Sed ad obedientiam carnis, aut ad fidem unitatis ista referantur. Plerique enim doctiores et audire Filium, et dicere aliquid Filio Patrem accipiunt per **575** unitatem naturæ, quod enim per unitatem voluntatis novit Filium Patrem velle, videtur audisse.

134. Unde non officium corporale, sed arbitrium indissociabile <sup>c</sup> cooperationis declaratur; neque enim verborum hic aliquem significat auditum, sed unitatem voluntatis atque virtutis, quæ et in Patre est et in Filio. Quam etiam in Spiritu sancto esse memo-

<sup>a</sup> Quidam mss., quod Patri sit deferendum.

<sup>b</sup> Pauci mss., incarnationem naturæ subeundæ, etc. Porro ubi Latini ead. vertunt mandatum, sive præceptum, Græci habent ἐντολήν: in quam vocem observat Grotius ἐντέλλεσθαι etiam dici, ubi locus non sit imperio proprie dicto.

<sup>c</sup> Ita omnes edit. plures vero ex mss. expungunt vocem cooperationis, cujus loco Lætiensis habet, comparatur. Mendose.

ravit alio loco; dicens: *Non enim loquetur a se, sed quæcumque audit, loquetur* (Joan. **XVI**, 13); ut adverteremus quia quidquid Spiritus loquitur, loquitur et Filius: et quidquid loquitur Filius, loquitur et Pater; quia <sup>d</sup> una sententia et operatio Trinitatis est. Sicut enim Pater videtur in Filio; non utique specie corporali; sed unitate divinitatis; ita etiam Pater loquitur in Filio; non temporali voce, nec corporali sono, sed operis unitate. Denique eam dixisset: *Pater qui in me manet; ipse loquitur: et opera que ego facio, ipse facit; adidit: Credite mihi. quia ego in Patre, et Pater in me est. Attoquin propter opera ipsa credite* (Joan. **XII**, 60; **XIV**, 50).

135. Ille intellectus est inoster secundum divinitatem seriem Scripturarum: Ariani autem qui nolunt de Deo æstimare quæ digna sunt, vel apto suis meliis contentur exemplo, ne totum carnaliter credant; cum ipsi patris sui diaboli opera incorporaliter videant. Sicut de eorum consortibus Judæis Dominus declaravit dicens: *Vos quod vidistis patrem vestrum facientem; facite* (Joan. **VII**, 38); cum utique non quia diabolum operantem viderint, sed quia <sup>e</sup> arbitria ejus fecerint, arguantur, invisibiliter in his secundum iniquitatem suam diabolo operante peccatum. Hoc secundum Apostolum (II Tim. **III**, 9) propter insipientiam posuimus perfidorum.

136. Cæterum satis probatum est Scripturarum exemplis ad unitatem majestatis pertinere divinx, quod et Pater maneat in Filio; et ea quæ loquitur Filius, a Patre videatur audisse. Unitatem autem majestatis quibus aliis possumus intelligere, quam quod eadem Patri et Filio deferuntur? Nam quod præcellentis potest dici, quam quod Apostolus (I Cor. **II**, 8) dixit Dominum majestatis crucifixum?

137. Filius ergo est et Deus majestatis, et Dominus majestatis; sed non creaturis subjecta majestatis: non ergo creatura Filius.

138. Filius paternæ est imago substantiæ (Hebr. **I**, 3): omnis autem creatura dissimilis superiõs substantiæ, sed non dissimilis Dei Patris Filius: non ergo creatura Filius.

139. Filius non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo (Phil. **II**, 6): sed nulla creatura æqualis Deo, æqualis autem Filius: non ergo creatura Filius.

140. Omnis creatura mutabilis: sed non mutabilis Dei Filius: non ergo creatura Dei Filius.

141. Omnis creatura accidentia et boni et mali recipit suæ capacitate naturæ, eademque decessionem sentit: Dei autem Filio nihil **576** potest ex ejus divinitate vel decedere vel accedere: non ergo creatura Dei Filius.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, una essentia; Thüan. unus, una substantia. Magis ad usum Ambrosianum accommodate.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, Sicut dixit mihi Pater, sic loquor; et Pater qui in me manet, ipse facit opera. Sic etiam supra I. IV, c. 6, n. 68.

<sup>f</sup> Paris. quædam edit., arbitrio ejus: rectius aliorum ac mss. arbitria ejus, id est voluntatem et præcepta ejus.



142. Omne opus suum adducet Deus in iudicium A (Ecc. xii, 14), sed Dei Filius non adducitur in iudicium; quia ipse iudicat: non ergo creatura Dei Filius.

143. Postremo ut unitatem intelligas, de vtilibus dicens Salvator: *Nullus, inquit, rapit eas de manu mea. Pater quod dedit mihi, minus omnibus est, et nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego et Pater unus sumus* (Joan. i, 29, 30).

144. Sic vivificat Filius, ut Pater: *Sicut enim Pater suscitavit mortuos et vivificavit; sic et Filius quos vult, vivificat* (Joan. v, 21). Sic suscitavit Filius, ut Pater: sic conservat Filius, ut Pater. Qui non impar est gratia, quomodo impar est potestate? Sic etiam non perdit Filius, ut Pater. Et ideo ne quis vel duos deos crederet, vel discretionem potestatis induceret, unum se esse eum Patre dixit. Id quemadmodum potest B dicere creatura? Non ergo creatura Dei Filius est.

145. Non idem est regnare et servire: Christus autem et rex est et filius regis: non ergo servus est Dei Filius. Omnis autem creatura servit; sed non servit Dei Filius, qui ex servis filios Dei facit: non ergo creatura Dei Filius.

#### CAPUT XII.

*Superiora confirmat ex parabola divitis ad querendum sibi regnum proficiscentis; ostenditque eum regnum tradat Patri Filius, ad contumeliam non accipientium, si omnia huic subicere Pater dicatur. Nos hic esse Christi regnum, et in Christi regno; futuros aliquando in regno Dei, ubi regnat ex cetero tota Trinitas.*

146. Divine itaque illam parabolam induxit divitis, C qui in regionem longinquam profectus est accipere regnum et reverti (Luc. xix, 12), se ipsum secundum substantiam divinitatis incorporationisque describens. Ipse enim dives secundum plenitudinem divinitatis, qui pro nobis pauper factus est, cum dives esset et rex aeternus, et aeterno rege progenitus: peregre profectus secundum corporis susceptionem; quia vias hominis tamquam iter ingressus alienum, venit in hunc mundum, ut regnum sibi pararet ex nobis.

147. Venit ergo Jesus in hanc terram regnum accipere de nobis, quibus ait: *Regnum Dei intra vos est* (Luc. xvii, 21). Hoc est regnum quod Christus accepit, hoc est, quod Patri tradidit. Nam quomodo regnum accepit, qui erat rex sempiternus? *Venit ergo Filius hominis accipere regnum, et reverti.* Noluerunt eum suscipere Judaei, de quibus ait: *Illi qui noluerunt me regnare super se, adducite et interficite eos* (Luc. xix, 27).

<sup>a</sup> Ita vel. edit. ac plures mss. nisi quod eadem edit. nec pauci mss. habent hic et supra; *sicut Filius hominis*: ubi nos ex potioribus restituimus, *si ut Filius*; et quidam virgulam praesigunt verbo *tradit*, quam alii post *tradit* ergo rejiciunt; denique sententiam edit. claudunt verbo *agnosceret*, ubi *agnoscit* habetur in dictis mss. Tres autem alii cod., *quod accepit sicut Filius hominis. Tradit ergo et Dei Filius. Homini susceptionem... agnosce.* Neque vero ab his dissidet edit. Rom. nisi quod ita distinguit, *quod accepit*: *sicut Filius hominis ergo tradit et Dei Filius. Homini vero susceptionem utique... agnosce.*

143. Sequamur Scripturarum ordinem. Ille qui venit, regnum Deo Patri tradet: et eum tradiderit regnum, tunc et ipse subjectus erit ei, qui sibi subjectus omnia; ut sit Deus omnia et in omnibus (I Cor. xv, 24, 28). Si ut Filius hominis regnum accepit Dei Filius; ut Filius utique hominis etiam 577 traditurus est, <sup>a</sup> quod accepit: si ut Filius hominis tradit, ergo et ut Filius hominis subjectionem, utique per conditionem carnis, non per majestatem divinitatis, agnoscit:

149: Et tu ad contumeliam objicis, quod ei subjecit omnia Deus; cum audias quod regnum Filius hominis Deo tradat; et ut in superioribus diximus libris, legeris: *Nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum, et ego resuscitabo eum in novissimo die* (lib. ii, cap. 4)? Si litteram sequamur, vide magis atque adverte unitatem horribilitatis: et Pater subjecit Filio, et Filius Patri tradit. Dic quid sit amplius trahere, an resuscitare? Nonne secundum morem hominum ministerium trahentis, potestas est suscitantis? Sed et Filius ad Patrem trahit, et Pater ad Filium trahit: et Filius suscitavit, et Pater suscitavit. Facessant saepelegae commenta discretivis, ubi unitas potestatis est.

150. <sup>b</sup> Tradat igitur Patri regnum suum Filius? Noti deperit Christo regnum quod tradit, sed proficiti. Nos sumus regnum, quia nobis dictum est: *Regnum Dei intra vos est* (Luc. xvii, 21). Et sumus regnum Christi ante, postea Patris; quia scriptum est: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me* (Joan. xiv, 6). <sup>c</sup> Cum in via sum, Christi sum; cum pervenero, Patris sum: sed ubique per Christum, et ubique sub Christo.

151. Bonum est in regno Christi esse, ut Christus nobiscum sit, sicut ipse ait: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem mundi* (Matth. xxviii, 20). Sed melius est esse cum Christo: *Dissolvi enim et cum Christo esse multo melius* (Phil. i, 23). <sup>d</sup> Cum in hoc mundo sub peccato sumus, Christus nobiscum est; ut per unius obedientiam iusti constituentur multi (Rom. v, 19). Et si peccatum hujus mundi evaserit, incipiam esse cum Christo. Denique ait: *Veniam iterum, et assumam vos ad me* (Joan. xiv, 3); et infra: *Volo ut ubi ego sum, et isti sint mecum* (Joan. xvii, 24).

152. Ergo nunc sub regno Christi sumus, <sup>e</sup> dum in corpore versamur, et nondum forma exuimur servi, quam ille cum se exinanivisset, accepit: cum vero gloriam ejus viderimus, quam habuit priusquam mundus esset, erimus in regno Dei, in quo patriar-

<sup>b</sup> Rom. edit. cum paucis mss., *Tradit igitur... Nec deperit.* etc. Mellius autem vel. edit. cum mss. multo pluribus, *Tradat*, etc. Iterum vero ubi omnes edit. ac plures mss., *cum in via sum*; in aliis quibusdam mss. legitur, *cum in vita sum*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *Dum in vita sum*.

<sup>d</sup> Omnes edit., *cum in hoc... simus*; post quae notato puncto, ea verba superiori sententiae subnectunt: mss. vero exhibent eam lectionem quae est in textu.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *dum in opere versamur et facto, dum formam sequimur servi.* Non satis apte.

chæ sunt et prophetæ, de quibus scriptum est : *Cum videritis Abraham, Isaac et Jacob, et omnes prophetas in regno Dei (Luc. xiii, 28)*; ut jam pleniore Dei cognitione potiamur.

153. Sed in Filii regno et Pater regnat, et in regno Patris Filius regnat, quia Pater in Filio, et in Patre Filius : et in quo habitat Filius, habitat et Pater; et in quo habitat Pater, habitat et Filius, sicut ipse ait : *Ego et Pater ad eum veniemus, et apud eum mansionem faciemus (Joan. xiv, 23)*. Ergo sicut una domus, ita et unum regnum. Eousque autem unum Patris et Filii regnum est, ut quod Filius tradit, Pater accipit, et quod Pater accipiat, Filius non amittat. Ergo in uno regno unitas potestatis est. Nemo igitur

**578** divinitatem inter Patrem Filiumque secernat.

#### CAPUT XIII.

*Quæ Christi subjectio sit, quæsiturus, ubi subjectiones varias proposuit ac rejectit, Apostolicum textum percurrit; unde impiam explodit hæreticorum hac de re opinionem. Subjectionem quæ futura significatur, divinitatis esse non posse; cum inter Patrem et Filium voluntatis summa semper fuerit concordia. Etiam eidem Filio secundum divinitatem vere omnia subjecta esse, at nondum subjecta hoc sensu dici, quod ejus mandatis non pareant omnes homines : qui postquam illis fuerint subditi, tum Christus in his subjicietur, et Patris opus perfectum erit.*

154. [*Alias cap. VI.*] Quod si Patri et Filio unum Dei nomen et jus est, cum Deus verus, et rex sempiternus sit etiam Dei Filius; non utique secundum divinitatem subjectus est Dei Filius. Subjectum itaque, Imperator auguste, quemadmodum debeamus accipere, consideremus.

155. Quomodo enim subjectus Dei Filius? Ut creatura vanitati? Sed impium est de divinitatis substantia tale aliquid æstimare.

156. An quemadmodum creatura omnis Dei Filio, quia æque scriptum est : *Omnia subjecti sub pedibus ejus (Psal. viii, 8)*? Sed non Christus sibi ipse subjectus est.

157. An quemadmodum mulier viro, sicut legimus : *Mulieres viris suis subjectæ sint (Ephes. v, 22)*; et alibi : *Mulier in silentio discat cum omni subjectione (I Tim. ii, 11)*? Sed sacrilegum est vel Patri virum, vel Dei Filio mulierem comparare.

158. An quemadmodum Petrus dixit : *Subjecti estote omni a humanæ creaturæ (I Petr. ii, 13)*? Nec sic utique Christus.

159. Vel quemadmodum Paulus scripsit : *Deo et Patri subjecti invicem in timore Christi (Ephes. v, 21)*? Sed neque in suo, neque in alterius Christi timore

<sup>a</sup> Sic omnes edit.; at e contrario mss. prope ad unum, *omni humanæ ordinationi*.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *obreptione præscriptum*.

<sup>c</sup> Quidam mss., *subjectio, ut resolvatur in Patrem Deus. Verbum ergo; nonnulli etiam, ... in Patre. Deus ergo Verbum*: commodius alii, et omnes edit. ut in textu. Cæterum quæ hic referuntur de Sabelliana refusione Verbi in Patrem non absurdam viam nobis suppeditant Epiphaniæ atque Augustini inter se conciliandorum. Diximus enim supra lib. ii, cap. 9, priorem ab alio reprehensum fuisse, quod a Sabellianis Patrem negari passum asseveravit, cum scilicet Patrem, Filium ac Spiritum sanctum in unam

A subjectus est Filius, quia unus est Christus. Quorum verborum vim considerate, quia Patri subjecti sumus, dum etiam Christum veremur.

160. Quomodo ergo subjectum intelligimus? Totum Apostolicum caput recenseamus; ut nihil videatur fraude subtractum, aut obreptione præstricium: *Si in hac inquit, vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Si autem Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium (I Cor. xv, 19, 20)? Videtis quoniam de resurrectione Christi tractata est disputatio.*

161. *Quoniam sicut per unum hominem, inquit, mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus : deinde hi qui sunt Christi, qui in adventum ejus crediderunt. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum evacuaverit omnem principatum, et potestatem et virtutem. 579 Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissime autem inimica destruetur mors; omnia enim subjecti sub pedibus ejus. Cum autem dicat : Omnia subjecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subjecti ei omnia. Cum autem subjecta illi fuerint omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit illi, qui sibi subjecti omnia; ut sit Deus omnia in omnibus (I Cor. xv, 20-28). Quod etiam ad Hebræos idem Apostolus dixit : Nunc autem nondum videmus omnia illi esse subjecta (Hebr. ii, 8). Accipimus Apostolicæ seriem lectionis.*

162. Quomodo igitur subjectum dicimus? Sabelliani et Marcionitæ dicunt quod hæc futura sit Christi ad Deum Patrem <sup>c</sup> subjectio, ut in Patrem Filius refundatur. Si ergo ea erit Verbi subjectio, ut resolvatur in Patrem Deus Verbum : ergo et quæcumque Patri Filioque subjecta sunt, in Patrem et Filium solventur; ut sit Deus omnia et in omnibus creaturis. Sed absurdum est dicere: non igitur per refusionem subjectio. Alia sunt enim quæ subjiciuntur, et utique quæ creata sunt: et alius, cui fit illa subjectio. Conticescant itaque sævæ refusionis interpretes.

163. Atque utinam et illi tacerent, qui quoniam resolvable Dei Verbum, Deique sapientiam probare non possunt, infirmitatem divinitati subjectiois ascribunt, dicentes quia scriptum est : *Cum autem D subjecta illi fuerint omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit illi (I Cor. xv, 28).*

164. Videmus igitur quia nondum subjectum, sed subjiciendum esse Scriptura commemorat: ergo personam isti confunderent. Attamen credibile est illos, quod sæpe usu venit cunctis hæreticis, in opinione responsisque suis titubasse; atque ut Patri passionum eluerent appellationem, aliquando professos Verbum quidem ante incarnationem cum Patre idem existisse, per incarnationem vero emanasse ex Patre, in quem consummata demum passione fuerit resolutum. Id sane non solum cum hoc Ambrosiano loco, sed etiam cum alio lib. ii, de Spiritu sancto cap. 7, pulchre concinit; potuitque fieri, ut Augustinus, cum argueret Epiphanium, ad hanc Sabellianorum forte paucorum obscurtiorumque cavillationem animum non adverteret.

nunc non est subjectus Deo Patri Filius. In quo igitur Filium subjectum fore dicitis? Si in divinitate; nec inobediens est, quia non est a Patre discors: nec subjectus, quia non est servus, sed unicus proprio Patri Filius. Denique cum cælum crearet, terram conderet, et potestatem exercebat et charitatem. Nulla igitur servilis in Christi divinitate subjectio. Si autem nulla subjectio, voluntas libera est.

165. Quod si eam subjectionem putant Filii, quia cum ejus voluntate omnia faciat Pater, discant hoc ipsum esse individuae potestatis argumentum; quia unitas voluntatis est, quæ non cœpit ex tempore, sed erat semper. Ubi autem unitas perpetua voluntatis, non utique temporalis subjectionis infirmitas. Si enim per naturam subjiceretur, semper subjectus maneret: cum vero subjiciendus dicitur in tempore, dispensationis ergo susceptæ, non perpetuæ infirmitatis erit illa subjectio; maxime cum sempiterna Dei virtus non possit statum mutare pro tempore, nec Deo Patri ex tempore jus potestatis accidere. Nam si Filius aliquando mutabitur, ut secundum divinitatem subjiciatur: ergo et Deus Pater, si **580** aliquando plus poterit, ut subjectum secundum divinitatem habeat Filium, nunc interim minus posse secundum interpretationem vestram necesse est aestimetur.

166. Quid autem culpæ commisit Filius, ut postea secundum divinitatem subjici posse credatur? Numquid <sup>a</sup> secundum carnem ad dexteram Patris sedere præripuit, et, invito Patre, sibi prærogativam Paterni solii vindicavit? Sed ipse ait: *Omnia quæ placita sunt ei, facio semper* (Joan. viii, 29). Ergo si in omnibus Patri complacet Filius, cur subjicietur qui ante subjectus non erat?

167. Videamus itaque ne non divinitatis illa, sed nostra fiat in Christi timore subjectio, plena gratiæ, et plena mysterii. Itaque rursus Apostolica verba pendamus. *Cum autem subjecta*, inquit, *illi fuerint omnia, tunc et ipse subjectus erit ei, qui sibi subjecit omnia, ut sit Deus omnia et in omnibus*. Ergo quid dicitis? Nunc subjecta non sunt ei omnia? non subjecti sanctorum chori? non Angeli, qui in terris posito ministrabant (Matth. iv, 11)? non Archangeli, qui etiam ad Mariam adventus Dominici prænantii mittebantur (Luc. i, 26)? non omnis militia cœlestis? non Cherubim et Seraphim, non Throni et Dominationes et Potestates, quæ venerantur et laudant?

168. Quomodo ergo subjecta erunt? Sic utique quemadmodum ipse Dominus dixit: *Tollite jugum meum super vos* (Matth. xi, 29); non enim indomiti jugum portant, sed humiles atque mansueti. <sup>b</sup> Hæc est plane nec ipsis hominibus vilis, sed gloriosa subjectio; *ut in nomine Jesu omne genu curvetur cœlestium, et terrestrium, et infernorum: et omnis lingua*

<sup>a</sup> Omnes edit., *secundum divinitatem*; omnes mss., *secundum carnem*. Consequenter autem Rom. edit. cum paucis mss., *ut invito Patre..... vindicaret, ubi cæteræ ac plures mss. ut in textu.*

<sup>b</sup> Ita mss. plures et potiores, nisi quod pro *plane*, in nonnullis legitur *plena*: reliqui vero et edit. omnes

*confiteatur, quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris* (Philip. ii, 10, 11). Ideo autem ante subjecta non erant omnia, quia nondum receperant sapientiam Dei, <sup>c</sup> nondum habile jugum Verbi mentis quadam cervice portabant. *Quotquot autem, sicut scriptum est, receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri* (Joan. i, 11).

169. Dicit aliquis: Ergo jam subjectus est Christus; quia plurimi crediderunt? Minime; quia non in paucis est Christi subjectio, sed in omnibus. Sicut enim si in me concupiscat adhuc caro adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem, non videor esse subjectus, etsi ex parte sim subditus: ita quia omnis Ecclesia unum corpus est Christi, quamdiu genus dissentit humanum, Christum dividimus. Nondum ergo subjectus est Christus, cujus non sunt adhuc membra subjecta. Cum autem fuerimus non multa membra, sed unus spiritus: tunc et ipse subjectus erit; ut per ipsius subjectionem *sit Deus omnia et in omnibus*.

170. Sicut autem nondum subjectus est Christus, ita nondum perfectum est opus Patris; quia dixit Filius Dei: *Meus cibus est ut faciam* **581** *voluntatem Patris mei qui me misit, et perficiam opus ejus*. Quid igitur quæstionis est, quia in me erit Filii subjectio, in quo imperfectum est opus Patris; quia non sum ipse perfectus? Ergo qui imperfectum opus facio Patris, ipse Filium facio esse subjectum? Sed non est injuria ista, sed gratia; quia in eo quod subjici-mur, noster utique, non divinitatis est profectus; ut subjiciamur Legi, subjiciamur gratiæ. Quoniam ante, sicut ipse dixit Apostolus, sapientia carnis inimica erat in Deum; *Legi enim non erat subdita* (Rom. viii, 7): nunc autem jam per Christi est subdita passionem.

## CAPUT XIV.

*Prosequitur cœptam difficultatem, et Christum non nisi secundum carnem subjectum docet: sed ipsum dum carne subjiceretur, præbuisse tamen signa divinitatis. Repugnare ut secundum hanc subjiciatur: humanitatem vero quam adoptavit, ita in nobis subditam esse, quo pacto in eadem ejus humanitate exaltatur et nostra. Denique quando futura sit eadem illa Christi subjectio, explicatur.*

171. Et tamen ne quis calumniatur, videte quid divinitus inspirans Scriptura præcaverit; ostendit enim nobis in quo subjectus erit Deo Christus, dum docet in quo sibi universa subjecerit. Ideoque dicit: *Nunc autem non videmus omnia ei subjecta* (Hebr. ii, 8). Nam paulo minus quam Angelos minoratum vidimus Jesum propter passionem mortis. Ostendit itaque minorem factum in carnis susceptione. Quid igitur impedit quin etiam subjectionem in carnis suscep-præ se ferunt, *Nec est plane angelis, nec ipsis hominibus, etc.*

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *non domabili jugo Verbi, etc.*; minime male, si *domabili cum cervice*, non autem cum *jugo* construat.

tionem significet, per quam subjiciet sibi omnia, dum A in ipsa Patri Deo est ipse subjectus?

172. Consideremus itaque ejus subjectionem: *Pater*, inquit, *meus*, si vis, *transfer calicem hunc a me: verum non mea voluntate, sed tua fiat* (Luc. xxii, 42). Ergo secundum humanæ naturæ assumptionem erit illa subjectio; quia sicut legimus: *Specie inventus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem* (Phil. ii, 8): subjectio utique obedientiæ est, obedientia mortis, mors assumptionis humanæ; assumptionis ergo humanæ erit illa subjectio. Nequaquam igitur divinitatis infirmitas, sed dispensatio ista pietatis est.

173. Vide quam non timeam eorum propositiones. Illi obijciunt subjiciendum Patri Deo, ego lego Maritæ subditum matri; quia scriptum est de Joseph et Maria: *Et erat subditus illis* (Luc. ii, 51). Aut si hoc putant, dicant quia hominibus erat subjecta divinitas.

174. Non igitur præjudicet quia subjectus dicitur, cui non præjudicat, quia servus legitur, quia crucifixus asseritur, mortuus prædicatur. Qui cum moretur, vivebat; cum subjiceretur, regnabat: cum sepeliretur, resuscitabat; ac subjectum se potestati præbebat humanæ, alias se Dominum majestatis declarabat æternæ. Erat sub iudice, et ad dexteram Dei solium sibi iudex perpetuus vindicabat. Scriptum est denique: *A modo videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram virtutis Dei, et venientem in nubibus cæli* (Matth. xxvi, 64). Vapulabat a Judæis, imperabat angelis: natus **582** ex Maria sub Lege erat, ante Abraham supra Legem erat (Galat. iv, 4). In cruce venerandus natura: denique sol refugit, terra contremuit, conticuerunt angeli (Matth. xxvii, 51). Cujus igitur passionem elementa videre timuerunt, hujus generationem videre potuerunt? Et in quo subjectionem corporis non tulerunt, in eo subjectionem naturæ venerabilis sustinebunt?

175. Sed cum unius nature sint Pater et Filius et Spiritus sanctus, utique non erit Pater sibi ipse subjectus. Et ideo non erit in eo subjectus Filius, in quo cum Patre unum est; ne per unitatem divinitatis videatur et Pater Filio esse subjectus. Ergo sicut in illa cruce non divinitatis plenitudo, sed nostra fragilitas erat subdita: ita etiam postea subjectus erit Filius Patri, in nostræ utique participatione naturæ; ut, subjectis carnis illecebris, a non divitiæ sint cordi, non ambitio, non voluptas: sed omnia nobis Deus sit, si per omnia quantum capere possumus, ad ejus imaginem, similitudinemque vivamus.

176. Ad communitatem igitur beneficium transivit a specie; quia in sua carne naturam totius humanæ carnis edomuit. Et ideo juxta Apostolum: *Sicut portavimus imaginem hujus terreni, portemus et imaginem hujus cælestis* (I Cor. xv, 49). Quod utique nisi per interiorum hominum non potest evenire. Deponentes igitur universa, hoc est, illa quæ legi-

<sup>a</sup> Omnes edit. cum quo altero miss., non cupiditas dominetur cordi; alii miss. multo phores ac probatiores, ut in textu.

mus: *iram, animositem, blasphemiam, turpiloquium* (Coloss. iii, 8); et sicut infra dictum est: *Exspoliantes nos veterem hominem cum actibus suis, induamus novum, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus, qui creavit eum* (Ibid., 9, 10).

177. Et ut scires, quia cum dicit: *Ut sit Deus omnia et in omnibus*, a Deo Patre non separet et Christum, ipse ad Colossenses dicit: *Ubi non masculus, inquit, et femina, Judæus et Græcus, Barbarus et Scythia, servus et liber: sed omnia et in omnibus Christus* (Coloss. iii, 11). Ergo etiam ad Corinthios dicens: *Ut sit Deus omnia et in omnibus* (I Cor. xv, 28), et unitatem et æqualitatem cum Deo Patre complexus est Christi; quia nec a Patre Filium separetur. Et similiter sicut Pater omnia et in omnibus, ita omnia in omnibus etiam Christus operatur. Si ergo Christus quoque in omnibus omnia operatur (I Cor. xii, 6), non utique in divinitatis majestate subjectus est, sed in nobis. Quomodo autem subjectus est in nobis, nisi eo modo quo minor angelis factus est, in corporis scilicet sacramento? In eo enim nondum subjecta ei omnia videbantur, quæ creatori suo a principio sui utique serviebant.

178. Quod si quæsieris quemadmodum sit subjectus in nobis, ipse ostendit dicens: *In carcere eram, et venistis ad me: infirmus eram, et visitastis me. Quod enim uni horum minimorum fecistis, mihi fecistis* (Matth. xxv, 36 et seq.). Infirmum audis, et non moveris: subjectum audis, et non moveris; cum in eo infirmus, in quo subjectus, in quo peccatum atque maledictum pro nobis factus est.

179. Sicut igitur non propter se, sed propter nos peccatum atque maledictum factus est: ita non pro se, sed pro nobis erit subjectus in nobis, non in natura subjectus æternæ, neque **583** in natura maledictus æternæ: *Maledictus enim omnis qui pendet in ligno* (Galat. iii, 13). Maledictus, quia nostra maledicta suscepit: subjectus quoque, quia subjectionem nostram ipse suscepit, sed in servilis formæ assumptione, non in Dei majestate; ut dum ille nostræ fragilitatis se præberet in carne consortem, nos in virtute sua divinæ faceret consortes naturæ (II Petr. i, 4). Non quo aut hoc nobis cum superna Christi generatione naturale consortium, aut divinitatis in Christo sit illa subjectio: sed sicut in illo per carnem illam, quæ est pignus nostræ salutis, sedere nos in cælestibus Apostolus dixit (Ephes. ii, 6), utique non sedentes; sic et ille per nostræ assumptionem naturæ dicitur subjectus in nobis.

180. Quis enim tam demens qui putet, ut supra diximus (Cap. 5 et seq.), quod ad dexteram Dei Patris sedes sibi venerabilis<sup>b</sup> debeat; cum licet etiam secundum carnem Christo ea a Patre, generationis tamen supernæ et æqualis potentiæ deferatur? Angeli adorant, et tu tibi præsumptione sacrilega solium Dei sternis?

<sup>b</sup> Ita miss. magno consensu: edit. vero, non debeat, cum scilicet etiam, etc.

181. Scriptum est, <sup>a</sup> iniquis, quia *cum mortui essemus peccatis, convivificavit nos in Christo, cujus gratia estis salvi facti; et simul suscitavit, simulque fecit sedere in cœlestibus, in Christo Jesu (Ephes. II, 5, 6)*. Agnosco scriptum: sed non ut homines sedere ad dexteram sibi patiatur Deus, sed ut in Christo sedere; quia ipse est omnium fundamentum, et ipse est caput Ecclesiæ (Ephes. v, 23), in quo communis secundum carnem natura prærogativam sedis cœlestis emeruit: in Christo enim Deo caro, in carne autem humani natura generis omnium hominum particeps honoratur.

182. Sicut nos ergo in illo sedemus <sup>b</sup> per corporeæ communitatem naturæ, ita et ille qui per susceptionem nostræ carnis maledictum pro nobis factus est; cum maledictum utique in benedictum **B** Filium Dei non cadat: ita, inquam, et ille per obedientiam omnium erit subjectus in nobis; cum Gentilis crediderit, cum Judæus agnoverit, quem crucifixit; cum Manichæus adoraverit, quem in carne venisse non credidit; cum Arianus omnipotentem confessus fuerit, quem negavit; cum postremo in omnibus fuerit sapientia Dei, justitia, pax, charitas, resurrectio. Per sua igitur opera Christus et genera diversa virtutum erit in nobis Patri subditus; cum vitiis abdicatis, et feriente delicto, unus in omnibus Deo cœperit in uno sensu populorum omnium spiritus adherere, tunc erit Deus omnia et in omnibus (I Cor. xv, 28).

#### CAPUT XV.

*Superius disputata strictim resumit, ex unitate divine potestatis in Patre ac Filio quæcumque de Filii subjectione dicantur, ad solam referenda humanitatem scite colligens: quod præterea ex charitate, quæ eadem utriusque est, confirmat.*

183. Conclusionem igitur totius absolutionis breviter colligamus. Unitas potestatis opinionem injuriosæ subjectionis excludit: evacuatio **584** potestatum, et victoria de morte quæsita, triumphatoris utique non minuit potestatem: subjectionem operatur obedientia, obedientiam Christus assumpsit, obedientia usque ad crucem, crux ad salutem. Ergo ubi opus, ibi et auctor est operis. Cum igitur omnia Christo subjecta fuerint per obedientiam Christi, ut in nomine ejus omnes genu flectant, tunc erit ipse **D** omnia in omnibus; nunc enim, quia non omnes credunt, non videntur omnes esse subjecti. Cum omnes ergo crediderint, et Dei fecerint voluntatem, erit omnia et in omnibus Christus: cum Christus fuerit omnia et in omnibus, erit omnia et in omnibus Deus; quia Pater manet semper in Filio. Quomodo ergo infirmitatis arguitur, qui redemit infirmos?

184. Ac ne forte et illud ad infirmitatem Filii re-

<sup>a</sup> Omnes edit., inquit, quod cum mortui essetis peccatis, convivificavit vos; omnes mss., iniquis, quia, etc.

<sup>b</sup> Vet. edit., per corporeæ commune naturæ; Rom.,

Aferas, quod scriptum est quia subjecti ei Deus omnia; discite quod omnia sibi etiam ipse subjecerit; scriptum est enim: *Nostra autem conversatio in cœlis est; unde et Salvatorem expectamus Dominum Jesum, qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, conforme ut fiat corpori gloriæ suæ secundum operationem, quo possit etiam subicere sibi omnia (Phil. III, 20, 21)*. Didicisti ergo quod omnia possit sibi ipse subicere, secundum operationem utique divinitatis.

185. Discite nunc quoniam secundum carnem omnia subjecta accipiat, sicut scriptum est: *Qui operatus est in Christo, suavitans eum a mortuis, et constituens eum ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro; et omnia subjecit sub pedibus ejus (Ephes. v, 20, 21)*. Secundum carnem igitur ei omnia subjecta tradentur, secundum quam et a mortuis suscitatus est, et secundum animam humanam ac rationabilem subjectionem.

186. <sup>c</sup> Divine plerique interpretantur quod scriptum est: *Nonne Deo subjecta erit anima mea (Psalm. LXXI, 1)*? animam dixit, non divinitatem; animam, non majestatem. Et ut sciremus quod Dominus per Prophetam de susceptione naturæ est locutus humanæ, addidit: *Usquequo adjicietis super hominem (Ibid., 3)*? secundum illud quod ait in Evangelio: *Quid me queritis interficere hominem (Joan. VIII, 40)*? Et addidit: *Verumtamen pretium meum voluerunt repellere, cucurrerunt in siti, ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant (Ps. LXXI, 4)*. Judæi enim, reportante Juda pretium, recipere noluerunt (Matth. xxvii, 6), currentes in siti amentitiæ; quia spiritalis potus gratiam recusarunt.

187. Hæc est pia subjectionis interpretatio. Etenim cum Dominicæ passionis hoc munus sit, utique in quo passus est, in hoc erit subjectus in nobis. Querimus qua causa? Ut neque angeli, neque virtutes, neque altitudo, neque profundum, neque præsentia, neque futura, neque creatura alia separare nos possit a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu (Rom. viii, 38, 39). Videmus itaque ex his quæ diximus, nullam exceptam esse creaturam: sed istis, quas supra dixit, omnem, si quæ est, annumeratam esse.

**585** 188. Simul etiam illud est considerandum, quod cum in superioribus dixerit: *Quis nos separat a charitate Christi?* subter posuit: *Neque mors, neque vita, nec alia creatura separare nos poterit a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu (Ibid., 35)*. Videmus ergo eandem charitatem Dei esse, quæ Christi est. Denique non otiose posuit charitatem Dei, quæ est in Christo Jesu; ne separatam Dei et Christi intelligeres charitatem. Nihil autem est quod charitas

.... communionem naturæ; mss. aliquot, per corpus commune naturæ; reliqui nobiscum faciunt.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., Domini jure plerique.

dividat, nihil quod divinitas sempiterna non possit, nihil quod lateat veritatem, fallat justitiam, prætereat sapientiam.

### CAPUT XVI.

*Arianos a Spiritu sancto per David condemnatos, quippe qui scientiæ Christi derogare audeant. Locum ab illis ad hoc citatum suspitione corruptionis minime carere; sed ut maxime careat, distinguendam esse vocem Filius; Christo enim ut Dei Filio scientiam deesse non posse, cum sit sapientia: nec partis ullius cognitionem, cum omnia creavit. Eum qui sæcula fecerit, futurum non posse non cognoscere, et multo minus diem iudicii. Sive quid magnum sit ea cognitio, sive quid parvum, eam Filio non negandam; immo neque etiam Spiritui sancto. Denum his addit varia signa, quibus hæc scientia inesse Christo colligi potest.*

189. [Alias cap. VII.] Unde execrabiles eos qui ista commemorant, et a Spiritu sancto esse damnatos scire debemus. Quos enim alios, nisi specialiter Arianos Propheta condemnat, qui dicunt quod Dei Filius nesciat tempora et annos? Non enim est aliquid quod ignoret Deus: est autem Deus Christus, et altissimus Christus; ipse est enim super omnia Deus.

190. Videte quemadmodum sanctus David hujusmodi homines qui Dei Filio scientiam derogent, perhorrescat; sic enim habes: *In laboribus hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur; ideo obtinuit eos superbia eorum; cooperti sunt iniquitate et impietate sua: prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, pertransierunt in dispositionem cordis (Psal. lxxii, 5 et seq.).* Utique eos condemnat qui ex dispositione cordis æstimanda quæ divina sunt, arbitrantur: nam Deus nec dispositioni est <sup>a</sup> subjectus, nec ordini; quando etiam ipsa quæ sunt in usu hominum, et <sup>b</sup> successione generis humani, non semper aliqua solemnibus dispositione rationis, sed plerumque secretis latentibusque decursa mysteriis, evenire cernamus.

191. *Cogitaverunt, inquit, et locuti sunt nequitiam, iniquitatem in Excelsum locuti sunt, posuerunt in cælum os suum (Ibid., 8).* Videmus itaque quod impii sacrilegii reos damnet, qui ex similitudine **586** humanæ naturæ, dispositionem sibi arrogant cœlestis arcani.

192. Et dixerunt: *Quomodo scivit Deus? et si est scientia omnis in Altissimo (Ibid., 11)?* Nonne hæc

<sup>a</sup> Mss. nonnulli, *subjectus, nec cordi.*

<sup>b</sup> Ita vet. edit. ac plures mss.; at Rom. edit. cum aliis, *successione fruuntur humana.*

<sup>c</sup> Quædam edit., *nisi quæ didicerit.*

<sup>d</sup> Hilarius cap. 26 in Matth. *De fine, inquit, temporum curam sollicitudinis nostræ ademit, diem illum dicens nemini esse cognitum, et non solum angelis, sed etiam sibi ignoratum.* At licet ita disserat in Matthæum, hinc tamen minime probatur eum hæc verba, *nec Filius*, legisse apud eundem evangelistam, cum ita ratiocinari potuerit ex aliis istis, *nisi solus Pater*; vel certe alludere ad locum Marci, ubi exhibentur. Verumtamen nec apud hunc eadem legisse videtur Ambrosius; alioqui enim hæreticis expedita fuisset responsio hæc ipsa in Marci Evan-

quotidie perstrepunt Ariani, scientiam omnem in Christo esse non posse? Quia ipse, inquit, dei et horæ se professus est esse ignarum. Nonne dicunt: Quomodo scivit, qui eum non potuisse scire commemorant, nisi quæ audierit, et viderit: et ea quæ spectant ad divinæ unitatem naturæ ad infirmitatem sacrilega interpretatione derivant?

193. Scriptum est, inquit: *De die autem illo et hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nec Filius, nisi solus Pater (Marc. xiii, 32).* Primum <sup>d</sup> veteres non habent codices Græci quia nec Filius scit: sed non mirum si et hoc falsarunt, qui Scripturas interpolare divinas. Qua ratione autem videatur adjectum, proditur, dum ad interpretationem tanti sacrilegii derivatur.

**B** 194. Pone tamen ab evangelistis scriptum. Medium utique nomen est Filii: nam et Filius hominis dicitur; ut secundum <sup>e</sup> imprudenciam assumptionis nostræ diem futuri iudicii nescisse videatur. Quomodo enim nesciret diem Dei Filius, cum in ipso sint thesauri sapientiæ et scientiæ Dei absconditi (Coloss. ii, 5)?

195. Quæro autem utrum ex substantia, an ex accidenti habuerit scientiam; omnis enim scientia aut ex natura, aut ex disciplina est: ex natura suppetit, ut equo currere, pisci natate; hæc enim faciunt antequam discant: ex disciplina rursus suppetit natate homini; nam nisi didicerit, scire non poterit. Cum ergo mutis animantibus suppetat ex natura facere et scire quæ non didicerint, quid censes de Dei Filio, utrum ex institutione, an ex natura habeat scientiam? Si ex institutione: ergo non est natus sapientia, et ex processu cœpit esse perfectus, nec erat semper. Quod si naturalem scientiam habet, utique perfectus in principio erat, perfectus ex Patre processit; et ideo præscientia non eguit futurorum.

**C** 196. Non ergo nescivit diem; neque enim sapientiæ Dei est ex parte scire, et ex parte nescire. Nam quomodo potest nescire partem, qui fecit omnia; cum minus sit scire, quam facere? Multa enim scimus, quæ facere non possumus: nec eodem modo omnes scimus, sed ex parte cognoscimus. Novit enim ventorum vim, stellarumque cursus aliter rusticus, aliter civitatis incola, aliter gubernator. Etsi non omnes norunt omnia, tamen nosse dicuntur: solus autem plene novit ille, qui fecit omnia. Novit

gelio exstare. Hieronymus quoque idem quodammodo indicat in eundem vers. 36 cap. xxiv Matth. cum ex eo quod memorata verba non reperiantur in Græcis et maxime in Adamantii et Pierii exemplaribus, argumentum elicit adversus Arium atque Eunomium: quibus utique ut hujus rationis vim eliderent, sufficiebat, si apud Marcum eadem verba haberentur. Quod autem Erasmus in eundem Matthæi locum autumat has ipsas voces e textu Matthæi sublatas fuisse, cum a Marco ejusdem Matthæi brevitate referantur; is merito reprehenditur a Grotio in eum locum, easdem potius ex Marco in Matthæum a librariis translatas affirmante. Sed ipsum consulere lectori licet.

<sup>e</sup> Rom. edit. solè, *imprudenciæ assumptionem nostræ.*

gubernator quota vigilia procedat <sup>a</sup> Arcturus, **587** A quales ortus exploret Orionis; non tamen <sup>b</sup> colligationes Vergiliarum, cæterarumque stellarum aut numerum novit, aut nomina, sicut ille, *Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus his nomina vocat* (Ps. cxlvi, 4) : quem utique non fallit operis sui virtus.

197. Quomodo enim vultis hæc fecisse Dei Filium? Nimquid quasi <sup>c</sup> annulum, qui non sentit quod exprimit? Sed omnia <sup>d</sup> in sapientia Pater fecit (Psal. ciii, 24), id est, omnia per Filium fecit, qui est virtus Dei et sapientia (1 Cor. i, 24) : sapientiæ autem id convenit, ut suorum operum et virtutes norit et causas. Et ideo non potuit creator omnium ignorare quod fecit, nescire quod ipse donavit : novit ergo diem quem fecit.

198. Sed dicis, quia præsentem novit, nescit futurum. Licet inepta sit propositio, tamen ut de Scripturis satisfaciam tibi, discere quia non solum præterita fecit, sed etiam quæ futura sunt, sicut scriptum est : *Qui fecit quæ adventura sunt* (Esai. xlv, 11). Et alibi ait Scriptura : *Per quem et facta sunt sæcula, splendor est gloriæ, et character substantiæ ejus* (Hebr. i, 2, 3). Sæcula enim et præterita et præsentia et futura sunt. Quomodo ergo facta sunt quæ futura sunt; nisi quia operatoria virtus et scientia comprehendit numerum omnium sæculorum? Sicut enim vocat quæ non sunt, tamquam quæ sunt (Rom. iv, 17) : sic et fecit quæ futura sunt, tamquam quæ sint; <sup>e</sup> quia non contingit ut non sint, sed necessario sunt futura, quæ esse præcepit. Ergo qui fecit quæ futura sunt, eo genere quo sunt futura cognovit.

199. Si hoc de sæculis, multo magis de iudicii credendum est die; eo quod cognitionem ejus habeat Dei Filius tamquam a se jam factæ; quia scriptum est : *Dispositione tua <sup>f</sup> permanebit dies* (Psal. cxviii, 91). Nec solum permanet dixit, sed etiam *permanebit*; ut ejus dispositione quæ ventura sunt, gubernentur. Quæ dispositio ergo, non novit? *Qui plantavit aurem, non audit? qui finxit oculum, non considerat* (Psal. cxiii, 9)?

200. Videamus tamen ne quid forte magnum sit, quod creatorem suum potuerit præterire; et tamen eligant utrum quasi magnum aliquid et præstantius putent esse quam cætera : an quasi minimum atque abjectum? Si minimum atque abjectum, non est inju-

ria, ut nostro usu loquar, vilia et exigua nescire; nam cum potentiæ sit scire quæ maxima sunt, despexisse magis videtur degeneris operis vilitatem. Fastidio igitur absolutus est, non potestate fraudatus.

201. Quod si magnum et summum arbitrantur scire iudicii diem, dicant quid Deo Patre majus aut melius sit. Patrem igitur Deum novit, ut ipse ait : *Nemo novit Patrem nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare* (Matth. xi, 27). Patrem, inquam, novit et diem nescit? Sic ergo creditis **588** quia Patrem revelat, et diem non potest revelare?

202. Deinde quia gradus quosdam facitis; ut Patrem Filio, Filium Spiritui præferatis; dicite mihi utrum Spiritus sanctus noverit iudicii diem; nihil enim de eo scriptum est hoc loco. Negatis profecto.

**B** Quid si doceo quod noverit? Lectum est enim : *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum; Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei* (1 Cor. ii, 10). Utique quia alta Dei scrutatur, cum Deus noverit iudicii diem, etiam Spiritus novit. Novit enim omnia quæ Deus novit, sicut Apostolus declarat dicens : *Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic et quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei* (Ibid., 11). Videte igitur, <sup>g</sup> ne aut negando Spiritum sanctum scire, negetis et Patrem scire; quia quæ Dei sunt, cognovit et Dei Spiritus : quæ autem non cognovit Spiritus Dei, utique Dei non sunt : aut confitendo quia Spiritus Dei novit, quod negatis Filium scire, contra vestram assertionem Spiritum Filio præferatis. Verum non **C** solum sacrilega ista, sed etiam inepta dubitatio.

203. Nunc consideremus quibus modis scientia colligatur, et ostendamus ipsum Filium demonstrasse quod et diem sciret. Quod enim scimus, aut tempore, aut loco, aut signis, aut personis declaramus, aut ordine. Quomodo igitur nescivit iudicii diem, qui et horam iudicii, et locum, et signa expressit et causas.

204. Denique sic habes : *In illa hora qui fuerit in tecto, non descendat tollere vasa de domo sua; et qui in agro, similiter non redeat retro* (Luc. xvii, 31). Eousque igitur futurorum norat periculorum eventus, ut etiam præsidia periclitantibus demonstraret.

205. An poterat Dominus diem ignorare, qui ipse de se dixit quia Filius hominis <sup>h</sup> Dominus est sabbati (Matth. xii, 8)?

<sup>a</sup> Arcturus, qui et Bootes et Arctophylax vocatur, constellatio septentrionalis, primum atque ultimum nomen hinc adeptus est, quod retro et quasi ad caudam Ursæ positus sit, quemadmodum etiam Bootes dicitur quod sequi ac regere plaustrum cæleste videatur. Orion a multitudine aquarum nomen obtinuit, quod oriatur hiemali tempore, et pluvias tempestatesque cære existimetur. Postremo Vergiliæ a Latinis idcirco, quod vere ortum suum habeant, fuerunt nominatæ; sicut et a Græcis Pleiades, quod plures simul appareant; unde Ambrosius noster nominat *colligationes*, sive, ut in mss. quibusdam legitur, *collegiationes Vergiliarum*.

<sup>b</sup> Pauci mss., *collegiationes Vergiliarum*.

<sup>c</sup> Annulum signatorium intellige, qui expressam sui in ceris relinquit imaginem.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *in sapientia perfecit, id est, etc.*

<sup>e</sup> Colb. unus, *non quia contigerit ut jam sint, sed quia*; minime male.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, *permanet dies. Nec solum permanet, sed etiam permanebit* (dixit autem : *Permanet, quia prophetis etiam futura præsto sunt in spiritu*) *ut ejus, etc.* Sed manifestum est hujusmodi interpolatione Ambrosianum corrumpi sententiam, ac S. Doctorem scripsisse, *permanebit dies*; quamvis ipsemet in psal. cxviii communem secutus fuerit lectionem.

<sup>g</sup> Ita mss. plures ac probatiores : alii vero et cum eis Gill. ac Rom. edit., *ne negando .... et Patrem scire. Quæ Dei sunt.... Dei non sunt. Confitendo igitur quæ Spiritus.... Spiritum Filio præferatis*. Minus concinne. Porro apud Amerb. et Eras. lacuna est ab initio hujus num. usque ad locum de quo agimus.

<sup>h</sup> Ne cui videatur obscurum quod Ambrosius dicit

206. Locum quo sic etiam alibi designavit, cum a sibi structuras templi ostendentibus discipulis, diceret: *Videte hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruat* (*Matth. xxiv, 2*).

207. De signo quoque interrogatus ab Apostolis respondit: *Videte ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum Christus* (*Luc. xxi, 8*); et infra: *Terræ motus, inquit, magni erunt per loca singula, et fames, et pestilentia, terroresque de cælo, et signa magna erunt* (*Ibid., 11*). Itaque et personas expressit et signa.

208. Quo autem modo, vel circumdaturus exercitus Jerusalem dicat, vel implenda tempora gentium, et quo ordine, Evangelicæ utique lectionis attestatio reseratur. Scivit ergo omnia.

### 500 CAPUT XVII.

*Quod Christus diem iudicii revelare noluerit, in hoc nostræ utilitati consultum esse. Illud autem Domini sententia declaratur; nec non et Pauli loco plane simili. Urgentibus vero cur ita responderit discipulis ac si nescisset, alii loci quibus Patri eadem tribui videtur ignoratio, opponuntur: ex quibus si ignorantiam impotentiamve in Patre illi admittant, hinc in Filio eandem quæ in Patre substantiam admittendam esse contra ipsos arguit Ambrosius; nisi tamen malint mendacii accusare Filium; cum neque in hunc neque in Patrem cadat fallere, sed memoratis locis utriusque unius designetur.*

209. Sed quærimus qua ratione designare momenta noluerit (*Luc. xix, 43*). Si quæramus, non ignorantiam inveniemus esse, sed sapientiam. Nobis enim scire non proderat; ut dum certa futuri iudicii momenta nescimus, semper tamquam in excubiis constituti, et in quadam virtutis specula collocati, peccandi consuetudinem declinemus; ne nos inter vitia dies Domini deprehendat. Non enim prodest scire, sed metuere quod futurum est; scriptum est enim: *Noli alta sapere, sed time* (*Rom. xi, 20*).

216. Nam si diem designasset expresse, uni ætati hominum quæ proxima erat iudicio, videretur disciplinam præscripsisse vivendi; superioris temporis aut justus esset remissior, aut peccator securior. Namque adulter nisi quotidianam pœnam metuat, non potest ab adulterandi cupiditate desinere: nec latro obsessorum saltuum secreta deserere, nisi sciat sibi momentis omnibus imminere supplicium. Plerumque enim quibus incentivum est impunitas, timor tædio est.

211. Ideo ergo dixi quia scire non proderat, immo proderat ignorare; ut ignorantes timeremus, ut observantes emendaremur, sicut ipse dixit: *Estote parati, quia nescitis qua hora Filius hominis venturus est* (*Matth. xxiv, 44*). Namque miles nisi bellum in

iudicii Christo cognitum fuisse exinde probet, quia Dominus est etiam sabbati; advertendum hanc mentem esse Doctoris nostri, Christum scilicet ea quorum fuerit ipse Dominus, ignorare haud quaquam posse: eum autem diei iudicii dominum esse ex eo doceri, quod sit Dominus etiam sabbati, qui dies et aliorum omnium præstantissimus, et resurrectionis,

manibus esse cognoscat, prætereundum non novit in castris.

212. Unde alibi quoque ipse Dominus interrogatus ab apostolis, inquam, qui utique non sicut Arius intelligebant, sed Filium Dei futura scire credebant; nam nisi hoc credidissent, numquam interrogassent: interrogatus ergo quando restitueret regnum Israel, non se nescire dixit, sed ait: *Non est vestrum scire tempora et annos, quæ Pater posuit in sua potestate* (*Act. i, 7*). Attende quid dixerit: *Non est vestrum scire*. Lege iterum: *Non est vestrum*. Vestrum dixit, non meum; jam enim non secundum perfectionem, sed secundum profectum humani corporis ac nostræ animæ loquebatur. Vestrum ergo dixit, non meum.

213. Quod et Apostolus secutus: *De temporibus autem et momentis, fratres, non habetis, inquit, opus ut vobis scribamus* (*I Thess. v, 1*). Itaque ne Apostolus quidem ipse Christi servus dixit se nescire momenta, sed non opus esse doceri populum 590 qui semper spiritalibus munimentis esse debet armatus; ut virtus Christi in unoquoque prætendat. Cum autem dicit Dominus: *De temporibus quæ Pater posuit in sua potestate*, utique non potest exorsus esse scientiæ paternæ, cujus nequaquam exorsus est potestatis; cum potestas ex sapientia et virtute figuratur, quod utrumque Christus est.

214. Sed quæritis qua causa non ita discipulis negaverit, quasi sciret et nollet dicere: sed neque Angelos, neque Filium scire memoraverit (*Marc. xiii, 32*)? Interrogabo vos et ego, qua causa in Genesi Deus dicat: *Descendam itaque, ut videam secundum clamorem illorum venientem ad me, si consummabuntur: sin autem, ut sciam* (*Gen. xviii, 21*)? Qua causa etiam Scriptura de Domino dicat: *Et descendit Dominus videre civitatem et turrin, quam ædificarent filii hominum* (*Gen. xi, 5*)? Qua causa etiam dicat Propheta in Psalterio: *Dominus respexit super filios hominum, si est intelligens, aut requirens Deum* (*Psal. lii, 3*); quasi et illic si non descenderet Deus, et hic si non prospiceret Dominus, aut opera hominum ignoraret aut merita?

215. Sed etiam in Evangelio habes secundum Lucam, quia Pater dicit: *Quid faciam? Mittam Filium meum dilectissimum, forsitan hunc verebuntur* (*Luc. xx, 13*). Secundum Matthæum, autem, et secundum Marcum habes: *Quoniam misit unicum Filium suum, dicens: Verebuntur Filium meum* (*Matth. xxi, 37; Marc. xii, 6*). In uno libro dicit: *Forsitan verebuntur*, et quasi nesciens dubitat; nam hic sermo dubitantis est: in duobus autem aliis libris: *Verebuntur*, inquit, *Filium meum*; hoc est, confirmat reverentiam deferendam.

216. Sed neque dubitare Dei est, neque falli; dum idem Ambrosius sæpius tradit, figura est. Quæ vero de destruendis Hierosolymis subjiciuntur, spiritaliter intelligenda noscas et lib. x in Lucam, num. 15 et sequentibus.

\* Vet. edit., *adulterandi cupiditatem desinere*; Rom.,... *relinquere*: mss. vero ut in contextu.



bitat enim, qui ignorat quod futurum est : fallitur A autem, qui aliud prædixit, et aliud est secutum. Quid autem evidentius, quam quod Scriptura habet aliud Patrem dixisse de Filio, et aliud accidisse eadem Scriptura testatur? Ille dixit : *Verebuntur Filium meum* : Filius autem vapulavit, illusus est, crucifixus est, mortuus est (*Math. xvii, 20 et seq.*) ; multoque illis servis qui prius fuerant destinati, graviora secundum carnem passus est. Fefellit igitur Pater, an ignoravit, vel subvenire non potuit? Sed verus nescit fallere ; scriptum est enim : *Fidelis Deus qui non mentitur* (*Tit. i, 2*). Quomodo autem ignoravit, qui novit omnia (*Dan. xiii, 42*)? Aut quid non potuit, qui omnia potest?

217. Tamen si aut ignoravit, aut non potuit (facilius enim acquiescitis, ut dicatis Patrem ignorasse, B quam consteaminis Filium scisse), videtis quia ex hoc ipso unius substantiæ est Filius cum Patre; si quemadmodum Pater, ita et Filius, ut secundum vestram insipientiam loquar, aut non omnia novit, aut non omnia potest. Non sum enim avarus aut præceps circa Filii laudes, ut plus audeam dicere Filium posse quam Patrem, qui nullam inter Patrem et Filium discretionem facio potestatis.

218. Sed fortasse dicatis, non ita dixisse Patrem, sed de Patre Filium fefellisse. Jam ergo 591 non solum infirmitatis Filium, sed etiam sacrilegii et mendacii arguitis. Verumtamen si non creditis de Patre Filio, nec de eo credatis; si enim fallere nos voluit, quia dixit dubitasse Patrem, quasi nesciret quod esset futurum : fallere ergo etiam de se nos C voluit, quia futura nescire se dixit; multoque tolerabilius ad pudorem, si ignorantiam ante præterdit, quod de se facit, quam si contrario promissis lusum videatur effectum, quod de Patre prædicavit.

219. Sed neque fallitur Pater, neque fallit Filius : verum ea est in Scripturis consuetudo divinis, sicut et superiora, et multa alia exempla testantur, ut Deus dissimulet se nescire quod novit. Et in hoc ergo unitas divinitatis, et unitas dispositionis in Patre probatur et Filio, si quemadmodum Deus Pater cognita dissimulat, ita Filius etiam in hoc imago Dei, quæ sibi sunt nota dissimulet.

#### CAPUT XVIII.

*Dominici ad apostolos responsi causam allaturus, primo*

<sup>a</sup> Omnes edit. et pauci mss., *ex hoc ipso quod unius substantiæ est Filius cum Patre, sic quemadmodum, etc.*; reliqui mss. nobiscum faciunt. Et recte quidem; non enim supponebant adversarii Filium cum Patre unius esse substantiæ, ut hinc adversus eos argueret Filium perinde ac Patrem aut non omnia novisse, aut non omnia potuisse; sed a converso exinde quod illi eundem scientiæ ac potentiæ defectum in Patre admittent, quem contendebant esse in Filio, hinc sequi affirmat unam ac eandem utrique inesse substantiam.

<sup>b</sup> Quædam edit., *contrario promissus lusus.*

<sup>c</sup> Mss. duo, *et unitas dispensationis; unius disputationis.*

<sup>d</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot. *Non est vestrum scire: cæteri mss., non enim est nostrum scire.* Multo concinuius; est quippe ratio superioris illius, *nostrum informat, affectum, ut quasi, etc.* Illam porro quo-

*illud indulgentiæ Christi acceptum refert, mox alia quorundam ratione proposita, germanam hanc esse proficitur, quod idem Dominus ex humano affectu locutus fuerit. Inde colligit scientiam Patris ac Filii æqualem esse; atque adeo non minorem Patre Filium. Postea ubi textui quo dicitur minor, alium quo æqualis traditur, opposuit; Arianorum de Filio iudicantium temeritatem castigat, et cum illum impie minorem astruerent, ipsum pie lapidem abs se dici ostendit.*

220. Edoctum est igitur non ignorasse Dei Filium quæ futura sunt. Quod si fatentur, et ego, ut jam respondeam qua ratione neque angelos, neque Filium, sed Patrem scire memoravit (*Marc. xiii, 32*), solemnem ejus in discipulos charitatem etiam in hoc loco et gratiam recognosco, quod ex frequentia ipsa debet omnibus esse jam cognitum. Mavult enim Dominus nimio in discipulos amore propensus, petentibus his quæ cognitu inutilia iudicaret, videri ignorare quod noverat, quam negare; plusque amat nostram utilitatem instruere, quam suam potentiam demonstrare.

221. Sunt tamen plerique non ita timidiores, ut ego; malo enim alta timere, quam sapere: sunt tamen plerique eo freii, quod scriptum est: *Et Jesus proficiebat ætate et sapientia et gratia apud Deum et homines* (*Luc. ii, 52*), qui dicant confidenter quod secundum divinitatem quidem ea quæ futura sunt, ignorare non potuit, sed secundum nostræ conditionis assumptionem ignorare se quasi Filium hominis ante crucem dixit. Etenim cum Filium dicit, non quasi de alio dicit; nam ipse est et Dominus noster Dei Filius, et Filius Virginis: sed medio verbo nostrum informat affectum, ut quasi hominis filius secundum susceptionem nostræ imprudentiæ, vel profectus, non 592 plene adhuc scisse omnia crederetur; non enim est nostrum scire quæ futura sunt. Eadem igitur videtur ignorare conditione, qua proficit: nam quomodo secundum divinitatem proficit, in quo habitat plenitudo divinitatis (*Coloss. ii, 9*)? Aut quid est quod nesciat Dei Filius qui dicebat: *Quid cogitatis mala in cordibus vestris* (*Math. ix, 4*)? Quomodo nesciat, de quo dicit Scriptura: *Jesus autem norat cogitationes eorum* (*Luc. vi, 8*)?

222. Hæc tamen alii dicant: ego autem ut ad supe-

rumdam opinionem qua Christum tempore suæ missionis secundum naturam humanam de facto nonnulla ignorasse, ac vere scientia profecisse affirmabant, ut in fide quodammodo periculosam, sibi non probari declarat Ambrosius. Quapropter qui eandem vulgo sequuntur heterodoxi, quin sanctum Doctorem hac parte contrarium habeant, negare non possunt. Neque vero timendum fuerit, ne illa dissimulatio quam admittit, videatur conjuncta mendacio. Etenim præterquam quod attemptabat se iis quos alloquebatur, quibus debita non erat ista cognitio; ipsemet ut homo loquebatur, id est, ut præditus anima rationali, cui naturaliter minime competebat futura cognoscere, licet eadem ex Verbi unionem non ignoraret. Quo sensu etiam interpretari possis Athan. Orat. 4 cont. Arian., Hilari. lib. ix de Trinit., Basil. epist. 391, et Gregor. Nazian. Orat. 36, et alios.

riora redeam, qui proposuerim scriptum quia Pater dixit: *Fortasse revereantur Filium meum* (Luc. xx, 13); quod utique ideo arbitror positum; ut quia de hominibus loquebatur Pater, humano locutus videatur affectu: multo magis arbitror quia Filius qui cum hominibus conversatus est, et hominem egit, et carnem suscepit, nostrum assumpsit affectum; ut nostra ignoratione nescire se diceret, non quia aliquid ipse nesciret. Nam etsi homo in veritate corporis videbatur; erat tamen vita, erat lux, et virtus exibat de eo, quæ vulnera sauciorum majestatis suæ auctoritate sanabat (Luc. vi, 19).

223. Advertitis ergo quæstionem vobis esse sublatam, cum et Filii dictum ad susceptionem integræ conditionis referatur humanæ, et de Patre ideo scriptum sit, ut vel sic calumniari Filio desinatis.

224. Nihil ergo fuit quod ignoraverit Dei Filius; nihil enim fuit quod ignoraverit Pater. Quod si nihil et Filius ignoravit, ut jam concludamus, dicant in quo eum minorem velint videri. Si minorem generavit Deus Filium, minus contulit; si minus contulit, aut minus voluit, aut minus potuit: sed nec infirmus nec invidus Pater; quia nec voluntas ante Filium, nec potestas: in quo enim minor, qui omnia habet quæ Pater habet (Joan. xvi, 15)? Nam et omnia a Patre jure generationis accepit, et totum Patrem gloria suæ majestatis expressit.

225. Scriptum est, inquiunt: *Quoniam Pater major me est* (Joan. xiv, 28). Sed scriptum est: *Non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo* (Philip. ii, 6). Scriptum est quod propterea volebant illum Judæi occidere, quia Filium se dicebat Dei, æqualem se faciens Deo (Joan. v, 18). Scriptum est: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. x, 30). Unum legunt, multa non legunt. Numquid ergo et minor et æqualis per naturam eandem potest esse? Sed aliud ad divinitatem refertur, aliud ad carnem.

226. Minorem dicunt: quæro quis mensus sit, quis tam exaltati cordis, qui velut ante tribunal suum Patrem Deum et Filium constituat; ut de prælatione dijudicet? *Non est exaltatum cor meum, neque in vanum elati sunt oculi mei*, David dicit (Psal. cxxx, 4). Rex David exaltare cor metu in rebus humanis, nos exaltamus adversus divina secreta. Quis igitur judicat de Dei Filio? Throni, Dominationes, Angeli, Potestates? Sed famulantur **593** et serviunt Archangelis, sed ministrant Cherubim et Seraphim, sed laudant. Quis igitur judicat de Dei Filio, cum legerit quia ipse Pater noverit Filium, non judicet; *Nemo enim novit Filium, nisi Pater* (Matth. xi, 27). *Novit*, inquit, non judicat. Aliud est nosse, aliud judicare. Habet Pater in se scientiam, Filius supra se non habet potestatem. Et rursus: *Nemo novit Patrem, nisi Filius*; et ipse novit Patrem, sicut eum Pater novit.

227. Sed dicis quia minorem se dixit (Joan. xiv, 28): dixit et lapidem. Plus dicis, et impie calumnia-

<sup>a</sup> Vet. edit., *Non Arius Deum*; Rom. cum mss. aliquot sustulit negationem, quod et sequimur. Non-

Aris: minus dico, et pie astruo. Minorem dicis, et supra angelos confiteris: ego minorem angelis dico, et non derogo; quia non divinitatem arguo, sed misericordiam prædico.

#### CAPUT XIX.

*Conversus ad Deum Patrem Vir sanctus, cur Filium eo minorem non statuat, exponit: tum asserit sum non esse ut metiatur Dei Filium; cum angelo metiri tantum Jerusalem datum fuerit, immo et forte Christo ut homini: sed Arium Satanæ imitatorum se præbuisse. Temere igitur de divina generatione disputari; cum tantum humanæ signum per Esaiam sit propositum; nec debeat comparatio fieri in divinis. Postremo quantum fugienda sit Arii arrogantia, variorum Scripturæ exemplorum oppositione demonstrat.*

228. Ad te nunc, omnipotens Pater, cum lacrymis verba converto. Ego te quidem inaccessibleem, incomprehensibilem, inæstimabilem prompte dixerim: sed Filium tuum minorem non ausim dicere. Nam cum illum splendorem gloriæ, et imaginem substantiæ tuæ legerim (Hebr. i, 3); vereor ne minorem imaginem tuæ dicendo substantiæ, minorem substantiam tuam dicere videar, cujus imago sit Filius, cum plenitudo tuæ divinitatis omnis in Filio sit. Immensum te Filiumque tuum et Spiritum sanctum, incircumscriptum, inæstimabilem, inenarrabilem legi frequenter, credo libenter. Et ideo æstimare non possum, ut examinare possim.

229. Esto tamen, spiritu ausuque temerario metiri te velim; unde, quæso, te metiar? Funiculum agrimensorium vidit propheta (Ezech. xl, 3), quo metiebatur angelus Jerusalem. Metiebatur tamen angelus, non Arius: metiebatur Jerusalem, non Deum. Et fortasse nec Jerusalem metiri poterat angelus; vir enim erat. Denique sic habes: *Et allevavi oculos, et vidi: et ecce vir, et in manu ejus funiculus agrimensorius* (Ibid.). Vir erat quia typus suscipiendi corporis declarabatur. Vir erat ille, de quo est dictum: *Post me venit vir, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus* (Joan. i, 27). Ergo Christus in typo Jerusalem metitur, <sup>a</sup> Arius Deum.

230. Et Satanæ transfiguratur se in angelum lucis; quid mirum si Arius suum imitatur auctorem, ut usurpet illicita (II Cor. xi, 14)? Licet quod Pater suus diabolus per semetipsum non fecit, intolerabiliore **594** iste sacrilegio divinorum sibi scientiam secretorum, et supernæ generationis arcana præsumat; diabolus enim verum Dei Filium fatebatur, Arius negat.

231. Si ergo metiri te, omnipotens Pater, non queo, possumne sine sacrilegio de tuæ generationis disputare secreto? Possumne dicere quod aliquid inter te et Filium tuum plus minusve sit; cum ipse qui ex te natus est, dixerit: *Omnia quæ Pater habet mea sunt* (Joan. xvi, 15)? Quis me constituit judicem aut nulli tamen alii inss. negationem habent; sed vocem Deum non agnoscunt, haud malo sensu.

divisorem de rebus humanis? Hoc Filius dicit, et nos inter Patrem et Filium divisionem nobis et iudicium vindicamus? Bona pietas arbitros refugit etiam in divisione patrimonii. Nos ergo erimus arbitri, ut inter te et Filium tuum <sup>a</sup> increatæ majestatem substantiæ dividamus?

232. *Generatio*, inquit, *hæc, generatio nequam est: signum quærit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ (Luc. xi, 29)*. Signum utique datur non divinitatis, sed incarnationis. Denique de incarnatione dicturus ait: *Pete tibi signum*. Et cum ille dixisset: *Non petam, neque tentabo Dominum*, responsum est: *Ecce virgo in utero accipiet (Esai. vii, 11 et seq.)*. Ergo signum divinitatis videre non possumus, mensuram quærimus? Væ misero mihi, impie discutere audemus, quem digne rogare non possumus?

233. <sup>b</sup> Viderint tamen quid faciant Ariani: ego te, Pater, si majorem omnibus dixero, injuriose te tuis operibus comparavi: si majorem Filio, ut Arius asserit, impie judicavi. De te prior erit illa sententia, nam neque ulla fieri potest nisi ex comparatione prælatio, neque præferri quisquam, nisi de quo prius fuerit judicatum.

234. Jurare nobis per cælum non licet (*Matth. v, 3*), <sup>c</sup> judicare de Deo licet: sed Filio tuo soli iudicium de omnibus detulisti.

235. Joannes carni Domini baptizare metuebat, Joannes prohibebat dicens: *Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me (Matth. iii, 14)*; et ego Christum iudicio meo subdam?

235. <sup>d</sup> Moyses excusat sacerdotium, Petrus im-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *increatæ majestatis substantiam*.

<sup>b</sup> Ita Rom. cum parte mss. vet. autem edit. cum aliis cod. scriptis, *Videro tamen....., de te prius erit, etc.*

<sup>c</sup> Omnes edit., *judicare de Dei Filio*: mss. contra prope ad unum, *judicare de Deo*.

A peratum in ministerio declinat obsequium: Arius scrutatur etiam alta Dei? Sed non Arius Spiritus sanctus: sed Ario et hominibus dictum est: *Altiore te ne quæsieris (Eccl. iii, 22)*.

236. Moyses vultum Domini prohibetur videre (*Exod. xxxiii, 23*): Arius meruit videre secretum. Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus, Moyses qui cum Domino apparet in gloria; Moyses ergo ille posteriora tantummodo Dei in typo vidit: Arius totum Deum facie ad faciem comprehendit. *Sed nemo, inquit, videre potest faciem meam, et vivit (Exod. xxxiii, 20)*.

237. Paulus etiam de inferioribus dicit: *Ex parte cognoscimus et ex parte etiam prophetamus (I Cor. xiii, 9)*. Arius dicit: *Ex toto Deum, non ex parte cognovi*. B Inferior ergo Paulus, quam Arius; et vas electionis ex parte scit, vas perditionis totum scit: *Scio, inquit, hominem, sive in corpore, 595 sive extra corpus nescio, Deus scit, quoniam raptus est in paradysum, et audivit verba ineffabilia (II Cor. xii, 4, 5)*. Paulus raptus usque ad tertium cælum, se ipsum nescivit: Arius in stercore volutatus Deum scivit. Paulus dicit de se ipso: *Deus scit*; Arius de Deo dicit: *Ego novi*.

238. Sed non Arius raptus in cælum, quamvis 596 eum secutus sit, qui jactatione damnabili divina præsumeret, dicens: *Ponam thronum meum super nubes, et ero similis Altissimo (Esai. xiv, 14)*; sicut enim ille dixit: *Ero similis Altissimo*: sic et Arius altissimum Dei Filium sui similem vult videri: quem non in divinitatis æternæ majestate veneratur, C sed ex carnis infirmitate metitur.

<sup>d</sup> Vet. edit., *Moyses excusat*; Rom. edit., *se excusat, Petrus, etc.*; mss. autem nonnulli, *Moyses se excusat sacerdotio, Petrus, etc.*; plures ac potiores ut nos in textu. Infra vero ubi omnes edit. ac plures mss. exhibent in *ministerio*, quidam alii cod. præferunt, in *mysterio*.

## IN LIBROS DE SPIRITU SANCTO ADMONITIO.

Gratianus Augustus, cum primos duos libros *de Fide* ab Ambrosio per litteras peteret, eum etiam, ut in Admonitione ad illud Opus observavimus (*Sup. pag. 459*), rogaverat, ne de Spiritus sancti divinitate commentationem quoque scribere gravaretur. Tam piæ Cæsaris voluntati morem non gerere sancto Præsuli non licebat; moram tantum postulaverat (*Epist. ad Gratian.*), ut destinatam disputationem magis serio meditaretur. Illam igitur in tres libros abs se divisam, suprema manu imposita, quamprimum misit ad imperatorem.

Primo libro præmittit exordium (*Prolog. n. 1 et seq.*) quo Gedeonem non tantum Christi figuram, liberato suo populo, præ se tulisse, verum etiam ingenti illo prodigio roris modo in vellus, modo in aream decidentis, effusionem sancti Spiritus a Judæis ad Christianos quandoque transferendam, et cujus opera novissime tot hominum millia in Ecclesiæ gremium revocati essent, expressisse pulchre demonstrat (*Ibid., num. 5, 17*). Hinc argumentum suum aggressus, supra conditarum rerum ordinem, ac vere Deum esse Spiritum sanctum probat (*Cap. 1, 3*) ex eo potissimum, quod in Evangelio *peccatum in Spiritum* negatur in hoc futurove sæculo remittendum. Addit eundem in sacris codicibus appellari Dei Spiritum, locutum esse per prophetas atque apostolos, infinitamque ipsius bonitatem juxta in sanctificatione creaturarum innotescere, ac in sui effusione per omnes locos atque homines simul didita, immensitatem, immutabilitatem, æternitatem (*Cap. 4, 10*). Et hoc mystici unguenti, de quo Scriptura loquitur, expositione confirmato,

substantialem ejus cum alijs duabus personis unitatem aperit (*Cap. 11*); cui unitati missionem adversari omnino negat (*Cap. 12*); cum inter divinas omnes personas unitas intercedat pacis gratiæ, charitatis, ac cæterarum dotum et qualitatum (*Cap. 13 et seq.*).

In ipso libri secundi exordio, proposita non multis verbis Samsonis historia, docet (*Prolog.*) prospere illum dum Spiritus sanctus ei adfuit, semper egisse: improspere autem, ubi primum eodem præsidio destitutus est. Postea declarato ipsam hanc Spiritus sancti virtutem eandem esse quæ Patris et Filii, nec diversum ipsius atque illorum consilium; astruit nostram omnium vitam non magis in hoc esse positam, ut illos cognoscamus, quam ut ipsum, cujus operatione perinde atque amborum vivificamur (*Cap. 4, 4*). Sub hæc postquam eum rerum conditorem, atque adeo adoratione colendum esse multis asservit (*Cap. 5*), objectionibus quibusdam expeditis, in Ecclesia constituenda unam Spiritui cum Patre ac Filio voluntatem, vocationem, et præceptionem fuisse planum facit (*Cap. 6, 10*). Deinde hunc ipsum nec Patri nec Filio scientia decedere ubi firmatum est (*Cap. 11*), nonnullæque circa eam rem difficultates evolutæ (*Cap. 12*), eidem institutionem prophetæ atque apostolatus tamquam ipsi cum duabus alijs personis communem vindicat (*Cap. 13*): unde etiam esse trium illarum operationem scite colligit.

Continuat in tertio libro cœptum in superiore argumentum, et non solum prophetarum apostolorumque, sed et ipsius quoque Domini missionem ad Spiritum referendam esse statuitur (*Cap. 1, 2*); unde tamen non putandum est ullam ad Filium redire subjectionem, cum ipsemet Spiritus etiam mittatur a Patre et Filio. In hoc itaque nihil præter unitatem divinitatis intelligendum, sicut nec in hisce locutionibus, quæ *digitus, dextera, et manus* vocatur, non socus atque ubi *arguere, judicare, vindicare, contristari, tentare* significatur (*Cap. 3, 9*). Fusior exurgit (*Cap. 10, 11*) disputatio de Joannis verbis, *Spiritus est Deus*, quæ ex Evangelii diptychis sacrilega temeritate expunxerant: quo quidem loco non secus ac quibusdam alijs quos suppeditant Paulinæ epistolæ, Spiritus divinitas validissime comprobatur (*Cap. 12, 14*). Ostenditur autem (*Cap. 13, 15*) ne tres Dii vel Domini ob hoc dicantur, periculum non esse: quandoquidem divinx tres personæ eadem consent sanctitate atque natura (*Cap. 16, 17*). Postremo revocatis tamquam in faciem præcipuis totius commentationis capitibus, nonnullisque illorum denique tractatis et assertis, opus coronatur (*Cap. 18 et seq.*).

Illud vero non aliter inscriptum oportere, quam de *Spiritu sancto* ex iis, quæ hactenus explicata sunt, liquido constat; quamvis tamen confiteamur et apud quosdam scriptores (*Ivo. Decret. part. II, cap. 7; Grat., etc.*) citatum reperiri sub titulo de *Trinitate*, et in codicibus non paucis eandem præfigi tribus his libris, non secus ac quinque superioribus inscriptionem. In utroque Opere cum eisdem adversariis colligitur, videlicet cum Arianis, qui Spiritum asserabant Filio inferiorem esse, tametsi puros Pneumatomachos certis locis aggrediatur (*Lib. III, cap. 15 et al.*). Hos libros non nisi post memoratos quinque de *Fide* lucubratos esse nemo non videt; id ergo unum superaddimus, quamquam Gothicorum rex Athanaricus, qui Constantinopoli obiit viii kal. Febr. ap. 384, jam tum e vivis excesserat, cum illud operis edidit sanctus Doctor; eum tamen nihilum rescisse de morte Petri Alexandrini, sed nec de Gregorii abdicatione, qua novæ Romæ patriarchatu cessit in synodo generali illi habitæ: cujus synodi cum nulla in hisce libris exstet mentio, illos sub medium annum 384 ad umbilicum adductos liquet.

Verum enim vero Hieronymiana censura librorum de Spiritu sancto, quos tacito scriptoris nomine, paglo severiore obelo fodit, nobis haud paulum facessit negotii. Volunt plerique non alium hic designari quam Ambrosium, qua de re ut quisvis tutius ferre valeat iudicium, neve gludera difficultatis nodam ipsimet videamur, locum integrum hic subjicimus: « Malui alieni operis interpret existere, quam (ut quidam faciunt) informis cornicula alienis me coloribus adornare. Legi dudum cujusdam libellos de Spiritu sancto, et juxta comici sententiam ex Græcis bonis Latina vidi non bona. Nihil ibi dialecticum, nihil virile, nihil districtum, quod lectorem vel ingratis ad assensum trahat: sed totum flaccidum, molle, nitidum atque formosum, et exquisitis hinc inde odoribus pigmentatum. Dydimus vero meus oculum habens sponsæ.... Certe qui hunc legerit, Latinorum furta cognoscet, et contemnet rivulos, cum cœperit haurire de fontibus (*Epist. ad Paulinian. huic Operi præfata*). » Quis commentationem ullam durioribus verbis unquam traduxit?

Rufinus, cum similtas inter ipsum atque Hieronymum oborta esset, summa cum indignatione in eum ob illam ipsam sententiam insurgens: « Sed quoniam polliciti sumus, inquit, probaturos nos quomodo laceret virum omnium admiratione dignum Ambrosium episcopum, qui non solum Mediolanensis Ecclesiæ, verum etiam omnium Ecclesiarum columna quædam, et turris inexpugnabilis fuit (*Lib. II Invectio. in Hieronym.*). » Et multis interjectis pergit in hunc modum: « Audistis quemadmodum quem corvum ante dixerat et totum tenebrosum, nunc iterum corniculam dicat alienis se pennis vel coloribus depingentem: et quam turpiter laceret, et nihil virile dicat habere virum, qui ad Ecclesiarum Christi gloriam electus a Deo est; qui in testimonio Domini locutus est in conspectu persecutorum regum, et non est confusus. Ambrosius sanctus de Spiritu sancto non solum verbis sed et sanguine suo scripsit. Obtulit enim persecutoribus sanguinem suum quem in se fudit, sed a Deo ad alios adhuc reservabatur labores. Quod etiamsi secutus est Græcos catholicos nostrorum scriptores, et aliquid de eorum scriptis præsumpsit, non continuo hæc debuit tua summa esse

cura, hic labor, hoc studium, ut pro hac causa interpretareris librum Didymi de Spiritu sancto, ut illius furta cognoscerentur..... Si ergo neque tanto ac tali viro Ambrosio pepercisti, etc.)

Baronius, cum persuasum haberet Ambrosium non exiguam Operis sui partem a Basilio mutuatum esse, Rufinum insinulavit (*Ad ann. 381*) calumniæ in Hieronymum; quippe quod hic prius suæ Didymiani libri interpretationi, quam ab illo conderentur isti tres libri, manum admoverit. Verum ut omittamus Hieronymi versionem non nisi post Damasi obitum absolutam esse, atque adeo post vulgatam ab annis jam aliquot Ambrosii lucubrationem, quis unquam credat Rufinum tam atrocem accusationem, nisi rem ipsam certissimam exploratissimamque habuisset, tanta confidentia intentaturum fuisse Hieronymo: vel Hieronymum, qua erat vehementia et animo parum ad injuriam dissimulandam nato, sibi temperaturum, quin accusatori suo meritam calumniæ notam infligeret, cum tamen Impositum sibi hoc tantum crimen nusquam depellat?

At enim nihil opus est his conjecturis; nam quisquis cum Didymi tractatu Ambrosianum contenderit, comperiet non pauca ex illo in hunc translata esse, ut puta quæ de Spiritu sancti effusione (*Lib. I, cap. 5, 7*), sanctificatione (*Lib. II, cap. 11, 12*), scientia, donisque (*Lib. I, cap. 13 et seq.*) disputantur, quibus etiam locum prophetiæ Amos (*Lib. II*) jungas licebit. Neque tamen ita Didymo addictus fuit Ambrosius noster, ut quæ in aliorum scriptis argumento suo congruere existimabat, decerpere inde, operique suo inserere fastidiret. Itaque cum eum Patres Florentini (*Sess. 22, cap. 6*) plurima Basilio debere animadvertissent (*Lib. II, cap. 8 et seq.*), non injuria affirmaverunt ipsum tres libros Basilio de Spiritu sancto exposuisse: quorum sententiam secutum videmus magnum Baronium. Occurrunt præterea petita ex Athan. Gregorio Nyss. nonnullisque aliis probationes; ut non absurde quisvis judicet Doctorem nostrum, dum scriptioni suæ operam daret, præstantissimas quasque commentationes, quæ in eandem materiam edita fuerant, ob oculos sibi proposuisse.

Quamquam autem quæ in rem suam facere putat, hinc iude carpit; non tamen temere ac promiscue delapsus, ut narrat Hieronymus, ab aliis avibus Æsopiæ corniculæ instar diripit plumas: sed potius apud industriæ ac diligentis more, florum plantarumque, unde mella sua colligat, succos distinguens, alia tollit, alia respuit, quædam immutat, quædam transponit, non pauca demum profert de suo, quæ apud aliorum auctorum neminem reperias. Verum tamen etiamsi nihil haberetur in hisce libris, quod in aliorum non legeretur; haud propterea videretur consecrarium omnia ex alienis scriptis desumpta esse. Quis enim nescit sæpius contingere, ut qui in eodem desudant argumento, etsi numquam inter se animi cogitata communicaverint, plurima tamen efferant longe simillima; maxime vero si unusquisque probationes suas ex iisdem fontibus, ut puta e Scripturæ divinæ oraculis, ducat, atque hauriat.

Quapropter ingenue fateamur Rufinum indignatione sua ultra quam par fuit, abreptum esse, cum Hieronymum criminatus est, quasi eo tantum consilio, Didymi libros in Latinam linguam converterisset, ut illius, Ambrosii scilicet, furta cognoscerentur (*Loc. cit.*). Sed rursus non dissimulandum memoratam Hieronymi censuram, si vere Ambros. illa perstringebat, exaggerationis modum haud parum esse prætergressam. Nec sane hic dissensurum a nobis fuisse putamus ipsum Baronium; quandoquidem (*Ad ann. 385*) in accusatione, qua idem Hieronymus Romanam ibidem traducit Ecclesiam, apertam hyperbolen agnoscere non dubitavit. Enim vero neque concedi potest sanctum Præsulem Didymianam commentationem eo modo expilasse, quo illud actum indicare videtur citatus Doctor. Et certe ut magis dialecticum sese Didymus præstet, quam Ambrosius; hujus tamen dictio nobilior est, oratio copiosior, ordo concinnior; quique argumentationes utriusque attentiore animo perpenderit, facile agnoscet hunc non minus valide propositum suum æsequi atque conficere, quam Didymum. Non igitur absurdum fuerit, si Hieronymum idem dixerimus hoc loco passum, quod solent hi, qui auctores in quos aliquid studii, atque operæ posuerunt, nimis encomiis cumulasse minime contenti, etiam editas ab aliis de eadem materia lucubrationes, infra quam veritas atque æquitas sinit, deprimunt.

Quæ cum ita sint, quisquis verum ac legitimum de hac Ambrosii commentatione iudicium ferre voluerit, æquiores æstimatores sibi duces in hoc eligat, sacra scilicet concilia (*Florent., sess. 22, et cæt.*), multosque doctissimos viros (*Cassiod. in Instit. div. litt. cap. 16 et al.*), qui testimonium atque auctoritatem illorum proponentes, quanti eos facerent, ostenderunt. At imprimis præsto nobis est, quem Stridonensi presbytero opponamus, Hipponeusis præsul, cujus in polemicis operibus sane quam exercitatissimi sententia illa est de hoc Opere: « Sanctus Ambrosius, cum agat rem magnam de Spiritu sancto, ut eum Patri et Filio demonstrat æqualem; submisso tamen dicendi genere utitur; quoniam res suscepta non ad ornamenta verborum, aut ad flectendos animos, rerum documenta desiderat (*Lib. IV de Doctr. Christ., c. 24, n. 46*). » Quod quidem iudicium, quo vix aliud cum Hieronymiano magis pugnare potest, nemo dixerit a discipulo ad præceptoris gratiam latum: quando et per se summopere moderatum est, et Augustino ex Ambrosii tractatibus alii erant ad manum, quos in submissa dictionis specimen proponeret, si hunc « flaccidum, molle, nitidum atque formosum » existimasset.

# SANCTI AMBROSII,

MEDIOLANENSIS EPISCOPI,

## DE SPIRITU SANCTO

LIBRI TRES <sup>a</sup>,

AD GRATIANUM AUGUSTUM.

### LIBER PRIMUS.

#### 599 PROLOGUS.

*In Gedeonis electione Dominicæ incarnationis figuram fuisse: in hædi sacrificio peccatorum per Christi corpus expiendorum: in vituli, profanorum sacrorum abolendorum: in trecentis denique militibus futuræ per crucem redemptionis. Quod plura petierit signa idem Gedeon, mysterii fuisse; per velleris enim siccitatem ac madefactionem, Judæorum infidelitatem, gentiumque vocationem significatas: per rorem autem pelvi exceptum pedum apostolorum ablutio-nem. Hac sibi pedum mundari sordes orat Ambrosius, simulque Christi benignitatem laudat. Quam utile sit hanc imitari! Eandem aquam a Dei Filio missam in orbe mirabiles conversiones operari: sed ab alia mitti non posse, cum sit effusio Spiritus Sancti, qui alienæ potestati non subjicitur.*

1. Hierobaal cum sub arbore, ut legimus (*Judic. vi, 11*), quercu, tritici messem virga cæderet, accepit oraculum, ut a potestate alienigenarum in libertatem Dei populum vindicaret. Nec mirum si est electus ad gratiam, cum sub umbra jam tum sacræ crucis et venerabilis sapientiæ prædestinato incarnationis futuræ mysterio constitutus, feracis segetis sensibilia de latibus frumenta produceret, electionemque sanctorum a purgamentis inanis palcæ sequeretur: <sup>b</sup> qui tamquam virga veritatis exerciti, superflua veteris hominis cum ejus actibus deponentes, quasi in torculari, ita in Ecclesia congregantur; Ecclesia enim torcular est fontis æterni, in qua cælestis vitis fructus exundat.

2. <sup>c</sup> Quo motus oraculo Gedeon, cum audisset quod deficientibus licet populorum millibus, in uno viro Dominus plebem suam ab hostibus **600** libe-

<sup>a</sup> Scripti anno 381.

<sup>b</sup> Sic omnes edit. ac mss. nisi quod in paucis pro *qui tamquam*, legitur, *Et tamquam*; et in Rom. edit. pro *virga veritatis*, repositum est, *virga virtutis*.

<sup>c</sup> Rom. edit., *Commotus oraculo*; vel. et mss. longe plurimi, *Quo motus oraculo*; quidam alii, *Quo*

A raret (*Ibid.*, 14); obtulit hædum caprarum, cujus carnem, secundum præceptum angeli, et azyrna supra petram posuit <sup>d</sup> et ea jure perfudit: quæ simul ut virgæ cacumine, quam gerebat angelus, Dei contigit, de petra ignis erupit; atque ita sacrificium quod offerebatur, absumptum est (*Ibid.*, 19 et seq.). Quo indicio declaratum videtur quod petra illa typani habuerit corporis Christi; quia scriptum est: *Bibebant de consequenti eos petra, petra autem erat Christus* (1 Cor. x, 4). Quod utique non ad divinitatem ejus, sed ad carnem relatum est, quæ sitientium corda populorum perenni rivo sui sanguinis inundavit.

3. Jam tunc igitur in mysterio declaratum est, quia Dominus Jesus in carne sua totius mundi peccata crucifixus aboleret: nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates animorum. Caro enim hædi ad culpam facti refertur; jus ad illecebras cupiditatum, sicut scriptum est: *Quia concupivit populus cupiditatem pessimam, et dixerunt: Quis nos cibabit carne* (*Num. xi, 4*)? Quod igitur extendit angelus virgam, et tetigit petram, de qua ignis exivit (*Judic. vi, 21*); ostendit quod caro Domini Spiritu repleta divino, peccata omnia humanæ conditionis exureret. Unde et Dominus ait: *Ignem veni mittere in terram* (*Luc. xii, 49*).

4. Advertit igitur vir doctus et præsaus futuri superna mysteria; et ideo secundum oracula occidit vitulum a patre suo idolis deputatum, et ipse septennem alium vitulum immolavit Deo (*Judic. vi, 25*). Quo facto manifestissime revelavit post adventum Domini omnia gentilitatis abolenda sacrificia, solumque sacrificium Deo Dominicæ passionis pro redemptione populi deferendum. Etenim vitulus ille

*doctus oraculo*; et sane infra Gedeon nominatur, *vir doctus*, ut etiam apud Origenem hom. in eundem, *vir eruditus*.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *et super eam jus effudit*; Albin. unus, *et ea thure effudit*.

erat in typo Christus, in quo septem spiritualium plenitudo virtutum, sicut Esaias dixit (*Esai. 1, 2*), habitabat. Hunc vitulum et Abraham obtulit, quando diem Domini vidit, et gavisus est (*Joan. viii, 56*). Hic est qui nunc in hædi typo, **601** nunc in ovis, nunc in vituli offerebatur. Hædi, quod sacrificium pro delictis sit; ovis, quod voluntaria hostia: vituli, quod immaculata sit victima.

5. Prævidit ergo mysterium sanctus Gedeon. Denique trecentos elegit ad prælium (*Judic. vii, 6*); ut ostenderet non in numero multitudinis, sed in sacramento crucis mundum ab incursu graviorum hostium liberandum. Et tamen licet fortis et fidus, pleniora adhuc de Domino futuræ victoriæ documenta quærebat, dicens: *Si salvas in manu mea Israel, quemadmodum locutus es, Domine; ecce ego pono lanæ vellus in area: et si ros factus fuerit super vellus, et super omnem terram siccitas, cognoscam quia in manu mea secundum promissa tua populum liberabis. Et ita factum est* (*Judic. vi, 36 et seq.*). Sed adjecit postea, ut rursus ros profunderet super totam terram, et siccitas esset in vellere.

6. Quærit fortasse aliquis urumnam quasi incredulus esse videatur, qui frequentibus informatis indicibus adhuc plura poscebat? Sed quemadmodum potest videri quasi ambiguus incertusque tentasse, qui mysteria loquebatur? Non ergo ille ambiguus, sed providus, ne nos ambigeremus. Nam quomodo ille ambiguus, cujus precatio habebat effectum? Unde autem securus adorsus esset prælium, nisi intellexisset oraculum: ros enim in vellere fides erat in Judæa; quia, sicut ros, Dei verba descendunt (*Deut. xxxii, 2*).

7. Ergo quando lotus orbis infructuoso æstu gentilis superstitionis arebat, tunc erat ros ille cælestis visitationis in vellere. Postea vero quam oves quæ (*Matth. xv, 24*) perierunt domus Israel (unde puto figuram Judaici velleris adumbratam), oves, inquam, illæ fontem aquæ vivæ negarunt (*Jerem. ii, 13*), ros fidei humentis exaruit in pectoribus Judæorum, meatusque suos fons ille divinus in corda gentium derivavit (*Esai. iii, 2*). Inde est quod nunc fidei rore totus orbis humescit: at vero Judæi prophetas suos et consiliarios perdidit.

8. Nec mirum si perfidiæ subeant siccitatem, quos Dominus Deus prophetici imbris ubertate privavit, dicens: *Mandabo nubibus meis ne pluant super vineam istam* (*Esai. v, 6*). Est enim prophetiæ nubis pluvia salutaris, sicut et David dixit: *Descendit sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram* (*Psal. lxxi, 6*). Hanc nobis Scripturæ diviniæ totius mundi pluviam pollicebantur, quæ rigaret orbem sub Domini Salvatoris adventu <sup>a</sup> Spiritus rore divini. Venit ergo jam Dominus, venit et pluvia, venit Dominus stillicidia secum. cælestia de-

A ferens; et ideo jam nos bibimus, qui ante sitibamus, et divinum illum Spiritum haustu interiore potamus.

9. Hoc ergo prævidit sanctus Gedeon, quia verum et spiritalem rorem etiam gentium nationes erant fidei perceptione bibituræ, et ideo diligentius exploravit; est enim necessaria cautela sanctorum. Siquidem etiam Jesus Nave cum vidisset duces militiæ cælestis, interrogavit: *Noster es, an adversariorum* (*Joa. v, 13*)? ne forte aliquibus **602** adversarii præstigiis falleretur.

10. Non tamen otiose quod vellus non vel in campo posuit, vel in prato: sed posuit in area, ubi messis est tritici: *Messis enim multa, operarii autem pauci* (*Luc. x, 12*); eo quod per fidem Domini futura esset messis secunda virtutum.

11. Nec illud otiose quod exsiccavit vellus Judæicum, et rorem ejus misit in pelvim, ut repleretur aqua, non tamen ipse eo rore pedes lavit (*Judic. vi, 39, 40*). Alii debebatur tanti prærogativa mysterii. Expectabatur ille qui sordes omnium solus posset abluere. Non erat tantus Gedeon, qui hoc sibi <sup>b</sup> mysterium vindicaret. Non enim Gedeon, sed *Filius hominis venit non ministrari, sed ministrare* (*Matth. xx, 28*). Itaque cognoscamus in quo hæc mysteria videantur esse completa. Non in sancto Hierobaal; adhuc enim erant illa principia. Ideo gentes victæ, quia siccitas erat adhuc in gentibus: ideo Israel vicit, quia ros tunc manebat in vellere.

12. Veniamus ad Dei Evangelium. Invenio Dominum spoliantem se vestimenta, et præcingentem se linteo, mittentem aquam in pelvim, lavantem pedes discipulorum (*Joan. xii, 4 et seq.*). Hæc erat aqua ros ille cælestis, hoc prophetabatur <sup>c</sup> quod illo rore cælesti discipulorum suorum Dominus Jesus pedes lavaret. Et nunc extendantur pedes animorum nostrorum. Vult Dominus Jesus et nostros lavare pedes; non enim Petro soli, sed unicuique dicit fideli: *Nisi laveris tibi pedes, non habebis mecum partem* (*Ibid., 8*).

13. Veni ergo, Domine Jesu, exue te vestimenta, quæ propter me induisti: esto nudus, ut nos misericordia tua vestias. Præcinge te propter nos linteo, ut nos tui muneris immortalitate præcingas. Mitte aquam in pelvim: lava non solum pedes, sed etiam <sup>d</sup> caput: nec solum corporis nostri, sed etiam mentis vestigia. Volo exuere omnes nostræ sordes fragilitatis; ut et ego dicam: *Nocte exui tunicam meam, quomodo induam eam? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos* (*Cant. v, 3*)?

14. Quanta ista majestas est! Quasi minister pedes famulorum tuorum lavas, quasi Deus rorem mittis e cælo. Nec solum pedes lavas, sed etiam ut tecum recumbamus invitas, et exemplo nos tuæ dignationis hortaris dicens: *Vocatis me dominum et magis-*

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *Spiritus ore divino*.

<sup>b</sup> Ita edit. omnes ac plures mss.; at non male aliquot alii, *ministerium vindicaret*.

<sup>c</sup> Mss. nonnulli, *quod illo opere cælesti, etc.*

<sup>d</sup> Omnes edit. ac mss. non pauci, *caput. Nec solum... vestigia volo exuere, omnes*; sed alii mss. commodius verba distinguunt, ut in textu.

trum, et bene facitis; sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros dominus et magister, et vos invicem lavate pedes vestros (Joan. XIII, 15, 14).

15. Volo ergo et ego pedes lavare fratrum meorum, volo Domini Implere mandatum, <sup>a</sup> volo in me non verecundari, non delignari quod ipse prius fecit. Bonum mysterium humilitatis; quia dum alienas sordes lavo, meas abluo. Sed non hoc omnes <sup>b</sup> haurire poterant mysterium. Lavare voluit quidem et Abraham pedes, sed hospitalitatis affectu (Gen. XVIII, 4). Volebat et Gedeon lavare pedes angelo Domini qui apparuit sibi: sed volebat uni, volebat quasi is qui deferret obsequium, non qui donaret consuetudinem. **603** Hoc mysterium magnum est, quod nemo cognovit. Denique Petro dixit: *Quod ego facio tu nescis, cognosces postea* (Joan. XIII, 7). Hoc, inquam, divinum mysterium est, quod etiam qui laverint, requirent. <sup>c</sup> Non est ergo simplex aqua caelestis mysterii, per quam consequimur, ut partem cum Christo habere mereamur.

16. Est et quaedam aqua quam mittamus in pelvim animæ nostræ, aqua de vellere et libro Judicum, aqua de libro Psalmorum (Psal. XXII, 2). Aqua est ros caelestis oraculi. Veniat igitur, Domine Jesu, hæc aqua in meam animam, in meam carnem; ut hujus humore pluvie nostrarum convalles mentium atque intimi cordis arva viridescant (Psal. LXXI, 6). Veniant in me stillicidia tua, gratiam immortalitatemque rorantia. Dilue gressus mentis meæ, ne he-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *voluit me non verecundari*. Item post tria verba nonnulli alii, *Bonum ministerium humilitatis*. Utrobique reliqui, et omnes edit. nobiscum faciunt.

<sup>b</sup> Quidam mss., *audire poterant*, etc. Quod autem subjicitur Gedeonem voluisse angelo pedes abluere, hoc undenam sumptum fuerit, nobis non liquet. Etenim ex de rein Bibliis, quæ exstant, nulla sit mentio.

<sup>c</sup> Ita vet. edit. et cuncti mss. exceptis paucis, ubi pro *caelestis mysterii*, habetur *caeleste mysterium*. At Rom. edit. sic locum effert, *Hoc est enim simplex aqua, sed caeleste mysterium*.

<sup>d</sup> Mss. Theod., *inimici mei calcaneum*. Non satis recte. Quid porro per animi calcaneum ejusque ablationem designetur ab Ambrosio, non perfunctorie ad cap. 6 lib. de Mysteriis, num. 32, explicatum reperies.

<sup>e</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *murus circumsonabat armis*; alii nonnulli mss., *muros armis circumdabat*; sed concinnius ceteri... *circumsonabat*; eodem enim modo diei potest urbs muros armis circumsonat, quo dicitur homo sagitta percussus caput, et similia. Videtur autem hic indicari Constantinopolim antequam Arianos egeret, perpetuo metu propter Gothorum etiam vicina loca populantium incursiones trepidasse. Has autem calamitates Ambrosius hæresi Arianae exceptas refert. Siquidem postquam in Pauli patriarchæ per summam injuriam dignitate sua exiit sedem intrasse fuit Eusebius Nicomediensis, eandem Ecclesiam fere per annos 40 occuparunt perditissimi hæretici ac hæresiarchæ; quosd extincto Valente imperatore, ad pascendum curandumque afflictum illum gregein vocatus est ab orthodoxo Greg. Nazian. quem quantum continuo auxerit, ipsemet exponit Carn. de Vita sua, et Orat. 32 et 48.

<sup>f</sup> Rom. edit., *hostem ipsum, quem regnum semper*, etc. Quam lectionem ita exponit Valesius in notis ad Amniani Marcell. lib. XXII, *hostem ipsum*

rum peccem. Abluo <sup>d</sup> animi mei calcaneum, ut possim abolere maledictum (Gen. III, 15); ne morsum serpentis interiore pede sentiam, sed, sicut ipse jussisti sequentibus te, ut serpentes et scorpiones illæso possim calcare vestigio (Luc. X, 19). Redemisti mundum, redime unius aulam pecceteris.

17. Hæc est specialis tuæ prerogativa pietatis, qua totum mundum in singulis redemisti. Etiam ad unam missus est viduam (III Reg. XVII, 9), Elisæus mundavit unum (IV Reg. V, 14): tu nobis, Domine Jesu, hos hodie mille mundasti. Quantos in urbe Roma, quantos Alexandria, quantos Antiochiæ, quantos etiam Constantinopoli! Nam etiam Constantinopoli jam Dei verbum recepit, et evidentia meruit tui documenta judicii. Etenim quamdiu venena Ariavorum suis fovebat inclusa visceribus, bellis finitimis Inquieta, <sup>e</sup> muros armis circumsonabat hostilibus. Postea vero quam fidei exules abdicavit, <sup>f</sup> hostem ipsum judicem regum, quom semper timere consueverat, deditum vidit, supplicem recepit, morientem obruit, sepultum possidet. Quantes ergo et Constantinopoli, quantes postremo toto hodie in orbe mundasti!

18. <sup>g</sup> Non mundavit Damasus, non mundavit Petrus, non mundavit Ambrosius, non mundavit Gregorius; nostra enim servitia, sed tua **604** sunt sacramenta. <sup>h</sup> Neque enim humanæ epis est divina conferre; sed tuum, Domine, munus et Patris est, qui locutus est per prophetas, dicens: *Effundam de*

(*id est Athanaricum regem cum suis*) quem regnum (*id est imperium Rom. in Oriente*) semper, etc. Verum doctissimo viro editio Rom. non imposuisset, si quam ex vet. edit. aut mss. ullum consulisset. Etenim ipsemet paulo superius ad hæc Marcellini verba ex eodem cap., *Athanaricum ea tempestate, judicem potentissimum*, illam ascripserat observationem: *Sic Gothorum reges, spreta regis appellatione, judices dici malebant. De Athanarico id testatur Themistius in Orat. 10 ad Valentem*, etc. Hic porro Athanaricus suorum factione pulsus, magnificentissimo a Theodosio longius ipsi obviam procedente Constantinopolim exceptus fuit: quem brevi post ibidem fato defunctum ibidem imperator more plane regio sepeliendum curavit, ut Amniani loco citato, Zoëmus lib. IV, Chronica Idatii ac Marcellini, compluresque alii scriptis mandarunt.

<sup>i</sup> Non mundavit Damasus, non mundavit Petrus, in mss. nonnullis præmittitur. Attamen in cæteris, nec non in edit. omnibus illud habetur; et quidem recte, cum non modo scribis frequentius sit omittere, quam ad dicere, maxime vero ubi ab eadem voce plurima membra incipiunt, ut fit hoc loco; verum etiam cum in usu positum reperiamus, et majorem sedium simul nominaretur episcopi. Sic Hieronymus epist. ad Marcum presbyt., sic Theodosius l. XI, de Fide cathol. Damasus Rom. pont. Petrum patriarcham Alex. conjunxerunt. Quidni etiam idem hic fecisse Ambrosium nostrum arbitraberimur? Certe utriusque sedem æque memoravit, atque Gregorii. Nec obstat quod diem suum jam tum obierat Petrus, qui tamen nominatur inter superstites; poterat enim ipsius obitum necdum rescisse Ambrosius, ut dictum est in Admonitione. Quod autem Antiochiæ cujus quoque mentionem fecit, episcopum tamen reticuit, hoc ita factum ob divisionem Paulini atque Meletii non inconsulto crediderimus.

<sup>h</sup> Nonnulli mss., *Neque enim humanum opus est*.



*Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii et filiae eorum (Joel. II, 21).* Hic est in typo ros ille celestis: hæc pluvia voluntaria, sicut legimus: *Pluviam voluntariam segregans Deus hereditati suæ (Psal. LXXII, 18). (Alias cap. I.)* Non enim Spiritus sanctus aut potestati alienæ est subjectus aut juri; sed suæ libertatis arbiter, omnia pro auctoritate propriæ voluntatis dividens, sicut legimus (1 Cor. XII, 10), singulis prout vult.

### CAPUT PRIMUM.

*Argumentum suum aggressus Ambrosius, imperatorem cum propter fidem, tum propter basilicam Ecclesiæ restitutam laudet: hinc ubi dixit adversarios, si Spiritum sanctum servire negaverint, quin eis super omnia, diffidari non possit; addit Spiritum eundem, cum dixit: Universa serviunt tibi, satis innuisse a creaturis se separari: quod aliis quoque testimoniis astringitur.*

19. Non ergo inter omnia, sed super omnia Spiritus sanctus est. Jam enim de eo (b quoniam ita plene de Dei Filio, clementissime Imperator, instructus es, ut ipse jam doceas) cupientem te et exigentem audire aliquid expressius, non morabor; præsertim cum ita te assertione istiusmodi testificatus sis proxime delectatum, ut basilicam Ecclesiæ sine ullo molliore præceperis reformari.

20. Fidel itaque tuæ gratiam, et nostræ præmiium jam tenemus; neque enim aliud possumus dicere, nisi sancti Spiritus hanc fuisse gratiam quod ignorantibus omnibus, subito basilicam reddidit. Spiritus, inquam, sancti hoc munus, hoc opus est, qui a nobis quidem tunc prædicabatur, sed in te operabatur.

21. Nec superioris temporis damna deploro; quandoquidem sequestratio illa basilicæ, cujusdam fenoris traxit usuras. Etenim basilicam sequestrasti, ut fidem probares. Implevit igitur propositum suum pietas tua, quæ sic sequestraverat, ut probaret; sic probavit, ut redderet. **605** Nec fructum amisi, et judicium tenco, patuitque omnibus in quadam facti discretionem discretam tibi nunquam fuisse sententiam. Patuit, inquam, omnibus et tuum non fuisse, cum sequestrares: et tuum esse, cum redderes.

22. Primum igitur ab inferioribus inchoemus, ut quasi per gradus quosdam tractatus noster ascendat, quo facilius hi qui d fidem non deferunt, vel ratione

A flectantur. Possunt enim dicere in principio: Nec nos dicimus servire Spiritum. Sed cum dicant servire Christum, quomodo possunt negare de Spiritu? Quod si secundum carnem in servi forma consentiunt Christum fuisse, constat et convenit. Ergo si secundum divinitatem sumi Christus non servit, non servit etiam Spiritus. Quod si non servit Spiritus, omnia autem serviunt: super omnia igitur Spiritus est, qui non servit sicut omnia.

23. Nunc id ipsum quod diximus, testimoniis asseruimus. Principium disputationis est, quia serviunt omnia. Servire autem omnia liquet, quoniam scriptum est: *Universa serviunt tibi (Psal. cxviii, 91).* Dixit hoc Spiritus per Prophetam. Non dixit: *servimus*; sed, *serviunt tibi*; ut crederes quod a servitio B sit ipse exceptus. Ergo cum universa serviant, non serviat Spiritus, utique inter universa non est Spiritus sanctus.

24. Nam si inter omnia dicimus esse Spiritum sanctum, utique cum legerimus quia sita Dei servatur Spiritus (1 Cor. II, 10), Deum Patrem esse super omnia denegamus. Etenim cum ex Deo Spiritus sit, et Spiritus oris ejus, quomodo possumus inter omnia dicere Spiritum sanctum; cum super omnia Deus sit, cujus est Spiritus, plenam utique perfectionis, perfectæque virtutis?

25. Ac ne Apostolum arbitrentur errasse, accipiant, quem fiducia hujus sit secutus auctorem. Dominus enim in Evangelio dixit: *Cum venerit Patris, quem ego mittam vobis a Patre meo, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit; ille testimonium perhibebit de me (Joan. xv, 26).* Ergo et a Patre procedit Spiritus sanctus, et testificatur de Filio. Testificatur etiam de Patre testis et fidelis et verus: quo nihil ad expressionem divini majestatis est plenius; et nihil ad unitatem divini potestatis evidentius; cum idem noverit Spiritus quod et Filius, qui paternorum testis et consors individuis secretorum est.

26. Exclusit itaque a cognitione Dei societatem et multitudinem creaturæ: non excludendo autem Spiritum sanctum, ostendit non esse socium creaturæ. Unde et illud quod tecum est in Evangelio: *Quia Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit (Joan. I, 18);* ad exceptionem pertinet Spiritus sancti. Quomodo enim

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *filii vestri et filii.*

<sup>b</sup> Ita Gill. ac Rom. edit. cum pluribus melioribusque mss.; vel. autem edit. et mss. reliqui ab eis hoc solo dissentiant, quod pro quoniam illa exhibeant, quia non; et pro, ut ipse jam doceas, legitur in iisdem mss. ut ipsi jam instructionem audimus: quibus verbis addit cod. Big., ut lector doceat cupientem et exigentem. Sed istæc mera commenta.

<sup>c</sup> Rom. edit., tunc præcabatur. Forsitan error typographicus, in nullas tamen edit. posteriores propagatus.

<sup>d</sup> Ita vet. edit., mss. ac melioris notæ; alii autem non pauci, qui fidem non deserunt: melius Rom. edit. cum mss. aliquot. qui fidei non deferunt. Non tamen abjicienda prima lectio; nam post dictionem fidem,

facile subintelligi potest, ad tractatus lectionem.

<sup>e</sup> Mss. aliquam multi, *Christum servisse.*

<sup>f</sup> Sicut omnia, subjungitur in ant. edit. ac in Paris, nonnullis, *Non esse ergo inter creaturas Spiritum sanctum, nec inter omnia, sed super omnia. Non enim alienæ aut potestati, aut juri subjectus est: sed suæ libertatis est arbiter. Siquidem omnia pro auctoritate propriæ voluntatis dividens, sicut scriptum est, singulis prout vult.* Sed illa non habentur in mss. et puram putam interpolationem esse, partim et tribu hujus capituli, prout legitur in mss. et vet. edit., partim ex ipso textu, sicut patet ex fine superioris prologi, consarnatam atque assertam negabit nemo.

<sup>g</sup> Paris. quedam edit., *nihil ad creaturam, etc.* Non satis recte.

Deum non vidit, qui scrutatur etiam alta Dei? quomodo Deum non vidit, qui cognovit quæ Dei sunt (I Cor. II, 10)? quomodo **606** Deum non vidit, qui ex Deo est? Ergo cum ita positum sit quia Deum nemo vidit unquam, vidit autem Spiritus; utique exceptus est Spiritus. Super omnia igitur est, qui est exceptus ex omnibus.

## CAPUT II.

*Spiritum sanctum esse inter omnia non probari ex illis verbis: Omnia per ipsum facta sunt; cum factus non sit. Namque alias perinde probaretur Filius, immo etiam Pater numerandus inter omnia. Quod est ejusdem impietatis.*

27. Videtur, sancte imperator, plena ratio esse pietatis, sed impiis non videtur. Denique quid moliantur advertite. Solent enim dicere hæretici ideo inter omnia Spiritum sanctum esse numerandum, quia scriptum est de Dei Filio: *Omnia per ipsum facta sunt* (Joan. 1, 3).

28. Quam male <sup>a</sup> confunditur actio, quæ non tenet veritatem, et præpostero ordine assertionis involvitur! Hoc enim tunc valeret, ut inter omnia dicerent esse Spiritum sanctum, si factum probarent. Namque omnia per Filium Scriptura dicit esse, quæ facta sunt: cum autem factus non doceatur Spiritus sanctus; utique nec inter omnia probari potest, qui neque factus est sicut omnia, nec creatus. Mihi igitur ad utrumque hoc proficit testimonium, ut et super omnia probetur esse, quia factus non est; et quia super omnia est, non videatur factus esse: nec inter ea <sup>C</sup> quæ sunt facta, numerandus.

29. Quod si quis, quia omnia facta per Verbum Evangelista posuit, non excipit Spiritum sanctum (quamquam in Joanne locutus Spiritus Dei, *Omnia per ipsum facta sunt*, dixerit, non omnia facti sumus; cum utique loqui in Evangelistis Spiritum Dei ipse Dominus ostenderit, dicens (Matth. XVI, 20): *Non enim vos eritis loquentes, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*); tamen si quis, ut dixi, hoc loco non excipit Spiritum sanctum, sed inter omnia numerat; nec ibi ergo excipit Dei Filium, ubi Apostolus dixit: *Nobis tamen unus Deus Pater ex quo omnia, et nos per illum* (I Cor. VIII, 6). Sed ut sciat quia inter omnia non est Filius, legat sequentia; nam cum dicit: *Et unus Dominus Jesus, per quem* <sup>D</sup> *omnia* (Ibid.); ab omnibus utique excipit Dei Filium, qui exceptit et Patrem.

30. Ejusdem autem impietatis est vel Patri, vel Filio, vel Spiritui sancto derogare. Non enim credit in Patrem, qui non credit in Filium: nec credit in Dei Filium, qui non credit in Spiritum: nec potest

<sup>a</sup> Eras. et seq. edit. in margine, *confunditur ratio*. Sed nihil vetat quin actio retineatur, ut hic non secus ac sæpe alibi ea vox idem sit atque accusatio.

<sup>b</sup> Omnes edit. et quidam mss., *Hoc ipsum supra evidenter Apostolus*, etc. Alii vero majori numero et auctoritate ut nos in textu.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *quod dedisti mihi*.

A sine regula veritatis fides stare. Nam qui negare cœperit unitatem potestatis in Patre et Filio et Spiritu sancto, non potest utique ibi, ubi nulla divisio sit, fidem probare divisam. Ergo quia pietatis unitas est bene credere, etiam unitas impietatis est male credere.

31. Itaque qui putant Spiritum sanctum inter **607** omnia debere numerari, quia omnia legunt facta per Filium, etiam Filium utique inter omnia annumerandum putant, quia legunt: *Ex Deo omnia* (II Cor. V, 18). Consequenter autem nec Patrem secernunt ab omnibus, qui a creaturis omnibus Filium non secernunt; quoniam sicut ex Patre omnia, ita etiam per Filium omnia. <sup>b</sup> Hoc ipsum in Spiritu prævidens Apostolus, dixit: ne inter omnia possideat Filium vel impiis videretur, qui audierant dixisse Filium: *Pater quod* <sup>c</sup> *dedit mihi, majus omnibus est* (Joan. X, 29).

## CAPUT III.

*Quod Apostolus dixerit ex Patre per Filium omnia esse, ab eorum consortio Spiritum non secludi; cum quæ ad unam referuntur personam, aliis quoque attribuantur. Sic baptizati in nomine Christi simul in Patris ac Spiritus nomine censentur baptizati; si tamen simul in tres personas crediderint: secus autem, nullus erit baptismus. Hæc etiam baptismo in Spiritu sancti nuncupatione convenire. Si autem ob eundem locum Spiritus ab aliis personis prepararetur, utique ob alios locos Pater Filio diceretur postponendus. Ab angelis Filium adorari, non a Spiritu; hunc enim testem ejus esse, non ministrum. Cuius omnibus antepositur Filius, intelligendum de creaturis. Dignitatem sancti Spiritus a peccati in eum admissi irremissibilitate probari. Unde sit illa irremissibilitas; et quomodo unus Spiritus.*

32. Sed fortasse aliquis dicat, qua ratione cum dixerit hic ex Patre omnia, et per Filium omnia (I Cor. VII, 6), de Spiritu sancto tacuerit; et hinc cupiat præjudicium comparare. Quod si pergit malitiose interpretari, quam multis inveniet locis prædicatam sancti Spiritus potestatem, in quibus vel de Patre vel de Filio nihil Scriptura expresserit, sed intelligendum reliquerit!

40 <sup>d</sup>. Numquid ergo cum gratia Spiritus prædicatur, Dei Patris aut unigeniti Filii denegatur? Non ita, quia sicut Pater in Filio et Filius in Patre, <sup>e</sup> ita etiam *diffusa est*, inquit, *charitas Dei in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* (Rom. V, 5). Et sicut qui benedicatur in Christo, **608** benedicatur in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti; quia unum nomen, potestas una, <sup>f</sup> ita etiam ubi operatio aliqua divina, aut Patris, aut Filii, aut Spiritus designatur, non solum ad sanctum Spiritum, sed etiam ad Patrem refertur et Filium, nec

<sup>d</sup> In editione Benedictiniana sic mutila procedit series, bis quatuor numeros omittens. EDD.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *ita etiam in Spiritu sancto. Diffusa est, inquit, charitas*: reliqui et omnes edit. hoc uno inter se distant, quod in his, verbum *inquit* non invenitur.

<sup>f</sup> Mss. non pauci, *ita etiam operatio, ubi operatio aliqua, etc.*

solam ad Patrem, sed etiam ad Filium refertur et Spiritum.

41. Denique Æthiops eunuchus Candacis reginæ baptizatus in Christo (*Act. viii, 27*), plenum mysterium consecutus est. Et illi qui negaverunt se scire Spiritum sanctum, quamvis baptizatos se dicerent in Joannis baptismo, baptizati sunt postea (*Act. xix, 2 et seq.*); quia Joannes in remissionem peccatorum, in adventis Jesu, non in suo baptizavit nomine. Et ideo Spiritum nesciebant, quia nec baptismum in Christi nomine, sicut Joannes baptizare solebat, acceperant. Joannes enim, licet non baptizaret in Spiritu, tamen et Christum prædicabat et Spiritum. Denique cum interrogaretur, ne forte ipse esset Christus, respondit: *Ego vos aqua baptizo, veniet autem fortior me, cujus non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit Spiritu sancto et igni* (*Joan. i, 26, 27*). Ergo isti quia nec in Christi nomine, nec cum fide Spiritus sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptismatis sacramentum.

42. Baptizati sunt itaque <sup>a</sup> in nomine Jesu Christi: nec iteratum est in his baptisma, sed novatum; unum enim baptisma (*Ephes. iv, 5*). Ubi autem non est plenum baptismatis sacramentum, nec principium, vel species aliqua baptismatis æstimatur.

<sup>a</sup> Vix alius Ambrosianus locus tantam dissidii segetem, quantam hic præbuit theologis. Beda Venerabilis in Actuum 19 hæc ipsa verba edisserens, Ambrosii sententiam hanc esse docet, ministrum baptismatis, pronuntiato solo J. Christi nomine, vere ac valide baptizare: cui sententiæ et ipse subscribit. Eidem quoque majorem adhuc auctoritatem videtur addere calculo suo Nicolaus I, pont. Rom., in Respon. ad consulta Bulgar. c. 104. Hanc ipsam opinionem non hæsitanter amplexus est Petrus Lombardus in iv Sent., dist. 3, cap. *Sed quod* et seq. Nec ab his B. Thomam parte iii, quest. 66, art. 6, dissidere judicabimus, si Cajetano, qui etiam nunc baptismum, una tantum Trinitatis persona nominata, contendit efficaciter conferri posse, fidem habeamus. Verum alii Thomistæ hanc sententiam a magistri sui mente alienam conantur ostendere, quod quidem examinare nostri non fuerit instituti. Cæterum Nicolao papæ ac Magistro Sent. accesserit procul dubio etiam debet Hugo Victor. lib. i de Sacram. cap. 13. Unde colligas hanc opinionem antiquis theologis fuisse admodum familiarem. At vero prudenter Bellarminus de Sacram. Bapt. lib. i, cap. 3: *Sed fundamentum præcipuum, inquit, omnium auctorum post Ambrosium est ipsius Ambrosii auctoritas; quare si forte Ambrosius non illud voluit dicere, quod ejus verba sonare videntur, ruit fundamentum præcipuum illius opinionis.* Itaque ut rimando sensui Ambrosiano lucem afferat idem cardinalis, præmonet Ambrosium ex Basilio quem secutus est, intelligendum; seque addit iis accedere, qui Ambrosium et ex eo Bedam non de forma baptismi accipiendos credunt, sed tantum de verbis Actuum, quæ proferruntur; nec aliud velle sanctum Doctorem, quam eo loco et similibus, in quibus una quælibet divinarum personarum exprimitur, alias duas tacite inclusas contineri. Eandem proponunt solutionem Estius in iv Sent., dist. 3, § 5; Nicolai Observat. ad D. Tho. locum cit.; Alexander Sæc. iii, Dissert. 13, et Harduinus de Bapt. in nomine Christi. Sed tres ultimi priori responsioni secundam adjiciunt; dicunt enim Ambrosium hoc loco de illa tantum fidei professione explicandum, quam qui baptizabantur

A Plenum autem est, si Patrem et Filium Spiritumque sanctum fatearis. Si unum neges, totum subrues. Et quemadmodum si unum in sermone comprehendas, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum; fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum: ita etiam quamvis et Patrem, et Filium, et Spiritum dicas, et aut Patris, aut Filii, aut Spiritus sancti minuas potestatem, vacuum est omne mysterium. Denique et illi ipsi qui dixerant: *Nec si Spiritus sanctus 609 sit audivimus, baptizati sunt postea in nomine Domini Jesu Christi* (*Act. xix, 5*). Et hoc abundavit ad gratiam; quia jam Spiritum sanctum, Paulo prædicante, cognoverant.

43. Nec contrarium debet videri, quia quamvis B etiam postea tacitum sit de Spiritu, tamen creditum est: et quod verbo tacitum fuerat, expressum est fide. Cum enim dicitur: *In nomine Domini nostri Jesu Christi*, per unitatem nominis impletum mysterium est: nec a Christi baptismo Spiritus separatur; quia Joannes in penitentia baptizavit, Christus in Spiritu (*Ibid., 4*).

44. Nunc consideremus utrum quemadmodum in Christi nomine plenum esse legimus baptismatis sacramentum; ita etiam sancto tantum Spiritu nuncupato, nihil desit ad mysterii plenitudinem. Ratio-

adulti, edere solebant. Namque interrogati, ut alibi vidimus, *credis in Patrem?* respondebant *credo*. Et sic de duabus aliis personis. Hoc igitur intendit sanctus Præsul baptizandos, etsi de una sola Trinitatis persona rogati essent, respondissentque, baptismum tamen legitimum accepturos fuisse, dummodo rectam de tota Trinitate fidem animo retineant. Quæ duæ expositiones quin sint per se veritati consentaneæ, dubium nemini videatur; sed posterior magis quam prior congruit cum verbis Ambrosii. Etenim in illis etiam agi de pronuntiantis in baptismo personis divinis ipsa orationis series plane ostendit: at eam pronuntiationem non esse, quæ simul cum ablutione a ministro editur, multa persuadent. Nam primo si de ultima hic ageretur, consequens esset formam sub sola Spiritus sancti pronuntiatione validam esse, quod a nemine præter quam a Magistro Sent. admissum reperies. Deinde cum Ambrosius haud dubie hic Basilium, et fortasse etiam Didymum sibi sequendum proposuerit, neutiquam credibile est eum ab ipsis recedere hoc loco voluisse, quos constat prolationem trium personarum in baptismi forma censuisse prorsus necessariam. Ad Basilium lib. de Spiritu sancto cap. 10, 11 et 12; item lib. v, in Eunom. cap. 3. Quod vero ad Didymum, ex eo divinitatem sancti Spiritus validissime demonstrari asserit, quod in baptismo administrando tam necessario Spiritus persona pronuntianda sit, quam Patris et Filii, quarum qualibet a sacerdote prætermittitur invalidum effici sacramentum diserte tradit. Sed quod argumentum multo validius existimandum est, Ambrosius ipse sexcentis locis trium personarum prolationem ad verum baptismum necessario requiri asseverat. Ipsum consule lib. viii in Lucam, num. 67; lib. de Mysteriis, cap. 4, num. 20, ad quem locum jam aliquid hac de re subnotavimus, et ut omittamus auctorem lib. de Sacram., lib. ii, c. 5 et 7, in hac ipsa lucubratione baptismum cum a catholicis tum ab ipsis hæreticis nunquam non sub expressa trium personarum prolatione a ministro conferri haud semel significat; unde aliorum quoque PP. exemplo Spiritus astruit divinitatem.

nem sequamur; quia qui unum dixerit, Trinitatem signavit. Si Christum dicas, et Deum Patrem a quo unctus est Filius, et ipsum qui unctus est, Filium, et Spiritum sanctum quo unctus est, designasti. Scriptum est enim: *Hunc Jesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto* (Act. 1, 58). Et si Patrem dicas, et Filium ejus et Spiritum oris ejus pariter indicasti; si tamen id etiam corde comprehendas. Et si Spiritum dicas, et Deum Patrem, a quo procedit Spiritus: et Filium, quia Filii quoque est Spiritus, nuncupasti.

45. Unde et rationi copuletur auctoritas, in Spiritu quoque recte nos baptizari posse Scriptura indicat, dicente Dominus: *Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto* (Act. 1, 5). Et alibi Apostolus ait: *Omnes enim in ipso corpore, in unum Spiritum baptizati sumus* (1 Cor. 12, 13). Unum opus, quia unum mysterium: unum baptisma, quia mors una pro mundo: unitas prædicationis quæ non potest separari.

46. Quod si hoc loco separatur Spiritus ab operatione Patris et Filii, quia dictum est: *Ex Deo omnia, et per Filium omnia* (1 Cor. 8, 6); ergo et ubi Apostolus de Christo dicit: *Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula* (Rom. 1, 5), non solum eum creaturis omnibus, sed etiam Patri (quod dictu nefas est) prætulit. Sed absit; non enim inter omnia Pater, non inter plebem quamdam creaturarum suarum. Subter creatura omnis, supra divinitas Patris et Filii et Spiritus sancti. Illa servit, hæc regnat; illa subjacet, ista dominatur: illa opus, hæc auctor est operis: illa adorat omnes, hæc adoratur ab omnibus.

47. Denique de Filio scriptum est: *Et adorent eum omnes angeli Dei* (Hebr. 1, 6). Non habes: Adoret Spiritus sanctus. Et infra: *Ad quem autem angelorum dixit aliquando: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt, inquit, ministri spiritus in ministerium, qui mittuntur* (Ibid., 13)? Cum dicit, omnes, numquid et Spiritum sanctum comprehendit? Non utique, quia Angeli et cæteræ Potestates in ministerium et obsequium Dei Filio, ut serviant, destinantur.

48. At vero Spiritus sanctus non minister, **610** sed testis est Filii, quemadmodum de ipso Filius dixit: *Ille testimonium perhibet de me* (Joan. 15, 26). Testis est ergo Filii, Spiritus. Qui testis est, novit omnia, sicut Deus Pater testis est. Sic enim habes in posterioribus, quia confirmata est salus nostra, testificante Deo, signis quoque et prodigiis, et variis virtutibus, et Spiritus sancti divisionibus (Hebr. 1, 4, 5). Qui dividit quod vult, utique supra omnia, non inter omnia est; dividere enim operatoris gratia, non operis est materies (1 Cor. 12, 11).

49. Si supra omnia Filius, per quem initium sa-

<sup>a</sup> Quidam mss., baptizabimini a Spiritu sancto.

<sup>b</sup> Rom. edit., in uno corpore, in uno Spiritu: vet. autem a mss. hoc uno discrepant, quod habent, cum eadem Rom., in uno Spiritu. Græcus textus ἐν εἰς πνεύματι. . . εἰς ἐν σώμα ἑδραρίσθημεν. Rursus vero ubi m.s. et vet. edit. habent unum opus; Rom.

lus nostra, ut prædicaretur, accepit: utique et Pater Deus, qui testificatur, et asseverat signis et prodigiis de salute nostra, exceptus a cunctis est. Similiter autem et Spiritus qui divisionibus suis nostræ testimonium fert salutis, non est in creatorarum plebe numerandus, sed cum Patre æstimandus et Filio, qui non per incisionem sui dividitur ipse, cum dividit; individuus enim cum sit, nihil amittit, cum omnibus largiatur: sicut et Filius, regnum Patre accipiente, nihil perdit: nec Pater Filio cum sua tradat, amittit. Nullum itaque damnum esse in divisione gratiæ spiritualis, Domino attestante (1 Cor. 15, 6), cognovimus; qui enim ubi vult spirat (Joan. 3, 8), ubique sine damno est. De quo infra dicemus plenius.

**50.** Interim nunc quoniam propositum est ordinae suo asserere, non esse inter omnia Spiritum computandum, ipsum Apostolum, de cujus verbis faciunt questionem, assertionis hujus adhibeamus auctorem. Quæ enim essent illa omnia, sive visibilia, sive invisibilia, ipse signavit dicens: *Quoniam in ipso condita sunt omnia in cælis et in terra* (Coloss. 1, 16). Videt omnia de his dicta, quæ vel in cælis sunt, vel in terra; sunt enim in cælis etiam invisibilia, quæ facta sunt.

51. Tamen ne cui esset incognitum, addidit de quibus diceret: *Sive Sedes, inquit, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates, omnia per ipsum, et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant* (Ibid., 16, 17). Numquid ergo hic inter creaturas Spiritum sanctum comprehendit? Aut cum dicit ante omnes esse Dei Filium, numquid ante Patrem dixisse æstimandus est? Non utique; nam sicut hic per Filium dicit omnia creata esse, et in ipso omnia constare cælestia: ita etiam in Spiritu sancto vires habere universa cælestia dubitari non potest, quando lectum est: *Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* (Psal. 33, 6). Super omnia est igitur, de quo est omnis cælestium et terrestrium virtus. Qui igitur super omnia est, utique non servit: qui non servit, liber est: qui liber est, habet jura dominatus.

52. Hoc si a principio dicerem, negaretur. Sed quemadmodum illi minora negant, ne majora credantur: ita et nos minora præmittamus, ut aut perfidiam suam etiam in minoribus prodant; aut si vel minoribus consentiunt, majora de minoribus colligamus.

53. Arbitror, clementissime imperator, plenissime confutatos eos, qui audent inter omnia **611** Spiritum sanctum computare. Sed tamen ut sciant se non tantum Apostolicis testimoniis, sed etiam Dominicis perurgeri; quomodo audent inter omnia numerare Spiritum sanctum, quando ipse Dominus dixit: *Qui blasphemaverit in Filium hominis, remittetur emendandum putavit, unum corpus.*

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, Ex Patre omnia. Infra vero ubi nos ex mss. melioris notæ, et ubi Apostolus; alii et omnes edit. præferunt, et ibi quia Apostolus, etc.

<sup>d</sup> Omnes edit., Angeli ejus; omnes mss., Angeli Dei.

*tur ei : qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, nec hic, nec in futurum remittetur ei (Luc. XII, 10)?* Quomodo igitur inter creaturas audet quisquam Spiritum computare? Aut quis sic se obligat, ut si creaturæ derogaverit, non putet sibi hoc aliqua venia relaxandum? Nam si Judæi, quia adoraverunt militiam cœli (IV Reg. XVII, 16), divino præsidio destituti sunt : qui autem adorat et confitetur Spiritum sanctum, acceptus est Deo ; qui non confitetur, sacrilegii reus sine venia damnatur : utique hinc æstimari potest non inter omnia, sed super omnia esse Spiritum sanctum, cujus injuria æternis suppliciis expiatur.

54. Cur autem dixerit Dominus : *Qui blasphemaverit in Filium hominis, remittetur ei : qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, nec hic, nec in futurum remittetur ei (Luc. XII, 10)* ; diligenter advertite. Numquid alia est offensa Filii, alia Spiritus sancti? Sicut enim una dignitas, sic una injuria. <sup>a</sup> Sed si quis corporis specie deceptus humani, remissius aliquid sentit de Christi carne, quam dignum est (neque enim vilis nobis debet videri, quæ aula virtutis, fructus est Virginis), habet culpam; non est tamen exclusus a venia, quam fide possit adsciscere. Si quis vero sancti Spiritus dignitatem, majestatem et potestatem abneget sempiternam, et putet non in Spiritu Dei ejici dæmonia, sed in Beelzebub : non potest ibi exoratio esse veniæ, ubi sacrilegi plenitudo est; quia qui Spiritum negavit, et Deum Patrem negavit et Filium; quoniam idem est Spiritus Dei, qui Spiritus est Christi.

#### CAPUT IV.

*Spiritum sanctum unum et eundem esse qui locutus est in prophetis et in apostolis, qui Spiritus Dei et Christi est, quem præterea Spiritum Paraclitum, Spiritum vitæ ac veritatis Scriptura significat.*

55. Unum autem esse Spiritum nemo dubitaverit, etsi de uno Deo plerique dubitaverunt. <sup>b</sup> Alim enim dixerunt plerique hæretici Deum veteris, alium

<sup>a</sup> Morinus lib. IX de Pœnit. cap. 28, citato hoc Ambrosii loco, non dubitat asserere illum vere ac proprie de peccato, quod a plerisque PP. pro irremissibili habitum censet, intelligendum. Sed ut valeret ista ejus opinio, docendum erat Doctoris nostri sententiam esse, omnibus qui Spiritus sancti divinitatem semel negassent, omnem ad fidem et veniam rediitum intercludi: quod sane non esset probatu admodum facile. Cum autem hic nequaquam discutitur, neque utrum peccatum aliquod vere sit irremissibile, neque quibus conditionibus tale reddatur, qui plura de hac quæstione voluerit, consulat quæ lib. II de Pœnit. cap. 4, subnotavimus, sicut et nostram in lib. de Lapsu Virg. consecr. admonitionem. Obiter autem observabimus hoc argumentum semper contra impugnantes Spiritus sancti divinitatem visum esse quam efficacissimum, proindeque diligenter et copiose tractatum a Didymo, Basilio, Cyrillo et aliis.

<sup>b</sup> Hoc testatur Epiphanius de Simone mago Hær. 21, de Marcionitis Hær. 42, et de Manichæis Hær. 66. De his autem ultimis idem memorat August. de Hær. cap. 26.

<sup>c</sup> Dicitur Filius offensus ab Adamo, quia creatio-

A novi Testamenti. **612** Sed sicut unus Pater, qui et olim locutus est, ut legimus, patribus in prophetis : et in novissimis diebus nobis locutus est in Filio (Hebr. I, 1, 2) : et sicut unus Filius, qui juxta veteris seriem Testamenti <sup>e</sup> ab Adam offensus, ab Abraham visus, adoratus a Jacob est : ita etiam Spiritus sanctus unus est, qui efferebuit in prophetis, insufflatus est apostolis, copulatus est Patri et Filio in baptismatis sacramentis (II Petr. I, 21; Joan. XX, 22; Matth. XXVIII, 19). De ipso enim dicit David : *Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me (Psal. L, 13)*. De ipso etiam alibi dixit : *Quo ibo a Spiritu tuo (Psal. CXXXVIII, 7)*.

56. [Alias cap. IV.] Ut scias quia idem Spiritus Dei est, qui est Spiritus sanctus, sicut et in Apostolo legimus : *Nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu; et nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto (I Cor. XII, 3)*, ipsum Apostolus Spiritum Dei dixit. Ipsum etiam Spiritum Christi appellavit, sicut habes : *Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu; si tamen Spiritus Dei inhabitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus (Rom. VIII, 9)*. Et infra : *Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis (Ibid. 11)*. Ipse est ergo Spiritus Dei, qui Spiritus est Christi.

57. Ipse etiam est Spiritus vitæ, sicut ait Apostolus : *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis (Ibid., 2)*.

58. Quem igitur Spiritum vitæ <sup>d</sup> Apostolus dixit, C ipsum Dominus in Evangelio paraclitum nominavit, ipsum Spiritum veritatis, sicut habes : *Et rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis; ut vobiscum sit in æternum, Spiritum veritatis, quem hic mundus non potest accipere; quia non videt eum, nec cognoscit eum (Joan. XIV, 16, 17)*. Habes ergo et Paraclitum Spiritum, eundem et Spiritum veritatis et Spiritum invisibilem designatum. Quomodo igitur secundum divinitatem quidam <sup>e</sup> Filium visibilem putant, cum etiam Spiritum mundus videre non possit?

nem mundi, et omnes veteris Testamenti apparitiones Ambrosius cum plerisque veterum PP. Filio tribuere consuevit, ut non semel supra licuit advertere. Quæ porro hic de Spiritus sancti unitate hæc mutuata videntur a Didymo statim post libri primi exordium.

<sup>d</sup> Apostolus dixit, sic prosequeuntur non pauci mss., de ipso etiam alibi dicit : *Quo ibo a Spiritu tuo? ut scias quia idem Spiritus est Dei, qui est Spiritus sanctus, sicut et in Apostolo legimus : Nemo in Spiritu loquens dicit anathema Jesu; et nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto. Ipsum Apostolus Spiritum Dei dixit, ipsum Dominus in Evangelio Paraclitum. Tres mss. post verbum dixit, addunt hæredem. Porro tota fere hæc lacinia, nempe ab illis verbis, ut scias, sive et scias, ut est in cunctis edit., desideratur suo loco in memoratis omnibus mss. Verum cum iidem exhibeant proxime ante verba illa : De ipso etiam alibi dixit : Quo ibo a Spiritu tuo, hujusmodi repetitio facit, ut in aliis suspicemur transpositionem.*

<sup>e</sup> Impiam hanc opinionem Arianorum fuisse auctor est Augustinus epist. 141, nunc 148, num. 10, et lib. II de Trinit., cap. 9. Sed lib. I cont. Maxim.

¶ 59. Accipe nunc ejusdem vocem Domini, quod ipse sit Spiritus sanctus, qui est Spiritus veritatis; habes enim in ultimo libri hujus: *Accipite Spiritum sanctum* (Joan. xx, 22). Ipsum quoque esse a Spiritum sanctum, qui est Spiritus Domini, Petrus docet dicens: *Anania, quid tibi visum est tentare et mentiri Spiritui sancto* (Act. v, 3)? Et statim ad uxorem Ananiæ idem ait: *Quid vobis visum est tentare Spiritum Domini* (Ibid., 9)? Cum dicit, *vobis*, ostendit de eo dictum Spiritu, de quo Ananiæ dixerat. Ipse est ergo Spiritus Domini, qui Spiritus sanctus.

60. Ipsum etiam Spiritum sanctum, qui Spiritus Patris est, declaravit Dominus, dicens secundum Matthæum in persecutione non esse cogitandum quid loquamur: *Non enim vos estis qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis* (Matth. x, 20). Idem autem secundum Lucam ait: *Nolite solliciti esse qualiter respondeatis aut dicatis; Spiritus enim sanctus Dei docebit vos in ipsa hora, quæ oporteat dicere* (Luc. xii, 11, 12). Ergo quamvis multi dicantur spiritus, quia lectum est: *Qui facit Angelos suos spiritus* (Psal. ciii, 4); unus tamen est Dei Spiritus.

61. Ipsum igitur unum Spiritum et apostoli et prophetæ sunt consecuti. Sicut etiam vas electionis, doctor gentium dicit: *Quia unum Spiritum potavimus* (I Cor. xii, 13); quasi eum qui non queat scindi, sed infundatur animis, et sensibus allabatur, ut sæcularis sitis restinguat ardorem.

#### CAPUT V.

*Spiritum sanctum, cum creaturas sanctificet, nec creaturam esse, nec mutabilem: eum semper bonum esse, cum a Patre detur et a Filio; nec inter ea quæ declinare dicuntur, numerandum; fontem bonitatis, Spiritum oris Dei, malorum emendatorem, bonum necessario confutendum: postremo cum in Scripturis bonus affirmetur, et Patri ac Filio conjungatur in baptisate, bonum negari neutiquam posse; nec tamen dici in bono proficientem, sed perficientem: quod eum ab omnibus distinguit creaturis.*

62. Non ergo sanctus Spiritus de substantia corporalium; hic enim corporalibus incorpoream infundit gratiam: sed nec de substantia invisibilium creaturarum est; nam et illæ sanctificationem hujus accipiunt, et per hunc reliquis mundi operibus antecellunt. Sive Angelos dicas, sive Dominationes, sive Potestates, omnis creatura expectat sancti Spiritus gratiam. Sicut enim nos per Spiritum liberi, quia

cap. 3, et lib. ii, cap. 26, docet eos hæreticos hoc effugio uti conatos, ut dicerent minora videri a majoribus, ut puta angelos ab archangelis, eoque modo videri a Patre Filium, ac Patrem solum a nemine videri posse: quam cavillationem ab ipsomet Ario in *Thalia* sua propositam tradit Athanasius in lib. de Synodis. Quod autem Ambrosium hic spectare Arianam hanc distinctionem autumat Petavius lib. viii de Trinit., cap. 2, id sine teste ac ratione scripto tradit.

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *Spiritum sanctum. Quia est Spiritus Dei.*

<sup>b</sup> Quidam mss., *qui sacrificando alios mutat.*

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *Spiritum bonum; sed plures ac me-*

*misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem: Abba Pater. Itaque jam non est servus, sed filius* (Galat. iv, 6, 7): ita etiam omnis creatura revelationem filiorum Dei expectat, quos utique sancti Spiritus gratia filios Dei fecit (Rom. viii, 19). Ergo et creatura ipsa omnis spiritualis gratiæ revelatione mutabitur, et liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei (Ibid. 21).

63. Omnis ergo creatura mutabilis, non solum ea quæ jam peccato aliquo aut elementorum conditione mutata est; verum etiam quæ corruptelæ potest esse obnoxia vitio naturæ, etsi nondum est studio disciplinæ; nam ut in superioribus libris docuimus (Lib. iii, de fide, cap. 2), et angelorum naturam liquet potuisse mutari. Utique æstimare convenit quia qualis unius natura, talis et cæterorum. Mutabilis ergo et reliquorum natura, sed melior disciplina.

64. [Alias cap. V.] Ergo omnis mutabilis creatura, sed bonus et non mutabilis Spiritus sanctus; neque enim aliquo vitio mutari potest, qui omnium abolet vitia, peccata condonat. Quomodo ergo mutabilis qui sanctificando alios mutat ad gratiam, non ipse mutatur?

65. Quomodo mutabilis, qui bonus semper est? Neque enim unquam malus Spiritus sanctus, per quem nobis quæ bona sunt, ministrantur. Unde et evangelistæ duo in uno eodemque loco, diversis quidem inter se verbis, sed eadem designarunt; habes enim in Matthæo: *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester, qui in cælis est, dabit bona petentibus se* (Matth. vii, 11)! Secundum Lucam autem invenies ita scriptum: *Quanto magis Pater vester de cælo dabit Spiritum sanctum petentibus se* (Luc. xi, 13)! Advertimus ergo bonum esse Spiritum sanctum Domini iudicio, evangelistarum testimonio; quando alius pro sancto Spiritu bona, alius pro bonis sanctum Spiritum nominavit. Si igitur quod bonum est, hoc est Spiritus sanctus, quomodo bonus non est?

66. Nec fallit quod nonnulli codices habent etiam secundum Lucam: *Quanto magis Pater vester de cælo dabit bonum datum petentibus se!* Hoc bonum datum gratia spiritalis est, quam Dominus Jesus effudit e cælo, postquam patibulo crucis fixus, triumphales revehens evacuata mortis exuvias, victor mortis a mortuis resurrexit, sicut habes scriptum: *ascendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit data hominibus* (Psal. lxxvii, 19). Et bene ait, *data*; sicut

lioris ævi, sicut et omnes edit., *Spiritum sanctum*. Græci quoque cod., *πνεῦμα ἄγιον*, quod secundum Latinam interpretationem Syriacæ versionis reddunt *Spiritum sanctitatis*; secundum interpretationem Æthiopicæ, *bonum donum Spiritus sancti*: at Persica adhuc simplicius, *Spiritum sanctum*. Hanc eandem lectionem Matthæi et Lucæ observat etiam Didymus, a quo similiter tractata superiora argumenta reperies.

<sup>d</sup> Tres mss., *captivam elegit captivitatem*; reliqui et omnes edit., *captivam duxit*, etc. Græcum idioma *ἵχμαλωτῆρας captivam fecisti, in captivitate redigisti*, vel quid simile.

enim Filius datus, de quo scriptum est : *Puer natus est, filius datus est nobis* (Esai. ix, 6), data est et gratia spiritualis. Quid autem dubito dicere quia datus est et Spiritus sanctus, cum scriptum sit : *Charitas Dei effusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* (Rom. v, 5). Quem utique quoniam pectora recipere captiva non poterant, prius Dominus Jesus captivam duxit captivitatem; ut liberis affectibus gratiæ divini munus effunderet.

67. Pulchre autem dixit : *Captivam captivitatem*. Christi enim victoria, victoria libertatis est, quæ omnes gratiæ vindicavit, nullum astrinxit injuriæ. Ergo in omnium absolute nemo captivus est. Et quia Dominicæ tempore passionis <sup>b</sup> sola feriabatur injuria, quæ captivos omnes amiserat quos tenebat; in se recurrens captiva facta est ipsa captivitas, jam <sup>B</sup> non Belial addicta, sed Christo, cui servire libertas est. Qui enim in Domino vocatus est servus <sup>c</sup> libertus est Domini (I Cor. vii, 22).

68. Sed ut ad proposita revertamur : *Omnes, inquit, declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum* (Psal. xiii, 3). Si excipiunt Spiritum sanctum, etiam ipsi eum non esse inter omnia contententur : si non excipiunt, ergo et ipsum inter omnes declinasse fateantur.

69. Sed videamus utrum bonitatem habeat, cum fons sit principiumque bonitatis. Nam sicut **615** Pater bonitatem habet et Filius, ita etiam bonitatem habet et Spiritus sanctus. Quod etiam Apostolus docuit dicens : *Fructus autem Spiritus pax, charitas, gaudium, patientia, bonitas* (Galat. v, 22). Quis autem <sup>C</sup> dubitat quod bonus sit, cujus fructus est bonitas? *Arbor enim bona bonos fructus facit* (Matth. vii, 17).

70. Itaque si bonus Deus, quomodo non bonus qui oris ejus est Spiritus (Psal. xxxiii, 6), qui scrutatur etiam alta Dei (I Cor. ii, 10)? An in alta Dei <sup>d</sup> contagio mali possit intrare? Unde et illud intelligitur, quam amentes sint, qui bonum Filium Dei abnegant, cum bonum Spiritum Christi negare non possint; de quo ait Dei Filius : *Propterea dixi, de meo accipiet* (Joan. xvi, 15).

71. An non bonus Spiritus, qui bonos de pessimis facit, peccatum abolet, malum delet, crimen excludit, bonum munus infundit, de persecutoribus apostolos facit, <sup>e</sup> de peccatoribus sacerdotes? *Eratis, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino* (Ephes. v, 8).

72. Sed quid <sup>f</sup> differimus eos? Nam si verba exigunt, cum facta non abnuant, accipiant bonum Spi-

ritum scriptum; dixit enim David : *Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam* (Psal. cxlii, 40). Quid est enim Spiritus, nisi plenus bonitatis? Qui cum sit inaccessibilis natura, receptibilis tamen propter bonitatem suam nobis est, complens virtute omnia, sed qui solis participetur justis, simplex substantia, opulentus virtutibus, unicuique præsens, dividens de suo singulis, et ubique totus.

73. Meritoque Filius Dei dixit : *Ite, baptizate gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* (Matth. xxviii, 19), non dedignatus Spiritus sancti societatem. Cur igitur nunc quem Dominus non dedignatus est in baptismatis sacramento, moleste ferunt aliqui Patri vel Filio Spiritum nostra devotione conjungi?

74. Bonus ergo Spiritus : bonus autem, non quasi acquirens, sed quasi impertiens bonitatem. Non enim accipit a creaturis, sed accipitur Spiritus sanctus : sicut non sanctificatur, sed ipse sanctificat; creatura enim sanctificatur, sanctificat autem Spiritus sanctus. In quo licet verbi communio, discretio tamen naturæ est. Sanctus enim dicitur et homo qui accipit, et Deus qui tribuit sanctitatem; quia legimus : *Estote sancti, quoniam et ego sanctus sum* (Levit. xix, 2). Non ergo potest sanctificatio et corruptela unius esse naturæ; et ideo non potest gratia sancti Spiritus et creatura unius esse substantiæ.

75. Itaque cum omnis invisibilis præter Trinitatem reliqua natura, cujus rationabilem et incorpoream jure quidam substantiam putant, <sup>g</sup> non impertiat spiritalem gratiam, sed acquirat : nec participet, sed assumat; separanda utique est a societate Spiritus sancti communitas creaturæ. Credant igitur quia creatura non est Spiritus sanctus : aut si creaturam putant, cur associant Patri? Si creaturam arbitrantur, cur Filio Dei jungunt? Quod si a Patre et Filio **616** non existimant separandum, non æstiment creaturam; quia ubi una sanctificatio, una natura est.

#### CAPUT VI.

*Quamquam in aqua et Spiritu baptizamus, hunc tamen illi longe præstare; atque adeo non sejungendum a Patre et Filio.*

76. Sunt tamen plerique qui eo quod in aqua baptizamus et Spiritu, non putent aquæ et Spiritus distare munera; et ideo non putant distare naturam. Nec advertunt quia in illo aquarum sepelimur elemento, ut renovati per Spiritum resurgamus. In aqua enim imago mortis, in Spiritu pignus est vitæ; ut per aquam moriatur corpus peccati, quæ quasi quo-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *Gratia Dei*; cæteri atque edit. *Charitas Dei*; textus Apostoli, *ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ*, charitas, dilectio, etc.

<sup>b</sup> Mss. non pauci, *soli feriabatur injuria*; duo, *sola feriabatur*, paulo melius; quidam, *sola feriabatur injuria*, parum commode. Præstat igitur cum aliis mss. et cunctis edit. legere, *sola feriabatur injuria*, id est, otiosa erat, nec jam cuiquam nocere poterat.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *liber est Domini*; reliqui omnesque edit., *libertus est Domini*. Apostolus etiam,

*ἀπελευθερωσὶς τοῦ κυρίου.*

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *cogitatio mali*.

<sup>e</sup> Idem Ambrosius serm. 10 in Psal. cxviii, num. 17: *Accepimus Spiritum sanctum, qui non solum nostra peccata dimittit: sed etiam nos facit sacerdotes suos aliis peccata dimittere.*

<sup>f</sup> Rom. edit. cum mss. aliquot, *deserimus eos*; vet. edit. cum aliis, *differimus eos*, id est, quid non statim respondemus?

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *non impertiat spiritualium gratiam.*

dam tremulo corpus includit: et per virtutem Spiritus renovemur a morte peccati, renati in Deo.

77. Et ideo hi tres testes unum sunt, sicut Joannes dixit: *Aqua, sanguis, et Spiritus* (I Joan. v, 8). Unum in mysterio, non in natura. Aqua igitur testis est sepulturæ, sanguis testis est mortis, Spiritus testis est vitæ. Si qua ergo in aqua gratia, non ex natura aquæ, sed ex præsentia est Spiritus sancti.

78. Numquid in aqua vivimus, sicut in Spiritu? Numquid in aqua signamur, sicut in Spiritu? In ipso enim vivimus, et ipse est pignus hæreditatis nostræ, sicut et Apostolus scribens ad Ephesios, ait: *In quo credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ* (Ephes. i, 13, 14). Sancto igitur Spiritu signati sumus, non natura, sed a Deo, quia scriptum est: *qui unxit nos Deus, et qui signavit nos, et dedit pignus Spiritum in cordibus nostris* (I Cor. i, 21, 22).

79. Signati ergo Spiritu a Deo sumus. Sicut enim in Christo moriamur, ut renascamur; ita etiam Spiritu signamur, ut splendorem atque imaginem ejus et gratiam tenere possimus: quod est utique spirituale signaculum. Nam etiam specie signemur in corpore, veritate tamen in corde signamur; ut Spiritus sanctus exprimat in nobis imaginis celestis effigiem.

80. Quis igitur audeat dicere discretum a Deo Patre et Christo esse Spiritum sanctum; cum per ipsum ad imaginem et similitudinem Dei esse mereamur; et per ipsam fiat, quemadmodum Petrus apostolus dixit (II Pet. i, 4), ut divinæ simus consortes naturæ? In quo adoptione non carnalis successione hæreditas, sed adoptionis gratiæ spirituale commercium est. Atque ut sciamus cordis nostri magis hoc, quam corporis esse signaculum, docet Propheta qui dicit: *Signatum est in nobis lumen vultus tui, Domine; dedisti lætitiã in corde meo* (Psal. iv, 7).

## 617 CAPUT VII.

*Spiritum sanctum creaturam non esse, cum sit incircumscriptus, et apostolis per omnes regiones dispersis infusus, quoniam etiam angelos ipsos, quibus æquales nos reddidit, sanctificet. Eodem Mariam repletam esse, nec non etiam Christum Dominum, atque adeo superiora et inferiora omnia: de cujus operatione, quæ per piscinæ convulsionem designabatur, ortum ducit omnis benedictio.*

81. Cum igitur omnis creatura certis naturæ suæ sit circumscripta limitibus; si quidem et illa invisibilia opera, quæ non queunt locis et finibus comprehendere, substantiæ suæ tamen proprietate clauduntur: quomodo quis audeat creaturam appellare Spiritum sanctum, qui non habet circumscriptam determinatamque virtutem; quia et in omnibus et ubique semper est, quod utique divinitatis et domina-

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *Secundum igitur Spiritum signati sumus, non a creatura, etc.*

<sup>b</sup> Vet. edit. cum mss. aliquot, *Spiritu signemur*: aptius Rom. cum reliquis, *specie signemur*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *simul pectoribus*; minus commode.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *super proprietatem naturæ*.

tionis est proprium: *Domini enim est terra, et plenitudo ejus* (Psal. xxiii, 1)?

81. Et ideo cum Dominus servulos suos apostolos destinaret, ut agnosceremus aliud creaturam esse, aliud gratiam spiritalem, alios alio destinabat; quia omnes simul ubique esse non poterant. Dedit autem omnibus Spiritum sanctum, qui licet separatis apostolis inseparabilis gratiæ munus infunderet. Erant igitur diversæ personæ, sed unus in omnibus operationis effectus; quia unus est Spiritus sanctus, de quo ait: *Accipietis virtutem venientem, Spiritum sanctum in vos; et eritis mihi testes in Hierusalem et in omni Judea et Samaria usque in fines terræ* (Act. i, 8).

82. Incircumscriptus igitur et infinitus Spiritus sanctus, qui se discipulorum sensibus per separatam divortia discreta regionum, remotosque fines totius orbis infudit, quem nihil potest præterire vel fallere. Et ideo sanctus David ait: *Quoibo a Spiritu tuo, aut quo a facie tua fugiam* (Psal. cxxxviii, 7)? De quo Angelo Scriptura hoc dicit? de qua Dominatione? de qua Potestate? Cujus inveniemus Angeli virtutem per plurimos esse diffusam? Angeli enim ad paucos mittebantur, Spiritus autem sanctus populis infundebatur. Quis igitur dubitet quin divinum sit, quod infunditur simul pluribus, nec videtur: corpoream autem, quod et videtur a singulis, et tenetur?

83. Sed quemadmodum sanctificans apostolos Spiritus, non est humanæ consortis naturæ; ita etiam sanctificans Angelos, Dominationes et Potestates, non habet consortium creaturæ. Si qui autem putant non esse spiritalem in angelis sanctitatem, sed aliam quamdam gratiam suæ proprietate naturæ; hi inferiores profecto angelos hominibus judicabunt. Cum enim et ipsi fateantur quod Spiritui sancto angelos conferre non audeant, nec possint negare quod hominibus infundatur Spiritus sanctus: sanctificatio autem Spiritus donum munusque divinum sit; invenientur utique homines qui meliorem sanctificationem habent, angelis præferenti. **618** Sed cum angeli hominibus in adjumentum descendant (Hebr. i, 14), intelligendum est quod creatura quidem superior angelorum sit, quæ plus recipit gratiæ spiritualis; ejusdem tamen et erga nos et illos munus auctoris sit.

84. Quanta autem gratia, quæ præmiis angelorum etiam inferiorem creaturam humanæ conditionis exæquet, sicut Dominus ipse promisit dicens: *Eritis sicut angeli in cælo* (Matth. xxii, 30)? Nec difficile; qui enim illos angelos fecit in Spiritu, homines quoque per eandem gratiam similes faciet angelorum (Psal. ciii, 4).

85. De qua autem creatura dici potest quia repleverit universa, quod scriptum est de Spiritu sancto: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*

<sup>e</sup> Amerb. et Eras., *nec posseni vetare*. Gill. et Rom., *nec possint negare*. Mss. vero partim his, partim illis accedunt.

<sup>f</sup> Paris. edit. ultimæ, *ipse præmisit*. Infra vero ubi nos cum ant. edit. ac mss. fere omnibus, *fecit in Spiritu*; Rom. edit. reposuit, *fecit spiritus*.



(Joel II, 28)? Non hoc de angelo dici potest. Denique Gabriel ipse missus ad Mariam: *Ave, inquit, gratia plena*; spiritalem utique in ea declarans gratiam, quod in eam Spiritus sanctus supervenisset, et plenum gratiæ uterum Verbo esset habitura cœlesti.

86. Domini enim est omnia complere, qui dicit: *Ego cœlum et terram compleo* (Jerem. xxiii, 24). Si ergo Dominus est, qui cœlum complet et terram; quis potest Spiritum sanctum judicare dominationis, et a divini potestatis exsortem, qui replevit orbem, et quod ultra totum orbem est, replevit Jesum mundi totius redemptorem? Scriptum est enim: *Jesus autem plenus Spiritu sancto, regressus est ab Jordane* (Luc. iv, 1). Quis igitur alius nisi qui ejusdem esset plenitudinis, complementem omnia posset implere?

87. Sed ne hoc secundum carnem dictum objiciant; quamquam plus unus ille, quam omnes: de cujus carne exhibet virtus, quæ sanaret omnes: tamen sicut Dominus complet omnia, ita etiam et de Spiritu lectum est: *Quoniam Spiritus Domini replevit orbem terrarum* (Sap. I, 7). Habes etiam de omnibus qui convenerant cum apostolis dictum quia, *repleti sancto Spiritu, loquebantur verbum Dei cum fiducia* (Act. iv, 31). Vides quia et plenitudinem et fiduciam dat Spiritus sanctus; cujus operationem archangelus nuntiat Mariæ, dicens: *Spiritus sanctus superveniet in te* (Luc. I, 35).

88. Habes etiam in Evangelio quia angelus secundum tempus descendebat in natatoriam, et movebatur aqua: et qui prior descendisset in natatoriam, sanus fiebat (Joan. v, 4). Quid in hoc typo angelus, nisi descensionem sancti Spiritus nuntiabat, quæ nostris futura temporibus, aquas sacerdotalibus invocata precibus consecraret? Ille ergo angelus sancti Spiritus erat nuntius, eo quod per gratiam spiritualem medicina nostris esset animæ ac mentis languoribus deferenda. Eosdem ergo et Spiritus habet, quos Deus Pater et Christus ministros. Sic omnia replete, sic omnia possidet, sic omnia operatur et in omnibus, quemadmodum et Deus Pater operatur et Filius.

89. Quid igitur sancti Spiritus operatione divinius, cum etiam benedictionum suarum præsumam Spiritum Deus ipse testetur dicens: **619** *Ponam Spiritum meum super semen tuum, et benedictiones meas super filios tuos* (Esai. xlv, 3)? Nulla enim potest esse plena benedictio, nisi per infusionem Spiritus sancti. Unde et apostolus nihil melius hoc nobis quod optaret invenit; sicut ipse dixit: *Non deficimus pro vobis orantes et obsecrantes, ut repleamini cognitione voluntatis ejus in omni sapientia et intellectu spiritali, ambulantes digne Deo* (Coloss. I, 9). Hanc igitur Dei esse docuit voluntatem, ut magis in bonis operibus et sermonibus et sensibus ambulantes repleamur voluntate Dei, qui ponit in cordibus nostris Spiritum sanc-

tum. Ergo si is qui habet Spiritum sanctum, Dei repletus est voluntate; utique inter Patrem et Spiritum nulla distantia voluntatis est.

#### CAPUT VIII.

*A Deo solo dari Spiritum; neque tamen totum singulis, cum præter Christum nemo fuerit qui totum eum capere posset. Per Spiritum effundi charitatem, quæ per mysticum unguentum figurata, nihil commune cum creaturis habere ostenditur: ipsum autem cum ex ore Dei dicatur procedere, inter creata non reponendum; nec inter divisibilia, cum sit æternus.*

90. Simul illud adverte, quia Deus dat Spiritum sanctum (Rom. v, 5). Non enim humanum hoc opus, neque ab homine datur: sed qui invocatur a sacerdote, a Deo traditur, in quo e Dei munus, ministerium sacerdotis est. Nam si Paulus apostolus judicavit (Ephes. v, 18) quod ipse donare Spiritum sanctum sua auctoritate non posset, et in tantum se huic officio imparem credidit, ut a Deo nos Spiritu optaret impleri; quis tantus est, qui hujus traditionem muneris sibi audeat arrogare? Itaque Apostolus d votum precatione detulit, non jus auctoritate aliqua vindicavit: impetrare optavit, non imperare præsumpsit. Petrus quoque ait quia non erat idoneus qui posset Spiritum sanctum vel cingere, vel arcere. Sic enim dixit: *Ergo si eandem gratiam concessit illis Deus sicut et nobis, ego quis eram, qui possem prohibere Deum* (Act. xi, 17)?

91. Sed fortassé apostolicis non moveantur exemplis, et ideo divinis utamur oraculis; scriptum est enim: *Jacob puer meus, suscipiam eum: Israel electus meus, suscepit eum anima mea, dedi Spiritum meum in ipsum* (Esai. xlii, 1). Dominus quoque per Esaiam dixit: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me* (Esai. lxi, 1).

92. Quis ergo audeat dicere creatam Spiritus sancti esse substantiam, qui cum illuxerit in cordibus nostris, divini cernimus pulchritudinem veritatis, et distantiam creaturæ divinitatisque cognoscimus, ut opus segregetur ab auctore? Aut de qua creatura Deus ita locutus est, quod aut Dominationes aut Potestates effundat aut Angelos? Sed de Spiritu, inquit, meo effundam (Joel II, 28). Non Spiritum ait, sed de Spiritu; neque enim nos capere possumus plenitudinem Spiritus sancti, sed tantum accipimus, quantum de suo arbiter nostri pro sua voluntate diviserit. Sicut enim Dei Filius non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit (Philipp. II, 6), ut nos eum nostris animis percipere **620** possemus: exinanivit autem non quod ipse esset vacuus suæ plenitudinis; sed quo mihi qui plenitudinem ejus sustinere non possem, pro eo quod capere possem, infun-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *divinæ potestatis extorrem.*

<sup>b</sup> Ita edit. omnes, et quidam mss.: cæteri autem partim, *qua nostris futura . . . . invocatas precibus; partim, qui nostris futurâs temporibus aquas, sacerdotalibus invocatas precibus consecraret.*

<sup>c</sup> Paris. quædam edit. ac mss. aliquot, *Dei manus.*

<sup>d</sup> Pauci mss., *votum prædicatione detulit.*

<sup>e</sup> Vet. edit. ac pauci mss., *Israel dilectus meus.*

deretur : ita etiam de Spiritu sancto Pater se dicit **A** effundere super omnem carnem ; non enim totum effudit, sed quod effudit, omnibus abundavit.

93. Supra nos ergo effusum est de Spiritu : at vero super Dominum Jesum, cum in forma esset hominis, manebat Spiritus, sicut scriptum est : *Supra quem videris Spiritum descendentem de caelo, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto* (Joan. 1, 33). Circa nos ex affluentem commodo liberalitas largientis est, in illo totius manet in aeternum Spiritus plenitudo. Quod igitur nobis satis esse judicavit, effudit : et quod effusum est, non separatum est, nec incisum : sed unitatem habet plenitudinis, quo aciem nostri cordis illuminet pro nostrae possibilitate virtutis. Denique tantum capimus, quantum profectus nostrae mentis acquirit ; inseparabilis est enim plenitudo gratiae spiritualis, sed nobis pro nostrae participatur facultate naturae.

94. Effundit ergo Deus de Spiritu, effunditur etiam charitas Dei per Spiritum : quo loco unitatem debemus agnoscere operationis et gratiae. Sicut enim de Spiritu sancto Deus effudit, ita etiam, *Charitas Dei effusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum* (Rom. v, 5) ; ut intelligamus <sup>a</sup> non esse opus sanctum Spiritum, qui divinae arbiter et fons profluus charitatis est.

95. Similiter autem ut credas id quod effunditur, cum creaturis non posse esse commune, sed speciale divinitatis ; etiam et Filii nomen effunditur, sicut habes : *Unguentum exinanitum est nomen tuum* (Cant. 1, 2). Cujus virtute sermonis nihil potest esse praestantius. Nam sicut inclusum in vase aliquo unguentum cohibet odorem suum, qui odor quamdiu vasis illius angustiis coercetur, etsi ad plures non potest pervenire, tamen vim suam servat ; cum vero de vase illo, quo claudebatur, unguentum fuerit effusum, longe lateque diffunditur : ita et Christi nomen ante ejus adventum in Israel populo, quasi in vase aliquo Judaeorum mentibus claudebatur : *Notus enim in Judaea Deus, in Israel magnum nomen ejus* (Psalm. lxxv, 1) : hoc utique nomen, quod vasa Judaeorum angustiis suis coercitum continebant.

96. Magnum quidem et tunc nomen, cum infirmiorum atque paucorum haereret angustiis : sed magnitudinem sui nondum per corda gentium, et in fines totius orbis effuderat. Postea vero quam per omnem mundum suo illuxit adventu, per omnem utique creaturam divinum illud suum nomen extendit, non repletum accessione aliqua (plenitudo enim nescit augmentum) sed replens vacua, ut esset admirabile nomen ejus in universa terra. Hujus igitur effusio <sup>b</sup> nominis abundantem quamdam exuberantiam gratiarum, bonorumque caelestium significat largitatem ; ex abundantia enim superfluit, quidquid effunditur.

<sup>a</sup> Mss. aliquot, nos esse opus Spiritus sancti.

<sup>b</sup> Mss. nonnulli, habundantia quadam exuberans vim gratiarum... itaque sicut creatura.

<sup>c</sup> Ita mss. plures ac potiores : nonnulli tamen et omnes edit., Quod autem manet, semper utique est,

97. Itaque sicut creata non potest dici sapientia, quae ex ore Dei procedit, nec Verbum, quod eructatur ex corde, nec virtus, in qua plenitudo **621** majestatis aeternae est : ita etiam creatus non potest Spiritus aestimari, qui ex ore Dei funditur ; cum ipse Deus tantam ostenderit unitatem, ut effunderet se de Spiritu suo dicat. Quo intelligamus quia etiam Dei Patris eadem gratia sit, quae Spiritus sancti est, et quod sine incisione ac detrimento aliquo dividatur mentibus singulorum. Quod ergo de Spiritu Dei effunditur, nec inciditur, nec partibus aliquibus corporalibus comprehenditur, aut secatur.

98. [Alias cap. VIII]. Quomodo enim credibile est, quod Spiritus sectilibus aliquibus dividatur ? Dicit Joannes de Deo : *Ex hoc cognoscimus quia manet in nobis de Spiritu quem dedit nobis* (I Joan. iii, 24). <sup>c</sup> Quod autem manet semper, utique nec mutatur : ergo si mutationem non habet, aeternitatem habet. Et ideo Spiritus sanctus sempiternus est ; creatura autem obnoxia vitio, ideoque mutabilis. Quod autem mutabile est, esse non potest sempiternum (Rom. viii, 20) : et ideo non potest Spiritui sancto et creaturae esse consortium ; quia sempiternus est Spiritus, creatura autem omnis in tempore est.

99. Sempiternum autem Spiritum sanctum, etiam Apostolus ostendit : *Si enim sanguis taurorum et hircorum, et cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad carnem emundandam ; quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sempiternum se obtulit immaculatum Deo* (Hebr. ix, 13, 14) ! Ergo sempiternus est Spiritus.

## CAPUT IX.

*Spiritum sanctum recte dici unguentum Christi, et oleum laetitiae, et quas ob causas ? Christum ipsum non esse unguentum ; cum unctus sit Spiritu sancto : mirum autem id non videri, si unguentum vocetur et Spiritus, cum Pater ac Filius etiam Spiritu appellentur. Nec ullam tamen in ipsis confusionem esse ; cum solus Christus in corpore oppeterit mortem, cujus salutaris crux praedicatur.*

100. Plerique autem arbitrati sunt unguentum Christi esse Spiritum sanctum. <sup>d</sup> Et bene unguentum, quia oleum laetitiae nuncupatum est, plurimarum redolente copula gratiarum : verum illum Deus omnipotens Pater unxit principem sacerdotum, qui non ut alii in typo unctus ex lege, sed et secundam legem unctus in corpore, et in veritate supra legem virtute sancti Spiritus ex Patre plenus est.

101. Hoc est oleum laetitiae, de quo dicit propheta : *Unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae* <sup>e</sup> *praesortibus tuis* (Psalm. xlii, 8). Denique Petrus unctum Spiritu dicit Jesum, sicut habes : *Vos scitis quod factum est verbum per totam Judaeam, incipiens a Genec mutatur. Et post duos versus ubi vet. edit. ac multo major numerus mss., obnoxia vitio : Rom. edit. cum aliis nonnullis cod., obnoxia vanitati.*

<sup>d</sup> Mss. aliquot, Qui bene ungit.

<sup>e</sup> Quidam mss., praesortibus tuis.

*lilæa post baptismum, quod prædicavit Joannes, Jesus a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto (Act. x, 37, 38). Oleum igitur lætitiæ Spiritus sanctus est.*

102. Et pulchre oleum lætitiæ dixit, ne creaturam putares; olei enim hujusmodi natura est, ut nequaquam <sup>a</sup> naturæ alterius humido misceatur. Lætitia quoque non corpus ungit, sed intima **622** cordis illuminat, sicut propheta dixit: *Dedisti lætitiā in corde meo (Psalm. iv, 7)*. Ergo cum ludat operam, qui oleum velit cum creatura humidioris confundere: quia cum <sup>b</sup> olei natura levior sit cæteris, residentibus aliis, elevata secernitur: quomodo putant isti deterrimi caupones oleum lætitiæ cum cæteris creaturis sua posse fraude confundi; cum utique non queant incorporeis corporea, increatis creata misceri?

102. Et bene oleum lætitiæ dicitur, quo unctus est Christus; neque enim usitatum fuit, ei oleum et commune quærendum, quo aut vulnera curantur, aut æstus levatur: cum fomentum vulnerum suorum <sup>c</sup> salus mundana non quæreret, nec refectionem corporis fatigati virtus sempiterna deposceret.

103. Nec mirum si habet oleum lætitiæ, qui fecit exsultare morituros, tristitia mundum exiit, <sup>d</sup> mæstæ fetorem mortis abolevit. Et ideo Apostolus ait: *Christi enim bonus odor sumus Deo (II Cor. ii, 15)*; utique de spiritalibus significans se locutum. Sed et cum ipse Filius Dei dicat: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me (Luc. iv, 18)*, spiritale signat unguentum. Ergo unguentum Christi est Spiritus.

104. Aut quia unguentum exinanitum est nomen Jesu, si ibi Christum ipsum intelligere volunt unguenti expressum nomine, non Spiritum Christi; utique cum unctum Spiritu sancto Dominum Jesum Petrus apostolus dixerit, liquet sine dubio quod unguentum dicatur et Spiritus.

105. Sed quid mirum, cum et Pater et Filius spiritus esse dicatur? De quo quidem dicemus plenius, cum de unitate nominis dicere cœperimus (*Infra, cap. 14*). Tamen quia hic quoque incidit pulcherrimus locus, ne sine corollario eum præterire videamur, accipiant quia et Pater dicitur spiritus, sicut in Evangelio Dominus locutus est, *quoniam Spiritus est Deus (Joan. iv, 24)*; et Christus spiritus dicitur; **D** quia Jeremias dixit: *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus (Thren. iv, 20)*.

106. Et Pater ergo spiritus, et Filius spiritus; quia quod non est creaturæ corpus, hoc spiritus est:

<sup>a</sup> Non pauci mss., *naturæ alterius humidioris.*

<sup>b</sup> Mss. nonnulli, *olei liquidior natura sit, cæteris resistentibus, altius aliis elevata cernitur.*

<sup>c</sup> Mss. nonnulli, *salus mundanda: inelius alii aliquot, salus mundi; reliqui et omnes edit., salus mundana.*

<sup>d</sup> Amerb. et Eras. cum parte mss., *majestate fetorem mortis; Gill. et Rom. cum alia parte, ut in textu.*

<sup>e</sup> Big. cod., *in qua erat infirmitate.*

A sed non confusus cum Patre et Filio Spiritus sanctus, verum et a Patre distinctus et a Filio. Non enim Spiritus sanctus est mortuus, qui mori non potuit; quia carnem non suscepit, nec mortis capere esse potuit sempiterna divinitas: sed mortuus est secundum carnem Christus.

107. In eo utique mortuus, quod suscepit ex Virgine: non in eo, quod habebat ex Patre; in eo enim mortuus, in quo crucifixus est Christus. Spiritus autem sanctus non potuit crucifigi, qui carnem et ossa non habuit: sed crucifixus est Dei Filius, qui carnem et ossa suscepit; ut in illa cruce nostræ carnis tentamenta morentur. Suscepit enim quod non erat, ut celaret quod erat: celavit quod erat, ut tentaretur in eo, et redimeretur quod non erat; **B** ut ad id quod erat, per id quod non erat, nos vocaret.

108. O divinum crucis illius sacramentum, **623** <sup>e</sup> in qua hæret infirmitas, virtus libera est, affiguntur vitia, eriguntur tropæa! Unde quidam sanctus ait: *Confige clavis a timore tuo carnes meas (Psal. cxviii, 120)*; non ferreis clavis, ait, sed timoris et fidei: vehementior est enim <sup>f</sup> virtutis strictura, quam pœnæ. Denique Petrum, cum usque in atrium principis sacerdotum Dominum sequeretur (*Math. xxvi, 58*), quem nemo ligaverat, fides vinxerat: et quem fides vinxit, pœna non solvit. Rursus cum ligaretur a Judæis, devotio solvit, pœna non tenuit; quia non recessit a Christo.

109. Ergo et tu crucifige peccatum, ut moriari peccato; qui enim peccato moritur, Deo vivit: vivas ei qui Filio proprio non pepercit; ut in illius corpore nostras crucifigeret passiones. Pro nobis enim mortuus est Christus, ut nos in illius redivivo corpore viveremus. Mortua est ergo in illo non vita nostra, sed culpa: *Qui peccata, inquit, nostra pertulit in corpore suo super i. n. m.; ut a peccatis nostris separati, cum justitia vivamus, cujus vulnere plagarum sanati sumus (I Petr. ii, 24)*.

110. Lignum igitur illud crucis velut quædam nostræ navis salutis vectura nostra est, non pœna; <sup>g</sup> alia enim salus non est, nisi vectura salutis æternæ. <sup>h</sup> Dum mortem expetendo, non sentio: dum pœnam contemnendo, non patior: dum metum nescio, negligendo.

111. Quis est igitur cujus vulnere plagarum sanati sumus, nisi Christus Dominus: de quo idem prophetavit Esaias quia plaga ejus nostra medicina est (*Esai. lxxv, 5*): de quo Paulus apostolus in Epistolis suis scripsit: <sup>i</sup> *Qui peccatum non cognovit, sed pro*

<sup>f</sup> Mss. aliquot, *timoris strictura.* Et infra pro pœna non solvit, iidem habent, *potestas non solvit.*

<sup>g</sup> Ita edit. omnes, et mss. aliquot: horum autem alii partim, *alia enim salus est vectura salutis æternæ: partim, talis enim navis est vectura, etc.*

<sup>h</sup> Mss. aliquot, *Dum mortem expectando.*

<sup>i</sup> Non pauci mss. *quia peccatum pro nobis factus est.* Iterum autem pro corporis natura, quod erat in omnibus edit.; omnes prope mss. legunt, *corporis creatura.*

*nobis peccatum factus est (II Cor. v, 21)?* Hic quippe A  
divinum in eo; quia caro peccatum non fecit, nec in  
eo suscepti<sup>a</sup> corporis creatura peccavit. Nam quid  
mirum, si non peccavit sola divinitas, cum peccandi  
incentiva non habeat? Si autem solus exors peccati  
Deus, omnis utique creatura per naturam sui, ut  
diximus, obnoxia potest esse peccato.

#### CAPUT X.

*Quod Spiritus peccata condonat, hoc illi cum Patre ac  
Filio, non autem cum angelis esse commune.*

112. [Alias cap. IX.] Dic igitur, b quicumque Spi-  
ritus sancti divinitatem negas: Spiritus autem obno-  
xius non potuit esse peccato, qui magis peccata con-  
donat. Numquid angelus donat? numquid archan-  
gelus? Non utique, sed donat solus Pater, solus  
Filius, solus Spiritus sanctus (Luc. v, 21). c Nemo  
autem quod potest donare, non potest evitare.

113. Sed fortasse dixit aliquis quia et Seraphim  
dixit Esaiæ: *Ecce tetigit hoc labia tua, d et auferet iniquitates tuas, et peccata tua circumpurgabunt* (Esai. vi, 7). 624 *Auferet, inquit, et circumpurgabunt*: non ego auferam, sed ignis ille de altari Dei, hoc est, gratia spiritalis. Quid enim aliud pie intelligere possumus in altari Dei esse, nisi Spiritus gratiam? Non utique lignum silvarum, nec fuliginem atque carbonem. Aut quid tam pium, quam ut secundum mysterium intelligamus quia revelabatur in ore Esaiæ omnes homines per passionem Christi esse purgandos, qui velut carbo secundum carnem exussit nostra peccata, sicut in Zacharia habes; *Nonne hic titio ejectus ab igni? Et ille erat Jesus indutus estimenta sordida* (Zach. iii, 2, 3).

114. Denique ut sciamus communis hoc redemptionis mysterium per prophetas evidentissime revelatum, etiam hoc loco habes dictum: *Ecce abstulit peccata tua (Ibid., 4)*: non quod Christus peccata sua deponeret, qui peccatum non fecit; sed quod in carne Christi omne a peccatis suis genus absolveretur humanum.

115. Sed etiamsi Seraphim abstulisset peccatum, quasi unum utique de ministris Dei ad hoc esset mysterium destinatum. Sic enim dixit Esaias: *Quia missum est ad me unum de Seraphim* (Esai. vi, 6).

#### CAPUT XI.

*Spiritum ad omnes mitti, nec transire ex loco in alium:* D

<sup>a</sup> Edit., *corporis natura peccavit.*

<sup>b</sup> Remig. cod., *quicumque es Spiritus sancti divinitatem negans, Spiritus sanctus obnoxius non potuit esse peccato; quia nullus peccata donat: numquid angelus, etc.* Edit. autem, ac mss. reliqui inter se consentiunt, nisi quod pro *non potuit*, legitur in Rom. edit., *num potuit*. Sed non minimus timendi locus est, ne ubique hic locus corruptus habeatur.

<sup>c</sup> Amerb. atque Eras. cum mss. non paucis, *Nemo autem quod non potest donare, non potest vitare*. Perperam; si quidem idem sensus esset, ac si scriberetur, omnes quod non possunt donare, possunt vitare. Melius ergo Gill. cum reliquis mss. ut in contextu. Neque ab is discrepat Rom. edit. nisi quod geminat negationem.... *non potest non vitare.*

<sup>d</sup> Omnes edit., *et abstulit.... circumpurgavit; om-*

*cum nec loco, nec tempore concludatur. Sic igitur cum exire a Filio, ut ipse Filius a Patre, in quo semper manet: sed eundem ventre nobis, cum ipsum recipimus. Eodem etiam modo venire quo Pater ipse, a quo separari nequaquam potest.*

116. [Alias cap. X.] Et Spiritus quidem missus dicitur: *sed Seraphim ad unum, Spiritus ad omnes (Joan. xvi, 7)*: Seraphim mittitur in ministerium, Spiritus operatur mysterium: Seraphim quod iubetur, exsequitur, Spiritus quod vult, dividit (Cor. xii, 11): Seraphim de loco ad locum transit; non enim complet omnia, sed et ipsum repletur ab Spiritu: Seraphim descendit cum aliquo secundum naturam suam transitu; at verò de Spiritu sancto hoc non possumus æstimare; de quo dicit Filius Dei: *Cum venerit Paraclitus Spiritus veritatis, quem ego mitto vobis, qui a Patre procedit (Joan. xv, 26).*

117. Etenim si de loco procedit Spiritus, et ad locum transit; et ipse Pater in loco invenietur, et Filius. Si de loco exit, quem Pater mittit, e aut Filius, utique de loco transiens Spiritus atque procediens, et Patrem sicut corpus secundum impias interpretationes relinquere videtur et Filium.

118. Hoc secundum eos loquor, qui dicunt quod habeat Spiritus descensorium motum. Sed neque in loco aliquo Pater circumscribitur, 625 qui est super omnia; non solum corporeæ naturæ, sed etiam f invisibilis creaturæ: neque Filius suorum operum locis temporibusque concluditur, qui super omnem est creaturam totius opifex creaturæ: neque Spiritus veritatis, utpote Dei spiritus, circumscribitur aliquibus finibus corporalibus (Sap. vii, 23): qui cum sit incorporeus, omnem intelligibilem substantiæ creaturam inenarrabili divinitatis plenitudine supereminet, spirandi ubi velit (Joan. iii, 8), et inspirandi quomodo velit, habens super omnia potestatem.

119. Non ergo quasi ex loco mittitur Spiritus, aut quasi ex loco procedit, quando e procedit ex Filio, sicut ipse Filius cum dicit: *De Patre processit et venit in mundum (Joan. xvi, 18)*, omnes interficere opiniones, quæ ex loco ad locum possunt, sicut in aliquibus corporalibus; æstimari. Similiter autem cum aut intus aut foris legimus Deum esse, non utique Deum aut h intra aliquod corpus includimus, aut ab aliquo corpore separamus: sed alta hoc et inenarra-

nes mss., *et auferet.... circumpurgabunt*: in quo cum Hebræo et versionibus Græcis ac Latinis consentiunt.

<sup>e</sup> Sic omnes edit. ac mss. aliquot: alii vero partim, *ita ut Filius*; partim, *ita et Filius*; at pro utique omnes ferme habent, *itaque.*

<sup>f</sup> Mss. nonnulli, *invisibilis naturæ.... qui super omnem est creationis totius opifex creaturam.*

<sup>g</sup> Ambrosius hic et sub lineam sequentis numeri, ut missionem temporalem Spiritus significet, adhibet verbum *procedere*: quare mirum est Estium in lib. i Sent., dist. 14, ista scripisse: *Sciendum non facile reperiri apud Patres, ut missio Spiritus sancti nomine processionis significetur, præterquam apud Bedam, etc.*

<sup>h</sup> Quidam mss., *intra aliquod corpus implemus.*

bili æstimatione pensantes, divinæ naturæ intelligi-  
mus arcanum.

120. Denique ita sapientiã ex ore altissimi pro-  
disse se dicit (*Eccl. xxiv, 5*), non ut extra Patrem  
sit, sed apud Patrem; quia *Verbum erat apud Deum*  
(*Joan. i, 1*): nec solum apud Patrem, sed etiam in  
Patre. Dicit enim: *Ego in Patre, et Pater in me est*  
(*Joan. xiv, 10*). Sed neque cum de Patre exit, de  
loco recedit, aut quasi corpus a corpore separatur:  
neque cum in Patre est, quasi in corpore tamquam  
corpus includitur. Spiritus quoque sanctus cum præ-  
cedit a Patre et Filio, non separatur a Patre, non  
separatur a Filio. Quemadmodum enim separari po-  
test a Patre, qui Spiritus oris ejus est (*Psal. xxxii,*  
*6*)? Quod utique et æternitatis indicium, et divini-  
tatis exprimit unitatem.

121. Est ergo et manet semper, qui oris est Spi-  
ritus: sed descendere videtur, cum illum recipimus,  
ut habitet in nobis; ne nos simus a gratia ejus alieni.  
Nobis descendere videtur, non quod ille descendat,  
sed quod ad illum animus noster ascendat. De quo  
plenius diceremus, nisi meminissemus in libris jam  
superioribus (*Lib. v de Fide, cap. 7*) positum quod et  
Pater dixerit: *Descendamus et confundamus linguas*  
*eorum* (*Gen. xi, 7*); et Filius dixerit: *Qui diligit me,*  
*sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum:*  
*et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus*  
(*Joan. xiv, 23*).

122. Sic igitur venit Spiritus; quemadmodum ve-  
nit Pater; quia ubi Pater est, ibi est et Filius: et  
ubi Filius est, ibi est Spiritus sanctus. Non ergo  
discrete venire æstimandus est Spiritus sanctus. Venit  
autem non de loco ad locum; sed a dispositione  
constitutionis ad salutem redemptionis; a gratia vi-  
vificationis ad gratiam sanctificationis; ut de terris  
ad cælum, a de injuria ad gloriam, de servitio ad  
regnum transferat.

123. Sic ergo venit Spiritus, quemadmodum venit  
Pater. Dixit enim Filius: *Ego et Pater veniemus, et*  
*mansionem apud eum faciemus*. Numquid corporaliter  
Pater venit? Sic ergo et Spiritus **626** venit, in  
quo cum venit, et Patris et Filii plena presentia est.

124. Quis autem potest a Patre et Filio Spiritum  
sanctum separare, cum vel appellare Patrem et Fi-  
lium sine Spiritu non queamus? *Nemo enim dicit Do-*  
*minum Jesum, nisi in Spiritu sancto* (*1 Cor. xii, 3*). **D**  
Ergo si appellare Dominum Jesum sine Spiritu non  
possumus, utique sine Spiritu prædicare non possu-  
mus. Si autem et angeli prædicant Dominum Jesum,  
quem nemo potest sine Spiritu prædicare; et in  
ipsis ergo Spiritus sancti munus operatur.

125. Probavimus igitur unam presentiam esse,  
unam gratiam esse Patris et Filii et Spiritus sancti:  
quæ tam cælestis atque divina est, ut pro ea agat  
gratias Patri Filius, dicens: *Confiteor tibi, Pater do-*  
*mine cæli et terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, de inferis ad gloriam.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., neque passionem corporalium tem-  
pestatum patiamur: [quidam etiam, neque passio-

**A** et prudentibus, et revelasti ea parvulis (*Matth. xi, 25*)

## CAPUT XII.

*Patris et Filii et Spiritus sancti unam esse pacem*  
*atque gratiam: similiter unam charitatem, quæ ma-*  
*xime in hominum redemptione apparuit: unam de-*  
*nique trium communicationem.*

126. [*Alias cap. XI.*] Ergo cum una vocatio sit, una  
etiam gratia est. Denique scriptum est: *Gratia vobis et*  
*pax a Deo patre nostro et Domino Jesu Christo* (*Rom. i,*  
*7*). Ecce habemus quia Patris et Filii una est gratia, et  
Patris et Filii una est pax: sed hæc gratia et pax fructus  
est Spiritus, sicut ipse Apostolus docuit dicens: *Fru-*  
*ctus autem Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia*  
(*Galat. v, 22*). Et bona pax et necessaria, ut nemo  
disputationum turbetur incertis, <sup>b</sup> neque passionum  
**B** corporalium tempestate quietatur: sed simplicitate  
fidei, et tranquillitate mentis quietus circa Dei cul-  
tum perseveret affectus.

127. De pace probavimus: de gratia autem propheta  
Zacharias dicit; quia promisit Deus effundere in  
Jerusalem Spiritum gratiæ et misericordiæ (*Zuch.*  
*xii, 10*); et apostolus Petrus dicit: *Pœnitentiam agite,*  
*et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini*  
*Jesu Christi, in remissionem peccatorum; et accipietis*  
*gratiam Spiritus sancti* (*Act. ii, 38*). Ergo sicut Patris  
et Filii, ita et Spiritus sancti gratia est. Quomodo  
enim sine Spiritu potest esse gratia, cum gratia  
divina omnis in Spiritu sancto sit?

128. [*Alias cap. XII.*] Nec solum pacem et gra-  
tiam legimus Patris et Filii et Spiritus sancti; sed  
etiam charitatem, et <sup>c</sup> communionem, fidelis Au-  
guste. De charitate enim dictum est: *Gratia Domini*  
*nostri Jesu Christi, et charitas Dei* (*11 Cor. xiii, 13*).  
Accepimus charitatem Patris. Eadem charitas quæ  
Patris, etiam Filii est. Ipse enim dixit: *Qui me di-*  
*ligit, diligitur a Patre meo, et ego diligam eum* (*Joan.*  
*xiv, 21*). Quæ est enim charitas Filii, nisi quia se pro  
nobis obtulit, et suo sanguine nos redemit (*Ephes.*  
*v, 2*)? Eadem autem charitas et in Patre est, quia  
scriptum est: *Sic enim dilexit Deus mundum, ut Fi-*  
*lium suum unigenitum daret* (*Joan. iii, 16*).

129. Tradidit ergo Pater Filium, et Filius ipse  
**627** se tradidit. Servatur charitas, nec læditur  
pietas; nulla est enim pietatis injuria, ubi nulla est  
traditionis ærumna. Tradidit volentem, tradidit of-  
ferentem, non utique ad pœnam Pater Filium, sed  
ad gratiam. Si discutis facti meritum, interroga pie-  
tatis vocabulum. Vas electionis unitatem hanc di-  
vinæ charitatis evidenter ostendit; quia et Pater tra-  
didit Filium, et Filius ipse se tradidit. Pater tradi-  
dit, qui *Filio proprio non pepercit, sed pro nobis om-*  
*nibus tradidit illum* (*Rom. viii, 32*). De Filio quoque  
dicit: *Qui se tradidit pro me* (*Galat. ii, 20*). Tradidit,  
inquit. Si gratiæ, quid arguo? si injuriæ, plus debeo.

130. Sed sicut Pater tradidit Filium, et Filius ipse  
se tradidit, accipe quia et Spiritus cum tradidit.  
num... tempestatem patiamur: cæteri et edit. ut in  
textu.

<sup>c</sup> Tres mss., communionem fidelis æternitatis.

Scriptum est enim : *Tunc Jesus ductus est in desertum ab Spiritu, ut tentaretur a diabolo (Matth. iv, 1).* Ergo et Spiritus diligens tradidit Dei Filium. Sicut enim una est charitas Patris et Filii, ita hanc charitatem Dei supra effundi per Spiritum sanctum (Rom. v, 5), et fructum esse sancti Spiritus declaravimus; quia *fructus est Spiritus charitas, gaudium, pax, patientia (Galat. v, 22).*

131. [*Alias cap. XIII.*] Communicationem autem et Patris et Filii esse manifestum est, quia scriptum est : *Et communicatio nostra cum Patre, et Filio ejus Jesu Christo (I Joan. 1, 3);* et alibi : *Communicatio Spiritus sancti cum omnibus vobis (II Cor. xiii, 13).* Si igitur una pax, una gratia, una charitas, una communicatio est Patris et Filii et Spiritus sancti; una certe operatio est : et ubi una operatio est, utique non potest virtus esse divisa, et discreta substantia. Nam quomodo operationis ejusdem gratia conveniret?

### CAPUT XIII.

*Divinarum trium personarum unum esse nomen e Scripturis demonstrat Ambrosius : at in primis unitatem nominis Filii ac Spiritus sancti; cum uterque paraclitus dicatur et veritas.*

132. [*Alias cap. XIV.*] Quis igitur <sup>a</sup> unitatem negare audeat nominis, cum operationis videat unitatem? Sed quid ego unitatem nominis argumentis astruo; cum divinæ vocis evidens testimonium sit unum nomen esse Patris et Filii et Spiritus sancti? Scriptum est enim : *Ite, baptizate gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti (Matth. xxviii, 19).* In nomine dixit, non in nominibus. Non ergo aliud nomen Patris, aliud nomen Filii, aliud nomen Spiritus sancti; quia unus Deus : <sup>b</sup> non plura nomina; quia non duo Dii, non tres Dii (I Cor. viii, 4).

133. Et ut aperiret quia una divinitas, una majestas est, quia unum nomen Patris et Filii et Spiritus sancti; nec in alio nomine venerit Filius, in alio nomine Spiritus sanctus, ait ipse Dominus : *Ego veni in nomine Patris mei, et non accepistis me : si alius venerit in nomine suo, illum accipietis (Joan. v, 43).*

133<sup>c</sup>. Quod autem nomen Patris est, hoc idem Filii Scriptura declarat; quia in Exodo dixit Dominus : *Ego antecedam te in <sup>c</sup> nomine meo et **628** vocabo in nomine meo Dominum in conspectu tuo (Exod. xxxiii, 19).* Dominus ergo dixit quia in nomine suo vocabit Dominum : Dominus ergo et Patris est nomen et Filii. **D**

134. Cum autem unum nomen sit Patris et Filii, accipe quia et Spiritus sancti idem nomen sit, quoniam et Spiritus sanctus in nomine Filii venit, sicut scriptum est : *Paraclitus autem Spiritus sanctus quem*

*A* mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia (Joan. xiv, 26). Qui autem venit in nomine Filii, utique etiam in nomine Patris venit; quia unum nomen Patris et Filii est. Sic fit ut unum et Patris et Filii nomen sit et Spiritus sancti. Nec enim est aliud nomen sub caelo datum, in quo oporteat nos salvos fieri (Act. iv, 12).

135. Simul docuit unitatem divini nominis esse credendam, non disparilitatem; quoniam in unitate nominis venit Christus : in suo autem nomine venturus Antichristus est, sicut scriptum est : *Ego veni in nomine Patris mei, et non accepistis me : si alius venerit in nomine suo, illum accipietis (Joan. v, 43).*

136. Edoctum est igitur ex his non esse in Patre et Filio et Spiritu sancto paraclito nominis diversitatem : et quod nomen est Patris, id esse etiam Filii nomen : similiter quod nomen est Filii, esse id etiam Spiritus sancti; quando etiam paraclitus Filius dicitur, sicut et Spiritus sanctus. Et ideo ait in Evangelio Dominus Jesus : *Rogabo Patrem meum, et alium paraclitum dabit vobis qui vobiscum sit in æternum Spiritum veritatis (Joan. xiv, 16).* Et bene dixit alium, ne ipsum Filium, ipsum Spiritum intelligeres; unitas enim nominis est, non Filii <sup>e</sup> Spiritusque Sabelliana confusio.

137. Edit. Ben. [*Alias cap. XV.*] Itaque alius paraclitus est Filius, alius paraclitus Spiritus sanctus; Filium enim paraclitum dixit etiam Joannes, sicut habes : *Si quis peccaverit, paraclitum habemus apud Patrem Jesum Christum (I Joan. ii, 1).* Itaque quemadmodum unitas nominis, ita etiam unitas potestatis est; ubi enim paraclitus Spiritus, ibi etiam Filius.

138. Nam sicut hic in æternum Dominus futurum cum fidelibus Spiritum dicit, ita etiam de se alibi ostendit quod in æternum cum apostolis sit futurus, dicens : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem mundi (Matth. xxviii, 20).* Unum sunt ergo Filius et Spiritus : unum nomen est Trinitatis, et una inseparabilisque præsentia.

139. Sicut autem ostendimus paraclitum Filium nominatum, ita etiam ostendimus veritatem Spiritum nuncupatum. Veritas Christus; veritas Spiritus; habes enim in epistola Joannis : *Quoniam Spiritus est veritas (I Joan. v, 6).* Non solum ergo Spiritus veritatis, sed etiam veritas dicitur Spiritus, sicut et Filius veritas prædicatur, qui ait : *Ego sum via et veritas et vita (I Joan. xiv, 6).*

### **629** CAPUT XIV.

*Singulas Trinitatis personas e sacris codicibus lucem esse; Spiritum autem etiam ignem significari apud*

<sup>a</sup> Edit., unitatem separare audeat.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, non plura nomina. Non bono sensu.

<sup>c</sup> Ita vet. edit. ac plures mss. a quibus Rom. hoc solo distat, quod exemit præpositionem in : quidam autem mss. ultimam partem exhibent in hunc modum : *invocabo te, nomine meo, Domine.* etc. LXX vero, *Ἐγὼ παρελεύσομαι πρότερός σου τῆ δόξῃ μου, καὶ καλέσω τὸ ὄνοματί μου* (quidam mss., *ὀνόματι Κυρίου*). *κύριος ἑναντίον σου.* Quod August., Quæst. vet. Testam., ita vertit; *Ego transibo ante te, gloria mea : et*

*vocabo nomine Domini in conspectu tuo.*

<sup>d</sup> In editione Benedictiniana bis decem numeri omittuntur, ita ut series quæ ibi legitur, seriei quam restituimus hæc modo respondeat : 135. 155; 156. 156; et sic deinceps usque ad finem libri I. Edd.

<sup>e</sup> Vet. edit., Spiritus, quæ est Sabelliana confusio : mss. duo, Spiritus quem Sabelliana dicit confusio : unus, ut fatetur Sabelliana confusio. Reliqui et Rom. edit. ut in textu.

*Esaiam, cujus quidem ignis in Moysis rubo, in linguæ flammis, et in lagenis Gedeonis figura exstitit. Negari non posse ejusdem Spiritus divinitatem, cum eadem sit ejus, quæ Patris et Filii operatio, nec non Dominici vultus lumen ignisque prædicetur.*

140. [Alias cap. XVI.] Quid autem astruam quod sicut Pater lumen, ita etiam Filius lumen, et Spiritus sanctus lumen est? Quod utique divinæ potentiæ est. Deus enim lux est, sicut dixit Joannes: *Quia Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt* (1 Joan. 1, 5).

141. Lux autem et Filius, quia vita erat lux hominum. Et ut ostenderet se de Dei Filio Evangelista dixisse, ait de Joanne Baptista: *Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* (Joan. 1, 8, 9). Ergo quia Deus lux est, lux autem vera est Dei Filius: sine dubio Deus verus est Dei Filius.

142. Habes et alibi quia Filius Dei lux est: *Populus qui sedebat in tenebris et in umbra mortis, lucem vidit magnam* (Esai. ix, 2). Quid autem hoc evidenti-  
tius, quod ait: *Quoniam apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen* (Psal. xxxv, 10)? Hoc est, quod apud te, Deus omnipotens Pater, qui fons vitæ es, in lumine tuo Filio, lumen videbimus Spiritus sancti. Sicut ipse Dominus ostendit dicens: *Accipite Spiritum sanctum* (Joan. xx, 22); et alibi: *Et virtus exibat de eo* (Luc. vi, 19).

143. Ipsum autem Patrem quis dubitet lucem esse, cum lectum sit de Filio ejus quia splendor sit lucis æternæ (Hebr. 1, 3)? Cujus enim nisi Patris æterni splendor est Filius, qui et cum Patre semper est, nec dissimili, sed eadem claritate semper præfulget?

144. Et Esaias significat non solum lucem, sed etiam ignem esse Spiritum sanctum, dicens: *Et erit lux Israel in ignem* (Esai. x, 17). Itaque prophetæ eum ignem ardentem dixerunt; quia in tribus istis generibus propensius majestatem divinitatis advertimus: quoniam et sanctificare, divinitatis; et illuminare, ignis et lucis est proprium: et in specie ignis exprimi vel videri divinæ est consuetudinis: *Deus enim est ignis consumens*, sicut Moyses dixit (Deut. iv, 24).

145. Vidit enim ipse in rubo ignem, et audierat Deum, tunc quando vox facta est de flamma ignis ad eum dicens: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob* (Exod. iii, 15). Vox ergo de flamma, et in rubo flamma, et flamma non noxia. Urebatur enim rubus, et non exurebatur; eo quod illo mysterio Dominus figuraret quia illuminaturus spinas nostri corporis adveniret: nec consumpturus ærum-nosos, sed mitigaturus ærumnas: qui baptizaret in

<sup>a</sup> Ita omnes edit. et plures mss.; sed alii nonnulli, *in lumine tui Filii videbimus* etc.; quidam etiam, *In lumine tuo Filii lumen videmus et Spiritus sancti*.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *nec consumpturus ærumnas, sed mitigaturus: qui, etc.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *signata de limo, quæ opera tenere non norunt, nisi fervore, etc.*; nonnulli alii, *de limi opere tenera, quæ tumorem non norunt, si fervore, etc.*; reliqui et edit. in nostram lectionem consentiunt. Hanc porro expositionem lagenarum ac facularum, quibus Gedeon usus legitur, invenies etiam

A Spiritu sancto et igni (Matth. iii, 11); **630** ut gratiam tribueret, peccata consumeret. Ergo in specie ignis Deus servat propositum.

146. In Actibus quoque apostolorum cum supra fideles Spiritus sanctus descendisset, ignis species videbatur; sic enim habes: *Et factus est subito de celo sonus, tamquam vi magna Spiritus ferretur; et replevit totam domum, ubi erant sedentes: et visæ sunt illis dispersæ linguæ tamquam ignis* (Act. ii, 2, 3).

147. Unde et illud quando Gedeon superaturus Madian, trecentos viros jussit hydrias sumere, et in hydriis faces accensas habere, et in dextris tenere tubas (Judic. vii, 16); ita nostri acceptum ab apostolis servavere majores, quod hydriæ sunt corpora nostra, figurata de limo quæ timere non norunt, si fervore gratiæ spiritalis ignescant, et Jesu Domini passionem canora vocis confessione testentur.

148. Quis igitur de divinitate sancti Spiritus dubitet, cum ubi Spiritus gratia sit, ibi species divinitatis appareat? Quo testimonio non diversitatem, sed unitatem divinæ colligimus potestatis. Nam quemadmodum potest esse discretio potestatis, ubi unus in omnibus operationis effectus est? Neque vero potest esse gratia sacramentorum, nisi ubi fuerit venia peccatorum.

149. Quis est igitur iste ignis? Non utique virgultis vilibus concretus, aut stipula silvarum fragosus incendiis: sed ignis ille, qui ut aurum bona facta meliorat, et ut stipulam peccata consumit. Hic est utique Spiritus sanctus, qui Dominici vultus et ignis appellatur<sup>d</sup> et lumen: lumen, sicut supra diximus: *Signatum est in nobis lumen vultus tui, Domine* (Psal. iv, 7). Quod est ergo lumen signatum, nisi illius signaculi spiritalis, in quo credentes signati, inquit, *estis Spiritu promissionis sancto* (Ephes. 1, 13)?

150. [Alias cap. XVII.] Et sicut lumen est vultus divini, ita etiam ignis emicat ex Dei vultu; quia scriptum est: *Ignis in conspectu ejus ardebit* (Psal. xlix, 3).<sup>e</sup> Præfulget enim gratia diei judicii, ut sequatur absolutio, quæ sanctorum remuneretur obsequium. O magna abundantia Scripturarum, quam nemo possit humano ingenio comprehendere! O maximum divinæ unitatis indicium! His enim<sup>f</sup> duobus versiculis quam multa signantur!

#### CAPUT XV.

D *Spiritum sanctum æque ac Patrem et Filium vitam esse; immo vero sive Pater intelligatur, apud quem est fons vitæ, sive Filius, fontem illum aliud non esse quam Spiritum.*

151. [Alias cap. XVIII.] Diximus quia lux est Pa-

apud Origenem hom. 9 in lib. Judic., Augustinum quæst. 49 in eundem librum, et Gregorium M. lib. xxx Moralium, etc.

<sup>d</sup> Albin. cod., *et lumen; quia lumen Dei vultus, Spiritus sancti lumen est.*

<sup>e</sup> Mss. nonnulli, *Præfulguratur enim gratia Dei in judicio; cæteri ut edit., nisi quod in quibusdam legitur, die judicii.*

<sup>f</sup> Nonnulli mss., *duobus versibus quam multa designari diximus! Quia lux, etc.*

ter, lux Filius, lux Spiritus sanctus: accipiamus **A** etiam quia vita est Pater, vita Filius, vita Spiritus sanctus. Dixit enim Joannes: *Quod erat ab initio, quod audivimus et quod vidimus, et oculis nostris perspeximus, et manus nostræ scrutatæ sunt de Verbo vitæ: et vita apparuit, et vidimus et testamur et annuntiamus vobis de vita, quæ erat apud Patrem* (1 Joan. 1, 1, 2). Et Verbum vitæ dixit et vitam; ut **631** et Patrem vitam significaret et Filium. Quod enim est vitæ Verbum, nisi Dei Verbum? <sup>a</sup> Ac per hoc et Deus et Verbum Dei vita est. Et sicut Verbum vitæ dicitur, ita et Spiritus vitæ. Scriptum est enim: *Et Spiritus vitæ erat in rotis* (Ezech. 1, 20). Itaque sicut Verbum vitæ vita est, ita et vitæ Spiritus vita est.

**152.** [*Alias cap. XIX.*] Accipe nunc quia sicut Pater fons vitæ est, ita etiam Filium plerique fontem vitæ memorarunt significatum; eo quod apud te, inquit, Deus omnipotens, <sup>b</sup> Filius tuus fons vitæ sit, hoc est, fons Spiritus sancti; quia Spiritus vita est, sicut Dominus ait: *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt* (Joan. vi, 64) <sup>c</sup> quia ubi Spiritus, et vita est: et ubi vita est, etiam Spiritus sanctus.

**153.** Plerique tamen hoc loco Patrem volunt tantummodo per fontem significatum, quamquam videant quid Scriptura memoraverit: *Apud te, inquit, fons vitæ* (Psal. xxxv, 10), hoc est, apud Patrem Filium; quoniam Verbum apud Deum, quod erat in principio, et erat apud Deum.

**154.** Sed sive Patrem quis hoc loco, sive Filium intelligat fontem; fontem utique intelligimus non aquæ istius, quæ creatura est: sed divinæ illius gratiæ, hoc est, Spiritus sancti; ipse est enim aqua viva. Propterea Dominus dicit: *Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere; tu petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam* (Joan. iv, 10).

**155.** Hanc aquam sitivit anima David (Psal. xli, 5). Harum fontem aquarum desiderat cervus, non sitiens venena serpentum. Viva est enim aqua gratiæ spiritualis, eo quod mentis interna purificet, et omne animi peccatum abluat, occultorumque mundet errorem.

#### CAPUT XVI.

*Spiritum sanctum flumen esse magnum, cujus munere mystica Jerusalem irrigatur. Eundem fonti suo, id est, Patri ac Filio æqualem esse, atque in Scriptura significari. Illius aquam sicut Doctor sanctus:*

<sup>a</sup> Quidam mss., *ac per hoc et Dei Verbum vita est, et sicut, etc.* Et non multo post, *Filium fontem vitæ memorari oporteat significatum.*

<sup>b</sup> Non poterat sanctus hic Doctor apertius processionem Spiritus ex Filio significare. In quo quidem et illud non negligenter prætereundum est, illum eam opinionem non sibi vindicasse quasi privatam, sed plerisque communem prædicare. Nec vero dubium est, quin eorum in numero comprehenderit Athanasium; is enim lib. de Humana natura suscepta, Davidis versus ad quem hic alluditur, allegans, *οἶδε γὰρ, inquit, παρὰ τῷ Θεῷ Πατρὶ ὄντα τὸν υἱὸν παρὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος.*

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, *quia ubi Spiritus, et ubi vita, etiam Spiritus sanctus.*

*sed ut ea conservetur in nobis, diabolum, cupiditatem, ac hæresim admonet vitari oportere; cum nobis vasa sint fragilia: deserendos etiam contritos lacus, ut Domini aquam Samaritanæ patriarcharumque exemplo inveniamus.*

**156.** [*Alias cap. XX.*] Sed ne quis forte <sup>d</sup> tamquam pusillitatem Spiritus redarguat, et hinc velit quamdam facere distantiam magnitudinis, quod aqua portio videatur esse fontis exigua: <sup>e</sup> quamquam creaturarum exempla minime divinitati aptanda videantur; tamen ne quid ex hac quoque creaturæ comparatione præjudicent, discant non solum aquam, sed etiam flumen dictum Spiritum sanctum, secundum quod lectum est: *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem* **632** *dicebat de Spiritu, quem* **B** *incipiebant accipere, qui credituri erant in eum* (Joan. vii, 38, 39).

**157.** Ergo flumen est Spiritus sanctus, et flumen maximum, quod secundum Hebræos <sup>f</sup> de Jesu fluit in terris, ut ore Esaiæ accepimus prophetatum (Esai. lxxvi, 12). Magnum hoc flumen, quod fluit semper, <sup>g</sup> et nunquam deficit. Nec solum flumen, sed etiam profusi impetus, et magnitudinis redundantis, sicut etiam David dixit: *Quia fluminis impetus lætificat civitatem Dei* (Psal. xlv, 5).

**158.** Neque enim civitas illa Jerusalem cœlestis meatu alicujus fluvii terrestris abluatur: sed ille ex vitæ fonte procedens Spiritus sanctus, cujus nos brevi satiamur haustu, in illis cœlestibus Thronis, Dominationibus et Potestatibus, Angelis et Archangelis redundantius videtur effluere, pleno septem virtutum spiritalium fervens meatu. Si enim fluvius riparum editis superfusus exundat, quanto magis Spiritus omnem supereminens creaturam, cum reliqua tamquam inferiora nostræ mentis arva perstringat, cœlestem illam creaturarum naturam effusione quadam sanctificationis ubertate lætificat!

**159.** Nec moveat quod vel hic dixit *flumina* (Joan. vii, 38), vel alibi *septem spiritus* (Apoc. vi, 6); <sup>h</sup> his enim sanctificationibus septem spiritalium, sicut Esaias dixit (Esai. xi, 2), significator plenitudo virtutum: spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii atque virtutis, spiritus cognitionis atque pietatis, spiritus timoris Dei. Unum ergo flumen, sed multi spiritalium donorum meatus. Hoc igitur **D** flumen exit ex fonte vitæ.

**160.** Nec hic rursus sensum tuum ad inferiora de-

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *tamquam pusillitatem.*

<sup>e</sup> Similiter Gregorius Nazian. cum Orat. 37, eas retulisset similitudines, quibus catholici personarum divinarum cognitionem utcumque faciliorem reddere cupientes utebantur, se tamen non sine timore quodam atque scrupulo easdem adhibere profiteretur.

<sup>f</sup> Ita omnes edit. ac plures mss.; alii autem nonnulli, *de Jesu fluit internis.* Et continuo post. Amerb., Eras. et mss. aliquot habent, *ut ore sæpe accepimus prophetarum;* ubi reliqui mss. atque edit. ut in contextu.

<sup>g</sup> Nonnulli mss., *et non deficit.*

<sup>h</sup> Nonnulli mss., *his enim significationibus.*



torqueas, quia quædam diversitas videtur esse fontis et fluminis; et tamen ad omnia prospexit Scriptura divina, ne infirmitas humani caperetur ingenii vilitate sermonum. Proponas tibi licet quodvis flumen, e fonte est; unius tamen naturæ, unius splendoris et gratiæ. Dic sane et tu Spiritum sanctum unius cum Filio Dei et Deo Patre esse substantiæ, unius claritatis et gloriæ. Capiam fidele compendium de unitate virtutis, nec verebor aliquam de diversitate magnitudinis quæstionem. Nam etiam in hoc nobis Scriptura prospexit; dicit enim Dei Filius: *Qui biberit de aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam (Joan. iv, 14)*. Hic fons utique gratia spiritualis est fluvius ex vivo fonte procedens. Fons igitur vitæ etiam Spiritus sanctus est.

161. <sup>a</sup> Advertis ergo ex verbis ipsius divini significari magnitudinis unitatem, nec posse Christum etiam a perfidis fontem negari; cum fons dicatur et Spiritus. Et sicut flumen dicitur Spiritus, ita et Pater dixit: <sup>b</sup> *Ecce ego decurro in vos, sicut fluvius vocis, et sicut torrens inundans gloriam gentium (Esai. lxxvi, 12)*. **633** Quis autem dubiet flumen esse vitæ Dei Filium, de quo æternæ vitæ flumina profuebant?

162. Bona ergo aqua, spiritualis gratia: quis hunc fontem dabit pectori meo? In me saliat; in me fluat vitæ largitor æternæ. Superfluat in nobis fons iste, non effluat. Dicit enim sapientia: *Bibe aquam de tuis vasis, et de puteorum tuorum fontibus, inque pluitis tuis superfluant aquæ tuæ (Prov. v, 15, 16)*. <sup>C</sup> Quomodo hanc aquam tenebo, ne effluat, ne labatur? Quomodo vas meum conservabo, <sup>c</sup> ne qua penetrans rima peccati, æternæ vitæ distillet humorem? Doce nos, Domine Iesu, doce sicut docuisti apostolos tuos, dicens: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo et tinea exterminat, et ubi fures effodiunt et furantur (Matth. vi, 19)*.

163. Furem videlicet immundum spiritum esse significat, qui in bonorum operum luce gradientibus non possit obrepere: in tenebris autem sæcularium cupiditatum, et inter oblectamenta terrestrium <sup>d</sup> si quem ceperit voluptatum, omni virtutis æternæ flore despoliet. Et ideo Dominus dicit:

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *Advertis ergo ex verbis ipsius fontem divini significari magnitudinis, nec posse, etc.* Reliqui ac edit. inter se non dissident, nisi quod hæc legunt etiam, illi autem ergo; et pro verbis ipsis, quod Eras., Gill. et Rom. edit. præ se ferunt, Amerb. et mss. habent *verbis ipsis*, nempe Dei Filii supra cit.

<sup>b</sup> Ita mss. plures ac potiores: alii autem non-

*A Thesaurizate vobis thesauros in cælo: ubi neque ærugo neque tinea exterminat; et ubi fures non effodiunt et furantur. Ubi enim fuerit thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum.*

164. *Ærugo nostra lascivia est, ærugo nostra libido est, ærugo nostra luxuria est, quæ flagitiorum sordibus aciem mentis obducunt. Tinea rursus nostra Arius est, tinea nostra Photinus est, qui sanctum Ecclesiæ vestimentum impietate sua scindunt; et unitatem divini potestatis **634** individuam separare cupientes, sacrilego morsu pretiosum fidei velamen obrodunt. Funditur aqua, si Arius dentem impresserit: effluit, si aculeum suum in alienius vas Photinus infixerit. Vile figmentum sumus, cito vitia sentimus. Sed nemo dicit figulo: *Quid me fecisti sic (Rom. ix, 20)*? Nam etsi vile vas nostrum, aliud tamen in honore, aliud in contumelia est. Noli ergo aperire lacum tuum, noli fodere vitia atque criminibus, ne quis dicat: *Lacum aperuit, et effudit eum: et incidit in foveam, quam operatus est (Psal. vii, 16)*.*

165. Si Jesum quæritis, contritos lacus deserite; Christus enim non ad lacum, sed ad puteum sedere consuevit. Ibi eum Samaritana illa quæ credidit, illa quæ aquam haurire cupiebat, invenit (*Joan. iv, 6*). Quamvis mane venire debueris, tamen etiamsi serius veneris, etiam sexta hora Jesum fatigatum ab itinere invenies. Fatigatus est, sed in te; quia diu te quæsit, tua illum tamdiu incredulitas fatigavit. Non offenditur tamen, si modo venias: petit bibere, daturus. Bibit autem non aquam prætermeantis rivuli, sed salutem tuam: bibit affectum tuum, bibit calicem, hoc est, passionem illam tuorum criminum redemptricem; ut tu sitim istius mundi, sacri potus cruore restinguas.

166. Sic Abraham Deum posteaquam puteum fodit, emeruit (*Gen. xxi, 30*). Sic Isaac dum ad puteum deambulabat (*Gen. xxiv, 62*), venientem illam in typo Ecclesiæ accepit uxorem (*Ibid., 67*). Fidelis ad puteum, infidelis ad lacum. Denique et <sup>e</sup> Rebecca sicut legimus, petiorem invenit ad fontem, et meretrices in lacu Jezabel se cruore laverunt (*III Reg. xxii*).

<sup>D</sup> nulli, et vet. edit., *decurram in vos*: Rom. edit. ex sacris cod., *decurram in eos*.

<sup>c</sup> Ita edit. omnes ac plures mss.; alii vero aliquot, *ne aqua penetrans rimam*.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *si quem ceperit voluntatum*.

<sup>e</sup> Mss. non pauci, *Rebeccam, sicut legimus, petitor invenit; tres, petiturus invenit*.

## LIBER SECUNDUS.

### PROLOGUS.

*Tres divinas personas ut priscis iudicibus ita et Moyse non fuisse ignotas: declaratum etiam cum alibi tum apud illum Filium cum Patre, non secus*

*ac trium inter se æqualitatem. Spiritum sanctum adfuisse Samsoni, cujus deinceps percurritur mira historia et variis Ecclesiæ mysteriis aptatur. Eodem autem Spiritu recedente, ipsum in multiplices*

*incidisse calamitates, quod resecatis capillis ne tribuatur, spirituales illorum significationes proponit Ambrosius.*

1. Etsi in libro primo veteris historiae lectione patefactum sit; et in ipsis iudiciis veterum Judæorum septiformis gratiam Spiritus refulsisse, et per Spiritum sanctum cœlestium sacramentorum revelata mysteria, quem Moyses non ignoravit æternum. Denique statim in principio mundi, immo ante principium, cum Deo junxit, quem ante mundi principium sempiternum esse cognovit. Namque si quis diligenter **634** advertat, et Patrem in principio et Filium cognoscet et Spiritum. De Patre enim scriptum est: *In principio fecit Deus cœlum et terram (Gen. 1, 4, 2)*. De Spiritu dictum est: *Spiritus superferebatur super aquas (Ibid., 4)*. Et bene in exordio creaturæ baptismi figura signatur, per quod habuit creatura mundari. Lectum etiam de Filio quod ipse est, qui discrevit inter medium lucis et tenebrarum; unus est enim Deus Pater qui dicit, et unus Dominus Jesus qui facit.

2. Sed ne rursus <sup>b</sup> aut arrogans putes dicentis imperium, aut vile facientis obsequium; æqualem sibi Pater Filium confitetur operis unitate dicens: *Faciatis hominem ad imaginem et similitudinem nostram (Ibid., 26)*. Imago enim et operatio et similitudo communis quid aliud nisi majestatis ejusdem significat unitatem?

3. Tamen ut æqualitatem plenius Patris filique cognoscas, sicut dixit Pater et Filius fecit; ita et Pater operatur, et Filius dicit. Pater operatur, sicut scriptum est: *Pater meus usque modo operatur (Joan. v, 17)*. **635** Habes dictum ad Filium: *Dic verbo et sanabitur (Matth. viii, 8)*. Et Filius dicit Patri: *Volo ut ubi ego sum, et isti sint mecum (Joan. xvii, 24)*. Fecit Pater quod Filius dixit.

4. Sed nec Abraham ignoravit Spiritum sanctum: denique tres vidit, et unum adoravit (*Gen. xviii, 2, 3, 4*); quia unus Deus, unus Dominus, et unus Spiritus. Et ideo unitas honoris; quia unitas potestatis.

5. Et quid de singulis loquar? Samson divina promissione generatus, Spiritum comitantem habebat; sic enim legimus: *Quia benedixit ei Dominus, et cepit Spiritus Domini comitari cum eo in castris (Judic. xiii,*

*25)*. Et ideo futurum prævidens sacramentum, ex alienigenis poscebat uxorem (*Judic. xiv, 1 et seq.*): quod Pater ejus ac mater, ut scriptum est, ignorabant, quoniam a Domino est. Meritoque fortior cæteris habebatur, quia eum Spiritus Domini dirigebat, quo duce, solus nunc alienigenarum fugabat populos, nunc leonem morsu inviolabilis, fortitudine insuperabilis, discerptum manibus dividebat (*Ibid. 5 et seq.*). Utinam tam cautus ad servandam gratiam, quam fortis ad superandam bestiam!

6. Et fortasse hoc non solum virtutis miraculum, sed etiam sapientiæ mysterium, prophetiæ oraculum fuit. Neque enim otiosum videtur quod cum tenderet ad mysterium nuptiarum, leo rugiens occurrit ei, quem manibus ille discerpsit, in cujus corpore, <sup>c</sup> connubio potiturus optato, congregationem apum reperit, et mel sustulit de ore ejus, quod Patri edendum matrique tribuit (*Ibid., 8 et seq.*). Habebat gentium populus mella, qui credidit: qui populus feritatis erat ante, nunc Christi est.

7. Nec ipsa quæstio vacat sacramentis, quam proposuit sodalibus suis, dicens: *De edente exivit esca, et de potente exivit dulce (Ibid., 14)*. Denique eo usque mystica, ut tribus diebus ejus revelatio quæreretur, quæ non potuit nisi per fidem Ecclesie. die septima, completo Legis tempore, post passionem Domini revelari. Sic enim habes, quia et apostoli ideo non intelligebant, quia *Jesus nondum fuerat honorificatus (Joan. vii, 39)*.

8. *Quid, inquit, dulcius melle, et quid fortius leone?* Ad quæ ille respondit: *Si non domuissetis vitulam meam, non invenissetis quæstionem meam (Judic. xiv, 18)*. O divinum mysterium! O evidens sacramentum! Evasimus interemptorem, potentem vicimus. Ibi nunc cibus vitæ est, ubi erat ante miseræ famæ mortis. In salutem pericula, in suavitatem amaritudo convertitur. Gratia ex offensione processit, potentia ex infirmitate, vita de morte.

9. Sunt tamen qui e contrario putent fundari **636** non potuisse conjugium, nisi occiso leone de tribu Juda: et ideo in corpore ejus, hoc est, Ecclesie, <sup>c</sup> apes repertas, quæ conduunt mella sapientiæ; quia post Domini passionem magis apostoli crediderunt. Hunc igitur leonem Samson quasi Judæus occidit, sed in eo mel quasi in figura redimendæ hæreditatis

<sup>a</sup> Sic omnes edit. ac plures mss.: alii vero nonnulli, *patefactum sit, si diligenter advertamus, et ipsi iudiciis veterum Judæorum spiritalem invenimus gratiam refulsisse*; quidam omittunt, *si diligenter advertamus*. Sed tam hoc quam verbum *invenimus* verisimile est addita fuisse ab iis librariis, qui orationem in ant. mss. pependere, nec plenum sensum exhibere anidmadverterunt. Quamquam autem in receptam lectionem vitium ex aliqua voce in mss. prætermissa irrepsisse non diffiteamur, malum tamen mancam eandem relinquere, quam ipsi membrum quod alienum iudicemus, assuere.

<sup>b</sup> Non defuerunt antiqui Patres et ante et post Nicænum concilium, qui Patrem Filio præcepisse agnoscerent, ut Irenæus lib. iii, cap. 8, et lib. iv, cap. 75; Marius victor lib. i de Rerum creat., Athanasius lib. Decr. synodi Nicænae, et Basilius de

<sup>d</sup> Spiritu sancto cap. 16. Sed imperium paternum esse, non despoticum: nullamque in Filio servitutem inducere iidem existimant: quemadmodum luculenter explicant Basilius lib. cit. cap. 8, Cyrillus Alex. in eundem locum Genesios, et Gregorius Nazian. Orat. 36. Vide quæ nos lib. de Fide jam notavimus.

<sup>c</sup> Amerb. et Eras., *connubia petiturus optata*; mss. nonnulli, *connubium petiturus optatum*; alii plures, et cum his Gill. ac Rom. edit., ut in textu.

<sup>d</sup> Ita vet. edit. cum mss. longe plurimis, nisi quod in quibusdam pro *dulce* præfertur *dulcedo*: at edit. Rom. cum nonnullis aliis mss. pro *et de potente*, legunt *et de forti*, etc.

<sup>e</sup> Mss. non pauci, *apes reperta, quæ condidit mel*. Rursus vero ubi cunctæ edit. cum mss. uno vel altero, *et in eo mel in figura*; mss. reliqui, *sed in eo*, etc.

invenit; ut reliquæ salvæ fierent secundum electionem gratiæ (Rom. xi, 27).

10. *Et decidit, inquit, super eum Spiritus Domini, et descendit in Ascalonem, et percussit inde a triginta viros* (Judic. xiv, 19, 20). Neque enim potuerat victoriam non tenere, qui sacramenta cernebat. Accipiunt itaque in stolis præmium sapientiæ, conversationis insigne, qui absolvunt et renuntiant quæstionem.

11. Rursus hic alia oboriuntur mysteria, quod uxor ejus aufertur; et ideo vulpes incendunt manipulos alienigenarum (Judic. xv, 1 et seq.).<sup>b</sup> Eos enim qui adversus divina sacramenta contendunt, decipere sua consuevit astutia. Unde iterum dicit in Canticis canticorum: *Prendite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas, ut vineæ nostræ floreant* (Cant. ii, 15).<sup>c</sup> Bene pusillas dixit; quia majores vineas exterminare non poterant, licet fortibus et diabolus sit pusillus.

12. Ergo ille (ut compendium faciamus historiæ; suo enim tempori totius lectionis digestio reservanda est) invictus erat, quamdiu habuit gratiam spiritalem, sicut Dei populus ille electus a Domino, ille Nazaræus in Lege. Invictus ergo Samson, atque ita insuperabilis, ut in maxilla asini viros mille percuteret: ita plenus gratiæ cœlestis, ut etiam aquam in maxilla asini sitiens reperiret (Judic. xv, 15 et seq.); sive hoc ad miraculum conferas, sive ad mysterium veritas, quod in populi foret humilitate gentilis et requies et triumphus. Juxta quod scriptum est: *Qui te percusserit in maxillam, præbe ei et alteram* (Matth. v, 39). Per hanc enim injuriarum patientiam,<sup>d</sup> quam erudiunt sacramenta baptismatis, de quibusdam stimulis iracundiæ triumphamus; ut morte obita, resurrectionem requiem consequamur.

13. Illene ergo Samson, qui fumes intextos nervis, qui novas restes sicut mollia fila dissolvit? Illene Samson qui crinium suorum palo constricta defixo vincla non sensit, quamdiu habuit gratiam spiritalem? Is, inquam, posteaquam Spiritus Dei discessit ab eo,<sup>e</sup> longe mutatus ab illo Samsone, qui rediit Allophylorum indutus exuvias, in muliebribus genibus virtutis suæ degener, <sup>f</sup> palpatus et captus <sup>g</sup> sacro crine tondetur (Judic. xvi, 9 et seq.)?

<sup>a</sup> Post voces, *triginta viros*, addunt quatuor mss. D *implevit triginta annos.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *Sunt enim qui adversus divina sacramenta decipere sua consuerunt astutia.*

<sup>c</sup> Thuan. cod. Colb. unus et Alb., *Bene pusillas vineas*; Tell. et vet. edit., *Bene pusillas vulpes.* Rom. edit. ac plures mss. ut in textu.

<sup>d</sup> Mss. non pauci, *quam erudiunt* (quidam, *qua erudimur*) de quibusdam iracundiæ stimulis triumphamus, *ut sacramenta baptismatis copiamus* (nonnulli, *baptismatis videas*) *triginta annorum baptismatum dicit* (alii, *dicimus*) *esse Salvatorem. In triginta annis* (alii, *qui*, *post triginta annos*) *incarnationis Dominus Jesus a Judæis interficitur; ut post mortem obitam; non pauci sicut et edit., morte obita; est enim non obscura imitatio Virgiliani illius e lib. x, Æneid.*

Morte obita, quales fama est volitare figuras.

Cæterum superiores varietates eo consilio exhibuimus, ut hoc tamquam specimine pateat, quantum sibi quandoque scribarum permisit audacia.

14. Tantumne ergo momenti crines habuere capitis, ut manentibus his, virtus invicta duraret: tonso autem capite, fortitudo omnis viri subito solveretur? Non ita est, ut tantam vim corporalium capillorum putemus. Sunt quidam crines religionis et fidei: crines Nazaræi in Lege perfecti, in parcomonia et abstinentia consecrati, quibus illa in typo Ecclesia, quæ Domini pedes oleo perfuderat, Verbi cœlestis vestigia detergebat (Joan. xii, 3); tunc enim et secundum carnem noverat Christum. Isti videlicet crines, de quibus dicitur: *Capillatura tua ut greges caprarum* (Cantic. iv, 1); ex illo capite pululantes, de quo dictum est: *Caput viri, Christus* (I Cor. xi, 3); et alibi: *Caput ejus aurum cephas, et crines ejus abietes nigrae* (Cant. v, 11).<sup>b</sup> Et bonæ ex abiete naves Tharsis, quæ fluctibus supernatent mundi,<sup>i</sup> et tutum remigium salutis exhibeant.

15. Unde et in Evangelio Dominus noster visibiles capitis et intelligibiles capillos quosdam esse significans, ait: *Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt* (Matth. x, 31), spiritualium videlicet significans facta virtutum; neque enim de capillis nostris cura est Deo. Quamquam et illud non absurdum sit æstimare, quia pro majestate divina eum latere nihil possit.

16. Sed quid mihi prodest, si Deus ipse omnes meos novit capillos? Illud mihi redundat et proficit, si bonorum operum pervigil testis, remunerationem gloriæ donet æternæ. Denique et ipse Samson non corporales, sed intelligibiles hos capillos esse declarans ait: *Et si tonsus fuero, discedet a me virtus mea* (Judic. xvi, 17). Hoc de mysterio: nunc lectionis seriem consideremus.

## CAPUT PRIMUM.

*Spiritus Domini etiam Dominum ac virtutem esse, nec in hoc Patri vel Filio inferiorem.*

17. Supra habes quia *Benedixit ei Dominus, et cepit Spiritus Domini comitari cum eo* (Judic. xiii, 24, 25). Infra ait: <sup>k</sup> *Et direxit super eum Spiritus Domini* (Judic. xiv, 6). Item ait: *Si tonsus fuero, discedet a me virtus mea* (Judic. xvi, 17). Posteaquam tonsus est, vide Scriptura quid dicat: *Dominus, inquit, discessit ab eo* (Ibid., 20).

<sup>e</sup> Manifesta hic etiam Virgilii e lib. ii, Æneid. imitatio; sic enim illic:

Quantum mutatus ab illo  
Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis.

<sup>f</sup> Ita vet. edit. et plures mss.; at Rom. edit. cum aliis nonnullis, *colligatus et captus.*

<sup>g</sup> Nonnulli mss., *invicto crine tondetur.*

<sup>h</sup> Vet. edit., *Et bonæ abietes naves Tharsis*; Rom., *Et bene ex abiete sunt naves Tharsis*: mss. vero nobiscum faciunt, exceptis paucis in quibus legitur, *Et bonæ adducentes naves*, etc.

<sup>i</sup> Quidam mss., *et totum remigium.* Et infra, *omnes a Deo numerati sunt.*

<sup>j</sup> Mss. aliquot, *si Deus omnipotens meos novit capillos.*

<sup>k</sup> Rom. edit. sola, *et irruit super eum*; mss. aliquot, *Et decidit super eum*: non male. In quibusdam enim Græcis exemplaribus legitur, *καὶ καθύπευθεν ἐπι αὐτὸν*, licet habeatur in pluribus, *καὶ ἦλατο*, et insiliit et irruit, etc.

18. Vides ergo quia ille qui comitabatur, ipse discessit. Idem est ergo Dominus, qui Spiritus Domini, hoc est, ipsum Spiritum Dei. Dominum nuncupavit, sicut et Apostolos ait: *Dominus autem Spiritus est: ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas* (II Cor. III, 17). Habes ergo Dominum dictum etiam Spiritum sanctum; non enim unus, sed unum sunt Spiritus sanctus et Filius.

19. Hoc quoque loco virtutem dixit, et Spiritum significavit. Sicut enim Pater virtus, ita et Filius virtus, et Spiritus sanctus est virtus (I Joan. V, 7). De Filio legisti, Christum Dei virtutem esse, et Dei sapientiam (I Cor. I, 24). Legimus etiam quia virtus est Pater, sicut scriptum est: *Videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram virtutis Dei* (Matth. XXVI, 64). Hic utique virtutem Patrem dixit, cujus ad dexteram Filius sedet, sicut habes: *Dixit Dominus Domino meo: Sede ad dexteram meam* (Psal. CIX, 1). Virtutem etiam Spiritum sanctum ipse Dominus nuncupavit dicens: *Accipietis virtutem, adveniente in vos Spiritu sancto* (Act. I, 8).

### CAPUT II.

*Unum esse Patris et Filii et Spiritus sancti consilium.*

20. Ipse enim Spiritus virtus est, quia legisti: *Spiritum consilii atque virtutis* (Esai. XI, 2). Et sicut Filius magni consilii Angelus, ita etiam Spiritus consilii est, <sup>b</sup> ut unum scias Patris et Filii et Spiritus sancti esse consilium. Consilium non de rebus incertis aliquibus, sed præcognitis et statutis.

21. Arbitrum autem divini consilii Spiritum, <sup>c</sup> etiam inde cognosce. Nam cum supra (Lib. I, cap. 6) docuerimus arbitrum baptismatis esse Spiritum sanctum, baptismum autem Dei esse consilium legerimus sicut habes: *Pharisæi autem consilium Dei spreverunt in se, non baptizati ab eo* (Luc. VII, 30); liquido claret, cum sine Spiritu baptismum esse non possit, sine Spiritu quoque non esse consilium Dei.

22. Et ut sciamus plenius virtutem esse Spiritum, scire debemus ipsum esse promissum, quando dixit Dominus: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem* (Joel. II, 28). Ille ergo qui promissus est nobis, ipse est virtus; sicut etiam in Evangelio idem Dei Filius declaravit dicens: *Et ego mitto promissa Patris mei in vos, vos autem sedete in civitate, quousque induamini virtute ex alto* (Luc. XXII, 49).

23. Eousque autem virtutem esse Spiritum sanctum evangelista significat, ut et cum vi magna eum sanctus Lucas descendisse memoraret, dicens: *Et*

<sup>a</sup> Rom. edit. cum mss. nonnullis, hic et lib. I, cap. 7, accipietis virtutem advenientem in vos Spiritum sanctum, vel. edit. hic cum aliis aliquot mss., advenientis in vos Spiritus sancti; eadem vel. edit. citato loco lib. I et mss. plures utrobique, . . . adveniente in vos Spiritu sancto. Sed ultimæ duæ lectiones æque respondent Græciæ verbis, ἐπιλόγους τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

<sup>b</sup> Thuan. ms., ut unum scias Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum esse, consilium non, etc.

<sup>c</sup> Quidam inss., etiam inde cognoscendum, quia su-

*factus est subito de cælo sonus, tamquam vi magna Spiritus ferretur* (Act. II, 2).

24. Sed ne rursus putes ad sensibilia et corporalia hoc esse vertendum, accipe quia sic descendit et Spiritus, quemadmodum descensus est Christus. Nam et ipse cum virtute descendet, sicut habes: *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli, in virtute maxima et majestate* (Matth. XXIV, 30).

25. Quomodo enim non est una virtus atque eadem potestas; cum unum opus, unum iudicium, unum templum, una vivificatio, una sanctificatio, unum etiam regnum sit Patris et Filii et Spiritus sancti?

### CAPUT III.

*Sicut vita est cognoscere Patrem et Filium, ita vitam esse cognoscere Spiritum sanctum; proindeque a Patris divinitate non separandum.*

26. Dicant enim in quo dissimilitudinem divini operis arbitrentur. Quandoquidem sicut vita est cognoscere Patrem et Filium, quemadmodum ipse Dominus declaravit dicens: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* (Joan. XVII, 3); ita etiam vita est cognoscere Spiritum sanctum. Dicit enim Dominus: *Si diligitis me, mandata mea servate; et ego rogabo Patrem, et alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere; quia non videt eum, nec cognoscit eum: vos autem scitis eum, quia apud vos manet, et in vobis est* (Ibid. XIV, 15 et seq.).

27. Ergo mundus non habebat vitam æternam, quia non acceperat Spiritum: ubi autem Spiritus, ibi vita æterna: ipse est enim Spiritus vitæ operator æternæ. <sup>e</sup> Unde miror, cur de solo et vero Deo Ariani moveant questionem. Sicut enim vita æterna est cognoscere solum et verum Deum, ita vita æterna est cognoscere Jesum Christum, ita vita æterna est cognoscere Spiritum sanctum: quem sic non videt mundus, quemadmodum Patrem: sic non cognoscit, quemadmodum Filium. Qui autem de hoc mundo non est, habet vitam æternam, et eum ipse manet Spiritus in æternum, qui est lumen vitæ æternæ.

28. Ergo si hoc confert cognitio solius veri Dei, quod confert Filii Spiritusque cognitio, cur Filium et Spiritum a veri Dei honore secernis, cum a magnitudine beneficii non secernas? Aut enim credas necesse est solius veræ divinitatis esse hoc maximum munus, et solam et veram divinitatem sicut et Patris, ita et Filii et Spiritus confitebere: aut si dixeris quia vitam æternam <sup>e</sup> potest et is conferre, qui te-

pra, etc.

<sup>d</sup> Thuan. ms. Expos. in Luc., lib. VI, num. 4. *Consilium Dei est in baptizante Joannis: quis igitur dubitet Dei esse consilium in Christi lavacro? Hoc est consilium quod magni confilii Angelus reperit, quod nemo cognovit. Quis enim cognovit sensum Domini, etc.*

<sup>e</sup> Pauci mss., Unde interdum miror.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, quemadmodum Patrem.

<sup>g</sup> Nonnulli mss., potest conferre qui verus non est Deus: non sic incidet et... cujus opus non potest, etc.

rus Deus non sit; incidet ut Patri magis derogare a ram stare non posse, sed etiam creatorem totius esse videaris, cujus opus non putes solius veræ divinitatis esse præcipuum, sed creaturæ operibus conferendum.

## CAPUT IV.

*Spiritum sanctum non secus ac Patrem et Filium, operatione non diversa vivificare.*

29. Quid autem mirum si Spiritus operator est vitæ, qui vivificat sicut Pater, vivificat sicut Filius (Joan. v, 21)? Vivificare autem quis abnuat esse majestatis æternæ? Scriptum est enim: *Vivifica servum tuum (Psal. cxviii, 17)*. Vivificatur ergo qui servus est, hoc est, homo, qui vitam ante non habuit, sed ut haberet, accepit.

30. Videamus igitur utrum vivificetur Spiritus, an ipse vivifcet. Sed scriptum est: *Littera occidit, Spiritus autem vivificat (II Cor. iii, 6)*. Ergo vivificat Spiritus.

31. Sed ut intelligas Patris et Filii et Spiritus sancti vivificationem non esse divisam, accipe quia vivificationis quoque unitas sit; quando ipse per Spiritum vivificat Deus; dixit enim Paulus: *Qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis (Rom. viii, 11)*.

## CAPUT V.

*Sicut Patrem ac Filium, ita etiam Spiritum creatorem in Scriptura significari. Hoc ipsum a paganis quoque scriptoribus adumbratum: sed planissime demonstratum esse in mysterio incarnationis, de qua ubi delibavit Ambrosius nonnulla, ceptum argumentum ex eo quod adoratio, quæ soli debetur creatori, etiam Spiritui debeat, confirmat.*

32. Quis vero dubitare potest quia vivifcet omnia Spiritus sanctus, quando et ipse sicut Pater et Filius, creator est omnium, nec quidquam nisi cum Spiritu sancto Deus omnipotens Pater intelligatur operatus; quandoquidem et in principio creaturæ Spiritus superferebatur super aquam (Gen. i, 1)?

33. Itaque cum superferebatur Spiritus, nulla erat gratia creaturæ: postea vero quam operationem Spiritus etiam creatura mundi istius suscepit, omnem hanc gratiæ meruit vanitatem, qua mundus illuxit. Denique sine Spiritu sancto universitatis gratiam manere non posse Propheta declaravit dicens: *Auferes Spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertentur. Emitte Spiritum tuum, et crebuntur, et innovabis omnem faciem terræ (Psal. ciii, 29, 30)*. Non solum igitur sine Spiritu docuit omnem creatu-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *nec unquam nisi cum Spiritu*.

<sup>b</sup> Quid sit quod Manichæi per varietatem creatoris intellexerint, per quam aperte cognosci potest ex Epiphauio; hic enim lib. 66, num. 25, deliramenta quæ ab Archælaio mutuatus fuerat Manichæus, dum commemorat, multa quibus hic Ambrosii locus illustretur, habet.

<sup>c</sup> Amerb. Eras. et mss. aliquot, *non feriebatur*; Gill. ac Rom. edit. cum mss. pluribus, *feriatur*.

<sup>d</sup> Gregorius Nazianz. Orat. 37 testatur sancti Spiritus in orbis gubernatione operationem sub quibusdam nominum involucris designatam fuisse ab iis

Spiritum creaturæ.

34. Et quis neget opus esse Spiritus sancti quod creata est terra, cujus opus est quod novatur? Nam si negare cupiant quod per Spiritum sit creata; cum per Spiritum novandam negare non possint; meliorem ergo operationem Spiritus sancti, quam Patris et Filii, qui cupiunt separare, defendent: quod abhorret a vero; neque enim dubium est quod novata terra melior, quam creata sit. Aut si primo sine operatione Spiritus sancti terram Pater fecit et Filius: postea vero Spiritus sancti operatio copulabatur; videbitur id quod factum est, ejus quod accessit eguisse præsidio. Sed absit ut hoc quisquam existimet, ut operatio divina varietatem creatoris

<sup>B</sup> quam Manichæus inducit, habere credatur.

35. An vero sine opere Spiritus sancti substantiam putamus esse terrarum, sine cujus opere nec cæli convexa subsistunt? Scriptum est enim: *Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum (Psal. xxxii, 6)*. Adverte quid dicat: Omnem, inquit, virtutem cælorum ad Spiritum esse referendam. Qui enim superferebatur, antequam terra fieret, quomodo cum terra fieret, feriatur?

36. Gentiles homines per umbram quamdam nostros secuti, quia veritatem Spiritus haurire non poterant; quod cælum ac terras, lunæ quoque stellarumque micantium globos Spiritus intus alit, suis versibus indiderunt. Ergo illi per Spiritum non negant virtutem subsistere creaturæ: nos qui legimus, denegamus? Sed flatilem putatis ab illis spiritum designatum. Si illi auctorem omnium flatilem Spiritum declararunt, nos dubitamus Spiritum Dei esse omnium creatorem?

37. Sed quid alienis immoror? Accipiant documentum evidens, nihil posse esse quod Spiritus sanctus negetur operatus, nec de Angelis, nec de Archangelis, nec de Thronis, nec de Dominationibus posse dubitari, quod ejus operatione subsistant; quandoquidem ipse secundum carnem Dominus, cui angeli serviebant, Spiritu in Virginem superveniente, genitus sit; sicut et secundum Mathæum ad Joseph angelus dixit: *Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam uxorem tuam; quod enim ex ea nascetur, de Spiritu sancto est (Matth. i, 20)*. Et secundum Lucam dixit ad Mariam: *Spiritus sanctus superveniet in te (Luc. i, 35)*.

38. Opus ergo Spiritus Virginis partus est. Opus Spiritus fructus est ventris, secundum quod scriptum

Ethnicorum, qui theologiæ majori floruerunt laude, propiusque ad nos accesserunt, nimirum ab Aristotele, Anaxagora, et Hermonymo, ut Elias Cret. interpretatur. Nec dubium est quin hoc loco Nazianzeni vestigiis insistat Ambrosius, verum cum scriberet Latinis hominibus, auctoritatem quæ iisdem notior esset, indicatam voluit. Petita fuit ita e lib. vi Æneidos, ubi canitur:

Principio cælum, ac terras, camposque liquentes,  
Læcentemque globum lænæ, titaniaque astra  
Spiritus intus alit, totanque totosa per artus  
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

est: *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui* (*Ibid.*, 42). Opus Spiritus flos radice est: ille, inquam, flos, de quo bene est prophetatum: *Exiet virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet* (*Esa.* xi, 1). Radix Jesse patriarchæ familia Judæorum, virga Maria, flos Mariæ Christus; qui bonum odorem fidei toto sparsurus orbe, virginali ex utero germinavit, sicut ipse dixit: *Ego flos campi, et lilium convallium* (*Cant.* ii, 1).

39. Flos odorem suum et succisus reservat, et contritus accumulatur, nec avulsus amittit; ita et Dominus Jesus in illo patibulo crucis, nec contritus emarcuit, nec avulsus evanuit; et illa lanceæ punctione succisus, sacro speciosior fusi cruoris colore vernavit, mori ipse nescius, <sup>a</sup> et mortuis æternæ vitæ munus exhalans. In hoc igitur Spiritus sanctus **B** virgæ regalis flore requievit.

40. Bona virga, ut quidam putant, est caro Domini, quæ de radice terrena ad superna se subrigens, odoriferos sacræ fructus religionis circumtulit mundo, mysteria divinæ generationis, et gratiam cælestibus altaribus superfundens.

41. Dubitare ergo non possumus Spiritum creatorem, quem Dominicæ cognoscimus incarnationis auctorem. Quis enim dubitet, cum in principio Evangelii habeas, quia Christi generatio **642** sic erat: *Cum desponsata esset Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens <sup>b</sup> ex Spiritu sancto* (*Matth.* i, 18)?

42. Nam licet plerique habeant, *de Spiritu*, Græcus tamen unde translulerunt Latini, *ἐκ Πνεύματος ἁγίου* dixit, hoc est, ex Spiritu sancto. Quod enim ex aliquo est, aut ex substantia est, aut ex potestate ejus. Ex substantia, sicut Filius, qui ait: *Ex ore Altissimi prodivi*, sicut Spiritus, qui a Patre procedit (*Ecl.* xxiv, 5); de quo dicit Filius: *Ille me clarifi-*

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *et mortuus*, non satis recte.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *de Spiritu sancto*. Nam licet plerique non habeant, Græcus tamen, etc. Quid autem præpositiones *ex* et *de* inter se differant, luculenter explicat Augustinus lib. de Natura Boni, cap. 27; ibi enim hoc Apostoli textu quoniam *ex ipso et per ipsum*, etc., in Manichæos propositum, ita disserit: *Ex ipso autem non hoc significat, quod de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici ex ipso: non autem omne quod ex ipso est, recte dicitur de ipso. Ex ipso enim cælum et terra, quia ipse fecit ea: non autem de ipso; quia non de substantia ejus, etc.* Item in Actis cum Felice Manichæo lib. ii, cum hæreticus quæreret de anima rationali *utrum vere ex Deo est?* Augustinus dixit: *Ex Deo, non de Deo*. Verum tamen non semper ea severitate loquuntur boni auctores, at promiscue eodemque sensu has particulas passim usurpant. Et sane in Vulgata versione, ubi par est religiosiorem esse tralator cunctos prope locos in quibus *ἐκ* Græci codices habent, per *de* reddidit. Imo vero cautionem hanc nonnumquam Ambrosius ipse neglexit, ut videbitur infra cap. 9, num. 94 et seq.: ibi enim ut probet voces *ex ipso* etiam Spiritui sancto convenire, testimonia in quibus *de* pro *ex* ponitur, passim adhibet; et supra num. 88 *omnia esse de Spiritu*, diserte proficitur.

<sup>c</sup> Quidam mss., *Simul cum creatori admonet serviendum, damnandos eos ostendit, qui.... Et quoniam creator est Spiritus, nos addocet, etc.*

*abit; quia de meo accipiet* (*Joan.* xvi, 14). Ex potestate autem, sicut illud est: *Unus Deus Pater, ex quo omnia* (*I Cor.* viii, 6).

43. Quomodo ergo in utero habuit Maria ex Spiritu sancto? Si quasi ex substantia: ergo Spiritus in carnem et ossa conversus est? Non utique. Si quasi ex operatione et potestate ejus Virgo concepit; quis neget Spiritum creatorem?

44. Quid quod etiam Job creatorem suum Spiritum evidenter ostendit dicens: *Spiritus divinus, qui fecit me* (*Job.* xxxiii, 4)? Et divinum utique et creatorem uno versiculo demonstravit. [*Alias cap. VI.*] Si igitur creator est Spiritus, non est utique creatura; creaturam enim Apostolus creatoremque divisit dicens: *Servierunt creaturæ potius quam creatori* (*Rom.* i, 25).

45. <sup>c</sup> Simul creatori admonet serviendum, damnando eos qui serviunt creaturæ, cum creatori servitium debeamus. Et quoniam creatorem Spiritum noverat, docet eidem serviendum, dicens: *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem; nos enim sumus circumcisio, <sup>d</sup> qui Spiritui Dei servimus* (*Philip.* iii, 2, 3).

46. Quod si quis de Latinorum codicum varietate contendit, quorum aliquos perfidi falsaverunt, Græcos inspiciat codices, et advertat quia ibi scriptum est: *οἱ Πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες*, quod interpretatur Latinus: *qui Spiritui Dei servimus*.

47. Ergo cum serviendum dicat Spiritui idem Apostolus, qui non creaturæ, sed creatori asserit serviendum; evidenter utique et ipse sanctum ostendit Spiritum creatorem, et in æternæ divinitatis honore venerandum; quia scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies* (*Matth.* iv, 10).

## 643 CAPUT VI.

*Objicientibus ex verbis Amos creari Spiritum, reponitur hanc vocem illic intelligendam de vento, qui sæpius*

<sup>d</sup> Ita mss. septem; omnes autem edit. ac pauci mss., *Spiritui Deo*; alii denique adhib. pauciores, *Spiritu Deo*. Augustinus quidem lib. iii, cont. duas Epist. Pelag., cap. 7, tres hujusce loci lectiones refert, sed quam aliis præferendam putet, non addit. Verum lib. i de Trinit. cap. 6, in omnibus aut pene omnibus Græcis codicibus et pluribus Latinis observat scriptum, *Spiritui Dei*: quod autem in quibusdam reperitur, *Spiritu Deo*, errorem esse. Cum autem paulo ante Ambrosium non obscure designaverit (quod intelligitur non solum ex eo quod hos libros constat lectos esse ab eodem Augustino, sed etiam quod eadem Pauli atque Matthæi testimonia, quæ hic citantur, allegantur quoque in laudato capite lib. i de Trinit.) inde collige corruptionem, cujus hæretici, Ariani scilicet, hic accusantur, in eo fuisse positam, quod pro *Spiritui Dei*, reposerint, *Spiritu Deo*: deinde vero legitimam esse lectionem, quam amplectimur. Nam licet Eras. edit. et seq. non secus ac mss. aliquot Græcas voces ita efferant, *οἱ Πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες*, tamen plures mss. et Amerb. tantummodo exhibent, *Πνεύματι λατρεύοντες*. Quin et Eras. ipse in cujus edit. Ambrosianorum operum vox *Θεῷ* primum inducta est, in sua tamen observatione ad eundem Apostoli textum agnoscit lectionem nostram Ambrosii esse. Hanc ipsam sequitur Zezerus in eadem verba, et non solum Ambrosii atque Augustini, sed etiam Salviani auctoritate defendit.

*creatur : quod sane dici non potest de Spiritu A* sancto ; quippe qui et æternus sit, nec morte, aut hæretica in Patrem refusione resolvi possit. Quod si urgeant pericacius eundem locum de Spiritu sancto scriptum fuisse, docet recurrendum ad expositionem spiritualem ; Christum enim adventu suo tonitrua, id est, verborum divinatorum vim firmavisse : per Spiritum autem humanam animam significari, sicut et carnem a Christo susceptam. Hujus porro cum quælibet Trinitatis persona vere sit creatrix, inde astruitur Spiritum similiter incarnationis Domini auctorem esse, qui rerum omnium creator jam ante assertus est.

48. [Alias cap. VII.] Nec me præterit hæreticos obiectare consuevisse ideo videri creatum Spiritum sanctum, quia plerique eorum ad argumentum astruendæ suæ impietatis adiscunt illud, quod Amos de flatu ventorum locutus est, ut ipse propheticus sermo declarat. Sic enim habes : *Ecce ego firmans tonitruum, et creans spiritum, et nuntians in homines (Christum suum, faciens lucem et nebulam, et ascendens super excelsa, Dominus Deus omnipotens nomen est ei (Amos iv, 13).*

49. Si hinc faciunt quæstionem, quod creatum Spiritum dixit, quia creatur Spiritus Esdras nos docuit, dicens <sup>a</sup> in quarto libro : *Et in die secundo iterum creasti spiritum firmamenti (IV Esdr. vi, 41)* ; tamen <sup>b</sup> ut propositis inhæreamus, his videlicet quæ Amos dixit, nonne evidenter dictorum testificator series de istius creatura mundi locutum prophetam?

50. Denique ita cœpit : *Ego Dominus firmans tonitruum, et creans spiritum.* Ipse ordo nos doceat ; nam si de Spiritu sancto dicere voluisset, non de tonitruo utique præmisisset. Neque enim antiquiora tonitrua sunt, quam Spiritus sanctus : quamvis impii sint, tamen id non audent dicere. Deinde cum subjectum videamus esse de luce et nebula, nonne manifestum est quod de creatura mundi dictum intelligendum sit ? Cum enim flunt aliquæ tempestates istius mundi, præcedere tonitrua, sequi ventorum flatus, cœlum nebulis caligare, lucem refundi ex tenebris, ipso usu quotidiano, exemploque cognoscimus. Nam etiam flatus ventorum spiritus dicitur, sicut scriptum est : *Ignis et sulphur, et Spiritus procellæ (Psal. x, 7).*

51. Et ut scires quia hunc spiritum dixit, ait : *Firmans tonitruum, et creans spiritum* ; quia frequenter creantur ista, cum flunt : Spiritus autem sanctus æternus est, quem si quis audet dicere creatum, non potest tamen dicere quod quotidie creatur, sicut flabra ventorum. Denique ipsa Sapientia secundum <sup>c</sup> suscepti locuta corporis sacramentum, ait : *Dominus creavit me (Prov. viii, 22).* Quamvis ventura prophe-

<sup>a</sup> Vet. edit. ac mss. prope ad unum, in libro tertio. Et sane quin Ambrosii hæc lectio sit, nihil prohibet ; a nobis enim in *Admonit. ad librum de Bono mortis* observatum est hos Esdræ libros varie in variis codicibus distinctos esse.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, ut proposuistis, inhæreamus, etc.

<sup>c</sup> Iidem mss., suscipiendi locuta corporis, etc.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., At qui taliter putant.

taret, tamen quia prædestinatus erat Domini Salvatoris adventus ; **644** non dixit, creat me, sed creavit ; ne frequenter, sed semel crederent ex virgine Maria Jesu corpus esse generandum.

52. Et hoc igitur quod velut quotidianam operationem Dei in tonitruum firmamento, et in Spiritus creatione propheta declaravit, intelligere nefas est, ut de Spiritu sancto tale aliquid æstimemus, quem ipsi impii ante sæcula esse negare non possunt ; unde et semper eum esse, et semper manere pia assertionem testamur. Neque enim qui ante mundum superferrebat super aquas (*Gen. 1, 2*), potest videri cœpisse post mundum : aut multos esse Spiritus sanctos æstimari fas est, qui veluti quotidiana generatione generentur. Absit ut se quisquam tali impietate contaminet ; ut dicat frequenter creari, aut umquam creari Spiritum sanctum. Cur enim frequenter creari videatur, non intelligo ; nisi forte et mori eum credant frequenter, et frequenter creari. Sed quemadmodum mori potest Spiritus vitæ ? Ergo si mori non potest, causam non habet cur sæpius sit creandus.

53. <sup>d</sup> At qui aliter putant, in illud sacrilegium recidunt, ut non distinguant Spiritum sanctum, <sup>e</sup> qui prolative Verbum putant in Patrem redire, prolative Spiritum in Deum refundi ; ut unius refusio sit, et quædam vicissitudo in varias formas se sæpe mutantis : cum Patris et Filii et Spiritus sancti manens semper immutabilisque distinctio, unitatem suæ teneat potestatis.

54. Si quis tamen propheticum dictum ideo derivandum putat ad interpretationem Spiritus sancti, quia habet : *Annuntians in homines Christum suum (Amos iv, 15)* ; is ad incarnationis Dominicæ mysterium dictum facilius derivabit. Nam si te movet quia spiritum dixit, et ideo non hoc putas derivandum ad mysterium assumptionis humanæ ; prosequere Scripturas, et invenies optime congruere de Christo, de quo bene convenit æstimari quia firmavit tonitrua adventu suo, vim videlicet et sonum cœlestium Scripturarum, quarum velut quodam tonitruo mentes nostræ redduntur attonitæ, ut timere discamus, et reverentiam cœlestibus deferamus oculis.

55. Denique in Evangelio fratres Domini filii tonitruum dicebantur ; et cum vox Patris facta esset dicentis ad Filium : *Et honorificavi, et iterum honorificabo (Joan. xii, 28)* ; Judæi dicebant : *Tonitruum factum est illi (Ibid., 29).* Nam licet gratiam veritatis haurire non possent, tamen confitebantur inviti, et ignari mysterium loquebantur ; eo quod magnum Patris de Filio testimonium resultabat. In Job quoque libro Scriptura dicit : *Firmamentum quoque tonitruum*

<sup>e</sup> De hac Verbi in Patrem refusione nonnihil a nobis observatum est ad cap. 13 lib. v De fide, num. 162. Hic autem illud admonebimus, quæ toto hoc capite ad objectum ex Amos locum respondentur, a Didymo quoque fuisse disputata, sicut et a Basilio lib. iii adversus Eunomium ; nec aliena esse ab expositione sancti Hieronymi in eundem allegati prophætæ locum.

sui quis scit quando faciet (*Job. xxvi, 14*)? Utique si ad hæc commotionum cœlestium tonitrua pertinerent, non futura eorum firmamenta, sed facta dixisset.

56. Ergo tonitrua ad sermones Domini retulit, quorum in omnem terram exivit sonus: spiritum autem hoc loco animam, quam suscepit rationabilem atque perfectam, intelligimus; quia Scriptura frequenter et animam hominis **645** spiritus vocabulo designat, sicut habes: *Qui creat spiritum hominis in ipso* (*Zach. xii, 1*). Unde et Dominus animam suam spiritus appellatione significans ait: *In manus tuas commendo spiritum meum* (*Luc. xxiii, 46*).

57. Et ut scires quia de Jesu Domini descensione memoravit, addidit quod nuntiaret in homines Christum suum (*Amos iv, 13*); annuntiavit enim in baptismo, dicens: *Tu es Filius meus dilectissimus, in quo bene complacui* (*Matth. iii, 17*). Annuntiavit in monte, dicens: *Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite* (*Matth. xvii, 17*). Annuntiavit in passione, cum sol recessit, maria terræque tremuerunt. Annuntiavit in centurione, qui ait: *Vere Dei Filius erat iste* (*Matth. xiv, 33*).

58. Totum igitur hunc locum aut ad simplicem intellectum istius status qui vivendo hauritur, aut ad mysterium Dominici corporis referre debemus, nam si hic creatum dixisset Spiritum sanctum, utique et alibi idem Scriptura declarare potuisset, sicut de Filio Dei frequenter legimus quia secundum carnem et factus est et creatus (*Rom. 1, 3*).

59. Cujus tamen majestatem in eo ipso quod carnem pro nobis suscepit, considerare nos convenit; ut divinam potentiam in ipsa corporis assumptione videamus [*Alias cap. VIII*]. Etenim sicut legimus quia creavit Pater Dominicæ incarnationis sacramentum, creavit et Spiritus; ita etiam legimus quod et ipse Christus suum corpus creavit; creavit enim Pater, secundum quod scriptum est: *Dominus creavit me* (*Prov. viii, 23*); et alibi: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege* (*Gal. iv, 4*). Creavit et Spiritus illud omne mysterium, secundum quod legimus, quia *inventæ est Maria in utero habens ex Spiritu sancto* (*Matth. i, 18*).

60. Habes quia creavit Pater, creavit et Spiritus: accipe quia creavit et Filius Dei, dicente Salomone: *Sapientia fecit sibi domum* (*Prov. ix, 1*). Ergo Spiritus sanctus qui creavit Dominicæ incarnationis sacramentum, quod super omnes est creaturas, quomodo esse potest creatura?

61. De generalitate autem supra ostendimus (*Sup. cap. 5*) quia secundum carnem creator est noster Spiritus sanctus in homine exteriori: <sup>b</sup> nunc ostendamus quia creator est noster, etiam secundum gratiæ sacramentum. Et sicut creat Pater, ita creat et

Filius, ita creat et Spiritus sanctus, sicut legimus, dicente Paulo: *Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur; ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis* (*Ephes. ii, 8 et seq.*).

#### CAPUT VII.

*Creationis spiritualis seu regenerationis non minus auctorem Spiritum esse, quam Patrem ac Filium. In quo consistat illa creatio, ejusque præstantia: et quomodo quod membra et corpus Deo tribuere videntur sacri codices, debeat intelligi?*

62. [*Alias cap. IX.*] Ergo creavit Pater in operibus bonis: creat et Filius; quia scriptum est: *Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* (*Joan. i, 12, 13*).

**646** 63. Similiter ex Spiritu secundum gratiam nos renasci Dominus ipse testatur, dicens: *Quod natum est ex carne, caro est; quia de carne natum est: et quod natum est de spiritu, spiritus est; quia Deus spiritus est. Noli mirari quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis: sed nescis unde veniat, aut quo vadat; sic est omnis qui natus est de Spiritu* (*Joan. iii, 6 et seq.*).

64. Claret igitur spiritualis quoque generationis auctorem esse Spiritum sanctum; quia secundum Deum creamur, ut filii Dei simus. Ergo cum ille nos in regnum suum per adoptionem sacræ regenerationis assumpserit, nos ei quod suum est, denegamus? Ille nos supernæ regenerationis fecit hæredes, nos hæreditatem vindicamus, refutamus auctorem? Sed non potest manere beneficium, cum auctor excluditur; nec auctor sine munere, nec sine auctore munus. Si vindicas gratiam, crede potentiam: si refutas potentiam, gratiam ne requiras. <sup>c</sup> Qui Spiritum negavit, statim negavit et donum. Nam si auctor vilis, quomodo dona pretiosa? Cur nostris ipsi muneribus invidemus, spem imminuimus, dignitatem repudiamus, consolatorem negamus?

65. Sed illum negare <sup>d</sup> non possumus. Absit enim ut negemus quod maximum est, cum Apostolus dicat: *Vos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii estis: sed sicut tunc qui secundum carnem natus est, persequebatur eum qui secundum Spiritum* (*Galat. iv, 28, 29*). Iterum utique subauditur de superioribus, qui secundum Spiritum natus est. Qui ergo secundum Spiritum nascitur, secundum Deum nascitur. Renascimur autem, quando in interiore renovamur affectu, et exterioris hominis <sup>e</sup> vetustatem deponimus. Et ideo ait iterum Apostolus: *Renovamini autem Spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in veritate, et justitia, et sanctitate* (*Ephes. iv, 23, 24*). Audiant quemadmodum unitatem divinæ operationis

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *natum ex muliere*. Et infra, *in utero habens de Spiritu sancto*.

<sup>b</sup> Idem mss., *nunc ostendamus in interiore. Pater ita creavit, et Filius ita creavit, et Spiritus sanctus*.

<sup>c</sup> Omnes edit. et mss. non pauci, *Qui Christum*

*negavit, statim amisit et nomen: at multo concinnius alii octo, ut nos in textu.*

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *non possumus. Nos negamus? Sed absit. Minus eleganter.*

<sup>e</sup> Non pauci mss., *vetusta desideria deponimus*.



Scriptura signaverit. Qui renovatur Spiritu mentis, induit novum hominem, qui secundum Deum creatus est.

66. Sancti igitur Spiritus opus est regeneratio ista præstantior; et novi hujus hominis, qui creatur ad imaginem Dei, auctor est Spiritus: quem utique meliorem hoc exteriore esse nostro homine nemo dubitaverit. Siquidem cœlestem alterum, terrenum alterum Apostolus significavit dicens: *Qualis cœlestis, tales et cœlestes* (I Cor. xv, 48).

67. Ergo cum cœlestem faciat gratia spiritalis, quod terrenum creare possit, etiam sensu debemus advertere, <sup>a</sup> licet careamus exemplis. Dicit enim alibi sanctus Job: *Vivit Dominus, qui sic me judicat; et omnipotens, qui ad amaritudinem perduxit animam meam: Spiritus autem divinus, qui est in naribus meis* (Job xxvii, 2, 3). Non utique spiritum hic auram vitalem hanc et spiramentum corporeum designavit, sed nares hinc interioris sui hominis significat, quibus vitæ odorem carpebat æternæ, et gratiam cœlestis unguenti **647** geminis quibusdam sensibus hauriebat.

68. Sunt enim nares spiritales, ut legimus, quas habet Sponsa Verbi, cui dicitur: *Et odor naribus tuæ* (Cant. vii, 8); et alibi: *Odoratus est Dominus odorem suavitatis* (Gen. viii, 21). Sunt ergo quædam interioris membra hominis, cujus <sup>b</sup> manus in actu, aures in auditu, pedes in processu quodam boni operis æstimantur. Itaque ex officii, veluti quædam colligimus membrorum figuras; neque enim in interiore homine secundum carnalia aliquid nos **C** convenit opinari.

69. [Alia cap. X.] Et sunt quidam qui corporaliter Deum putant <sup>c</sup> esse formatum, cum legunt aut manum ejus, aut digitum: nec advertunt quod hæc non propter formam scripta sint corporis, quia in divinitate nec membra, nec partes sunt: sed propter unitatem divinitatis expressa, ut credamus quia impossibile est a Patre Deo vel Filium, vel Spiritum sanctum separari; cum plenitudo divinitatis velut corporaliter habitet in substantia Trinitatis. Ideo igitur et Filius Patris dextera nuncupatur, sicut lectum est: *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me* (Ps. cxvii, 16).

#### CAPUT VIII.

*Argutiam hæreticorum qui Deum idcirco dicitabant in Spiritu, non autem cum Spiritu glorificandum, ut*

<sup>a</sup> Edit., licet credamus exemplis.

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, manus in tactu. Sed in communi lectione nihil mutandum; manus enim non tantum est tangere, at multo magis agere atque operari.

<sup>c</sup> Omnes edit. ac plures mss., esse formandum. Non male; idem enim est, ac imagine seu figura exprimendum. At simplicius tamen alii mss., esse formatum, hoc est, configuratum, atque exteriori specie compositum. Videtur autem Ambrosius hoc loco perstringere Anthropomorphitas seu Vadianos, de quibus Epiph., Hær. 70, et Aug. de Hær., cap. 5.

<sup>d</sup> Quos hic designat Ambrosius noster, dubium non est quin iidem sint, qui Basilio scribendi libri de

*hinc eundem Spiritum esse inferiorem colligerent, diluit: quamobrem particulam in etiam Filio, inmo et Patri quoque aptari planum facit: at e contrario cum creaturis etiam attribui sine ulla divinitatis injuria; proindeque in iisdem præpositionibus simpliciter agnoscendam divinarum personarum conjunctionem.*

70. Sed quid mirum si de verbis amentes homines faciunt quæstionem, <sup>d</sup> cum faciant et de syllabis? Sunt enim qui hinc putent faciendam esse distantiam, quod dicant in Spiritu Deum, non cum Spiritu prædicandum: et ex una syllaba, vel usu quodam divinitatis æstimandum putent esse momentum, argumentantes quod si in Spiritu Deum prædicandum putent, ministerium sancti Spiritus signare videantur: si vero cum Spiritu dicant Dei vel virtutem esse, vel gloriam, societatem quamdam et communionem Patris et Filii et Spiritus sancti designare videantur.

71. Sed quis separet, quod non potest separari? quis dividat societatem, quam, individuum Christus ostendit? *Ite, inquit, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* (Matth. xxviii, 19). Numquid hic vel circa Patrem vel Filium vel Spiritum sanctum aut verbum mutavit, aut syllabam? Non utique: sed *In nomine*, inquit, **648** *Patris et Filii et Spiritus sancti*. Idem de Spiritu quod de Patre et de se sonat. Unde nullum Spiritus sancti ministerium, sed consortium magis honoris aut operis, cum in Spiritu dicitur, æstimatur.

72. Considera et hic quia ad Patrem et Filium hoc opinionis vestræ præjudicium derivatur; quia hic non dixit: Cum Patris et Filii et Spiritus sancti nomine; sed *in nomine*: et tamen non ministerium aliquod Trinitatis hac syllaba exprimitur, sed potestas.

73. Denique ut scias quia fidei non præjudicat syllaba, sed <sup>e</sup> commendat fides syllabam, et Paulus loquitur in Christo. Nec ideo minor Christus est, quia Paulus locutus in Christo est, sicut habes: *Coram Deo in Christo loquimur* (II Cor. i, 6). Quemadmodum igitur Apostolus dicit quia in Christo loquimur; ita illud est quia loquimur in Spiritu; sicut ipse Apostolus dixit: *Nemo dicit Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto* (I Cor. xii, 3). Non subjectio

*Spiritu sancto causam præbuere, nimirum Aetiani. Narrat enim idem Basilius cum aliquando preces in Ecclesiæ conventu ita clauderet, ut glorificationem Deo ac Patri, interdum cum Filio ipsius, interdum per Filium in Spiritu sancto tribueret, nonnullos illa oratione tamquam christianis auribus peregrina offensos esse. Quapropter horum errore, quem partim ex Aetii commentis, partim e profanorum philosophorum placitis fluxisse dicit, memorata opella confutavit: cujus doctrinæ hoc toto et sequenti capite inhæret Ambrosius.*

<sup>e</sup> Vet. edit., sed convincat fides syllabam; Rom. et mss. aliquot, sed commendat fidem syllaba; reliqui mss. qui et plures potioresque, ut in contextu. ]

itaque hoc loco Spiritus sancti, sed gratiæ copula A designatur.

74. Et ut scias discretionem non esse de syllaba, alibi quoque ait : *Et hæc quidem fuistis : sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri (I Cor. vi, 11).* Quam multa possum hinc exempla proferre ! Scriptum est enim : *Omnes vos unum estis in Christo Jesu (Galat. iii, 26)*; et alibi : *Sanctificatis in Christo Jesu (I Cor. i, 2)*; et iterum : *Ut nos essemus justitia Dei in ipso (II Cor. v, 21)*; et alio loco : *Ut excidant a castitate, quæ est in Christo Jesu (II Cor. xi, 3).*

75. Verum quid ago ? Dum enim similiter dico scriptum esse de Filio, quemadmodum de Spiritu scriptum est, magis illud incurro; ut non quia de Filio scriptum est, religiose dictum videatur de Spiritu : sed quia idem de Spiritu scriptum est, etiam de Filio propter Spiritum<sup>b</sup> objiciant derogatum. Dicunt enim : Numquid de Deo Patre scriptum est ?

76. Sed accipiant etiam de Deo Patre dictum : *In Domino laudabo verbum (Ps. lv, 5)*; et alibi : *In Deo faciemus virtutem (Ps. lxx, 14)*; et : *In te commemoratio mea semper (Ps. lxx, 16)*; et : *In nomine tuo exsultabimus (Ps. lxxviii, 17)*; iterum alibi : *Ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta (Joan. iii, 21)*; et Paulus : *In Deo qui omnia creavit (Ephes. iii, 9)*; et iterum : *Paulus et Sylvanus et Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre et Domino Jesu Christo (I Thess. i, 1)*; et in Evangelio : *Ego in Patre, et Pater in me (Joan. xiv, 10)*; et : *Pater qui in me manet (Ibid.)*. Scriptum est etiam : *Qui gloriatur in Domino gloriatur (II Cor. x, 17)*; et alibi : *Vita autem nostra abscondita est cum Christo in Deo (Coloss. iii, 3)*. Numquid hic plus Filio quam Patri detulit, ut in Deo nos diceret esse cum Christo ? aut numquid plus nostra conditio quam Spiritus gratia sibi vindicat; ut nos possimus esse cum Christo, Spiritus sanctus esse non possit ? Et cum Christus velit esse nobiscum, sicut ipse dixit : *Pater, quos dedisti mihi, volout ubi ego sum, et ipsi sint mecum (Joan. xvi, 24)*, dedignetur esse cum Spiritu ? Scriptum est etiam : *Convenientibus vobis et meo Spiritu<sup>d</sup> cum virtute Domini Jesu (I Cor. v, 4)*. Ergo nos cum virtute Domini convenimus, et audemus dicere quod nolit Dominus Jesus cum Spiritu convenire, qui non dedignatur convenire nobiscum.

<sup>a</sup> Rom. edit., *Sanctificatis in Christo Jesu. Et iterum : ut nos efficeremur justitia Dei... Sic sensus vestri excidant a castitate*. Vet. edit. et quidam mss., *sanctificatos in Christo Jesu. Et iterum : ut nos essemus... ut excidant a fide*. Cæteri mss. nobiscum faciunt nisi quod unus pro *excidant a castitate*, habet *excidant a veritate*.

<sup>b</sup> Ita vet. edit. cum mss. longe plurimis : at Rom. edit. cum aliis pauculis, *objiciant derogandum*.

<sup>c</sup> Rom. edit., *exsultabunt*; aliæ ac mss., *exsultabimus*; aliqui tamen, *exsultavimus*.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *in virtute Domini Jesu. Perperam*.

<sup>e</sup> Omnes edit. ac multi mss., *minor Christus Spiritu declaretur* : septem tamen codices melioris

77. Nullam igitur distantiam putat Apostolus hæc an illa syllaba utaris. Syllaba enim conjunctionis est, conjunctio autem sejunctionem non facit; neque enim si divideret, conjunctio diceretur.

78. Quid igitur te movet ut dicas quia gloria est Deo Patri, vel Christo ejus, vita, virtus, magnificentia, potestas in Spiritu sancto, et nolis dicere cum Spiritu sancto ? An quia times ne et Spiritum cum Patre et Filio sociare videaris ? Sed audi et de Spiritu scriptum : *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu (Rom. viii, 2)*. Et alibi Deus Pater dicit : *Et adorabunt te, et in te deprecabuntur (Esai. xlv, 14)*. In Christo orare nos debere Deus Pater dicit; et tu putas Spiritui derogari, si in eo gloria Christi esse dicatur ?

79. Audi quod times de Spiritu confiteri, non timuisse de se sibi Apostolum vindicare; ait enim : *Dissolvi, et cum Christo esse multo melius (Phil. i, 25)*. Cum quo igitur est Apostolus, cum eo negas esse Spiritum, per quem Apostolus meruit esse cum Christo ?

80. Quæ igitur ratio est, ut in Spiritu malis dicere, quam cum Spiritu gloriam Dei esse vel Christi ? An quia si dicas in Spiritu, minor Christo Spiritus declaratur ? Quamvis hoc refutabile sit, ut majorem Dominum facias et minorem; tamen cum lectum sit : *Quia pro nobis peccatum factus est Christus ut nos essemus justitia Dei in ipso (II Cor. v, 21)*, ille invenitur potissimus, in quo sumus nos infirmi. Sic et alibi habes : *Quia omnia in ipso constant (Colos. i, 17)*, hoc est in ejus virtute. Nec comparari possunt illi, quæ in eo constant; quia ex virtute ejus ut constant, substantiam consequuntur.

81. Numquid igitur sic Deum regnare vultis in Spiritu, ut virtus Spiritus regnandi Deo principium quasi fons quidam substantiæ largiatur ? Sed hoc impium est. Et ideo ut unam Patris et Filii et Spiritus sancti majores nostri dicerent potestatem cum spiritu gloriam Christi esse memorabant, quo individuum copulam declararent.

82. Quomodo enim separatur Spiritus sanctus a Filio, cum ipse Spiritus testimonium reddat spiritui nostro quod sumus filii Dei ? *Si autem filii, et hæredes : hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi (Rom. viii, 16, 17)*. Quis igitur tam amens, qui conjunctionem Spiritus et Christi dissociet sempiternæ, ut in textu. Et hanc lectionem manifestissime sensus exigit.

<sup>f</sup> Sic omnes edit. ac plures mss. aliorum autem aliqui, *ille invenitur, in quo sumus potentes, non infirmi*; aliqui, *ille invenitur, in quo sumus potissimum nos infirmi*; alii denique ab edit. hoc solo distant, quod verbo *sumus*, adjiciunt *positi*.

<sup>g</sup> Qui sint illi majores quamvis hoc loco non explicetur, facile tamen intelligens ex Basilii lib. iii de Spiritu sancto, cap. 29, ubi eorum et nomina refert et verba. Nam cum hic tantum innuat Ambrosius, quanti faciendam traditionis auctoritatem putet; multo fusiùs Basilius id argumentum citato et superiori cap. ejusdem lib. iii prosequitur.

nam; cum Spiritus etiam disjuncta connectat, per quem Christi efficitur cohæredes?

**650** 83. Si tamen, inquit, *compatimur, ut et conglorificemur* (*Ibid.*). Si nos ergo conglorificabimur cum Christo per Spiritum, quomodo et ipsum conglorificari Christo Spiritum recusamus? Dissociamus vitam Christi et Spiritus sancti, cum Spiritus dicat quod simul victuri sumus cum Dei Filio? Dicit enim Apostolus: *Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod etiam simul vivemus cum illo* (*Rom. vi, 8*); deinde alibi: *Si enim compatimur, inquit, et convivemus: nec solum convivemus, sed etiam conglorificabimur: nec solum conglorificabimur, sed etiam conregnabimus* (*II Tim. ii, 11, 12*).

84. Non est igitur in syllabis istis ulla discretio; utraque enim syllaba conjunctionis est. Denique sæpe reperimus in Scripturis alteram interpositam, et alteram intellectam, sicut scriptum est: *Introibo in domum tuam in holocaustis* (*Ps. lxxv, 13*), hoc est, cum holocaustis; et alibi: *Eduxit, inquit, eos in argento et auro* (*Ps. civ, 37*), hoc est, cum argento et auro. Alibi quoque ait: *Non egredieris in virtutibus nobiscum* (*Ps. xliii, 10*); pro eo quod est, cum virtutibus. Ergo cum et in usu sermonis calumnia esse non possit, et ex sermone calumnia divinitati non debeat excitari, opus est ut ad justitiam corde credatur, et ex fide cordis fiat ad salutem in ore confessio (*Rom. x, 10*). Sed qui corde non credunt, calumniam strunt verbis.

#### CAPUT IX.

*Apostolicum locum quo hæretici, ut discrimen inducerent inter personas divinas, abutebantur, exponit: et declarata hæreticæ interpretationis impietate, ostendit locum integrum de singulis personis recte dici posse; quem tamen proprie ad Filium pertinere astruit: postremo quod affirmaverat omnia ejusdem loci membra unicuique personæ convenire, multis confirmat testimoniis: et eo ipso quod Patri competit, ut dicatur ex illo omnia, eidem etiam tribui posse per illum et in illo omnia scite colligit.*

85. Denique simile et illud est, quod aiunt discretionem esse, quia scriptum est: *Nobis autem unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in illum: et unus Dominus Jesus Christus per quem omnia, et nos per ipsum* (*I Cor. ii, 6*). Volunt enim cum dicitur, *ex illo*, materiam designari: cum dicitur, *per illum*, quoddam vel instrumentum operis, vel ministerium declarari: cum autem dicitur, *in illo*, aut locus significetur aut tempus, in quo omnia facta videantur.

86. Ita igitur distantiam quamdam substantiæ probare desiderant, tamquam instrumentum ab operatore proprio vel auctore, et tamquam tempus aut locum ab instrumento dirimere gestientes. Numquid ergo alienus secundum naturam Filius a Patre; quia alienum instrumentum ab operatore proprio vel au-

ctore? aut numquid alienus Filius a Spiritu; quia ab instrumenti genere aut locus separatur aut tempus?

87. Comparanda nunc assertiones nostras. Illi volunt ex Deo tamquam ex natura Dei esse **651** materiam, ut si dicas ex ligno arcam esse factam, ex lapide statuum: ita ex Deo materiam processisse, et eandem materiam tamquam per instrumentum aliquod factam esse per Filium; ut non tam operatorem Filium, quam instrumentum operis esse declarent: et omnia ita facta in Spiritu, tamquam in aliquo loco facta vel tempore: singula singulis tribuunt, in commune omnia negant.

88. Verum nos ostendimus ita ex Deo Patre esse omnia, ut nec amiserit Deus Pater, quod vel per ipsum et in ipso omnia sint, nec tamquam ex materia ex ipso omnia sint: ita quoque per Dominum Filium esse omnia, et in ipso sint omnia: et ita omnia esse in Spiritu, ut doceamus omnia esse per Spiritum, et omnia esse de Spiritu.

89. Nam istæ syllabæ, sicut illæ de quibus superius diximus, se invicem signant. Non enim ita dixit Apostolus: Ex Deo omnia, et per Filium omnia; ut separabilem substantiam Patris Filique signaret: sed ut inconfusibili distinctione quod alius Pater, alius sit Filius, edoceret. Non igitur tamquam compugnantes syllabæ istæ, sed tamquam sociæ atque concordantes sunt; ut etiam uni sæpe conveniant, sicut scriptum est: *Quia ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia* (*Rom. xi, 36*).

90. Quod si vere consideres unde translatum sit, de Filio dictum esse non ambiges. Dicit enim Apostolus secundum prophetiam Esaiæ: *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit* (*Esai. xl, 13*)? Et addidit: *Quia ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia*. Quod Elias de operatore omnium dixit, sicut habes: *Quis mensus est manu aquam, et cælum palmo, et universam terram clausa manu? Quis statuit montes in libra, et rupes in statera? Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit* (*Esai. xl, 12*)?

91. Et addidit Apostolus: *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia*. Quid est, *ex ipso*? Quod ex ipsius voluntate natura sit omnium, et ipse sit auctor omnium, quæ esse cœperunt. *Per ipsum*, quid est? Quia per ipsum constitutio et perseverantia omnibus impertita videatur. *In ipso*, quid est? Quia omnia admirabili quodam desiderio, et inenarrabili amore auctorem vitæ et ministratorem gratiæ suæ ac muneris intuentur, secundum quod scriptum est: *Oculi omnium in te sperant; et: Aperis manum tuam, et implem omnem animam bona voluntate* (*Psal. cxliv, 15*).

92. De Patre quoque si dicas: ideo *ex ipso*, quia ex ipso operatrix Sapientia, quæ omnibus ex sua et

<sup>a</sup> Et in ipso sint omnia, desiderantur in cunctis edit. ac mss. non paucis; ea tamen ex aliis sex melioris notæ restitimus. At post pauca ubi omnes

mss. ac vet. edit., *Ex Deo omnia; Rom. sola reposuit, ex Patre omnia.*

Patris voluntate dedit esse, quæ non erant: *Per ipsum*, quia per Sapientiam ejus facta sunt omnia: *In ipso*,<sup>a</sup> quia ipse est vivificatoris fons substantiæ, in quo vivimus et sumus et movemur.

93. Ex Spiritu quoque, ut per ipsum formati, per ipsum firmati, in ipso roborati, <sup>b</sup> vitæ capiamus munus æternæ.

94. Cum hæc igitur vel Patri vel Filio vel **652** Spiritui sancto convenire videantur, nihil utique humile in his certum est declarari; cum et ex Filio dicamus esse pleraque, et multa per Patrem, sicut habes de Filio dictum: *Ut augeamur in ipso per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum*, inquit, *corpus compactum et connexum per omnem juncturam ministrationis in mensuram uniuscujusque partis, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate* (*Ephes. iv, 15, 16*). Et iterum ad Colossenses de his qui non haberent cognitionem unigeniti Filii Dei: *Quia non tenent*, inquit, *caput, ex quo omne corpus per compaginationes et colligationes subministratum et copulatum crescit in incrementum Dei* (*Coloss. ii, 19*); caput enim Christum esse Ecclesiæ supra diximus (*Coloss. i, 18*). Et alibi habes quia de plenitudine ejus nos omnes accepimus (*Joan. i, 16*). Et ipse Dominus dixit: *De meo accipiet, et annuntiabit vobis* (*Joan. xvi, 14*). Et supra ait: *Cognovi virtutem exisse de me* (*Luc. viii, 46*).

95. Similiter ut agnoscas unitatem, etiam de Spiritu dicitur: *Quia qui seminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam* (*Galat. vi, 8*). Et Joannes ait: *Ex hoc cognoscimus<sup>c</sup> quia in nobis est, quoniam de Spiritu suo dedit nobis* (*I Joan. iv, 13*). Et Angelus dicit: *Quod ex ea nascetur, de Spiritu sancto est* (*Math. i, 20*). Et Dominus ait quia *quod natum est de Spiritu, Spiritus est* (*Joan. iii, 6*).

96. Ergo sicut ex Patre legimus esse omnia, ita et ex Filio posse dici omnia, per quem omnia sunt: et ex Spiritu esse omnia, in quo omnia sunt, testimoniis edocemur.

97. Nunc consideremus utrum per Patrem esse aliquid docere possimus. Sed scriptum est: *Paulus servus Christi per voluntatem Dei* (*I Cor. i, 1*); et alibi: *Unde jam non est servus, sed filius: si autem filius, et hæres per Deum* (*Galat. iv, 7*); et alibi: *Sicut resurrexit Christus a mortuis per gloriam Patris* (*Rom., vi, 4*). Et alibi Deus Pater ad Filium dicit: *Ecce pro-selyti venient ad te per me* (*Esai. liv, 15*).

98. Multa reperies alia, si quæras per Patrem facta. Numquid ideo minor Pater, quia in Filio et ex Filio pleraque esse legimus: et per Patrem facta<sup>d</sup> vel data plurima in Scripturis cœlestibus reperimus?

99. Sed etiam per Spiritum similiter legimus facta pleraque, sicut habes: *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum* (*I Cor. ii, 10*); et alibi: *Bonum*

<sup>a</sup> Omnes edit. et quidam mss., *quia in ipso est*; reliqui mss. magno numero, *quia ipso est*.

<sup>b</sup> Quidam mss., *Vitam capiamus æternam*.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, *quia in nobis est, de Spiritu*

*depositum custodi per Spiritum sanctum* (*I Tim. i, 14*); et ad Ephesios: *Confortari per Spiritum ejus* (*Ephes. iii, 16*); et ad Corinthios: *Alii enim datur per Spiritum sermo sapientiæ* (*I Cor. xii, 8*); et alibi: *Si autem per Spiritum facta carnis mortificaveritis, vivetis* (*Rom. viii, 13*); et supra: *Qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ejus in vobis* (*Ibid., 11*).

100. Sed fortasse dicat: Ostende mihi specialiter lectum, quia ex Filio omnia, vel ex Spiritu omnia. At ego refero, ut et illi mihi lectum esse ostendant quia per Patrem omnia. Sed cum hæc vel Patri probaverimus, vel Filio, vel Spiritui sancto convenire, nec ullam ex hujusmodi syllabis nasci posse divinæ distantiam potestatis; non est dubium quin per quem omnia, ex eo omnia: et ex quo omnia, per eum omnia: et in quo omnia, per eum **653** vel ex eo omnia esse intelligere debeamus. Omnis enim creatura et ex voluntate, et per operationem et in virtute est Trinitatis, sicut scriptum est: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (*Gen. i, 26*); et alibi: *Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* (*Psal. xxxii, 6*).

#### CAPUT X.

*Probaturus unam Trinitatis esse voluntatem, vocationem atque jussionem, docet non secus ac Pater et Filius Ecclesiam vocavit, ita et Spiritum eam vocasse; idque ex electione Pauli et Barnabæ ostendit, sed potissimum ex missione Petri ad Cornelium. Hic obiter ejusdem Spiritus potestate, ac trina Petri confessione pertractis, in ejusdem apostoli visione adumbratam fuisse declarat vocationem gentium, quæ cum prius ferarum similes exstissent, Spiritus opera deposuere feritatem. Tum ubi superiora ex alio loco stabilivit, in Hieremia in lacum a Judæis demisso, et inde educto ab Abdemelech, Spiritus sancti ab iisdem Judæis contempti habitii, et a gentibus quos mundavit, honorati symbolum prævisse demonstrat.*

101. [*Alias cap. XI.*] Nec solum una operatio est ubique Patris et Filii et Spiritus sancti, sed etiam una atque eadem voluntas, una vocatio, una præceptio: quod licet in illo magno ac salutari Ecclesiæ spectare mysterio. Sicut enim Pater vocavit gentes ad Ecclesiam, dicens: *Vocabo non plebem meam, plebem meam: et non dilectam, dilectam* (*Ose. ii*); et alibi: *Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus* (*Esai. lvi, 7*): ita etiam Dominus Jesus ad evocandam et congregandam Ecclesiam Paulum a se dicit electum, sicut habes ad Ananiam dictum a Domino Jesu: *Vade, quoniam vas electionis est mihi hic ac ferendum nomen meum coram gentibus* (*Act. ix, 15*).

102. Sicut ergo Pater Deus vocavit Ecclesiam, ita vocavit et Christus: et quemadmodum Christus vocavit, ita vocavit et Spiritus, dicens: *Separate mihi Paulum et Barnabam in opus quo vocavi eos. Tunc jejunantes, inquit, et orantes, imposuerunt eis manus,*

*quem, etc.*

<sup>d</sup> Omnes edit., *vel dicta*; omnes mss., *vel data*.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *et non electam, electam*.

et dimiserunt eos. Ipsi autem præmissi ab Spiritu sancto devenerunt in Seleuciam (Act. XIII, 2 et seq.). Ergo non solum Christi, sed etiam Spiritus sancti imperio apostolatam Paulus accepit, et ad congregationem gentium festinavit.

103. Nec solus Paulus, sed etiam Petrus, sicut legimus in Actibus apostolorum. Nam cum in oratione vidisset cælum apertum, et quatuor initiis ligatum vas quoddam, tamquam linteum in quo erant omnia genera quadrupedum et ferarum et volucrum cæli, facta est vox ad eum: Surge, occide, et manduca. Et Petrus dixit: Absit, Domine: numquam manducavi commune et immundum. Et vox rursus ad eum: Quod Deus mundavit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per ter, et receptum est vas in cælum (Act. x, 11 et seq.). Ergo cum hoc secum Petrus tacitus cogitaret, et venissent ad eum Cornelii servuli ab Angelo 654 destinati, ait illi Spiritus: Ecce viri quærunt te, surge itaque, et descende, et vade cum eis: ne dubites; quoniam ego misi illos (Ibid., 19, 20).

104. Quam evidenter expressit suam Spiritus sanctus potestatem? Primo omnium quia aspiravit oranti, adfuit deprecanti: deinde quoniam vocatus Petrus respondit, Domine, et ideo secundum evidentius meruit oraculum, quia confessus est Dominum. Sed quis iste sit Dominus Scriptura declarat; respondentem enim, is utique cui responderat, loquebatur: Spiritum autem ostendunt sequentia declaratum; quia ipse qui mysterium figurabat, mysterium revelabat.

105. Simul illud adverte quia tertio repetita figura C mysterii operationem Trinitatis expressit. Et ideo a in mysteriis interrogatio trina defertur, et confirmatio trina celebratur: nec potest quis nisi trina confessione purgari. Unde et ipse Petrus in Evangelio (Joan. XXI, 15) tertio interrogatur, utrum diligat Dominum; ut trina responsione vincula, b quæ Dominum negando contraxerat, et quibus se ipse ligavit, absolventur.

106. Tum deinde quia ad Cornelium angelus mittitur, Petrum Spiritus sanctus alloquitur (Act. x, 3): Oculi enim Domini super fideles terræ (Psal. c, 6). Nec illud otiosum, quod cum in superioribus præmississet: Quod Deus mundavit, tu ne commune dixeris (Act. x, 15); subito decidit super gentiles, ut mundaret eos Spiritus sanctus; unde ostenditur D operationem Spiritus operationem esse divinam. Petrus autem missus ab Spiritu, non expectavit imperium Dei Patris, sed ipsius quoque Spiritus illud est confessus oraculum, ipsius Spiritus gratiam esse testatus est dicens: Si ergo eandem gratiam illis

concessit Deus, sicut et nobis; ego quis eram, qui prohiberem Deum (Act. xi, 17)?

107. Spiritus ergo sanctus est, qui nos ab illa gentili colluvione mundavit. In illis enim generibus quadrupedum, et ferarum, et volucrum figura erat conditionis humanæ, quæ ferarum modo bestialem videtur induta sævitiæ, nisi Spiritus sanctificatione mitescat. Bona ergo gratia, quæ ferinam rabiem c spirituali simplicitate commutat: Eramus enim et nos aliquando insipientes, increduli, errantes, servientes desiderii et voluptatibus variis: nunc autem per renovationem Spiritus hæredes Christi, angelorum cœpimus esse cohæredes (Tit. III, 3).

108. Itaque Spiritu videns sanctus propheta David ex feris nos similes futuros esse cœlestium: Increpa, inquit, feras silvæ (Psal. LXXVII, 32), silvæ videlicet significans non ferarum fragosam cursibus, nec bestiarum gemitibus inhorrentem, sed illam silvæ de qua scriptum est: Invenimus eam in campis silvæ (Psal. CXXXI, 6). In qua, sicut dixit propheta: justus ut palma florebit, et velut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur (Psal. CXXI, 15). Illa silva, quæ Verbi cœlestis alimoniam prophetarum verticibus arborum concussa defluxit. Illa silva, ad quam Paulus lupus quidem raptor intravit, sed pastor exivit: In omnem enim terram exivit sonus eorum (Psal. XVIII, 5).

655 109. Eramus ergo feræ, et ideo dicit Dominus: Attendite vobis a falsis prophetis, qui veniunt in vestitu ovium, intus autem sunt lupi rapaces (Math. VII, 15). Sed per Spiritum sanctum jam leonum sævitiæ, pardorum varietas, astutia vulpium, luporum rapacitas de nostris exolevit affectibus. Magna igitur gratia, quæ cælo terras mutavit; ut conversatio nostra, sicut Apostolus dixit (Philip. III, 20), in cœlis sit, qui ante sicut feræ errabamus in silvis.

110. Sed nec hoc tantum loco Petrus apostolus, sed etiam alibi in eodem libro a Spiritu sancto ædificatam Ecclesiam demonstravit. Habes enim dixisse eum: Deus qui novit corda hominum, testimonium perhibuit, dans his Spiritum sanctum, sicut et nobis; et nihil discrevit inter nos et illos, mundans per fidem corda eorum (Act. xv, 8, 9). In quo illud est contuendum, quia sicut Christus lapis est angularis, qui unitatem plebis utriusque connexuit, ita etiam Spiritus sanctus non discrevit utriusque populi corda, sed junxit.

111. Non ergo tamquam Judæus contemnas Filium, quem annuntiaverunt prophætæ; contemnas etiam Spiritum sanctum, contemnas Esaiam, contemnas Hieremiam, quem de lacu Judaicæ domus ille as-

<sup>a</sup> In mysteriis, hoc loco idem significat atque in sacramento baptismatis. Clarum quippe est trinas illas interrogaciones ac responsiones hic designari, de quibus ad lib. II de Sacram. cap. 7, ubi eadem describuntur, nos etiam aliquid observavimus. Quod vero, paucis interjectis, additur: Nec potest quis nisi trina confessione purgari; hoc de more solito atque ordinatio intelligendum est: aut sæpe eo sensu accipiendum, quo in una confessione aliæ duæ com-

prehenduntur, quemadmodum ab ipsomet Ambrosio expositum est superiori libro, cap. 3, num. 42 et seq.

<sup>b</sup> Ita mss. aliquot probatioris: alii vero, et edit., quæ Dominum (Rom., quibus Dominum) negando ligaverat (edit. vet., liquit, Rom., se ligavit) absolveret.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., Spiritu atque simplicitate commutat.

sumptus a Domino <sup>a</sup> pannis et funibus elevavit (*Jerem.* xxxviii, 10). Verbum enim propheticum despiciebat, in lacum demerserat eum populus Judæorum. Nec quisquam inventus est de Judæis qui levaret prophetam, sed unus Æthiops Abdemelech, sicut Scriptura testatur.

112. In quo nomine figura pulcherrima est, quia sermonem propheticum, quem Judæi velut in cœnum suæ mentis carnisque detruserant, nos videlicet ex gentibus peccatores, nigri ante delictis, et quondam infructuosi elevavimus de profundo (*Ibid.*, 11). Et ideo scriptum est: *Æthiopia* <sup>b</sup> *prælevabit manus suas Deo* (*Psal.* lxxvii, 32). In quo sanctæ Ecclesiæ species significatur, quæ ait in Canticis canticorum: *Nigra sum et decora, filia Hierusalem* (*Cant.* i, 4); nigra per culpam, decora per gratiam: nigra per conditionem, decora per redemptionem: <sup>c</sup> aut certe nigra exercitii sui pulvere. Nigra ergo, dum præliatur: decora est, dum victoriæ suæ insignibus coronatur.

113. Et bene funibus levatur propheta; fidelis enim dixit: *Funes ceciderunt mihi in præclaris* (*Psal.* xv, 6). Bene panuis; quia ipse Dominus, excusantibus his qui primo ad nuptias vocati fuerant, ad exitus viarum misit, ut quotquot invenirentur et boni et mali, ad nuptias vocarentur (*Matth.* xxii, 9, 10). His itaque pannis propheticum verbum levavit cœno.

### 656 CAPUT XI.

*Imitatos nos Abdemelech, si credamus Filium et Spiritum sanctum omnia cognoscere. Spiritui cognitionem hanc tribui in Scripturis; Filio quoque eandem attribui. Filium a Spiritu clarificari, sicut et a Filio Spiritum: item ex eo quod Patrem, Filium atque Spiritum legamus eadem loqui, ac revelare, unitatem in ipsis naturæ et scientiæ agnoscendam: denique quod alta Dei scrutatur Spiritus, ignorantia non esse; cum Pater et Filius etiam dicantur scrutatores, et Paulus tametsi a Christo domino electus, edoctus tamen fuerit a Spiritu.*

114. [*Alias cap. XII.*] Eris igitur et tu Abdemelech, hoc est, assumptus a Domino, si de profundo gentilis imprudentiæ levaveris Dei Verbum: si credideris quia non fallitur; non præteritur Dei Filius, non ignorat quæ futura sunt; non fallitur etiam Spiritus sanctus, de quo dicit Dominus: *Cum venerit autem ille Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem* (*Joan.* xvi, 13). Qui dicit omnem, nihil præterit, non diem, non horam, non præterita, non futura.

115. Et ut scias quia et omnia novit, et futura annuntiat, et unius est scientiæ cum Patre et Filio;

<sup>a</sup> Rom. edit. hic et infra, *rudibus pannis*. Reliquæ, ac mss. omittunt *rudibus*, pro qua voce in Bibliis habetur *veteribus* sive *putribus*.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *prævaluit*; unus, *prælibabit*; cæteri atque edit., *prælevabit*. Græce habetur *προφθάσει*, præoccupabit, præveniet, etc.

Audi quid dicat de eo Dei veritas: *Non enim loquetur a semetipso, sed quæ audierit, loquetur, et quæ evenient, annuntiabit vobis* (*Ibid.*).

116. Itaque ut advertas quia novit omnia, cum diceret Filius: *De die autem illa et hora nemo novit, neque Angeli cælorum* (*Marc.* xiii, 32); excepti Spiritum sanctum. Si autem exceptus est Spiritus sanctus ab ignorantia, quomodo non exceptus est Dei Filius?

117. Sed dicis quia cum angelis annumeravit et Dei Filium. Annumeravit quidem Filium, sed non annumeravit et Spiritum. Aut fatere igitur potiore esse Spiritum sanctum Dei Filio, <sup>d</sup> ut jam non solum quasi Arianus, sed etiam quasi Photinianus loquaris: aut agnosce quo referre debeas, quod nescire Filium dixit. Etenim quasi homo annumerari creaturis potuit, qui creatus est.

118. Quod si vis discere quia novit omnia, et præscientiam habet omnium <sup>e</sup> Dei Filius futurorum, quæ Filio incognita putas, ea de Filio Spiritus sanctus accepit. Accepit autem per unitatem substantiæ, sicut accepit a Patre Filius: *Ille, inquit, me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt; propterea dixi, de meo accipiet, et annuntiabit vobis* (*Joan.* xvi, 11, 15). Quid igitur hac evidentiâ unitate? Quæ habet Pater, Filii sunt: quæ habet Filius, accepit et Spiritus.

119 et 120°. Accipe tamen quia novit iudicii diem Filius. Lectum est in Zacharia: *Et veniet Dominus Deus meus, et omnes sancti cum eo. In illa die non erit tamen, sed frigus et gelu: et erit dies una, et dies illa nota Domino* (*Zach.* xiv, 5). Hæc igitur dies nota Domino, qui veniet cum sanctis suis, secundo nos illuminaturus adventu.

121. Sed quod orsi sumus de Spiritu, persequamur. 657 Habes enim in eo quod prætulimus exemplo quia Filius dicit de Spiritu: *Ille me clarificabit*. Clarificat ergo Spiritus Filium, sicut clarificat et Pater: sed etiam Spiritum clarificat Dei Filius, sicut supra diximus. Non est ergo infirmus, qui reddit mutuam claritatem per unitatem lucis æternæ: nec inferior sancto Spiritu, cujus hoc ipsum est, quod clarificatur ab Spiritu.

122. Assumeris ergo et tu, si credas quia hoc locutus est Spiritus, quod locutus est Pater, quod locutus est Filius. Denique <sup>f</sup> Paulus ideo assumptus est, quia sic credidit, sic docuit, quia *quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se, nobis revelavit per Spiritum suum*, sicut scriptum est (*I Cor.* ii, 9, 10). Et ideo revelationis Spiritus dicitur, sicut habes: *Dat enim Deus sic præparanti-*

<sup>c</sup> Mss., aut forte *nigra per culpam*.

<sup>d</sup> Ita edit. ac multo plures mss.: alii vero, *nam enim non solum... Filium Dei dixit*.

<sup>e</sup> Mss., nonnulli, *Dei Spiritus*. Minus congrue.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, *Paulus a Deo assumptus est*.

*bus se Spiritum sapientiæ et revelationis* <sup>a</sup> *in agnitionem ejus (Esai. LXIV, 4).*

123. Unitas igitur est scientiæ, quando sicut Pater revelat, qui dat Spiritum revelationis, sic revelat et Filius; quia scriptum est: *Nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare (Matth. xi, 27).* Plus dixit de Filio, non quod plus habeat quam Pater, sed ne minus habere credatur. Nec immerito sic revelatur Pater a Filio; quia sic novit Patrem Filius, quemadmodum Filium Pater novit.

124. Accipe nunc quia Deum Patrem novit et Spiritus; scriptum est enim quia *sicut ea quæ hominis sunt, nemo novit nisi spiritus qui in ipso est: sic et quæ Dei sunt, nemo cognovit nisi Spiritus Dei (I Cor. ii, 11).* Nemo, inquit, cognovit, nisi Spiritus Dei. Numquid exclusus est Dei Filius? Non utique; quia nec Spiritus sanctus exclusus est, cum dicitur: *Neque Patrem quis novit, nisi Filius.*

125. Ergo unius et Pater et Filius et Spiritus sanctus et naturæ sunt et scientiæ. Neque cum omnibus quæ per Filium facta sunt, annumerandus est Spiritus, cum Deum Patrem noverit, quem, sicut scriptum est (*Matth. xi, 27*), quis potest nosse nisi Filius? Sed et Spiritus sanctus novit. Quid ergo? Cum dicitur universitas creaturarum, non Spiritus sanctus comprehenditur.

126. Nunc velim respondeant, quid est in homine, quod cognoscat quæ sunt hominis? Ulisque rationale, quod cæteris animæ virtutibus supereminet, et quo præcipua natura hominis æstimatur. Quid est igitur Spiritus, qui alta Dei novit, per quem Deus omnipotens revelatur. Numquid plenitudine divinitatis inferior est, qui ejusdem cum Patre substantiæ etiam hoc exemplo probatur? Aut aliquid ignorat, qui novit consilia Dei, et mysteria ejus ab initio abscondita? Quid est quod nesciat, qui novit omnia quæ Dei sunt? *Spiritus enim etiam alta Dei scrutatur (I Cor. ii, 10).*

127. Ac ne putes quod scrutetur incognita, et ideo scrutetur, ut discat id quod ignoret; **658** ante præmisit quia revelavit nobis Deus <sup>b</sup> per Spiritum suum: simul ut disceres quia novit Spiritus quæ nobis per ipsum Spiritum revelantur, in posterioribus ait: *Quis enim scit hominum quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui in ipso est: sic et quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.* Ergo si hominis spiritus novit quæ hominis sunt, et antequam scrutetur novit, potestne aliquid Dei esse, quod Spiritus Dei nesciat? De quo non otiose Apostolus dixit: *Quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei*: non quod scrutando cognoverit, sed noverit per naturam: non

<sup>a</sup> *In agnitionem ejus, his verbis nonnulli mss. jungunt: Quia sicut Pater novit Filium, sic et Filius Patrem novit, sic et Spiritus Deum Patrem novit; et sicut Pater revelat nobis quæ sua sunt, sic et Filius, sic Spiritus sanctus revelavit.* Sed cum eadem alio loco in aliis quibusdam mss. habeantur; in aliis vero non textus, sed tituli vicem obtineant, non secus ac in edit. ant. in quibus ibi legebantur paucis mutatis, ubi caput 12 incipiebat, hinc ea margini tantum duximus ascri-

A quod accidens in eo scientia divinatorum, sed cognitio naturalis sit.

128. Verum si te movet quia dixit, *scrutatur*, accipe quia id quoque de Deo scriptum est, eo quod sit scrutator cordis et renum. Ipse enim dixit: *Ego sum scrutans corda et renes (Jerem. xvii, 10).* Etiam de Filio Dei habes ad Hebræos: *Qui scrutator est animi et cogitationis (Hebr. iv, 12).* Unde liquet quia nemo inferior superioris scrutatur interna; divini enim solius est potestatis occulta novisse. Similiter ergo scrutator est Spiritus sanctus ut Pater, similiter scrutator et Filius: cujus proprietate sermonis id exprimitur; ut videatur nihil esse quod nesciat, quem nihil præterit.

129. Denique ille electus a Christo, instructus ab Spiritu est. Nam sicut ipse testatur, per Spiritum divini cognitionem consecutus arcani, ostendit quia et novit Spiritus Deum, et ea nobis quæ Dei sunt, Spiritus revelavit, sicut revelavit et Filius. Et addidit: *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est; ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, quæ et loquimur, non in suavis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus, et virtute Dei (I Cor. ii, 12, 13)?*

#### CAPUT XII.

*Probato Spiritum æque revelare ac Patrem et Filium, quomodo non loquatur a se idem Spiritus, explicatur; ostenditurque non cogitanda in ipso corpore organa, nec ullam inferioritatem ex eo fingendam, quod audire legatur; quando idem Filio esset attribuendum; immo vero etiam Patri, cum et ipse audiat Filium. Spiritum igitur eo sensu audire et clarificare Filium, quod eum prophetis atque apostolis revelavit; qua ex re operationis trium personarum unitas astruitur; et cum eadem Spiritus operetur, quæ Pater eadem quoque declaratur utriusque esse substantia.*

130. Probatum est igitur quia sicut Deus nobis quæ sua sunt, ita et Filius quæ Dei sunt, ita etiam Spiritus revelavit. Ex uno enim Spiritu per unum Filium in unum Patrem cognitio nostra procedit: et ex uno Patre per unum Filium in unum Spiritum sanctum bonitas et sanctificatio et imperiale jus æternæ traditur potestatis. Ubi ergo ostensio Spiritus, <sup>d</sup> ibi Dei virtus: nec potest esse discretio, ubi opus unum est. Et ideo quod loquitur Filius, loquitur **659** et Pater: et quod Pater loquitur, loquitur et Filius: et quod loquitur Pater et Filius, loquitur et Spiritus sanctus.

131. Unde et de Spiritu Filius Dei dixit: *Non enim loquetur a se (Joan. xvi, 13),* hoc est, non sine mea

benda, ut discas quantum in similibus oscitarint, aut sibi permiserint scriptores librarii.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *Spiritum suum.* Si ante præmisit quia revelavit nobis Deus, simul ut disceres, etc. Minus commode.

<sup>c</sup> Plerique mss., *nisi Spiritus qui in ipso est,* et sic ubique.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *ibi Dei virtus, quæ potest esse distinctio.*

et Patris communione; neque enim divisus ac separatus est Spiritus, sed quæ audit, loquitur: audit videlicet per unitatem substantiæ, et per proprietatem scientiæ. Neque enim foraminibus aliquibus corporalibus recipit auditum, et quibusdam divina modulis carnalibus vox resultat, vel audit id quod ignorat; quoniam in rebus humanis scientiam plerumque auditus operatur, et tamen nec in ipsis hominibus semper alloquium corporale, aut carnalis auditus est: *Qui enim loquitur linguis, non hominibus, inquit, loquitur, sed Deo. Nemo enim audit, Spiritu autem loquitur mysteria* (I Cor. xiv, 2).

132. Ergo si in hominibus non semper auditus est corporalis; in Deo tu infirmitatis humanæ sonitus, et quædam organa exigis carnalis auditus; cum ideo audire dicatur, ut scire credatur? Nos enim id scimus quod audierimus, et ante audimus, ut scire possimus: in Deo autem qui novit omnia antequam fiant, scientia præcedit auditum. Itaque ut quod velit Pater, Filium non ignorare dicamus, audisse memoramus: sed non in Deo sonus, neque syllaba, quæ significare solent indicium voluntatis; sed voluntatis unitas divinis quidem intelligitur arcans, nostris autem significatur indicis.

133. Quid est ergo: *Non enim a se loquitur?* Hoc est, non sine me loquitur; quia loquetur veritatem, sapientiam aspirat. Non sine Patre loquitur, quia Dei Spiritus est: non a se audit, quoniam ex Deo omnia.

134. Omnia accepit a Patre Filius, quia ipse dixit: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo* (Matth. xi, 27). Omnia Patris habet Filius; quia iterum ait: *Omnia quæ Pater habet mea sunt* (Joan. xvi, 15). Et quæ accepit ipse per unitatem naturæ, ex ipso per eandem unitatem accepit et Spiritus, sicut ipse Dominus Jesus declarat, de Spiritu suo dicens: *Propterea dicit, de meo accipiet, et annuntiabit vobis* (Ibid.). Quod ergo loquitur Spiritus, Filii est: quod dedit Filius, Patris est. Ita nihil a se aut Filius loquitur aut Spiritus, quia nihil extra se Trinitas loquitur.

135. Quod si ad infirmitatem Spiritus sancti, et quamdam corporeæ similitudinem vilitatis id derivari contendas; etiam ad Filii injuriam derivabis; quia et de se Filius dixit: *Sicut audio, judico; et, Non potest aliud facere Filius, nisi quod viderit facientem Patrem* (Joan. v, 30). Si enim verum est, sicut verum est, quod dixit Filius: *Omnia quæ Pater habet, mea sunt* (Ibid., 19); et secundum divinitatem unum est cum Patre Filius, unum per substantiam naturalem, non unus secundum Sabellianam perfidiam. Quod unum utique est per substantiæ proprietatem, non potest separari; et ideo non potest Filius facere, nisi quod audierit a Patre; quia in æternum est permanens Dei Verbum (Psal. cxviii, 89), nec unquam Pater a Filii operatione dividitur: et quod operatur Filius scit Patrem velle: et quod vult Pater, Filius novit operari.

**680** 136. Denique ne vel in tempore, vel in or-

<sup>a</sup> Quidam mss., *Non potest aliquid facere.*

<sup>b</sup> Tres mss., *et divisiones mysteriorum.*

A dine aliquam inter Patrem et Filium putares operis esse distantiam, sed ejusdem operationis crederes unitatem: *Et opera, inquit, quæ ego facio, ipse facit* (Joan. v, 17). Et rursus ne discretionem aliquam in operis distinctione sentires, sed idem velle, idem facere, idem posse Patrem et Filium judicares, dicit tibi Sapientia de Patre: *Quæcumque enim ille fecerit, eandem et Filius facit similiter* (Ibid., 19). Non ergo alicui prior vel secundus est actus, sed idem unius operationis effectus. Et ideo nihil a se posse facere Filius dicitur; quia a Patre non potest ejus operatio separari. Similiter et Spiritus sancti operatio non discernitur. Unde etiam ea quæ loquitur, audire a Patre dicitur.

137. Quid si doceo quia et Pater audit Filium, sicut et Filius audit Patrem? Habes enim scriptum in Evangelio, quia dicit Filius: *Pater, gratias tibi ago, quia audisti me* (Joan. xi, 41). Quomodo audivit Pater Filium, cum Filius nihil ad Patrem in superioribus de Lazaro sit locutus? Ac ne putares quia semel a Patre auditus est Filius, addidit: *Et ego sciebam quia semper me audis* (Ibid., 42). Ergo non subjectæ obedientiæ, sed unitatis auditus est sempiternæ.

138. Similiter igitur et audire a Patre Spiritus, et clarificare Filium dicitur. Clarificare ideo, quia docuit nos Spiritus sanctus Filium Dei imaginem esse invisibilis Dei, et splendorem gloriæ, et characterem substantiæ ejus (Coloss. i, 15); Spiritus enim et in patriarchis et in prophetis locutus est: et apostoli denique tunc perfectiones esse cœperunt, postquam Spiritum receperunt (Hebr. i, 1, 2). Nulla ergo distantia divini virtutis et gratiæ; nam licet *divisiones gratiarum sint, idem autem Spiritus: et divisiones ministeriorum sint, idem autem Dominus: et divisiones operationum sint, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus* (I Cor. xii, 4 et seq.). Divisiones sunt munerum, non separationes Trinitatis.

139. Denique idem est Deus qui operatur omnia in omnibus; ut scias quia non est discretio operationis inter Deum Patrem et Spiritum sanctum, quando ea quæ operatur Spiritus, operatur et Pater Deus, qui operatur omnia in omnibus. Nam cum operetur omnia in omnibus Pater: *Alii tamen datur per Spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eundem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii gratia curationum in uno Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii generis linguarum, alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult* (Ibid., 8 et seq.).

140. Non est ergo dubium, quin ea quæ operatur Pater, operetur et Spiritus. Nec ex præcepto, sicut qui corporaliter audit, operatur: sed ex voluntate, qui sui est liber arbitrii, non alienæ famulus potestatis. Non enim quasi jusus obtemperat, sed quam largitor suæ moderator est largitatis.

141. <sup>c</sup> Vide nunc interim utrum omnia operari di-

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *videro nunc... negari tamen non potest.*



cas Spiritum, quæ operatur et Pater; negare tamen non potes quis operatur Pater, **661** quæ operatur Spiritus sanctus: alioquin non omnia operatur Pater, si non operatur ea quæ operatur et Spiritus. Quod si ea quæ operatur Spiritus, operatur et Pater; cum Spiritus operationes suas pro voluntate sua dividat, necesse est id quod dividit Spiritus, aut invito Patre Deo, dicens eum ex sua voluntate dividere: aut si idem velle dixeris Patrem, quod vult Spiritus sanctus; necesse est ut a unitatem voluntatis operationisque divinæ vel invitus, et si non corde, saltem ore fatearis.

**142.** Quod si unius et voluntatis et operationis est cum Patre Deo Spiritus sanctus, unius etiam substantiæ est; quoniam ex operibus suis creator agnoscitur. *Idem igitur Spiritus, idem, inquit, Dominus, idem, inquit, Deus (Ibid., 5).* Et si Spiritum dicas, idem est: et si Dominum dicas, idem est: et si Deum dicas, idem est. Non idem ut ipse Pater, ipse Filius, ipse sit Spiritus: sed quia et Pater et Filius ejusdem est potestatis. Idem ergo est per substantiam atque virtutem; quia non est in divinitate vel Sabelliana confusio, vel Ariana discretio, vel terrena corporalisque mutatio.

### CAPUT XIII.

*Prophetiam fuisse non solum a Patre ac Filio, sed etiam a Spiritu: hujus quoque idem cum eis imperium atque operationem in apostolos significari; et inde in tribus intelligendam imperii, constitutionis largitiæque unitatem: non timendum tamen ex eo consortio præjudicium; cum illud nec in humana ancilla locum habeat. Denique hanc esse apostolicæ fidei hæreditatem hinc confirmatur, quod apostoli scribantur Spiritui sancto obtemperasse.*

**143.** Accipe aliud, sancte Imperator, in causa validum exemplum et tibi notum. *Multifariam, inquit, et multis modis etiam Deus locutus est patribus in prophetis (Heb. 1, 1).* Et Sapientia Dei dixit: *Mittam prophetas et apostolos.* Et, alii datur, sicut scriptum est, *per Spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eundem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii gratia curationum in uno Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia (Luc. xi, 49).* Ergo secundum Apostolum non solum per Patrem et Filium, sed etiam per Spiritum sanctam prophetia; et ideo unum munus, una est gratia. Habes ergo quia etiam Spiritus auctor est prophetiarum.

**144.** Apostoli quoque dixerant: *Visum est Spiritui sancto et nobis (Act. xv, 28).* Et cum dicunt, *visum*, non solum operatore gratia, sed etiam auctorem imperatæ executionis ostendunt. Sicut enim de Deo legitur: *Placuit Deo*; ita etiam cum dicitur quia *visum est Spiritui sancto*, arbiter suæ exprimitur potestatis.

**145.** Et quomodo non arbiter, qui ea quæ vult,

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *unam voluntatem operationis divinæ.*

<sup>b</sup> Ha mss. plures ac potiores: alii vero, et cum his omnes edit. confixere vocem *exemplum*. Nec aliam hujus expositionis causam putamus, nisi quod *exemplum* ubi de Scripturæ testimoniis agit, visum est nimis improprium. Attamen hunc ipsum tractatum qui diligentius examinavit, eandem vocem

loquitur, quæ vult, mandat; sicut mandat Pater, mandat et Filius? Sicut enim audivit Paulus **662** vocem dicentem sibi: *Ego sum, inquit, Jesus, quem tu persequeris (Act. xvi, 7)*; ita etiam Spiritus Paulum et Silam veluit ire in Bithyniam. Et sicut Pater locutus est per prophetas, ita etiam de Spiritu Agabus dicit: *Hæc dicit Spiritus sanctus: Virum cuius est zona hæc, sic alligabunt eum in Hierusalem (Act. xxi, 11).* Et sicut misit Sapientia apostolos, dicens: *Ite in orbem universum, et prædicate Evangelium (Marc. xvi, 15)*: sic et Spiritus sanctus dicit: *Separate mihi Paulum et Barnabam in opus, quo vocavi eos (Act. xiii, 2).* Itaque præmissi a Spiritu sancto, quod infra Scriptura indicat, nullam discretionem inter cæteros habuerunt apostolos, quasi aliter a Patre Deo, aliter a Spiritu mitterentur (*Ibid., 4*).

**146.** Denique cum Paulus missus esset a Spiritu, et vas electionis erat Christi, et Deum in se operatum esse commemorat, dicens: *Qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcissionis, operatus est et mihi ad gentes (Galat. ii, 8).* Cum igitur idem si operatus in Paulo, qui est operatus in Petro, hoc utique ostenditur cum Spiritus sit operatus in Paulo, quod etiam in Petro Spiritus sanctus operatus sit. Sed et Deum Patrem in se operatum Petrus ipse testatur, sicut est in Actibus apostolorum, quia surgens Petrus dixit ad eos: *Viri fratres, vos scitis quia a diebus antiquis in nobis Deus elegit ex ore meo audire rationes verbum Evangelii (Act. xv, 7).* Ecce igitur in Petro Deus gratiam prædicationis operatus est. In quo utique cum per Christum electus sit et assumptus, operationem Christi quis audeat diffiteri, eum ipse Dominus dicat: *Pasce agniculos meos (Joan. xxi, 15)?*

**147.** Una igitur operatio Patris et Filii et Spiritus sancti: nisi forte hoc putetis, qui negatis ejusdem erga apostolos operis unitatem, ideo operatum Patrem, ideo operatum Spiritum in Petro, in quo Filius operatus fuerat, quasi ei Filii operatio minime redundaret ad gratiam. Et ideo velut adjunctis atque collatis viribus Patris et Filii et Spiritus sancti operationem fuisse multiplicem, ne ad confirmandum Petrum Christi solius operatio vacillaret.

**148.** Nec solum una operatio in Petro Patris et Filii et Spiritus sancti invenitur, sed etiam in omnibus apostolis divinæ operationis unitas revelatur, et quædam supernæ constitutionis auctoritas. Operatio enim divina habet imperium, non habet ministerium; neque enim cum operatur Deus, aut labore aliquid extundit, aut arte: sed dixit, et facta sunt (*Psal. xxxii, 9*). Dixit, *Fiat lux, et facta est lux (Gen. 1, 3)*; in præcepto enim Dei operationis effectus est.

hoc ipso sensu haud semel positam deprehendit.

<sup>c</sup> Amerb. Eras. ac mss. longe plurimi, *labore aliquo extenditur*, mss. aliquot, *extendit*; melius edit. Rom., *labore aliquo id extundit*. Optima Gill. et mss. reliqui, ut in textu. Infra vero ubi omnes edit., *omnes apostolos non solum Christi fuisse discipulos, sed etiam, etc.*, cuncti mss. e contrario, *omnesque apostolos... discipulos revelabitur, etc.*

149. Hanc igitur regalem quamdam etiam sancto Spiritui potestatem Scripturarum testificatione delatam, si velinus advertere, facile possumus reperire; omnesque apostolos non solum Christi fuisse discipulos revelabitur, sed etiam Patris et Filii et Spiritus sancti ministros. Sicut etiam Doctor gentium docet dicens: *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores: deinde 663 virtutes, gratiam curationem, opitulationes, gubernationes, genera linguarum* (I Cor. xii, 28).

150. Ecce Deus posuit apostolos, posuit prophetas atque doctores, dedit curationum gratiam, quam supra habes dari per Spiritum sanctum, dedit genera linguarum. Sed tamen non omnes apostoli, non omnes prophetæ, non omnes doctores. Non omnes, inquit (*Ibid.*, 10), habent gratiam curationum, neque omnes, inquit, linguis loquuntur. In singulis enim hominibus universa dona divina esse non possunt: pro captu unusquisque id accipit, quod aut desiderat, aut meretur. Sed non hujus infirmitatis similis potentia Trinitatis, quæ omnium munifica gratiarum est.

151. Denique posuit apostolos Deus. Hos quos Deus posuit in Ecclesia, Christus elegit, <sup>a</sup> et apostolos ordinavit, et in orbem dixerit dicens: *Ite in orbem universum, et prædicatè Evangelium universæ creaturæ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, hic salvus erit: qui vero non crediderit, damnabitur. Signa autem credentes ista sequentur: in nomine meo dæmonia eicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent; et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, et bene habebunt* (*Marc. xvi, 15 et seq.*). Ecce doctores posuit Pater, posuit etiam Christus in Ecclesiis; et sicut Pater dat gratiam curationum, ita dat et Filius; sicut Pater dat dona linguarum, ita largitus est et Filius.

152. Similiter de sancto Spiritu supra accepimus, quia eadem gratiarum genera largiatur. *Datur enim, inquit, per Spiritum alii gratia curationum, alii genera linguarum, alii prophetia* (I Cor. 12, 9, 10). Ergo eadem dat Spiritus, quæ dat Pater, dat etiam Filius. Accipiamus nunc expressius, quod superius prælibavimus, quia idem quod Pater et Filius, etiam Spiritus sanctus mandat officium, eosdemque constituat; dixit enim Paulus: *Attendite vobis, et omni gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus episcopos* <sup>b</sup> *regere Ecclesiam Dei* (*Act. xx, 28*).

153. Unitas igitur imperii, unitas constitutionis,

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, et apostolos nominavit.

<sup>b</sup> Quidam mss., regere Ecclesiam Domini.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, præjudicio verebantur, alii majori numero et auctoritate, nec non omnes edit., præjudicium verebantur. Infra vero ubi omnes edit. cum paucis mss., destruebatur imperium; plures potioresque mss. magis apposite exhibent, distribuebatur imperium.

<sup>d</sup> Quin hoc loci ab Ambrosio Tullius designetur nulli dubitamus. Hujus vero sententiam ex ipsius lib.

A unitas largitatis. Nam si constitutionem separet et potestatem, quæ erat causa ut quos posuerat apostolos Christus, poneret Deus, Pater, poneret et Spiritus sanctus; nisi forte ut homines tamquam in consortio possessionis aut juris <sup>e</sup> præjudicium verebantur? Et ideo dividebatur **664** operatio, distribuebatur imperium.

154. Hæc inter ipsos homines angusta sunt et minuta, qui plerumque tamen etiamsi operatione non congruunt, congruunt voluntate. Unde quidam interrogatus quid amicus esset: Alter, <sup>d</sup> inquit, ego. Si ergo homo amicum ita definivit, ut alterum se esse diceret, per unitatem videlicet amoris et gratiæ; quanto magis in Patre et Filio et Spiritu sancto unitatem majestatis æstimare debemus, cum per eandem operationem ac divinitatem vel unitas, vel certe id quod amplius est, *ταυτότης* sicut Græce dicitur, exprimitur? <sup>e</sup> *ταυτό* enim idem significat; eo quod idem habeat et Pater et Filius et Spiritus sanctus; ut idem velle, et idem posse non ex affectione sit voluntatis, sed in substantia Trinitatis.

155. Hæc est <sup>f</sup> apostolicæ fidei et devotionis hæreditas, quam licet et ex ipsorum apostolorum considerare Actibus. Paruerunt ergo Paulus et Barnabas sancti Spiritus imperatis. Paruerunt et omnes apostoli, statimque eos quos separari jusserat Spiritus, ordinauerunt: *Separate, inquit, mihi Paulum et Barnabam* (*Act. xiii, 4*). Videtis jubentis imperium? Spectate merita servientium?

156. Credidit Paulus; et quia credidit, studia persecutoris abiecit, coronam justitiæ reportavit. Credidit ille qui Ecclesias devastabat: sed conversus ad fidem, prædicabat in Spiritu, <sup>g</sup> quod Spiritus imperabat. Ungebat athletam suum Spiritus, et pulvere impietatis excusso, debellatorem infidelium ineluctabilem variis impiorum congressionibus offerebat, atque ad bravium supernæ vocationis in Christo Jesu diversis passionibus erudiebat (*Act. ix, 20 et seq.*).

157. Barnabas quoque credidit, et quia credidit, paruit. Itaque sancti Spiritus electus imperio, quod ei ad omne redundat insigne meritorum, non fuit tanto indignus collegio. Una enim gratia fulgebat in his, quos Spiritus unus elegerat.

158. Nec Paulus inferior Petro, quamvis ille Ecclesiæ fundamentum, et hic sapiens architectus sciens vestigia credentium fundare populorum: nec Paulus, inquam, indignus apostolorum collegio, cum primo quoque facile conferendus, et nulli secundus. Nam qui se imparem nescit, facit æqualem.

de Amicitia petitam citavimus ad Ambrosii lib. iii de Offic. cap. ult., ubi agitur de amicitia et amicis.

<sup>e</sup> Nonnulli mss. τὸ αὐτοῦ; vet. edit. ταυτόν: melius Rom. et alii mss., ταυτό, idem, (unde ταυτότης, quam identitatem dicunt philosophi, et cui opponitur ἑτερότης).

<sup>f</sup> Tres mss., apostolica fides, et devotionis hæreditas.

<sup>g</sup> Tres mss., Quod Deus imperabat.

## LIBER TERTIUS.

## 665 CAPUT PRIMUM.

*Non tantum prophetas et apostolos a Spiritu missos, verum etiam Filium Dei. Probatur id ex Esaia, et evangelistis, quamque ob causam eundem Spiritum sicut columbam descendisse ac super Christum manere Lucas scripserit, exponitur. Dehinc eadem Christi missione confirmata, Filium a Patre et Spiritu non secus ac Spiritum a Patre et Filio mitti colligitur.*

1. Superiori libro (Cap. 12) evidentibus testimoniis Scripturarum docuimus apostolos et prophetas, illos ad prophetandum, hos ad evangelizandum a sancto Spiritu, sicut a Patre et a Filio<sup>a</sup> destinatos: nunc adjicimus quod omnes jure mirentur, et dubitare non possint, quod Spiritus super Christum; et quod sicut ille Spiritum misit, et Filium Dei Spiritus misit. Dicit enim Filius Dei: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus, misit me, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum (Esaï. LXI, 1)*. Quod cum de libro Esaïæ legeret, ait in Evangelio: *Hodie completa est hæc Scriptura in auribus vestris (Luc. IV, 21)*; ut de se dictum esse signaret.

2. Ergo mirari possumus si et prophetas et apostolos Spiritus misit cum Christus dixerit: *Spiritus Domini super me (Ibid., 18)*? Et bene, *super me*, dixit, quia quasi filius hominis loquebatur. Quasi filius enim hominis et unctus et missus est ad Evangelium prædicandum.

3. Sed si non creditur Filio, audiant etiam Patrem loquentem quia Spiritus Domini super Christum.<sup>b</sup> Dicit enim Joanni: *Super quem videris Spiritum descendentem de cælo, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto (Joan. I, 33)*. Dixit hoc Deus Pater Joanni: Joannes et audivit, et vidit, et credidit. Audivit a Deo, vidit in Domino, credidit quia Spiritus erat, qui descendebat de cælo. Non enim columba, sed sicut columba descendit; sic enim scriptum est: *Et vidi Spiritum descendentem de cælo, sicut columbam (Marc. I, 10)*.

4. Sicut Joannes vidisse se dixit, ita scripsit et Marcus: Lucas autem addidit quod corporali specie descendit Spiritus sanctus, sicut columba (Luc. III, 22); ne incarnationem illam putares fuisse, sed speciem. Ideo autem speciem præteridit, ut per speciem crederet, qui Spiritum non videbat, et per speciem declararet unius honoris in imperio, unius operationis in mysterio, unius muneris in lavacro

<sup>a</sup> Sic Amerb. et Eras. cum parte mss.: Gill. vero et Rom. edit. cum alia parte, *designatos*. Porro vet. edit. ab initio hujus capituli usque ad verba illa, *Et Dominus misit me, et spiritus ejus*, quæ infra num. 7 continentur, præfationem constituunt. Tum ascripto titulo, *Quia Spiritus super Christum: et sicut Filius Spiritum misit, ita et Spiritus Filium Dei misit*, caput 1 orditur ab illis verbis: *Quis est qui dicit*, etc. Verum multo concinnius Rom. edit. ex majori numero mss. præfationem illam cum sequenti capite rededit in unum caput. Nonnulli tamen inss. præfatiunculam etiam exhibent, sed pauculis verbis comprehen-

A cum Patre et Filio sibi esse consortium, nisi forte invalidum credimus, ut in eo baptizetur servulus, in quo baptizatus est Dominus.

5. Pulchre autem dixit: *Manentem super eum (Joan. I, 33)*; quia ad prophetas quoties volebat Spiritus, **666** vel inspirabat verbum, vel faciebat: semper autem manebat in Christo.

6. Nec rursus moveat, quod *super eum* dixit; de Filio enim hominis loquebatur, quia sicut Filius hominis baptizabatur. Nam secundum divinitatem non super Christum est Spiritus, sed in Christo; quia sicut Pater in Filio, et Filius in Patre, ita Dei Spiritus et Spiritus Christi et in Patre est et in Filio, quia oris est Spiritus. Manet enim in Deo qui ex Deo est, sicut scriptum est: *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est (I Cor. II, 12)*. Et manet in Christo, qui a Christo accepit: et in Christo est, quia iterum scriptum est: *Ille de meo accipiet (Joan. XVI, 14)*; et alibi: *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis (Rom. VIII, 2)*. Non ergo secundum divinitatem Christi super Christum est, quia non super se est Trinitas, sed supra omnia, supra se autem non est, sed in se est.

7. Quis ergo dubitet quia prophetas et apostolos Spiritus misit, cum dicat Dei Filius: *Spiritus Domini super me (Luc. IV, 18)*? Et alibi: *Ego sum primus, et ego in æternum: et manus mea fundavit terram, et dextera mea solidavit cælum: et astabunt simul, et congregabuntur omnes, et audient. Quis illis hæc denuntiavit? Diligens te, feci voluntatem tuam adversus Babylonem, ut tollatur semen Chaldæorum. Ego locutus sum, et ego vocavi: adduxi eum, et prosperum iter ejus feci. Accedite ad me, et audite hæc. Non ab initio in occulto locutus sum: cum fierent, illic eram. Et nunc Dominus Deus misit, et Spiritus ejus (Esaï. XLVIII, 12 et seq.)*. Quis est, qui dicit: *Misit me Dominus Deus, et Spiritus ejus*; nisi qui venit a Patre, ut salvos faceret peccatores? Quem ut audis, et Spiritus misit; ne cum legis quia Filius Spiritum mittit, inferioris esse Spiritum crederes potestatis.

8. Ergo et Pater Filium misit, et Spiritus: Spiritum quoque et Pater misit, et Filius: Pater misit, quia scriptum est: *Paraclitus autem ille Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo (Joan. XIV, 26)*. Filius misit, quia dixit: *Cum venerit autem ille paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum sam; desinit enim post illa verba num. 1, dubitare non possint: deinde loco tituli ponuntur, quæ sequuntur in textu, nimirum Quod Spiritus super Christum, et quod sicut ille Spiritum misit, et Filium Dei Spiritus misit*. Quæ quidem verba cum in aliis aliquot mss. desiderentur, et in reliquis non secus ac in edit. convenient cum titulo supra memorato, suspecta nobis sunt haud mediocriter.

<sup>b</sup> Quinque mss., *dicit enim Joannes*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *Ille de me accipiet*. Sed sive de me, sive de meo legas perinde est; cum Græce habeatur *ἐκ' ἐμοῦ*.

veritatis (Joan. xv, 26). Si ergo se invicem Filius et Spiritus mittunt, sicut Pater mittit, non subjectionis injuria, sed communitas potestatis est.

### CAPUT II.

*Filium perinde ac Spiritum dari; unde non subiectio, sed una divinitas operatione demonstratur.*

9. Nec solum misit Pater Filium, sed etiam dedit, sicut ipse se Filius dedit. Lectum est enim nobis: *Gratia vobis a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo, qui se dedit pro peccatis nostris (Galat. 1, 3, 4).*

667 Si subjectum in eo putant fuisse, quia missus est; gratiæ esse negare non possunt, quia datus est. Datus est autem a Patre, ut Esaias dixit: *Puer natus est nobis, Filius datus est nobis (Esai. ix, 6)*; datus est autem, audeo dicere, et ab Spiritu qui missus ab Spiritu est. Cum enim non definiat propheta a quo datus sit, ostendit datum gratia Trinitatis: cum autem ipse se Filius dederit, utique non potuit ipse sibi secundum divinitatem esse subjectus. Ergo non potuit divinæ subjectionis esse quod datus est.

10. Datus est autem et Spiritus sanctus, quia lectum est: *Rogabo Patrem, et alium pariter dabit vobis (Joan. xiv, 16)*. Et Apostolus ait: *Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum suum in nobis (1 Thess. iv, 8)*. Esaias quoque et Spiritum datum ostendit et Filium: *Sic, inquit, dicit Dominus Deus, qui fecit caelum, et finxit illud: qui solidavit terram, et quæ in ea sunt: et dicit populo qui est super eam Spiritum, et Spiritum calcantibus eam (Esa. xlv, 8)*. Et ad Filium: *Ego Dominus Deus, qui vocavi te in requie, et tenebo manum tuam, et confortabo te: et dedit te in testamentum generis mei, in faciem gentium, aperire oculos caecorum, educere de vinculis alligatos (Ibid. 6, 7)*. Cum ergo Filius et missus et datus sit, Spiritus quoque missus et datus sit; habent utriusque unitatem divinitatis, qui habent operis unitatem.

### CAPUT III.

*Eandem quoque unitatem inde cognosci, quod Spiritus digitus dicitur, et Filius dextera; humani enim sermonis consuetudine jvari divinum intelligentiam. Hoc digito scriptas fuisse legis tabulas, quæ postea fractæ sunt, et qua de causa? denique Christum scripsisse eodem digito: nec ullam tamen e corporea comparatione in Spiritu admittendam, esse inferioritatem.*

11. Unde etiam et digitus Dei appellatus est Spiritus, eo quod et Pater et Filius et Spiritus sancto incommutabili, inseparabilisque communio. Nam sicut Filium Dei Scriptura dexteram Dei dixit, sicut rectum est: *Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute, dexteram manus tua, Domine, confregit inimicis (Exod. xv, 6)*; ita Spiritus sanctus appellatus est digitus Dei, sicut ipse Dominus dicit: *Quod si in digito Dei ego ejicio demonia (Luc. xi, 20).*

<sup>a</sup> Thuan. cod., et Spiritus, qui missus a Christo est.

<sup>b</sup> Rom. edit., et finxit illud. Est quidem in Græco idiomate, καὶ τῆς αὐτῶν, sed in Hebræo et vers. Syriaca, et vulg. Latina legitur, et extendens; in Arabica vero, et erigens: ut hinc pateat variam esse

Hunc enim digitum in alio libro Evangelii eodem loco Dei Spiritum nominavit, sicut habes: *Quod si in Spiritu Dei ego ejicio demonia (Marc. xii, 28).*

12. Quid igitur expressius ad significandam divinitatis vel operationis dei potuit unitatem, quæ secundum divinitatem est Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti, quam ut intelligamus multo magis quam corpus hoc nostrum æternæ plenitudinem divinitatis secundi videri, si quis unitatem substantiæ separet, multiplicet potestates; cum una sit ejusdem divinitatis æternitas?

668 13. Plerumque enim ex nostris sermonibus ea quæ supra nos sunt, convenit æstimari: et quia illa videre non possumus, ex his quæ videre possumus, colligamus: *Invisibilia enim ejus, ait Apostolus, a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur (Rom. i, 20)*. Et subdidit: *Sempiterna quoque virtus ejus et divinitas (Ibid.)*. Quorum aliud de Filio, aliud de Spiritu sancto dictum videtur; ut quemadmodum sempiterna virtus Patris dicitur Filium, ita etiam Spiritus quia divinus est, sempiterna divinitas esse credatur. Nam et Filius quia semper vivit, vita sempiterna est. Hic ergo digitus Dei et sempiternus est, et divinus. Quid enim Dei proprium, quod non sempiternum sit et divinum?

14. Hoc digito, sicut legimus, tabulas filias lapideas Deus inscripsit, quas Moyses accepit (Exod. xxxi, 18). Non enim æterna digito Deus harum litterarum, quas legimus, apices et elementa formavit: sed Spiritu suo dedit Legem. Et ideo Apostolus dixit: *Lex enim spiritualis est, quæ utique non atramento inscripta est, sed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus (1 Cor. iii, 3)*. Nam si Apostoli epistola scribuntur in Spiritu, quid obstat quominus etiam Legem Dei non atramento, sed Spiritu Dei scriptam credere debeamus: quæ utique cordis nostri mentisque secreta non maculat, sed illuminat?

14. Scripta est autem in tabulis lapideis (Exod. xxxii, 19), quia in typo scripta est: sed tabule fractæ primo sunt, et abjectæ de Moysis manibus; quia Julia a propheticis operibus exciderunt. Et bene tabule fractæ sunt, non scriptura deleta. Et tu vide ne frangatur tabula tua, ne mens tua et animus dividatur. Numquid divisus est Christus? Non divisus est, sed unum est cum Patre: et te nemo ab eo separet. Si fides deficiat, tabula cordis tui frangitur. Comminuitur animi firmitudo, si unitatem divinitatis in Trinitate non credas. Scripta est et fides tua, scripta est et culpa tua, sicut Hieremias dixit: *Scripta est, Juda, culpa tua graphio ferreo et ungue adamantino. Et scripta est, inquit, in loci istius lectionem.*

<sup>c</sup> Ms. nonnulli, magis corpus hoc nostrum, quam æternæ, etc.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, graphio ferreo in ungue adamantino. At licet ita legat versio Vulg. melius reliquæ edit. ac ins. Anbr. cum vers. Chald. et

pectore et in corde tuo (Jerem. xvii, 1). Ibi igitur A culpa est, ubi gratia: sed culpa graphio scribitur, gratia Spiritu designatur.

15. Hoc digito mystice etiam Dominus Jesus, inclinato capite, scribebat in terra, cum a Judæis adultera esset oblata (Joan. viii, 6): significans per figuram, quando de peccatis alterius judicamus, nostri nos debere meminisse peccati.

16. Ac ne rursus quia Legem Deus Spiritu suo scripsit, inferius aliquid tamquam de ministerio Spiritus crederemus, vel ex corporis nostri estimatione portionem quamdam exiguam Dei Spiritum putarem, <sup>a</sup> ait alibi Apostolus (II Cor. ii, 13) non se humanæ scientiæ verbis loqui, sed doctis Spiritus, et spiritualibus spiritualia comparare: animale autem hominem non percipere que sunt Spiritus Dei; sciebat enim quod is, qui divina carnalibus compararet, inter animalia esset, non inter spirituales homines computandus: **669** Stultitia enim, inquit, illi est (Ibid. 14). Et ideo quia sciret has futuras esse animalium hominum quæstiones, præ-sagus futuri ait: *Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum (Ibid. 16)?* Nos autem sensum Christi habemus.

#### CAPUT IV.

*Spiritu propterea quod digitus vocatur, minorem esse contendentibus, regebat hoc quoque in Filio, qui dextra dicitur, injuriam converti. Hæc ergo nomina non nisi ad unitatem divinitatis referenda; unde Moyses totam Trinitatem in maris rubri transitu cecinit operatam. Nec sane mirum ibi Spiritus exaltasse operationem, ubi baptismi figura fuit; siquidem in hoc tres personas ex æquo operari, sanctificareque Scriptura docet.*

17. [Alias cap. III.] Sed si quis adhuc carnalibus inhæret ambiguis, et corporalibus vacillat exemplis, consideret quia non potest bene sentire de Filio, qui potest male sentire de Spiritu. Nam si ideo portionem quamdam exiguam putant esse Spiritum Dei, <sup>b</sup> quia digitus Dei dicitur; iidem utique et portionem exiguam dicunt esse in Filio Dei, quia dextera Dei dicitur.

18. Sed Filius et dextera et virtus dicitur: itaque si verba nostra pendamus, nulla potest sine virtute esse perfectio; et ideo caveant ne putent, quod nefas dictu est, semiperfectum in sua substantia Patrem perfectionem accepisse per Filium, et desinant cœternum Filium Patri negare. Quando enim non fuit Dei virtus? Quod si aliquando putant non fuisse Dei virtutem, aliquando plenitudinem in Deo Patre negabunt fuisse, cui putant aliquando defuisse virtutem.

19. Sed hæc, ut dixi, scripta sunt, ut ad unitatem divinitatis ista referamus, et credamus quod

Syriaca, ... et ungue adamantino; unguis enim, ut observat Grotius ad eandem locum, est ipsum acumen adamantis, quod ad scribendum sculpendumve adhiberi solet. Porro hic textus in Græco idiomate desideratur.

<sup>a</sup> Nonnulli mss., ait tibi Apostolus.

<sup>b</sup> Mss. nonnulli, quia Spiritus Dei dicitur, iidem, etc.

Apostolus dixit (Coloss. ii, 9), quia plenitudo divinitatis corporaliter habitat in Christo, et habitat in Patre, et habitat in Spiritu sancto: et quod sicut unitas divinitatis, ita et unitas operationis sit.

20. Quod etiam ex Cantico Moysis colligi potest; ipse enim cum per maria traduxisset populum Judæorum, et Dei Patris operationem et Filii est confessus et Spiritus dicens: *Dextera manus tua, Domine, glorificata est in virtute: dextera manus tua, Domine, confregit inimicos (Exod. xv, 6).* Habes quia et Filium sit confessus et Patrem, cujus est dextera. Et infra, ne Spiritum sanctum præteriret, adjecit: *Misisti Spiritum tuum, et cooperuit eos mare: et Spiritu iracundiæ tuæ divisa est aqua (Ibid. 10).* Quo significatur unitas divinitatis, non inæqualitas Trinitatis.

21. [Alias cap. IV.] Vides igitur quia et Spiritus sanctus cooperatus Patri et Filio ait, ut tamquam congelascentibus fluctibus in medio mari, squaram quidam muros insurgeret ad transitum Judæorum, et rursus Ægyptiorum populum per Spiritum refusus obrueret (Exod. xv, 22). Inde et columnam nobis plerique præcessisse in die populo Judæorum, et columnam ignis in nocte arbitrantur, quo protegeret plebem suam gratia spiritalis (Exod. xiii, 21).

**670** 22. Hanc autem operationem Dei, quam totus orbis jure miratur, sine sancti Spiritus opere non fuisse etiam Apostolus declaravit, dicens in figura illa præcessisse spiritalis mysterii veritatem; sic enim habes: *Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari: et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt (I Cor. x, 1 et seq.).*

23. Nam quemadmodum typus sacramenti potuit esse sine operatione Spiritus sancti, cujus veritas omnis in Spiritu est? Quod et Apostolus docuit dicens: *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri (I Cor. vi, 11).*

24. Vides igitur quia et Pater operatur in Filio, et Filius <sup>d</sup> operatur in Spiritu. Et ideo secundum seriem Scripturarum noli dubitare in figura fuisse, quod in veritate esse ipsa etiam veritas declaravit. Quis enim operationem ejus abnuat in lavacro, in quo operationem ejus, sentimus et gratiam?

25. [Alias cap. V.] Nam sicut sanctificat Pater, ita sanctificat et Filius, sanctificat et Spiritus sanctus. Sanctificat Pater, secundum quod scriptum est: *Deus pacis sanctificet vos, ut integer spiritus vester, et anima et corpus sine querela in die Domini nostri Jesu Christi servetur (I Thess. v, 23).* Et alibi Filius dicit: *Pater, sanctifica eos in veritate (Joan. xvii, 17).*

<sup>c</sup> Ita mss. aliquot, et Amerb. atque Eras. cum eis: Gill. vero cum aliis mss. pluribus quidquid sequitur illa verba, *eos mare*, usque ad *Vides igitur*, prætermittunt: at posteriorem partem, nempe ab istis verbis, *Quo significatur unitas*, edit. Rom. restituit: sed cur priorem repudiaverit, nihil causæ est.

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, operatur et Spiritus.

26. De Filio autem idem Apostolus dixit : *Qui factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio* ( I Cor. 1, 30 ). Vides quia factus est sanctificatio? Sed factus est nobis; non ut ille mutaret quod erat, sed ut nos sanctificaret in carne.

27. Spiritum quoque sanctum sanctificare Apostolus docet. Sic enim dicit : *Gratias agere debemus Deo semper pro vobis, fratres dilectissimi a Domino; quia elegit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione Spiritus, et fide veritatis* ( II Thess. 1, 12 ).

28. Ergo sanctificat Pater, sanctificat et Filius, sanctificat et Spiritus sanctus : sed una est sanctificatio, quia unum est baptisma, et una gratia sacramenti ( Ephes. 1, 5 ).

#### CAPUT V.

*Colligit ceptum argumentum, et unitatem per digitum atque dexteram significari inde confirmat, quod eadem opera Dei sint, quæ sunt manuum; et quæ manuum, eadem etiam sint digitorum: ac demum quod manus Filio et Spiritui perinde conveniat, ac Spiritui et Filio digitus.*

29. [ *Alias cap. VI.* ] Sed quid mirum si sanctificat singulos ipse sanctificatione non indigens, sed redundans; quando tantam, ut dixi, majestatem ejus accepimus, ut tamquam digitus a corpore, ita a Deo Patre inseparabilis videatur Spiritus sanctus?

30. Quod si quis ad diminutionem, non ad unitatem potestatis putat esse referendum, is profecto in eam amentiam cadet, ut tamquam in unam velut corporis formam Patrem et **671** Filium et Spiritum sanctum videatur effingere, et distinctiones quasdam figurare membrorum.

31. Sed accipiant, ut sæpius dixi, non inæqualitatem, sed unitatem potestatis hac testificatione signari; quandoquidem quæ opera Dei sunt, eadem sint opera manuum, eadem etiam legerimus opera esse digitorum. Scriptum est enim : *Cæli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmitermentum* ( Psal. xviii, 1 ); et alibi : *Initio terram tu fundasti, Domine, et opera manuum tuarum sunt cæli* ( Psal. ci, 26 ). Eadem igitur sunt opera manuum, quæ sunt opera Dei. Non ergo aliqua pro membrorum corporalium qualitate discretio operationis, sed unitas potestatis est.

32. Quæ autem opera sunt manuum, eadem opera digitorum; quia æque scriptum est : *Quoniam vi-debo cælos tuos, opera digitorum tuorum, lunam et stellas quas tu fundasti* ( Psal. viii, 4 ). Quid hic igitur digiti minus quam manus fecisse produntur; cum idem fecerint digiti, quod manus; sicut scriptum est : *Quoniam delectasti me, Domine, in factura tua, et in operibus manuum tuarum delectabor* ( Psal. xci, 5 ).

<sup>a</sup> Tres mss., quia unum legimus, etc.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, ut quæ sunt quasi: alii mss. qui et plures potioresque concinnius, ut quasi, etc.

<sup>c</sup> Ita omnes edit. ac plures mss. nonnulli tamen, per Spiritum sanctum istud munus emicuit; Alb. unus, Spiritus sancti munere doctus est. Iterum sequenti sententia ubi omnes edit. ac mss., aliqua nisi..... penetrasset; Rom. edit., aliqua potuit; nisi..... dete-

33. Et tamen quia <sup>a</sup> manum legimus Filium scriptum est enim : *Nonne manus mea fecit hæc omnia* ( Esai. lxxvi, 2 )? et alibi : *Panam te in foranine petrae, et protegam manum meam super te. Posui manum meam sub tegumento petrae* ( Exod. xxxiii, 22 ); quod ad incarnationis mysterium spectat, quia in-tegumentum corporis virtus Dei sempiterna suscepit) utique liquet manus et de Filio Dei et de Spiritu sancto Scripturam locutam.

34. Et rursus quia digitum Dei Spiritum legimus ( Luc. xi, 20 ), ideo appellatos digitos æstimamus, ut Filium Spiritumque signaret. Denique ut et Filii et Spiritus sanctificationem se habere memoraret, ait quidam sanctus : *Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me* ( Job. x, 8 ).

#### CAPUT VI.

**B** *Spiritum perinde ac Patrem et Filium arguere; immo vero judicare non posse judices absque ipso, ut Salomonis Danielisque judiciis, quæ obiter paucis explicantur, ostenditur; neque alium Danieli aspirasse, quam Spiritum sanctum.*

35. [ *Alias cap. VII.* ] Cur enim verborum similitudinem recusamus, ubi unitatem potestatis asserimus; cum eousque unitas potestatis sit, ut et arguat Spiritus, sicut arguit Pater, et arguit Filius? Sic enim scriptum est : *Domine, ne ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me* ( Psalm. vi, 1 ). Deinde in quadragesimo nono psalmo sic dicit Dominus : *Arguam te, et statuam ante faciem tuam peccata tua* ( Psal. xlix, 21 ); ita etiam de Spiritu sancto **C** Filius dixit : *Cum autem abiero, mittam paraclitum ad vos : et ille veniens arguet mundum de peccato, et de justitia, et de judicio* ( Joan. xvi, 7, 8 ).

36. Sed quo nos perfidorum hominum deducit amentia, <sup>b</sup> ut quasi de ambiguo quod Spiritus sanctus arguat, **672** videamur astruere; cum judices ipsi non queant nisi per Spiritum judicare? Denique nobile illud Salomonis iudicium, quod inter dubia certantium; cum una, oppresso parvulo, quem ipsa susceperat, vindicare sibi vellet alienum, altera proprium filium defensaret; et fraudem in ipsis cogitationibus occultis, et pietatem in maternis visceribus deprehendit, utique <sup>c</sup> per Spiritus sancti munus emicuit ( III Reg. iii, 16 ). Neque enim latentem conscientiam feminarum alia aliqua penetrasset nisi Spiritus sancti machæra, de qua ait Dominus : *Non veni pacem mittere, sed machæram* ( Matth. x, 34 ); quia non ferro, sed Spiritu mens interna penetrabilis : *Est enim Spiritus intelligentiæ sanctus, unicus, multiplex, subtilis, mobilis* ( Sap. vii, 22 ); et infra : *Omnia prospiciens* ( Ibid., 25 ).

37. Vide propheta quid dicat, quia omnia prospigere. Postremo paucis interjectis pro mens interna penetratur. Penetrabilis est, quod legitur in cunctis edit. et mss. uno aut altero excepto; in reliquis omittitur verbum penetratur, et penetrabilis refertur ad voces mens interna. Melius id quidem; nec enim penetrabilis habetur in loco Sapientiæ citato, neque etiam ad probandum Ambrosii propositum requiritur; cum satis ex eo probetur, quod subtilis mobilis-que Spiritus nominatur.

cit. Et ideo etiam Salomon prospexit, ut machæram illam juberet afferri (III Reg. III, 24); quia simulato quod dividere vellet infantem, consideravit quod vera mater plus consulere filio quam solatio; et gratiam juri, non gratiæ jura præferret. At vero illa quæ matris simularet affectum, vincendi studio cæca, a parvi duceret ejus exitium, in quo nesciret pietatis dispendium. Itaque vir ille spiritalis, qui dijudicaret omnia (Spiritalis enim (I Cor. II, 15) dijudicat omnia) naturam in affectibus quæsivit, quæ latebat in vocibus: et pietatem interrogavit, ut proderet veritatem. Vicit itaque mater charitatis affectu, quæ fructus est Spiritus.

38. Dijudicat in propheta, quia per Spiritum datur sermo sapientiæ: quomodo ergo negatur quod arguere possit Spiritus sanctus mundum de judicio, B qui judicii tollit ambiguum, largitur eventum?

39 et 40. Daniel quoque nisi accepisset Dei Spiritum, numquam potuisset deprehendere adulterium libidinis, mendaciam fraudis. Nam cum Susanna presbyterorum conjurationibus appetita, inflexam populi mentem videret contemplatione seniorum; et omnibus destituta subsidiis, sola b inter homines pudicitæ suæ conscia Deum arbitrum precaretur: *Exaudivit, inquit, Dominus vocem ejus, cum duceretur, ut periret: et excitavit Dominus Spiritum sanctum pueri adolescentis, cui nomen Daniel (Dan. XIII, 44, 45)*. Itaque secundum accepti Spiritus sancti gratiam vacillantia perfidorum testimonia deprehendit; neque enim alia nisi divinæ fuit operatio potestatis, ut eos vox sua proderet, quorum latebat C testatis.

41. Percipite igitur Spiritus sancti sacrum et cœleste miraculum. Illa quæ maluit sibi casta esse, quam populo: illa quæ maluit innocentæ subire periculum, quam pudoris: quæ cum accusaretur, tacebat: cum damnaretur, silebat, conscientiæ suæ contenta judicio: quæ reverentiam pudoris etiam in periculis reservabat; ne extorsisse petulantiam viderentur, qui extorquere non potuerant castitatem: ubi 673 Dominum invocavit, Spiritum meruit qui latentem presbyterorum conscientiam revelavit.

42. Discant pudicæ calumniam non timere. Nam quæ castimoniam vitæ prætulit, nec vitæ dispendium pertulit, et gloriam retulit castitatis. Sic et D Abraham quondam ju-sus c adire peregrina, nec uxoriæ periculo pudicitæ, nec mortis propositæ terrore revocatus, et vitam suam, et castimoniam servavit uxoris. Nullum itaque d Deo credidisse pœnituit: et castitas devotionem cumulavit in Sara, et devotio castitatem.

43. Ac ne quis forte existimet, quia dicente Scriptura: *Excitavit Deus Spiritum sanctum pueri ado-*

a Mss. aliquot, parvi duceret ejus exitum.

b Eras. et seq. edit., inter hostes: Amerb. et mss. magno consensu, inter homines.

c Amerb., adire peregrinam; Eras. et seq. edit., adire peregrinam terram; omnes mss. ut in textu.

d Tres mss., Domino credidisse pœnituit.

lescentis (Dan. IV, 21), spiritum in eo putet fuisse hominis, non Spiritum sanctum; legat e in posterioribus, et inveniet quia Spiritum sanctum accepit Daniel, et ideo prophetavit. Denique et rex eum prætulit, quia habebat gratiam spiritalem. Sic enim dicit: *Tu autem, Daniel, potes; quia Spiritus sanctus Dei in te est. Et infra Scriptura dicit: Et fuit Daniel præpositus illis; quoniam Spiritus erat superans in eo (Dan. VI, 3)*. Sed etiam Moysis Spiritus judicatoris divisus est (Num. XI, 25).

#### CAPUT VII.

*Filium ipsum non judicare aut vindicare sine Spiritu; unde idem Spiritus Verbi gladius appellatur. Sed cum vicissim Verbum dicatur Spiritus gladius, summam in utroque potentiæ unitatem inde cognosci.*

44. Sed quid de cæteris loquamur? f ipsum Dominum Jesum in Spiritu non solum judicare accepimus, sed etiam vindicare. Neque enim vindicaret in Antichristum, nisi ante de ejus meritis judicaret, quem (sicut legimus) *Dominus Jesus interficiet Spiritu oris sui (II Thess. II, 8)*. [Alias cap. VIII]. Sed hic non acquisita gratia est, sed individua manet unitas; quia neque Christus sine Spiritu, neque Spiritus potest esse sine Christo. Non enim potest divinæ naturæ unitas separari.

45. Et quia in medium id venit exemplum quod Dominus Jesus interficiet Spiritu oris sui, gladius quidam Verbi Spiritus intelligitur (Ephes. VI, 17). Denique et in Evangelio dicit ipse Dominus Jesus: *Non veni pacem mittere, sed gladium (Math. X, 34)*. Venit enim ut Spiritum daret, ideoque et in ore ejus gladius bis acutus, utique gratia spiritalis (Apoc. XIX, 15). Spiritus ergo Verbi gladius est.

46. Et ut scias inæqualitatem non esse, sed unitatem naturæ, Verbum quoque gladius est Spiritus sancti; scriptum est enim: *Accipientes scutum fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignita extinguere, et galeam salutis assumite, et gladium Spiritus, quod est Verbum Dei (Ephes. VI, 16, 17)*.

47. Cum igitur Verbi gladius Spiritus sanctus sit, et Spiritus sancti gladius Verbum Dei sit; utique unitas est potentiæ.

#### 674 CAPUT VIII.

*Prædictam unitatem eo probari, quod sicut Pater, ita etiam Filius contristari ac tentari legitur. Tentatum etiam Filium in deserto, ubi erecta fuit in æneo serpente figura crucis: sed Spiritum quoque ibidem tentatum dici ab Apostolo. Hinc Israelitas ab eodem Spiritu directos in terram promissam, ipsique unani esse cum Patre et Filio voluntatem ac potentiam colligit Ambrosius.*

48. [Alias cap. IX.] Quam unitatem licet etiam aliis Scripturarum locis considerare. Nam cum dicit Ezechiel ad populum Judæorum: *Et contristastis*

e Rom. edit. sola, in superioribus. Infra vero eadem edit. Rom. cum mss. non paucis, præpositus illius.

f Mss. aliquot, Per ipsum Dominum Jesum Spiritum non solum, etc.

me in omnibus his, dicit Dominus (Ezech. xvi, 43); Paulus novo populo in epistola sua dicit: *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis* (Ephes. iv, 30). Rursus cum Esaias dicat de ipsis Judæis: *Ipsi autem non crediderunt, sed exacerbaverunt Spiritum sanctum* (Esai. lxiii, 10); David de Deo dicit: *Et exacerbaverunt alissimum in siccitate, et tentaverunt Deum in cordibus suis* (Psal. lxxvii, 17, 18).

49. Accipe etiam quia cum alibi dixerit Scriptura tentatum Spiritum, tentatum etiam Deum, eadem dicat et Christum esse tentatum; habes enim ad Corinthios Apostolum: *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt* (I Cor. x, 9). Justa vindicta, ut adversarii venena sentirent, qui non venerabantur auctorem.

50. Et bene Dominus, æreo serpente suspensus, jussit curari vulnera sauciorum (Num. xxi, 9); inago enim crucis æreus serpens est; nam etsi in carne sua suspensus est Christus, tamen in eo et ipse crucifixus est mundo, et ipsi crucifixus est mundus: *Mihi enim, inquit, mundus crucifixus est, et ego mundo* (Galat. vi, 14). Crucifixus est ergo in suis mundus illecebris; et ideo non verus, sed æreus suspensus est serpens; quia in veritate quidem corporis, sed sine veritate peccati suscepit Dominus speciem peccatoris; ut per lubricum infirmitatis humanæ simulando serpentem, depositis carnis exuviis, veri destrueret serpentis astutiam. Per crucem itaque Domini, quæ in tentationis ultione subvenit, offensam in perfidis Trinitatis agnosco, qui medicinam Trinitatis accipio.

51. Ergo cum habeas in libro Moysi, quia Dominus tentatus serpentes immiserit populo Judæorum (Num. xxi, 6), necesse est aut unitatem in majestate divina fatearis Patris et Filii et Spiritus sancti: aut certe <sup>a</sup> cum Spiritum dicat apostolica Scriptura tentatum, Domini nomine Spiritum utique designavit. Tentatum autem Spiritum sanctum ad Hebræos scribens apostolus dicit; sic enim habes: *Quia hæc dicit Spiritus sanctus: Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt et viderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi: Semper isti errant corde; ipsi vero non cognoverunt vias meas, sicut juravi in ira mea, si introibant in requiem meam* (Hebr. iii, 7 et seq.).

**675** 52. Ergo secundum Apostolum tentatus est Spiritus. Si et ipse tentatus est, et ipse utique in terram repromissionis Judæorum populum dirigebat, sicut scriptum est: *Quia adduxit eos per abyssum, sicut equum per desertum, et non laboraverunt, et sicut pecora per campum. Descendit Spiritus a Domino, et direxit eos* (Esai. lxiii, 13, 14). Et ipse utique se-

<sup>a</sup> Rom. edit. et cõd. Flor., cum Dominum. Haud bono sensu. Namque apostolica Scriptura quæ indicant, non alta est quam quæ subjicitur, ubi scilicet dicit Spiritus sanctus .... tentaverunt me patres vestri.

renam cœlestis alimonie pluviam ministrabat, ipse quotidianam messem, quam terra non parturiera, agricola non severat, imbre fertili fecundabat.

53. Nunc spectemus singula. Requiem Judæis promiserat Deus, eam requiem Spiritus suam dicit (Exod. xvi, 12). Tentatum se a perfidis Deus Pater memorat, tentatum ab iisdem se dicit et Spiritus; quia una tentatio est, qua tentata est a sacrilegis una divinitas Trinitatis. Condemnat Deus populum Judæorum (Num. xiv, 8); ut in terram fluentem lac et mel, hoc est, ad resurrectionis requiem pervenire non possit: eadem sententia condemnat et Spiritus dicens: *Si introibunt in requiem meam* (Psal. xciv, 11). Unius ergo sententia voluntatis, unius excellentia potestatis est.

## B CAPUT IX.

*Spiritum sanctum exacerbari confirmatur ex Petri verbis; ubi unum et idem esse Spiritum Dei, ac Spiritum Domini, cum ex aliis locis, tum e memorata ejusdem apostoli sententia in Ananiam ac Sapphiram ostenditur: unde Spiritus sancti vel cum Patre ac Filio conjunctionem, vel propriam divinitatem evinci contenditur.*

54. Fortasse tamen aliquis diceret hoc exemplum non posse ad proprietatem sancti Spiritus derivari, nisi alio loco etiam Petrus apostolus nos docuisset peccatis nostris etiam Spiritum posse tentari, sic enim habes ad Ananiæ conjugem dictum: *Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini* (Act. v, 9)? Etenim Domini Spiritus ipse est Dei Spiritus; quia unus sanctus est Spiritus, ut etiam Paulus apostolus docuit dicens: *Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* (Rom. viii, 9). Præmisit Spiritum Dei, et statim subdidit eundem esse Spiritum Christi. Et cum dixisset de Spiritu, ut intelligeremus quia ubi Spiritus sanctus, ibi Christus est, addidit: *Si autem Christus in vobis* (Ibid., 10).

55. Deinde quomodo hic intelligimus quia ubi Spiritus, ibi et Christus; ita etiam alibi ostendit quia ubi Christus, ibi etiam Spiritus sanctus sit. Nam cum dixisset: *Numquid experimentum ejus quaeritis, qui in me loquitur Christus* (II Cor. xiii, 3); alibi ait: *Puto enim et ego Spiritum Dei habeo* (I Cor. vii, 40). Inseparabilis ergo **676** est unitas, quia ubi aut Pater, aut Christus, aut Spiritus, Scriptura testificante, signatur; ibi omnis plenitudo est Trinitatis.

56. [Alias cap. X.] Sed et ipse Petrus in eo, quod proposuimus, exemplo præmisit Spiritum sanctum, et postea dixit Spiritum Domini; sic enim habes: *Anania, cur implevit Satanas cor tuum ad mentiendum Spiritui sancto, ut fraudem faceres de pretio agri? Ita nonne manens tibi manebat, et venditus in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hoc scelus? Non*

Hinc enim aperte conficitur eundem a Paulo Spiritum dici, qui a Moyse in lib. Numer. Dominus appellatur.



es hominibus mentitus, sed Deo (Act. v, 3 et seq.). Et A locum ita expresse, Ariani, testificamini esse de Spiritu; ut enim de vestris codicibus auferatis; atque utinam de vestris, et non etiam de Ecclesiae codicibus tolleretis! Eo enim tempore quo e impiæ infidelitatis Auxentius Mediolanensem 677 Ecclesiam armis exercituque occupaverat, vel a Valente atque Ursatio, nutantibus sacerdotibus suis, incur-sabatur Ecclesia Sirmiensis, d falsum hoc, et sacrilegium vestrum in Ecclesiasticis codicibus deprehensum est. Et fortasse hoc etiam in Oriente fecistis.

57. Primum intelligimus quia Spiritum sanctum Spiritum Domini dixit. Deinde cum præmiserit Spiritum sanctum, et addiderit: *Non es hominibus mentitus, sed Deo*; necesse est in Spiritu sancto aut unitatem divinitatis intelligas; quoniam cum Spiritus tentatur, Deus fallitur: aut si unitatem divinitatis conaris excludere, secundum Scripturæ verba ipse utique a Spiritum Deum credis.

58. Si enim et de Spiritu expressum intelligimus et de Patre, in Deo utique Patre et Spiritu sancto veritatis et scientiæ advertimus unitatem; quia similiter a sancto Spiritu sicut a Deo Patre mendacium deprehenditur. Quod si utrumque de Spiritu accipimus, cur quod legis, perfide, negare conaris? Aut igitur unitatem divinitatis b Patris et Filii et Spiritus sancti, aut divinitatem sancti Spiritus consistere. Utrum dixeris, in Deo utrumque dixisti; quia et unitas divinitatem astruit, et divinitas unitatem.

#### CAPUT X.

*Spiritus sancti divinitatem astrui ex Joannis loco. Hunc quidem deletum fuisse ab hæreticis, at inani conatu; cum inde facilius eorum perfidia convinci possit. Ut ostendatur hic idem locus esse de Spiritu, contextus series expenditur. Eum de Spiritu sancto nasci, qui renascitur de eodem Spiritu, de quo Christus ipse natus ac renatus creditur. Iterum ex duobus Joannis testimoniis colligitur Spiritus divinitas, ac denuo quomodo Spiritus, aqua et sanguis testes dicantur, exponitur.*

59. [Alias cap. XI.] Nec solum hoc loco evidenter sancti Spiritus θεόγνητα, hoc est, deitatem Scriptura testatur; sed etiam ipse Dominus dixit in Evangelio: *Quoniam Deus Spiritus est* (Joan. III, 6). Quem

a Omnes edit. ac mss. aliquot, *Spiritum Domini credis*; melius reliqui mss., *Spiritum Deum credis*. Nam hæc clausula respondet inferiori illi, aut divinitatem sancti Spiritus consistere; cum utrobique colligatur contra hæreticos, si divinitatis unitatem in tribus personis consisteri noluerint, eos saltem coactum iri, ut Spiritus sancti non inficerentur divinitatem.

b Edit. Rom. sola, *Patris et Filii in Spiritu sancto*. Consequenter autem eadem Rom. cum ant. edit. et mss. nonnullis, aut divinitatem sancti Spiritus in Patre et Filio consistere. At mss. plures potioresque non agnoscunt, in Patre et Filio.

c Mss. aliquot, *impia infidelitas Auxentii*. Cæterum hanc ejusdem Auxentii intrusionem, quæ contigit anno 355 factam esse a Constantio imperatore eodem armorum terrore ac violentia, qua sanctum Dionysium e sede sua deturbatum in exilium expulit, discimus ex epist. Athanasii ad Solitarios, et libro Hilarii contra eundem Constantium. Quod vero ad vexationem Sirmiensis Ecclesiae, non dubium est Sirmiensa indicari concilia. Quandoquidem in primo quod celebratum fuit anno 351. Photinum eadem sede abdicarunt, fideique formulam ediderunt, quæ speciem orthodoxi dogmatis ita præferebat, ut ipsam veri conatus fuerit Hilarius in libro de Synodis, licet eundem Athanasius in libro de Synodis Arim. et Seleuc. damnarit. At vero iidem illi, qui deposito hæresiarcha, de Ecclesia videbantur bene meriti, ut in vacua sede Germinius sive

locum ita expresse, Ariani, testificamini esse de Spiritu; ut enim de vestris codicibus auferatis; atque utinam de vestris, et non etiam de Ecclesiae codicibus tolleretis! Eo enim tempore quo e impiæ infidelitatis Auxentius Mediolanensem 677 Ecclesiam armis exercituque occupaverat, vel a Valente atque Ursatio, nutantibus sacerdotibus suis, incur-sabatur Ecclesia Sirmiensis, d falsum hoc, et sacrilegium vestrum in Ecclesiasticis codicibus deprehensum est. Et fortasse hoc etiam in Oriente fecistis.

60. Et litteras quidem potuistis abolere, sed fidem non potuistis auferre. Plus vos illa litura prodebat, plus vos illa litura damnabat; neque enim vos poteratis oblinire veritatem, sed illa litura de libro vitæ nomina vestra radabat. Cur auferebatur: *Quoniam Deus Spiritus est*; si non pertinebat ad Spiritum? Si enim de Deo Patre vultis expressum, ergo et Deum e Patrem negatis, qui putatis esse delendum. Utrum vultis, eligit: in utroque vos laqueus vestræ impietatis astringet, si gentiles vos esse fateamini vel Patrem Deum negando, vel Spiritum. Tenetur igitur vestra confessio, qua delestis oraculum, dum formidatis exemplum.

61. Delestis quidem in pectoribus animisque vestris: cæterum divinum non deletur oraculum, non deletur Spiritus sanctus, sed aversatur impias mentes: non deletur gratia, sed iniquitas; quia scriptum est: *Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas* (Esai. XLIII, 25). Denique Moyses pro populo petens: *Dele, inquit, me de libro tuo, si non parcis huic populo* (Exod. xxxii, 32). Nec tamen deletus est; quia non habebat iniquitatem, sed gratiam proflebat.

62. Vestra igitur estis confessione convicti, quod sapienter factum non potestis dicere, f sed astute. Astute enim cognovistis loci istius vos attestatione convinci, nec argumenta vestra adversus id posse

Germinius Ariarum partium hæreticus constitueretur, a Constantio impetravere; atque in secunda Synodo ibidem anno 357 habita formulam illam proposuerunt, quam cum magnus Hosius terrore, tædio et fatiscentis ætatis infirmitate victus subscripsisset, ingentem hoc suo casu catholicis omnibus peperit doloris materiem. In tertia denique, anno 359, coacta formulam aliam promulgarunt, quam dictavit Marcus Arethusius, fidei catholice hæud minus infestam exitiosamque. Hinc intelligat *nutantibus sacerdotibus* hic idem esse ac episcopis in proposito veræ fidei parum firmis. Quod si quis contra Petavium, Valesium et alios recentiores non tria Concilia, sed unicum tantum fuisse velit, ex quo variæ illæ tres formulæ profectæ sint, nihil tamen secius ad illud referri ea poterunt, quæ hic dicuntur ab Ambrosio.

d Omnes edit., *falsum hoc et sacrilegium stimularum*: contra vero mss. prope ad unum, *falsum hoc et sacrilegium vestrum*. Minime male; idem enim est ac si legamus, falsitas seu corruptio et adulteratio, hæc simul et sacrilegium vestrum deprehensum est. *Sacrilegium vero simulacrum* quid significat?

e Rom. edit., *Patrem negastis, quem putastis esse delendum*. Et continuo post mss. non pauci, *Utrum velitis eligere, etc.*

f Mss. aliquot, *sed astute actum. Cognovistis, etc.* Infra etiam iidem cod., *Quo enim possit vestra argumentatio alio intellectum loci illic derivare?*

testimonium convenire. Quo enim possit alio intellectus loci istius derivari, cum series lectionis tota de Spiritu sit?

63. Nicodemus quærit de regeneratione, respondet Dominus: *Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit<sup>a</sup> per aquam et Spiritum, non potest introire in regnum Dei* (Joan. III, 5). Et ut ostenderet aliam generationem secundum carnem esse, aliam secundum Spiritum, addidit: *Quod natum est ex carne caro est; quia de carne natum est; et quod natum est de Spiritu, Spiritus est; quia Deus Spiritus est* (Ibid., 6). Pro sequere ergo totam seriem lectionis, et invenies quod Dominus impietatem vestram plenitudine assertionis excluserit. *Noli, inquit, mirari quia dixi: Oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis: sed nescis unde veniat, aut quo vadat; sic est omnis qui natus est de Spiritu* (Ibid., VII, 8).

64. Quis est qui nascitur de Spiritu, et qui efficitur Spiritus, nisi qui renovatur Spiritu mentis suæ? Hic est utique qui per aquam regeneratur **678** et Spiritum sanctum; quoniam per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti spem vitæ capimus æternæ. Et alibi Petrus apostolus ait: *Vos autem Spiritu sancto baptizabimini* (Act. XI, 16). Quis est autem qui baptizatur Spiritu sancto, nisi qui renascitur per aquam et Spiritum sanctum? Ergo de sancto Spiritu Dominus dixit: *Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit per aquam et Spiritum, non potest introire in regnum Dei*. Et ideo de ipso nasci nos in posterioribus definivit, per quem renasci nos in superioribus est locutus. Hæc Dominica sententia est: <sup>b</sup> scripto nitor, non argumento.

65. Quæro tamen cur si non dubitatur per Spiritum sanctum <sup>c</sup> nos renasci, dubitetur de Spiritu sancto nos nasci; cum ipse Dominus Jesus de Spiritu sancto et natus sit et renatus? Quem si natum de Spiritu sancto confitemini (Matth. I, 20), quia non potestis negare: renatum autem (Matth. III, 16) negatis; magna insipientia, ut quod singulare Dei est, constitemini: quod commune est hominum, denegetis. Et ideo bene vobis dicitur quod Judæis dictum est: *Si terrena vobis dixi, et non creditis; quomodo si dixero vobis cælestia credetis* (Joan. III, 12)?

66. Sed tamen utrumque locum ita scriptum invenimus in Græco, ut non per Spiritum dixerit, sed de Spiritu. Denique sic habet: *Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω σοι, ἵαὺν μὴ τις γεννηθῆναι ἔξ ὕδατος καὶ Πνεύματος*, hoc

<sup>a</sup> Non pauci mss., *ex aqua et Spiritu sancto*. Et infra, *de carne caro est*. Porro sequentes voces, *quia de carne natum est*, non minus absunt ab omnibus omnium idionatum bibliis, quam illæ de quibus hic disputatur, *quoniam Deus Spiritus est*. Atqui ut dubitate nequaquam licet, quin hæc ultimæ ab hæreticis fuerint ex albo sacrarum paginarum erasæ, ita satis mirum est easdem nusquam in proprium locum fuisse restitutas. Forte quærat aliquis cur <sup>e</sup> cap. III, hæc verba expuncta sint, cum eadem in capite IV, vers. 21, integra perseverent? Sed rationem satis indicat Ambrosius noster, videlicet quod verba, cap. IV ad Patrem detorqueri possent putarent hæretici.

A est, *de aqua et Spiritu*. Ergo cum dubitari non debeat de sancto scriptum esse Spiritu, *quod natum est de Spiritu*; non est dubium quin Deus sit et sanctus Spiritus, secundum quod scriptum est, quia *Deus Spiritus est*.

67. Alibi quoque ut hoc de sancto Spiritu scripsisse se idem evangelista reseraret: *Per aquam, inquit, et Spiritum venit Christus Jesus, non solum in aqua sed per aquam<sup>d</sup> et sanguinem. Et spiritus testimonium dicit, quoniam Spiritus est veritas; quia tres sunt testes, Spiritus, aqua, sanguis: et hi tres unum sunt* (I Joan. V, 6 et seq.).

68. Audi quomodo testes: Spiritus mentem renovat, aqua proficit ad lavacrum, <sup>e</sup> sanguis spectat ad pretium. Spiritus enim nos per adoptionem filios Dei fecit, sacri fontis unda nos abluit, sanguis Domini nos redemit. Alterum igitur invisibile, alterum visibile testimonium sacramento consequimur spirituali; quia *Spiritus testimonium reddit spiritui nostro* (Rom. VIII, 16). Etsi in utroque plenitudo sit sacramenti, distinctio tamen muneris est: ergo ubi distinctio est muneris, non est utique testificationis æqualitas.

### 679 CAPUT XI.

*Objiciebatur Joannis verba, nimirum, Spiritus est Deus, ad Deum Patrem referenda esse; quando postea Deum adorandum in Spiritu et veritate prædicat Christus. Respondetur primo voce spiritus interdum gratiam spiritalem significari: deinde si personam Spiritus sancti per voces in spiritu intelligendam velint, proptereaque ipsi deberi negent adorationem, ostenditur argumentum æque pugnare in Filium: quem tamen cum adorandum innumera probent exempla, hinc de Spiritu quoque idem statuendum intelligitur. Quid adorari præcipitur scabellum pedum? Hoc designari Domini corpus, cujus cum auctor sit Spiritus, ipsum sequitur adorandum esse, nec tamen proinde Mariam adorandam. Non ergo abrogari Spiritus adorationem, sed ejus cum Patre conjunctionem exprimi, cum Pater in Spiritu dicitur adorandus: quod similibus locutionibus confirmatur.*

69. [Alias cap. XII.] Sed fortasse referatur quia in posterioribus istius ipsius libri iterum Dominus Deum Spiritum dixit, sed de Patre Deo sensit. Sic enim babes in Evangelio: *Nunc est quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu et veritate. Nam et Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est*

<sup>b</sup> Scripto nitor, non argumento propterea dicit Ambrosius, quod etiam humanis testimoniis argumenta cedere soleant, ut ipse scribit lib. I de Fide cap. 11, num. 70. Vide similiter quæ notavimus ad lib. III, cap. 3, num. 24.

<sup>c</sup> Pauci mss., *nos nasci, dubitetur de Spiritu sancto nos renasci*.

<sup>d</sup> Vet. edit. et quidam mss., et sanguinem, et Spiritus testimonium: quoniam Spiritus est veritatis... unum sunt in Christo Jesu. Mss. vero cæteri nobiscum faciunt, excepto quod pro, *Spiritus est veritas*, nonnulli habent cum Vulg. vers. sola, *Christus est veritas*.

<sup>e</sup> Mss. nonnulli, *sanguis expiat ad pretium*.

*Deus, et eos qui adorant eum, in Spiritu et veritate oportet adorare (Joan. iv, 23, 24).* Non solum enim hoc exemplo divinitatem sancti Spiritus vultis negare; sed etiam in Spiritu adorari Deum tamquam ad subjectionem Spiritus derivatis.

70. Cui loco respondebo breviter, quia spiritus plerumque ponitur pro gratia spiritali, sicut et Apostolus dixit: *Quia ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus (Rom. viii, 26)*, hoc est, gratia spiritalis; nisi forte gemitus vos sancti Spiritus audire potuistis. Ergo et hic adoratur Deus, non in malitia cordis, sed in gratia spiritali. *In animam enim malevolam non intrat sapientia (Sap. i, 4)*; quia nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto (I Cor. xii, 3). Statimque subdidit: *Divisiones vero gratiarum sunt (Ibid., 4)*.

71. Non igitur hoc ad plenitudinem, nec ad portionem Spiritus potest pertinere, quia neque humana mens ejus plenitudinem capit, neque in ulla sui dividitur sectione: sed donum gratiæ spiritalis infundit, in quo adoratur Deus, sicut adoratur etiam in veritate; non enim adoratur, nisi qui veritatem divinitatis ejus pio haurit affectu. Nec utique velut personaliter Christum, aut sanctum personaliter Spiritum comprehendit.

72. Aut si putas quod velut personaliter dictum de Spiritu videatur et de Christo: ergo Deus similiter adoratur in veritate, sicut adoratur in Spiritu. Aut similis igitur subjectio, quod absit ut credas; et nec Filius adoratur: aut, quod verum est, similis unitatis est gratia, et Spiritus adoratur.

680 73. Colligamus hic ergo et concludamus Arianorum impias quæstiones. Si enim ideo negant adorandum Spiritum, quia Deus adoratur in Spiritu; negent ergo adorandam veritatem, quia Deus adoratur in veritate. Nam licet plurimæ veritates sint, quia scriptum est: *Diminutæ sunt veritates a filiis hominum (Psal. xi, 1)*; donatæ tamen sunt a veritate divina, quæ est Christus qui ait: *Ego sum via, veritas et vita (Joan. xiv, 6)*. Ergo si hoc loco veritatem ex usu intelligunt, intelligant etiam gratiam spiritalem, et nihil est offensionis: aut si veritatem Christum accipiunt, adorandum negent.

74. Sed refelluntur factis piorum, serie Scripturarum. Adoravit enim Christum Maria, et ideo prænuntia resurrectionis ad apostolos destinatur, solvens hæreditarium nexum, et feminei generis immane delictum. Hoc enim operatus est in mysterio

Dominus; ut ubi superabundaverat peccatum, superabundaret et gratia (Rom. v, 20). Meritoque ad viros femina destinatur; ut quæ culpam viro prima nuntiaverat, prima Domini gratiam nuntiaret.

75. Adoraverunt et apostoli (Matth. xxviii, 17); et ideo quia detulerunt fidei testimonium, acceperunt fidei magisterium. Adoraverunt et angeli, de quibus scriptum est: *Et adorent eum omnes angeli ejus (Hebr. i, 6)*.

76. Adorant autem <sup>a</sup> non solum divinitatem ejus, sed etiam scabellum pedum ejus, sicut scriptum est: *Et adorete scabellum pedum ejus; quoniam sanctum est (Psal. xcvi, 5)*. Aut si negant quia in Christo etiam incarnationis adoranda mysteria sint, in quibus velut vestigia quædam divinitatis expressa, et vias B quasdam Verbi cœlestis advertimus; legant quia et apostoli adorabant eum in carnis gloria resurgentem (Matth. xxviii, 17).

77. Ergo si nihil derogat Christo, quod Deus adoratur in Christo; quia adoratur et Christus: nihil utique derogat etiam Spiritui, quia Deus adoratur in Spiritu; quia adoratur et Spiritus, sicut Apostolus dixit: *Spiritui Dei servimus (Philip. iii, 3)*. Qui enim servit, et adoratur, sicut supra dictum est: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies (Deut. vi, 13)*.

78. Sed ne forte propositum aliquis præterfugere videatur exemplum, qua ratione ad incarnationis Dominicæ sacramentum spectare videatur, quod ait Propheta: *Adorate scabellum pedum ejus (Ps. xcvi, C 5)*, consideremus; non enim ex usu hominum æstimare debemus scabellum. Nam neque corporalis Deus, aut non immensus; ut tamquam fulcrum pedibus ejus scabellum subjectum putemus. Neque adorandum quidquam præter Deum legimus; quia scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies (Deut. vi, 13)*. Quomodo ergo adversus Legem Propheta præciperet, sub Lege nutritus, et eruditus in Lege. Non mediocris igitur quæstio, et ideo diligentius consideremus quid sit scabellum. Legimus enim alibi: *Cælum mihi thronus, terra autem scabellum pedum meorum (Esa. lxvi, 1)*. Sed nec terra adoranda 681 est nobis, quia creatura est Dei.

79. Videamus tamen ne terram illam dicat adorandam Propheta, quam Dominus Jesus in carnis assumptione suscepit. Itaque per scabellum terra intelligitur: per terram autem <sup>b</sup> caro Christi, quam

carn. Christi, et epist. ad Adelph., Epiphanius Ancor. num. 51, Leo Byzant., Ambrosius hic et lib. de Incarn. Sacram., atque alii. Christum porro secundum utramque naturam una et eadem adoratione colendum post synodum Chalced. statuit Constantin. v, can. 8.

<sup>b</sup> Mirum est quantum torserit hic locus neotericos heterodoxos. Eum proposuerunt cardinales Bellarminus lib. iii, cap. 12, et Perronius lib. etiam iii de Euchar. cap. 14. tamquam ad probandum summam et, ut vocant, patriæ adorationem Christo in eucharistica liturgia deberi, et re vera jam inde a felicibus illis florentis Ecclesiæ temporibus deferri consue-

<sup>a</sup> Quæstionem de adoratione Christi etiam secundum humanitatem non sine causa hic paulo diligentius tractat sanctus Doctor. Etenim Apollinaristæ, ut impium suum dogma de unica in Christo natura statuerent, ex adulterina Julii Pont. Rom. epistola dictitabant, siquidem non unius sed duplicis naturæ Christus esset, a catholicis unam adorari, alteram non adorari oportere, ipsosque in divinam baptizari, non autem in humanam. Hinc erat, quod orthodoxos invidiose ἀθροιστάρας appellare solebant, et januis suis inscribebant *adorandum esse non hominem Deiferum, sed Deum carniferum*. Horum errores acerrime confutarunt Athanasius lib. de In-

hodieque in mysteriis adoramus, et quam apostoli in Domino Jesu, ut supra diximus, adorant; neque enim divisus est Christus, sed unus (1 Cor. 1, 13): neque cum adoratur tamquam Dei Filius, natus ex Virgine denegatur. Cum igitur incarnationis adorandum sit sacramentum, incarnatio autem opus Spiritus, sicut scriptum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* (Luc. 1, 35): haud dubie etiam sanctus Spiritus adorandus est; quando adoratur ille, qui secundum carnem natus ex Spiritu sancto est.

80. Ac ne quis hoc derivet ad Mariam virginem: Maria erat templum Dei, non Deus templi. Et ideo ille solus adorandus, qui operabatur in templo.

81. Nihil ergo officit, quod Deus adoratur in Spiritu; quia et Spiritus adoratur. Quamquam si ipsa verba consideremus, quid aliud in Patre et Filio et Spiritu sancto, nisi ejusdem potestatis unitatem intelligere debemus? Quid est enim: *In Spiritu et veritate adorare oportet* (Joan. 14, 24)?<sup>a</sup> si tamen hoc non ad gratiam spiritalem referas, nec ad veram conscientiae fidem: sed, ut diximus, personaliter (si tamen dignum hoc verbum est majestatis expressione divinæ) de Christo accipias et de Spiritu.

82. Quid est ergo adoratur in Christo Pater, nisi quia est in Christo Pater, et loquitur in Christo Pater, et manet in Christo Pater? Non utique quasi corpus in corpore; non enim Deus corpus: nec quasi confusus in confuso; sed quasi verus in vero, Deus in Deo, lumen in lumine, quasi Pater sempiternus

visse, validissimum. Contra vero Plessæus et Albertinus ejusdem vim responsis suis sin minus frangere, saltem debilitare conati sunt. Prior siquidem duo respondet: Ambrosium de adoratione eodem sensu loqui, quo de manducatione; eodem autem de manducatione, quo de tactu seu palpatione: atqui, ait ille, Ambrosius in Expos. Lucæ agens de Magdalena, Christum jam non corporaliter, sed per fidem contingi asseverat. Verum nihil ea responsione ineptius. Namque adeo non negat sanctus Doctor Christum tangi posse post resurrectionem, ut Mariam alteram Christi pedes amplexam tenuisse clare affirmet. Deinde ut maxime Christum in eucharistia corporeo tactu palpare nequeamus, sed tantummodo, quibus vestitur, accidentia; quid vetet ne quem vere presentem esse, licet lateat, per fidem cognoscimus, vera et externa adoratione veneremur. Secunda ejusdem responsio est Christum quidem in mysteriis adorari, sed non adorari mysteria in sacramento, non adorari ipsummet sacramentum. Quod quidem eo maxime probare nititur, quia quibusdam locis a Patribus et ab Ambrosio ipso sacramentum creatura dicitur: sed cum illic sacramentum sumatur vel pro materia sacramenti nondum consecrata, vel pro typis seu speciebus sacramentalibus, ex hac etiam parte nihil promovet. Neque vero felicius est, cum Christum adorari in mysteriis ita explicat, ut non de adoratione singulari, quæ Christo presenti exhibeatur, sed de communi illa qua in quolibet religionis actu, puta in baptismatis aut alio simili, sedentem ipsum ad paternam dexteram veneramur. Verum frustra captantur hujusmodi effugia et diverticula. Clarum quippe est hoc unum esse Ambrosii nostri consilium, nempe ut adorationem Spiritui negari non posse exinde probet, quod Christi caro, cuius auctor est idem Spiritus, vere adoretur: id au-

tem ita habere uti doceat, asserit eandem carnem in resurrectione adoratam esse ab apostolis, et etiamnum a nobis in mysteriis adorari. Quis igitur non intelligat ideo adorari in mysteriis, quia ibidem nobis præsens est, quemadmodum propterea eum in resurrectione adoraverunt apostoli, quia presentem ipsum intuebantur. Attamen urget Albertinus nihil hic esse, cur per mysteria eucharistiae potius, quam baptismatis sacramentum intelligamus; cum multi Patres nos in baptismum eundem cultum Christo deferre præcipiant. At qui locorum quos iste offert, verba expenderit, facile advertet non illic agi de peculiari veneratione, quæ carni Dominicæ exhibetur, sed tantum de communi illa, qua Christum ubicumque positi possumus adorare. Quod vero locus hic de sola eucharistia interpretandus sit, præter illa quæ jam diximus, Augustinus fidelissimus Ambrosii discipulus plane confirmat; is enim exponens supra citatum ab Ambrosio psalmi xcviii versum *Adoratus scabellum pedum ejus*, ut eum sacramento altaris accommodaret, non solum Ambrosianas sententias, sed et verba ipsa motuatus est.

83. Adhuc verbi istius vim atque sermonis diligentius pertractemus, et proprietatem ejus ex aliis colligamus: *Omnia, inquit, in Sapientia facti sunt* (Ps. ciii, 24). Quid hic igitur intelligimus exsortem factorum esse Sapientiam? Sed *omnia per ipsum facta sunt* (Joan. 1, 3). Et David ait: *Verbo Domini cæli firmati sunt* (Psal. xxxii, 6). Ergo<sup>b</sup> ipse qui Dei Filium etiam cælestium dicit auctorem, ita utique dixit in Filio facta omnia, ut in operum instauratione Filium a Patre minime separaret, sed Patri jungeret.

84. Paulus quoque ait: *Quoniam in ipso condita sunt omnia in cælis et in terra, visibilia et invisibilia* (Coloss. 1, 16). Numquid cum dicit, *in ipso*, negavit per ipsum? Non negavit utique, sed asseruit. Denique et alibi dixit: *Unus Dominus Jesus, per quem omnia* (1 Cor. viii, 6). Ergo cum dicit, *per ipsum*, negavit in ipso condita esse omnia, per quem dicit esse omnia? Hanc vim habent verba hæc: *In ipso, et cum ipso* (Coloss. 1, 16); ut unum in his atque consimile, non contrarium intelligatur. Quod etiam in inferioribus manifestavit dicens: *Omnia per ipsum, et in ipso creata sunt* (Ibid.); hæc enim tria in Christo unum esse: *cum ipso, et per ipsum, et in ipso*, sicut supra diximus (Lib. II, cap. 8, 9), Scriptura

tem ita habere uti doceat, asserit eandem carnem in resurrectione adoratam esse ab apostolis, et etiamnum a nobis in mysteriis adorari. Quis igitur non intelligat ideo adorari in mysteriis, quia ibidem nobis præsens est, quemadmodum propterea eum in resurrectione adoraverunt apostoli, quia presentem ipsum intuebantur. Attamen urget Albertinus nihil hic esse, cur per mysteria eucharistiae potius, quam baptismatis sacramentum intelligamus; cum multi Patres nos in baptismum eundem cultum Christo deferre præcipiant. At qui locorum quos iste offert, verba expenderit, facile advertet non illic agi de peculiari veneratione, quæ carni Dominicæ exhibetur, sed tantum de communi illa, qua Christum ubicumque positi possumus adorare. Quod vero locus hic de sola eucharistia interpretandus sit, præter illa quæ jam diximus, Augustinus fidelissimus Ambrosii discipulus plane confirmat; is enim exponens supra citatum ab Ambrosio psalmi xcviii versum *Adoratus scabellum pedum ejus*, ut eum sacramento altaris accommodaret, non solum Ambrosianas sententias, sed et verba ipsa motuatus est.

<sup>a</sup> Amerb. et Eras., *Nisi ut hoc nunquam ad gratiam spirituales referas*; mss. aliquot, *Nisi ut hoc non aliter quam ad gratiam*, etc. Gill. vero, et Rom. cum mss. multo pluribus, ut in textu. Quod autem voci *personaliter* adjicit, *si tamen dignum hoc verbum*, etc., indicat homines cum divina humani verbis explicare cogantur, nihil quod majestate Dei dignum sit, eloqui posse. Nec vero minus caute atque timide eodem persone vocabulo usum reperies Augustinum lib. vii de Trin. cap. 4, Vincentium Lyria. a que alios.

<sup>b</sup> Ita Gill. et Rom. edit. cum majori numero mss.: Amerb. vero et Eras. cum aliis mss., *ipse quidem Filium... auctorem. Ita utique*, etc.

tatur. Habes enim per ipsum et in ipso condita esse omnia.

85. Accipe etiam quia cum ipso Pater, et ipse cum Patre erat; cum omnia conderentur. Sapientia dicit: *Cum pararet cælos, cum illo eram; cum faceret fontes aquarum* (Prov. viii, 27). Et in veteri Testamento dicendo Pater, *Faciamus* (Gen. i, 26), ostendit Filium secum adorandum, quasi omnium conditorem. Sicut ergo in Filio <sup>a</sup> creati dicuntur, quorum Filius creator accipitur; ita etiam cum in veritate adorari Deus dicitur, verbi ipsius proprietate in eundem modum frequenter expressa debet intelligi, quod et Filius adoretur. Similiter itaque adoratur et Spiritus; quia Deus adoratur in Spiritu. Ergo Pater et cum Filio adoratur, et cum Spiritu, quia Trinitas adoratur.

### 683 CAPUT XII.

*Ex eo quod in Trinitate divinitatis lucem, quam in Christo tres apostoli adoraverunt, inesse Paulus significaverit, adorandus etiam Spiritus declaratur. Ostenditur ex ipsis verbis Spiritum designatum ab Apostolo. Eiusdem Spiritus divinitas inde probatur, quod templum habeat, in quo non ut sacerdos habitet, sed ut Deus: nec non cum Patre ac Filio adoratur; unde in eisdem naturæ unitas intelligitur.*

86. An vero negat aliquis adorandam divinitatem Trinitatis æternæ? cum et Scripturæ divinæ inexplicabilem majestatem exprimat Trinitatis, sicut alibi Apostolus dicit: *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ* <sup>b</sup> *claritatis Dei in facie Jesu Christi* (II Cor. iv, 6).

87. Nempe hanc claritatem viderunt apostoli, cum Dominus Jesus divinitatis suæ luce in monte fulgeret: *Viderunt, inquit, apostoli, et in faciem prociderunt* (Matth. xvii, 6). Putasne illos vel cum prociderent, adorasse; cum fulgorem divini luminis corporalibus oculis sustinere non posseut, et splendor lucis æternæ aciem visus mortalis abduceret? Aut quid aliud tunc temporis dixerunt illi videntes gloriam ejus, nisi: *Venite adoremus, et procidamus ante eum* (Psal. xciv, 6)? [*Alias cap. XIII.*] *Illuxit enim Deus in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Jesu Christi* (II Cor. iv, 6).

88. Quis est ergo qui illuxit, <sup>c</sup> ut cognoscamus Deum in facie Christi Jesu? Dixit enim, *Illuxit Deus*, ut cognoscatur claritas Dei in facie Christi Jesu: quem putamus alium præter Spiritum declaratum? Aut quis est alius præter Spiritum sanctum, cui divinitatis potentia deferatur? Qui enim Spiritum excludunt, necesse est inducant alium, qui cum Patre et Filio gloriam divinitatis accipiat.

89. Eadem igitur verba repetamus: *Deus est qui illuxit ad illuminationem claritatis Dei in facie Jesu*

*Christi. Habes Christum evidenter expressum. Cujus ergo claritas illuminare dicitur, nisi Spiritus? Ipsam ergo Deum expressit, quia claritatem Dei dixit: si Patris, auperest ut qui dixit de tenebris lumen splendescere, et illuxit in cordibus nostris, Spiritus sanctus intelligatur; alium enim non possumus cum Patre Filioque venerari. Si igitur Spiritum intelligis, et huic Apostolus Deum dixit; necesse est igitur deitatem Spiritus etiam vos fateamini, qui negatis.*

90. Sed quam impudenter negatis, cum legeritis quia templum habet Spiritus sanctus! Scriptum est enim: *Templum Dei vos estis, et Spiritus sanctus habitat in vobis* (I Cor. iii, 16). Deus ergo templum habet, creatura templum non habet verum. Spiritus autem habet templum, qui habitat in nobis. Nam <sup>b</sup> scriptum est: *Quia membra vestra templum sunt Spiritus sancti* (I Cor. vi, 15).

91. In templo autem non quasi sacerdos, nec quasi minister, sed quasi Deus inhabitat; quoniam ipse Dominus dixit Jesus: *Inhabitabo in illis, et inter eos ambulabo; et ego illorum Deus, 684 et ipsi erunt mihi populus* (Levit. xxvi, 12). Et David dicit: *Dominus in templo sancto suo* (Psal. x, 5). Ergo Spiritus habitat in templo sancto suo, sicut habitat Pater, habitat et Filius, qui ait: *Ego et Pater venimus, et mansionem apud eum faciemus* (Joan. xiv, 23).

92. Advertimus igitur quod Pater et Filius et Spiritus sanctus in uno eodemque per naturæ ejusdem maneat unitatem. Ergo divinæ est potestatis, qui habitat in templo; sicut enim Patris et Filii, ita et Spiritus sancti sumus templum: non multa templa, sed unum templum; quia unius templum est potestatis.

93. Manet autem in nobis Pater per Spiritum, quem dedit nobis. Quomodo igitur potest simul dispar manere natura? Utique non potest. Manet autem cum Patre et Filio Spiritus sanctus. Unde et Apostolus cum gratiâ Jesu Christi et charitate Dei communicationem sancti Spiritus copulavit dicens: *Gratiâ Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Spiritus sancti cum omnibus vobis* (II Cor. xiii, 13).

### CAPUT XIII.

*Objectionibus catholicos, dum Spiritui attribuunt divinitatem, tres deos inducere, retorquetur ab ipsis ob eandem causam induci duos deos, nisi divinitatem Filio negaverint. Deinde orthodoxa doctrina exponitur.*

92. [*Alias cap. XIV.*] Sed quid veremini, an illud quod oblatrare consuevisti, ne tres facias deos? Absit; ubi enim una deitas intelligitur, unus Deus dicitur. Neque enim cum Filium Deum dicimus, duos deos dicimus. Nam si eum deitatem Spiritus

<sup>a</sup> Amerb. et Eras., *creatura discutitur*; aliæ edit, et cuncti mss., *creata dicuntur*. Iterum vero ubi omnes edit. ac plures mss., *cum in veritate adorari*; alii aliquot legunt, *cum in Filio, in veritate, etc.*

<sup>b</sup> Bigot. cod., *charitatis Dei*. Sed contra non solum aliorum omnium, atque edit.: verum etiam Apostolici textus auctoritatem.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *ut cognoscamus Dominum*.

<sup>a</sup> confitemini, putatis tres deos dici : ergo et cum deitatem Filii dicitis, quia non potestis eam negare, duos inducitis deos. Necesse est igitur juxta sententiam vestram, si Deum personæ unius, non unius naturæ nomen putatis, aut duos deos dicatis, aut Deum Filium denegatis.

¶ 93. Sed excusemus vos ab inscientia, etsi non excusamus a culpa. Etenim secundum nostram sententiam quia unus Deus, una divinitas, et unitas intelligitur potestatis. Sicut unum Deum dicimus, et Patrem vero deitatis nomine confitentes, nec Filium denegantes; ita etiam Spiritum sanctum a deitatis non excludimus unitate, et tres deos non asserimus, sed negamus; quia pluralitatem non unitas facit, sed divisio potestatis. Quomodo enim pluralitatem recipit unitas divinitatis; cum pluralitas numeri sit, numerum autem non recipiat divina natura?

#### CAPUT XIV.

*Præter superiora testimonia, alios locos ad probandum trium personarum imperium afferri posse. Afferuntur duo ex epistolis ad Thessalon. et iisdem Spiritui dominatum sicut et aliis personis arrogari, aliorum Scripturæ textuum collatione ostenditur. Demum citato alio ex altera ad Corinth. adhuc expressiore loco, et Dominum Spiritum esse, et ubi sit Dominus, Spiritum esse colligitur.*

94, [ *Alias cap. XV.* ] Unus ergo Deus, salva majestate Trinitatis æternæ, sicut proposito **685** declaratur exemplo. Nec eo tamen solo Trinitatem videmus nomine divinitatis expressam, sed cum plerisque locis, sicut et supra diximus, tum maxime in his epistolis quas ad Thessalonicenses <sup>b</sup> Apostolus scripsit, divinitatem atque dominatum Patris et Filii et Spiritus sancti evidentissime declaravit. Sic enim habes : *Vos autem Dominus multiplicet, et abundare faciat in charitate invicem et in omnes, sicut et nos in vobis, ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctificatione coram Deo et Patre nostro in adventu Domini Jesu ( I Thess. III, 12, 13 ).*

95. Quis est igitur Dominus, qui multiplicet nos, et abundare faciat coram Deo et Patre nostro in adventu Domini Jesu? Patrem dixit, et Filium dixit: quem ergo cum Patre et Filio præter Spiritum junxit? Quis est Dominus qui corda nostra in sanctificatione confirmet? Sanctificatio enim <sup>c</sup> gratia spiritalis est, sicut et infra dixit: *In sanctificatione Spiritus, et fide veritatis ( II Thess. II, 12 ).*

96. Quem putatis ergo hic Dominum, præter Spiritum nuncupatum? <sup>d</sup> Nec Deus Pater docere vos potuit, qui ait : *Super quem videris Spiritum descendentem et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto ( Joan. I, 33 )*? Descendit enim Spi-

<sup>a</sup> Ita mss. plures ac probatiores : nonnulli autem alii et omnes edit., *confitemur, putatis nos tres deos dicere.*

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *Apostolus direxit.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot non inferioris notæ, *gratiæ spiritalis est.*

<sup>d</sup> Gill. et Rom. cum mss. nonnullis; *Hoc Deus Pater*; Atherb. et Eras. cum aliis multo pluribus,

ritus in specie columbæ (*Luc. III, 22*); ut et sapientiæ testimonium ferret, et sacramentum laværi spiritalis impleret, et unius se cum Patre et Filio operationis ostenderet.

97. Ac ne per imprudentiam aliquid excidisse Apostolo judicetis, sed scientem prudentemque et sancto infusum Spiritu significasse Dominum, quem Deum sentiebat, etiam in secunda ad Thessalonicenses epistola hoc idem reperiit dicens : *Dominus autem dirigat corda vestra in dilectione Dei, et patientia Christi ( II Thess. III, 5 ).* <sup>e</sup> Si dilectio Dei est, et Christi patientia, quis est dominus qui dirigat, debet ostendi, si directionem sancti Spiritus denegamus.

98. Sed negare non possumus, quoniam de ipso Dominus dixit : *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem ( Joan. XVI, 12, 13 ).* Et David de ipso dicit : *Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam ( Psal. CXLII, 10 ).*

99. [ *Alias cap. XVI.* ] Vide quid de Spiritu sancto vox Dominica resultaverit. Filius Dei venit, et quia nondum infuderat Spiritum, parvulos quosdam <sup>f</sup> nos degere sine Spiritu declaravit. Spiritum dixit esse venturum, qui faceret ex parvulis fortiores, incremento videlicet spiritalis ætatis. Quod ideo posuit, non quo virtutem Spiritus anteferet, sed ut in cognitione Trinitatis ostenderet plenitudinem esse virtutis.

100. Necesse est igitur aut quartum aliquem dicatis, quem sentire præter Spiritum debeatis : aut certe non alium Dominum judicetis, nisi Spiritum designatum.

101. Quod si evidentem conceptionem verborum exigitis, quibus Dominum Spiritum Scriptura memoraverit, nec id latere vos potuit; **686** quia scriptum est : *Dominus autem Spiritus est ( II Cor. III, 17 ).* Quod utique dictum de Spiritu sancto totius series lectionis ostendit. Et ideo Apostolica consideremus eloquia : *Quoties legitur Moyses, inquit, velamen positum est super cor eorum : cum vero conversi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem Spiritus est : ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas ( Ibid., xv, 16 ).*

102. Non solum itaque Spiritum dominum dixit, sed etiam addidit : *Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Nos itaque omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, ad eandem imaginem reformamur a gloria in gloriam, sicut a Domini Spiritu ( Ibid., 18 ),* hoc est, qui ad Dominum sumus ante conversi, ut spiritali intellectu quasi in quodam speculo Scripturarum Domini gloriam videremus, nunc ab

*Nec Deus Pater.* Non male, est enim interrogatio quæ cum stomachatione quadam et objurigatione conjuncta est.

<sup>e</sup> Nonnulli mss., *Si directio Dei est ea, et Christi... qui diligat, debet ostendi, si dilectionem, etc.*

<sup>f</sup> Thuan. cod., *nos degeneres sine Spiritu declaravit.*

hac gloria quæ nos convertit ad Dominum, in illam A  
cœlestem gloriam reformamur. Ergo cum Dominus  
sit ad quem convertimur, Dominus autem Spiritus  
sit, a quo reformamur, qui conversi ad Dominum  
sumus, Dominus utique Spiritus sanctus est designa-  
tus; ipse enim conversos suscipit, qui reformat.  
Nam <sup>a</sup> quomodo quos non susceperat, reformaret?

103. Quamquam quid expressionem quærimus  
vocis, ubi expressionem cernimus unitatis? Nam  
etsi Dominum Spiritumque distinguas; negare tamen  
non potes quia ubi Dominus, ibi et Spiritus: et qui  
fuerit conversus ad Dominum, erit conversus ad  
Spiritum. Si litteram calumniaris, unitatem non  
inficiaris: si unitatem vis secernere, potestatis Do-  
minum ipsum Spiritum confiteris.

#### CAPUT XV.

Etsi Spiritus Dominus appelletur, tres tamen Dominos  
hinc non induci; cum ex eo quod Filius non secus  
ac Pater in variis Scripturæ locis Dominus appella-  
tur, non inducantur duo Domini: dominationem  
enim in divinitate esse, et in dominatione divinitatem,  
quæ tribus personis indivisim congruant.

104. [Alias cap. XVII.] Sed fortassis iterum dicas:  
Si Dominum Spiritum dixero, tres Dominos decla-  
rabo. Numquid cum Dominum Filium dicis, aut Fi-  
lium negas, aut duos Dominos confiteris? Absit;  
ipse enim Filius dixit: *Nolite duobus dominis servire*  
(*Math. vi, 24*). Sed non utique aut se aut Patrem  
Dominum denegavit; nam et Patrem Dominum dixit,  
sicut habes: *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et*  
*terræ* (*Math. xi, 25*). Et se memoravit Dominum, C  
sicut in Evangelio legimus: *Vocatis me Dominum et*  
*magistrum, et bene facitis; sum etenim* (*Joan. xiii,*  
*13*). Sed non duos Dominos dixit; immo ostendit se  
non duos Dominos dixisse, <sup>c</sup> cum præmonet: *No-*  
*lite duobus dominis servire*. Non sunt enim duo do-  
mini, ubi dominatus unus est; quia Pater in Filio,  
et Filius in Patre; <sup>d</sup> et ideo Dominus unus.

105. Sic et Lex docuit: *Audi, Israel, Dominus*  
*Deus tuus Dominus unus est* (*Deut. vi, 4*): hoc est,  
immutabilis, 687 semper in unitate permanens po-  
testatis, semper idem, nulla accessione, nulla di-  
minutione mutatur. Ergo unum dixit Moyses, et  
idem tamen Dominum a Domino pluisse memoravit  
(*Gen. xix, 14*). <sup>e</sup> Apostolus quoque: *Det, inquit,*  
*Dominus misericordiam invenire a Domino* (*II Tim. i,*  
*18*). Dominus pluit a Domino, Dominus dat a Do-  
mino misericordiam: Dominus nec ibi discernitur,  
ubi pluit a Domino; nec hic separatur, ubi misere-

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *quomodo quis quod non susceperat, reformaret.*

<sup>b</sup> Rom. edit. cum uno aut altero mss., *et bene dicitis.*

<sup>c</sup> Unus mss., *cum pariter moneat. Infra vero ubi nos cum ant. edit. et iuss. non paucis, ubi dominatus unus est; Rom. edit. et quidam mss., ubi dominus unus est; alii paulo plures, ubi dominator, etc.*

<sup>d</sup> Mss. non pauci, *et ideo Dominator unus.*

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *Apostolus quoque distinguit: Det vobis Dominus misericordiam, etc.*

<sup>f</sup> Ita vet. edit. et mss. nonnulli, a quibus edit.

tur a Domino, sed utroque in loco unitas domina-  
tionis exprimitur.

106. In psalmis quoque habes: *Dixit Dominus Do-*  
*mino meo* (*Psal. cix, 1*). Nec ideo Patrem suum Do-  
minum denegavit, quia Filium Dominum suum esse  
memoravit: sed ideo Filium Dominum suum dixit,  
ne crederes Filium prophetæ fuisse, sed Dominum:  
quod in Evangelio ipse Dominus manifestavit dicens:  
*Si enim David in spiritu vocat eum Dominum, quomo-*  
*do Filius ejus est* (*Math. xxii, 43*)? In spiritu dicit  
David Dominum, non Spiritus dicit. Aut si hinc ca-  
lumniantur, quia Dominum Spiritus dixit, necesse  
est pari sacrilegio Filium Dei etiam Spiritus sancti  
Filius videantur asserere.

107. Ergo quemadmodum duos non dicimus Do-  
minos, cum et Patrem et Filium designamus; ita nec  
tres Dominos dicimus, cum dominum Spiritum con-  
fitemur. Sicut enim sacrilegium est tres Dominos  
aut Deos dicere, ita etiam hoc plenum sacrilegii est  
duos Dominos aut Deos dicere; quia unus Deus,  
unus Dominus, unus est Spiritus sanctus: et qui  
Deus, Dominus: et qui Dominus, Deus; quia et in  
dominatione divinitas, et in divinitate dominatus est.

108. Denique et Dominum et Deum legisti Patrem:  
*Domine Deus meus, et clamabo ad te, exaudi me* (*Psal.*  
*cxl, 1*). Et Dominum et Deum habes Filium, sicut in  
Evangelio legisti, quia cum tetigisset Thomas latus  
Christi, ait: *Dominus meus et Deus meus* (*Joan. xx,*  
*28*). Ergo sicut Pater Deus, et Filius Dominus: ita  
et Filius Deus, et Pater Dominus. Alternatur pia  
significatio, non alternatur divina natura, sed immu-  
tabilis manet gratia. Non enim largitatis collativa,  
sed naturalis <sup>e</sup> placita charitatis sunt, quia et unitas  
proprietas habet, et proprietas unitatem.

#### 688 CAPUT XVI.

*Patrem sanctum esse, ac similiter Filium et Spiritum,*  
*atque hinc trisagio eodem celebrari: nec posse a nobis*  
*Deum prædicari dignius, quam si eundem sanctum dica-*  
*mus; unde clarum fit Spiritui sancto non derogandum.*  
*Eidem inesse omnia quæ Dei sunt, cum in baptismo una*  
*cum Patre et Filio nominetur, eique Pater dederit quod*  
*majus omnibus est, nec quisquam ipsi valeat eripere. Igitur*  
*e loco Joannis unde calumniam constabant hæretici,*  
*Trinitatis æqualitatem unitatemque astrui delectis. Tan-*  
*dem ubi expositum est quo pacto Filius a Patre accipiat,*  
*quemadmodum citato loco jugulentur varii hæretici, ape-*  
*ritur.*

109. (Alias cap. XVIII.) Ergo sanctus Pater, san-  
ctus Filius, sanctus et Spiritus: sed non <sup>h</sup> tres sancti;

Rom. et ad Colb. hoc solo recedunt, quod pro cla-  
mabo præferunt, *clamavi*: reliqui autem scripti cod.  
habent, *clamabo ad te, et exaudisti me.*

<sup>g</sup> Thuan. codex, *placita veritatis sunt.*

<sup>h</sup> Eadem prorsus ratione in Symbolo quod Atha-  
nasio tribuitur, *Non tres æterni, non tres increati, non*  
*tres immensi. Neque etiam aliter August. lib. xi, de*  
*Civit. Dei cap. 24: Unus Deus, inquit, propter insepa-*  
*rabilem divinitatem sicut unus omnipotens propter in-*  
*separabilem omnipotentiam; ita tamen ut cum de singu-*  
*lis quæritur, unusquisque eorum et Deus et omnipotens*  
*esse respondeatur: cum de omnibus simul non tres dii,*

quia unus est Deus sanctus, unus est Dominus. Una est enim vera sanctitas, sicut una est vera divinitas, una illa vera sanctitas naturalis.

110. Ideo omnia hæc quæ sancta nos credimus, illam solam prædicant sanctitatem. Cherubim et Seraphim indefessis vocibus laudant et dicunt: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth* (Esai. vi, 3). Non semel dicunt, i.e. singularitatem credas: non bis dicunt, ne Spiritum excludas: non sanctos dicunt, ne pluralitatem aestimes: sed ter repetunt, et idem dicunt, ut etiam in hymno distinctionem Trinitatis, et divinitatis intelligas unitatem: hoc cum dicunt, Deum prædicant.

111. Nos quoque nihil pretiosius invenimus quod Deum prædicare possimus, nisi ut sanctum appellemus. Quodlibet aliud inferius Deo, inferius est Domino. Ergo hæc quoque considerate utrum aliquid sancto Spiritui derogandum sit, cujus nomen Dei laus est. Sic enim laudatur Pater, sic laudatur et Filius, quemadmodum et Spiritus nominatur et laudatur. Seraphim laudat, omnis beatorum chorus laudat, ut sanctum Deum dicat, sanctum Filium, sanctum Spiritum.

112. Quomodo igitur non omnia habet quæ Dei sunt, qui cum Patre et Filio a sacerdotibus in baptisate nominatur et in oblationibus invocatur cum Patre et Filio a Seraphim in cælestibus prædicatur cum Patre et Filio habitat in sanctis, insauditur justis, inspiratur prophetis. Unde et in Scriptura divina *θεοπνευματος* omnia ex hoc dicitur, quod Deus inspiret quæ locutus est Spiritus (II Tim. iii, 16).

113. Aut si nolunt omnia habere quæ Dei sunt, et posse omnia Spiritum sanctum, dicant quid non habeat, quidve non possit. Nam sicut omnia habet Filius, nec invidet Pater quominus omnia naturaliter det Filio, qui dedit **689** quod majus est omnibus, quemadmodum Scriptura testatur dicens: *Pater quod dedit mihi, majus est omnibus* (Joan. x, 29); ita etiam Spiritus Christi habet, quod majus est omnibus, quia justitia nescit invidiam.

114. Itaque si diligenter advertamus, etiam hic divina potestatis comprehendimus unitatem. Pater, inquit, *quod dedit mihi majus omnibus est: et nemo potest rapere ea de manu Patris mei. Ego et Pater unum sumus* (Ib., 30). Nam si recte supra ostendimus (Lib. iii, cap. 3) manum Dei esse Spiritum sanctum, eadem utique manus Patris est, quæ Filii est manus; quoniam idem Spiritus Patris, qui Spiritus Filii est. Ideo sicut non rapitur Patri, ita non rapitur Filio, ita non rapitur et Spiritui, quicumque de nobis

*vel tres omnipotentes, sed unus Deus omnipotens. Tanta est ibi in tribus inseparabilis unitas, quæ sic se voluit prædicari. Quibus verbis cum Ambrosii sententia nihil congruentius. Etenim quemadmodum causam cur tres sanctos dicere non liceat, hæc reddit Sanctus noster, quod nempe una vera et naturalis sit sanctitas; sic Augustinus eo quod una sit omnipotentia, tres dici posse omnipotentes negat. Ubi apparet voces omnipotens et sanctus, ab eis sumptas in sensu concreto, ut vocant theologi, id est, pro re ipsa quæ sancta sit atque omnipotens. Et forte non a nobis multum discrepent, qui post D. Thom. 1 p., q. 39, a*

in hoc nomine Trinitatis vitam accepit æternam.

115. Ex ipso autem quod et dedisse Filio Pater, et accepisse a Filio Spiritus dicitur; quia scriptum est (Joan. xvi, 14): *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis* (quod de munere magis dispensationis videtur, quam de potestatis divinæ jure dixisse, quia quos Filius redemit, Spiritus quoque sanctificaturus accipit); ex istis ipsis, inquam, verbis, de quibus caute innotuit, unitas divinitatis advertitur, non indigentia largientia.

116. Dedit Pater per generationem, non per adoptionem: dedit quasi id quod esset in ipso divinæ jure naturæ, non quasi liberalitatis gratia, quod desset. Et ideo quia sic acquirat Filius populos ut Pater, sic vivificat Filius ut Pater, æqualitatem suam ad Patrem unitate potestatis expressit dicens: *Ego et Pater unum sumus*. Cum enim dicit: *Ego et Pater*, revelatur æqualitas: cum dicit: *Unum sumus*, unitas declaratur. Æqualitas confusionem excludit, unitas separationem: æqualitas Patrem Filiumque distinguit, unitas Patrem Filiumque non separat.

117. Ergo cum dicit, *Ego et Pater*, Sabellianum repellit; quia alium se, alium Patrem dixit: repellit Photinianum, quia se cum Deo Patre junxit. Illos superioribus repellit, quia dixit, *Ego et Pater*: inferioribus Arianos, quia dicit: *Unum sumus*; tamen et in superioribus et in inferioribus hæreticam jugulat sævitatem Sabellianorum; quia unum dixit sumus, non unus sumus: Arianorum; quia ego et Pater, non Pater et ego dixit. Quod utique non contumaciæ, sed pietatis et præscientiæ fuit; ne nos errorem in ordine putaremus. Nescit enim unitas ordinem, gradum nescit æqualitas: nec cadit in Dei Filium, ut per contumaciam pietatem læderet magister ipse pietatis.

### 690 CAPUT XVII.

*Ubi ad intelligentiam verborum Domini loca, in quibus verba illa dicta fuerint, juvare exemplis ostendit Ambrosius, Christum sententiam ex Joanne citatam locutum esse in porticu Salomonis, per quam sapientis anima significatur, docet; eum enim hæc in corde stulti aut turbulenti negat fuisse prolaturum, et quamobrem. Addit ab iis qui fidem non habent iisdem verbis, Christum lapidari: et quemadmodum Petro, quod illa sit confessus, claves cæli date fuerunt; ita Ieremotem, quod hæc ipsa non crederet, male perisse. Per hanc occasionem in Judæos, qui Dei Filium evertunt, ac vendiderunt Josephum, irrochitur. Mystice utriusque pretia odisserit, ac murrure proditoris de unguento Magdalene eadem ratione expositio, subijci alio modo Christum enim ab hæreticis, alio a catholicis, illosque nequicquam sibi nomen usurpare christianorum, si Spiritum a Patre diviserint.*

3, substantive accipi tradunt eadem vocabula: quæ de re vide Commentatores in eundem locum.

<sup>a</sup> Nonnulli mss., æqualitate sua cum Patre unitate potestatis expressit.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, jugulat cæcitatem. Minus commode; nam præter quam quod jugulare cæcitatem, parum elegans est, sævitas Ambrosii, ubi de hæreticis agitur, vox familiaris est. Verum haud scimus an ubicumque apud hunc sævitas exaratur, non potius scriptum oporteat sævitas; ut non tam significetur, crudelis et fera mens hæreticorum, quam sinistra atque infausta.



118. Refert itaque advertere quo loci hæc Dominus disputaverit; frequenter enim ejus oracula ex locorum in quibus diversatus est, qualitatibus æstimantur. Jejunaturus, ab Spiritu, sicut legimus (*Math. iv, 1*), ducitur in desertum, ut evacuaret diaboli tentamenta. Nam etsi in abundantia copiarum continenter vixisse laudandum est; tamen in divitiis et amœnitatibus frequentior tentationis illecebra est. Denique tentator ut tentet, copias pollicetur: et Dominus ut vincat, famem nutrit. Nec ego diffiteor in divitiis esse posse continentiam: sed etsi qui mare navigat, frequenter evadit; magis tamen obnoxius est periculo, quam qui navigare noluerit.

119. Videmus cætera. Promissurus regnum cœlorum Jesus montem ascendit (*Math. v, 1*). Alibi per sata ducit discipulos (*Math. xii, 1*), seminaturus in eorum affectibus cœlestium segetem præceptorum; ut messis animarum fecunda flavesceret. Consummatoras susceptæ carnis officia, cum perfectionem in discipulis jam videret, quos verborum suorum radice fundaverat, hortum ingreditur (*Joan. xviii, 1*), ut olearum novellas in domo Domini plantaret, et justam palmæ florentem modo, vitemque secundam rivo sui sanguinis irrigaret (*Psal. cxxvii, 3*).

120. Hoc quoque loco in porticum Salomonis deambulabat dedicationis, et legimus (*Joan. x, 23*), die, hoc est, in pectore sapientis atque pacifici deambulabat Christus, ejus sibi dedicaturus affectum. Quæ ista porticus: it, docet Prophetæ dicens: *Deambulabam in innocentia cordis mei in medio domus tuæ* (*Psal. c, 2*). Habemus ergo in nobis domum Dei, habemus atriâ, habemus et porticum, habemus et plateas; quia scriptum est: *Inque plateis tuis superfluant aquæ tuæ* (*Prov. v, 16*). Ditata ergo hanc porticum tui cordis Dei Verbo, quod tibi dicit: *Ditata os tuum et adimplebo illud* (*Psal. lx, 11*).

121. Ergo deambulans in corde sapientis atque pacifici Dei Verbum, audiamus quid loquatur: *Ego et Pater unum sumus* (*Joan. x, 30*). Non dicit hoc in pectore perturbatoris et stulti; quia *Animalis homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei; stultitia enim illi est* (*I Cor. ii, 14*). Non capiunt fidei magnitudinem angustia impiorum pectora. Denique Judæi audientes: *Ego et Pater unum sumus; tulerunt lapides, ut lapidarent eum* (*Joan. x, 31*).

122. Qui hoc audire non potest, Judæus est: qui hoc audire non potest, lapidat Christum asperioribus omni carne perfidiæ suæ saxis; et si mihi creditis, vulnerat Christum. Nam etsi ille jam nunc vultus sentire non possit: *Nunc enim secundum carnem jam non novimus Christum* (*II Cor. v, 16*); tamen Arianorum impietate lapidatur, qui Ecclesie pietate lætatur.

<sup>a</sup> Hand præci mss. ut olearum novellas... plantaret; unus. plantasset; duo, plantatas; quidam, palmæ florentis.

<sup>b</sup> Ita mss. plerique; alii vero nonnulli, et omnes edit., domus meæ. Sed hanc lectionem tametsi præferant sacri codices, tamen alii postponendam videntur ostendere, quod statim sequitur: *Habemus ergo in nobis domum Dei*.

123. Bonum mihi est, Domine, lex oris tui (*Psal. cxviii, 72*); servo præceptum tuum. Unum te esse cum Patre ipse divisti. Quia hoc credidit Petrus, claves regni cœlorum accepit (*Math. xvi, 19*), et sui securus peccata donavit; quia hoc non credidit Judas, impietatis suæ se laqueo strangulavit (*Math. xxvii, 5*). O dura infidelium saxa verborum! O iniformem laqueum proditoris, sed deformius pretium Judæorum! O argentum improbum, quo aut emitur ad necem justus, aut venditur! Joseph venditus (*Gen. xxxvii, 28*), emptus Jesus Christus (*Math. xxvi, 15*): alter ad servitum, alter ad mortem. Detestabilis hæreditas, feralis auctio, quæ aut fratrem vendit injuriæ, aut Dominum licitatur exitio, salutis omnium redemptorem.

124. Duo igitur quæ præstantiora sunt omnibus, Judæa violavit, fidem atque pietatem; sed in utroque Christum fidei et pietatis auctorem. Nam et in patriarcha Joseph typus Christi fuit, et in veritate sui corporis Christus: *Qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed formam servi accepit* (*Phil. ii, 6, 7*); propter lapsus videlicet nostros suscipiens servitum, nec fugiens passionem.

125. <sup>d</sup> Alibi viginti aureis emitur, alibi triginta. Quomodo enim poterat verum ejus pretium comprehendere, cujus non potest meritum definire? Erratur in pretio, quia erratur in studio. Viginti aureis in veteri Testamento venditur, triginta in Evangelio; pretiosior enim typo veritas, largior gratia, quam disciplina: opimior Lege præsentia; quia Lex promissit adventum, Legem adventus implevit.

126. Viginti aureis emunt Ismaelitæ, triginta Judæi. Nec hic figura mediocris. Ad sacrilegium perfidi largiores, quam ad salutem fideles sunt. Utriusque tamen contractus considerare convenit qualitatem. Viginti aurei pretium servitutis, triginta aurei crucis sunt. Quamvis enim simili modo assumptionis et passionis sint admiranda mysteria; plenitudo tamen fidei in sacramento est passionis. Non minoris quidem æstimo sanctæ Virginis partum: sed gratius sumo benedicti corporis sacramentum. Quid clementius quam quod mihi suas donavit injurias? **692** Plenius tamen est, quod tantum contulit nobis; ut qui moriturus non erat, quia Deus erat; nostra ille morte moreretur, ut nos ejus Spiritu viveremus.

127. Denique non otiose et Judas Iscariothi unguentum illud trecentis denariis contulit (*Joan. xii, 5*): quod utique ipsius preffi definitione crucem videretur Domini declarare. Unde et Dominus ait: *Hæc enim mittens hoc unguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit* (*Math. xxvi, 12*). Cur igitur Judas hoc charius æstimavit? Quia peccatoribus plu-

<sup>c</sup> Quidam mss., non rapina arbitratus est. Et ita semper.

<sup>d</sup> De venditione Christi Ambrosius lib. vi in Lucam num. 31, alibi se plura dixisse commemorat, quo loco incredibile est eum vel hoc ipsum cepit indicasse, vel cap. 3 de Josephi Patriarcha, n. 14, ubi multa habentur his, quæ hic legimus, perquam similia.

ris constat remissio peccatorum, et indulgentia videtur esse pretiosior. Denique habes scriptum: *Quia cui multum dimittitur, plus diligit* (Luc. vii, 47). Ergo et ipsi peccatores Dominicæ passionis, quam perdidit, gratiam confitentur, et testimonium ferunt Christo, qui Christum sunt persecuti.

128. Aut quis in malevolam animam non intrat sapientia (Sap. i, 4); etiam hoc loquebatur proditoris affectus, charius æstimabat Dominici corporis passionem; ut omnes a fide pretii enormitate revocaret. Ideoque Dominus gratis se obtulit, ne quem revocaret a Christo paupertatis necessitas; Patriarchæ eum vili vendiderunt, ut omnes emerent. Esaias dixit: *Quicumque non habetis argentum<sup>a</sup>, ite, emite, et bibite: manducate sine argento* (Esa. lv, 1); ut eum acquireret, qui non habebat argentum. O B Juda proditor, unguentum passionis ejus trecentis denariis æstimas, et passionem ejus triginta denariis vendis (Matth. xxvi, 15)! Dives in æstimatione, vilis in scelere.

129. Ergo non omnes eodem pretio emunt Christum. Alio emit Photinus, qui ad mortem emit: alio Arianus, qui emit ad injuriam: alio catholicus, qui emit<sup>b</sup> ad gloriam. Sed emit sine pecunia, secundum quod scriptum est: *Qui non habet pecuniam, emat sine pretio* (Esa. lv, 1).

130. *Non omnes*, inquit, *qui dicunt mihi, Domine, Domine, intrabunt in regnum cælorum* (Matth. vii, 21). Etsi multi se nominent christianos, nomen usurpant, non tamen omnes mercedem habent. Et Cain obtulit sacrificium (Gen. iv, 3), et Judas accepit osculum (Luc. xxii, 48), sed audivit: *Juda, osculo Filium hominis tradis?*<sup>c</sup> hoc est, amoris pignore scelus imple, ac pacis instrumento odia seris, et charitatis officio mortem irrogas.

131. Ergo nec Ariani sibi usurpato nomine blandiantur, quia christiani esse se dicunt. Respondebit eis Dominus: *Nomen meum prætenditis, et substantiam denegatis: sed non agnosco nomen meum, ubi non est mea sempiterna divinitas. Non est nomen meum, quod a Patre dividitur, ab Spiritu separatur: non agnosco nomen meum, ubi non agnosco doctrinam meam: non agnosco nomen meum, ubi non agnosco Spiritum meum. Nescit enim se Spiritus Patris comparare servitiis, quæ creavit. De quo multa jam diximus* (Lib. i, cap. 1 et seq.).

### 693 CAPUT XVIII.

*Spiritus sancti divinitatem ex iis quæ hactenus disputata sunt, confirmaturus, nonnulla iterum tractanda sumit, nimirum peccata eum non habere, sed condonare: creatu-*

<sup>a</sup> Amerb. et Eras., *venite, emite et bibite Et manducaverunt, et satiati sunt in deserto*; Gill. et Rom., *venite, emite et bibite: manducate* (Rom., *emite*) *sine argento*; Mss. aliquot, *venite, et bibite, et manducate*, etc.; plures vero et probatioris, ut in textu.

<sup>b</sup> Floriac. cod., *ad gloriam; eo quod aliis sit odor mortis in mortem, aliis odor vite in vitam. Sed emit.* etc.

<sup>c</sup> Lib. x, in Lucam, n. 63, *hoc est, amoris pignore vulnus infigis, et charitatis officio sanguinem fundis, et instrumento pacis mortem irrogas.*

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, *manifestæ divinitatis.*

*ram non esse, sed creatorem: ac demum non adorare, sed adorari.*

132. [Alias cap. XIX.] Ad summam tamen, ut in fine quæ disperse dicta sunt, expressius colligamus; cum ex cæteris, tum ex quatuor istis præ cæteris manifesta divinitatis gloria comprobatur: Deus enim ex eo cognoscitur, aut quia sine peccato est, aut quia peccata condonat: aut quia creatura non est, sed creator est: aut quia non adorat, sed adoratur.

133. Sine peccato itaque nemo est, nisi unus Deus; quia nemo sine peccato, nisi unus Deus. Peccata quoque nemo condonat, nisi unus Deus; quia æque scriptum est: *Quis potest peccata donare, nisi solus Deus* (Luc. v, 21)? Creator quoque omnium non potest esse, nisi qui creatura non est: qui autem creatura non est, sine dubio Deus est: quia scriptum est: *Servierunt creature potius quam creatori, qui est Deus benedictus in sæcula* (Rom. i, 25). Deus quoque non adorat, sed adoratur; quia scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* (Deuter. vi, 13).

134. Consideremus ergo utrum horum aliquid habeat Spiritus sanctus, quæ testimonium afferat divinitatis. Primum igitur de eo tractemus, quia nemo sine peccato nisi unus Deus: et exigamus ut doceant quod peccatum habeat Spiritus sanctus.

135. Sed docere non possunt, et auctoritatem requirunt, ut lectione doceamus, quia non peccavit Spiritus sanctus, sicut de Filio lectum est, quia peccatum non fecit (I Petr. ii, 22). Et hoc accipiant C Scripturarum auctoritate nos docere; scriptum est enim: *Quia in Sapientia est Spiritus intelligentis, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, bene mobilis, disertus, immaculatus* (Sap. vii, 22). Immaculatum dicit Scriptura: numquid mentita est de Filio, ut de Spiritu credas esse mentitam? Dixit enim propheta in eodem loco de Sapientia, quia nihil maculosum in illam incurrit. Ipsa immaculata est, et immaculatus ejus est Spiritus. Ergo si peccatum non habet Spiritus, Deus est.

D 136. Sed quomodo reus potest esse peccati, qui donat ipse peccata? Ergo peccatum non fecit: et quia sine peccato est, creatura non est. Omnis enim creatura peccatorum capacitati obnoxia est: sola autem est a peccato immunis et immaculata sempiterna divinitas.

137. Nunc videamus utrum peccata donet Spiritus. Sed hic dubitari non potest, cum ipse Dominus dixerit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remissa erunt* (Joan. xx, 22). Ecce

<sup>e</sup> Omnes edit., *itaque nemo est, quia nemo sine peccato, nisi, etc.*, ex quibus verbis nonnulli mss. extiterunt, *quia nemo sine peccato: reliqui autem magno numero et antiquitate nobiscum faciunt. Et sane verba illa, quia nemo sine peccato, etc.*, videntur citari tamquam ipsius Scripturæ textus, et in superiorum afferri probationem. Cum autem secundum apices non exstent in Bibliis, credibile est respexisse ad locum illum Matt. xix, 17, *nemo bonus nisi, solus Deus.*

quia per Spiritum sanctum peccata donantur. Homines autem in remissionem peccatorum ministerium suum exhibent, non jus alicujus potestatis exercent. Neque enim in suo, sed in Patris et Filii et Spiritus sancti nomine peccata dimitunt. Isti rogant, divinitas donat; humanum enim obsequium, sed munificentia supernæ est potestatis.

138. Per baptismum quoque peccata donari non est ambiguum: in baptismo autem operatio Patris et Filii et Spiritus sancti est. Ergo si <sup>a</sup> peccatum donat Spiritus, cum scriptum sit: *Quis potest dimittere peccata, nisi unus Deus* (Marc. II, 7); utique qui non potest ab unitate naturalis nominis separari, non potest etiam a Dei potestate secerni. Si autem a Dei non secernitur potestate, quomodo a Dei appellatione secernitur?

139. Videamus nunc utrum creatura sit, an creator? Sed cum supra (Lib. II, cap. 5, 6) creatorem evidentissime probaverimus, quia scriptum est: *Spiritus divinus qui fecit me* (Job. XXXIII, 4): et innovari faciem terræ per Spiritum (Psal. CIII, 30), et sine Spiritu fatiscere omnia declaratum sit; apparet Spiritum esse creatorem. Sed quis hoc dubitet, quando, sicut supra ostendimus, ne Domini quidem ex Virgine assumpta generatio, quæ præstantior omnibus creaturis est, operationis exsors sit spiritalis?

140. Non ergo creatura Spiritus, sed creator est: qui autem creator, non utique creatura. Et quia creatura non est, sine dubio <sup>b</sup> creator est, qui Patri et Filio cooperatur est omnium. Si autem creator, utique dicendo Apostolus in condemnationem gentilitatis: *Quia servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est Deus benedictus in sæcula* (Rom. I, 23): suadendo quoque, ut supra (Lib. II, cap. 5, 6) docuimus, serviendum esse Spiritui sancto; et creatorem ostendit, et quia creator est, Deum appellari debere monstravit. Quod etiam in epistola quæ ad Hebræos scripta est, comprehendit dicens: *Quoniam qui omnia creavit, Deus est* (Hebr. III, 4). Aut dicant igitur quid sit quod sine Patre et Filio et Spiritu sit creatum, aut Spiritum quoque unius cum Patre et Filio deitatis esse fateantur.

141. Adorandum quoque docuit, quem Dominum et Deum dixit. Qui enim Deus universitatis et dominus, utique ab omnibus adorandus est; sic enim <sup>D</sup> scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies* (Deut. VI, 13).

142. Aut dicant ubi legerint quia adorat Spiritus. Dictum est enim de Dei Filio: *Adorent eum omnes angeli ejus* (Hebr. I, 6): non lectum est, adoret Spiritus. Quomodo enim potest adorare, qui non inter famulos et ministros est, sed cum Patre et

<sup>a</sup> Omnes edit. ac multo plures mss., *peccatum non habet*; cod. Ebrul. et Aud., *peccatum donat*. Optime sane; licet enim in eo non est Ambrosius, ut probet Spiritum peccata non habere, sed ipsum peccata dimittere jam disputat.

<sup>b</sup> Ita mss. plerique: nonnulli tamen, et cunctæ

A Filio servitia habet subjecta justorum; quia scriptum est: *o Spiritui Dei servimus* (Phil. III, 5). Adorandum igitur est nobis, cui serviendum a nobis Apostolus docuit: cui autem servimus, hunc et adoramus, juxta quod scriptum est, ut eadem sæpe repetamus: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies*.

143. Quamquam nec hoc prætermiserit Apostolus, quin et Spiritum diceret adorandum. <sup>695</sup> Cum enim docuerimus quia Spiritus in prophetis est, nec hoc quisquam possit ambigere, quia per Spiritum prophetia datur, <sup>d</sup> utique cum adoratur qui in prophetis est, idem Spiritus adoratur. Itaque sic habes: *Si conveniat universa Ecclesia in unum, et omnes linguis loquantur, intret autem idiota aut infidelis, nonne dicet quod insanitis. Sin autem prophetent omnes, intret autem quis idiota aut infidelis, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. Occulta etiam cordis ejus manifesta fiunt; et ita cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus sit in vobis* (I Cor. XIV, 23 et seq.). Deus est ergo qui adoratur, Deus qui manet, et qui loquitur in prophetis: manet autem et loquitur Spiritus; ergo et Spiritus adoratur.

## CAPUT XIX.

*Ex eo quod supra probatum et Spiritum manere et loqui in prophetis, colligit ab eo cognosci omnia, quæ Dei sunt; atque adeo unum esse cum Patre et Filio. Hoc ipsum exinde iterum confirmat quod omnia habet, quæ habet Deus, nempe divinitatem, cordis cognitionem, veritatem, nomen super omne nomen, potestatem mortuos suscitandi, quod ultimum eidem adjudicat ex Ezechiele, in quo et ipsum Filio æqualem probat.*

C 144. Itaque sicut Pater et Filius unum sunt; quia Filius omnia habet, quæ Pater habet (Joan. XVI, 15): ita et Spiritus unum est cum Patre et Filio; quia et ipse omnia Dei novit (I Cor. II, 10). Non enim extorsit, ne sit amittentis injuria: non rapuit, ne damnum sit ejus, cui videtur ereptum. Neque enim aut per indigentiam rapuit, aut per excellentiam virtutis validioris extorsit, sed per unitatem possidet potestatis. Ergo si hæc omnia operatur, quia omnia operatur unus atque idem Spiritus (I Cor. XII, 11); quomodo non Deus, qui omnia habet, quæ Deus habet?

145. Aut consideremus quid habeat Deus, quod non habeat Spiritus sanctus. Habet Deus Pater divinitatem, habet et Filius, in quo habitat plenitudo divinitatis: habet et Spiritus; quia scriptum est: *Spiritus divinus qui est in naribus meis* (Job. XVII, 3).

146. Habet Deus ut scrutetur corda et renes; quia scriptum est: *Deus scrutans corda et renes* (Psal. VII, 10). Habet et Filius, qui dicebat: *Quid cogitatis in cordibus vestris mala* (Matth. IX, 4)? Sciebat enim Jesus cogitationes eorum. Habet et Spiritus, qui etiam prophetis alieni cordis occulta manifestat, si-

edit., *creator est omnium, Patri et Filio qui cooperatus est in omnibus*.

<sup>c</sup> Ult. edit., *Spiritui Deo servimus*.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *utique cum Deo servimus; adoratur qui in prophetis est, id est, Spiritus adoratur*.

cut supra diximus (*Lib. II, c. 13*), quia occulta cordis ejus manifesta fiunt. Et quid miramur si hominum scrutatur occulta, qui scrutatur etiam alta Dei (*I Cor. II, 10*)?

147. Habet Deus ut verax sit; quia scriptum est: *Sit autem Deus verax, omnis autem homo mendax (Rom. III, 4)*. Et alibi scriptum est: *Fidelis Deus, qui non mentitur (Tit. I, 2)*. Numquid mentitur Spiritus, qui est Spiritus veritatis; immo quem docuimus veritatem dictum; quia et ipsum Joannes veritatem sicut Filium nuncupavit (*Joan. XVI, 13*)? Et in psalmo ait David: *Emitte lucem tuam, et veritatem tuam; ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua (Psal. XLII, 3)*. Si lucem **686** hic Filium putas, ergo Spiritus veritas est: aut si Filium putas veritatem, ergo Spiritus lux est.

148. Habet Deus nomen super omne nomen, et dedit Filio nomen; sicut legimus (*Phil. II, 9*), ut omnes in nomine Jesu genua flectant. Hoc nomen utrum habeat Spiritus consideremus. Sed et scriptum est: *Ita, baptizate gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti (Marc. XVI, 15)*. Habet ergo nomen super omne nomen. Quod ergo habet Pater et Filius, habet et Spiritus per naturalis nominis unitatem.

149. [*Alias cap. XX.*] Habet Deus quod suscitavit mortuos: *Sicut enim Pater suscitavit mortuos et vivificavit: sic et Filius quos vult, vivificavit (Joan. V, 21)*. Suscitavit autem etiam Spiritus, per quem Deus suscitavit, quia scriptum est: *Vivificabit et mortalia corpora vestra per habitantem Spiritum ejus in vobis (Rom. VIII, 11)*. Tamen ne infirmam gratiam putes, audi quia et Spiritus suscitavit; dicit enim propheta Ezechiel: *Veni, Spiritus, et insuffla in mortuos istos, et vivent. Et prophetavi sicut mandavit mihi, et intravit in eos Spiritus vitæ, et vixerunt, et steterunt in pedibus suis<sup>a</sup> congregatio nimis multa (Ezech. XXXVII, 9, 10)*. Et infra Deus dicit: *Sciatis quod ego sum Dominus, cum aperiam sepulcra vestra; ut educam de sepulcris populum meum: et dabo Spiritum meum in vos, et vivetis (Ibid., 13, 14)*.

150. Utique cum Spiritum suum dixerit, numquid alium præter Spiritum sanctum nuncupavit? Neque enim flatilem spiritum suum diceret, nec hic spiritus a quatuor mundi posset venire cardinibus; quia ventorum flatus hic, quem videmus, partis non universalis est: et hic spiritus quo vivimus, singulorum non universorum est: Spiritus autem sanctus est, ut et super omnes, et in omnibus sit. Itaque ex verbis prophetis spectare licet quemadmodum ossa, dudum resolutorum membrorum compage dispersa, in formam redivivi corporis, vivificante Spiritu, revertantur; et in suos artus favilla concresecat, sensu prius animata cœundi, quam specie reformata vivendi.

151. Nonne in facti similitudine unitatem divinæ

A recognoscimus potestatis? Sic suscitavit Spiritus, sicut et Dominus in passione propria suscitavit; cum subito in momento oculi defunctorum sepulcra patuerunt, et rediviva corpora surrexerunt de tumulis (*Matth. XXVII, 52*), mortisque fetore deterso, ac vite odore reparato, expirantium favillæ spirantium faciem receperunt.

152. Habet ergo Spiritus, quod habet Christus: habet igitur quod habet Deus; quia omnia quæ habet Pater, habet et Filius; ideoque dixit: *Omnia quæ habet Pater, mea sunt (Joan. XVI, 15)*.

## CAPUT XX.

*In flumine de sede Dei promanante figuram fuisse Spiritus sancti; per aquas vero quas David memorat, cœlestes virtutes designari. Regnum Dei opus esse Spiritus: nec mirum, si hic idem conregnat cum Filio, quando nos etiam Filio conregnatos promittit Paulus.*

153. [*Alias cap. XXI.*] Nec illud mediocre, quod de throno Dei exire fluvium legimus. Sic enim habet, **687** dicente Joanne evangelista: *Et ostendit mihi flumen aquæ vivæ, splendidum tanquam crystallum, procedens de sede Dei et agni: in medio plateæ ejus, et ex utraque parte lignum vitæ, faciens fructus duodecim, per singulos menses reddens fructum suum, et folia ligni ad medicinam omnium gentium (Apoc. XXII, 1, 2)*.

154. Hic est utique fluvius de Dei sede procedens, hoc est, Spiritus sanctus, quem bibit qui credit in Christum, sicut ipse ait: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat: Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dicebat de Spiritu (Joan. VII, 37, 38)*. Ergo flumen est Spiritus.

155. Hic igitur est in Dei sede; neque enim aqua abluit Dei sedem. Denique David non supra sedem Dei dixit, sed supra caelos esse, quamlibet illam intelligas aquam; quia scriptum est: *Et aquæ quæ super caelos sunt, laudent nomen Domini (Psal. CXLV, 4)*. *Laudent*, dixit, non laudet. Nam si aquæ elementum voluisset intelligi, laudet utique dixisset: dicendo autem pluraliter, virtutes voluit estimari.

156. Et quid mirum, si in sede Dei Spiritus sanctus est, cum ipsum regnum Dei operatio Spiritus sit, sicut scriptum est: *Quia non est regnum Dei<sup>b</sup> esca et potus, sed justitia et pax, et gaudium in Spiritu sancto (Rom. XIV, 17)*? Et ipse cum dicit Salvator: *Omne regnum in se ipsum divisum destructur (Matth. XII, 25)*. Deinde subjiciendo: *Quod si in Spiritu Dei ego ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei (Ibid., 28)*; ostendit regnum Dei individuam sibi esse cum Spiritu.

157. Quid autem dementius, quam ut neget quisquam Christo conregnare Spiritum sanctum; cum etiam nos in Christi regno conregnatos Christo Apostolus dicat: *Si enim commortui sumus, et convenimus; si sustinemus, et conregnabimus (II Tim. II, 11,*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *congregationes multæ.*

<sup>b</sup> Mss. haud pauci, *caro et potus.*

149) : sed nos per adoptionem, ille per potestatem : A nec finem habet, omnis ab hac cognitione principii ejus et finis cursus temporum feriat. Stant ergo nos gratia, ille natura.

158. Habet igitur consortium regni cum Patre et Filio etiam Spiritus sanctus, qui unius naturæ, unius dominationis, unius etiam potestatis est.

## CAPUT XXI.

*Missum a Spiritu fuisse Esaiam, proindeque eundem Spiritum ab eo visum. Quid per currentes rotas, alasque diversas intelligendum, et qua ratione cum Spiritu a Seraphim prædicetur Deus Sabaoth, hoc ei nomen negari nisi ab impiis neutiquam possit.*

159. [Alias cap. XXIII.] Itaque cum habeat consortium regni, quid obstat quominus Spiritum sanctum intelligamus, a quo Esaias missus est? Neque enim Paulo possumus auctore dubitare, cujus sententiam in Actibus apostolorum Lucas evangelista sic probavit, ut scriberet. Denique sic habes, dicente Paulo : Bene locutus est Spiritus sanctus per Esaiam ad patres nostros, dicens : Vade ad plebem istam, et dic : Aure audietis, et non intelligetis ; et videntes videbitis, et non aspicietis (Act. xxviii, 25, 26).

160. Spiritus ergo est, qui misit Esaiam. Si Spiritus misit, Spiritus est utique quem, mortuo Ozia rege, vidit Esaias, quando dixit : Vidi Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum et elevatum, et plena erat domus majestatis ejus : et Seraphim stabant in circuitu ejus ; sex alæ uni, et sex alæ alteri, et duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant ; et clamabant alter ad alterum, et dicebant : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth : plena est universa terra majestate ejus (Esai. vi, 1 et seq.).

161. Si stabant Seraphim, quomodo volabant? Si volabant, quomodo stabant? Si hoc non possumus comprehendere, quomodo Deum comprehendere volumus, quem non videmus?

162. Sed sicut rotam intra rotam (Ezech. i, 16) vidit propheta currentem (quod utique non ad corporalis refertur speciem visionis, sed ad utriusque gratiam Testamenti ; quia teres vita sanctorum sit, et ita sibi concinens, ut superioribus posteriora respondeant. Rota igitur intra rotam est vita sub Lege, vita sub gratia ; eo quod Judæa intra Ecclesiam sit, Lex intra gratiam. Nam intra Ecclesiam est, qui Judæus est in occulto : et circumcisio cordis intra Ecclesiam sacramentum est. Sed illa Judæa intra Ecclesiam, de qua scriptum est (Psal. lxxxv, 1) : Notus in Judæa Deus : ergo sicut rota intra rotam currit, similiter alæ stabant, et alæ volabant.

163. Similiter et Seraphim duabus alis faciem, et duabus pedes velabant, et duabus volabant. Nam hic quoque spiritalis sapientiæ sacramentum est. Stant tempora, volant tempora : stant præterita, volant futura : et quasi alæ Seraphim, ita faciem Dei, vel pedes velant ; eo quod in Deo qui nec principium

præterita vel futura, præsentia volant. Ne quæras principii ejus, vel finis arcana, quæ non sunt. Habes præsentia : sed laudato, non discute.

164. Seraphim indefessis vocibus laudant, et tu discutis? Quod utique cum faciunt, ostendunt nobis non aliquando discutiendum Deum, sed semper esse laudandum. Ergo Dominus Sabaoth et Spiritus sanctus est. [Alias cap. XXIII.] Nisi forte displicet impiis doctor, quem Christus elegit : aut Dominum virtutum negare possunt Spiritum sanctum, qui donat quas voluerit ipse virtutes.

## CAPUT XXII.

*Ut regni unitas probetur in tribus personis, citatus Pontus locus expenditur : et in iis a quibus vel de Patre vel de Filio vel de Spiritu expositus sit, nullam sensus diversitatem fuisse declaratur. Ad hæc majestatem Spiritui inde asserta, quod crucifixus dicitur Dominus majestatis, ejus cum Patre ac Filio tanta æqualitas ostenditur, ut ipsum hinc nunquam dejecturi sint Ariani.*

165. Nunc unitatem majestatis et regni licet in Patre, Filioque, et sancto Spiritu cognoscere. Nam plerique dicunt Patrem Deum ab Esaiâ hoc tempore visum (Esai. vi, 1), Paulus Spiritum dixit, Lucas probavit (Act. xxviii, 25), Joannes Evangelista ad Filium retulit. Sic enim scriptum est de Filio (Joan. xii, 36) : Hæc locutus est Jesus, et abiit, et abscondit se ab his. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum ; ut sermo Esaiæ impletur, quem dixit : Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est (Esai. lxxxiii, 1)? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias : Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum, ut non videant oculis, et corde intelligant, et convertantur, et sanabo eos (Esai. vi, 10). Hæc dicit Esaias, quando vidit majestatem ejus, et locutus est de eo.

166. Ipsa verba dixit Joannes dixisse Esaiam, et majestatem ei Filii apparuisse evidentissimè revelavit : Paulus autem Spiritum hæc dixisse memoravit. Unde igitur ista diversitas?

167. Diversitas quidem verborum, non sensuum est. Nam licet diversa dixerint, nullus erravit ; quia et Pater videtur in Filio, qui dixit : Qui me videt, videt et Patrem (Joan. xiv, 9). Et Filius videtur in Spiritu ; quia sicut nemo dicit Dominum Jesum nisi in Spiritu sancto (I Cor. xii, 3) ; ita non carnali oculo, sed spiritali gratia Christus videtur. Unde et Scriptura ait : Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illucescet tibi Christus (Ephes. v, 14). Et Paulus cum oculis perdidisset, quomodo nisi in Spiritu Christum videbat (Act. ix, 8)? Unde et Dominus ait : Ad hoc enim tibi visus sum, ut constituerem te ministrum et testem quibus vidiisti me, et in quibus

<sup>a</sup> Quidam mss., terra gloria majestatis ejus.

<sup>b</sup> Ejus. et seq. edit. cum mss. nonnullis, eo quod in Deo (Rom., in Deum)... cursus temporum feratur : A verb. autem cum aliis mss. multo pluribus ut in

textu, nisi quod pro cognitione in quibusdam legitur, cogitatione. Sensus vero est, in Deo qui æternitate immutabili fruatur, temporum vices locum non habere.

visurus es (Act. xxvi, 16). Nam et prophetæ Spiritum accipiebant, et Christum videbant.

168. Una igitur visio, una præceptio, una majestas. An negamus etiam Dominum majestatis esse Spiritum sanctum (I Cor. ii, 12), cum Dominus majestatis sit crucifixus, qui natus est de Spiritu sancto ex virgine Maria? Quia non alter Christus, sed unus est: et ante sæcula ex Patre, ut Dei filius natus; et in sæculo, ut homo carnis assumptione generatus.

169. Quid autem dicam, quia sicut Pater et Filius, ita etiam Spiritus immaculatus est et omnipotens (Sap. vii, 22); quia Græce παντοδύναμον, πανεπίσκοπον Salo-

<sup>a</sup> Omnes edit, et mss. aliquot, *cælos supra te verti*: commodius reliqui, *cælos supra te reverti*, quidam

A mon dixit, eo quod omnipotens et speculator sit omnium, sicut lectum esse in libro Sapientiæ supra est demonstratum (Cap. 18, num. 135). Ergo et Spiritus in honore est et in majestate.

170. Intuere nunc, ne quid eum forte non deceat: aut si tibi displicet, Ariane, detrahe eum de Patris Filiique consortio. Sed si detrahere volueris, <sup>a</sup> cælos supra te reverti videbis; quia virtus eorum omnis ab Spiritu est (Psal. xxxii, 6). Si detrahere volueris, in Deum tibi prius mittenda est manus; quia Deus Spiritus (Joan. iv, 24). Sed quomodo detrahes eum, <sup>b</sup> qui alta scrutatur Dei (I Cor. ii, 10)?

everti, id est, illabi et cadere.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *qui scrutator est Dei*.

## IN LIB. DE INCARNATIONIS DOMINICÆ SACRAMENTO ADMONITIO.

Hæreticorum solemnis ea consuetudo est, ut quantumvis argumentorum ac veritatis viribus dejecti atque prostrati, numquam tamen pacate agere, nedum se victos fateri, acquiescant. Ambrosius, qui hoc eorum ingenium pulchre noverat, cum Arianorum errores quinque libris de Fide judicaret abunde esse confutatos, illis in posterum nihil addere constituerat (Cap. 7, num. 62). Verumtamen ipsorum dolis atque artibus effectum est, ut quominus cum eis denuo in arenam descenderet, magnis adactus occasionibus, detrectare ac defugere non potuerit.

Induxerunt eum in hanc disputationem Ariani duo (Paulin. in Vit. Ambr.), Gratiani Cæsaris cubicularii, quibus objectiones, quas contra Dominicam incarnationem ambitiose arroganterque proposuerant, postridie in basilica Portiana coram omni fidelium cœtu se soluturum fuerat pollicitus. Angustius videbatur illud spatium, quam ut orationi de rebus adeo gravibus præparandæ sufficeret; maxime cum verisimile admodum esset hæreticos magno numero ad eam, si quid forte minus caute aut cogitate dictum haberet, carpendam et suggillandam advoluturos. Non tamen defuit Ambrosius noster suis promissis; at cum tempori præstituto non convenisse videret memoratos aulicos, quamvis eosdem animo subdolo moram trahere suspicaretur, ut se dicentem inopinato adventu conturbarent; nihilo secius tamen verba facere statim aggressus est (Cap. 1, num. 1).

Verum ut ipsis accedendi facultatem adhuc relinqueret, occasionem ex historia oblata a duobus primis fratribus sacrificii, quæ frequenti Ecclesiæ synaxi perfecta fuerat, nactus (Num. 2), quoniam vitio Caini sacrificium infectum esset, paucis aperit (Num. 3 et seq.). Deinde terribilem hanc sententiam, qua ille ipsomet Dei ore percussus fuit, ad omnes etiam hæreticos protendi docet (Cap. 2, n. 6 et seq.), sed imprimis ad eos, quorum seriem in Apollinaristis perperam de humana Christi anima sentientibus desinentem pertexit. Denique auditores suos, ne se umquam ab Ecclesiæ gremio distrahi patiantur, vehementer hortatus (Num. 13), Christum æternum esse ac vere Deum adversus Arianos eleganter juxta ac valide probat (Cap. 3 et 4). Ab his ad Apollinaristas, quorum tamen nomini parcit, convertitur (Cap. 5); nec non cujusdam libri auctorem, quem Apollinarium ipsum existimamus, presso quoque nomine, blasphemiam arguit (Cap. 6, num. 51). Postea, cap. 6, reliquos eorundem errores urgere pergens, ubi præmonuit inter ea quæ Christi divinitati propria sunt, et ea quæ ad ejus pertinent humanitatem, distinguendum esse diligentius (Cap. 4, num. 23 et seq.); unum e præcipuis eorundem hominum commentis, quo divinitatem Domini et carnem unius esse substantiæ, delirabant, invictissimis rationum momentis destruit (Cap. 6, num. 49 et seq.); quam in rem illum egregie ac perite admodum epistolæ Athanasii (Editæ inter ejus Opera et apud Epiphan. Hæres. 77), ad Epictetum subsidio usum affirmare jure possumus. At nec inferiore ingenii robore alteram illam ipsorum opinionem, quæ rationalem animam Domino abrogabat, evertit (Cap. 7): quem quidem errorem cum Arianorum etiam fuisse perhibeant (August. de Hæres. c. 55, Theodoret. Hæret. fabul. lib. iv, cap. 1), quod isthæc iidem imperatoris cubicularii Arianis partibus addicti atque ascripti objeissent, nullus mirabitur.

Hic finierat sermonem suum beatus Præsul; cum autem librum ex eo concinnaret, placuit difficultatis, quæ post eundem sermonem pronuntiatum sibi fuerat proposita, solutionem ad calcem adjicere (Cap. 8 et seq.). Cum enim Gratiani, qui Ambrosium in Portiana Basilica, uti dictum est, verba facientem

non audierat, pietati numquam non insidiarentur hæretici, apud eum magna cum fiducia jactaverunt Patrem qui esset ingenitus, cum Filio quem genitum negabat nemo, ejusdem substantiæ esse non posse. In hac objectione tamquam in præcipuo quodam cardine Ariana hæresis vertebatur, quemadmodum ex eorum, qui catholicam fidem singulari cum læde propugnarunt, libris intelligimus. Quapropter eam objectionem Ambrosius ab Augusto ad se relatam tanta soliditate expedivit; ut nihil plane relinquatur, quod amplius desideremus. Ad postremum alia quadam difficultate, sed multo leviori, quæ ad Christi omnipotentiam pertinet, exsoluta, liber clauditur (*Cap. 10, num. 111, et seq.*).

Cæterum non possumus quin hoc loco prudentiam ac moderationem sancti Antistitis valde prædicimus; is quippe, tametsi luctuosum duorum cubiculariorum, quos memoravimus, exitum, cum sermonem suum redigeret in librum, minus quam quisquam alius ignoraret; ne tamen ullo modo crederetur commotioni alicui indulgere, nullum ea de re verbum sibi excidere passus est. Clarior existit ille casus, quam ut omittatur: sed cum habeatur a Paulino vitæ Ambrosii nostri historico eleganter et accurate descriptus, eum ipsius verbis repræsentabimus: *Fuerunt etiam, inquit (In. vit. S. Ambr.), duo cubicularii tunc temporis Gratiani imperatoris de hæresi Arianorum, qui tractandam Episcopo quæstionem proponerent. Ad quem audiendum altero die ad basilicam Portianam omnes se adfuturos promiserant. Erat enim quæstio de Incarnatione Domini. Sed alio die miserandi homines, superbiæ tumore completi, nec memores promissorum, contemnentes Deum in sacerdote ipsius, nec plebis expectantis considerantes injuriam: immemores etiam dictorum Dominicorum, quoniam qui scandalizaverit unum ex minimis istis, oportet ut mola asinaria collo ejus alligetur, et demergatur in profundum maris; » conscendentes in rhedam quasi gratia gestandi, civitatem egressi sunt, expectante sacerdote, et plebe in ecclesia constituta. Sed hujus contumaciæ qui finis fuerit, horresco referens. Subito enim præcipitati de rheda, animas miserunt, atque corpora illorum sepulture sunt tradita. Sanctus vero Ambrosius cum ignoraret quid factum esset, nec diutius posset plebem tenere, ascendens pro tribunali, de eadem quæstione, quæ fuerat proposita, sermonem adorsus est dicens: Debitum, fratres, curo solvendum: sed hesternos meos non invenio creditores; et reliqua quæ scripta sunt in libro, qui de Incarnatione Domini intitulatur.*

Ita Paulinus, cujus etiam ultima verba libri declarant inscriptionem. Hanc ipsam apud alios quoque scriptores, a quibus eadem opella temporibus seculis non sine commendatione allegata est (*Synod. adv. Trag. Iren. in collect. Conc. Balus. et Christ. Lup. et al.*), reperimus: cui præterea nonnulli (*Theodor. in Polymor.*) adjiciunt, *contra Apollinaristas*. Non defuerunt etiam, qui Operis exordio permoti, sub titulo *sermonis de Cain et Abel* citatum vellent (*Ivo Decret. II part., c. 7, Grat. de Consec. dist. 2*). Sed profecto omnium optima inscriptio est, quam non solum manuscripti plurimi ac probatissimi, nec non veteres editiones præ se ferunt; verum etiam quam indicat (*Cap. 7, num. 63*) ipsemet Ambrosius, nimirum *de Incarnationis Dominicæ Sacramento*, sive, ut cum auctoribus quibusdam Romani editores maluerunt, *Mysterio*.

Quod vero ad ætatem ejusdem libri, ut nihil certius est, quam illum libris *de Fide* posteriorem esse (*Ibid., num. 62*), ita non exiguæ difficultatis fuerit, quot annis eundem hi anteverterint, definire. In iis quidem citandis semel hoc in Opere vocem *dudum* adhibet (*Cap. 8, num. 79*) sanctus Doctor: sed aliis locis in quibus aliquam ipsorum mentionem facit, ejusmodi locutionibus semper utitur, quæ significant illos editos non ita pridem. Verumtamen cum iidem libri *de Fide* non nisi anno, ut ostensum est, 379 fuerint absoluti, Paulinus vero hoc ipsum Opus, de quo agitur, superstite adhuc Gratiano Augusto, qui anno 383 vita functus est, conditum tradat; vox *dudum* ut illud ante annum 382 compositum existimarem, vix pateretur: sicut nec Gratiani obitus, ut illud multo post eundem annum rejiceremus.

# SANCTI AMBROSII

## MEDIOLANENSIS EPISCOPI

### DE INCARNATIONIS DOMINICÆ SACRAMENTO

#### LIBER UNUS .

##### 703 CAPUT PRIMUM.

*Indicata dicendi occasione, ad sacrificia Caini et Abelis accedit Ambrosius. Tum quid in prioris oblatione Deo displicuerit, explorat. Deinde ubi Abelis holocaustum*

*paucis exposcit, quosnam lata in Cainum seriat sententia, docet.*

1. Debitum, b fratres, cupio solvendum, sed hesternos meos non invenio creditores, nisi forte improviso

a Scriptus an. circ. 382.

b Ita vet. editi: et plures mss., nisi quod fratres

in multis non habetur; edit. Rom. et alii aliquot mss., fratres curo: cæteri, fratres credo, etc.

conventu putaverunt nos esse turbandos: sed numquam fides vera turbatur.

2. Itaque dum illi forsitan veniunt, ad istos qui propositi sunt, deflectamus agricolas, quorum alter, hoc est Cain, a fructibus terræ: alter autem, Abel videlicet, ex primitivis ovium suarum hostiam Domino obtulit (*Gen. iv, 3, 4*). Nihil invenio quod in specie munerum reprehendam, nisi quod et Cain munera sua displicuisse cognovit, et Dominus dixit: *Si recte offeras, recte autem non divides, peccasti* (*Ibid., 7*).

3. Ubi igitur est crimen? ubi culpa? Non in oblatione muneris, sed in oblationis affectu. Sunt quidam qui recte arbitrantur, quia alius quæ offerret, elegerat: alius quæ viliora habuit, offerebat. Sed non est ita inops spiritualium sensus in nobis, ut putemus quia Dominus coporale sacrificium, non spiritale quærebat. Et ideo addidit, *quiesce* (*Ibid.*), tolerabilius significans abstinere a muneribus deferendis, quam infideli studio munus offerre. Qui enim nescit dividere, nescit dijudicare: spiritualis autem dijudicat omnia (1 *Cor. ii, 15*). Et ideo Abraham sacrificium quod offerebat, divisiit (*Gen. xv, 10*).

4. Scivit etiam Abel dividere, qui ex primitivis ovium obtulit sacrificium (*Gen. iv, 4*), docens non terræ munera placitura Deo, quæ degeneraverant **704** in peccatore, sed ea in quibus divini gratia mysterii refulgeret. Prophetavit itaque nos per passionem Domini a culpa esse redimendos, de quo scriptum est: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi* (*Joan. i, 29*). Unde et de primitivis obtulit, ut primogenitum designaret. Ostendit ergo verum Dei sacrificium nos futuros, de quibus Propheta ait: *Afferre Domino filios aristum* (*Psal. xxviii, 1*), meritoque Dei iudicio comprobatur.

5. Illi autem reprobo dicitur, *quiesce*: quam puto generalem in omnes extra Ecclesiam constitutos latam esse sententiam; multorum enim hic figuram eam populorum; quos divina sententia comprehendit, quorum in illo Cain jam tunc munera refutavit (*Gen. iv, 5*).

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *divina gratia mysterii refulgeret*.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac mss. longe plurimi: *Meritoque Dei iudicio comprobatur, quam sententiam*, etc.; alii autem nonnulli, *Meritoque hoc dici comprobatur, quam sententiam*, etc. Locum vero ex uno codice Vict. duobus Colb. et uno Sorb. restituimus.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *futuram cerno turbam populorum*.

<sup>d</sup> Paulus Samosat. Christum, ut a nobis observatum lib. v de Fide, cap. 8, num. 105, purum hominem fuisse blasphemabat, tametsi non iret iusticias Verbum in eo divinum habitasse. Basilides vero carnem Christo attribuebat tantummodo phantastiam, cujus loco Simonem Cyreneum, captis ac delusis Judæorum oculis, cruci affixum delirabat, quemadmodum auctor est Irenæus lib. 1, adv. Hæreses cap. 23, Epiphanius hæresi 24, num. 5, et post eum alii. Unde Theodoretus Dial. 2, pag. 52, eosdem Basilidem et Samosatenum in duobus hæreticorum ordinibus, qui adverso fronte inter se pugnant, enumerat. Quæ igitur causa potuit esse Ambrosio, ut inter se conjungeret tam dissidentes? Verum fortasse non propter opinionum, sed propter sententiarum, id est, condemnationis similitudinem copulati sunt. Possumus tamen inter

## CAPUT II.

*Post enumerata varia hominum genera, qui fero sub nominis christiani falso volumine Ecclesiam lacerantes, memoratæ sententiæ obnoxii sunt, admonet quemadmodum nobis declinanda sit eadem sententia.*

6. Generalis enim hæc in impios omnes sententia est. Itaque si Judæus offerat, qui filium virginis Mariæ a Patre Deo separat, dicitur ei: *Si recte offeras, non autem recte divides, peccasti: quiesce* (*Ibid., 7*).

7. Si offerat Eunomianus, qui ex impietatis Arianae fonte progrediens, redundantem perfidiæ suæ labitur æceno, generationem Christi, quæ super omnia est, asserens ex Philosophiæ traditionibus colligendam: cum utique alia creaturarum sit ratio, alia secretorum potentia divinorum; et ipsi dicitur: *Si recte offeras, non recte autem divides, peccasti: quiesce*.

8. Dicitur hoc Sabelliano, qui Patrem Filiumque confundit. Dicitur hoc Marcionitæ, qui alium putat Deum novi, alium veteris **705** Testamenti. Dicitur hoc Manichæo et Valentino, qui non putaverunt veritatem carnis humanæ a Christo esse susceptam. <sup>d</sup> Paulus quoque Samosatenus et Basilides in eadem sententiæ sorte numerantur.

9. Similiter quoque ejusdem sententiæ auctoritate damnantur, qui divinitatem sancti Spiritus negaverunt. Alii enim quidam vel Arianorum Judæi, vel Ariani sunt Judæorum; quia sicut illi Filium a Patre, ita et isti Spiritum a Deo Patre et Filio Dei separant.

10. Novato quoque et Donato et omnibus qui scindere corpus Ecclesiæ gestierunt, viritim dicitur: *Si recte offeras, recte autem non divides, peccasti*. Ecclesiæ enim sacrificium est, quod offertur Deo, ad quam Paulus dixit: *Obsecro autem vos, fratres, per misericordiam Dei exhibere corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem* (*Rom. xii, 1*). Male ergo sacrificium divisorum, Ecclesiæ membra lacerando.

11. Illos quoque porcellit ista sententia, qui animam rationabilem ab incarnationis Dominicæ

utriusque dogmata illud affinitatis deprehendere, quod ex eorum mente Verbum aut Deus passus mortuusve dici nequaquam poterat; cum alter in Christo veram carnem non agnosceret, alter in eo hypostaticam negaret unionem, aut etiam duas personas induceret. Sed cum hoc ultimum litteris quibusdam Dionysii Alex. nitatur, quæ sunt caducæ suspectæque auctoritatis, illud tamquam certum et exploratum non proponimus. Quæ de re adis Garnerius Dissert. I de Hæres. et libris Nestorii, Alexandram Sæc. iii, p. 1.

<sup>e</sup> Pneumatomachos intellige, et eos contra quos editi sunt superiores libri de Spiritu sancto.

<sup>f</sup> Designat sectatores Apollinarii Laodicensis, qui, ut Hieronymus in Chron. ad ann. 379 prodidit, *jeclatione ingenii quosdam errores pertinaciter asseverans, hæresim sui nominis suscitavit: quam Damasus, habito Romæ concilio, damnavit*. Ejus autem ex erroribus præcipuus hic erat, quod Verbum non animam cum carne simul assumpsisse, at ipsum carni animæ vicem præstitisse contendebat, quemadmodum cognoscere est ex Gregorio Nazian. epist. ad Cledon. Augustino de Hæres. cap. 55, Leontio Bizan. Act. ii, Vincentio Lyrin. Common. 1, cap. 17, Socrate lib. i



gregant sacramento, naturam hominis ab homine separare cupientes. Et isti fortasse recte offerunt Trinitati: sed rationem nesciunt naturæ humanæ divinæque distinguere; Dei enim simplex natura est, homo ex anima rationabili constat et corpore. Si alterum tollas, totam naturam hominis sustulisti.

12. Adversus omnes igitur hæreses ista sententia est, quæ fraterno nomine, non fraterne Ecclesiam persequuntur. Siquidem <sup>a</sup> sub optione nominis christiani et quadam nuncupativa fidei germanitate <sup>b</sup> parricidalibus gladiis nos cupiunt vulnerare; quia <sup>c</sup> conversio nostra ad eos est, et dominantur nobis in sæculo peccatores. Peccator enim dominatur in sæculo, justus in Dei regno.

13. Caveamus igitur ne quis nos <sup>d</sup> a cubicula regis æterni, et a secreto matris Ecclesiæ separare conetur, ad quod illa anima in Canticis canticorum Verbum Dei se introduxisse significat (*Cant. III, 4*). **706** Caveamus ne a sinu Patris, et quodam utero paterno, arcanæque naturæ substantiam unigeniti Filii separamus, verbisque his quibus veritas susceptæ incarnationis astruitur, divinæ generationi præjudicia inferre meditemur; ne et nostrum alicui dicatur: *Si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti; quiesce*; hoc est: Si nesciamus quæ propria sunt divinitatis æternæ incarnationisque distinguere; si creatorem cum suis operibus conferamus: si auctorem temporum dicamus cœpisse post tempora. Neque enim potest fieri ut per quem sunt omnia, sit unus ex omnibus.

### CAPUT III.

*His qui Joannis testimonium de Verbi æternitate non recipiunt, increpiti: nec non laudati eodem evangelista, locum expendi: quo non solum Verbi æternitatem divinitatemque signari tradit; sed etiam ex his eadem in Patre attributa demonstrari. Corporeum in Verbo nihil cogitandum; et quomodo ejus naturam minime capiamus, sufficere nobis debere Joannis auctoritatem, qui quomodo Verbum viderit, explicatur.*

14. Nolo nobis credatur, Scriptura recitetur.

Hist. Eccles. cap. 46, Vales. edit. aliisque pluribus. Qui tamen auctores etiam indicant istum hæresiar-  
cham postmodum animam Christo concessisse, sed mente seu ratione destitutam, id est, insensitivam tantum animæ partem; unde Suidas non illepidè in voce Apollinaris: *Hic carnem, inquit, anima vituli præditam assumpsisse dicebat Dominum, mentem vero nostram non admisisse*. Alias præterea idem commentus est circa incarnationem pravæ opinioniones, de quibus infra cap. 6. Id ergo unum hic adjungemus ipsam de Trinitate quoque haud catholico sensu statuisse. Nam Gregorius Nazian. epist. 1, ad Cledon., ab eo Trinitatem ex magno, majori et maximo compositam fingi disertè docet, in quo eum Theodoretus lib. IV. Hæret. Fabul. cap. 8 secutus reperitur. Basilii insuper epist. 59 eundem insinuat, quod personas Trinitatis inter se confunderet: quod etiam legitimus apud Theodoretum loco citato. Sed præterquam quod idem Basilii epist. 293 accusationem hanc forte ab ejus adversariis profectam insinuat, eum defendunt Vincentius Lirin. et Leontius Byzant. locis. Quibus addi potest Epiphanius Hæresi 77, ubi Vitalis Apollinaristæ disputationem adversus Paulinum referens, huic Sabellianum dogma ab eo objectum narrat, quod sane nunquam fecisset, si ipse Sabellii opinionibus fuisset addictus. Sed ipsemet

Non ego dico a me quia in principio erat Verbum (*Joan. I, 1*), sed audio: non ego affingo, sed lego; quod omnes legimus, sed non omnes intelligimus. Et cum legitur, audimus omnes, et non audiunt omnes: *Incrassatum est enim cor quorundam, et aures eorum graviter audierunt* (*Act. XXVIII, 27*); aures scilicet interioris affectus. Non enim caro peccat, quæ suum servat officium, et recipit auditum, <sup>e</sup> sed animus puri auditus pravus interpret, qui recusat audire quæ dicuntur, intelligere quæ leguntur. Quid aures tamquam cera et plumbo clauditis, et tamen Dominicæ beneficia et officia naturæ non potestis excludere? Auditis inviti, auditis fastidientes: auditis, ne quod non audieritis, excusare possitis.

**707** 15. Auditis ergo cum legitur: *In principio erat Verbum* (*Joan. I, 1*). Quis hoc dicit? Joannes utique ille piscator: sed non quasi piscator hoc dicit, sed quasi humani piscator affectus; qui jam non pisces caperet, sed homines vivificaret (*Lud. V, 40*). Non suum est, quod dicit: sed ejus qui vivificandi ei tribuit potestatem. Piscator enim ipsis, quos ante capiebat, piscibus taciturnior erat; et circa divina mysteria magis mutus, qui vocis suæ nesciebat auctorem: sed vivificatus a Christo vocem audivit in Joanne, Verbum agnovit in Christo.

16. Et ideo plenus Spiritu sancto, qui sciret principium non temporis esse, sed supra tempora, reliquit sæcula, et ascendens spiritu super omne principium, ait: *In principio erat Verbum*, hoc est, remaneat cælum; nondum enim erat, quando in principio erat Verbum. Nam et cælum habet principium, Deus non habet. Denique in principio fecit Deus cælum et terram (*Gen. I, 1*). Aliud est, *fecit*: aliud est, *erat*. Quod sit, incipit: quod erat, principium non accipit, sed prævenit. Remaneant etiam tempora, quia post cælum tempora. Remaneant etiam angeli et archangeli <sup>f</sup>. Et si principium eorum non invenio, erat tamen quando non erant. Non erant

Ambrosius satis indicat Apollinaristas errorum circa Trinitatem sibi non omnino esse suspectos, quando subnectit, *et isti fortasse recte offerunt Trinitati*. Quibus quidem verbis a se non Arianos, qui et ipsi animam humanam a Christo assumptam infliciebantur, sed Apollinaristas designari, satis exprimit.

<sup>a</sup> Rom edit. et pauci mss., *sub opinione*; vet. edit. cum aliis frequentiss., *sub optione*. Non incommode; idem enim est ac sub electione adoptioneque nominis christiani, quod illi sibi falso et adulterino titulo imponunt.

<sup>b</sup> M-s. non pauci, *parricidalibus odiis nos*, etc.

<sup>c</sup> Vet. edit. cum paucis mss., *conversio nostra a Deo est*; Rom. cum reliquis magis apposite, ... *ad eos est*; alluditur quippe ad illud *Gen. cap. III, vers. 16*, secundum *LXX, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστραφὴ σου, καὶ αὐτὸς σου κυριεύσει*.

<sup>d</sup> Non invenuste alludit ad cubiculum regium, propter illos scilicet imperatoris cubicularios, quos huic descriptioni causam præbuisse in Admonitione declaravimus.

<sup>e</sup> Quidam mss., *sed animus duri auditus*.

<sup>f</sup> De tempore quo angeli creati fuerit, Augustinus lib. XI de Civit. Dei, cap. 9 et 32, nec non lib. XII, c. 15, fuse disputat, sed tandem non nisi dubitanter magistri sui exemplum imitatus, definit.

enim, qui aliquando cœperunt. Si ergo principium eorum invenire non possum, quos certum est habere principium, quomodo possum Verbi invenire principium, a quo omne principium non solum creaturarum, sed etiam cogitationum nostrarum omnium prævertur?

17. Aperte itaque sempiternam divinitatem ejus expresserat: sed tamen ne quis a Patre divideret Verbi æternitatem, ut eandem crederemus Verbi esse, quæ Patris est, bonus ille piscator adjunxit: *Et Verbum erat apud Deum* (Joan. 1, 1). Hoc quod dixerat, sic æstimandum est: *Erat Verbum*, quomodo erat Pater; quoniam cum Patre erat, et in Patre erat, et apud Patrem erat semper. Nempe quomodo de Patre legimus, *erat*; ita et de Verbo legimus, *erat*.

18. Quid discernis intellectum, qui non discernis auditum? Verbi esse apud Patrem est: Patris esse cum Verbo est; legimus enim quia *Verbum erat apud Deum*. Itaque si secundum tuam opinionem aliquando non erat, ergo secundum tuam opinionem et is in principio non erat, apud quem erat Verbum. Per Verbum enim audio, per Verbum intelligo quia Deus erat. Nam si sempiternum Verbum esse credidero, quod credo; non possum de Patris æternitate dubitare, cujus æternus est Filius. Si temporalem generationem ejus existimo, incipit communitatem habere nobiscum; ut videatur Pater esse cœpisse: sed si de Patre non ambigis, quia incipere esse Dei non est; de Patre non ambigis, quia Dei est sempiternam habere perfectionem; ne forte usu sermonis laboreris humani, **708** dum Verbum dicis et Filium, ideo addidit: *Et Deus erat Verbum* (Ibid., 1).

19. Habet utique quod Pater, quia Deus erat. Quomodo hujus negas æternitatem, cui unum cum Patre Dei nomen est? Non te sonus capiat, similitudineque sermonis: aliud Verbum est, quod tempora habet, quod syllabis colligitur litterisque componitur: non tale Verbum Filius, quia non talis est Pater Verbi.

20. Cavendum ergo <sup>a</sup> ne et ibi quæstionem vocis corporalis videamur ingerere. Incorporeus est Deus: vocem utique incorporeus corpora-

<sup>a</sup> Gill. et Rom. edit. cum uno aut altero mss., *ne et illi*; Amerb. et Eras. cum aliis multo pluribus, *ne tibi*; melius alii mss., licet exiguo numero, *ne et ibi*, hoc est, in Joannis loco. Rursus vero pro *videamur ingerere*, quod est in cunctis edit. ac plerisque mss., habent alii nonnulli, *videamur inferre*.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *Quærit iste cujusmodi naturam. Nescio, nescio*, etc. Reliqui et omnes edit. inter se consentiunt, nisi quod hæc cum paucis mss., *hujusmodi* præferunt, ubi in aliis pluribus legitur, *cujusmodi*: eorundem vero mss. quidam etiam geminant verbum *nescio*: quidam omittunt, *multo melius hoc, quam scio*.

<sup>c</sup> Omnes edit. et mss. non pauci, *hoccine ego possum... quod audivit, audivi: et quod vidit, audivi*; Rom edit., *quod audivit, audio: et quod vidit, video*; cæteri mss. qui et potiores, ut nos in textu. Et rursus infra ubi omnes edit. et pars non minima mss., *naturam suam eum videre non poterat*, nonnulli mss., *non poterant*: cæteri etiam magno numero, et majori auctoritate *videri non poterat*.

<sup>d</sup> Eodem plana sensu dictum vidimus lib. iv de

lem non habet. Si vox corporalis non est in Patre, nec Filius verbum est corporale. Si corpus in Patre non est, nec tempus in Patre est. Si tempus in Patre non est, utique nec in Verbo est. Quod si nullum principii tempus in Verbo, nec numerus utique, nec gradus Verbi est. Quia si numerus in Verbo, ergo multa verba. Si multa verba, multi et filii. Sed unum Verbum est, quod et gradum excludit et numerum: unum secundum naturam.

21. <sup>b</sup> Ne quærite cujusmodi naturam. Nescio multo melius hoc, quam scio. Hoc solum bene scio, quod nescio, quæ scire non possum. *Quod vidimus*, inquit, *et quod audivimus* (1 Joan. 1, 3), Joannes dicit: hoc solum bene scire se dixit, quod audivit et quod vidit, qui in Christi pectore recumbebat. Ergo illi satis est audisse, mihi non est satis.

22. Sed quod ille audivit, hoc mihi dixit: et quod audivit a Christo, <sup>c</sup> hoc nec ego possum negare verum esse de Christo. Ergo quod audivit, audivi: et quod vidit, vidi; ille enim vidit, quod vidit: non utique divinitatem, quæ secundum naturam suam videri non potest. Sed quia secundum naturam suam videri non poterat, suscepit quod erat præter naturam divinitatis; ut secundum naturam corporis videretur. Denique et Spiritus sanctus in specie visus est, sicut columba (Luc. xxx, 22); quia videri divinitas in suæ claritatis veritate non poterat.

#### CAPUT IV.

**709** *Non sufficere si credamus in Christo veram carnem, nisi a divinitate omnem cum ea confusionem, aliamve infirmitatem secludamus: neque si eundem utriusque fœderis Deum dicamus, nisi coæternum ipsimet Verbum profitemur: nec denique, si ante Virginem agnoscamus illum cœpisse, nisi omni principio antiquiorem prædicemus. Commendatur Petri confessio; et cur ille, loquentibus aliis, tacuerit, quamve pulchre idem postea responderit, exponitur.*

23. Noli igitur et tu secundum naturam interpretari, quod præter divinitatis naturam est. Nam etsi credas a Christo veram **709** carnem esse susceptam, et offeras <sup>d</sup> transfigurandum corpus altaribus;

Fide, cap. 10: *Sacramenta sumimus, quæ per sacre orationis, mysterium in carnem transfigurantur et sanguinem: quæ verba ibidem a sacramentariis strophis ipsamet a legitimo et naturali sensu detorquentium propugnavimus. Verum hic ipse locus peculiarem meretur animi attentionem. Primo enim nemo est ex antiquis auctoribus a quibus citatus reperitur, Theodoro scilicet, Ivone ac Petro Lombardo, qui eum simplici significatione et κατά λέξιν non acceperint. De posterioribus duobus non relicturos existimamus adversarios: at prioris verba, quibus Ambrosiana Græce reddit, consideranda. Sunt autem hujusmodi, *καὶ γὰρ πιστεύουσιν ὡς ἀληθὲς εἶναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ προσκομιζόμενοι τῇ θυσιαστηρίῳ πρὸς μεταποίησιν*, etc. Quibus verbis figurativam tantum signari mutationem quis sibi persuadeat? aut potius quis non illic manifestum agnoscatur fidei Græcorum de veritate eucharistica testimonium? Deinde cum in priori membro voces, *veram carnem esse susceptam*, ponantur in sua naturali significatione, in posteriori membro vocem *corpus* nesci-*

non distinguas tamen naturam divinitatis et corporis, et tibi dicitur : *Si recte offeras, non recte autem divides, peccasti* (Gen. iv, 7). Divide quod meum, divide quod suum Verbi est. Ego quod erat illius, non habebam : et ille quod meum est, non habebat. Suscepit quod meum est, ut impertiret quod suum est : suscepit non ut confunderet, sed ut repleret. Si credas susceptionem, affingas confusionem ; Manichæus esse desisti, nec tamen Ecclesiæ filius esse cœpisti.

24. Si credas susceptionem corporis, adjungas divinitati compassionem : portione utique perfidiæ, non perfidiam declinasti ; credis enim quod tibi prodesse præsumis : non credis quod Deo dignum est.

25. Rursus si credas quia idem Deus et novi et veteris Testamenti est, tempora autem Verbo ejus et momenta præmittas : tolerabilior Valentinus est, qui non sæcula ante Deum, sed deos putat esse, <sup>a</sup> quod sæcula sunt ; minoris enim sacrilegii est copulari divinitati sæcula, quam præferri.

26. Si credas iterum quia Christus principium non sumpsit ex Virgine, sed tamen aliquod ante Christum æstimes esse principium : in tempore distantia, <sup>b</sup> de impietate contentio est ; Virginis enim supparem negasti esse, non temporis. Ego autem et supparem Virginis secundum susceptionem corporis non negabo, et creatorem temporis confitebor. Quid enim proficis, si dicas quia Christus hæc an illa sit creatura ? Creatura mutatur, <sup>c</sup> non divinitas adoratur.

27. Noluit se sic Christus agnosci, nec his tantum, quæ supra hominem sunt, meritis æstimari. Denique cum interrogasset : *Quem me dicunt esse hominens* (Math. xvi, 13) ? cum alii dicerent Eliam, alii Hieremiam, aut unum ex prophetis ; nullius sententiam prædicavit : cum Petrus dixisset : *Tu es Christus Filius Dei vivi* (Ibid., 16) ; hunc solum non immerito laudavit.

28. Ergo Joannes dicit, Petrus dicit, Christus probavit, et tu non probas, Ariane ? Nec Joanni et Petro putas esse credendum, quos vel solos pro testimonio gloriæ suæ Dominus noster Jesus Christus ad omnium fidem credidit abundare ? Denique quasi ad testimonium veteris et novi Testamenti Moyses cum Elia adsciscitur, cum Joanne Petrus frequenter adhibetur (Math. xvii, 4).

in diversa accipiendam series ipsa per se admonet. Sed efficaciora sunt adhuc verba sequentia, non distinguas tamen naturam divinitatis et corporis ; ubi vero corpori veram divinitatem opponi vel meridianam luce clarior est. Postremo sensus, quem Ambrosio affingunt adversarii, perquam absurdus est. Idem enim est, ac si scripsisset sanctus Antistes : Nequaquam satis est, si credatis Christum in cruce affluxum pependisse ; nec si credatis figuram ejus æneum serpentem exstitisse ; nisi etiam credatis Christum in eo exspirasse, non autem ejus divinitatem. Quod ratiocinium ineptissimum esse nemo non videt : verum e contrario pulcherrima gradatio conficietur, si Ambrosiana verba a suo naturali si-

29. Petrus dicit, *Tu es* (Joan. xiii, 25) ; non dicit : Tu esse cœpisti. 710 Petrus dicit : *Tu es Filius Dei* ; non dicit : Tu es creatura. Dixit hoc Joannes. Si adhuc non credidisti, quia non intellexisti mysterium supra sapientiam recumbentis, repetivit Petrus. Commendavit utrumque Christus, alterum judicio, alterum mysterio ; id enim addidit, ut legeres quod in Christi pectore recumbebat, et intelligeres quod ejus caput, in quo principale omnium sensuum est, arcano quodam sapientiæ replebatur. Sed si non putas intelligendum esse mysterium, saltem noli impugnare judicium. Laudatur Petrus, quia Dei Filium credidit, quem videbat ; quia se ab imperitiæ plebis rudibus adhuc opinionibus separabat. Denique cum interrogasset Dominus, quid homines de Filio hominis æstimarent, cum diceretur vulgi sententia, Petrus tacebat.

30. Taces ergo, Simon, et respondentibus aliis, adhuc taces (Math. xvi, 14) ; cum ipse sis primus, qui etiam non interrogatus interrogas : nec times, ne reprehendaris a Domino, quia non respondes interroganti ? Ideo, inquit, non respondeo, quia non interrogor meam, sed alienam sententiam ; legi enim : *Ut non loquatur os meum opera hominum* (Psal. xvi, 4) : opus autem est perfidorum perfidias prædicare. Ergo taceo adhuc, quia nondum id quod sentio interrogor : non proferam labiis, quod animus non probavit. Erit tempus quando respondeam. Interrogabor et ipse quid sentiam, tunc demum respondebo quod meum est ; meum est enim fidem loqui, pietatem asserere, gratiam prædicare.

31. Non igitur quasi pigrior sensu, voce tardior tacet, nec quasi fastidiosus differt vocis obsequium : sed quasi <sup>d</sup> cautus periculum vulgaris opinionis evitat, qui periculum non evitabat salutis. Denique in posterioribus habes quia exsilivit e navi, ut occurreret Domino (Math. xiv, 29), non gloriæ cupidus, sed obedientiæ præmaturus.

32. Hic ergo qui ante reticebat, ut doceret nos quod impiorum nec verbum debeamus iterare : hic, inquam, ubi audivit : *Vos autem quid me dicitis* (Math. xvi, 15) ? statim loci non immemor qui, primatum egit : primatum confessionis utique, non honoris ; primatum fidei, non ordinis. Hoc est dicere : Nunc nemo me vincat, nunc meæ partes sunt : debeo compensare quod tacui, debet prodesse quod silui. Lingua mea non habet spinas ; sine impedimento

gnificatu non avertantur.

<sup>a</sup> De hac Valentini absurditate, præter Epiph. Hær. 31 et August. de Hær. cap. 11, vide Iræn. l. 1, adv. Hær. ; Tertul. adv. Valent., etc.

<sup>b</sup> Rom. edit., *consensio est* ; aperto quidem sensu, sed ab omni auctoritate destituito.

<sup>c</sup> Omnes edit nec pauci mss., *divinitas adoratur* ; reliqui mss., *non divinitas adoratur*. Melius, cum hic sensus sit, dum Christum unam dicis creaturam esse, non aliam ; creaturam quidem mutas, ejus autem divinitatem non adoras.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *cautus periculum*. *Vulgares opiniones evitat*. Infra vero edit. Rom. sola, *in superioribus habet*.

fides debet exire. Dum alii cœnum, alienæ licet, prolatae tamen impietatis evacuavit, qui aut Eliam, aut Hieremiam, **711** aut unum ex prophetis Christum esse dixerunt (*Math. xvi, 14*); habuit enim ista vox cœnum, habuit ista vox spinas: dum alii, inquam, hoc lavant cœnum, dum in aliis enodantur hæ spinæ, vox nostra Filium Dei Christum resultat. Mihi purus est sermo, cui nullas spinas expressa reliquit impietas.

33. Hic est ergo Petrus qui respondit pro cæteris apostolis, immo præ cæteris (*Ibid., 16*); et ideo fundamentum dicitur, quia novit non solum proprium, sed etiam commune servare. <sup>b</sup> Huic astipulatus est Christus, revelavit Pater. Nam qui veram generationem loquitur Patris, a Patre assumpsit, non sumpsit ex carne.

#### CAPUT V.

*Fidem hanc Ecclesiæ fundamentum esse ac valere adversus omnes hæreses, quæ in Christo divina simul et humana generatio creditur. Duas illas generationes invicem sibi non officere: sed quæ ad utramque pertinent, salva etiam in passione ac sepultura mansisse. Non ergo infirmitates corporis divinitati attribundas; cum hæc a loco et tempore absoluta sit: et nihil nisi secundum carnem pati poterit Verbum divinum.*

34. Fides ergo est Ecclesiæ fundamentum: non enim de carne Petri, sed de fide dictum est, quia portæ mortis ei non prævalebunt: sed confessio vicit infernum (*Ibid.*). Et hæc confessio non unam hæresim exclusit; nam cum Ecclesia multis tamquam bona navis fluctibus sæpe tundatur, adversus omnes hæreses debet valere Ecclesiæ fundamentum.

35. Dies me citius defecerit, quam nomina hæreticorum diversarumque sectarum; adversum omnes tamen generalis ista est fides, quia Christus est Dei Filius, et sempiternus ex Patre, et natus ex Maria virgine. Quem quasi gigantem sanctus David propheta describit, eo quod biformis geminæque naturæ unus sit consors divinitatis et corporis: qui *tanquam sponsus, procedens de thalamo suo, exultavit tanquam gigas ad currendam viam* (*Psal. xviii, 6*). Sponsus animæ secundum Verbum: gigas terræ, quia usus nostri officia percurrens, cum Deus semper esset æternus, incarnationis sacramenta suscepit, non divisus, sed unus, quia utrumque unus, et unus in utroque, hoc est, vel divinitate vel corpore: non enim alter ex Patre, alter ex Virgine, sed idem aliter ex Patre, aliter ex virgine.

36. Generatio generationi non præjudicat, nec caro divinitati; quia nec pignus Patri, nec voluntas passioni, nec passio voluntati. <sup>e</sup> Idem enim patiebatur, et non patiebatur: moriebatur, et non moriebatur: sepeliebatur, et non sepeliebatur: resurgebat, et non resurgebat; quia corpus proprium suscitabat: quia quod cecidit, hoc resurgit: quod non cecidit, non resurgit. Resurgebat igitur secundum

carnem, quæ mortua resurrexit: non resurgebat secundum Verbum, quod non resolutum fuerat in terram, sed apud Deum semper manebat.

37. Ergo et moriebatur secundum nostræ susceptionem **712** naturæ, et non moriebatur secundum æternæ substantiam vitæ: et patiebatur secundum corporis susceptionem; ut suscepti corporis veritas crederetur: et non patiebatur secundum Verbi impassibilem divinitatem, quod totius exors doloris est. Denique idem dicebat: *Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti* (*Psal. xxi, 1*)? quia secundum carnem relictus est, qui secundum divinitatem nec deseri potuit, nec relinqui.

38. Idem etiam dicit: *Longe a salute mea verba delictorum meorum* (*Ibid.*), hoc est, non capiatur, qui **B** audit: *Quare me dereliquisti?* sed intelligat quod secundum carnem ista dicantur, quæ longe a plenitudine divinitatis aliena sunt. Aliena sunt enim a Deo verba delictorum, quia aliena sunt et delicta verborum: sed quoniam delicta aliena suscepi, etiam delictorum alienorum verba suscepi; ut delictum me a Patre Deo esse dicam, qui apud Deum semper sum.

39. Erat igitur immortalis in morte, impassibilis in passione. Etenim quasi Deum non cepit mortis ærumna, et eundem quasi hominem inferna viderunt. Denique *emisit spiritum* (*Math. xxvii, 50*), et tamen quasi arbiter exuendi suscipiendique corporis, emisit spiritum, non amisit. Pendebat in cruce, et omnia commovebat. Tremebat in ligno, quem totus tremebat hic mundus. Erat inter supplicia, <sup>d</sup> excipiebat vulnera, et regnum cælestis donabat. Peccatum omnium factus, peccata generis abluebat humani. Postremo mortuus est, et secundo et tertio exsultans atque ovans dico, mortuus est; ut illius mors vita fieret mortuorum.

40. Sed nec sepulcrum quidem ejus miraculo caret. Nam cum esset unctus a Joseph, et in ejus monumento sepultus (*Luc. xxiii, 53*), novo opere quodam ipse defunctus defunctorum sepulcra reserabat: et corpus quidem ejus jacebat in tumulo; ipse autem inter mortuos liber, remissionem in inferno positus, soluta mortis lege, donabat. Erat ergo caro ejus in monumento, sed virtus ejus operabatur e cælo. Ostendebatur omnibus per corporis veritatem, quia non **D** caro erat Verbum, sed caro erat Verbi. Caro quidem gustavit mortem, sed impassibilis Dei virtus: et si exiit corpus, nullum tamen de corpore Deo damnum.

41. Cur divinitati attribuis ærumnas corporis, et infirmum doloris humani et divinæ connectis naturæ? *Nunc anima, inquit, mea turbata est* (*Joan. xi, 27*). Anima turbata est, non sapientia; immutabilis enim manebat sapientia, etsi circumdaretur amictu

<sup>a</sup> Amerb. et Eras. et mss. nonnulli, in hoc labant cœnum: Gill et Rom., in hoc lavant cœnum, sed melius in mss. pluribus in omittitur.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., Huic affabulatus est.

<sup>c</sup> Athanasius epistola ad Epictetum quæ reperitur

inter ejus Opera. et apud Epiphanium Hæresi 77, και ην παράδοξον, ότι αυτός ην ο πάσχων και μη πάσχων, etc. locum ipsum adi et cum hoc Ambrosiano compare.

<sup>d</sup> Mss. non pauci, expiabat vulnera.

carnis. Nam in illa servi forma erat veri luminis plenitudo: et cum se exinanivit, lumen erat. Denique dicebat: *Ambulate dum lumen habetis* (Joan. xii, 35). Et quando in morte fuit, in umbra non erat. Denique etiam in inferno positus vitæ lumen fundebat æternæ. Radiabat etiam illic lux vera sapientiæ, illuminabat infernum, sed inferno non claudebatur. Quis enim locus est sapientiæ? Denique dicit justus: *Sapientia autem unde inventa est? Quis autem locus est disciplinæ? Nescit homo viam ejus, nec inventa est inter homines* (Job xxviii, 12, 13).

**713.** 42. Ergo nec in tempore, nec in loco <sup>a</sup> Sapientia est, unde et tempus esse significat. Sed quomodo in tempore, quæ in principio erat? quomodo in loco, quæ apud Deum erat? Unigenitus Filius si quæritur, in sinu Patris evangelico spiritu reperitur. Numquid sinum Patris locum putatis? Et quæritis hominem nata sit, cum dicat propheticus vir: *Nescit homo viam ejus* (Job. xxviii, 13)? Et secundum homines ortum ejus æstimatis, cum Job dicat quod inter homines non sit inventa? Et mortem tribuitis Sapientiæ, de qua *abyssus dicit: Non est in me; et mare dicit: Non est mecum* (Ibid., 14)? Non dicit cælum, Non est in me, sed *abyssus dicit, Non est in me*. Non enim abysso, sed Patri dixit: *In manus tuas commendo spiritum meum* (Luc. xxiii, 46). Ipsa anima etsi fuit in abysso, jam non est; quia scriptum est: *Quoniam non reliques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem* (Psal. xv, 10).

43. Mare ergo dicit: *Non est mecum*, hoc est, vita nostra dicit fluctibus sæculi inquietata. Non est enim inter homines caro ejus, quia secundum carnem jam non novimus Christum (II Cor. v, 16). Terra dicit: *Non est mecum*, quia resurrexit. Denique Angelus ait: *Quid quæritis viventem cum mortuis* (Luc. xxiv, 5)? Et bene mare dixit: *Non est mecum*; quia super mare erat. Denique in mari et corporeis vestigiis ambulabat, quando et subjecto mari super mare Petrum ambulare præcepit (Matth. xiv, 29); qui licet titubaverit, titubavit tamen non per imbecillitatem jubentis, sed per infirmitatem obedientis.

44. Ergo splendori gloriæ non permisceas nostræ atramentum naturæ, non luci nebulam humanæ carnis offundas. Rursus passionem prædicans, si nequaquam id quod est passibile recognoscas, pietatem Domini refellisti, salutem tuam negasti. Unde amentes eos æstimare debemus, qui audientes dicentem Dei Filium: *Quid me cædis* (Joan. xviii, 23)? secundum naturam divinitatis subjectum Injurie putaverunt. Dixit enim: *Quid me cædis?* sed eadem divina natura non sensit. Dixit: *Dorsum meum dedi in flagella, et maxillas meas in palmas: vultum autem meum non converti a confusione sputorum*. (Esai. l, 6). Dorsum dixit et maxillas et vultum, hoc est, humani corporis portiones. Quod anim caro Verbi

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac plures mss. Rom. vero et alij per interrogationem, unde tempus significat? Minime male.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac pauci mss., non averti; reliqui non converti, supple, in aliam partem.

A patiebatur vel manens in carne, Dei Verbum patiebatur carne, sicut scriptum est: *Christo in carne passio* (I Petr. iv, 1); in se utique pro corporis assumptione referebat; ut quæ nostra sunt, in se ipse susciperet, et suis circumvestiret humana.

45. Recte igitur secundum naturam suam et caro passa est, nec ea corporis passione Verbi <sup>c</sup> natura mutata est; in veritate enim nostra est resurrectio, et ideo in veritate Christi passio prædicatur.

## 714 CAPUT VI.

*Pestringuntur hi omnes hæretici, qui Christum vel in phantasmate passum, vel duas in se personas complexum dicunt, non secus ac qui vel a Dei Filio Verbum distinguunt, vel a carne non distinguunt divinitatem, vel hanc tanquam imperfectam injuriis corporis subiciunt. Cum autem horum omnium auctores sint ii, qui divinitatem carnisque Domini unius naturæ esse fingebant, eos Nicæni concilii auctoritatem falso venditare ostendit Ambrosius, Christum in Scripturis tantum secundum humanitatem passum narrari patefactens. Addit carnem ab eo propterea susceptam, ut quod peccaverat, in se redimeret; cum Deo et peccato nihil queat esse commune. Postremo quam absurda sint, quæ ex adversariorum opinione sequantur, aperit.*

46. Neque enim, quod quidam dicunt, in phantasmate passus est, quia nec in phantasmate super mare ambulavit, quod discipuli in Evangelio opinati esse produntur (Matth. xiv, 26). Sed excusantur, quia: *Nondum erat Spiritus datus* (Joan. vii, 39); *nondum enim Jesus fuerat honorificatus* (Rom. v, 5). Nobis jam crucifixus est Christus et resurrexit: nobis jam Spiritus datus est, qui assertor est veritatis. Et discipuli quidem aliquando erraverunt, ne nos postea errare possemus. Ergo illorum error nobis proficit. Quasi homines errarunt, quasi discipuli crediderunt.

47. Et hos igitur qui in phantasmate venisse Jesum prædicant, et illos condemnare debemus, qui adversa erroris linea non unum eundemque Filium Dei dicunt: sed alium esse qui ex Deo Patre natus sit, alium qui sit generatus ex Virgine; cum Evangelista dicat quia *Verbum caro factum est* (Joan. i, 1); ut unum Dominum Jesum, non duos crederes.

48. Nonnulli etiam aliud Dei Verbum, aliud Dei Filium crediderunt: cum ipsum, qui in principio erat Verbum apud Deum Patrem, in sua propria venisse Evangelista testetur (Ibid., 11). Sunt autem qui tamquam ad unum prophetarum, ita ad Christum factum esse Verbum arbitrati sunt, non ipsum esse Dei Verbum. Sed de nullo prophetarum dictum est quia *Verbum caro factum est*. Nullus prophetarum abstulit peccata mundi. De nullo alio dictum est: *Hic est Filius meus dilectus in quo complacui* (Matth. iii, 17). De nullo prophetarum legimus quod sit Dominus majestatis, quod de Christo Apostolus dixit quia Judæi Dominum majestatis crucifixerunt (I Cor. ii, 8).

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *natura immutata est*: absurdo sensu, nisi *immutata* illic ponatur pro *mutata*. Cæterum quæ hoc et toto seq. capite disputantur, tantam habent affinitatem cum Athanasii epistola supra laudata, vix ut alia major queat cogitari.

49. Sed dum hos redarguimus, emergunt alii qui A  
carnem Domini et divinitatem dicant unius esse natura.  
Quæ tantum sacrilegium inferna vomuerunt? Jam tolerabiliores sunt Ariani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit; ut majore contentione asserant Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unius non esse substantiæ; quia isti divinitatem Domini et carnem substantiæ unius dicere tentaverunt. Deinde cum isti dicant quia Verbum in carnem, capillos, sanguinem et ossa conversum est, et a natura 715 propria mutatum est; datur illis locus ut infirmitatem carnis ad infirmitatem divinitatis, quadam facta diviniæ naturæ mutatione, detorqueant.

50. Sunt etiam qui in tantum impietatis prodierint, ut putent quia divinitas Domini circumcisa est, et imperfecta de perfecta facta est; et in ligno non caro, B  
sed illa operatrix omnium substantia divina in carnis specie coagulata pendebat. Quis autem non horrescat? Quis audiat quia non ex Maria virgine, sed ex divina substantia passibilem sibi carnem fecerit Dei Verbum? Quod asserendo eo prolabantur, ut non ex tempore corpus Domini esse susceptum, sed cœternum Dei Verbo semper fuisse contendat.

51. Horum omnium auctores sunt, qui divinitatem et carnem Domini unius naturæ fuisse dixerunt. Legi enim quod non crederem, nisi ipse legissem: legi, inquam, in cujusdam libris sic positum, <sup>a</sup> et organum, et eum a quo movebatur organum, unius in Christo fuisse naturæ. Quod ideo posui, ut ex scriptis nomen deprehendatur auctoris; et advertant, C  
quamvis exquisitissimis argumentis, et phaleratis sermonibus non posse vim veritatis obduci.

52. Et hic mihi frequenter Nicæni concilii tractatum se tenere commemorat. Sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed Dei Verbum unius substantiæ cum Patre esse dixerunt; et Verbum quidem ex paterna processisse substantia, carnem autem ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicæni concilii nomen obtenditur et nova inducuntur, quæ numquam nostri sensere majores; cum utique Scripturæ dicant quia Christus secundum carnem passus est (1 Petr. 1-2), non secundum divinitatem: Scripturæ dicant quia Virgo in utero accipiet, et pariet Filium (Esai vii, 14)? Accipit enim virtutem, et peperit Filium, <sup>b</sup> quem ex se ipsa suscepit.

53. Denique hoc etiam Gabriel proprio sermone declarat dicens: *Et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Dei Filius* (Luc. 1, 35). *Ex te*, inquit, ut secundum hominem quod ex ipsa nasceretur, adverteres; ex se enim generavit Maria, ut quod generaretur ex ipsa, in eo <sup>c</sup> salva generationis Dominicæ prærogativa

<sup>a</sup> Leontius Byzant. lib. adv. Fraudes Apollin. cum hæc ipsa verba tamquam ex Oratione disputat. ipsiusmet Apollinaris referat, quem auctorem Ambrosius indicet, palam facit.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *quem et ipsa suscepit*; alii paulo plures, *quem ex ipsa suscepit*, non male, si voces *ex ipsa* referas ad *virtutem*: plurimi tamen exhibent, *ex se ipsa*, id est, ex propria substantia, cui sensui consequentia patrocinantur.

<sup>c</sup> Mss.: nonnulli, *salva incarnationis Dominicæ*; etc.;

liva, corporis esset vera natura. Sed et Paulus dicit se prædestinatum esse in Evangelium Dei: *Quod ante*, inquit, *promiserat per prophetas de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem* (Rom. 1, 2, 3). Et ad Galatas: *Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere* (Gal. iv, 4). Et ad Timotheum dixit: *Memor esto Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David* (II Tim. ii, 8).

54. Ergo ex nobis accepit, quod proprium offerret pro nobis, ut nos redimeret ex nostro: et quod nostrum non erat, ex suo nobis divina sua largitate conferret. Secundum naturam igitur 716 se obtulit nostram, ut ultra nostram operaretur naturam. De nostro sacrificium, de suo præmium est: multaque in eodem et secundum naturam invenies, et ultra naturam. Secundum conditionem etenim corporis in utero fuit, natus est, lactatus est, in præsepio est collocatus, sed supra conditionem Virgo concepit, Virgo generavit: ut crederes quia Deus erat, qui vocabatur naturam; et homo erat, qui secundum naturam nascebatur ex homine.

55. Neque enim, ut quidam interpretati sunt, natura ipsa Verbi mutata est, quæ immutabilis semper est, sicut ipse dixit:  *Videte, videte me, quia ego sum, et non sum mutatus* (Malac. iii, 6). Sed etiam Paulus dixit: *Quia Jesus Christus heri et hodie, ipse est in sæcula* (Hebr. xiii, 8), hoc est, qui non secundum naturam mutatus est carnis, sed immutabilis etiam in ipsa inutabili conditionis humanæ qualitate permansit.

56. Didicistis igitur quia sacrificium de nostro obtulit. Nam quæ erat causa incarnationis, nisi ut caro quæ peccaverat per se redimeretur? Quod peccaverat igitur, hoc redemptum est. Non est ergo immolata divinitas Verbi, quia non peccaverat divinitas Verbi: et ideo non est Verbi natura <sup>d</sup> in carnis conversa naturam; quia immunis peccati divinitas pro peccato, quod non fecerat, se non debebat offerre. Hoc enim in se obtulit Christus, quod induit: et induit, quod ante non habuit. Non igitur divinitatis suæ divinitatem induit, in quo erat plenitudo divinitatis æternæ: sed carnem assumpsit, ut spoliū carnis exueret, atque in semetipso et manibus diaboli crucifigeret, et trophæa virtutis erigeret.

57. Ergo <sup>e</sup> si caro omnis et in Christo subjacuit injuriæ, quomodo unius illam cum divinitate dicitis esse substantiæ? Si enim unius est substantiæ Verbum et caro, quæ de terra habet naturam, cur unius substantiæ asseratur Verbum atque anima, quam perfectam naturæ suscepit humanæ? Unius autem substantiæ est Verbum cum Deo secundum haud satis recte, cum generationis æternæ prærogativa designetur.

<sup>d</sup> Idem mss., *in incarnationis*; nec magis commode.

<sup>e</sup> Vet. edit., *si caro omnis et in Christo*; Rom., *si caro et in Christo omni*, etc.; mss. autem magno consensu, *si caro omnium*, etc.: optimo sensu; indicatur siquidem carnem Christi et nostram omnium ejusdem esse substantiæ ac naturæ, proindeque alteram hanc injuriis, quibus afficitur altera, subjacere;

paternam professionem, et ipsius Domini assertio-  
nem, qui ait: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. x, 30).  
Unius ergo substantiæ Pater cum terreno corpore  
prædicatur. Et adhuc indignamini in Arianis, quia  
hi dicunt Filium Dei creaturam esse; cum ipsi dica-  
tis Patrem unius cum creaturis esse substantiæ?

58. Quid autem aliud agitis ista dicendo, nisi ut  
aut limum Adæ, terramque nostram divini substantiæ  
comparetis, aut certe divinitatem in terrenæ  
corruptelæ injuriam transferatis. Dicendo enim quod  
Verbum caro et ossa factum est, in terram utique di-  
citis esse conversum; quoniam caro et ossa de ter-  
ris sunt.

59. Sic scriptum est, inquit, quia *Verbum  
caro factum est* (Joan. i, 14). Scriptum est, non nego:  
sed considera quid sequatur; sequitur enim: *Et ha-  
bitavit 717 in nobis*, hoc est, illud Verbum quod  
carnem suscepit, hoc habitavit in nobis, hoc est, in  
carne habitavit humana; et ideo Emmanuel dictus  
est, hoc est, nobiscum Deus (Matth. i, 23). Hoc  
ergo *Verbum caro factum est*, pro eo quod est,  
homo factus est. Sicut etiam in Joel dixit: *Effu-  
dam de Spiritu meo super omnem carnem* (Joel. ii,  
28); non enim super irrationabilem carnem, sed in  
homines futura promittitur gratiæ spiritualis effusio.

60. Quod si secundum litteram vos tenetis, ut pu-  
telis ex eo quod scriptum est, quod *Verbum caro  
factum est*, Verbum Dei in carnem esse conversum;  
numquid negatis scriptum esse de Domino, quia  
peccatum non fecit, sed peccatum factus est (II Cor.  
v, 21). Ergo in peccatum conversus est Dominus  
(Gal. iii, 13)? Non ita; sed quia peccata nostra  
suscepit, peccatum dictus est. Nam et maledictum  
dictus est Dominus, non quia in maledictum conver-  
sus est Dominus, sed quia nostrum suscepit ipse ma-  
ledictum: *Maledictus enim*, inquit, *qui pendet in li-  
gno* (Deut. xxi, 23). Miraris ergo quia scriptum est:  
*Verbum caro factum est*, cum caro assumpta sit a Dei  
Verbo; quando de peccato quod non habuit, scriptum  
est quia peccatum factus est, hoc est, non natura ope-  
rationeque peccati, utpote in similitudinem carnis  
peccati factus: sed ut peccatum nostrum in sua carne  
crucifigeret, susceptionem pro nobis infirmitatum  
obnoxii jam corporis peccati carnalis assumpsit.

61. Desinant ergo dicere naturam Verbi in corpo-  
ris naturam esse mutatam; ne pari interpretatione  
videatur natura Verbi in contagium mutata pec-  
cati. Aliud est enim quod assumpsit, et aliud quod  
assumptum est. Virtus venit in Virginem, sicut et  
Angelus ad eam dixit quia *virtus Altissimi obum-  
brabit te* (Luc. i, 35). Sed natum est corpus ex Vir-  
gine; et ideo cœlestis quidem descensio, sed humana  
conceptio est. Non ergo eadem carnis potuit esse,  
divinitatisque natura.

<sup>a</sup> Hanc objectionem ab Apollinaristis magnifice ad-  
modum ostentatam fuisse non solum ex eo colligere li-  
cet, quod illam accurate confutat Ambrosius; verum  
etiam quod ab Athanasio in sua ad Epictetum epi-  
stola non inferiore studio refellit; quamquam in

## CAPUT VII.

*Quod libris superioribus hunc addiderit, excusat: deinde  
ubi rationes eorum, qui animam a Christo negabant esse  
susceptam, ineptas demonstravit, eandem animæ susce-  
ptionem Scripturæ astruit testimoniis; tum exposito cur  
animam a Domino non prætermisam oportuerit, eodem  
vano timore agitari ostendit. Quomodo metuere aut pro-  
ficere dicatur Christus; neque tamen periculum sit, ne  
dividatur, vel tetras videatur induci: quod ultimum in  
eos ipsos retorquetur.*

62. Possem latius persequi, sed vereor ne hæc  
ipsa aliquibus aut superflua aut prolixa videantur.  
Fortassis enim dicat aliquis: Nonne de Patris et Fi-  
lii divinitate quinque illis, quos scripsisti, libris  
conclusurum te esse promiseras? Sed quid faciam,  
cum quotidie novas seminent quæstiones? Non  
præterit sponsio, sed astringit objectio. Nam quem-  
admodum potest finis esse responsi, si modus nul-  
lus objecti sit?

63. Et tamen de Patris et Filii divinitate consum-  
maturum responsonem in superioribus me sponpon-  
deram: hoc autem libro de incarnationis 718 Domi-  
nicæ sacramento plenior, sicut debuit, facta digestio  
est. Nam cum illud quod ait Dominus: *Tristis est  
anima mea usque ad mortem* (Matth. xxvi, 38); et in-  
fra: *Pater meus, si possibile est, transfer a me cali-  
cem hunc: sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu  
vis* (Ibid., 39); non ad Spiritus sancti animæ et  
naturæ humanæ refertur affectum, consequens est ut  
per assertionem Dominici sacramenti et plenitudi-  
nem naturæ humanæ fuisse astruamus in Christo, et  
ab infirmitatis præjudicio Spiritum sanctum separe-  
mus. Non est enim obnoxius infirmitati, qui non est  
obnoxius passioni.

64. Quæro igitur qua ratione <sup>b</sup> animam putent  
quidam a Domino Jesu non esse susceptam; an quia  
metus est ne sensu Christus laboretur humano? Di-  
cunt quippe quia concupiscentia carnis legi mentis  
repugnet (Rom. vii, 23). Sed qui hoc ait, tantum  
abest ut Christum putaverit lege carnis in peccati  
vincula fuisse deducendum; ut ipse in æstu positus  
fragilitatis humanæ, per Christum sibi subveniri  
posse crediderit dicens: *Infelix ego homo! quis me  
liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Je-  
sum Christum Dominum nostrum* (Ibid. xxiv, 25). Qui  
ergo alios a carnis lubrico vindicabat, numquid for-  
midare poterat, ne etiam ipse dominatu quodam car-  
nis istius vinceretur?

65. Sed carnis istius, sicut voluit, formidabat,  
illecebras. Ergo et carnis susceptionem declinare  
debuerat; ne ad lubricum traheretur erroris. Sed  
quomodo lubricum poterat timere peccati, qui pec-  
catum remissurus advenerat? Et ideo cum suscepe-

hoc rationem nonnihil diversam uterque sit secutus.

<sup>b</sup> Arium in ea sententia fuisse litteris prodiderunt  
August. de Hæres. cap. 55, Theodoretus lib. iv  
Hæret. Fabul. cap. 1, et alii.

rit carnem hominis, consequens est ut perfectionem incarnationis pleniudinemque suscepit; nihil enim in Christo imperfectum. Suscepit itaque carnem, ut resuscitaret: assumpsit animam, sed animam perfectam, rationabilem, humanam assumpsit atque suscepit.

66. Nam quis potest negare quod suscepit animam, cum ipse dicat: *Animam meam pono pro ovibus meis?* Et iterum: *Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam illam* (Joan. x, 15). Non per parabolam hoc dicitur, nec perfunctoria significatione, in qua aliud dicitur, et aliud intelligitur, sicut illud: *Neomenias et sabbata vestra odit anima mea* (Esai. ii, 13): licet etiam illud ad Christi animam pos-it referri, quæ ideo posita est, ut aboleret Judaicæ superstitionis errorem, et unius sacrificii institueret veritatem.

67. Sed de hoc dubitent propheticum, evangelicum hoc refutare non possunt de animæ proprietate dictum; cum de morte Domini et resurrectione sit dictum; denique addit: *Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso. Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* (Joan. x, 18). Eandem igitur ponit, quam suscepit. Suscepit dico; non enim Verbum ipsum Dei vivum in sua carne ad nostræ animæ vicem factum est: sed sicut carnem nostram, ita et animam nostram perfectam naturæ humanæ assumptione suscepit. Assumpsit, **719** inquam, animam, ut incarnationis suæ benediceret sacramento; suscepit affectum meum, ut emendaret.

68. Quid autem opus fuit carnem suscipere sine anima; cum utique insensibilis caro, et irrationabilis anima nec peccato sit obnoxia, nec digna præmio? Illud ergo pro nobis suscepit, quod in nobis amplius periclitabatur. Quid autem mihi prodest, si totum me non redemit? Sed totum me redemit, qui ait:

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *mihi caro. Ergo lapsum; duo, Deus lapsum.... timere potuit.*

<sup>b</sup> Hæc Ambrosii doctrina de Christi in sapientia profectu tam incommoda visa est Petro Lombardo, ut eam ab aliorum Patrum atque adeo ab Ecclesiæ sensu alienam esse pronuntiet; nisi tamen accipiatur de profectu externo, et secundum aliorum hominum opinionem: *Quia ita se habebat, inquit, et gerebat, ac si agnitionis expertus esset.* Verum isthæc responsio non injuria Estio aliisque theologis non satisfacit; quippe quæ causam adjudicaret adversariis. Quid enim illis expeditius, quam ut speciem illam profectus tantummodo externam divinitati, qua in Christo animæ vicem suppleri dicebant, ascriberent? Petavius lib. xi de Incarn. cap. 2, non eandem hæc de re Patrum omnium scribit esse sententiam; cum alii profectum hominis in Christo admitterent, alii negarent. De sancto autem nostro ita loquitur: *Ambrosius vero re ipsa Christum profecisse, et incrementum cepisse ut ætatis, ita et sapientiæ, gratiæque præcipuæ magis quam ceteri omnes affirmare videtur.* Hæc ille, in cuius suæ opinionis confirmationem citat sequentis num. verba, *Quomodo proficiebatur, etc.* Verum tamen quominus magno viro hic assentiamur, prohibet ipsemet Ambrosius. Etenim cum lib. v de Fide, cap. 18, num. 221, retulisset non paucos esse, qui Dominum quidem secundum divinitatem omnia cognovisse, at secundum humanitatem vere ignorasse nonnulla profitebantur; sequenti num. sibi non probari hanc opinionem non dissimulat. Nec tamen propterea eos ullo modo habet pro hæreticis, quin immo catholi-

**A** *Mihi indignemini, qui totum hominem sanum feci in sabbato* (Joan. vii, 23)? Totum me redemit, quia in virum perfectum fidelis non ex parte, sed totus resurgit.

69. Desinant ergo isti misericordes timere, ne Christus carnem suam, vel animam perfectam sensumque hominis non potuerit gubernare, qui etiam illum asinæ pullum, quem ante nemo sederat (Luc. xix, 30), gubernavit. *Qui plantavit aurem, non audiet* (Psal. xciii, 9)? Qui alios regebat, se regere ipse non poterat? Qui peccata donabat, peccatum ipse faciebat? Desinant nimium solliciti isti, tamquam pædagogi Christi, vereri ne etiam in ipso concupiscentia carnis legem mentis oppresserit, quæ non oppressit in Paulo, sed tantummodo repugavit (Rom. vii, 23). Athleta Christi victorias mentis numerat suæ: hi trepidant ne caro titubaverit in Domino, quæ vicit in servulo?

**B** 70. Non vult pro se timere nos Christus, non vult pro se flere nos Dominus. Denique dicit: *Filiæ Hierusalem, nolite me flere, vos ipsas flete* (Luc. xxii, 28). Et istis dicit: *Nolite mihi timere, vobis timeo.* An non audistis dicentem David: *Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ, a quo trepidabo* (Psal. xxvi, 1)? et alibi: *Non timebo quid faciat mihi homo* (Psal. cxvii, 6); et alibi: *Non timebo quid faciat mihi caro* (Psal. lv, 5).

71. Dicit ergo: Ego lapsum naturæ humanæ timere potui, quem homo ipse non timuit: Deus igitur ante carnem, Deus in carne, perfectionem naturæ assumpsi humanæ: suscepi sensum hominis, sed non sum sensu carnis inflatus. Sensu hominis animam meam dixi esse turbatam: sensu hominis esurivi: sensu hominis rogavi, qui rogantes exaudire consuevi: <sup>c</sup> sensu hominis profeci, sicut scriptum est:

<sup>c</sup> eos fuisse haud immerito ex ipsis verbis, quibus utitur, colligimus. Unde facile pateremur nos persuaderi sanctum Doctorem, cum videret eandem opinionem, quæ et multorum et catholicorum erat, refellendis Apollinaristarum commentis commodam esse, in ea hic argumentari, non in propria: quod et nonnumquam ipsi usu venire a nobis jam non semel observatum est. Cæterum nihilominus verisimile nobis videtur, quidquid hoc loco disputandum de Christi profectu, accommodandum attribuendumque tertix illi scientiæ, quam in eo præter beatam atque infusam sub nomine acquisitæ sive experimentalis admittunt theologi. Hanc esse aiunt qua Sanctus noster dicit sensu humano Christum profecisse, nimirum per notitiam rerum a sensibus acceptam: non quod eam notitiam ignorantia præcederet, sed quoniam quæ antea sciret, id novo cognoscendi modo, id est, experiendo per ætatis accessum disceret. Quale aliquid in Adamo factum agnoscit August. lib. viii, de Gen. ad litt. cap. 8. Sed ne mentem eam Ambrosii tum aliorum quorundam Patrum ea in re liquido perspectam habeamus, hoc in causa est, nempe quod ad asserendam Christo Domino humanam animam videbant sufficere, si profectum aliquem, qualiscumque demum is esset, e Scriptura in ipso demonstrarent, proindeque non multum de inquirenda ejusmodi profectus natura satagebant. Nec difficulter illud advertas apud Epiphanium Hæres. 77, n. 26, Theodoretum lib. v *Hæret. Fabul.* cap. 13, atque alios.



*Et Jesus proficiebat ætate et sapientia et gratia a apud A Deum et homines (Luc. II, 52).*

72. Quomodo proficiebat Sapientia Dei? Doceat te ordo verborum. Profectus est ætatis, 720 et profectus sapientiæ, sed humanæ est. Ideo ætatem ante præmisit, ut secundum hominem crederes dictum, ætas enim non divinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat ætate hominis, proficiebat sapientiâ hominis: sapientia autem sensu proficit, quia a sensu sapientia. Jesus autem proficiebat ætate et sapientia. Quis sensus proficiebat? Si humanus, ergo et ipse susceptus est: si divinus, ergo mutabilis per profectum. Quod enim proficit, utique mutatur in melius: sed quod divinum est, non mutatur: quod ergo mutatur, non utique divinum. Sensus igitur proficiebat humanus; sensum ergo suscepit humanum. B

73. Et ut sciamus quia secundum hominem loquebatur, præmisit supra dicens: *Puer autem crescebat et confortabatur et implebatur sapientia; et gratia Dei erat cum illo (Ibid., 40).* Et puer, nostræ nomen ætatis est: nec confortari virtus poterat Dei, nec crescere Deus, nec altitudo sapientiæ Dei, nec plenitudo divinitatis impleri. Quæ igitur implebatur, erat non Dei, sed nostra sapientia. Nam quomodo implebatur, qui ut omnia b implet descendit (Ephes. IV, 10)?

74. Per quem autem sensum Esaias dixit, patrem puer nesciebat aut matrem? Scriptum est enim: *Præquam sciat puer patrem aut matrem, accipiet virtutem Damasci et spolia Samariæ (Esai. VII, 4).* Sapientiam enim Dei futura et occulta non fallunt: experti autem agnitionis infantia, per humanam utique imprudentiam, quod adhuc non didicit, ignorat.

75. Sed verendum est, inquis, ne si duos principales sensus aut geminam sapientiam Christo tribuimus, Christum dividamus. Numquid cum et divinitatem ejus adoramus et carnem, Christum dividimus? Numquid cum in eo imaginem Dei, crucemque veneramus, dividimus eum? Apostolus certe, qui de eo dixit: *Quoniam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, vivit tamen ex virtute Dei (II Cor. XIII, 4);* ipse dixit quia non divisus est Christus. Numquid etiam cum dicimus quia animam rationabilem et intellectus nostri suscepit capacem, dividimus eum (I Cor. I, 13)?

76. Non enim ipse Deus Verbum pro anima rationabili et intellectus capaci in carne sua fuit, sed animam rationabilem et intellectus capacem, et ipsam humanam, et ejusdem substantiæ, cujus nostræ sunt animæ, et carnem nostræ 721 similem, ejusdemque cujus caro est nostra substantiæ, suscipiens Deus Verbum, profectus etiam homo fuit, siue ulla tamen labe peccati; quia peccatum ipse non fecit, sed pro nobis peccatum factus est; ut nos essemus justitia Dei c in ipso (II Cor. V, 21). Caro ergo ipsius et anima

a Pauci miss., *apud Deum et apud homines. Profectus ætatis, et profectus sapientiæ, sed humanæ est. Quomodo proficiebat sapientia Dei, doceat te ordo verborum. Ideo autem, etc.*

b Duo mss., *implet, ascendit: absens et contrario sensu.*

c Quidam mss., *in ipso. Ergo carnem dicunt ejus.*

ejusdem cujus anima nostra carneque substantiæ est.

77. Nec timen d ne tetrada videar inducere, nos enim vere solam, qui hoc assurimus, colimus Trinitatem. Non enim Christum divido, cum carnis ejus divinitatisque distinguo substantiam; sed unum Christum cum Patre et Spiritu Dei prædico, et illos magis qui carnem Christi unius cum divinitate ejus dicunt esse substantiæ, tetrada inducere demonstrabo. Non enim quod ejusdem substantiæ est, unus, sed unum est, nam utique Filium ejusdem cum Patre substantiæ constantes in tractatu concilii Nicæni, non unam personam, sed unam divinitatem in Patre et Filio crediderant.

78. Ergo cum dicant ejusdem carnem, cujus et Filius Dei erat, fuisse substantiæ, ipsi quod nobis objiciant ineptis vanæ assertionis incurant, ut dividant Christum. Itaque quantum increatum, quod adoremus, inducant, cum sola increata sit divinitas Trinitatis.

### CAPUT VIII.

*Contra catholicam hanc sententiam, Filium qui generatus est, Patri qui generavit, æqualem esse, opposentibus adversariis genitum cum ingenito ejusdem naturæ esse non posse; respondetur voces genitum atque ingenitum quæ in Scripturis non leguntur, ab iis hic induci, cum illas naturam et substantiam ideo repudient, quod eas in iisdem Scripturis negent existare. Tum etiam in Deo naturam ac substantiam esse ex sacris codicibus evincitur.*

79. Concluseram librum: sed religionis fuit e ne prætervecti videremur, quod solvere nequiremus. Nam cum dudum audierint quidam, dicentibus nobis, Filium Dei, qui generatus sit, Patri qui generavit, inæqualem esse non posse, quamvis ille generatus sit, iste generaverit, quia generatio non potestatis est, sed naturæ: adversus illam quidem questionem vocem sibi arbitrantur occlusam: sed tergiversatione damnabili in eodem loco vestigium vertunt; ut potent mutationem fieri questionis, mutatione sermonis, dicentes: Quomodo possunt ingenitus et genitus esse unius naturæ atque substantiæ?

80. Ergo ut respondeam, clementissime Imperator, per te mihi propositæ questionis; primum omnium ingenitum in Scripturis divinis nusquam invenio: non legi, non audivi. Cujus igitur mutabilitatis sunt homines istiusmodi, ut non dicant ea usurpare, quæ non sunt scripta; cum ea quæ sunt scripta, dicamus: et ipsi objiciant quod scriptum non sit? Nonne ipsi sibi adversantur, et auctoritatem calumniæ suæ derogant?

81. Dicunt etenim non esse scriptum Dei esse substantiam atque naturam; cum utique Filium Dei Patris esse splendorem gloriæ, et characterem

*dem, cujus anima nostra carneque substantiæ fuisse.*

d Hoc quoque objectum fuisse ab Apollinaris testatur Athanasius epist. ad Epict. Jamsæpini landata.

e Mss. aliquot, *ne prætervecti divideremur: reliquorum autem nonnulli ac editi. Amerb. atque Eras., ne prætergredi videamur: plures ac potiores et cum his editi. Gill. et Rom. ut in contextu.*

substantiæ ejus Scriptura testetur (*Hebr.* 1, 3), et multos alios de divina dixisse substantia in alio libro plenissime ostenderimus (*Lib. III de Fide, cap. 4*).

82. Naturam quoque divinam quis abnuat; cum Petrus apostolus in epistola sua scripserit, id operatam Domini misericordiam per passionem crucis, ut nos, inquit (*II Petr.* 1, 4), faceret divinæ consortes naturæ? Sed etiam alibi Paulus scripsit: *Sed tunc quidem ignorantes Deum, his qui natura non sunt dii, servivitis* (*Gal.* 1v, 8). Ita enim et in Græcis codicibus invenimus, quorum potior auctoritas est.]

83. Quid igitur agunt, qui negant naturam esse divinam, nisi ut jam non solum Filio calumnientur, sed etiam Patri? Si enim negatur natura Deus esse, ergo per gratiam est, ut homines: aut certe falso creditur, ut dæmones, quorum simulacra Dei appellatione donantur. Sed Apostolicam auctoritatem sequamur, ut dicamus in simulacris naturam non esse divinam. Si ergo in simulacris non est, non est in dæmoniis: superest ut in Deo divina sit natura atque substantia (*I Cor.* x).

84. Docuimus igitur apostolica auctoritate recte de Deo Patre dici quod natura sit Deus; accipiant nunc quod eadem Dei Patris sit natura quæ Filii est, eadem sit et Spiritus sancti; ne forte itidem dicant: Naturam quidem legimus esse divinam, naturæ autem divinæ non legimus unitatem. Sed cum ipse Filius dixerit: *Ego et Pater unum sumus* (*Joan.* x, 30); unitatem divinitatis probavit. Cum dixerit: *Omnia quæ Pater habet mea sunt* (*Joan.* xvi, 15); et infra: *Pater, omnia mea tua sunt, et tua mea* (*Joan.* xvii, 10); asseruit unitatem. Cum dixit: *Pater qui in me manet, ipse et opera quæ ego facio, ipse facit* (*Joan.* xiv, 10); unitatem evidentissime declaravit.

85. Deinde Petrus unam naturam ostendit esse divinam: *Ut nos, inquit, faceret divinæ consortes naturæ* (*II Petr.* 1, 4). Potuit enim sic dicere, si aliter æstimasset; potuit, inquam, sic dicere: *Ut nos faceret divinarum consortes naturarum*; maxime cum per Filium in naturæ divinæ consortium transeamus. Numquid potest donare, quod non habet? Ergo non est dubium quia de eo, quod habet, donat; et ideo habet naturam divinam, qui consortia divinæ donat naturæ.

86. Apostolus quoque Paulus dicendo: *Qui natura non sunt dii* (*Galat.* 1v, 8); ostendit unam veri Dei esse naturam. Namque et ipse potuit dicere: *Qui naturis non sunt dii, si sciret pluralitatem divinæ esse naturæ, ut alia esset in Patre, alia in Filio, alia in Spiritu sancto.* Dicendo ergo: *Natura non sunt dii*; unitatem naturæ expressit divinæ.

87. Quid est autem natura Deum esse, nisi verum

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *ipse facit opera. Et, Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.*

<sup>b</sup> Mss. non pauci, *studio defendere*; alii non pauciores, *studio deferre*; haud male, si modo *deferre* accipiat pro *cedere vel obsequi*; aliquot alii et edit. Rom., *studia afferre*. Planus quidem sensus: at cum legatur in mss. longe plurimis, et antiq. edit. *studio differre*, vitium commendavimus e cod. Remig. reponen-

A Deum esse? sicut ad Thessalonicenses dixit: *Quomodo conversi estis ad Deum a simulacris servire Deo vivo et vero* (*I Thess.* 1, 9)? Illi enim dii esse simulantur, natura autem Deus vivus et verus est. 723 Nam et in ipso usu nostro est adoptivus Filius, et verus Filius. Adoptivum Filium non dicimus Filium esse natura: sed cum dicimus natura esse, qui verus est Filius.

88. Ergo et naturam et substantiam esse divinam probavimus lectione: unitatem quoque non pluralitatem divinæ esse naturæ apostolica auctoritas demonstravit.

#### CAPUT IX.

*Dum ingenitum Patrem, quod in Scriptura non leguntur hæretici, sibi concedi volunt, eos contentionis studium patefacere. Fatendum tamen id scriptum esse, sed apud Arium, cui opponitur Apostolus. Retorquetur eorum objectio contra ipsos, et vox ingenuitatis etiam creaturæ communis asseritur. Mox explicato adversariorum ratiocinio, reponit Ambrosius vocibus geniti atque ingeniti non naturam significari, sed qualitatem. Adductis exemplis hoc fuisse probat, sed in eo præsertim longior est, ut ex diversis initiis eandem substantiam exoriri posse palam faciat.*

89. Nunc illi asserant ubi ingenitum Patrem legerint. Sed si dialectico more concedi sibi id postulant, ut quod lectum non sit pro lecto usurpent, produunt se contentionis studio differri, non cognitionem querere veritatis. Namque in ipsa dialectica si non concedatur, quod concedi sibi postulant, quo aditum contentionis invenire desiderant, principium invenire nequeunt disputandi. Et hoc ibi, ubi contentio est magis de disputationis argutiis, quam de examine veritatis. Hæc est enim dialecticorum gloria, si videantur expugnare verbis et refellere veritatem: et contra definitio fidei est, ut veritas, non verba pendantur. Denique verba philosophorum excludit simplex veritas piscatorum.

90. Quæ igitur ista assertio est, ubi si non donavero eis verbum ingeniti, assertionis principium invenire non possunt? Ubi ergo legerint, demonstrant.

91. Exciderat animo: nunc redeo in memoriam. Lectum est, inquit; nam Arius dixit ingenitum Patrem, et genitum et creatum c Filium. En quo auctore contra apostolica scripta contendant: contendant tamen, si modo se Arii discipulos esse fateantur. Nam quomodo negant magistrum, cujus inventum sequuntur?

92. Sed si illi d hoc dicunt, quod Arius: justius ego debeo dicere, quod Apostolus dixit (*Ephes.* iii, 14). Patrem enim dixit, non ingenitum nominavit:

tes, studio differri, hoc est, affectu distrahi, jactari et agitari.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *Filium. Quo auctore contra apostolica scripta contendunt.*

<sup>d</sup> Tres mss., *hoc dicunt, quod Arius justius senserit: ego debeo.* Id autem hic obiter adjiciemus. Ambrosium quæ de vocabulo *ingenitus* disputat, imitatum videri ex Basilii Orat. 2 cont. Arianos.

Filium dixit, et genitum Filium dixit. Quod legi, A non nego; immo libenter usurpo: quod non legi, usurpare non debeo. Sed tamen, quod in dialectica non faceremus, usurpent; si non et forte dicant quia genitum non legimus Patrem sicut Filium, ideo ingenitum æstimare debemus.

93. Intelligitur hoc, ergo non legitur. Sed si intelligitur, nec Spiritum sanctum genitum legi: **724** ergo et Spiritus, quia genitus non est, ingenitus utique secundum vestram sententiam nominandus est. Si igitur ingenitum dicitis et genitum non posse unius esse substantiæ; superest ut de Patre et Spiritu sancto, quia nec Patrem genitum legimus, nec Spiritum sanctum, unitatem divinæ naturæ et substantiæ non negetis. Si enim in eo est vis omnis vestræ disputationis, quod ingenitus et genitus non possunt esse unius naturæ: ergo qui non est genitus, cum eo qui non sit genitus, unius naturæ atque substantiæ est. <sup>a</sup> Et si ideo putatis Patrem majorem esse, quia genitus non est; numquid et Spiritus sanctus major est Filio?

94. Multa possunt et innumera exempla suppetere, ut de eo quod genitum non sit, dicatur ingenitum. Nam et mundum <sup>b</sup> plerique ingenitum esse dixerunt, et materiam rerum omnium, quam Græci hylen dicunt, quasi silvam materialem, ingenitam esse memorarunt. Vident igitur in hoc verbo prærogativam quamdam potestatis esse non posse, nisi forte hoc verbo sibi honorare Deum videntur, quo philosophi mundum putaverunt esse donandum. Numquid ergo sic ingenitus Pater, sicut mundus? <sup>C</sup> Absit. Aut hic solus Deum decet sermo, cum Deus ultra sermonum omnium sit ambitum. Nihil igitur pretiosum Deo in eo sermone, qui communis possit esse cum cæteris.

95. Sed tamen quemadmodum vultis, inæstimabilis sit hujus prærogativa sermonis, quæ non auctoritate aliqua designatur, sed vestro æstimatur arbitrio. Quo igitur hoc proficit, ut ex verbo velitis facere inter Patrem et Filium distantiam naturæ, distantiam potestatis? Ingenitus, inquit, et genitus non possunt unius esse naturæ atque substantiæ; aut, quemadmodum interdum dicunt, inoperatus et factus non sunt unius naturæ. Neque enim discretionem faciunt ingeniti et inoperati, neque distantiam volunt esse inter genitum vel creatum, modo ut creaturam Filium dicant.

96. Dicunt ergo quia Pater omnem causam, hoc est *αἰτία*, sicut Græci dicunt, supergressus, cum ex alio creatus non sit, non sit filius; cum utique substantia sit, non aliunde principium habens vel causam, ex qua sit: et ideo, inquirunt, alia talis substantia esse non

potest, quia omnia ex Patre Deo habent subsistendi causam. Unde non esse verisimile dicunt, ut Filius quia ex Patre est, et ex se causam non habeat ut sit, sed ex Patre, similis sit Patri: cum Pater ex alio causam non habeat, Filius autem, ut ipsi allegant, esse non poterit, nisi hoc ipsum ex Patre ut esset, acceperit.

97. Ideoque ingenitum et genitum dicunt esse dissimilem; quasi vero, quod alibi sæpe jam dixi, generatio potestatis sit, non naturæ. Cum enim dico genitum, non proprietatem naturæ, sed significationem generationis expressi; et hoc exemplis evidentioribus approbo. Nam si generaliter dicam Filium, nec **725** addam cujus, potest intelligi et filius hominis, et filius iniquitatis, et filius pestilentiæ, et filius diaboli, sicut de Judæis Scriptura testatur <sup>B</sup> (*Joan. viii, 44*): et quod in usu est, et fœtus pecudis, et pulli columbarum. Et ideo in appellatione filiorum non est expressio significata naturæ. At vero si naturam designare desidero, aut hominem nuncupabo, aut equum nominabo, aut avem dicam, ut natura possit intelligi.

98. Ita ergo si naturam cupio designare divinam, Deum verum debeo nominare. Cum autem Filium dico, generatum significo: cum Patrem quoque dico, generasse declaro. Non ergo hinc naturæ discretionem facias, cum sit hoc significatorium generantis et geniti: significatoria autem hujusmodi exprimunt substantiæ qualitatem; multi enim, ut dixi, filii, sed diversitas filiorum: alius per naturam, alius per gratiam.

99. Multæ creaturæ invisibiles et visibiles: invisibiles, ut Principatus et Potestates, Throni et Dominationes: visibiles, ut sol, luna, stellæ, homo, terra. Ergo diversæ species, et diversæ creaturæ substantiæ sunt. Itaque si velis proprietatem creaturæ alicujus exprimere, aut solem, aut lunam nominabis, aut stellam: et sic intelligitur quid sit, quod significandum putaveris.

100. Cæterum si factum dicas aut creatum, quod interdum Filium dicunt; quia multa facta et creata sunt, non proprietatem substantiæ videris significasse, sed speciem qualitatis. Aliud enim substantia, aliud qualitas est. Denique <sup>c</sup> diximus et alibi, *οὐσίαν* ita interpretatos Latinos, ut substantiam dicerent. *οὐσία* autem Dei cum dicitur, quid aliud significatur, nisi Deum semper esse? Quod litteræ ipsæ exprimunt, quoniam vis divina *οὐσα ἀεί*, hoc est, cum sit semper, *οὐσία* dicitur, unius litteræ mutato ordine propter sonum et compendium decoremque sermonis. Ergo *οὐσία*, quod semper sit Deus, significat: ingeniti autem, ut tu vis, vel geniti appellatio <sup>d</sup> quomodo sit, declarat, hoc est, quod non ex alio sit

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *Et si ideo putamus patrem*, etc.

<sup>b</sup> Quinam hoc docuerint, cognosces ex initio lib. 1 Hexaem.

<sup>c</sup> Ex iis quæ dicuntur hoc loco de voce *οὐσία*, manifestum est nos ab Ambrosio non remitti ad aliud Opus, quam ad lib. III de Fide, cap. 15, num. 127, ubi et Dallæum ob ejusdem vocis etymologiam cum sancto Doctore asperius egisse ostendimus.

<sup>d</sup> Edit., *quid sit declarat*; mss., *quomodo sit declarat*, id est, non substantiam, sed modum significat. Optime sane; hoc enim petium est, ex illis Basilii verbis, lib. IV cont. Eunom., *ὑπὲρ ἃς ὁ τρόπος τὸ ἀγέννητον, καὶ οὐκ οὐσίας ὄνομα*. Adverte autem paucis post verbis vocem *species* positam pro individuo, quod insolens non esse apud Ambrosium alibi observatum a nobis reperies.

Pater, nec ex se Filius. Species hic videtur esse diversa. **A** bilis, et ut expressius <sup>b</sup> dicamus, humani nostrique corporis veritatem.

101. Queris quomodo hoc probari possit? Etiam in creaturis ostendam <sup>a</sup> diversam speciem, diversa initia in plerisque, et unam esse substantiam, et de Scripturis exempla proferam. Itaque si in his quæ mortalia sunt, hoc potest convenire; quemadmodum Patris et Filii et Spiritus divinitati legem ejusdem necessitatis imponunt?

102. Omnia nempe volatilia quæ ejusdem generis videntur, ejusdem utique et naturæ sunt, ut aquilarum unum genus et una natura est, vulturum similiter, et cæterorum secundum genus suum volatili-um. Quemadmodum autem cœperint esse volatilia, tres species reperimus, et ortus eorum causas legimus esse diversas. **726** Scriptum est enim dixisse **B** Deum: *Producat aquæ repenti animarum viventium, et volatilia volantium (Gen. 1, 20)*. Et paulo post, cum paradisu fecisset Deus, et posuisset in eo hominem, scriptum est, quia figuravit Deus de terra bestias agri, et volatilia cœli (*Gen. 1, 19*). Significantur ergo volatilia hoc loco figurata de terra. Supra quoque legisti quia dixit Deus avibus: *Crescite et multiplicamini (Gen. 1, 22)*; atque ex coitu maris et feminæ generationis incrementa præcipiens. Itaque advertimus etiam quæ unius generis sunt, diverso modo esse cœpisse: alia de aquis, alia de terra, alia de maris et feminæ generatione; et unius tamen hæc esse naturæ, dissimilitudinemque substantiæ non habere.

103. Quid vero tam unius naturæ, quam caro **C** nostra cum Dominici corporis veritate? Diversis tamen utraque ducta causis, diversis orta principiis est. Caro enim Domini Spiritu in Virginem superveniente (*Luc. 1, 35*) generata, non expectavit virilis femineique coitus solemnem commercium: caro vero nostra, nisi virilis juxta femineusque sexus genitalia sulcis naturalibus obducant semina, intra viscera nescit materna formari; et tamen cum generationis fuerit causa diversa, carnis tamen in Christo cum hominibus omnibus una natura est.

104. Partus enim Virginis non naturam mutavit, sed generandi usum novavit. Denique caro de carne nata est. Habuit ergo de suo Virgo, quod traderet; non enim alienum dedit mater, sed proprium e visceribus suis contulit inusitato modo, sed usitato **D** munere. Habuit igitur carnem Virgo, quam naturæ sollemnis jure transcripsit in fetum. Eadem igitur secundum carnem generantis Mariæ, gentique natura, nec dissimilis fratribus; quia dicit Scriptura, ut per omnia similis fratribus heret (*Heb. 11, 17*). Similis utique Dei Filius nostri non secundum divinitatis plenitudinem, sed secundum animæ rationa-

105. Quid autem de ipso loquamur Adam, qui cum sit formatus e limo terræ, generavit utique filios suæ consortes naturæ, participes generis, successio-nis hæredes (*Gen. 11, 17*)? Diversa quidem in filiis et parente principia, sed humanæ conditionis una natura; nec tamen dissimilitudo ortus similitudini substantiæ præjudicavit. Similis ergo filius patri etiam in his, quæ propter humanæ conditionis fragilitatem similitudinis plenitudinem habere non possent: quomodo ergo Dei Patris dissimilis Filius verus?

### 727 CAPUT X.

**A** superioribus eos non discrepare, qui Filium Patri similem agnoscentes, ejusdem substantiæ inficiantur. Non enim posse inter eos accidentalem aut partialem intercedere similitudinem; cum hujusmodi similitudines puris hominibus cum Deo tribuantur, at Filio cum Patre naturæ sit similitudo, cujus et perfecta imago est. Nihil ergo vocem ingentium catholicis obstare, sed hæreticorum prode- dere perfidiam; quippe qui dum vocem in Scriptura ignotam usurpabant, omnipotentiam quæ illis personis ibi tribuitur, negabant.

106. Sed plerique eandem sectam sequentes, disputationis genere discordare se putant ab his, qui dissimilem Patri per omnia Filium dicunt. Idco horum quoque qui similem dicunt Filium, sed non unius substantiæ cum Patre, ineptias discrimamus.

107. Sed quæ non unius naturæ sunt, diversæ sunt utique atque distantis: et quæ distantis naturæ, consequens est ut similia esse non possint; nisi forte secundum speciem similia dicas, dissimilia secundum veritatem. Nam et lactis et nivis et cygni <sup>e</sup> albensis concolor species est, sed discrepantiam servat distantis naturæ; nec differentia naturarum specierum similitudine coloratur.

108. Quomodo ergo isti similem dicunt Patrem et Filium, qui unitatem substantiæ negant? An secundum formam et figuram et colorem similem putant? Sed hæc corporis sunt, hæc compositionem quamdam indicant. Quomodo autem <sup>d</sup> invisibili similitudinem secundum colorem aptamus aut formam? Aut quomodo creatura potest esse similis increato? Quomodo splendor gloriæ, et character substantiæ ejus (*Heb. 1, 3*); si diversa gloria, ut illi dicunt, diversa substantia est.

109. Secundum gloriam, inquit, et operationem similis est, et propterea imago Dei dicitur Filius. Ergo si per aliqua, non per omnia similis, pro parte similis, pro parte dissimilis. Huic autem propositioni consequens est, ut si ex parte similis, non in toto est, pro parte sit Dei imago composita: ac per hoc sequitur, ut et ipse compositus videatur, cujus sit imago composita. Composita autem si ex parte

<sup>a</sup> Hoc argumentum tractatum occurrit non modo in lib. iv Basilii cont. Eunom., cap. 2, verum etiam in lib. Athanasii de Decr. Nicene synodi, in lib. ii Gregorii Nyss. advers. Eunom., et apud alios.

<sup>b</sup> Quorundam mss. et edit., dicamus humanæ nostrique, etc.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., albensis coloris species est.

<sup>d</sup> Ita edit. omnes, exceptis ultimis duabus Paris. ubi legimus in invisibili... aptamus, novissima optamus. Cum hac mss. prope ad unum consentiunt, nisi quod particulam in prætermittunt, potior tamen est communis, quæ nostra etiam est, lectio.

similitudinem servet, imago ejus ex parte similis A  
esse non possit.

110. Sed qui similem secundum unitatem natura negant, similem cæteris arbitrantur. Solent enim dicere: Cur putatis quia multum dedit Scriptura Filio, quia imaginem dixit; cum ipse Deus dixerit hominibus: *Estote sancti, quoniam et ego sanctus sum* ( Lev. xix, 2 )? Et Filius dixerit: *Estote perfecti, sicut et Pater vester qui in cælis est, perfectus est* ( Matth. xvi, 48 )? Nec intelligunt eo ipso astrui: **728** quia non secundum partem, sed secundum plenitudinem divinitatis et perfectionem similis sit Filius Patri. Denique si multi similes, cur solus Filius imago invisibilis Dei dicitur, et character substantiæ ejus; nisi <sup>a</sup> quia in eo naturæ ejusdem unitas, et ejus majestatis expressio est?

111. <sup>b</sup> Alia enim secundum imitationem similitudo, alia secundum naturam: quod propositorum exemplorum etiam verba indicant; dicit enim Scriptura: *Estote sancti*; ut id fiant per imitationem. Hominibus ergo dicitur: *Estote*, quia non sunt: de se autem dicit Deus, *quia sanctus sum*; non utique proficiente processu, sed manente natura. Deinde ait Sapientia: *Estote perfecti*; ut incipiant habere, quod non habent. De Patre autem dicit: *Sicut Pater vester, qui in cælis est, perfectus est*. Est ergo perfectus Pater, qui semper est. Ideo ejus vel *ὁμοία* Græce, quod sit semper; vel Latine, quod in suo maneat, nec ope subsistat aliena, appellatur substantia.

112. Sanctus ergo Pater, et perfectus Pater, sanctus etiam et perfectus Filius, quasi imago Dei. C  
imago autem Dei, quia omnia quæ sunt Dei, videntur in Filio, id est, sempiterna divinitas, omnipotentia atque majestas. Talis ergo qualis est Deus, sua videtur in imagine. Unde oportet ut imaginem ejus talem credas, qualis est Deus. Nam si imagini detrahas, et utique ei, cujus imago est, videbitur esse detractum: si minorem imaginem credas, minor Deus apparebit in imagine. Qualem enim æstimaveris imaginem, talis tibi videbitur is, cujus invisibilis est imago. Dixit imago: *Qui me videt, videt et Patrem* ( Joan. xiv, 9 ). Et qualem æstimaveris eum, cujus imaginem esse Filium credis; talis tibi necessario Filius æstimandus est. Unde quia in-

<sup>a</sup> Mss. tres, in eo natura ejusdem unitatis, et ejusdem, etc.; duo, in ejus natura ejusdem unitatis, etc. Reliqui vero et omnes edit. ut nos in textu.

<sup>b</sup> Hactenus disputavit Ambrosius contra puros ac rigidos Arianos, quales erant Aetiani, Eunomiani, et Anomei, quos omnes communi nomine Troglitas seu Troglodytas, quod in speluncis conventus ac synaxes suas haberent, vocari solitos ex Theodoretii lib. iv Hæres. Fabul. cap. 3 intelligimus: jam vero ad remissiones accedit, eos nimirum a quibus dictio *ὁμοούσιος*, quæ in Nicænâ synodo instituta est, rejiciebatur; ut ei substitueretur vox *ὁμοιοούσιος*. Hos Epiphanius, Hæres. 73, Semiarianos appellat, sicut et Augustinus de Hæres. cap. 58. Quod vero ad divi-

creatus Pater, increatus et Filius; quia non minor Pater, non minor Filius; quia omnipotens Pater, omnipotens Filius.

113. Dictum est igitur, etiamsi usurpent quod non legunt, ut ingenitum dicant; eo verbo tamen nihil impediri quominus unius naturæ atque substantiæ Christum cum Patre esse credamus. Quod si unius naturæ, utique unius potentiæ.

114. Qui quidem locus haud difficillior est ad refellenda studia perfidorum. Quomodo enim negant omnipotentem Christum, quod scriptum est, qui volunt usurpare, quod non docent scriptum? Omnipotentem etenim Christum supra docuimus ( Lib. II de Fide c. 3 ), et in Joannis evangelistæ Apocalypsi, <sup>c</sup> et in Zachariæ prophetia, et in Evangelio significatum. Quæ si quis recensenda putat, superiora revolvat et repetat.

115. Tamen quod tibi propter congestionem testimoniorum pene præteriti, dicant de quo potest dictum, quod Amos præphetavit; sic enim scriptum est: *Dominus qui attingit terram, 729 et movet eam, et lugebunt omnes commorantes in ea. Et <sup>d</sup> ascendet sicut flumen Ægypti, qui ædificat super cælum ascensionem suam, et repromissionem suam super terram confirmat: qui advocat aquam maris, et effundit eam super faciem terræ, Dominus omnipotens nomen est ei*. Nonne hæc omnia in Filium intelligunt convenire, qui terram descendens tetigit, in passione commovit, de terris ascendit in cælum, et super terram descendit e cælo, sicut ipse promiserat?

116. Sed quid de Filio laboro, cum etiam Spiritum omnipotentem Scriptura testatur? Scriptum est enim: **730** *Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* ( Psal. xxxiii, 6 ). Et de Sapientia scriptum est quia habet in se omnipotentem Spiritum; dicit enim Salomon: *Quia omnium artifex docuit me Sapientia* ( Sap. vi, 12 ). Est enim in ea Spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, <sup>e</sup> subtilis, bene mobilis, disertus, immaculatus, manifestus, inviolabilis, bonum amans, acutus, providens, possibilis, manifestus, benignus, stabilis, integer, sine sollicitudine, qui omnia potest, omnia spectans, et per omnia penetrans spirituum intelligibilium.

tionem Arianorum in plures rivos, illam jam perstrinxerat Ambrosius lib. I de Fide cap. 6, num. 45.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, et in Zachariæ propheta.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola. *Et ascendit sicut flumen consummatio ejus, et descendit sicut flumen Ægypti. Quia ædificat, etc.*

<sup>e</sup> Vet. edit. ac mss. non pauci, subtilis, bonus, mobilis; Rom. et mss. cæteri, subtilis, bene mobilis. Rursus vero ubi omnes edit. et mss. longe plurimi, acutus, providens, possibilis; nonnulli mss., acutus impassibilis. Denique pro, spirituum invisibilium, quod est in cunctis edit. et majori numero mss., legitur in quibusdam, spiritus invisibilium.

FRAGMENTUM AMBROSIANUM  
EX THEODORETO DESUMPTUM,  
POLYMORPHI DIALOGO II.

Τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου ἐπισκόπου Μεδιολάνου ἐν Ἐκθέσει Α **730** *Sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis in Expositione fidei.*  
πίστεως.

Ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μονογενῆ, πρὸ πάντων μὲν τῶν αἰώνων ἀνάρχως ἐκ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα : ἐπ' ἰσχύων δὲ τῶν ἡμερῶν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας τὸν αὐτὸν σαρκωθέντα, καὶ τέλειον τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος ἀνειληφότα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Δύο γὰρ φύσεων τελείων ἔνωσις γεγένηται ἀφράστως. Διὸ ἓνα Χριστὸν, ἓνα Υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καθομολογοῦμεν, εἰδότες ὅτι περ συναΐδιος ὑπάρχων τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καθ' ἣν καὶ πάντων ὑπάρχει δημιουργὸς, ἤξιώσε μετὰ τὴν συγκατάθεσιν τῆς ἁγίας Παρθένου, ἵνα εἰρηκε πρὸς τὸν ἄγγελον : « Ἰδοὺ ἡ βούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ ῥῆμά σου, » ἀπορρήτως ἑαυτῷ ἐξ αὐτῆς οἰκοδομῆσαι ναὸν, καὶ τοῦτον ἐνώσει ἑαυτῷ ἐξ αὐτῆς τῆς συλληψέως, οὐ συναΐδιον ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας οὐρανόθεν ἐπιφερόμενον σῶμα, ἀλλ' ἐκ τοῦ φυράματος τῆς ἡμετέρας οὐσίας, τουτέστιν ἐκ τῆς Παρθένου, τοῦτο εἰληφώς καὶ ἑαυτῷ ἐνώσας.

Οὐκ ὁ Θεὸς Λόγος εἰς σάρκα τραπεῖς, οὔτε μὴν φάντασμα φανείς· ἀλλ' ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώτως τὴν ἑαυτοῦ διατηρῶν οὐσίαν, τὴν ἀπάρχῃν τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας εἰληφώς, ἑαυτῷ ἦνωσεν. Οὐκ ἀρχὴν ὁ Θεὸς Λόγος ἐκ τῆς Παρθένου εἰληφώς, ἀλλὰ συναΐδιος τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ ὑπάρχων, τὴν τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας ἀπάρχῃν ἑαυτῷ διὰ πολλὴν ἀγαθότητα ἐνώσει κατηξίωσεν, οὐ κραθεῖς, ἀλλ' ἐν ἑκατέραις ταῖς οὐσίαις εἰς καὶ ὁ αὐτὸς φανείς, κατὰ τὸ γεγραμμένον : « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Λύεται γὰρ ὁ Χριστὸς Θεὸς κατὰ τὴν ἐμὴν οὐσίαν, ἣν ἀνέλαβε, καὶ λελυμένον **731** ἐγείρει τὸν ναὸν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν θεϊαν οὐσίαν, καθ' ἣν καὶ πάντων ὑπάρχει δημιουργός.

Οὐδέποτε μετὰ τὴν ἔνωσιν, ἣν ἐξ αὐτῆς τῆς συλληψέως ἑαυτῷ ἐνώσει κατηξίωσεν, ἡ ἀποστᾶς τοῦ οἰκείου ναοῦ, ἡ ἀποστῆναι διὰ τὴν ἀφατην φιλανθρωπίαν δυνάμενος· ἀλλ' ἔστιν ὁ αὐτὸς παθητός, καὶ ἀπαθής· παθητός κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἀπαθής κατὰ τὴν θεότητα· « Ἴδετε γάρ, ἴδετέ με, ὅτι ἐγὼ εἰμι, καὶ οὐκ ἄλλοίωμαι. » Ἐγείρας τοιγαροῦν τὸν ἑαυτοῦ ναὸν ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ ἐν αὐτῷ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀνάστασιν καὶ ἀνανέωσιν ἐργασάμενος, καὶ ταύτην τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς δεῖξας, ἔλεγε : « Ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε (οὐκ ὄντα, ἀλλὰ) ἔχοντα· » ἵνα καὶ τὸν ἔχοντα, καὶ τὸν ἐχόμενον κατανοήσας, οὐ κρᾶσιν, οὐ τροπῆν, οὐκ ἀλλοίωσιν, ἀλλ' ἔνωσιν γεγεννημένην ἐπίδοις.

Confitemur Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ante omnia saecula sine principio ex Patre genitum secundum divinitatem : in novissimis vero diebus ex sancta virgine Maria eundem incarnatum esse, perfectumque hominem ex anima rationali et corpore assumpsisse, consubstantiali Patri secundum divinitatem, et consubstantiali nobis secundum humanitatem. Duorum enim perfectarum naturarum unio facta est ineffabiliter. Ideo unum Christum, unum Filium Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei confitemur, scientes quod Patri suo secundum divinitatem coaeternus existens, secundum quam omnium etiam est conditor, dignatus est, post sanctae Virginis assensum, quando dixit Angelo : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* (Luc. 1, 38), ineffabiliter sibi ex ea templum aedificare, et hoc sibi ab ipsa conceptione unire, non coaeternum ex sua substantia caelitus delatum corpus, sed ex substantiae nostrae massa, hoc est, ex Virgine id assumens, et sibi ipsi uniens.

Non in carnem mutatus Deus Verbum, neque ut spectrum apparens, sed sine mutatione et alteratione suam conservans substantiam, assumptas naturae nostrae primitias sibi univit. Non principium sumens Deus Verbum ex Virgine, sed Patri suo coaeternus existens, naturae nostrae primitias per immensam bonitatem sibi unire dignatus est, non commixtus, sed in utraque substantia unus et idem apparens, sicut scriptum est : *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* (Joan. 2, 19). Solvitur enim Christus Deus secundum meam substantiam, quam assumpsit : et solutum templum idem excitat secundum **732** divinam substantiam, secundum quam et omnium est conditor.

Numquam post unionem, quam sibi ex ipsa conceptione unire dignatus est, vel a suo templo recedens, vel propter ineffabilem benignitatem valens recedere. Sed idem est patibilis et impatibilis; patibilis secundum humanitatem, impatibilis secundum divinitatem. *Videte enim, videte me, quia ego sum, et non mutor* (Malach. 3, 6). Resuscitato igitur templo suo Deus Verbum, et in ipso naturae nostrae resurrectione ac renovatione perfecta, hanc discipulis suis ostendens dicebat : *Palpate me, et videte, quod spiritus carnem et ossa non habet, sicut videtis me, non esse, sed habere* (Luc. 24, 39); ut habentem et id quod habetur considerans, non mixtionem, non conversionem, nec alterationem, sed unionem factam intelligas.

Διὰ τοῦτο καὶ τοὺς τύπους τῶν ἡλῶν καὶ τῆς λόγχης ἅ ἴσως ἐπέδειξε, καὶ ἔμπροσθεν τῶν μαθητῶν ἔφαγεν, ἵνα διὰ πάντων τὴν ἀνάστασιν τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐν αὐτῷ ἀνανεωθείσαν πιστώσῃται αὐτοὺς. Καὶ ὅτι κατὰ τὴν μακαρίαν τῆς θεότητος οὐσίαν ἄτρεπτος, ἀναλλοίωτος, ἀπαθής, ἀθάνατος, ἀνευδής διατελών, πάντα τὰ πάθη εἶασε κατὰ συγχώρησιν τῷ οἰκίῳ ἐπενεχθῆναι κατῷ, καὶ τοῦτον τῇ οἰκίᾳ ἀνίστασθαι δυνάμει, διὰ τε τοῦ οἰκίου καὶ τελείαν τὴν ἀνανέωσιν τῆς ἡμετέρας ἐξεργάσατο φύσεως.

Τοὺς δὲ λέγοντας ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, ἢ παθητὸν τὸν Θεὸν Λόγον, ἢ εἰς σάρκα τραπέντα, ἢ συνουσιωμένον ἐσχηκέναι τὸ σῶμα, ἢ οὐρανόθεν τοῦτο κεκομκέναι, ἢ φάντασμα εἶναι, ἢ θνητὸν λέγοντας τὸν Θεὸν Λόγον δεδῆσθαι τῆς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀναστάσεως, ἢ ἄψυχον τὸ σῶμα ἀνελθῆναι, ἢ ἄνουν ἄνθρωπον, ἢ τὰς δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ κατὰ ἀνάκρασιν συγχυθείσας μίαν γεγενῆσθαι φύσιν, καὶ μὴ ὁμολογούντας εἰς Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δύο φύσεις εἶναι ἀσυγχύτους, ἐν δὲ πρόσωπον, καθ' ὃ εἰς Χριστὸς, εἰς Υἱὸς· τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία.

Ideo et fixuras clavorum et lanceæ ictum demonstravit, et coram discipulis comedit; ut omni ratione naturæ nostræ resurrectionem in se renovatam persuaderet. Et cum secundum beatam divinitatis expert, impatiibilis, immortalis, nulla re indigens esset, passiones omnes templo suo inferri permisit, et hoc propria potentia excitavit, et per templum suum perfectam naturæ nostræ renovationem effecit.

Eos vero qui dicunt nudum hominem esse Christum, vel passioni obnoxium Deum Verbum, aut in carnem conversum, vel consubstantiatum corpus habuisse, vel de cælo id detulisse, aut phantasma esse: vel qui mortalem dicunt Deum Verbum opus habuisse, ut a Patre suscitaretur, vel inanimatum corpus sumpsisse, vel sine mente hominem, vel duas Christi naturas per commixtionem confusas unam naturam factas esse: et qui non contentur in Domino nostro Jesu Christo duas esse naturas incon-fusas, unam autem personam, quatenus unus est Christus, unus Filius, eos anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.

Etsi hoc in fragmento tam aperta legantur contra hæreses Nestorii atque Eutychetis, ut illud auctoris esse Ephesino et Chalcedonensi concilio posterioris quispiam non sine veritatis specie sibi persuadeat; quum tamen apud Theodoretum loco citato integrum, et apud Leonem Byzantinum lib. 1 adversus memoratos hæreticos pars ultima ejusdem fragmenti, ab his scilicet verbis, *Eos vero qui dicunt*, etc., exaretur, ipsum ex aliqua Ambrosii commentatione quam invidia temporis interceperit, excerptum libentiori animo existimamus. Itaque propter illius cum libris *de Fide*, ac potissimum *de Incarn. Dom. Sacramento* affinitatem rati nusquam melius quam hoc loco exhiberi posse, hic idem illud Theodoretii verbis cum versione sua ex ultima edit. Parisi. representamus.

## IN EPISTOLAS SANCTI AMBROSII

### NOVO ORDINE DISTRIBUTAS

#### ADMONITIO.

Omnes quidem scriptores cum in universis suis Operibus, tum vel maxime in epistolis effigiem sui consi-gnare extra dubium est: præ cæteris vero sanctum Ambrosium et passim in omnibus suis lucubrationibus quosdam quasi ductus ac characteres virtutum suarum appinxisse, et potissimum in hoc epistolarum syn-tagmate expressam spirantemque sui imaginem reliquisse negabit nemo. Etenim hoc in Opere, nam de aliis interim hic silebimus, emicant suis quæque locis egregiæ illæ virtutes, quibus, ut absolutum episcoporum exemplar Ambrosius habeatur, effectum est. Quanto amore ad propugnandam christianæ religionis dignita-tem impelleretur, oblati Valentiniano libelli seu epistolæ testificantur. Quanto ardore flagraret defendendi catholici dogmatis, ac sanguinis pro illius integritate profundendi, quæ in causa basilicarum scripsit, pate-faciunt. Alibi miramur ejus in condonandis injuriis, beneficiisque in sibi inimicissimos conferendis magnâ-nimitatem: alibi ejus adversus imperatores atque tyrannos constantiam obstupescimus. Occurrunt epistolæ in quibus pastoralis ejus sollicitudo, qua non solum diocesis Mediolanensem, sed et alias quoque licet dis-sitas complectebatur, elucet: sunt aliæ, in quibus erumpit doctrina ejus, prudentia, sanctitas, et ab omnis avaritiæ sordibus abalienatio; quibus dotibus adducti eum tamquam commune sæculi sui oraculum, diaconi, presbyteri, atque episcopi consulebant: ac non modo privati, verum etiam principes viri gravissima negotia ejus fidei committebant atque solertiæ. Postremo in his epistolis ubique sancti Præsulis pietas, cha-ritas, misericordia, modestia, æquitas, atque indefessa in vigiliis piisque laboribus perseverantia non sine admiratione conspicitur; ut non levem ac monogrammam Ambrosii picturam, sed effictum et solidum signum, immo vero Ambrosium ipsum redivivum cernere videamur.

Persuasum omnino habemus ex pulcherrimis his epistolis ad lectorem redire magnam utilitatem, utque reddatur eadem uberior, non solum illustrationi locorum, quos vindice indigere duximus, verum etiam novæ totius operis distributioni operam impendimus. Sane perquam optatum nobis fuisset ab alterutro vltigatorum ordinum non discedere, certis nimirum in eo genere nihil mutari sine aliquo eorum incom-

modo, qui varia testimonia inde ab auctoribus, sive indicata, sive citata in propriis inspicere fontibus volunt: at tamen tanta utriusque perturbatio est, tanta confusio, ut alium quempiam excogitare nobis plane fuerit necessarium. Enim vero antiquiores editiones præterquam quod plurimis epistolis careant, quas addiderunt Romani editores, eam exhibent epistolarum seriem, quæ neque ad temporis, neque ad materiæ rationem adaptetur. Editio Romana, dum huic malo mederi tentat, omnia magis confudit. Nam et epistolas complures e natali solo, sit verbo venia, per vim avulsas in alienum transtulit; nec ullam distinguendorum temporum curam, quam profecto maximam esse oportebat, adhibuit; ut interim hic sileamus quam parum feliciter in materia digerenda illi cecidit, non raro distractis quæ conjungendæ fuerant epistolis, et quæ distrahendæ fuerant, conjunctis. Sed nec perfugium nobis erat ad manuscriptos; illi enim præter vitia, quibus laborare diximus editiones, cum ab utroque earundem editionum ordine baud parum dissident, licet minus ab antiquarum, tum ita discrepent ipsi inter se, ut epistola quæ 50 est in codice Thuaneo, 69 sit in Longipontino, quæ in Longipontino 36 hæc ipsa in Thuaneo 48 collocetur; et in aliis multis eodem modo.

Quamobrem ut coacti hanc tantam confusionem digereremus, nihil commodius nobis visum est, quam ut omnes illas epistolas, quarum ætatis notam aliquam licuit deprehendere, secundum temporum rationem, quam novimus potissimum probari ab eruditis, distribuere. Inde classes exsurgunt duæ, sed quarum prior posteriorem longe superat. Ut vero intelligant lectores quidnam in assignando singulis epistolis loco suo atque numero secuti simus, argumenta, quibus ipsarum probatur ætas, breviter et continenti serie proponemus. Potuissent quidem et aliæ quædam epistolæ accedere primo huic ordini, si ad statuendum ipsarum tempus earundem cum aliis nonnullis aut styli aut materiæ afinitatem sufficere judicassetmus: at firmamenta istiusmodi debiliora nobis videntur, quam ut his solis tuto nos niti posse credamus. Quod vero ad posteriorem classem, hoc modo eam duximus instituendam; ut epistolæ, quæ pertinent ad exponendos sacros codices, in fronte locarentur: sequerentur, quæ in gravi ac religioso quopiam versantur argumento: ac demum aliquot epistolia, quæ ad neutram partem referri satis apte concinneque poterant, agmen clauderent.

Jam monuimus non paucas epistolas, quæ in antiquis editionibus non habebantur, in Romana vulgatas esse; nihilo tamen minus certum nobis est multo adhuc plures interiisse, aut saltem in aliquo ignotæ bibliothecæ angulo luctari cum tincis. Etenim ut maxime certum est non pauca ab Ambrosio, ad Satyrium fratrem aliove nonnullos ex amicissimis datas fuisse (*Lib. de Excessu Satyri*); ita similiter ex iis quæ restant, cognoscere est alias plures quas ad Marcellinam sororem, ad Theodosium imperatorem, ad Eugenium tyrannum, ad Alypium, ad Phœbadium atque Delphinum scripserat sanctus Præsul, desiderari. Has ut e tenebris erueremus, cum adhibita cura, qua majorem non potuimus, nihil hac parte profecissetmus; quod unum fuit reliqui, sedulo in residuis, quas omnium a sancto Præsule scriptarum pulcherrimas esse arbitramur, ornandis incubuimus. Itaque præter illa quæ jam supra memoravimus a nobis fuisse præstita, magnum numerum manuscriptorum, e quibus plerique antiquissimam optimamque manum præferunt, ad earum emendationem adhibuimus. Ad hæc spurias aliquot a reliquis segregavimus, cujus rei, ne hoc temere a nobis factum quis existimet, ratio reddetur suis locis. Denique ut pro virili eorum quibus citata ex aliis editionibus in nostra consulere opus fuerit, laborem releverimus; triplicem catalogum secundum tres ordines omnium editionum inter se comparatos subjici curavimus, quartumque adjunximus alphabeticum, quorum ope omnis salebra complanabitur ac difficultas. Sed prius chronologia primæ nostræ classis est demonstranda.

## ORDO EPISTOLARUM

### SECUNDUM TEMPORUM RATIONEM DISTRIBUTARUM ASSERITUR.

#### PRIMA CLASSIS.

[Ann. 379.] Prima epistola respondet Gratiano imperatori, cujus litteræ etiam præmittuntur. In ipsa excusat Ambrosius quod eidem principi ex Oriente revertenti non occurrerit. Cum autem hic Gratiani reditus intelligi commodius non possit quam de illo ipso, quo is post victum a Gothis atque in tuguriolo agresti in kal. sept. ann. 378 ambustum Valentem patrum, cui suppetias ierat, sequenti anno in Occidentem regressus est, non immerito huic epistolæ annum 379 attribuimus.

II<sup>a</sup> quæ Constantio novo episcopo muneris sui officis instituendo destinata est, ipsi quoque Immo-

A lensem commendat Ecclesiam, utque ab Arianis ab Illyria venientibus caveat, monet. Quod quidem cum de incursionibus Gothorum extincto, ut jam dictum est, Valente provincias illas populantium intelligatur, cumque dierum ingruentium Quadragesimæ mentionem faciat; hinc colligimus eandem epistolam sub Quadragesimam anni 379 scriptam fuisse.

[Ann. 380.] III<sup>a</sup> et IV<sup>a</sup> Felici inscribuntur. Harum ætatem inde colligas, quod posterior, cui priorem non multis diebus præmissam constat, Comensem illum episcopum invitet ad dedicationem basilicæ a Bassiano Laudensi episcopo constructæ, cujus consecrationem anno 380 factam fuisse tradit Ughel-



lus tomq II *Ital. sacræ*. Si porro isthæc epocha legitima sit, erit etiam adjiciendum hanc ipsam epistolam pridie kal. novemb. datam fuisse; quippe quæ eundem diem aperte prodât.

V<sup>a</sup> et VI<sup>a</sup> Syagrii Veronensi episcopo scriptæ sunt. His Ambrosius illi nuntiat iudicium ab eo contra Iudiciam virginem latum, a se in episcoporum conventu recessum esse. Quamvis autem qui voluit id contigisse anno 380 nullam opinionis sup<sup>a</sup> rationem reddat; nobis tamen cur ab eis non recedamus, causæ non desunt. Nam primo loco satis clarum est ipso episcopatus ejusdem Syagrii initio hæc facta esse, cum Iudicia quæ ab ejus decessore Zenone ante multos annos velum acceperat, eriminiis accusaretur, potissimum in juniores annos, animumque minus maturum quadrare soliti: deinde Nicetus ille, cujus mentio fit in hac epistola, idem esse existimatur atque is Nicetus, quem lex II *Ne sanctum baptisma*, etc., anno 577 data memorat.

VII<sup>a</sup> et VIII<sup>a</sup> Justo inter Lugdunenses præsules tertio decimo missæ creduntur. Itaque cum is post concilium Aquileiense, cui simul cum Ambrosio anno 381 interfuerat, dicatur nunquam deinceps Lugdunum revertisse, sed in Ægypti se recepisse solitudines; hinc efficitur utramque epistolam dicta synodo priore esse.

[Ann. 381.] IX<sup>a</sup>, X<sup>a</sup>, XI<sup>a</sup> et XII<sup>a</sup> cæ sunt, quibus Aquileiense concilium in causa Palladii ac Secundiani habitum occasionem dedit. Illas una cum actis ejusdem concilii hanc in editionem non solum ideo recepimus, quia in Romana fuerant evulgatæ, et inter Ambrosiana opera in manuscriptis quibusdam reperiuntur; sed multo magis quod Patribus Aquileiensibus et linguæ in disputando, et manus in scribendo officium præstitisse noscatur sanctus Præsul. Jam vero tempus concilii clare definitur, cum ejusdem acta Syagrii atque Eucherii coss. nomina in fronte præferant, quorum consulatum in annum 381 incidisse extra dubium est.

Atamen quid faciemus P. Franc. Chiffletio, qui eadem Acta adulterina esse, et a Vigilio Tapsensi qui vertente quinto sæculo scriptitabat, fabricata contendit; eoque non solum illa edi curavit inter legitima Vigiliæ opera, sed et iudicium suum propria dissertatione defendit? Nos vero ut appareat cur assentiri eidem non potuerimus, præcipua ipsius dispicimus, quam brevissime nobis licebit, argumenta.

Narrat igitur Vigilius ad procedendam synodum illam ea re ductum, quod Arianos, quos impugnare professio nomine nunquam audebat, facilius objecta concilii auctoritate arbitraretur esse confutandos. Illud autem inde confirmat, quod alios quoque libros abs se compositos Athanasio atque Ambrosio supposuerit idem Vigilius. Verum ut maxime certa esset ultima ista suppositio, plurimum inter se illa differant, libello cuiquam recens elucubrato veteris auctoris nomen ascribere, et pro vero concilio, cujus Acta jam pridem in vulgus exierint, et Ecclesiarum eru-

ditorumque scriiniis conserventur, falsam substituere. Primum illud non ita insolens est, nec tam facile deprehenditur, maxime si auctor qui peregrino idiomate scripserit, adoptetur: secundum vero prope inauditum est, nec ferre nisi ab auctore homine tentari queat. Quis igitur sibi persuadeat præselem eruditum, famam propriam, atque Ecclesiæ etholicæ causam Arianorum probris ac ludibriis usque adeo prostituisse? Nam cum idem ille integrum Concilium penes se haberet, cujus etiam epocham, subscriptiones, licet alicubi corruptas, nec non synodaliū epistolarum partem retinuerit, ut scribit ipsemet Chiffletius; quo pacto sibi tantum adulari potuit, ut crederet hanc eandem synodum apud nullum alium neque in Africa, neque in Gallia, neque in Italia ipsa usquam servari? Quin immo quare vera illa monumenta non ipse vulgavit, majorem haud dubie adversus hæreticos vim habitura, quam commentitia? Huc adde nihil in iisdem Actis occurrere, quod non argumento et personis ex tempore ac subijto quodam calore disputantibus apte congruat.

Instat tamen adhuc Chiffletius, et quod Valerianus illic Ambrosio contra decus ac sedis Mediolanensis dignitatem semper præponatur, nec non Anemius Ilyrici primatum sibi vindicando, ex æquo contra modestiam ac veritatem peccet, reprehendit. Atqui si vera Concilii Acta, ut Chiffletius tradit, habuit Vigilius, cur in eis illa potissimum mutata voluit, unde minimo negotio fraus ejus atque impostura detegeretur? Sed nihil istic, quod merito reprehendatur, admissum esse a nobis demonstrabitur propriis locis.

Alia nonnulla objicit idem auctor iis, quæ retulimus adhuc debiliora, et quorum aliqua non modo in rem ejus nihil faciant, sed et in ipsum possint retorqueri majore ictu. Quapropter non dubitamus germana esse hæc eadem astâ, illudque unum exoptaremus, nempe ut integra ad nostram ætatem intacta pervenissent. Nam quod Chiffletius pro complemento hujus operis libellum *de Filii divinitate* obtrudere nobis voluit, id ab omni specie veritatis suo loco tam abhorreere declarabimus, quam quod maxime.

[Ann. 381 et 382.] XIII<sup>a</sup> et XIV<sup>a</sup> epistolæ, quas cur Ambrosianis adjunxerimus, illie a nobis explicabitur, nomine Italorum episcoporum inscriptæ sunt. Prima versatur tam in causa schismatis Antiocheni, quam ordinationum Maximi Cynici atque Nectarii: quorum ultimus ad sedem Constantinopolitanam in synodo universali anno tantum 381 mense martio illic habita, vel ut volunt alii, anno 382 rursus coacta, fuit adscitus. Itaque si cui alluatur prima sententia, quominus eandem epistolam in concilio Aquileiensi scriptam censeat, nihil vetabit. Quod vero ad epistolam XIV, cum in ea Theodosio propter datam superiori responsionem agatur gratiæ, ipsam a concilio ante annum 382 convocato non fuisse profectam manifestum est.

[Ann. 383.] XV<sup>a</sup> et XVI<sup>a</sup>, in quibus de morte

sancti Ascholii, deque Anysii in sedem ejus subrogatione agitur, non alterius anni quam 383 esse videntur. Ascholiu enim Romanæ synodo an. 382 celebratæ interfuerat, eique Anysius, Damaso cujus mors anno 384 ponitur, adhuc superstitē, jam succedebat. Quocirca dum et Thessalonicam rediret Ascholiu, et Ambrosium de obitu ejus certiore Anysius faceret, postremos anni 382 menses, ac primos 383 interim effluxisse necessum fuit.

[Ann. 384.] XVII<sup>a</sup> et XVIII<sup>a</sup> contra Symmachi Relationem datæ sunt. Earum tempus non difficile cognosci potest. Nam cum Symmachus, Valentiniano sub matris hæreticæ tutela adhuc posito, et Gratiano Maximi fraude ac scelere extincto, peropportunam revocandis seditiorum numinum religionibus occasionem existimasset, eidem Valentiniano Relationem obtulit suam. Huic ubi primum licuit, respondit Ambrosius, nimirum ipso anno 384, quo et ipse a prima sua ad Maximum tyrannum legatione in Italiam rediit, et Symmachus Urbis præfecturam administrabat. Cæterum in hoc certamine orator profanus christiano usque adeo inferior fuit, ut nec aræ Victoriæ, nec aliarum ceremoniarum restitutionem obtineret. Unde haud illepidē cecinit de hoc eventu Ennodius :

Dicendi palmam Victoria tollit amico :  
Transit ad Ambrosium, plus favet ira Deæ.

[Ann. 385.] XIX<sup>a</sup> Vigilio ad Tridentinum episcopatum ante paucos menses evecto eorum quæ ad episcopale munus pertinent, præcepta tradit. Vigilius annos 20, ut ipsius testantur Acta, præfuit eidem Ecclesiæ : ejus vero martyrium contigisse dicitur sub consulatu Stiliconis, quem anno 400 et 405 eam dignitatem gessisse comperimus. Itaque pontificatum suum non potuit nisi anno 380 vel 385 inire novus præsul ; unde cum anno 380, quo et sequenti etiam Abundantium illius decessorem in vivis egisse Aquileiensis concilii Acta testantur, id non contigisse manifestum sit, relinquatur ut contigerit anno 385. Non tamen sumus nescii Mabillonium nostrum in *Præfat. sæculi quinti Benedictini*, Acta quædam ejusdem Vigiliæ abs se conspecta testatum esse, quibus ipsi non anni 20 episcopatus, sed tantum 12 attribuantur. Verum ne hisce Actis posterioribus fidem habeamus, illud dissuadet, quod in hac hypothesis ejusdem Vigiliæ pontificatus iniri debuisset anno 388 vel 393, proindeque alterutro posterior esset hæc epistola ; quam tamen antequam Theodosii lege Judæorum cum Christianis conjugia prohiberentur, hoc est, ante annum 388 scriptam agnoscimus. Etenim cum in ea potissimum agatur de hujusmodi matrimoniis, Ambrosius cui eadem lex ignota esse non potuisset, illius uti auctoritate dubio procul hac in causa non omisisset.

[Ann. 385 et 386.] XX<sup>a</sup> et XXI<sup>a</sup> cum Sermonem illis adjuncto e vexatione quam a Justina imperatrice aliisque Arianis passus est Ambrosius, ortum duxere. In confesso est sanctum Præsulem sic fuisse agitatum hac tempestate, ut cum eodem anno quo incoe-

perat, sedata esset, iterum sequenti recruderit. Autumat Baronius priorem hujus persecutionis annum incidisse in 386 reparatæ salutis, quo sanctus noster primum suum libellum seu epistolam XXI ad Valentinianum destinavit : proxime autem sequenti anno Sermonem de Basilicis habitum dominica Palmarum, ac postridie scriptam ad Marcellinam epistolam. Attamen rem secus se habere obscurum non est. Enim vero quo tempore eundem Sermonem pronuntiabat, basilica multos jam dies a militibus obsessa erat, et Ambrosius, ne raperetur, illic a populo diu noctuque asservabatur ; cum e contrario intelligatur ex epistola ad Marcellinam ipsum ad ædes proprias hac ipsa dominica cubitum rediisse, paratum, si juberetur, in exilium proficisci. Exinde etiam cognoscas eundem sanctum feria VI, et sabbato proxime superiori summa cum libertate domo in Ecclesiam atque ex Ecclesia domum itavisse. Adde his plurima, quæ in Sermone memorantur, in illa epistola reticere : qualia sunt promulgata lex pro Ariminensi concilio, jussio veniendi ad Comitatum, et cum ei sanctus Præsul non paruisset, excedendi Mediolano, hymni denique ab eo compositi. Neque sane opponi potest omnia illa sorori ab eo aliis litteris esse significata ; nam etiamsi ex eodem Baronio non ejusdem anni sint epistola XX, et memorata concio, in utraque tamen acerrime in exsecrandam illam legem invehitur. Postremo cum epistolam illam et concionem synchronas esse ambarum demonstrat comparatio, ex eo ipso quod eas separavit idem Cardinalis, quam parum firma ejus opinio sit, intelligitur.

Sed nec levioris negotii est persecutioni posteriori annum ab incarnato Deo 387 ascribere. Nam potissimum circa paschalia debacchabatur ista procella, cumque postea deferbuisset, legatus ad Maximum missus est Ambrosius, cujus legationem etiam alia legatio deinde secuta est, ac demum irrupit in Italiam cum exercitu idem tyrannus, quod factum esse mense Augusto nonnulli tradunt. His autem omnibus tam exiguum temporis spatium satis fuisse vix quisquam credat. Ad hæc Augustinus, ut peritorum calculis definitur, anno 387 per festa Paschalis aquæ sacramento regeneratus est : quæ non ipso tot tantarumque turbarum anno, sed proxime secuto factum esse idem testatur.

Sed Baronium atque alios in errorem illud induxit, quod legem anno 386 synodi Ariminensis gratia latam arbitrati sunt vexandi Catholicos ansam dedisse. Novimus quoque a Mabillonio, ex eo quod Evangelium de ingressu Christi Hierosolymam olim in multis Ecclesiis prima Adventus dominica recitaretur, et etiam nunc Mediolani mos idem persistet, hoc observari, nimirum eidem anno ita tribui posse duas illas epistolas atque Sermonem, ut quæ ad sororem est, in Paschate dicatur scripta, in sequenti vero Adventum alia et memoratus Sermo rejiciatur. Verum ut sileamus tunc temporis non e consuetudine, sed casu quodam lectum esse illud Evange-

lium, anni duo persecutioni assignantur ab Ambrosio, quodque ex lege sæpius decantata contra Baronium objicitur, et in hanc opinionem pariter valet.

Quamobrem agnoscendum est duobus distinctis annis a nefaria Justina sævitum esse. Sed nihil vetat, immo vero cuncta persuadent, ut eandem persecutionem, quæ in sola imperatricis impotentia fontem habuit, jam a festis Resurrectionis anni 385 ortam credamus. Hanc sanctus Præsul in ipso initio sorori suæ significavit. Justina vero cum caruisse illam effectu inoleste ferret, odio solito extinulata, legem in Ariminensis concilii gratiam ineunte sequenti anno ferri curavit. Cum nec etiam satis hac via ipsi procederet, tum conveniri voluit Ambrosium nostrum, ut cum Auxentio certamen iniret in palatio. At respuente hanc conditionem sancto Doctore, in apertam vim atque insipientiam tandem erupit illa femina. Itaque cum ille in basilica obsideretur, ad populum pronuntiavit dictum Sermonem. Ilunc porro ea re distractum nolimus ab hisce epistolis, tum quod ex ea conjunctione historiæ series facilius intelligatur, tum quod eundem Marcellinæ ab Ambrosio missum fuisse non dubitemus, ad quam similiter idem duos alios sequenti epistola inclusos destinavit.

[Ann. 386.] XXII<sup>a</sup> tota est in texenda inventionis, ac translationis corporum Gervasii et Protasii fratrum martyrum descriptione. Alterum e Sermouibus, quos hac epistola contineri supra diximus, injuria Romani editores expulerant e loco proprio, in quem a nobis postliminii jure restitutus est. Cum porro finem attulerit persecutioni eadem inventio, hanc epistolam anno 387 a Baronio, a nobis autem 386 adjudicatur. Horum corporum translationem Romanum Martyrologium xiii kal. julias renuntiat, quo die habitus etiam ab Augustino in eandem rem Sermo superest; unde sibi in animum induxerunt aliqui hoc ipso die sacra illa pignora ab Ambrosio translata esse. Veruntamen e persecutionis fine, quem illi ipsi festis paschalibus tributum volunt, satis docemur ejusdem translationis celebrationem propter paschales solemnitates in aliud tempus esse rejectam.

XXIII<sup>a</sup> quibusdam episcopis, qui super Paschatis vii kal. maias anno 387 incidentis difficultate Ambrosium consuluerant, respondet. Huic annum a Christo nato 381 ideo assignat Bucherius, quod ante biennium Paschæ dominicam xi kal. maii celebratam illa testatur, quo die idem hoc festum anno 379 evenisse in confesso est. Verum Bucherio illud reclamat, quod nec Ambrosius de Paschate ante sex annos non redituro dicturus fuit, quod futurum erat proxime: nec ii a quibus ille consulebatur, tam præmatura sollicitudine laboraturi. Huc adde in epistola, quam anno 381 scriptam fuisse idem asserit, hæc verba temporibus paulo superioribus, quæ de solo 380 anno possent intelligi, inepte sonatura; cum pulchre in hypothesi nostra tam de illo anno, quam de 383 accipiantur. Assignandus ergo est huic epistolæ

A annus 386, agnoscendusque lapsus in voce *biennium* quam inde factam licet conjicere, quod e numero septenario his notis scripto vii primus character v detritus sit, et remanserint tantum sequentes duo numeri, ii videlicet. Erroris originem alio refert Franc. Balbus, ut videbitur proprio loco, ubi etiam de alio quodam cyclo paschali dicendum erit.

[Ann. 387.] XXIV<sup>a</sup> scripta est in reditu secundæ legationis ab Ambrosio ad Maximum susceptæ, cujus rationem atque ordinem Valentiniano juniori narrat. Profectus erat sanctus Antistes paulo post sedatas, quas Justina in eundem concitarat turbas: redeuntem vero in Italiam ilem tyrannus cum exercitu pone secutus est 387 salutis anno.

XXV<sup>a</sup> Studio respondet, an aliquem capitali sententia damnare liceret, ambigenti. Dubitatio omnis in eo vertebatur, quod clericorum nonnulli erant, a quibus communione privabantur ii, qui ultimo supplicio animadverti in reum quempiam jussissent. Agnoscit porro sanctus Ambrosius majorem ex eo accessisse difficultatem, quod inter episcopos etiam non deerant, qui reorum supplicium apud sæculares iudices prosequerentur. Cum autem Ithacianos Priscilliani, qui anno 385 securi percussus fuit; supplicio afficiendi auctores designaverit, nec tamen significaverit eos ab orthodoxorum consortio adhuc expulsos, quod non multo post Maximi supplicium anno 388 interempti tandem factum est; necessario hinc afficitur epistolam hanc medio intervallo eorumdem annorum 385 et 388 fuisse datam.

XXVI<sup>a</sup> superioris continuatio est, in qua Dominicum de adultera muliere iudicium, quod supra tantum delibaverat, uberius expendit. Inde est quod utraque et eodem tempore, et ad eundem hominem, licet inscriptionis quædam varietas sit, missa noscitur.

XXVII<sup>a</sup> earum omnium quæ inscribuntur ad Irenæum, prima vel saltem e primis esse eo probatur, quod hisce verbis in ea loquitur Ambrosius: *Non erubescas patrem interrogare.* Annum vero quo scripta fuit, hinc eruiamus, quod quæ indicatur pro Christo passus, ea intelligi commodius non posse videantur, quam de Justinæ persecutione. Quapropter illam aut huic anno 387 aut superiori 386 tribuendam existimamus. Et sane tanta est eorum quæ in ea tractantur cum argumento epistolæ ad Simplicianum secundæ affinitas atque consensio, ut alterius ætatem altera quodammodo demonstret ac confirmet.

XXVIII<sup>a</sup> satis concinne cohæret atque connectitur cum superiore. Namque ubi supra expositum est quam fugiendus nobis sit improborum convictus et societas, hic Irenæum ad sublimiorem gradum promovet, eum ut pote Ecclesiasticæ militia: ascriptum, cæteris christianis vitæ sanctimonia præcellere debere patefaciens. Hinc intelligas eadem epistola superiore hanc non esse nisi parvo spatio posterioriorem.

XXIX<sup>a</sup> præcepta majoris adhuc perfectioris tradidit Irenæo. Ostendit enim ad tam perfectam cum summo bono conjunctionem aspirare ipsum debere; ut ad inferiora, quæ hæc ob causam relinquenda sunt, numquam redeat. Hanc ergo epistolam superiores duas brevi secutam dubium non est. Quod præterea Gratiani luctuosa mors, quæ non obscure ibidem indicatur, multum confirmat.

XXX<sup>a</sup> versatur in exponendo Aggæi loco. Hanc Ambrosius statim atque XXIX<sup>a</sup> obsignasset, tradidissetque tabellario, abs se exaratam primis ejus verbis testificatur.

XXXI<sup>a</sup>, XXXII<sup>a</sup> et XXXIII<sup>a</sup> sic sibi invicem concatenantur. Cum sanctus Præsul quæstioni sibi ab Irenæo propositæ epistola XXXI<sup>a</sup> satisfacisset, in citatis sub ejus finem Deuteronomii verbis proponendæ novæ quæstionis occasionem invenit Irenæus. Illi respondet idem Sanctus ea epistola, quam XXXII<sup>a</sup> esse oportebat. Sed cum antequam ultimas illas Irenæi litteras is accepisset, epistolæ XXXI<sup>a</sup> aliam subjunxisset, in locum XXXIII<sup>a</sup> illa rejecta fuit. In inscriptione quidem XXXII<sup>a</sup> a Romanis editoribus facta est mutatio, sed quæ melius notis illic addendis explicabitur. Itaque ut ætatem illarum investigemus, advertendum est in XXXIII<sup>a</sup> sententiam illam, *omnis sanctus est primogenitus*, disputari multo fusius quam in lib. *de Cain. et Abel*. Hiuc conjicimus in libro *de Benedicti. Patriarch. c. 44, n. 55*, ubi agitur idem argumentum, ad hanc epistolam remitti lectores his ejus verbis; *sicut alibi demonstravimus*. Est enim illud admodum probabile hujusmodi epistolas non ea mente scriptas esse ab Ambrosio, ut legerentur ab iis solis, ad quos inscriptione sua destinabantur, sed ut communicarentur etiam cum aliis. At si admittenda est hæc conjectura, necessum erit eidem libro, quem anno circiter 387 editum esse existimamus, priorem haberi hanc epistolam. Cum autem ipsa non scripta fuerit, nisi post XXVII<sup>a</sup>, quæ prima est responsionum ad Irenæum; hinc efficitur hæc epistolas eidem tempori tribuendas esse, cui superiores. Cæterum quæ hic diximus satis ostendunt Ambrosii epistolam in Apollinarium, in qua sub finem mentio fit perdicis Hieremianæ contra Hermannj opinionem adhuc superesse.

[Ann. 387.] XXXIV<sup>a</sup>, XXXV<sup>a</sup> et XXXVI<sup>a</sup> statim a primis verbis abunde produnt, quam parvo temporis spatio inter se distent. Ad Horontiani dubitationes his respondetur. In tertia vero queritur sanctus Antistes martyrii occasiones, cum prope ad voti exitum jam pervenisset, sibi ereptas. Nemo autem non videt hoc non posse alio referri magis congrue, quam ad crudelia Justinæ ævientis tempora: et quamvis definire non facile sit, num hæc a longo elapsa essent; tamen his verbis sanctus vir loquitur, quæ vicinam occasionem quodammodo magis declarent.

XXXVII<sup>a</sup> et XXXVIII<sup>a</sup> ad Simplicianum datæ sunt eum, qui Ambrosium excepit in episcopatu. Baronius cum in *Ambrosii vita*, tum in *Annalibus Ecclesiasticis* ad annum 375 ac 385 omnes Ambrosianas

ad Simplicianum epistolas a sancto Præsule primis initi episcopatus annis scriptas asserit, ut a nobis ad epistolam LXV explicabitur. Quæ vero ab opinione doctissimi Cardinalis hoc loco nos avocant ea potissimum sunt, 1<sup>o</sup> quod intelligatur ex ipso exordio epistolæ XXXVIII<sup>a</sup>, Ambrosium, cum illam exaravit in medio ipso concionum suarum cursu existisse: 2<sup>o</sup> ethnicos philosophos e sacris nostris Auctoribus plurima mutatos non quasi aliud agendo, sed ex instituto probare aggreditur, quod argumentum etiam in *Exposit. psal. cxviii* et in libris *de Patriarchis* maxime tractat. Igitur haud parum verisimile est, omnes illas commentationes adversus superbos illos atque imperitos homines, qui sacros eosdem auctores e profanorum fontibus hausisse, uti testatur sanctus Augustinus, inepte jaclitabant, ad idem propemodum tempus esse referendas. Postremo tanta est hujus XXXVII<sup>a</sup> epistolæ cum lib. *de Jacob. et Vita beata* in elocutione atque in sententiis ac toto argumento cognatio, ut facile ab omnibus eidem tempori adjudicentur. Quod vero ad XXXVIII<sup>a</sup>, cum superioris continuatio sit, inter utramque interjectum constat non esse longum spatium.

XXXIX<sup>a</sup> Faustino mortem sororis immodice lægenti destinata est. Ad eum communium calamitatum exemplo consolandum ibi memorantur *semirutarum urbium cadavera*, quas quidem urbium eversiones ut ad irruptionem Maximi tyranni in Italiam referat Baronius, Pacati utitur auctoritate. Verum tamen non de Italia, sed de Gallis agitur eo Pacati loco, quem indicare ad id videtur. Sed cum easdem nobilium urbium excisiones ad bellum Eugenii referre haud minus difficile sit, quam ad Maximi, a Baronii sententia non recedimus, hancque epistolam exeunte anno 387, cum verisimilius occurrat nihil, scriptam putamus.

[Ann. 388 aut 389.] XL<sup>a</sup> tota est in persuadendo Theodosio, ut edictum de synagoga quadam Judæorum ab episcopo castri Callinici reædificanda, deque monachis qui sanum Valentinianorum hæreticorum ab iis contumelia provocati incenderant, supplicio afflictiendis revocaretur. Contendit Gothofredus non aliam legem indicari hæc epistola, nisi leg. *4 de Judæis Constantinopoli* in kal. octobr. anni 393 latam; atque adeo eandem epistolam huic ipsi anno attribuendam. Confirmandæ suæ opinioni addere insuper se potuisset ab Ambrosio et incensæ *dudam* Constantinopoli domus episcopalis, et injuriæ Antiochenis a Theodosio condonatæ mentionem fieri. Nilominus tamen istis omnibus potior nobis est Paulini auctoritas, in præceptoris sui rebus testis oculati. Aperte autem hic profitetur, *extincto Maximo, Theodosio constituto Mediolani; Ambrosio vero episcopo constituto Aquilæ* scriptam fuisse hanc epistolam. Et re vera in Maximo commemorando Ambrosius ibi multus est, satisque innuit ipsa ratione qua de illo agit, eum non a longo tempore Theodosii armis devictum esse. Constat igitur legem, quæ causam præbuit huic epistolæ, non Constantinopoli, sed

Mediolani editam fuisse; ac proinde ab ea quam A proposuit idem Godofredus, longe diversam. Quod ad veniam datam Antiochenis, eam Sozomenus lib. vii, cap. 23, refert ad illud tempus, quo Theodosius ad bellum Eugenio tyranno inferendum sese parabat: sed ipsum in hoc errare omnes agnoscunt. Quod vero ad episcopi Constantinopolitani incensas ædes, quos anno 388 Ægrasse narrat Socrates, eas profecto nihil officere, quominus in epistola ejusdem anni adverbium *dudum* adhiberi jure poterit, loco suo demonstrabimus. Statuendum itaque hanc epistolam tunc temporis fuisse scriptam, cum profligato Maximo, Mediolanum rediit imperator. Atqui ex Codice Theod. intelligitur eundem xii kal. octobris anni 388 nondum recessisse Aquileia, vi vero idus ejusdem mensis jam venisse Mediolanum, qua in urbe usque ad maium sequentis anni commoratus est. Ex quibus liquet hoc ipso intervallo sanctum Præsulem, qui negotiorum suorum causa Aquileiam se contulerat, super memorati edicti revocatione scripsisse ad Theodosium.

XLII<sup>a</sup> eam ob rem exarata est ab Ambrosio, ut sororem faceret certiore, quo pacto Episcopi ac Monachorum causa, de qua agitur in epistola superiori, felicem exitum esset consecuta. Eidem adnexi et eum sermonem, quem reversus Mediolanum, eadem de re coram Theodosio pronuntiavit. Hinc nemo neget hanc epistolam parvo intervallo postquam superior scripta fuisset, secutam esse. Nullus enim locus est dubitandi, Ambrosium ubi primum ei licuit, ad sedem suam reversum esse, ut iis a quibus C decipi potuisset religio imperatoris, aditus præcluderet, et ipse eorum quæ peroptabat, fieret compos.

XLIII<sup>a</sup> respondet Syricio. Namque hic papa, cum Romæ Joviniani hæresis palam erupisset, habito Romani cleri concilio, ejus auctorem ac sectatores anathematis pœnæ subiecit. Tum vero synodicam epistolam ad Mediolanenses ideo scripsit; ut idem hæreticus, quem e monasterio non procul a muris Mediolanensibus posito et Ambrosii vigilantia gubernato profugisse noverat, in illa urbe tamquam anguis quidam in specu suo suffocaretur. Acceptis Syricii litteris, eandem hæresim in synodo Mediolani coacta damnari curavit Ambrosius, et episcoporum presentium nomine id ita significavit pontifici, ut simul hæresim validis rationibus confutaret. In cognitionem ætatis hujus epistolæ deducimur his ejus verbis: *impictas Manichæorum, quam clementissimus imperator exsecratus est.* Quæ quidem verba ad legem 20 de Hæreticis ann. 391 promulgatam referuntur a Godofredo; attamen cum ibi nulla Manichæorum mentio fiat, illis ad legem 48 de Hæreticis allusum esse cum Baronio existimamus. Cum ergo hæc ultima lex anno 389, v kal. julias, lata prodatur, non incongruum putamus fore, si concilium ac epistolam eidem anno vel potius 390 adjudicemus.

[Ann. 389.] XLIII<sup>a</sup> et XLIV<sup>a</sup> Horontiano inscribuntur. Illic post lectum Hexaemeron eam ob causam scripserat Ambrosio, ut quia ibidem non

A satis explicatum viderat, cur postremus rerum omnium homo creatus a Deo esset, illud sibi planius aperire non gravaretur. Primis ejus dubiis cum satisfacisset sanctus Antistes, aliam difficultatem ex ejusdem Operis lectione sibi exortam iterum idem illi proposuit. Hanc similiter Ambrosius dissolvit: ex quibus responsis constat hæc duæ epistolæ. Constat igitur utramque Hexaemero posteriorem esse, id est anno 389, circa quem illud Operis in vulgus exiisse declaravimus: easdem tamen haud interjecto longo tempore illud secutas hinc evincitur, quod cum Horontianus Ambrosio, cujus manibus in diaconum aut presbyterum fuerat consecratus, arctissima necessitudine conjungeretur, nullum dubium est, quin idem ille Hexaemeron, mox ubi editum B fuit, ab eo acciperit evolveritque.

XLV<sup>a</sup> earum quæ ad Sabinum scriptæ habentur, ordinem ducit. Fuit autem Sabinus ille Placentinus episcopus, qui Aquileiensi concilio subscripsit, cujus miraculum quoddam refertur lib. v Dial. sancti Gregorii cap. 40, et nomen in Martyrologio Romano ad iii idus decembris commemoratur. Hexaemeri quoque lectio ipsi moverat quamdam propter hoc difficultatem, quod nihil ibidem de paradiso disputaretur. Cognito ex ejus litteris illo dubio, Ambrosius cur illud caput prætermisisset, hanc causam reddit, quod videlicet idem argumentum ante plures annos jam tractavisset. Hinc intelligas epistolam hanc librum de Paradiso non paucis annis, librum vero Hexaemeron brevi spatio secutam esse.

XLVI<sup>a</sup> et XLVII<sup>a</sup> Sabino quoque se missas ferunt. Harum priori occasionem dedit nescio quis Apollinarista, qui ad suam hæresim proseminandam terras ac maria peragraverat. Idem cum venisset Mediolanum, quædam in Ambrosii libris carpero cœpit: quem publice a se confutatum hac epistola nuntiat sanctus Doctor. In sequenti autem ubi de libro quem distinctius quam antea scriptum, ad Sabinum deferri curaverat, pauca præmisit, de mutui commercii epistolarum, in quibus potissimum aliquid e Scripturis discutitur, utilitate fusius agit. Porro cum prorsus verisimile sit commentationes Ambrosianas, quas arrodere susus narratur ille Apollinarista, quasque peritiori manu descriptas se transmisisse Ambrosius memorat, easdem esse ac libros de Fide, ac de Incarn. Dom. sacram., cum præterea is de se quasi jam sene mentionem faciat, eis de causis non arbitramur utramque epistolam ad alium annum melius, quam ad hunc 389 vel circiter referri posse.

XLVIII<sup>a</sup> ut argumento sic et ætate conjuncta est superioribus. Libellos enim quos hic testatur Ambrosius sibi redditos, non alios ab his esse credimus, qui missi Sabino supra dicuntur. Idque hinc etiam astrui potest, quod ætatis suæ provectoris nec in hac epistola mentionem omittat beatus Præsul.

XLIX<sup>a</sup> e superiore etiam pendet. Etenim cum epistolis, maxime vero quibus aliquid e sacris libris

examinetur, operam se daturum frequentiore[m] illic testetur Ambrosius noster, in hac epistola, quæ in sententiis divinis pene tota est, fidem profecto liberat suam; proindeque ab aliis eam abstrahi non oportere negabit nemo.

L<sup>a</sup> Chromatii precibus concessa est Aquileiensis episcopi, qui Ambrosium, ut sibi aliquid e sacris codicibus epistolari familiaritate disputatum mitteret, obsecraverat. Ejus optatis ut Sanctus noster satisfaceret, et prophetia Balaam elegit argumentum. Propterea vero hanc epistolam superiorum ordini accensuimus, quod in ea quoque suæ senectutis mentionem injiciat.

[Ann. 390.] LI<sup>a</sup> Theodosio imperatori Mediolanum postquam Thessalonica strages edita esset, venienti ob id missa est, ut Ambrosius cur non exspectasset ejus adventum, causas proponeret. Cædem autem illam anno 390 patratam fuisse in confesso est.

[Ann. 392.] LII<sup>a</sup> eo tempore datam se prodit, quo Rufinus ex Magistro Officiorum consul et præfectus prætorio creatus fuit. Cum autem eum anno 392 ad has dignitates gradum fecisse non ambigatur, hanc epistolam eodem anno ad Titianum perlatam constat.

LIII<sup>a</sup> immaturam ac tristem Valentiniani minoris mortem amantem lugei, de cujus etiam sepultura acceleranda interpellat Theodosium. Certum autem est anno 392 eundem illum Valentinianum idibus maii extinctum esse; unde hanc epistolam non ita multo post missam fuisse intelligimus.

LIV<sup>a</sup> et LV<sup>a</sup> Eusebio, qui caput erat nobilis familiaris Bononiensis, destinatae sunt. Agitur in earum altera de quodam apparitore, deque tussi Faustini pueri: at in altera eundem puerum cum Faustino ipsius patre ad eum Bononiam profectum, Mediolani autem secum remansisse Ambrosium atque Ambrosiam scite nuntiat noster Ambrosius. Porro cum eandem hanc Ambrosiam non ob aliud *spiritalium columbam* vocet, nisi quia ipsam virginalem velo, sicut ad lib. *de Inuit. Virg.* annotatum est, consecraverat: hinc colligitur eidem libro, cui nos annum 392 attribuimus, posteriores esse has epistolas.

LVI<sup>a</sup> Theophili Alexandrini respondet epistolæ. Materia scribendi fuerat Antiochenum schisma, de quo plura ad Ambrosii epistolam dicenda erunt. Observandum interim in eadem culpa Flavianum, quod se adversus Capuanæ synodi auctoritatem rescriptis a Theodosio, qui tunc in Orientem reversus erat, impetratis communiisset. Exacto in Italia prope triennio, imperator non nisi vi kal. decembris anni 391 redierat Constantinopolim; proindeque synodum illam intra eum diem atque idus maii anni sequentis, quo die necatum diximus Valentinianum, habitam fuisse necesse est. Nam post id temporis conventus episcopales in Italia haberi per excitata ab Eugenio tyranno bella nequitiam licuit. Finita synodo, quod in ea super memorato dissidio statutum fuerat, Theophilo significarunt Capuani Patres. At ipse cum postea litteras eandem ob cau-

sam destinasset ad Ambrosium, a Viro sancto epistolam, de qua hic agitur, elicit. Quis igitur eat inficias vix illam ante anni 392 exitum scribi potuisse?

Superiori epistolæ aliam subjecimus in Bonosi hæreseos postulati causa versantem. Jam tota res in Capuano consessu, de quo proxime ante dicebamus, tractata fuerat; ejusque cognitio vicinis istius hæretici episcopis ad maturius et accuratius examen mandata. Cum vero iidem antistites consulissent auctorem hujus epistolæ, ac ei iudicium hoc viderentur permittere; hic non sibi, sed ipsis ut potest quibus commissum erat a concilio, id competere responsum dedit: ac simul etiam errorem Bonosianum circa perpetuam Deiparæ virginitatem valide confutavit. Illa quidem planum faciunt hanc epistolam superiori synchronam esse, et ab eadem non solum hoc nomine, sed etiam quod Capuanæ synodi tamquam pars altera sit, in editione Romana male abstractam. Illud vero difficilius, cuiam auctori hæc debeat, patefacere. Sunt rationes in utramque partem hæudquaquam leves, quas loco proprio excutiemus.

[Ann. 393.] LVII<sup>a</sup> Eugenio tyranno, cur eo Mediolanum accedente, Ambrosius hinc recessisset, causas aperit. Est autem perquam verisimile tyrannum illum non statim atque, Valentiniano idibus maii e visis sublato, in solium ab Arbogaste collocatus est, in Italiam impetum fecisse, at prius alias quasdam absolutas ab eo esse expeditiones. Id quidem tum e Paulino in *Ambrosii Vita*, et Severo Alexandro apud Gregorium Turonensem *Hist. lib. v. c. 9*, intelligimus, tum ex hac ipsa epistola, ubi Ambrosius eundem Eugenum in *primordiis imperii* ad se scripsisse, ac se postea, si quando emerisset aliqua necessitas, ad eum quoque litteras dedisse testificatur. His ergo ducti eam tyranni irruptionem non nisi exeunte anno 392 vel potius ineunte 393 factam putamus; atque adeo hanc epistolam eidem tempori attribuendam.

LVIII<sup>a</sup> in argumento versatur plane celebri. Nihil enim ea tempestate Paulini avitis atque propriis honoribus nobilissimi abdicatione ac recessu illustrius. Non tamen scripta est hæc epistola, postquam ille Nolam jam recesserat, id est, anno 394, ut opinatus videtur Baronius. Nam præterquam quod ex epistolis ejusdem Paulini ad Alypium atque Augustinum, nec non utriusque ad eundem Paulinum hæud male colligitur ipsum ab anno 393 Nolam venisse; hæc ipsa epistola satis indicat Ambrosium, cum eam scripsit, illius conspectu nunquam potitum. Vidit autem postea eundem Florentiæ, quo tempore Romam iter habebat, statim hinc Nolam se recepturus. Huc etiam accedit, quod primis annis, quos egit Barcinone idem Paulinus, non omnes simul suas facultates publicaverit, vendideritque, sed illas in plures partes sensim distraxerit. Itaque cum venditis illis omnibus, Paulinum ipsum jam factum pauperem testetur Ambrosius, illum in præcinctu ad iter suum.

cum Sanctus noster ista scriberet, jam tum fuisse existimamus. Et hinc clarum sit hanc ipsam epistolam adjudicari non posse melius, quam aut anni 392 postremis mensibus, aut primis 393.

LIX<sup>a</sup> illud observatione dignum præ se fert, quod nempe quoto ætatis Ambrosii anno data fuerit, planum faciat. Aperte enim testatur sanctus Antistes annum tertium et quinquagesimum se peregrisse, cum hæc scriberet. Verum quæ præmittuntur paulo superius, multo plus negotii verba facescunt. Sic autem habent: *Objecti*, ait ille, *barbaricis motibus, et bellorum procellis, in medio versamur bellorum freto*. Hunc locum ad Maximi tyranni bella referendum autumat Baronius in *Ambrosii Vita* et in *Annalibus*, Ughellus in *Italia sacra*, et Bollandistæ in *Actis hujus sancti Severi*. Hincque colligunt et hanc epistolam anno 387 esse tribuendam, et cum eodem concurrisse annum Ambrosianæ ætatis 53. Addunt insuper sanctum Præsulem, cum vitam ad usque mensem aprilis anni 387 produxerit, annos implevisse quatuor supra sexaginta. Illud autem opinioni suæ impendio favere putant, quod in Maximiano bello fusum fuerit multo plus sanguinis, quam in Engeniano. Sed tamen hæc eorum ratio nihil efficit: namque in epistola de qua loquimur, barbarici motus ac bellorum procellæ commemorantur, an vero eadem bella existerint aliis quibusdam crudeliora, nemo hinc probet. MAVULT Hermannus locum Ambrosii a nobis propositum de bello Eugenii scriptum fuisse: idque contendit cum Ambrosianæ vitæ historia magis congruere, quam quidem ultra 57 annum productam negat. Sed hoc non usque adeo perspicuum est. Fatendum ergo memorata verba sive Eugenii, sive Maximi bello accommodentur, perinde esse. Illud autem Baronii opinioni magis favere forte videatur, quod Ambrosius in non paucis epistolarum superiorum locis senectutis suæ mentionem subinde iteret, quod sane illi viro minus convenit, qui vitæ curriculum anno 57 quam qui 64 terminaverit. Verum tamen non ignoramus illud Basilio aliisque sanctis quibusdam usu venisse, ut quamvis in ætate minus protracta diem obierint, de se tamen quasi jam senibus loqui amarent. Inde est quod lectoribus integrum relinquere velimus rei iudicium. Monemus tamen illud discriminis in episcopatus Ambrosii annis nihil mutare, sed solum in actis ante episcopatum: hos tamen ipsos plus æquo producere videtur Baronius.

LX<sup>a</sup> Paternum deterret, ne filium cum nepte ex filia, id est avunculum cum filia sororis, matrimonio jungat. Nititur autem in dissuadendo potissimum his argumentis Ambrosius noster, quod hujusmodi conjugium et divinis legibus contrarium sit, et prohibitum constitutione Theodosii, a quo *amplissimum*, inquit, *accepisti honorem*. Hæc porro verba cum aptari non possint commodius, quam dignitati comitis sacrar. *Largit*. qua Paternum ornatum fuisse ex multis Symmachi epistolis cognoscere est, quamque ab eodem administratam anno 393 indicat lex 14 de Mc-

tallis, hanc quoque epistolam eidem anno 393 attribuamus, nobis persuadent. Quod autem ad prohibitionem Theodosii supra memoratam, ea quidem ad ætatem nostram transmissa non est, sed ejus in aliis quibusdam exstat mentio, quemadmodum a nobis declarabitur proprio loco.

[Ann. 394.] LXI<sup>a</sup> ad Theodosium, a quo sanctus vir de gratiarum actionibus ob profligatum non sine miraculo Eugenium tyrannum Deo reddendis litteras acceperat, responsio est. Hac ergo Ambrosius imperatorem eorum quæ exsequendis ejus postulatis ipse præstiterat, certiores facit. Unde hæc epistola per se loquitur non alio anno nisi 394 se missum esse: cum tyrannus ille hoc ipso anno mense septembri luerit supplicium.

LXII<sup>a</sup> eidem principi, eodem tempore, et in argumentum non absimili exarata est. Quippe qua illis Ambrosius ab imperatore veniam petit, qui cum tyrannum essent secuti, eo interfecto, confugerant in ecclesias, criminis sui poenam declinaturi.

[Ann. 396.] LXIII<sup>a</sup> postremum primæ nostræ classis locum obtinet. Ejus scribendæ hæc causa fuit. Morte Limenii, non autem, ut quibusdam videtur, Eusebii, quem anno 371 vivere desiisse Hieronymus in *Chronico* et in *Scriptoribus ecclesiasticis* docet, episcopo destituta erat diocesis Vercellensis. Tanti mali originem, nimirum cleri atque populi contentiones reseccare cupiens Ambrosius noster, hanc epistolam ad eos misit. Extra dubium est eam Aquileiensi synodo, anno 381 cui subscripsit idem Limenius, posteriorem esse: at præterea non nisi anno 396 ponendam fatebitur, qui noluerit Actis Gaudentii Novariensis, quæ a Mombratio atque Bollando ad x kal. februarias referuntur, fidem abrogare. Legimus enim in illis Actis Ambrosium paucis mensibus antequam e vita excederet, Vercellas componendi cujusdam dissidii causa se contulisse. Quod quidem iter commodissime intelligemus, si dixerimus sanctum Præsulem, cum litteris suis parum profecisset apud obstinatos animos, eo profectum; ut demum eorumdem pervicaciam præsens expugnaret.

Qui ob mentionem *Venetiarum* hanc epistolam Ambrosio putant suppositam, si non advertunt cum apud alios ejusdem ætatis, tum apud Ambrosium ipsum in certis operibus (*Epist. 18, num. 21*) usurpari eandem vocem. Majori forte an veri specie maxima fragmenta ex aliis Doctoris nostri commentationibus in hanc translata atque inserta, quæ nos suo quæque loco indigitabimus, iidem obtenderent. Verum tamen id non abhorret ab Ambrosii consuetudine, et ut maxime nusquam is alibi hoc usurparet, hic nibilominus mirum non esset, si quæ meminisset de continentia, de jejuniis, de vigiliis non segniter abs se alibi disputata, eadem contra Sarmationem ac Barbatianum harum virtutum infensissimos adversarios rursus instrueret intenderetque. Cæterum quidquid dicitur de istis hæreticis, ætatem hujus epistolæ liquido confirmant: ejus vero dictio, character atque

argumentum illam Ambrosio tamquam vero parenti validissime asserunt.

SECUNDA CLASSIS.

Alteram classem epistolarum in Admonitione trifariam divisam fore indicavimus, nimirum in eas epistolas vel quæ de Scripturis edisserendis, innotuitæ sunt, vel quæ in serio aliquo versantur argumento, vel ad postremum quæ familiaris urbanitatis atque officii significationes tantum continent.

Prima series epistolis omnino tredecim constat, de quibus illud est admonendum, eam scilicet quæ in aliarum fronte ponitur, et inscribitur ad Irenæum, non incommode subjici potuisse epistolæ XXVII. Utraque enim et eidem Irenæo, et in locos ejusdem libri Exodi scriptæ fuerunt.

Similiter etiam LXX<sup>a</sup> et LXXI<sup>a</sup> quæ datæ sunt ad Horontianum, et quibuscum animæ in peccatum delapsæ ad bonam frugem atque virtutem reditus, tum varii ejusdem in virtutis itinere progressus aperiantur; epistolæ XXXIV, in qua ad eundem Horontianum de ejusdem animæ spiritualitate disputatur, jungi poterant: si ex sola hujusmodi affluentia idoneum duci argumentum judicassetis tempori asserendo.

LXXI<sup>a</sup> quæ Constantio inscribitur, varias diluit, quæ ab ethnicis atque hæreticis circa institutionem abrogationemque circumcisionis proponebantur difficultates. Cum autem ea tempestate tres Constantii, episcopali dignitate omnes ornati reperiantur, nempe Arausicanus, Scisciensis, atque alius sedis incertæ, quemadmodum a nobis in Acta concilii Aquileiensis observabitur, non facile definiatur ad quem illorum, immo vero num ad illorum omnino ullum destinata sit. Huc tamen nos propendimus magis libenter, ut ad eundem scriptam putemus, ad quem et secunda hu-

jus editionis missa fuerat. Cum enim hic Constantius sanctum Doctorem, sicut vidimus, non secus ac patrem de vitæ suæ institutione, atque muneris administratione consuluerit, verisimile est eum Ambrosio, si quid aliud obortum fuerit difficultatis, proponere non dubitasse. Hæc porro epistola melius alibi collocari posse non videbatur quam isto loco, quippe quæ partim ad antiquum fœdus, in quo circumcisio instituta est, partim ad novum, in quo eadem est abrogata, referri possit.

Denique LXXIV<sup>a</sup> et LXXV<sup>a</sup> varias epigraphas in fronte gerunt, ut alibi commodius dicitur. Id vero tantum hoc loci non silebimus has duas epistolas, quantum ex orationis genere conjici potest, ipso Ambrosiani episcopatus initio datas fuisse; quando videlicet volvendis operibus Origenianis maxime incumbebat sanctus Antistes.

Secunda series hujusce classis octo epistolas tantum exhibet, sed omnes magnis de rebus gravique stylo elucubratas. In his quippe modo novi fœderis dignitatem antiquo præcellere ostendit Ambrosius, modo ad maturanda baptismi sacramenta pie hortatur. Alibi clericos animo despondentes in officio confirmat, alibi qua ratione familiarum consulendum sit tranquillitati, verbo et exemplo juxta declarat. Alibi demum sancte justequè facta atque consulta non sinit privari laudibus suis. Cum autem in iisdem epistolis nihil occurrat, quod non aptius in notis ad illas edisseratur, pluribus modo superedemus.

Tertia series aliis cedit tam paucitate ac brevitate epistolarum, quam gravitate. Non enim ea continentur nisi septem epistolia, familiari stylo ad amicorum nonnullos scripta: sed quæ tamen non tantum Sancti urbanitatem, verum etiam in honestis jocis amœnitatem patefaciunt.

ORDO NOVUS EPISTOLARUM S. AMBROSII  
CUM ANTEA VULGATIS COMPARATUS.

(In hoc indice, ut in sequentibus, numeri arabici columnas novæ editionis designantes iis numeris respondent quos inter textum crassiori caractere expressimus.)

Ordo novus.	Ordo Editio- num Amerb. Erasini, Gill, etc.	Ordo Editio- nis Romanæ. et posteriorum Paris.	PRIMA CLASSIS.	D	Ordo novus	Ordo Editio- num Amerb. Erasmi, Gil, etc.	Ordo Editio- nis Romanæ et posteriorum Paris.	PRIMA CLASSIS.	
.....	25	Tom. IV	Gratianus Ambrosio. col.	754	XII	deest	III	Imperat. Gratiano, etc.	812
I	26	Tom. IV	Gratiano imperat.	752	XIII	deest	deest	Imper. Theodosio, etc.	814
II	44	XIX	Constantio.	754	XIV	deest	deest	Imper. Theodosio, etc.	817
III	51	LXIX	Felici.	762	XV	59	XXII	Anatolio, Numero, etc.	819
IV	5	LX	Felici.	763	XVI	60	XXIII	Anysio fratri.	822
V	64	XLVI	Syagrio.	765	XVII	30	XI	Valentiniano imperat.	824
VI	65	XLVII	Syagrio.	771	.....	.....	.....	Relatio Symmachii.	828
VII	1	Tom. I	Justo.	777	XVIII	31	XII	Valentiniano imper.	833
VIII	63	X	Justo.	783	XIX	70	XXIV	Vigilio.	812
IX	deest	II	Gæta concilii Aquileiensis.	786	XX	53	XIV	Marcellinæ.	852
X	deest	I	Episcopis Gall., etc.	806	XXI	32	XXIII	Valentiniano imper.	860
XI	deest	IV	Imperat. Gratiano, etc.	806	.....	.....	.....	Sermo de Basilicis, etc.	863
			Imperat. Gratiano, etc.	810	XXII	85	LIV	Dominæ sorori.	874
					XXIII	83	Tom. IV	Episcopis per Æmil.	890



Ordo novus	Ordo Editio- nis Ro- manæ. Erasmi, et pos- Gill. etc.	Ordo Editio- nis Ro- manæ. Erasmi, et pos- Gill. etc.	PRIMA CLASSIS.	A Ordo novus	Ordo Editio- num Amerb. Erasmi, et pos- Gill. etc.	Ordo Editio- nis Ro- manæ. Erasmi, et pos- Gill. etc.	PRIMA CLASSIS.		
XXIV	27	LVI	Valentiniano imper.	888	LVIII	36	xxx	Sabino.	1013
XXV	58	LI	Studio.	892	LIX	37	xxxii	Severo.	1016
XXVI	76	LII	Studio, <i>vel</i> Irenæo.	894	LX	38	xlvi	Paterno.	1017
XXVII	4	Tom. I	Irenæo.	898	LXI	deest	lviii	Theodosio imperat.	1020
XXVIII	6	xx	Irenæo.	902	LXII	deest	xvi	Theodosio imperat.	1021
XXIX	11	Tom. II	Irenæo.	904	LXIII	82	xxv	Vercellensi Eccl., etc.	1022
XXX	12	Tom. II	Irenæo.	910					
XXXI	15	xxxv	Irenæo.	914					
XXXII	48	Tom. II	Irenæo.	917	LXIV	62	Tom. I	Irenæo.	1049
XXXIII	14	xxxvi	Irenæo.	919	LXV	2	Tom. I	Simpliciano.	1051
XXXIV	21	xxxviii	Horontiano.	921	LXVI	56	Tom. I	Romulo.	1054
XXXV	22	xxxix	Horontiano.	925	LXVII	5	Tom. I	Simpliciano.	1057
XXXVI	25	xl	Horontiano.	929	LXVIII	52	Tom. I	Romulo.	1060
XXXVII	7	Tom. I	Simpliciano.	930	B LXIX	15	Tom. I	Irenæo.	1061
XXXVIII	10	xxvii	Simpliciano.	941	LXX	18	Tom. II	Horontiano.	1062
XXXIX	8	LVI	Faustino.	944	LXXI	19	Tom. II	Horontiano.	1068
XL	29	xvii	Theodosio imperat.	946	LXXII	77	Tom. I	Constantio.	1071
XLI	deest	lviii	Frater sorori.	956	LXXIII	71	XLI	Irenæo.	1077
XLII	80	vi	Syriscus Mediol. Eccl.	963	LXXIV	72	XLII	Irenæo <i>vel</i> Clement.	1080
XLIII	81	vii	Syriscio Papæ etc.	965	LXXV	73	XLIII	Clementiano.	1083
XLIV	38	Tom. I	Horontiano.	970	LXXVI	16	xxxvii	Irenæo.	1085
XLV	59	Tom. I	Horontiano.	976	LXXVII	20	xxviii	Horontiano.	1089
XLVI	42	Tom. I	Sabino.	981	LXXVIII	74	XLIV	Horontiano.	1093
XLVII	47	viii	Irenæo, <i>nunc</i> Sabino.	984	LXXIX	9	xxvi	Bellicio.	1095
XLVIII	45	LXV	Sabino.	988	LXXX	75	XLV	Bellicio.	1096
XLIX	40	LXIII	Sabino.	990	LXXXI	17	Tom. II	Clericis.	1097
L	41	xxxii	Sabino.	991	LXXXII	24	XLIX	Marcello.	1100
LI	57	Tom. I	Chromatio.	995	LXXXIII	43	LXIV	Sisinnio.	1103
LII	28	LIX	Theodosio imperat.	997	LXXXIV	67	LXXII	Cynegio.	1105
LIII	85	L	Titiano.	1001	LXXXV	54	XXI	Syriscio.	1105
LIV	54	LVI	Theodosio imperat.	1002	LXXXVI	49	LXVII	Syriscio.	1106
LIV	35	LXII	Eusebio.	1003	LXXXVII	55	LXX	Segatio et Delphino.	1106
LV	46	LXVI	Eusebio.	1004	LXXXVIII	50	LXVIII	Attico.	1107
LVI	78	IX	Theophilo.	1006	C LXXXIX	69	LXXIV	Atypio.	1107
LVI	79	V	<i>De causa Bononi.</i>	1008	XC	68	LXXIII	Antonio.	1108
LVII	deest	XV	Eugenio imperat.	1010	XCI	61	LXXI	Cauduliano	1108

Quatuor in appendicem rejectæ, et una prætermissa.

ORDO ROMANÆ EDITIONIS CUM VETERIBUS ET HAC NOVA EDITIONE COMPARATUS.

Ordo Editio- nis Ro- manæ. Erasmi, et poste- riorum Paris.	Ordo Editio- num Amerb. Erasmi, et pos- Gill. etc.	Ordo Editio- nis Ro- manæ. Erasmi, et pos- Gill. etc.	Ordo Editio- nis Ro- manæ. Erasmi, et pos- Gill. etc.	Ordo Editio- num Amerb. Erasmi, et pos- Gill. etc.	Ordo Editio- nis Ro- manæ. Erasmi, et pos- Gill. etc.				
Tom. I									
I	58	XLIII	Horontiano. <i>col. no. ed.</i>	970	v	10	LXX	Horontiano.	1062
II	59	XLIV	Horontiano.	976	vi	19	LXXI	Horontiano.	1068
III	42	XLV	Sabino.	981	vii	12	xxx	Irenæo.	910
IV	4	XXVII	Irenæo.	950	Tom. IV				
V	62	LXIV	Irenæo.	1049	I	25	.....	Gratianus Ambrosio.	751
VI	2	LXV	Simpliciano.	1051	ii	26	i	Gratiano imperat.	752
VII	1	VII	Iusto.	777	iii	83	xxiii	Episcôpis per Amll.	880
VIII	56	LXVI	Romulo.	1054	Tom. V				
IX	3	LXVII	Simpliciano.	1057	i	deest	x	Imperat. Gratiano, etc.	806
X	77	LXXII	Constantio.	1071	.....	desunt	.....	Acta concilii Aquileiæ.	786
XI	71	LXXVIII	Romulo.	1060	ii	deest	ix	Episcôpis Gall., etc.	806
XII	37	L	Chromatio.	995	iii	deest	xii	Imperat. Gratiano, etc.	812
XIII	15	LXIX	Irenæo.	1061	iv	deest	xi	Imperat. Gratiano, etc.	810
Tom. II					v	79	De Bon.	Theophilo et Anysio.	1008
I	7	XXXVII	Simpliciano.	850	vi	80	.....	Syriscus Mediol. Eccl.	963
II	17	LXXXI	Clericis.	1097	vii	81	XLII	Syriscio Papæ, etc.	965
III	11	XXXIX	Irenæo.	904	viii	47	XLVI	Sabino.	984
IV	48	XXXII	Irenæo.	947	ix	78	LVI	Theophilo.	1006

Ordo Editio- novus.  
nis Romanæ  
manæ Amerb.  
et post- Erasmi,  
terio- Gill. etc.  
rum Paris.  
Tom. I.

x	63	viii
xi	30	xvii
xii	31	xviii
xiii	32	xxi
xiv	33	xx
xv	deest	lvii
xvi	deest	lxii
xvii	29	xl
xviii	deest	xli
xix	44	ii
xx	6	xxviii
xxi	54	lxxxv
xxii	59	xv
xxiii	60	xvi
xxiv	70	xix
xxv	82	lxiii
xxvi	9	lxxxix
xxvii	10	xxxviii
xxviii	20	lxxvii
xxix	deest	Append.
xxx	36	lviii
xxxi	41	xlx
xxxii	57	lix
xxxiii	84	Rejecta.
xxxiv	deest	Append.
xxxv	13	xxxi
xxxvi	14	xxxiii
xxxvii	16	lxxvi
xxxviii	21	xxxiv
xxxix	22	xxxv
xl	23	xxxvi
xli	71	lxxxiii

Justo.	783
Valentiniano imperat.	824
Relatio Symmachi.	828
Valentiniano imper.	833
Valentiniano imper.	860
Marcellinæ.	852
Eugenio imperat.	1010
Theodosio imperat.	1021
Theodosio imperat.	946
Marcellinæ.	956
Constantio.	754
Irenæo.	902
Syricio.	1105
Anatolio, Numerio, etc.	819
Anysio fratri.	822
Vigilio.	842
Vercellenci Eccl. etc.	1022
Bellicio.	1095
Simpliciano.	941
Horontiano.	1089
Florianio.	488
Sabino.	1013
Sabino.	991
Severo.	1016
Demetriadi.	
Virginibus sacris.	479
Irenæo.	914
Irenæo.	919
Irenæo.	1085
Horontiano.	921
Horontiano.	925
Horontiano.	929
Irenæo.	1077

A Ordo Editio- novus.  
nis Romanæ  
manæ Amerb.  
et post- Erasmi,  
riorum Gill. etc  
Paris.

xlvi	72
xlvi	73
xliv	74
xlvi	75
xlvi	64
xlvi	65
xlvi	66
xlvi	24
l	53
li	58
lii	76
liii	deest
liv	85
lv	deest
lvi	27
lvii	34
lviii	deest
lix	28
lx	5
lxi	8
lxii	35
lxiii	40
lxiv	43
lxv	41
lxvi	46
lxvii	49
lxviii	50
lxix	51
lxx	55
lxxi	61
lxxii	67
lxxiii	68
lxxiv	69

Clement. vel Irenæo.	1070
Clementiano.	1083
Horontiano.	1093
Bellicio.	1096
Syagrio.	765
Syagrio.	771
Paterno.	1017
Marcello.	1100
Titiano.	1001
Studio.	892
Studio, vel Irenæo.	894
Fratribus per Italiam.	484
Marcellinæ.	874
Fratribus et univ. etc.	487
Valentiniano imperat.	881
Theodosio imperat.	1002
Theodosio imperat.	1020
Theodosio imperat.	997
Felici.	763
Faustino.	944
Eusebio.	1005
Sabino.	990
Sisinnio.	1103
Sabino.	991
Eusebio.	1001
Syricio.	1106
Attico.	1107
Felici.	762
Segatio et Delphino.	1106
Candidiano.	1108
Cynergio.	1105
Antonio.	1108
Alypio.	1107

ORDO VETERUM EDITIONUM CUM ROMANA  
ET HAC NOVA EDITIONE COMPARATUS.

# Ordo Editio- num. Amerb. et Erasmi, postero- Gill. etc.	Ordo Editio- nis Romanæ et post- Erasmi, Gill. etc.	Ordo Editio- novus.	Ordo Editio- num. Amerb. et Erasmi, postero- Gill. etc.	Ordo Editio- nis Romanæ et Erasmi, Gill. etc.	Ordo Editio- novus.				
i.	Tom. I.	vii.	Justo. col. novæ edit.	777	xxiv.	49.	lxxxii.	Marcello.	1040
ii.	Tom. I.	lxv.	Simpliciano.	1051	xxv.	Tom. IV.	.....	Gratianus Ambrosio.	751
iii.	Tom. I.	lxvii.	Simpliciano.	1057	xxvi.	Tom. IV. i.		Gratiano imperat.	752
iv.	Tom. I.	xxvii.	Irenæo.	898	xxvii.	56.	xxiv.	Valentiniano imper.	888
v.	60.	iv.	Felici.	763	xxviii.	59.	li.	Theodosio imperat.	997
vi.	20.	xxviii.	Irenæo.	902	xxix.	17.	xl.	Theodosio imperat.	946
vii.	Tom. I.	xxxvii.	Simpliciano.	920	xxx.	11.	xvii.	Valentiniano imperat.	824
viii.	61.	xxxix.	Faustino.	944	.....	.....	.....	Relatio Symmachi.	828
ix.	26.	lxxxix.	Bellicio.	1095	xxxi.	12.	xviii.	Valentiniano imper.	833
x.	27.	lxxxviii.	Simpliciano.	941	xxxii.	14.	xxi.	Valentiniano imper.	860
xi.	Tom. II.	xxix.	Irenæo.	904	xxxiii.	14.	xx.	Marcellinæ.	858
xii.	Tom. II.	xxx.	Irenæo.	910	xxxiv.	57.	liii.	Theodosio imperat.	1002
xiii.	35.	xxxix.	Irenæo.	914	xxxv.	62.	liv.	Eusebio.	1005
xiv.	36.	lxxxiii.	Irenæo.	919	xxxvi.	30.	lviii.	Sabino.	1013
xv.	Tom. I.	lxix.	Irenæo.	1061	xxxvii.	Tom. I.	l.	Chromatio.	905
xvi.	27.	lxxxiv.	Irenæo.	1085	xxxviii.	Tom. I.	xlvi.	Horontiano.	970
xvii.	Tom. II.	lxxxix.	Clericis.	1097	xxxix.	Tom. I.	xlvi.	Horontiano.	976
xviii.	Tom. II.	lxx.	Horontiano.	1062	xl.	58.	xlvi.	Sabino.	990
xix.	Tom. II.	lxxi.	Horontiano.	1068	xli.	31.	xlvi.	Sabino.	991
xx.	28.	lxxxvii.	Horontiano.	1089	xlii.	Tom. I.	xlvi.	Sabino.	981
xxi.	38.	xxxiv.	Horontiano.	921	xliii.	64.	lxxxiii.	Sisinnio.	1103
xxii.	39.	xxxv.	Horontiano.	925	xliv.	19.	ii.	Constantio.	754
xxiii.	40.	xxxvi.	Horontiano.	929	xlv.	65.	xlvi.	Sabino.	988

Ordo E-  
ditionum ed. Rom. novus.  
Amerb. et poste-  
Erasmii, riorum  
Gill., etc. Paris.

XLVI.	66.	LV.	Eusebio.	1004
XLVII.	8.	XLVI.	Irenæo, <i>nunc</i> Sabino.	984
XLVIII.	Tom. I.	XXIII.	Irenæo.	917
XLIX.	67.	LXXXVI.	Syricio.	1106
L.	68.	LXXXVIII.	Attico.	1107
LI.	69.	III.	Felici.	762
LII.	Tom. I.	LXV.	Romulo.	1054
LIII.	50.	LII.	Titiano.	1001
LIV.	21.	LXXXV.	Syricio.	1105
LV.	70.	LXXXVII.	Segatio et Delphino.	1106
LVI.	32.	LIX.	Romulo.	1054
LVII.	Tom. I.	LXVI.	Severo.	1016
LVIII.	51.	XXV.	Studio.	892
LIX.	22.	XV.	Anatol. Numerio, etc.	819
LX.	25.	XVI.	Anysio fratri.	822
LXI.	71.	XCI.	Candidiano.	1108
LXII.	Tom. I.	LXIV.	Irenæo.	1049
LXIII.	10.	VIII.	Justo.	783
LXIV.	46.	V.	Syagrio.	765
LXV.	47.	VI.	Syagrio.	771

A Ordo E-  
ditionum ed. Rom. novus.  
Amerb. et poste-  
Erasmii, riorum  
Gill., etc. Paris.

LXVI.	48.	LX.	Paterno.	1017
LXVII.	72.	LXXXIV.	Cyneo.	1105
LXVIII.	73.	XC.	Antonio.	1108
LXIX.	74.	LXXXIX.	Alypio.	1107
LXX.	24.	XIX.	Vigilio.	842
LXXI.	41.	LXXIII.	Irenæo.	1077
LXXII.	42.	LXXIV.	Irenæo.	1079
LXXIII.	43.	LXXV.	Clementiano.	1085
LXXIV.	44.	LXXVIII.	Horontiano.	1095
LXXV.	45.	LXXX.	Bellicio.	1096
LXXVI.	52.	XXVI.	Studio, <i>nunc</i> Irenæo.	894
LXXVII.	Tom. I.	LXXII.	Constantio.	1071
LXXVIII.	9.	LVI.	Theophilo.	1006
LXXIX.	5.	.....	<i>De causa Bonosi.</i>	1008
LXXX.	6.	.....	<i>Syricius Mediol. Eccl.</i>	963
LXXXI.	7.	XLII.	Syricio Papæ etc.	965
LXXXII.	25.	LXIII.	Vercellensi Eccl. etc.	1022
LXXXIII.	Tom. IV.	XXIII.	Episcopis per Æmil.	880
LXXXIV.	33.	.....	<i>Rejecta. Ad sacram Virg. Demetriad.</i>	874
LXXXV.	54.	XXII.	Dominæ sorori.	874

EPISTOLARUM INDEX ALPHABETICUS.

Alypio.	col. 1105	Nona.	1093
Anatolio, Numerio, etc.	819	Irenæo prima.	894
Antonio.	1108	Secunda.	898
Anysio.	822	Tertia.	902
Attico.	1107	Quarta.	904
De Basilicis Sermo.	865	Quinta.	910
Bellicio prima.	1095	Sexta.	914
Secunda.	1096	Septima.	917
De Bonosi causa.	1008	Octava.	919
Candidiano fratri.	1108	Nona.	1049
Chromatio.	993	Decima.	1061
Clementiano.	1083	Undecima.	1077
Clericis.	1097	Duodecima.	1080
Constantio prima.	754	Tertiadecima.	1085
Secunda.	1071	Justo prima.	777
Cyneo.	1105	Secunda.	783
Episcopis per Æmiliam.	880	Marcellinæ prima.	852
Episcopis Galliarum.	806	Dominæ Sorori, Secunda.	874
Eugenio tyranno.	1010	Tertia.	936
Eusebio prima.	1003	Marcello.	1100
Secunda.	1004	Paterno.	1017
Faustino.	944	D Segatio et Delphino.	1106
Felici prima.	762	Romulo prima.	1054
Secunda.	763	Secunda.	1060
Gratianus imperator Ambrosio.	751	Sabino prima.	981
Gratiano imperatori prima.	752	Secunda.	984
Secunda.	806	Tertia.	988
Tertia.	810	Quarta.	990
Quarta.	812	Quinta.	991
Horontiano prima.	921	Sexta.	1013
Secunda.	923	Severo.	1016
Tertia.	925	Simpliciano prima.	930
Quarta.	970	Secunda.	941
Quinta.	976	Tertia.	1051
Sexta.	1062	Quarta.	1057
Septima.	1068	Syricius Mediolanensi Ecclesiæ.	963
Octava.	1089	Syricio prima.	965

<i>Secunda.</i>
<i>Tertia.</i>
<i>Sisinnio.</i>
<i>Studio.</i>
<i>Syagrio prima.</i>
<i>Secunda.</i>
<i>Symmachi relatio.</i>
<i>Theodosio imperatori prima.</i>
<i>Secunda.</i>
<i>Tertia.</i>
<i>Quarta.</i>

1105 A	<i>Quinta.</i>
1106	<i>Sexta.</i>
1105	<i>Theophilo.</i>
892	<i>Titiano.</i>
765	<i>Valentiniano imperatori prima.</i>
771	<i>Secunda.</i>
828	<i>Tertia.</i>
814	<i>Quarta.</i>
817	<i>Vercellensi Ecclesie.</i>
916	<i>Vigilio</i>
1002	

1020
1021
1006
1001
824
855
860
866
1022
812

# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## EPISTOLÆ

IN DUAS CLASSES DISTRIBUTÆ.

PRIOR EAS CONTINET, QUAS IN ORDINEM CHRONOLOGICUM LICUIT DIGERERE; POSTERIOR CÆTERAS SECUNDUM ARGUMENTI RATIONEM DISTINCTAS COMPLECTITUR.

### PRIMA CLASSIS.

**751** GRATIANI AD AMBROSIUM EPISTOLA <sup>a</sup>. Beataudatorem putabo, qui divinitatem verbis augeam. Ego infirmus et fragilis, quantum possem, prædico: non quantum est ipsa divinitas.

*Ambrosium ad se invitat, ut se in fide de Filii ac Spiritus sancti divinitate confirmet. Librum etiam petit, cui et alium de Spiritu sancto jungi postulat.*

AMBROSIO religioso sacerdoti omnipotentis Dei  
GRATIANUS AUGUSTUS.

1. <sup>b</sup> Cupio valde ut quem recorder absentem, et cum quo mente sum, cum eo etiam corpore sim presentem. Festina igitur ad me, religiose Dei Sacerdos, ut doceas <sup>c</sup> doctrinam vere credentem: non quod contentioni studeam, aut velim magis Deum verbis quam mente complecti; sed ut magis aperto <sup>d</sup> pectori revelatio divinitatis insidat.

2. Docebit enim me ille, quem non nego, quem fateor Deum ac Dominum esse meum, <sup>e</sup> non ei obfiscens, quam in me video, creaturam, qui Christo nihil me addere posse confiteor; <sup>f</sup> vellet tamen ut etiam Patri me commendem, Filium prædicando. Non ego in Deo verebor invidiam: non me talem

<sup>a</sup> Scripta an. 379.

<sup>b</sup> Quidam mss. cupio valde quem recorder absentem, ut cum..... corpore sim presentem.

<sup>c</sup> Mss. et superiores edit. partim, doctrinam veram credentem: partim nobiscum, doctrinam vere credentem.

<sup>d</sup> Pauci mss., pectore revelatio divinitatis insidat.

<sup>e</sup> Hoc est, non illud ad negandam Christi divinitatem vertens, quod naturam meam ab eodem susceptam credo.

<sup>f</sup> Mss. nonnulli, vellem tamen..... me commendarem.

<sup>g</sup> Cod. Alb., non enim in Deo ergo videbor habere invidiam.

3. Rogo te ut mihi des <sup>h</sup> ipsum tractatum, quem dederas, augendo illic de Spiritu sancto fidem **752** disputationem: Scripturis atque argumentis Deum esse convincas. Divinitas te servet per multos annos, <sup>i</sup> parens, et cultor Dei æterni, quem colimus, Jesu Christi.

EPISTOLA PRIMA <sup>j</sup>.

AMBROSIIUS apud Cæsarem se, quod non venerit, excusat, et laudata ipsius humilitate, fide ac pietate, et se mitti libros petitis scribit, sequæ voluntati ejusdem in lucubrandis tractatibus de Spiritu sancto satisfactorum spondet.

Beatissimo augusto GRATIANO, et <sup>k</sup> christianissimo principi AMBROSIIUS episcopus.

1. Non mihi affectus defuit, christianissime principum; nihil enim habeo, quod hoc verius et gloriosius

<sup>h</sup> Priores duos libros *De Fide* intelligit, qui de re dictum est in Admonitione ad eosdem libros: nec non in ea quam Operi *De Spiritu sancto* præfiximus. Mss. nonnulli, ut de ipso tractatu.

<sup>i</sup> Quemadmodum amorem suum Gratianus in Ambrosium testabatur, eum parentem appellando; sic Ambrosius etiam quam tenere Gratianum affigeret, illum filii nomine vocitando significabat: *Deo te, fidi Gratiane, suavis mihi valde*, etc. Locum ipsum consule sub finem orationis in *Obitu Valentini*, ubi præclara mutui amorum amoris testimonia reperies.

<sup>j</sup> Scripta an. 379.

<sup>k</sup> Christianissimi titulum imperatoribus tribui non

dicam : non, inquam, mihi affectus defuit, sed affectum verecundia retardavit, quominus clementiæ tuæ occurrerem. <sup>a</sup> Revertenti tamen si non occurri vestigio, occurri animo, occurri voto, in quo majora sunt officia sacerdotis. Occurri, dico? Quando enim abfui, quem toto sequiebar affectu, cui sensu ac mentibus inhærebam? Et certe major animorum præsentia est. Tuum quotidianum iter legebam, nocte ac die in tuis castris cura et sensu locatus, orationum excubiis prætebebam : et si invalidus merito, sed affectu sedulus.

**753** 2. Et hæc quidem cum pro tua salute deferebamus, pro nobis faciebamus. Nihil hic adulationis est, quam tu non requiris, ego alienam nostro duco officio : sed plurimum gratiæ, quam dedisti. Scit ipse nostri arbiter, quem fateris, et in quem ple credis, relici viscera mea tua fide, tua salute, tua gloria : meque non solum <sup>b</sup> officio publico debitas pendere preces, sed etiam amore privato. <sup>c</sup> Reddidisti enim mihi quietem Ecclesiæ, perfidorum ora, atque utinam et corda, clausisti : et hoc non minore fidei, quam potestatis auctoritate fecisti.

3. Nam quid de litteris recentibus loquar? Scripsisti tua totam epistolam manu; ut ipsi apices fidem tuam pietatemque loquerentur. Sic Abraham sua manu quondam vitulum occidit (*Gen. xviii, 7*), ut hospitibus epulantibus ministraret : nec in ministerio religioso aliorum adjumenta quasivit. Sed ille privatus aut Domino et angelis, aut Domino in angelis deferebat : tu, Imperator, dignatione regali honoras infimum sacerdotem. Sed Domino defertur, cum servulus honoratur; ipse enim dixit : *Quod uni horum minimorum fecistis, mihi fecistis* (*Matth. xxv, 40*).

4. At ego humilitatem tantummodo prædico in imperatore sublimem, ac non amplius fidem quam vere conscia meriti tui mente dixisti, quam docet te ille, quem non negas? Quis enim alius docere te

potuit, ut ei non objicias, quam in te vides, creaturam? Nihil moralius, nihil expressius dici potuit; creaturam enim Christum dicere, pro objectu contumeliæ est, non pro confessione reverentiæ. Deinde quid tam insolens, quam id eum existimare, quod nos sumus? Docuisti igitur me, a quo te discere velle profiteris : nihil tale adhuc legi, nihil tale audivi.

5. Quam pium autem illud, quam admirabile, quod in Deo non vereris invidiam! De Patre remunerationem pro Filii amore præsumis, et laudando Filium, non ei te posse aliquid adlere profiteris : sed velle et etiam Patri te Filii prædicatione commendare. Quod utique volus te docuit ille, qui dixit : *Qui me diligit, diligitur a Patre meo* (*Joan. xiv, 21*).

6. Addidisti ad hæc, quia tu infirmus et fragilis non te talem laudatorem putabas, ut divinitatem verbis augeas : sed quantum possis prædicēs, **754** non quantum est ipsa divinitas. Hæc infirmitas in Christo fortior est, sicut et Apostolus dixit : *Cum infirmor, tunc potens sum* (*II Cor. xii, 10*). Hæc humilitas excludit fragilitatem.

7. <sup>d</sup> Veniam plene, et testinabo, ut jubes; ut hæc præsens audiam, ut hæc præsens legam, cum ex tuo ore procedunt. Misi autem duos libellos, quorum jam, quia tuæ clementiæ sunt probati, periculum non verebor : de Spiritu vero interim veniam descriptioni peto; quoniam quem judicem mei sim sermonis habiturus, agnovi.

8. Interim tamen sententia et fides tua de Domino et Salvatore depronpta de Dei Filio, redundat ad assertionem uberrimam, per quam sancti quoque Spiritus divinitas sempiterna credatur; ut non ei objicias, quam in te vides creaturam, nec Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi Spiritui suo existimes invidere. Quod enim creaturæ caret confirmatione, divinum est.

ita consuevisse quodammodo indicat Ambrosius; namque in epistola principio, cum Gratianum rursus eodem vocabulo compellasset, rationem ejus statim adjicit : *Nihil enim, inquit, habeo*, etc. Sane quidem jure merito christianissimus ille salutatus est, qui cum se ab ariana peste, quæ Valentem patrum, Justinam novercam, aliosque principes infererat, intactum servasset, tanto ardore flagitabat vera fide se informari, cujus propugnator semper existit quam acerrimus. Eodem quoque modo idem Ambrosius Valentinianum in lemmate prioris adversus Symmachium epistolæ appellat christianissimum; ut videlicet hoc illo titulo eum ad christianæ fidei defensionem teneri significaret.

<sup>a</sup> Hoc intellige de Gratiani reditu ex Oriente in Germaniam, de quo vide quæ nos in Admonitione ad libros de fide observamus.

<sup>b</sup> Ex hoc loco publicas preces pro imperatoribus in expeditionem profectis episcoporum jussu fieri consuevisse non sine causa colligi potest. Baronius quidem ad ann. 379. Ambrosium non solum fuisse, qui Gratiani arma publicis orationibus Deo commendaverit, illic demonstrari sibi persuadet, quod in oratione Ausonii de suo consulatu anno citato eidem imperatori oblata sic legamus : *Forum et basilica olim negotiis plena, nunc votis votisque pro tua salute susceptis; nam de sua cui non, te imperante, securitas. Verum non satis advertit magnus Cardinalis vocem basilica non pro æde sacra hic positam esse, quo*

sensu apud Hieronymum, Ambrosium nostrum aliosque auctores ecclesiasticos frequens occurrit; sed pro amplo quodam loco, ubi consilia et judicia, convivio, ludi et similia seebant, ut a Cicrone aliusque usurpata est. Hoc intelligas non solum ex eo quod foro conjuncta est ab Ausonio, sed etiam quia ibidem de utroque juxta dicitur, *olim negotiis plena*. Quod autem addit publicam securitatem in salute principis esse positam; id pulchre convenit cum superioribus illis Ambrosianis : *Et hæc quidem cum pro tua salute*, etc.

<sup>c</sup> Vexationes aliquas hic indicari, quas ipso episcopatus initio ab Auxentii fautoribus passus fuerit sanctus Præsul, non ambigimus. Et certe libro de Spiritu sancto cap. 1, basilicæ ejusdem mentio exstat, quam prius, Justinæ procul dubio precibus et auctoritate, a Gratiano sequestratam, catholicis postea idem restituit. Sed ea huic epistola posteriora sunt.

<sup>d</sup> Roget aliquis num revera ad Gratianum Ambrosius se contulerit? Baronius ad annum 379, sic factum putat. Neque vero illud penitus a fide videtur alienum; eum Ambrosius tam discrete hanc perfectionem sit pollicitus, eumque Gratianus tam officiosa humanitate anteverterit. Verum tamen negantem opinionem existimamus probabiliorē, tum propter aliam, tum quod libros ab eo postulatos ad eundem non pertulerit ipse, sed miserit; tum etiam quod imperatorem mense Augusto illius ipsius anni Mediolani reducem fuisse comperimus.

9. Si Dominusnaverit, huic etiam clementiæ tuæ satisfaciã voluntati; ut cujus accepisti gratiam, eum plane in Dei gloria præminentem suo nomine æstimate honorandum.

10. Beatissimum te et florentissimum Deus omnipotens Pater Domini nostri Jesu Christi tueri ætate proluxa, et regnum tuum in summa gloria, et pace perpetua confirmare dignetur, domine Imperator auguste, a divino electe iudicio, principum gloriosissime.

## EPISTOLA II.

CONSTANTIUM in episcopum nuper electum monet, ut ecclesiam in mari ac fluminibus regat, quid utroque significetur, promens. Hortatur ut aquas, quæ populi mentes riget, colligat: et cujusmodi sermones ejus esse, quasve illum præcipere virtutes oporteat, ubi docuit, de statera, qua sermo expendatur, tractat. Humilitatis ostensurus utilitatem, exemplum affert beati Joseph; præsentiumque vanitate, ejusdem Joseph ac David historiis demonstrata, populos ad veras opes sibi parandas excitandos tradit. Denique Ecclesiam Fori Cornelii ei commendans, de prudentia in hereticos, de iustitia in vicinos, deque humanitate in servos nonnihil addit.

b AMBROSIIUS CONSTANTIO.

1. Suscepisti munus sacerdotii, et in puppe Ecclesiæ sedens, navim adversus fluctus gubernas. Tene clavum fidei, ut te graves hujus sæculi turbare non possint procellæ. Mare 755 quidem magnum et spatiosum, sed noli vereri; quia ipse super maria fundavit eam, et super flumina præparavit eam (Ps. xxiii, 2). Itaque non immerito inter tot mundi freta Ecclesia Domini tamquam supra apostolicam ædificata petram immobilis manet, et inconcusso adversum impetus sævientis sali perseverat fundamine (Math. xvi, 13). Alluitur undis, non quatitur: et licet frequenter elementa mundi hujus magno illisa resultent fragore; habet tamen quo laborantes excipiat, tutissimum portum salutis.

2. Sed tamen etsi in mari fluctuat, currit in fluminibus; et vide ne in illis fluminibus magis, de quibus dictum est: *Elevaverunt flumina vocem suam* (Psal. xcii, 3). Sunt enim flumina, quæ de ventre ejus fluent, qui potum a Christo acceperit, et de Spiritu Dei sumpserit (Joan. vii, 38). Hæc ergo flumina, cum redundant spiritali gratia, elevat vo-

a *Divino electe iudicio, etc.*, quæ deerant in edit. e cod. Mediol. restituta sunt. Id autem citata verba significant, principes etiam in hæreditaria successione non sine divino iudicio institui: sed insuper videntur indicare extraordinariam Gratiani novennis pueri electionem, quæ qua ratione de communi consensu exercitus a patre Valentiniano facta sit, describit Ammianus lib. xxvii.

b Sic vet. edit. ac mss. excepto solo Longip. ubi scribitur *Ambrosius Constantino*. Esse tamen etiam alibi ms. aliquem sub eadem hac inscriptione ex eo cognoscimus, quod Ughellus tomo II Italiæ sacræ, p. 633, ex hac epistola locum proponens, eam nominat *ad Constantinum imperatorem*. Sed crassus hic error est, cum id temporis nec Constantinus ullus

A cein suam. Est et fluviu quidecurrit in sanetos suos sicut torrens (*Esai. lxxvi, 12*). Est et fluminis impetus, qui lætificat animam pacificam atque tranquillam (*Psal. xlv, 5*). Ex hujus fluminis plenitudine quicumque acceperit, sicut Joannes Evangelista, sicut Petrus et Paulus, elevat vocem suam: et sicut apostoli evangelicæ prædicationis vocem usque in totos fines orbis terrarum canoro diffuderunt præconio; ita et iste incipit evangelizare Dominum Jesum. Accipe ergo a Christo, ut et tuus sonus exeat.

3. Mare est Scriptura divina, habens in se sensus profundos, et altitudinem propheticorum ænigmatum: in quod mare plurima introierunt flumina. Sunt ergo et fluvii dulces atque perspicui, sunt et c fontes nivei, quisaliant in vitam æternam (*Joan. i, B 14*): sunt et sermones boni, sicut favi mellis (*Proc. xvi, 24*): et gratæ sententiæ, quæ animos audientium spiritali quodam potu irrigent, et præceptorum moralium suavitate mulceant. Diversa igitur Scripturarum divinarum fluentia. Habes quod primum bibas, habes quod secundum, habes quod postremum.

4. Collige aquam Christi, illam quæ laudat Dominum (*Psal. cxlviii, 5*). Collige aquam de pluribus locis, quam effundunt nubes propheticæ (*Eccl. xi, 5*). Quicumque colligit de montibus aquam, atque ad se trahit, vel haurit e fontibus d et ipse rorat sicut nubes. Imple ergo gremium mentis tuæ; ut terra tua humescat, et domesticis irrigetur fontibus. Ergo qui multa legit et intelligit, impletur: qui fuerit impletus, alios rigat; ideoque Scriptura dicit: *Si impleta fuerint nubes, pluviam in terram effundent* (*Ibid.*).

5. Sint ergo sermones tui proflui, sint puri, et dilucidi; ut morali disputatione suavitatem infundas populorum auribus, et gratia verborum tuorum plebem demulceas; ut volens quodducis, sequatur. Quod si aliqua vel in populo vel in aliquibus contumacia, vel culpa est, sint sermones tui hujusmodi, ut audientem stimulent, compungant male conscium: *Sermones enim sapientium tamquam stimuli* (*Eccl. xii, 11*). Stimulavit et Dominus Jesus Saulum, cum esset persecutor. Quam salutaris fuerit stimulus, considera, qui ex persecutore apostolum fecit, dicendo: *Durum 756 est tibi, ut adversus stimulum calces* (*Act. ix, 5*).

6. Sunt etiam sermones sicut lac, quos infudit D Paulus Corinthiis (*I Cor. iii, 2*); qui enim fortio-

imperator esse potnerit, et eum ad quem data fuit hæc epistola, episcopum vel prima ejusdem verba declarent: *Suscepisti munus sacerdotii, etc.* Hoc ergo non male Rom. editores indicassent, cum pro lemmate eidem præfixerunt *Ambrosius episcopus Constantio fratri*; nisi eum in argumento epistolæ *Aræricorum episcopum designatum* significassent. De quo nos infra.

c Rom. edit. sola, *fontes vivi*. Itaque incommode, nisi aliarum et mss. prævaleret consensus. Intelligantur ergo *fontes nire* non e nivibus collecti, sed frigidi; aut certe puri ac nitidi, ut proxime ante dicitur de fluviis.

d Edit. ac mss. aliquot, et ipse rigat, ut nubes.

cibum epulari non queunt, succo lactis ingenii sui A  
exercent infantiam.

7. Alloquia tua plena intellectus sint. Unde et Salomon ait: *Arma intellectus labia sapientis* (Prov. xiv, 3); et alibi: *Labia tua<sup>a</sup> alligata sint sensu* (Prov. xv, 5), id est, fulgeat sermonum tuorum manifestatio, intellectus cornusceat, et alloquium tuum atque tractatus aliena non indigeat assertione: sed sermo tuus velut armis suis sese ipse tueatur, nec ullum verbum tuum in vanum exeat, et sine sensu prodeat. Est enim alligatura, quæ constringere solet animorum vulnera: quam si quis rejicit, desperatam sui prodit salutem (Esai. i, 6). Et ideo circa eos qui gravi ulcere vexantur, utere oleo sermonis, quo foveas mentis duritiam: appone malagma, adjuunge alligaturam salutaris præcepti; ut vagos et fluctuantes circa fidem, vel disciplinæ observantiam nequaquam soluto animo et remisso vigore patiaris perire.

8. Admone igitur plebem Domini, atque obsecra, ut abundet in operibus bonis, renuntiet flagitiis, non accendat flammaram incendia, non dicam in sabbato, sed in omni tempore; ne comburat corpus suum: fornicatio et immunditia non sit in Dei servulis; quia immaculato servimus Dei Filio (Ephes. v, 3). Noverit unusquisque se, et vas possideat suum (1Thes. iv, 4), quo subacto quodam sui corporis solo, fructus expectet debitos, nec spinas et tribulos ei terra sua germinet (Gen. iii, 18),<sup>b</sup> sed dicat et ipse: *Terra dedit fructus suos* (Psal. LXXXIV, 13); atque in hac dumosa quondam passionum fragilitate C  
insitiva virtutum effloreat.

9. Edoce etiam atque institue, ut faciant quod bonum est, et unusquisque non intermittat opus probabile, sive a pluribus videatur, sive sine arbitro sit; abundat enim sibi locuples testis conscientia.

10. Fugiat etiam<sup>c</sup> mala opprobria; etiamsi se credat non posse convinci. Nam etsi clausus parietibus sit, et opertus tenebris, sine teste, sine conscio; habet tamen facti arbitrum, quem nihil fallat, ad quem facta clamant omnia. Denique clamavit et vox sanguinis (Gen. iv, 10).<sup>d</sup> Se ipsum unusquisque et animum suum severum iudicem sui, ultorem sceleris, et vindicem criminis habet. Denique timens et tremens oberrabat Cain (Ibid., 14), parricidialis facinoris luens pœnas; ut ei remedio sua mors fuerit, quæ vagum exulem formidato per omnia momenta terrore mortis, per mortem exiit. Nemo igitur vel solus, vel cum altero aliquid turpe aut improbum faxit. Et si quis solus est, seipsum præ cæteris erubescat, quem maxime debet vereri.

11. Nec concupiscat plurima, quia et pauca ei plurima sunt; paupertas enim et opes inopiæ et satietatis vocabula sunt. Nec dives est, qui indiget aliquo: nec pauper, qui non indiget. Nec quisquam

viduam spernat, circumscribat pupillum, fraudet proximum suum. Væ enim illi, qui congregatam dolo habet substantiam, et in sanguine ædificat civitatem (Hab. ii, 6), id est, 757 animam suam! Hæc est enim, quæ ædificatur sicut civitas (Psal. cxxi, 3). Hanc civitatem non ædificat avaritia, sed destruit: non ædificat libido, sed exurit atque incendit. Vis bene ædificare civitatem? *Melius est exiguum cum Dei timore, quam thesauri magni sine timore* (Prov. xv, 16). Divitiæ hominis ad redemptionem animæ debent proficere, non ad destructionem. Et thesaurus redemptio est, si quis eo bene utatur: et iterum laqueus est, si quis uti nesciat (Prov. xiii, 8). Quid enim homini pecunia sua, nisi quoddam vaticum est? Multa oneri, moderata usui. Viatores sumus vitæ hujus: multi ambulantes, sed opus est, ut quis bene transeat; cum illo enim est Dominus Jesus, qui bene transit. Ideoque legis: *Si transeas per aquam, tecum sum; flumina te non concludent, nec ignis exuret vestimenta tua, si transeas* (Esai. xliii, 2). Qui autem ignem alligat in corpore suo, ignem libidinis, ignem immodicæ cupiditatis, non transit, sed exurit involucrum istud animæ suæ (Prov. vi, 27). Præclarior est bona existimatio quam pecunia, et super omnes argenti acervos bona est gratia. (Prov. xxii, 1). Fides ipsa abundat sibi, satis superque censu suo dives. Sapientia quoque nihil alienum, nisi quod virtuti incongruum: quocumque<sup>e</sup> accesserit, inveniet sua omnia. Totus mundus possessio ejus est; quoniam toto eo quasi suo utitur.

12. Quid igitur circumscribitur frater? Quid fraudatur mercenarius? Non magna, inquit (Prov. vi, 26), lucra de mercede meretricis, id est, lubricæ istius fragilitatis. Meretrix ista non specialis, sed publica est: non una mulier, sed vaga omnis cupiditas meretrix est. Omnis perfidia, omnis fallacia meretrix, non illa sola, quæ corpus prostituit suum; sed omnis anima quæ spem suam vendit, quæ deformes quæstus et degenerem stipem quærit. Et nos mercenarii sumus, qui ad mercedem laboramus, et hujus operis nostri mercedem speramus a Domino nostro et Deo. Si quis cognoscere vult quam mercenarii sumus, audiat dicentem: *Quantis panibus mercenarii patris mei abundant? ego autem hic fame pereo* (Luc. xv, 17); et infra: *Fac me, inquit, sicut unum mercenariorum tuorum* (Ibid., 19). Omnes mercenarii, omnes operarii: qui tamen fructum expectat laboris, consideret quod is qui alium mercede fraudaverit debita, et ipse fraudabitur sua. Feneratum istud offendit, et postea cumulatiore mensura exsolvet. Ergo qui non vult amittere quod est perpetuum, non eripiat alii, quod temporale est.

13. Nemo etiam in dolo loquatur ad proximum suum. Laqueus est in labiis nostris, et sæpe unusquisque sermonibus suis non explicatur, sed invol-

<sup>a</sup> Mss. nonnulli, *alligata sint sensui*.

<sup>b</sup> Mss. plerique, *sed dicat: Et ipsa terra*, etc.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *mala et opprobria*.

<sup>d</sup> Edit., *Sibi ipsum unusquisque*.

<sup>e</sup> Mss. non pauci et cum his omnes edit., *accesserit, sua omnia*: Sed verbum *inveniet* in pluribus aè potioribus mss. invenire est.

vitur (*Prov. vi, 2*). Fovea alta est os malevoli: A grande innocentiae praecipitium, sed majus malevolentiae (*Prov. xxi, 14*). Innocens dum credit facile, cito labitur (*Prov. xiv, 15*); sed tamen iste lapsus resurgit: maledicus autem suis artibus praecipitatur, unde nunquam exsiliat atque evadat. Ponderet ergo unusquisque sermones suos, non cum fraude et dolo: *Statera fallax improbabilis apud Deum* (*Prov. xi, 1*): non istam stateram dico, a quae mercem appendit alienam (et in vilibus quidem rebus caro constat fallacia) **758** sed statera verborum ipsa apud Deum est execrabilis, quae praetendit pondus gravitatis sobriae, et subnectit versutias fraudulentiae. Hoc maxime condemnat Deus, si decipiat aliquis proximum suum promissorum benignitate, et subdola iniquitate defeneratum opprimat, nihil sibi profuturus astutiae suae artibus. Quid enim prodest homini, si totius mundi capiat opes, animam autem suam vitae aeternae defraudet stipendio (*Math. xvi, 26*)?

14. Alia piis mentibus considerata statera, qua singulorum facta trutinantur, in qua plerumque ad iudicium peccata propendunt, aut bene gesta peccatis praeponderant. Vae mihi, si praecedant flagitia, et ad mortis praedictum lethali vergant pondere! Tolerabilis si subsequantur omnia tamen manifesta Domino: et ante iudicium: nec bona possunt latere, nec ea quae plena sunt offensivis, abscondi (*I Tim. v, 24*).

15. Quam beatus qui radicem vitiorum rescare potuerit avaritiam! Is profecto stateram hanc non reformidabit. Avaritia enim plerumque sensus hebetat humanos, et pervertit opiniones (*I Tim. vi, 10*); ut questum pietatem putent, et pecuniam quasi mercedem prudentiae. Merces autem magna pietatis est, et questus sobrietatis, habere quod usui est satis. Quid enim in hoc mundo prosunt divitiarum superflua; cum in illis et nulla adjumenta nascendi sint, nec impedimenta moriendi? Nam et sine integumento in hoc mundo nascimur, et sine viatico discedimus, sine haereditate sepelimur.

16. Pendet singulis nostrorum statera meritorum, atque exiguis vel boni operis, vel degeneris flagitii momentis huc atque illuc saepe inclinatur: si mala vergant, heu me! si bona, praesto est venia. Nemo enim a peccato immunis: sed ubi propendunt bona, D elevantur peccata, obumbrantur, teguntur. Ergo in die iudicii aut nostra opitulabuntur nobis opera, aut ipsa nos in profundum, tamquam molari depressos lapide, mergent. Gravis est enim, ut posse talento plumbeo suffulta, iniquitas; intolerabilis avaritia, atque omnis superbia, terra fraudulentia (*Zach. v, 7*). Et ideo hortare plebem Domini sperare magis in Domino, abundare in divitiis simplicitatis, in quibus ambulet sine laqueo, sine impedimento (*II Cor. viii, 2*).

<sup>a</sup> Vet. edit. cum parte mss., quae mercedem; Rom. cum alia; parte, quae mercem.

<sup>b</sup> Hac de re adisit Philonem lib. de Joseph ul-

17. Bona etiam puri sermonis sinceritas, et lucules apud Deum, etiam si inter laqueos ambulet; tamen quia alii nescit insidias aut vincula ianectere, non alligatur.

18. Illud quoque praecipuum, si persuadeas ut noverint humiliari, scient verum humilitatis colorem, naturam noverint. Multi habent humilitatis speciem, virtutem non habent: multi eam foris praetendant, et intus impugnant: ad fucum praefertunt, ad veritatem abjurant, ad gratiam negant: Est enim qui nequiter humiliat se, et interiora ejus plena sunt doli (*Eccl. xix, 23*). Et est qui se nimium submitit ab humilitate multa. Non est ergo humilitas nisi sine fuce, sine fraude. Ipsa est vera, quae habet piam mentis sinceritatem (*Rom. v, 19*). Magna virtus ejus. B Denique per inobedientiam **759** unius hominis mors introivit, et per obedientiam unius Domini Jesu Christi facta est universorum redemptio.

19. Scivit humiliari sanctus Joseph, qui cum esset a fratribus in servitum venditus, vel a negotiatoribus coemptus (*Gen. xxxvii, 28*), humiliatus in compediibus, ut Scriptura dicit (*Paal. civ, 18*), virtutem humilitatis didicit, infirmitatem repudiavit. Itaque (*Gen. xxxix, 1 et seq.*) emptus in Aegypti partibus a servo regio, coquorum praeposito, non pro sapientiae nobilis conscientia, quasi germen Abrahamitarum, dedignatus obsequia vernacula, fastidivit degenerem conditionem: sed magis gravum se et fidelem herili imperio praebuit, alto intendens consilio nihil interesse in quo statu quis probabilem se C praestaret: sed illum esse finem bonorum, ut in quocumque statu probarentur; illudque praecipuum, si magis mores commendarent statum, quam status mores. Etenim quo status inferior, eo virtus eminentior. Talem itaque se exhibebat, tam sedulum, ut ei dominus suus totam domum suam crederet, ipsi omnia committeret.

20. Unde (*Ibid., 7 et seq.*) et uxor ejus oculis iniecit in eum, capta formae venustate; nihil enim ad nos, si petulantibus oculis aut aetas expetitur, aut pulchritudo. Ars desit, nullum est crimen decoris: illecebra facessat, inoffensa est species, et formae gratia. Itaque percita atque animi furens interpellat juvenem, et cogente libidine, vicia passionum stimulis crimen fatetur. Verum ille abjurat flagitium, b dicens nec moribus Hebraeorum convenire, nec legibus, ut alienum violent thorum, quibus cura est tuendi pudoris; ut integri nuptiarum integris societur virginibus, nec ulli convenienti feminae, quae legitimi usus thori nesciat: religionemque sibi esse, c ne ebrius turpis intemperantiae, ingratus herilis indulgentiae; cui obsequium deberet, ei gravem inferret contumeliam.

21. Numquid erubesceret illum vilem dominum tamen dicere, et se servum fateri? Quin etiam cum ambiret mulier, obsecraret etiam metu proditionis,

tima; edit. Parisiensis, pag. 553.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., ne Hebraeus, minus concupis-



vel amoris sui lacrymas funderet ad extorquendi necessitatem, nec misericordia flexus ad flagitii consensum, nec coactus metu, et precibus restitit, nec minis cessit, proponens præmiis periculosam honestatem, quam turpem remunerationem casto pudori. Iterum quoque (*Gen. xxxix, 11 et seq.*) mulier majoribus adorsa tentamenti, cum inflexibilem adverteret, etiam <sup>a</sup> secunda vice immobilem, passione effera et impudentia vires ministrante, juvenem aggreditur, veste apprehensa ad cubile trahens, complexum offerens : et pene ceperat, nisi exisset Joseph vestem, qua tenebatur; ne exueret amictum humilitatis, indumentum pudoris.

22. Scivit igitur humiliari, qui humiliatus est usque ad carcerem; et cum sustineret calumniam, maluit crimen falsum subire, quam verum referre. Scivit, inquam, humiliari, quia humiliabatur pro virtute. Humiliabatur in typo ejus, qui se erat humiliaturus usque ad mortem, mortem autem crucis: qui venturus erat, ut vitam hanc de somno resuscitaret; et somnium **760** esse hunc vivendi usum doceret, in quo diversæ commutationum vices tanquam ebriæ, et nihil solidum, nihil firmum, tanquam dormientis somnium videntes non videmus, et audientes non audimus, et manducantes non satiamur, gratulantes non gratulamur, currentes non pervenimus. Vanæ spes hominum in hoc sæculo, qui ea quæ non sunt, tanquam quæ sint, sequenda arbitrentur. Itaque inanes et vacuæ rerum species tanquam in somnio venerunt, abierunt: astiterunt, evanuerunt. Circumfusæ et dispersæ sunt, teneri videntur, et non tenentur. Denique ubi quis audivit dicentem: *Surge qui dormis (Ephes. v, 11)*, et de sæculi istius somno exsurrexit, falsa hæc intellexit omnia: evigilavit, et fugit somnium, fugit potestas, abiit cura patrimonii, formæ venustas, honorum studium. Hæc enim somnia sunt, quibus non moventur, qui vigilant corde: sed dormientes exagitantur.

23. Vadit hunc sermonem meum sanctus Joseph, non esse perpetua nec diuturna, quæ sunt hujus sæculi, qui ab initio nobilis genere, censu dives, subito ignobilis servulus est, et (quod ipsam servitii vilitatem acerbat) degeneris domini ære emptum mancipium. Minus enim vile putatur servire libero: geminatur autem servitus ubi servitur vernaculis. Servus igitur ex genere præclaro, pauper ex patre divite, de amore ad odium, de gratia ad supplicium: rursus de carcere ad aulam, de reatu ad iudicium traductus; neque adversis fractus est, neque elevatus secundis (*Gen. xli, 39 et seq.*).

<sup>a</sup> Omnes edit., etiam secundo immobilem passione, effera impudentia, etc.; omnes mss. ut in textu, nisi quod bene multi omittunt et ante vocem, impudentia.

<sup>b</sup> Mss. non pauci, sine damno, sine lucro: melius alii et edit. omnes, ut in textu.

<sup>c</sup> Episcopum, a quo episcopus alius filii vocabulo compellatus sit, haud facile reperias apud antiquos. Nec sane aliam ullam causam, cur hoc nomine Constantium appellaverit Ambrosius, mens nobis suggerit, nisi quod ille aut e clero Mediolanensi ad episcopatum assumptus fuerit, vel statim a consecra-

24. Astipulatur etiam momentariarum esse vices rerum etiam sancti David frequenter variatus status, qui despectus patri, pretiosus Deo; triumpho nobilis, invidia vilis (*I Reg. xvi, 11 et seq.*), accitus ad ministerium regum, electus ad affinitatem (*I Reg. xviii, 2 et seq.*), postremo faciem et ora mutatus, exsul regni, fugitans parricidii, nunc sua offeudicula deplorabat, et rursus aliena removebat, conciliato hærede nobilior, quam decolorato (*II Reg. xii, 1 et seq.*) Expertus igitur omnia, pulchre dixit: *Bonum mihi quod humiliatus sum (Psal. cxviii, 71)*.

25. Quamquam hoc et ad eum possit referri, qui cum esset in Dei forma, facilis inclinare cælos; descendit tamen, et formam servi accipiens nostras portavit infirmitates (*Phil. ii, 6*): qui prævidens sanctos suos, non quasi rapinam sibi proprium honorem assumere; sed subicere se æqualibus, et alios sibi anteferre, dixit: *Bonum mihi est quod humiliatus sum. Bonum mihi est quod me subjeci*; ut subjecta mihi sint omnia, et sit Deus omnia et in omnibus (*I Cor. xv, 27, 28*). Hanc infunde humilitatem singulorum animis, et te ipsum formam præbe omnibus, dicens: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi (I Cor. xi, 1)*.

26. Discant honorum operum divitias quærere, et morum esse locupletes. Pulchritudo divitiarum non in sacculis divitum, sed in alimentis pauperum est. In illis infirmis et egenis melius opes lucent. Discant itaque pecuniosi non sua, sed ea quæ sunt Christi, quærere; ut illos et Christus requirat, ut illis sua largiatur. Impendit pro illis sanguinem suum (*Rom. viii, 32*), effundit illis **761** Spiritum suum, offert illis regnum suum. Quid amplius dabit, qui se ipsum obtulit? Aut quid est quod non sit daturus Pater, qui pro nobis unicum Filium tradidit morti? Admone igitur illos servire Domino in sobrietate et gratia, tota mentis sedulitate erigere oculos ad cælestia, nihil ponere in lucro, nisi quod vitæ æternæ sit; nam iste omnis hujus quæstus sæculi animarum dispendium est. Denique omnium detrimentum passus est (*Phil. iii, 8*), qui volebat Christum lucrari: quod etsi mirabiliter dixerit, minus tamen expressit, quam acceperat. Hic enim de alienis locutus est, Christus autem dixit: *Qui vult post me venire, abneget seipsum sibi (Luc. ix, 23)*: ut ipse suum detrimentum sit, quo fiat lucrum Christi. Caduca hæc omnia, <sup>b</sup> cum damno, sine lucro: illud solum est lucrum, ubi fructus perpetuus, ubi æternæ merces quietis.

27. Commendo tibi, <sup>c</sup> fili, Ecclesiam, quæ est ad

tione in Ambrosii disciplinam se tradiderit spiritualis vitæ placitis instituendum. Utenique sit eum verè fuisse episcopum totius epistolæ series clamat; proindeque Rom. edit. in summula male scripsisse episcopum designatum. Sed nec felicitus ea ibidem Arawicanam eadem ipsi assignat. Qui enim isthuc fieri possit, cum eidem præsul hoc ipso loco Ecclesia Fori Cornelii commendetur, de proximo frequentius intervisenda? Nam quæ urbs Forum Cornelii olim nuncupabatur, eadem nunc dicitur Imola; sicuti discimus ex P. Varnetrido, lib. ii de Gestis Lan-

Forum Cornelii, quo eam de proximo intervisas frequentius, donec ei ordinetur episcopus. Occupatus diebus ingrumentibus quadragesimæ, tam longe non possum excurrere.

28. Habes illic Illyrios de mala doctrina Ariarum, cave eorum zizania : non appropinquent fidelibus, non serpent adulterina semina : <sup>a</sup> advertant quid propter suam perfidiam acciderit sibi, quiescant, ut veram fidem sequantur. Difficile quidem imbuti animi infidelitatis venenis abolere possunt impietatis suæ glutinum; si tamen in iis virus infaustum inoleverit, nec facile iis credendum putes. Nervi enim sunt, et quidam artus sapientiæ, non temere credere, maxime in causa fidei, quæ raro perfecta est in hominibus.

29. Tamen si quis est, qui licet suspecta sit infirmitatis, et nutantis affectus, purgare habitam de se opinionem velit, permittite ut satisfacisse se putet, indulge aliquantulum; cujus enim excluditur satisfactio, avertitur animus. Nam etiam medendi periti cum vident <sup>b</sup> notas ægritudines, ut ipsi appellant, medicinam quidem non adhibent; sed tamen medicinæ tempus exspectant : nec deserunt invalidum, <sup>c</sup> sed lenioribus verbis, aut quibus possunt, palpant delinimentis; ne aut intermissa ægritudo desperatione animi gravescat, aut crudior medicinam **762** respuat: eo quod ad maturitatem pervenire nequeat, si indigestæ insolens rerum hujusmodi medicus adhibeat manus. Siquidem et pomum cum immaturum exagitur, cito deperit.

30. Et quia de agro exemplum sumpsimus, præcipe illis inviolata confinii servare jura, paternos custodire terminos, quos Lex tuetur. Supra fraternali charitatem frequenter est vicini gratia (*Deut.* xix, 14); ille enim sæpe longe, hic in proximo est, vitæ omnis testis, conversationis arbiter. Delectet eum per finitima spatia laxari liberum pecus, et in herba viridi projectum secunda captare otia.

31. Servos quoque dominus jure servitii subditos

gov., cap. 18, quem geographi posteriores secuti sunt. Ea metropolitæ Ravennati hodie paret. Fuit hoc eodem tempore Constantius alius, qui simul cum Arausicano subscripsit Aquileiensi concilio, episcopus Scissiensis. Verum cum Scissiam novi geographi eandem esse velint ac Segestam, quæ sita est in Pannonia, nec etiam ad hunc Constantium destinari potuit hæc epistola. Cum igitur ejusdem nominis præter hos duos nullus Antistes, qui floruerit illa ætate, nobis occurrat; nostri hujus sedem ingenue fatemur nobis ignotam.

<sup>a</sup> Non alia clades procul dubio hic indicatur, nisi qua, Valente Ariano imperatore profligato atque combusto, illæ provinciæ a Gothis victoribus dirum in modum pervastatæ sunt.

<sup>b</sup> Forte legendum *notas ægritudinis*, ut designetur statim atque deprehensa sunt prima ægritudinis indicia, medicinam non adhiberi: nempe secundum Hippocratis pronuntiatum, Πίονα φαρμάκων, καὶ κρείων, μὴ ἄμα. Quod pulchre convenit cum verbis Ambrosii infra positus, *aut crudior*, ægritudo scilicet, *medicinam respuat*. Veruntamen per *notas ægritudines* intelligere etiam possumus consuetos et non immodicos morbos; cum in extremis atque insolitis, citando periculum in morâ est actutum curatio sit

A habeat pro moderamine coercitionis, quasi animæ consortes. Paterfamilias enim dicitur, ut quasi filios regat; quoniam et ipse Dei servus est, et patrem appellat Dominum cæli, moderatorem potestatum omnium. Vale et nos dilige, ut facis; quia nos te diligimus.

#### EPISTOLA III <sup>d</sup>.

FELICIS manusculum prædicat, sed eum quod se a longo tempore non inviserit, arguens; ut non tamdiu procrastinetur, petit.

#### AMBROSII FELICIS.

1. Misisti mihi tubera, et quidem miræ magnitudinis, ut stupori forent ea tam grandia. <sup>e</sup> Nolui in sinu, ut aiunt, abscondere: sed aliis quoque demonstrare malui. Itaque partem direxi amicis, partem **B** mihi reservavi.

2. Suave munus, <sup>f</sup> non tamen ita præpollens, ut comprimeret querelam meam jure excitatam, quod nos tamdiu amantes tui nequaquam revisas. Et cave posthac ne majora <sup>g</sup> invenias doloris tubera. Nam hujus nominis diversa ratio; ut enim grata in munere, ita in corpore atque in affectu molesta sunt. De te impetra, quominus te abesse doleam; nam causa commotionis meæ, desiderium est tui. Effice, si potes, ut minus gratus sis.

3. Rem exposui, causam probavi. Intorquenda est <sup>h</sup> amentata illa non manipularis sententia. Metuisti certe: sed vide quam movear, ut delectet joci. Postea tamen ne excusaveris: etenim quamvis tua hæc <sup>i</sup> vectigalis mihi sit excusatio; male tamen de te **C** judicat, nec de me **763** melius, si aut tuam absentiam muneribus compensandam, aut me muneribus redimendum putes. Vale, et nos amantes tui dilige.

#### EPISTOLA IV <sup>j</sup>.

Sermone FELICIS recreatum se esse; maxime vero quod venturum ad basilicæ consecrationem eum speraret, postquam celebrasset inibi abs se episcopatus diem. Suas ad hoc preces ei promittit, mutuasque ab eodem reposcit, dum ingredietur sancta sanctorum.

necessaria. Quapropter in lectione omnium mss. et edit. nihil mutandum.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *sed levioribus verbis*.

<sup>d</sup> Scripta circ. ann. 390.

<sup>e</sup> Multæ sunt proverbiales formulæ a sinu ductæ, quibus occultum quidpiam significatur; ut *puta in sinu gaudere, in sinu esse*: de quibus Erasim. Chil. i, cent. 3, prov. 13.

<sup>f</sup> Edit. et quidam mss., *non tamen ita præpollens*.

<sup>g</sup> Omnes edit., *invehas*; omnes mss., *invenias*. Neutrum incommode. At quod ultimæ Paris. edit. pro *grata in munere* contra cæterarum et mss. fidem posuerunt, *grata in mente*, id quidem a mente auctoris alienum est: cum tubera, quæ in amici munere sibi grata fuisse significat, pro fructu terræ videlicet posita; eadem posita pro timore corporis ex vulnere, aut animi quasi turgescentis ægritudine, molesta esse testificetur.

<sup>h</sup> *Amentata sententia* in metaphorice dicitur ab amentata hasta, id est, vinculo quodam quod amentum dicitur, illigata; ut certius validiusque intorqueretur. De quo vide Junium Adagiorum cent. 3, prov. 12.

<sup>i</sup> *Vectigalis* hoc est, questuosa; eo quod munerulorum quasi vectigal secum attulerit.

<sup>j</sup> Scripta an. 380.

*Tum quæ illic contineantur, mystice decursis, FELI. A* 4. <sup>r</sup> Ibi arca Testamenti undique auro tecta, **764** id est, doctrina Christi, doctrina sapientiæ Dei. Ibi dolium aureum habens manna; receptaculum scilicet spiritalis alimonix, et divinæ promptuarium cognitionis. Ibi virga Aaron insigne sacerdotalis gratiæ. Aruerat ante, sed in Christo refluuit. Ibi Cherubim super tabulas Testamenti, lectionis cognitio sacræ. Ibi propitiatorium, supra quod in excelsis Deus Verbum est, imago invisibilis Dei (*Coloss. 1, 15*), quod tibi dicit: *Loquar tecum desuper propitiatorium de medio duorum Cherubim* (*Exod. xxv, 22*); sic enim loquitur nobiscum, ut nos ejus sermonem intelligamus: vel quia non mundana, sed intelligibilia loquitur, sicut ait: *Aperiam in parabolis os meum* (*Psal. lxxvii, 2*). Ubi enim Christus, ibi omnia, ibi doctrina ejus, ibi peccatorum remissio, ibi gratia, ibi separatio mortuorum ac viventium.

AMBROSIIUS <sup>a</sup> FELICI salutem.

1. Etsi habitu corporis minus valebam, tamen ubi sermonem unanimi mihi pectoris tui legi, non mediocrem sumpsit ad convalescendum gratiam, quasi quodam tui alloquii <sup>b</sup> puleio refotus; simul quia celebrem utrique nostrum annuntiasti diem adfore, quo suscepisti gubernacula summi sacerdotii, de quo ante momentum cum fratre nostro <sup>c</sup> Bassiano loquebar. Ortus enim sermo de basilicæ, quam condidit Apostolorum nomine, dedicatione, dedit huic sermoni viam; siquidem significabat quod sedulo tuæ quæreret sanctitatis præsentiam.

2. Tum ego nostris fabulis intexui <sup>d</sup> diem natalis tui, qui foret in exordio ipso kalendarum Novembrium: eumque, si non fallerer, appropinquasse, et crastina celebrandum die; unde posthac non excusaturum. Promisi ergo de te, quoniam et tibi id de me licet: promisi illi, exegi mihi; præsumptum enim habeo quod affuturus sis, quia debes adesse. Non ergo te magis meum promissum tenebit, quam tuum institutum, qui id <sup>e</sup> in animum indueris, ut quod oportet facias. Advertis itaque quia non tam promissi audax, quam tui conscius fratri spondi. Veni igitur, ne duos sacerdotes redarguas: te, qui non adfueris; et me, qui tam facile promiserim.

3. Natalem autem tuum prosequemur nostris orationibus, et tu nostri in tuis votis non obliviscaris. Te noster spiritus comitabitur: tu quoque cum ingredieris secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum (*Exod. xxvi, 35 et seq.*): facito nostro more, ut nos quoque tecum inducas. Cum spiritu adoles aureum illud thymiamaterium, nos ne intermiseris; ipsum est enim quod in secundo tabernaculo est, de quo plena sapientiæ oratio tua sicut incensum dirigitur ad cœlestia.

<sup>a</sup> Omnes edit., *Felici Comensi episcopo*; omnes mss., *Felici salutem*, præter paucos in quibus omititur *salutem*, et Thuan. ubi habetur *Feliciano*. Non satis recte. Hunc porro Felicem Comensi diœcesi præfuisse hujus epistolæ contextus aperte probat; eundem autem esse cum eo, ad quem datum est superius epistolium, non e nomine solo colligi datur, sed potissimum ex argumenti affinitate. Cum enim Felici excusanti quod non venisset, priores litteræ destinatæ essent, hæ ipsæ non obscuram ejusdem excusationis faciunt mentionem. Adde quod utraque ad familiarissimum, nec nimio intervallo semotum scriptæ cognoscuntur. Hujus Felicis, cujus nomen sanctorum catalogo inseri meruit, festum renuntiatur pridie idus Julius in hæc verba: *Novocomi sancti Felicis primi ejusdem civitatis episcopi*. Eum Ughellus asserit ab Ambrosio non tanquam Metropolitanano, sed tanquam apostolico legato episcopum Comensis Ecclesiæ fuisse institutum; cum hæc sedes Aquileiensi numquam subjecta non fuerit. At nullum sententia: suæ argumentum profert. Quod vero eundem primum Novocomi sedisse negat, id non injuria ex ultima parte hujus epistolæ refelli potest. Expende, lector, et pronuntia.

<sup>b</sup> Ubi edit. *pulegio*, mss. habent partim *poleio*, partim *puleio*. Et sæpe pulegium et puleium eadem herba est; legitur enim in Glossis Philoxeni pu-

4. <sup>r</sup> Ibi arca Testamenti undique auro tecta, **764** id est, doctrina Christi, doctrina sapientiæ Dei. Ibi dolium aureum habens manna; receptaculum scilicet spiritalis alimonix, et divinæ promptuarium cognitionis. Ibi virga Aaron insigne sacerdotalis gratiæ. Aruerat ante, sed in Christo refluuit. Ibi Cherubim super tabulas Testamenti, lectionis cognitio sacræ. Ibi propitiatorium, supra quod in excelsis Deus Verbum est, imago invisibilis Dei (*Coloss. 1, 15*), quod tibi dicit: *Loquar tecum desuper propitiatorium de medio duorum Cherubim* (*Exod. xxv, 22*); sic enim loquitur nobiscum, ut nos ejus sermonem intelligamus: vel quia non mundana, sed intelligibilia loquitur, sicut ait: *Aperiam in parabolis os meum* (*Psal. lxxvii, 2*). Ubi enim Christus, ibi omnia, ibi doctrina ejus, ibi peccatorum remissio, ibi gratia, ibi separatio mortuorum ac viventium.

5. Et Aaron quidem semel stetit in medio eorum, objiciens se, ne mors transiret ad viventium agmina a funeribus mortuorum (*Num. xvi, 47, 48*). Hic autem quasi Verbum semper stat in singulis, quem nos non videmus, intra nos separans rationabiles virtutes a cadaveribus passionum lethalium, et pestilentium cogitationum. Hic stat, quasi qui in hunc mundum venerit, ut aculeum mortis hebetaret, devoratorium ejus obstrueret, viventibus æternitatem gratiæ daret, defunctis resurrectionem concederet (*Hebr. ii, 14, 15*).

6. Huic tu militiam bonam militiam (*I Tim. i, 18*), hujus depositum custodis, hujus pecuniam feneras, secundum quod scriptum est: *Fenerabis gentibus* (*Deut. xv, 6*). Bonum fenus spiritalis gratiæ, quod veniens Dominus cum usuris exigit; et cum te bene dispensasse invenerit, dabit tibi plura pro paucioribus: eritque mihi fructus dulcissimus, quod meum in te judicium comprobabitur. <sup>s</sup> Ordinatio non reprehendetur, quam accepisti per impositionem manuum mearum, et benedictionem in nomine Domini, *βλάχων* sive *γλάχων*. Est etiam herba polium dicta *παρα τῆς πολιοτητος*, e canite. De quarum aurbarum virtutibus consule Dioscoridem atque alios.

<sup>c</sup> Cod. Lat. et Carol., *Bassiliano*; ceteri et edit., *Bassiano*. Subscripsit is concilio Aquileiensi et epistolæ ad Syriacum, ac utrobique sicut et apud Paulinum in vita Ambrosii vocatur Landensis episcopus. Basilicæ ab eodem conditæ meminit Ughellus, ut dictum est in Admonitione. Ejus vero nomen inscriptum albo sanctorum legitur xiv kal. Februarias.

<sup>d</sup> Ambrosius anniversarium consecrationis episcopalis diem hoc loco vocat *diem natalis*, quo etiam modo illum vocarat lib. viii Expos. in Luc. num. 73. Cum autem jam ibi nonnihil de consuetudine celebrandi ejus diei observatum sit, id unum placuit hic addere, eum qui uberius quidpiam de hoc more desideraverit, plura reperiturum in Notis Casauboni ad Spartianum, pag. 40, n. 45.

<sup>e</sup> Edit., in animum induxeris.

<sup>f</sup> Quemadmodum hic per arcam Testamenti sanctorum Evangeliorum liber designatur, ita per dolium aureum manna refertum significatur sacra illa pyxis, in qua servabatur adoranda eucharistia.

<sup>g</sup> Adverte institutum episcopum nunquam reperiri, nisi per manuum alterius etiam episcopi impositionem: qui mos temere antiquatus est ab hereticis.

ni Jesu (II Tim. I, 6). Fac ergo bonum opus, ut in illo die mercedem invenias, et ego in te, et tu in me requiescamus.

7. Multa messis Christi, sed pauci operarii; et difficile reperiuntur, qui adjuvent. Verum hoc vetus: sed potens est Dominus, qui mittat operarios in messem suam (Math. IX, 37). Certe in illo ordine Comensium jam plerique coeperunt credere magisterio tuo, et doctrina tua verbum Dei receperunt: sed qui dedit credentes, et adjuutores dabit; quo et tibi excusandi auferatur necessitas, quod serius nos inviseris: et mihi **765** crebrior tuæ præsentiae refundatur gratia. Vale, et nos dilige, ut facis.

#### EPISTOLA V<sup>b</sup>.

*Sententiam abs se in causa Indiciæ latam defendens, SYAGRII judicium arguit, quod legitima in eo forma non servata sit. Maximum tragediæ auctorem apud se non comparuisse: Syagrium inspectionem virginis contumeliosissimam decrevisse; cum alia, unde judicari virgo debeat, suppugnant: inspectionem incertam atque inutilem; aliud enim obstetricum officium esse: non ergo hac ratione causam decidendam; præsertim cum peperisse diceretur Indicia. In quibus inspectio sit toleranda! Syagrium vanam asserere excusationem: Maximum vere accusatorem esse. Postremo accusatione ac testibus rursus vituperatis, refertur Marcellinæ aliarumque pro Indicia testimonium, post quod judicium Ambrosianum subjicitur.*

#### AMBROSIIUS<sup>c</sup> SYAGRIO.

1. Prospiciendum esse ne de nostro obloquantur judicio charissimum nostri Veronenses, propriis tenuisti litteris. Non arbitrari fore, certe non solent. Aut si obloquantur, de quo obloqui soleant, haud dubie liquet: cum <sup>d</sup> exasperati huc veniant, pacifici ad te revertantur; præsertim cum hoc judicium nostrum cum fratribus et sacerdotibus nostris participatum processerit: tu autem sine alicujus fratris consilio hoc judicium tibi solus <sup>e</sup> vindicandum putaris; in quo tamen ante judicium præjudicium feceris, ut puellam Zenonis sanctæ memoriæ judicio probatam, ejusque sanctificatam benedictione post tot annos, sine auctore criminationis, sine accusatore, sine professore delationis, in periculum reatus deducendam arbitrare: cui invidia esset a vanis, ab

<sup>a</sup> Belvac. cod., qui annuntient. Et continuo post habet Albin. Verbum hoc vetus; Boyer., Verum hoc apud nos.

<sup>b</sup> Scripta circa ann. 380.

<sup>c</sup> Omnes edit., Syagrio Veronensis Ecclesiæ episcopo; mss. contra, ut in textu. Eum tamen cui hæc epistola respondet Ambrosius, illius Ecclesiæ clavum tenuisse dubium non est.

<sup>d</sup> Intellige Veronenses ob judicium episcopi sui non servata forma legitima contra Indiciam virginem sacram latum graviter offensos Ambrosium convenisse, ut eadem causa ab eo tamquam metropolitano ad examen revocaretur. Quod quidem sanctus Præsul vocatis ad concilium vicinis episcopis præstitit anno, ut censent Ughellus et Baluzius, 80 post 300.

<sup>e</sup> Ita mss.; at vero edit., judicandum putaris. Zenonem autem illum, a quo Indicia probata et consecrata dicitur, eundem esse, cujus memoria pridie

hæreticis, ut ipsi volunt, a turpibus personis conlata per scelus, per avaritiam, per intemperantiam, quærentibus proprii libertatem flagitii; ab iis, postremo qui domo ejus ejecti atque eliminati forent, quod discolora opera subtexerent, quam prima fronte suæ professionis prætenderant.

2. Hujusmodi accusatores, hujusmodi testes in tuo constituerebas judicio, qui neque accusare audebant, neque delationis se nexu obligare; atque ita inspectioni adjudicandam constituerebas virginem, quam nullus argueret, nullus deferret. Ubi hæc cognitionis solemnitas? Ubi talis judicandi formula? Si leges publicas interrogamus, accusatorem exigunt: si Ecclesiæ: *Duobus, inquit, et tribus testibus sit omne verbum* (Math. XVIII, 16): sed illis testibus qui ante hesternum et nudius tertius non fuerint inimici; ne irati nocere cupiant, ne læsi ulcisci sese velint.

3. Inoffensus igitur affectus testium queritur; ita tamen ut accusator prius in medium procedat. Ipsi illi presbyteri Judæorum (*Daniel XIII, 34 et seq.*) manus suas prius supra caput imposuerunt Susannæ, **766** et accusationem profusi sunt, et pariter addiderunt testimonii auctoritatem, quam imprudenter populus sub errore positus acceperat: sed divino judicio per prophetam rexit, et redarguit omnipotens Deus; ut liqueret omnibus eos velle invidiam præseminare adversum innocentis periculum qui deficerent accusationis argumento, et firmamento probationis, conjicientes videlicet quod si præoccupatis vulgi auribus invidia mentem incesceret, præjudicium examinandæ veritatis inferret. Etenim cum audita præveniunt, aurem obstruunt, animum occupant; ne probatio desideretur, ut rumor pro convicto teneatur crimine.

4. Nos igitur accusatorem exegimus, et auctorem totius scenæ Maximum perurgendum arbitrati sumus. Verum ille accusationem, quam studio informaverat, verbo detulerat, deseruit professione; et tamen affectu urgebat, arte exsequebatur: sed fugiebat nomine, quod diffideret probationi. Denique sparsis rumoribus, sed etiam epistolis compositis et destinatis, quæsitit acerbare invidiam delationis: sed

idus April. ponitur in Rom. Martyrologio, in suis notis negat Baronius. Alium vero esse contendit etiam Veronensem episcopum, sed alio posteriorem, cujus sermones Zenonis martyris nomine vulgati sunt. Atqui contra non desunt, qui hunc Zenonem Syagrii decessorem, ad hæc tempora soluni ejus nominis Veronensem gubernasse Ecclesiam affirmant; eique forte propterea quod sub Juliano apostata aliquid perpessus fuerit, martyris nomen attributum in ea sermonum collectione quæ ex variorum Patrum operibus compacta eidem ascribitur.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, sine professore declinationis; alii nonnulli, . . . declamationis; reliqui et omnes edit., . . . delationis. Rectius id quidem: verum non ita male quod pro professore, mss. aliquot legunt professione.

<sup>g</sup> Mss. aliquot, discoloro opere subtexerunt.

<sup>h</sup> Quidam mss., qui defecerant; unus, qui deficerentur.

nequaquam opprimi potuit integritas et circumveniri. Nam si habuisset probationes, numquam inspectionem tua sententia flagitavisset.

5. Quid igitur sibi velit, et quo spectet quod obstetricem adhibendam credideris, non possum advertere. Itane ergo liberum erit accusare omnibus, et cum probatione destiterint, patebit ut genitalium secretorum petant inspectionem, et addicentur semper sacrae virgines ad hujusmodi ludibria, quæ et visu et auditu, horrore et pudori sunt? Denique non minima etiam in tuis litteris tentatæ expressionis verecundia est. Quæ ergo sine damno pudoris in alienis auribus resonare non queunt, ea possunt in virgine sine ejus tentari verecundia?

6. Invenisti tibi vile mancipium, procacem vernulam, cur non abutaris pudibundo ministerio, et exponas ejus modestiam; cum præsertim nihil sanctius in virgine sit, quam verecundia? Non enim sacra virgo ut corpore tantummodo integra sit quæritur, et non ut in omnibus ejus inoffensus maneat pudor. Virgo Domini suis est nixa fulcris ad sui probationem, nec alienis dotibus eget, ut se virginem probet: et nec additorum, occultorumque inspectio, sed obvia omnibus modestia astipulatur integritati. Non placet Deo, quam non suorum gravitas morum probat: non probatur Domino, quæ unius obstetricis indiget testimonio, quod plerumque quæritur pretio. Ea ergo tibi locuples videtur ad fidem, quæ et redimi et falli potest: ut excuset ream, et crimen tegat, aut nesciat, et non possit flagitium deprehendere?

**767** 7. Neque vero illud justum arbitror, quod tuis comprehendisti litteris, quia nisi inspecta fuerit, integritas periclitetur, et incerto sui fluctuet. Ergo omnes quæ inspectæ non sunt, periculum subierunt pudoris? Ergo et quæ nupturæ sunt, prius inspiciantur, ut nubant probatiores? Ergo et quæ velandæ sunt, prius subjiciendæ sunt hujusmodi attractioni; non enim visitantur, sed attrahuntur: et rectius secundum tuam sententiam inspiciuntur non probata, quam consecrata.

8. Quid, quod etiam ipsi archiatri dicunt non satis liquido comprehendit inspectionis fidem, et ipsa medicinae vetustis doctoribus id sententiæ fuisse? Nos quoque usu hoc cognovimus, sæpe inter obstetrices abortam varietatem, et quæstionem excita-

tam; ut plus dubitatum sit de ea, quæ inspiciendam se præbuerit, quam de ea, quæ non fuerit inspecta. Siquidem et proximo id comperimus exemplo: quam quædam conditionis servilis Altini inspecta et refutata, postea Mediolani non meo quidem jussu, sed Nicenti ex tribuno et notario domini vel patroni sui voluntate visitata est a peritissima et locupletis femina hujusmodi artis; et cum simul ista suppeterent, ut neque paupertas obstetricis suspectam faceret fidem, neque indocilitas imperitiam, tamen adhuc manet quæstio.

9. Quid profuit igitur eam inspicere, cum damnatio maneat? Nam ut quisque voluerit, aut imperitam medicam, aut redemptam asseret; ita sine effectu ullo injuria inspectionis est. Quid deinde fiet? Quotiescumque emerserit, qui non credat, toties virgo attrahabitur? Nam si umquam se visitandam abnuerit, secundum assertionem tuam de crimine confitebitur. Et facilius est ut refutet, quod numquam fecerit, quam quod fecerit. Variabuntur igitur obstetrices, ne suspectæ aliqua repetatur gratia. Erit itaque inter plures, quamquam paucarum etiam in magnis urbibus hic usus medendi sit: erit, inquam, vel malevola, vel imperita, quam pudoris claustra prætereant, et per imperitiam integro notam affigat pudori. Vides in quod periculum inducas virginalem professionem, dum obstetricem adhibendam putas; ut jam non solum verecundiæ suæ dispendio, sed etiam obstetricis incerto periclitetur.

10. Nunc consideremus quod obstetricis officium sit. Legimus etiam in veteri Testamento obstetrices, sed non inspectrices: denique ad parturientes ingrediebantur, non ad virgines; ut partus susciperent, non ut pudorem examinarent. Unde et obstetrices dietæ, eo quod obsistant dolori: vel certe pignori, ne laxatis uteri genitalibus claustris, in terram defluat. Secundo et tertio loco in Scripturis invenimus obstetrices adhibitas: sed ubique partui, nusquam inspectioni. Primo ubi Rachel parturit (*Gen. xxxv, 17*), deinde ubi Thamar parit (*Gen. xxxviii, 27*), tertio ubi necandos mares Pharaon mandat Hebræorum obstetricibus (*Exod. 1, 15 et seq.*); quando responderunt illæ, non eo more Hebræas feminas parere, quo pariunt Ægyptiæ: sed Hebræas prius parere, quam introeant obstetrices ad eas. Qui locus ut superiori utilis ad Hebræorum salutem; ita reliquo confragatus in *Marchia Tarvisiana*. Iterum autem ubi omnes

edit. exhibent, *Nicenti ex tribuno et notario*, omnes mss. legunt, *Nicenti ex tribuno et notario*: duriuscule quidem, sed tamen non prorsus incongrue. Hujus porro Nicenti Paulinus meminit in *Ambrosii Vita*, et eundem esse autumat Godefridus ac Nitentium illum cuius mentio fit in lege 11, anni 377, *Ne sanctum baptismum iteretur*.

<sup>c</sup> Amerb. et mss. nonnulli, *virgo obtrectabitur*. Non pravo sensu.

<sup>d</sup> Vossius in *Etymol.* postquam hanc vocis illius originem memoravit, addit illud sibi inagis arridere, ut *obstetrix* dicatur quasi *assuetrix*, quod parientis assistat. Sed haud scimus in multis approbaverit hanc sententiam, nobis sane non approbavit.

<sup>a</sup> Si cuius interfuerit plura de hac re et explicatiora discere, illum ad archiatrios, hoc est, principes in medendi arte remittimus. Interim observabimus non solum e Patribus Ambros. quam incerta sit turpis illa integritatis exploratio, docuisse; sed etiam Cyprianum epist. ad Pomponium, ubi legimus: *Cum et manus obstetricum et oculis sæpe fallantur*. Immo vero periculosam etiam esse Augustinus satis indicat, cum lib. 1 de Civit. Dei, cap. 48, ita loquitur: *Obstetrix virginis cujusdam integritatem manu velut explorans, sive malevolentia, sive inscitia, sive casu, dum inspicit, perdidit*.

<sup>b</sup> Mss: aliquot, *solum aut eadem inspecta*. Non satis recte; Alunum enim fuit Italicae municipium haud ignobile, cuius ab Atila, ut voluit, solo æquati ruinæ quædam adhuc visuntur, ut tradit Leand. Albet-

sus ad obstetricum fidem, quæ didicerunt mentiri A etiam illis, si quæ gravibus appetitæ calumniis, pro salute, et fallere pro excusatione.

11. Quid igitur suspecta et dubia captamus; cum majora sint alia examinandæ veritatis documenta et testimonia, in quibus expressiora insignia vel temerati pudoris sint? Quid enim est quod magis publicum sit, quam offensa pudoris, et defloratio virginitatis? Nihil profecto quod magis se prodat, quam castitatis dispendium. Tumescit alvus, et incedentem fetus sui onera gravant; ut prætermittamus alia, quibus se vel tacita prodit conscientia.

12. At forte sterilitatis obtentu abscondi in aliquibus possit flagitium. Illic vero cum editus partus et expositus, vel necatus (dum invidiæ magis, quam probationi consulitur) dissipatus sit per aures universorum, strangulata est libertas calumniarum, si B peperit. Nempe Veronæ fuit, visebatur frequenter a virginibus et mulieribus; in honore enim semper erat. Visebatur et a sacerdotibus propter pudicitæ reverentiam, et gravitatis speculum. Quomodo ergo potuit oculere crimen, quod se vel specie sui proderet? Quomodo texit uterum? quomodo non refugit aspectum inulierum, oculos salutantium? quomodo parturiens vocem repressit? Sed hoc non patitur dolor: denique Scriptura hos maximos dicit dolores, qui sunt parturientis (*Gen. iii, 16*). Sic enim, inquit, dies Domini subito venit, et improvisus adest, ut dolor partus, qui intercludit omnia effugiat delitescendi (*Esai. xiii, 8, 9*).

13. Hæc est verior documentorum fides, quam erubescunt et mulieres. Denique Elisabeth occulta C bat se mensibus quinque; eo quod sterilis conceperat in senectute (*Luc. i, 24*). His signis et ipsa Mariæ virginitas apud ignaros mysterii, probri suspectabatur. Unde et Joseph, cui desponsata erat virgo, suspectum habebat vitium; dum adhuc nesciret Dominicæ incarnationis sacramentum (*Matth. i, 18*).

14. Quid ergo negamus inspicendas virgines? Interim quod nusquam legerim, non astruo, nec verum arbitror. Sed quia pleraque ad speciem facimus, non ad veritatem; et erroris gratia complura frequenter præterdimus (sunt enim qui nesciant recte facere, nisi metu pœnæ) relinquamus hoc illis, quas non verecundia revocat a lapsu, sed solus injuriæ deterret metus: **769** apud quas nulla cura pudoris, et castitatis gratia, sed pœnæ timor est. Relinquamus vernaculis, quibus formido est deprehendi magis, quam peccasse. Absit a virgine sacra, ut obstetricem noverit: partus putatur, et remedium doloris ducitur, non examen pudoris. Relinquamus

<sup>a</sup> Ita etiam Cyprianus jam laudata epist. ad Pomponium, quamvis incertam esse hanc indagandæ virginitatis viam agnovisset, cum tamen ageretur de puellis, quæ se una cum viris cubitasse confiterentur, negarent autem venereum aliquid expertas esse, præcipit eas explorari: *Inspiciantur, inquit, interim virgines ab obstetricibus diligenter.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *offensus fuisse maxime.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *Mariam matrem Domini repertam.*

<sup>d</sup> Vel. edit., *verecundia quæ secreta est, tutius secreto, ad omnes actus expeditius?* Rom. et mss. ali-

quot, ut nos in textu. Nec male etiam reliqui mss. ita legunt, *verecundia, quæ secreto est tutior, secreto ad omnes actus expeditior.*

<sup>e</sup> Omnes edit., *aliaque, proh dolor! et quod virgo, etc.*; mss. e contrario ad unum nobiscum faciunt.

<sup>f</sup> *Testes auditionis* ii sunt qui rem auditu solum et ex rumore acceptam, non autem propriis oculis conspectam asseverant; cum tamen, ut Plautus ait:

15. Jam illud præclarum, quod scripsisti insinuat tibi a quibusdam quod nequaquam tibi communicarent, si eam sine visitatione suscipiendam crederes. Ergo judicandi accepisti formulam. Quales illi, qui volunt præscribere sacerdotibus quid sequi debeamus? Liberavimus itaque te a cognitionis gravissimæ necessitate, ne necesse haberes formulam mandatam exsequi. Quid nobis futurum est, qui eorum studiis non obtemperavimus?

16. Sed tamen scio illic plerosque esse, qui timeant Dominum. Nam et hic vidimus dudum, et illic esse comperimus, qui compositam hanc querantur calumniam: quos aiunt eo <sup>b</sup> offensus fuisse Maximo, quod ista virgo non circumeat domos, nec eorum matronas salutet atque ambiat. Quid igitur fiet, quomodo tanto eam exuemus crimine? quomodo persuadebimus ut cultus assumat novos, suos exuat? Grave flagitium virginem intra secreta domus degere, claudi penetralibus suis! Sic certe lectio docet <sup>c</sup> Mariam domi repertam, cum ad eam Gabriel archangelus venisset (*Luc. i, 28*). Susanna fugiens turbarum inducitur (*Dan. xiii, 15 et seq.*). Denique cum se lavaret, paradysum claudi jubebat. Quid autem præstantius (præsertim in virgine, cujus præcipuum opus <sup>d</sup> verecundia) quam secretum? quid tutius secreto, et ad omnes actus expeditius? Munia enim pudoris induit, non concursationis. Sed de aliis videro, tuæ nunc mihi respondendum epistolæ est.

17. Te miror, frater, qui tantopere defendas Maximum non fuisse accusatorem, sed parentis dolore doluisse invidiam sparsi rumoris; cum ille se inimicum et adversarium litigatorem, proposito jam jurgio, negare non potuerit adversus sacram virginem judicia attentavisse: muroque interjecto, discretas ædes uxoris suæ ac virginis, divisam germanitatis inter sorores societatem; <sup>e</sup> aliaque, quibus doleret quod virgo in agro affinitatis suæ refugisset consortium. **770** Quomodo ergo non accusator, qui affectum accusatoris jamdudum exercuit, qui sermone suo accusationem detulit, aures tuas implevit clamore, <sup>f</sup> et testes auditionis deduxit, cognitionem poposcit?

Pluris sit oculatus testis unus, quam auriti decem: Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane sciunt.

<sup>e</sup> Omnes edit., *aliaque, proh dolor! et quod virgo, etc.*; mss. e contrario ad unum nobiscum faciunt.

<sup>f</sup> *Testes auditionis* ii sunt qui rem auditu solum et ex rumore acceptam, non autem propriis oculis conspectam asseverant; cum tamen, ut Plautus ait:

Pluris sit oculatus testis unus, quam auriti decem: Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane sciunt.

18. Quamlibet argumentatus, negare non potuisti quod ad Indiciam scripseris, quoniam Maximus seu impulsu aliorum, seu dolore proprio crimen grave detulerit. Sola hæc epistola satis est ad accusationis testimonium; neque enim te ego tuis ad me datis litteris urgendum putavi, sed iis lectis quas ad virginem dederas, adverti diversum esse, quod ad me scripseras; et tamen cum epistolæ tuæ sibi non convenirent, consulendum te, non arguendum putavi. Quid igitur sibi vult illa argumentatio, quia illud detulerit, quod ad me scripseras, delatam videlicet eam in turpi crimine; ita ut editum et obrotum partum dici asserat? Quasi vero istud ad Indiciam, non ad me scripseris. Illa ubi audivit litteris tuis Maximum subduci accusationi, litteras tuas protulit, quibus eum criminis delatorem probavit: ad me datas non legerat, nec quid haberent, sciebat.

19. Ego autem exhorruî a primo calumniam, quia advertebam non crimen intendi, sed injuriam virginis desiderari, cujus inspectio et visitatio postulabatur, non aliquod flagitium deferebatur. Quis enim istud a principio fraude compositum nequaquam sibi congruere et convenire non arbitraretur? Cucurrisset mulieres viles <sup>a</sup> ad monasterium, jactasse partum virginis, et necem pignoris, de monasterio rumore per populos sparsum, eumque affluxisse in aures novi affinis Maximi, ab ipso interpellatum episcopum, dimissas eas quæ dixisse ferebantur, atque in fugam coactas, ut apud nos patuit: eos qui audisse se dicerent, ad Ecclesiam vocatos prodisse Renatum et Leontium, duos illos iniquitatis viros, quos apposuit Jezabel (III Reg. xxi, 10), redarguit Daniel (*Dan. xiii, 15 et seq.*), subornavit Judæorum populus (*Matth. xxvi, 59, 60*); ut auctorem vitæ suæ falso appetere testimonio. Qui tamen cum simul composuissent flagitium, simul ingressi essent viam, et ne quid præteream, adjuncti Maximo, comitantibus, ut dixit Leontius, iis qui illum rumorem sparserant; tamen ubi in meo astiterunt iudicio, cum primo de origine causæ quaererem, diversa et distantia prompsere, non locorum separati, sed mendaciorum divortio.

20. Cum igitur sibi ipsi non convenirent, Mercurium et Leam vilissimæ conditionis et detestabilioris nequitiae personas amandavissent, aufugisset Theudule, non ignara obijciendi sibi facinoris, quod ante lectum Renati sola cubitavisset, ancilla præsto esset alia, quæ stupro ejusdem Renati se diceret coinquinatam; die 771 ipso, qui dictus erat cognitioni, subtraxerunt se episcoporum conventui; licet etiam pridie subito se profecturos idem Renatus clamaverit.

21. Unde ego iudicio præscripsi diem, et tamen nullo accusante, nullis testimoniis perurgentibus,

<sup>a</sup> Si monasterium hoc Veronæ institutum feminarum erat, quod maxime videtur verisimile, inde cognoscas illic e sanctimonialibus alias fuisse, quæ in communi parthenone degerent, alias quæ in suis aut parentum ædibus; privatim enim Indicia habitavisse liquido ex multis hujus epistolæ locis intelligitur. Sed idem observatum quoque aliis locis, uti non semel

insinuavi sanctæ sorori quod peteres coram ipsa inspicere et visitari memoratam virginem. At illa sancte inspectionem quidem recusavit, sed testimonium non declinavit, dicens nihil se in Indicia comprehendisse, nisi quod esset virginalis pudoris et sanctitatis: habitasse eam Romæ in domo nostra, nobis absentibus, nulli eam <sup>b</sup> se vitiorum familiaritati dedisse, optare cum ea sibi a Domino Jesu partem reservari in regno Dei.

22. Paternam quoque filiam nostram interrogavi, quod ab ea numquam soleat discedere, cujus charitas vitæ hujus testimonium est. Itaque etsi quod injurato diceret, fidei sacramento conferendum foret; sub obtestatione tamen professus est alienam criminis quo appetebatur, nec quidquam in ea scire se bonæ vacuum conversationis.

23. Nutricem quoque liberæ conditionis interrogavi, cui et status haudquaquam degeneri servitio obnoxius libertatem vera fatendi daret, et fides atque ætas ad veritatem astipularetur, et officium nutricis ad cognitionem secreti. Ea quoque nihil se indecorum vidisse, nihil sibi quasi parenti commissum a virgine aliqua dignum reprehensione.

24. His moti, Indiciam inoffensi virginem muneris pronuntiavimus: Maximum autem et Renatum et Leontium ita involvit sententia, ut Maximo, si errorem emendaret, spes redditus reservaretur; Renatus autem et Leontius excommunicati manerent, nisi forte probata sui pœnitentia, et hujus facti diuturna deploratione, dignos se præberent misericordia. Vale, frater, et nos dilige; quia nos te diligimus.

#### EPISTOLA VI c.

Cum SYAGRIO quod Indiciam contumeliosæ inspectioni sententia sua addicisset, AMBROSIIUS amice expositulat; eique atrocissimam ultionem, quam Israelitæ ob violatam in levitæ uxore castitatem repeliverunt, ante oculos ponens, totam rei seriem eleganter describit.

AMBROSIIUS SYAGRIO.

1. Quæ sint in nostro iudicio decursa, comperta retines; et ideo nunc quasi animæ portionem convenio meæ, habens apud te pro castitatis contumelia familiarem et dolentem querelam. Itaque oportuit inoratam atque inauditam virginitatis causam adjudicari, ut non possit absolvi? Hoc est, nisi sua injuria, nisi ab honesto pudore traducatur ad indecoram sui corporis oblationem, grande videlicet relatura sui testimonium, ut exponatur ludibrio, et procacitatis notetur. Hanc igitur prærogativam detulisti integritati, hujusmodi honorificentiam, 772 qua se lacessiri aut invitari gaudeant, quæ hoc munus recipiendum putant; ut amittant libertatem communis assertionis, nec se jure tueantur vel sanctæ legis, vel publico, ut non accusatorem exigit, non arcere ante designatum est.

<sup>b</sup> Eras. et seq. edit., *se virorum familiaritati*. Optimo sensu. Verum cum nec sensus lectionis mss. et Amerb. absurdus videatur, ab eorum consensu recedere religio est.

<sup>c</sup> Scripta circ. ann. 380.

silorem urgeat : sed impudentiam solam induat, ac sese proiciat ad injuriam?

2. Non ita majores nostri despicibilem habebant castimoniam, cui tantum deferebant reverentiæ, ut bellum adversum temeratores pudicitiaë suscipiendum putarent. Denique (*Judic. xx, 1 et seq.*) tantum fuit ultionis studium, ut omnes tribules de Benjamin tribu exstinguerentur, <sup>a</sup> nisi sexcentos qui bello reliqui forent, natura editoris loci defendisset; sic enim lectionis divinae serie expressum tenetur, cujus tenorem recensere congruit.

3. Levites <sup>b</sup> vir (*Judic. xix, 1 et seq.*), animo major quam opibus, habitabat in partibus montis Ephraem; ei quippe tribui sortito obtigerat locus in possessionem terræ datus pro funiculo hæreditatis. Is sibi accepit jugalem de Juda Bethleem. Et ut se habent prima copularum exordia, ardebat juvenulam immodica animi cupiditate: simul quia similibus ejus non fungebatur, <sup>c</sup> exardescibat magis magisque possessione, atque immane quantum exestuabat. Unde quia nihil referebatur ex parte adolescentulæ, vel levitate amoris, vel vi doloris, quod haudquamquam mercede pari secum decerneret, cum eadem expositulabat. Hinc frequens jurgium: quo mulier offensæ, <sup>d</sup> claves remisit, donum revertit.

4. At ille (*Ibid., 3 et seq.*) amore victus, qui quod speraret non habebat aliud; cum quartum jam mensem fluere cerneret, eo contendit, fretus quod consilio parentum emolliretur animus adolescentulæ. Occurrit pro soribus socer, generum introduxit; illiam reconciliavit; et ut lætiores dimitteret, triduo tenuit, quasi repararet nuptias: ac volenti abire, <sup>e</sup> quartum quoque diem comperendinavit, præsentia humanitatis specie, moras innectendo. Pari modo cum etiam quintum diem vellet adjungere superioriibus, et jam novæ decessent causæ morandi; paterno tamen affectu retinendæ filiaë desiderium non deforet, promissam profectiois copiam distulit in meridiem, ut viam cibo curati adorirentur. Post epulas quoque volens dilationem attexere, eo quod jam vesper appropinquaret, generi precibus, ægre licet, tamen acquievit.

5. Ille iter suum (*Ibid., 10 et seq.*) perrexit lætus animi, quod dilectam sibi recuperavisset. Qui uno constati servulo, cum jam declinaret dies, festino viam celerabant gradu. Mulier vehebatur jumento, viro nullis sensus laboris, qui fructu desiderii, simul et vario mulieris ac vernaculi sermone viam levaret.

<sup>a</sup> Mss. non pauci, nisi quingentos: quorum etiam aliquot infra loco virginum quadringentorum e Jabis excidio reservatarum non nisi trecentas habent. Sed alii et omnes edit. melius, ut in textu.

<sup>b</sup> Quæ sequuntur, non omnia quidem reperuntur in sacris codicibus; attamen leguntur apud Josephum lib. v Antiq. judaic. cap. 2. Nonnulli mss., animi major, quam moribus.

<sup>c</sup> Omnes edit., Exardescibat magis, atque; mss. frequentissimi, exardescibat magis possessio, atque; sed omnium optime cod. Læt. ut in contextu.

<sup>d</sup> Claves remisit. Hoc pœtium est ex jure Romanorum, quorum si quis uxorem dimitteret suas sibi

Denique ubi Hierosolymam appropinquarent, quæ triginta stadiis aberat, quam tunc temporis Jebusæi tenebant; suggestit puer deflectendum in civitatem, **773** quia sub noctem suspecta essent etiam illa, quæ tutiora sunt, cavendaque tenebrarum ambigua; maxime quia locorum incolæ non essent de filiis Israel. Et ideo prævertendum, ne quid adversa studia gerentes insidiarum inferrent, obscuro noctis dolum quærentibus ad perpetrandum facinus satis opportuno. Sed domino ejus haudquamquam placuit sententia, ut inter alienigenas hospitio succederent; cum Gaba et Rama non longe abessent civitates Benjamin. Itaque prævalens sententia, posthabuit servuli suggestionem; quasi ex conditione consilium æstimaretur, et non consilio quamvis <sup>e</sup> infirma conditio allevaretur. Et jam sol in occasu erat: denique vit occurrit, cum jam urgeretur vespere in civitatem succedere.

6. Gabaonitæ (*Ibid., 15 et seq.*) incolebant locum, inhospitales, immites, intolerabiles; <sup>f</sup> omnia tamen tolerabiliores, quam si aliquem hospitio receperissent. Denique commodius huic viro levitæ cesserat, si in Gabaa hospitium non reperisset. Verum ne quid deesset offensionis, primo ingressu diversorium non reperit: et cum in publico situs, alienam misericordiam imploreret, offendit advenientem ex agro senem, quem vesper ex opere agresti compulsi nocte decedere. Et cum esset ei conspicuus, rogatus quod iret, et unde adventaret, respondit: De Bethleem Juda revertor, contendo ad montem Ephraem, et mulier est mecum: sed ecce huc diverti, et nemo est qui hospitio recipiat, et requiescendi usum ministret. Non quo cibi aut potus sibi, aut pecori pabulorum esset indigentia, sed tecti hospitio prohiberentur: præsto esse illa, nudum tecti hospitium desiderari. Ad ea senior benigne satis et placide: Pax, inquit, tibi: et succede hospes pariter et civis, nam et mihi origo de montis Ephraem partibus, et hic hospitalis habitatio: sed tempore diuturno incolatus sedes fundavit. Itaque receptos domicilio ministerio sui et subsidiis hospitalibus <sup>g</sup> juxta fovit.

7. Hortabatur ad lætitiã senior (*Ibid., 22*), et frequentioribus provocabat poculis, ut vino aboleret curarum obliviam; cum subito circumsistunt eos Gabaonitæ, juvenes ad omnem projecti libidinem, nihil pensum ac moderatum habentes: quos forma mulieris illexerat, et in omnem amentiam præcipitabat: capti enim ejus decore, et per senectutem hospitis,

res habere vel curare illam jubebat, simulque claves eidem adimebat, quemadmodum ex Ciceronis Philipp. 3 ostendit Sigonius, lib. 1 de Antiq. jure civ. Rom., cap. 9, et alii.

<sup>e</sup> Cod. Belv., infirma conditio allevaretur.

<sup>f</sup> Edit. vet., omnia tamen tolerabiliora; melius Rom. et cuncti mss., omnia tamen tolerabiliores; ubi Paris. quædam pro omnia posuere omnes. Itaq. recte; hic enim dicitur per ellipsin omnia tolerabiliores, non secus ac apud Horatium cetera lætus, et similia.

<sup>g</sup> Nonnulli mss., juxta vires fovit.



atque infirmitatem subsidii, accepta spe potiundi, A  
poscunt mulierem, et pulsant januam.

8. Itaque (*Ibid.*, 23, 24) egressus senior rogabat eos, he hospitales mensas turpi flagitio laedarent, et reverendum jus etiam indomitis barbararum gentium nationibus violandum arbitraentur: contribularem illum sibi, Israelitem virum legitimi thori subnixum copula non sine indignatione caelestis arbitraria tanta affici contumelia. Quod ubi parum procedere advertit, esse sibi filiam virginem adiecit, illam se offerre majore parentis dolore, sed minore gratiae hospitalis dispendio: a publicum flagitium privato dedecore **774** tolerabilius habere. At illi exagitati aestu furoris, et inflammati incentivo libidinis, eo amplius ardebant formam juvenulae, quo magis negabatur. Et justitiae exsortes ridebant verba aequitatis, filiam sentis, quia minore invidia sceleris offerebatur, despectui habentes.

9. Itaque (*Ibid.*, 25 et seq.) cum pia nihil proficerent preces, et seniles frustra hospes manus tenderet, desperato praesidio, rapitur mulier, et per totam noctem injuria impleretur. At ubi lux lineam intemperantiae dedit, januam hospitalem repetit, non quo viri conspectum exposceret, quem magis decessandum putaret, contumeliae pudore miserabilis: sed ut affectum viro referret, quae castitatem amiserat, et contumeliae suae fundis lamentabili specie ante januam hospitalem exponeret. Egressus itaque levita, cum jacentem invenisset, arbitratus quod verecundia vestrum nequaquam attollere audeat, consolari cepit, quia non voluntate, sed invita **C** tanta injuria succubisset: Tortari assurgere, et secum repetere domum. Sed ubi nullum responsum referebatur, quasi quiescentem majore voce e somno excitare.

10. Verum (*Ibid.*, 26) ubi mortis supplicia patitur fides, impositas jamento reliquias obitum pertulit, et divisos artus molteris in partes duodecim misit per singulas tribus Israel. Quo commotus (*Judic.* xx, 1 et seq.) universus populus convenit in Massephat, atque ibi querela per levitam cognita, omnes in bellum exarsere, statuantes neminem virorum fas esse in tabernaculum succedere, priusquam de tanti sceleris auctoribus ultio capesseretur. Animi itaque ruebant in praedium: sed consilium prudentiorum praevertit sententiam, non temere confingendum bello **D** cum civibus, sed prius verbis experendum de flagitio, et discernendum conditionibus pro delictis: neque justum videri, ut paucorum sceleris pretium ad omnes perveniret, et privata adolescentium peccata statum salutis publicae labefactarent. Itaque miserunt viros, qui delinquentes Gabaonitis, ut tanti reos flagiti offerrent: sin autem, cognoscerent non

minoris esse criminis tantum facinus defendisse, quam exercuisse.

11. Verum illis superba referentibus (*Ibid.*, 13 et seq.), consilia pacis bello mutata. Neque primo aut secundo conficti cum plurimi a paucis afflicterentur, cedendum Israelitae adversis praелиis aestimarunt; quadringenta enim millia virorum bellantium adversum viginti quinque millia Benjamin tribus, et septingentos Gabaonitas expertos belli juvenes decertabant. Et cum sinistra sorte duo sibi jam cecidissent praelia; animi tamen promptus haudquaquam deposuit Israel vincendi fiduciam, et ulciscendi praesumptam spem.

12. Sed (*Ibid.*, 26 et seq.) quia causa numeroque praestantiores, b inferiores pugnae eventu pedem retulerant, divinam offensam rati, jejunio et fletu maximo reconciliationem gratiae caelestis affectavere. Itaque orata Domini pace, acriores in bellum revertuntur; ut pote quibus oraculum animos **775** dederat, spem accumulaverat. Et simulato a fronte quod cederetur, ac dispositis per noctem insidiis a tergo urbis, in qua locata erat manus hostium; dum hi cedunt, et illi sectantur, invadendi urbein vacuum facta copia, et mox adnoto, statimque adulto incendio, Hammarum fragor atque aestus furens capite urbis speciem manifestarunt. Quo ei suis fracti animi, et erecti hostium. Nam et Benjamin viri clausos se et circumventos rati, priusquam a tergo invaderentur, dispergere sese, atque in desertum fugere coeperunt; et contra Israel gemino agmine urgere eos, ac palantes persequi.

13. Casa itaque viginti quinque millia (*Ibid.*, 35 et seq.), id est, omnes fere de viris Benjamin, praeter sexcentos, qui arrepto scrupae rupis munimento, partim loci ingenio et subsidio naturae, partim desperatione victoribus terrori fuere. Nam secundae res cautionis admonent: in adversis ullo pro victoria habetur. Nec feminarum numerus tanti discriminis exorsus fuit: sed omnis tribus Benjamin muliebris sexus cum pueris et puellis, omnique aetate gladio aut igne extinctus; sacramentumque additum, ne quis tribus illius viro filiam suam in uxorem daret, quo reparandi nominis omnis abokretur successio.

14. Belli finis simul atque irae factus (*Judic.*, xxi, 2, 3), et furor in poenitentiam vertit: armisque positus, in unum convenientes viri Israel fleverunt fletum magnum, et celebrarunt jejunium, dolentes unam tribum perisse ex fratribus, atque extinctam populi sui validam manum: jure quidem pro delicti pretio bellatum adversum propugnatores flagitiorum, sed misere a in sua populum conversam viscera, et bello civili utrumque afflictum. Lacryma-

b Mss. non pauci, inferiore pugnae eventu.

c In sua populum conversum viscera, id est, populum conversum in suam et cognatae tribus perniciem. Est autem imitatio illius ex Job. i. Lucam de Bello Pharsal:

Populumque potentem  
In sua victrici conversum viscera dextra.

a Rom. edit., publico flagitio privatum dedecus tolerabilius haberi. Bono quidem et perspicuo sensu: sed cum ea lectio non solum a caeteris edit., Verum etiam a Mss. omnibus abhorreat, tam tanto consensui non praeferrimus. Quid vero si legas intolerabilis? Certe imitatio in communi lectione levior esset.

rum effusio movit passionem animi, et <sup>a</sup> affectum A perpulit, sævitiæ ratio successit : missique legati ad sexcentos illos Benjamin viros, qui per quatuor menses edito se præruptarum tuebantur rupium, aut deserti indigentia, quæ multitudini obsidentium periculo foret, deploraverunt communem illam ærumnam, quod illi contribules, isti cognatos et socios amisissent ; sed tamen non penitus interceptam reparandæ tribus successionem : consulere se in medium quomodo et sacramenti fides sibi constet, et tribus una nequaquam a corpore avulsa intercidat.

15. Altari itaque posito (*Ibid.*, 4 et seq.), reconciliationis et pacis oblatum sacrificium. Et quia Jabis Galaad populus erat pœnæ et maledicto obnoxius (obstrinxerat enim se omnis Israel magno sacra- B mento, ut si quis non ascendisset cum eo ad puniendum flagitium, morte moreretur) <sup>b</sup> duodecim millia bellatorum directa ; ut et viri omnes et mulieres ferro exstinguerentur, solas virilis thori exsortes reservarent adolescentulas. Interfectis itaque omnibus Jabis Galaad, solæ <sup>c</sup> virgines quadringentæ exitio cæterorum superfuerunt. Quas accipiens Israel, statuit viros Benjamin belli metum deponere, et in conjugium sibi sumere integras ævi juxta ac pudoris 776 puellas : quibus et causa esset apud viros integra, quod nemo suorum adversum eos bellum susceperat : et charitatis gratia, quia propter eos supremo supplicio ereptæ forent. Hoc igitur modo quadringentis juvenibus quæsitæ copularum consortia sunt.

16. Sed quia ducenti numero supererant, quibus jugales deerant (*Ibid.*, 16 et seq.), iis quoque sine fraude sacramentorum consultum accepimus. Dies festus in Silo quotannis celebrabatur. Ibi exsultare solitæ virgines, et choreas ducere in honorem religionis : aliæ præire matribus, et totum iter agmine vianum repleri. Dixit unus ex senioribus : Si ducenti illi tribus Benjamin viri intra vineas siti excubias tenderent, donec se omnis feminea turba effunderet, et surgentes ex vineis unusquisque quam occursum dederit, uxorem sibi vindicaret, fraudi id nequaquam futurum ; populum etenim favere reparandæ tribus successionem, propter sacramentum impertire non posse filiarum suarum societatem : neque tamen contra sacramentum videri, si prohiben- D dum non putaret ; quia sacramento neque cogendi, neque prohibendi necessitas imposita videretur : illos sibi sine metu consulere oportere. Sane si puellarum parentes vindictam efflagitarent, partim prece, partim etiam retorquendo <sup>d</sup> in ipsos invitæ culpam custodiæ, sese revocatuos ; quia cum scirent Benjamin viros exsortes esse jugalium, cum filiabus

A processerint : dignam sane tribum jam non pœna, sed misericordia : satis dure sævitum in eos, et de bellatam corporis sui partem : immoderatus exarsisse plebem, ut successionem domesticam exstingueret, atque ex suis necaret : placere Deo non perire populo tribum, neque pro una muliere tam acerbe consuli.

17. Probaverunt consilium Israelitæ (*Ibid.*, 23) : exsecuti sunt viri Benjamin, et dispositi in vineis loco opportuno et tempore, plenas feminei agminis vias occupaverunt. Præbuit illis festum nupiarum religionis solemnitas. Avulsæ de complexu patrum filia, tanquam in manum ab ipsis parentibus tradebantur, et velut pactam e gremio matris non abduci, sed prodire arbitræris. Ita tribus Benjamin pene intercepta atque exstincta brevi floruit, documentum exhibens, quod magno exitio sit insolentibus vindicta pudicitia, et læsæ castitatis ultio.

18. Nec hoc solo loco, sed plerisque Scripturæ hoc docet. Nam et in Genesi legimus exercitum <sup>e</sup> quæstionibus regem Ægypti Pharaonem quod Saram attentavisset ; et tamen alienam esse uxorem nesciebat (*Gen.* xii, 17).

19. Est igitur Domino castitatis tuendæ voluntas, quanto magis est defensandæ integritatis ? Unde nulla debet virginibus sacris irrogari injuria ; quæ enim non nubunt, et qui uxores non ducunt, habentur sicut angeli Dei in cælo (*Luc.* xx, 36). Et ideo cœlesti gratiæ non inferamus corporalem contumeliam ; quoniam potens est Deus, quem nec prævaricatio prætereat, et moveat accepti sibi muneris et consecratæ virginitatis 777 acerba et gravis contumelia. Vale, frater, et nos dilige ; quia nos te diligimus.

#### EPISTOLA VII <sup>1</sup>.

JUSTO sciscitanti quidam didrachmæ dimidion pro redemptione offerri præceptum significasset Ambrosius rescribit fidem ac misericordiam, in quibus redemptio est, eo signari : hac de re idem pretium cunctis præscriptum, in quo cum manna, cujus mensura de sapientia et Christi sanguine explicatur, congruit : congruit præterea cum paschali agno, qui æqualiter distributus æqualem singulis redemptionem tribui indicabat ; quo etiam refertur promissa in Evangelio eadem merces. His subdit Christum nostram esse redemptionem, qua cum pro se non indiguit, staterem non sua, sed nostra causa dari jussisse. Quid eodem statere significetur, aut cur illum ignoraverint Judæi a Christianis haud imitandi. Adjicit dimidium didrachmæ eorum figuram esse, qui vitæ partem mundo impendunt : quod non fecerunt Hebræi pueri. Denique ubi exposuit, quare Dominus quod non debebat, solverit, mystica quedam emulcat ad instituendos mores idonea.

AMBROSII & JUSTO, salutem.

1. Pulchre admones, frater, ut epistolares fabulas,

<sup>e</sup> Quæstionibus, h. e., tormentis et doloris cruciatibus.

<sup>f</sup> Scripta ante ann. 381.

<sup>g</sup> Ita mss. at edit. nomini Justo nihil plane addunt. Solent quidem Augustinus, Hieronymus, Leo et alii illius ad quem scribunt, nomen etiam titulo dignitatis aut professionis decorare : Ambrosius vero hujusmodi titulis nisi in iis epistolis, quæ date

<sup>a</sup> Edit., affectum percussit.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, viginti duo millia bellatorum.

<sup>c</sup> Cod. Reg., virgines trecentæ..... quadragentis juvenibus.

<sup>d</sup> Ita mss. nonnulli, et vet. edit. Rom. vero sola, in ipsos in diligentis culpam custodia : at in pluribus mss. hic nihil sani.

et sermonem absentium ad interpretationem conferamus oraculi cœlestis, interrogans me quid significet illud <sup>a</sup> didrachmum, cujus dimidium Hebræus præcipitur offerre pro redemptione animæ suæ (*Exod. xxx, 12 et seq.*). Quid enim tam consociabile, quam de divinis rebus sermonem contexere?

2. Est autem dimidium didrachmi, drachma: redemptio autem animæ, fides: fides ergo drachma, quæ illa mulier in Evangelio, ut legimus, æmissam diligenter requirit, lucernam accendens, et mundans domum suam; et si invenerit, convocat amicas et vicinas petens congratulari eas secum, quod invenerit drachmam, quam perdidit (*Luc. xv, 8 et seq.*). Magnum enim damnum animæ, si quis fidem amiserit, vel gratiam, quam fidei pretio acquisivit sibi. Et tu ergo accende lucernam tuam: *Lucerna tua oculus tuus est* (*Matth. vi, 22*), ille scilicet interior oculus mentis. Istam lucernam accende, quæ accipit oleum spirituale, et lucet in tota domo tua. Quære drachmam redemptionem animæ tuæ, quam qui amiserit, turbatur: qui invenerit, exultat.

3. Est et redemptio animæ misericordia; redemptio enim animæ hominis divitiæ ejus, quibus utique fit misericordia, quæ sumptu pauperes juvat (*Prov. xiii, 8*). **778** <sup>b</sup> Fides igitur, gratia, misericordia, redemptio est animæ, quæ drachmæ, id est, integro pretio summæ plenioris expenditur. Sic enim scriptum est, dicente Domino ad Moysen: *Cum acceperis computationem filiorum Israel in visitatione ipsorum, dabunt singuli <sup>c</sup> redemptionem animæ suæ Domino, et non erit in his ruina, in visitatione eorum. Et hoc est quod dabunt, quotquot perambulant visitationem, didrachmi dimidiam partem, quod est secundum didrachmum sanctum. Viginti oboli didrachmum: dimidia*

sunt ad imperatores, fere abstinet. Hinc fit ut difficilius eos quibus missæ sunt, cognoscamus; nisi quid in ipso contextu illos indicet. Porro præterquam quod familiaritatem quamdam spirat tota hujus series, hic ipse Justus ab Ambrosio *frater* vocatur: quo vocabulo cum olim episcopi raro alios dignarentur, quam episcopos, hinc illum eadem dignitate præditum fuisse conicere est: cum autem eo tempore sanctus Justus, cujus meminit iv non. Sept. Rom. Martyrologium, Lugdunensi Ecclesiæ præfuerit, idemque Aquileiensi concilio interfuerit, dubio procul ab Ambrosio hujusce concilii auctore præcipuo invitatus, non alius nobis Justus occurrit, cui justius destinata dicatur hæc epistola.

<sup>a</sup> *Didrachmum* apud Hebræos pondere idem erat ac siclus. Itaque ut duplex siclus fuit, alius profanus qui duas drachmas seu decem obolos continebat; alius ecclesiasticus qui drachmas quatuor, sive obolos viginti: sic genium etiam didrachmum admitendum est, vulgare quod decem obolis, et sacrum quod viginti constabat. Eamobrem quod Ambrosius *didrachmi dimidiam partem*, hoc Versio Vulg. transfert, *dimidium sicli*; et quod ille, *viginti obolis didrachmam*, hoc eadem Vulg., *Siclus viginti obolos* habet. Plura de hisce ponderibus tradunt Munsterus, Fagius et Vatablus in eundem locum: itemque Gualperius in *Matth. xvii*.

<sup>b</sup> Vet. edit., *Fides igitur gratia, gratia misericordia, misericordia redemptio*: a quibus plures mss. hoc tantum distant, quod habent, *gratia misericordiae*, et se-

*A autem pars didrachmi illatio Domino. Omnis qui intraverit visitare a viginti annis et supra, dabunt illationem Domino. Qui dives est, non adjiciet: et qui pauper est, non minorabitur a dimidia parte didrachmi; cum cœperint dare oblationem Domino, exorare pro animabus suis. Et accipies pecuniam illationis a filiis Israel, et dabis illam in opus Tabernaculi testimonii, et erit filiis Israel legitimum memoriale in conspectu Domini, exorare pro animis vestris* (*Exod. xxx, 12 et seq.*).

4. Ita ergo deerat vel dives, qui plus offerret; vel pauper, qui minus haberet, si in pecunia dimidium didrachmum istud, et non in virtute esset? Unde advertendum quod non materialis ista, sed intelligibilis drachma sit, quæ ex æquo ab omnibus conferenda æstimatur.

Denique etiam de illa cœlesti esca (esca autem et delectatio alimenti cœlestis sapientia est, qua vescantur in paradiso locati, qui erat indeficiens animæ cibus, quem vocavit manna divinus sermo) ita legimus distributionem factam per singulas animas, ut æqualis fieret divisio. Et collegerunt secundum dispositionem Moysi, qui plurimum, et qui minimum: et mensuram <sup>d</sup> fecerunt gomor, et non abundavit, nec superfuit ei, qui multum, et ei qui minus, non defuit (*Exod. xvi, 17, 18*). Unusquisque enim pro numero animarum, qui apud se erat in tabernaculis, collegerunt per singula capita <sup>e</sup> gomor, id est, mensuram vini, sicut habet interpretatio.

6. Est autem mensura sapientiæ, quæ si supra mensuram sit, nocet; quia scriptum est: *Noli esse multum sapiens* (*Eccl. vii, 17*). Et Paulus docuit secundum mensuram dari divisionem gratiarum, cum dicit: *Quia unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alii sermo sapientiæ, <sup>f</sup> alii sermo scientiæ,*

quentem dictionem, scilicet *miseriordia* expungunt: sed cod. Belvac. et alii quædam exhibent lectionem, quam amplectimur.

<sup>c</sup> Cum mss. in hoc Exodi textu vet. edit. satis congruunt: at Rom. edit. immutavit nonnulla, quæ uno conspectu hic exhibemus, *pretium redemptionis... in ipsis plaga... didrachmi oblatio... intraverit visitationem... dabit oblationem... non minorabit... pecuniam oblationis... Israel memoriale... ad propitiandum pro animabus*.

<sup>d</sup> Gomor mensura est trium chenicum atticarum, teste Hieronymo. Josephus inquit eam habere *τρεῖς ἡμισυκοτύλους*: cotyla autem et hemina idem est, teste Fannio. Continet ergo heminam et ejus dimidium. Ita Nannius, a quo Fagius in Exodi xvi non discrepat.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *gomor, id est, mensuram, seu consummationem*. Et Hieronym. quidem *de Nomin. Hebraic.*, *Gomor assumptio, sive consummatio, vel perfectio est*; sed non hic agitur de hujusmodi significatione: nihil quippe aliud indicatur, nisi cuiusnam generis mensura sit, quæ sic dicitur. Propterea infra subdidit Ambrosius: *Gomor ergo mensura est, et mensura vini*.

<sup>f</sup> Ita mss. magno consensu: contra vero edit. omnes a communi lectione Apostolici textus non recedentes, eundem efferunt in hæc verba: *Alii sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alii genera sanitarum in uno spiritu, etc.*

alii fides sapientiæ per spiritum scientiæ secundum eundem spiritum, fides in eodem spiritu (I Cor. xii, 7 et seq.); et dividi 779 eam gratiam secundum voluntatem Spiritus. Quod dividit, æquitalis est: quod autem secundum voluntatem suam dividit, potestatis. Vel quia id velit unicuique conferre, quod profuturum noverit.

7. Gomor ergo mensura est, et mensura vini, quod lætificat cor hominis (Ps. ciii, 15). Quid autem nisi sapientiæ potus jucunditas cordis est? Hoc est illud vinum, quod miscuit in cratere Sapientia (Prov. ix, 2), et offert bibendum, ut sumamus nobis sobrietatem et prudentiam: quod ea æqualitate transfundi oportet sensibus et cogitationibus nostris, et omnibus motibus, qui intra hanc nostram sunt domum; ut sciamus posse abundare omnibus, delibere milli.

8. Plenius autem de sanguine Christi intelligitur, a cuius ad gratiam nihil minuitur, nihil adjungitur. Et si parum sumas, et si plurimum haurias, eadem perfecta est omnibus mensura redemptionis.

9. Pascha quoque Domini, hoc est, agnum, ita Patres epulari jubentur (Exod. xii, 4), ut secundum numerum animarum epulentur suarum, neque plures, neque pauciores: neque aliis plus dari, aliis minus, sed secundum animas singulorum; ne aut fortiores amplius sumant, aut infirmiores minus. Gratia enim æqualis singulis dividitur, redemptio dividitur, donum dividitur. Neque plures oportet esse, ne quis vacuus spei et redemptionis recedat. Plures sunt, quando aliqui extra numerum sunt: C sancti autem numerati sunt omnes, et capilli eorum (Math. x, 30); cognovit enim Dominus qui sunt ipsius: neque pauciores, ne magnitudine gratiæ sit ad recipiendum infirmior.

10. Et ideo omnes æqualitatem devotionis et fidei deferre præcepit ad pascha Domini, id est, ad transitum. Pascha autem est, quando anima irrationabilem deponit passionem, sumit autem bonam compassionem; ut compatiatur Christo, et transitum ejus in se suscipiat, ut inhabitet in ea, et deambulet, et fiat ejus Deus. Gratia itaque æqualis per omnes, virtus autem diversa in singulis. Unusquisque ergo portionem competentem suis viribus sumat, ne aut fortior indigeat, aut oneretur infirmior.

<sup>a</sup> Hic locus reperitur citatus ab Ecclesia Lugdunensi in fine libri de Tenenda Scripturæ veritate, ubi tamen quoniam ex opere fuerit desumptus, non exprimitur.

<sup>b</sup> Rom. edit., alia laboris remuneratio; sed vocem alia neque vet. edit. neque mss. ulli agnoscunt. Melius utique; nam virtutis et laboris merces gratiæ et liberalitatis dono concinne opponitur: non autem laboris remuneratio stipendio virtutis; cum hoc loco virtus in labore posita sit. Eadem edit. Rom. ante vocem a labore posuit Christus, et voci a servitute subjunxit peccati; sed utraque abest a mss. et antiq. edit. nec ubi modo sensui est necessaria.

<sup>c</sup> Stater nomen erat nummi Dorici, quem ejusdem pretii fuisse ac siclum sive majus didrachmum non ex hac tantum Ambrosii epistola, verum etiam ex collatione cap. xxx Exodi translationis LXX Interp.

A 11. Habes hoc in Evangelio (Math. xx, 10), quia merces a qualis omnibus solvitur in vinea laborantibus: sed pauci ad bravium, pauci ad coronam perveniunt, pauci dicunt: *Reposita est mihi corona justitiæ* (II Tim. iv, 8). Alia est enim merces liberalitatis et gratiæ, aliud virtutis stipendium, <sup>b</sup> laboris remuneratio.

12. Ergo didrachmum redemptio est, imo dimidium didrachmi. Redemit autem nos a morte, redemit a servitute; ne subjecti simus 780 mundo, cui renuntiavimus. Unde Dominus in Evangelio dicit ad Petrum, ut vadat ad mare, mittat hamum, et in ore piscis inventum <sup>c</sup> staterem sumat, et det pro Domino et pro se exigentibus <sup>d</sup> didrachma (Math. xvii, 26). Hoc est igitur didrachma, quod exigebatur secundum Legem: sed non debebat illud filius regis, sed alienus. Quid enim se Christus redimeret ab hoc mundo, qui venerat ut tolleret peccatum mundi (Ibid., 24)? Quid se a peccato redimeret, qui descenderat, ut omnibus peccatum dimitteret (Joan. i, 29)? Quid se redimeret a servitute, qui se exinaniverat, ut universis libertatem daret (Phil. ii, 7)? Quid se redimeret a morte, qui carnem susceperat, ut morte sua omnibus resurrectionem acquireret?

13. Non utique opus habuit redemptione redemptor universorum: sed sicut circumcisionem accepit, ut legem impleret (Luc. ii, 22); et ad baptismum venit, ut impleret justitiam (Math. iii, 15): ita etiam didrachma exigentibus solutionem non recusavit; sed statim staterem pro didrachmo jussit pro se et Petro dari (Math. xvii, 26). Maluit enim supra Legem solvere, quam id quod erat Legis negare. Ostendit autem contra Legem Judæos facere, qui ab uno didrachmum exigent; cum dimidium didrachmi exigendum Moyses præscripserit. Et ideo, et pro se et pro Petro tanquam singulas drachmas in statere solvi mandavit. Bonus autem census Christi, qui statere solvitur; quia statera justitia est, justitia autem supra Legem. Denique finis Legis Christus ad justitiam omni credenti (Rom. x, 4). Hic stater in ore piscis invenitur: illius piscis, quem capiunt piscatores hominum: illius piscis, <sup>e</sup> qui ponderat sermones suos, ut igne examinatos proferat (Psal. xvii, 34).

D cum versione Vulg. ejusdem cap. Unde cum Origenes in Matthæi xvii dicit: *Præcipit Salvator dari staterem, in quo erant duo didrachma*, intelligendum videtur non de didrachmis templi, sed de communibus. Itaque minus recte a Nannio in Scholiis ad hanc epistolam reprehenditur Budeus, quod staterem quatuor drachmas valere docuerit; si enim de minoribus drachmis loqui voluit, a vero pretio non aberravit. Ipsum consule.

<sup>d</sup> Ita mss. et vet. edit. hic et infra semel ac iterum. Nec male quidem; habetur enim his apud Mattheum cit. loco, τὰ διδραχμα in recto plurali; dici tamen drachma in singulari quod continuo sequitur, ostendit; sed Rom. edit. ubique anteposuit didrachmum.

<sup>e</sup> Rom. edit., qui statera ponderat; aliæ omnes ac mss. præmittunt vocem statera.

14. Hunc staterem nescierunt Judæi, quem proditori dederunt. Lex autem dimidium didrachmi pro redemptione animæ exigit, quam drachmam Deo deputat; quia totum didrachmum vindicare non poterat. Vix enim in Judæo vel portio devotionis poterat investigari. Qui autem verus est liber, verus Hebræus, totus est Dei; totum quod habet, libertatis est. Nihil habet illius, qui libertatem recusat dicens: *Dilexi dominum meum, et uxorem et infantes: non abibo liber* (Exod. xxi, 5). Quod non solum ad dominum, sed etiam ad ejus refertur infirmitatem, qui se subjecerit mundo, quod diligat mundum, <sup>a</sup> vel mentem suam, id est, *νοῦν*, hujus auctorem voluntatis. Nec solum ad uxorem, sed etiam ad delectationem refertur, quæ domesticam, non illam æternam curam suscipit. Huic ergo ad limen et ostium suum dominus suus aurem pertundit; ut meminerit sermonis sui, quo servitutem elegit.

**781** 15. Et ideo tu, christiane, <sup>b</sup> istum non imiteris; quia tibi scriptum est, non ut didrachmi dimidium, si tamen vis perfectus esse, Deo offeras: sed ut omnia tua vendas, et des pauperibus (Matth. xix, 21). Nec ut portionem servitutis mundo reserves: sed ut totum te abneges, et Domini crucem tollas, et sequaris eum.

16. Cognovimus itaque ideo dimidium didrachmi Lege postulari, quia dimidium generi hujus mundi, id est, conversationi sæculari, et usui domestico, et posteritati reservabatur, quibus necesse erat et <sup>c</sup> sortem ex sorte, id est, transmissionis deputari. Unde et Dominus tentantibus se Phariseis subdola <sup>C</sup> interrogatione utrum suaderet censum dari Cæsari, respondit: *Quid me tentatis, hypocritæ? Ostendite mihi numisma census* (Matth. xxii, 8, 19). At illi obtulerunt ei denarium, in quo erat imago Cæsaris. Ait illis: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo* (Ibid., 21); ostendens illos ita esse imperfectos, qui sibi perfecti viderentur, ut prius Cæsari quam Deo solverent. Quibus enim prior esset cura mundi, ab iis prius solvendum foret, quod erat mundi. Unde et ait: *Reddite, id est, vos reddite, quæ sunt Cæsaris* (Dan. ii, 17), apud quos figura et imago invenitur Cæsaris.

17. Illi ergo Hebræi pueri Ananias, Azarias, Misael (Dan. iii, 18), ille Daniel sapientior (Dan. i, 8), qui non adoraverunt imaginem regis, qui non receperunt eam, qui nihil de illa mensa regis accipiebant, non tenebantur ad solutionem tributi. Nihil enim eorum, quæ sub rege terreno erant, posside-

bant (Deut. xviii, 2). Ergo eorum imitatores non solvunt tributum, quibus portio Deus est. Ideo Dominus ait: *Reddite*, id est, vos reddite, qui protulistis imaginem Cæsaris, apud quos invenitur: ego autem nihil debeo Cæsari, quia nihil hujus mundi habeo: *Venit enim hujus mundi princeps, et in me invenit nihil* (Joan. xiv, 30). Nihil debet Petrus, nihil apostoli mei; quia non sunt de hoc mundo, etsi in hoc mundo sunt. Ego misi eos in hunc mundum; sed jam non sunt de hoc mundo, quia mecum sunt supra mundum.

18. Ergo quod divinæ legis est, solvi jubetur, non quod Cæsaris. Sed tamen et ipsum perfectus, id est, prædicator Evangelii jam non debebat, qui plus prædicabat. Non debebat Filius Dei, non debebat et Petrus in adoptionem a Patre adscitus per gratiam: sed *ne scandalizentur*, inquit, *vade ad mare, et mitte hamum, et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle; et aperto ore ejus, invenies ibi staterem, illum sumens da iis pro me et te* (Matth. xvii, 26). O magna mysteria! dat dimidium didrachmi quod Lex jubebat, et non negat quod Legis est, quasi factus ex muliere, factus sub Lege (Galat. iv, 4). Factum secundum incarnationem locutus sum, ex muliere secundum sexum; mulier sexus est, virgo species: sexus generis, virgo integritatis. In quo ergo venit sub Lege, in eo **782** factus est ex muliere, id est, in corpore. Et ideo didrachmum solvi jubet pro se et Petro, quia uterque sub Lege generati. Jubet ergo secundum Legem solvi, ut eos qui sub Lege erant, redimeret (Galat. iv, 5).

19. Et tamen staterem dari jubet, quo vectes imponerent ori suo, ne ex multiloquio peccatum admitterent. Et jubet dari in ore piscis repertum, ut agnoscerent Verbum. Qui enim quod Legis est, exigebant; cur quod Legis est, nesciebant? Verbum enim Dei ignorare non debebant; quia scriptum est: *Prope est Verbum in ore tuo, et in corde tuo* (Deut. xxx, 14). Totum igitur didrachmum Deo solvit, qui sæculo nihil reservavit. Deo enim justitia solvitur, quæ est mentis sobrietas: Deo solvitur sermonis custodia, quæ est sermonis sobrietas: *corde enim creditur ad justitiam, ore confessio fit ad salutem* (Rom. x, 10).

20. Potest autem et drachma pro veteri Testamento accipi, didrachmum pro utriusque Testamenti pretio; quia secundum Legem unusquisque per Legem redimebatur: qui autem secundum Evangelium redimitur, solvit drachmam secundum Legem, san-

miles exhortationes reperias apud Hieronymum sicut in epist. 128, ad Fabiolam, et 129, ad Dardanum; unde conjicias utrumque sanctum epistolas suas publici juris aut fore prævidisse, aut fortean facere decrevisse.

<sup>c</sup> Cod. Vat. Thuan. et Belv., *sortem exsortem*, hoc est, vanam atque inutilem, utpote terrenam; non secus ac dicitur a Græcis *βίος ἀβίωτος, χάρις ἀχαρίς, δῶρον ἀδωρον*; mss. tamen ceteri et edit. omnes, *sortem ex sorte*, nimirum portionem illius possessionis, quæ in prima divisione ac sortitione singulis tribus attributa est.

<sup>a</sup> Vet. edit., *vel mentem suam, id est, non*; Rom. *νοῦν* quidem restituerat, sed vocum ordinem inverterat, quem nos restituimus e cunctis mss. Ceterum non parum lucis hic locus accipiet, si eum cum lib. 1 de Paradiso cap. 2, num. 11, conferre volueris.

<sup>b</sup> Mss. nonnulli, *Christum non imiteris*. Minus recte; *istum* enim certum est referri ad servum illum, de quo proxime ante dictum fuit. Adverte autem illud non admodum esse usitatum, ut quis ad amicum privatim scribens, litteris suis morales præceptiones, quæ alios spectent, aspergat, quemadmodum hic et in fine Ambrosius. Attamen haud absi-

guine redimitur Christi secundum gratiam, geminam habens redemptionem, et devotionis et sanguinis. Nec enim fides sola ad perfectionem satis est, nisi etiam baptismatis adipiscatur gratiam, <sup>a</sup> et sanguinem Christi redemptus accipiat. Bona ergo drachma quæ Deo solvitur.

<sup>b</sup> Non est drachma denarius, sed diversum est. Denique in denario imago Cæsaris est, in drachma imago Dei (*Matth. xii, 21*); quia unius est Dei, ad imitationem ipsius. Ab uno incipit, et in infinitum diffunditur: et iterum de infinito numero in unum, quasi in finem omnia revertuntur; quia Deus et principium et finis omnium est. Unde nec numerum monada, sed elementum numeri, quibus ea cura est, appellaverunt. Et hoc propterea diximus, quia scriptum est: *Ego sum α et ω, primus et novissimus* (*Apoc. 1, 8*); et: *Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est* (*Deut. vi, 4*).

22. Et tu ergo ad similitudinem Dei unus esto atque idem: non hodie sobrius, cras ebrius: hodie pacificus, crastina die litigiosus: hodie frugi, crastina die incontinens; mutatur enim unusquisque morum varietate, et fit alter: in quo non agnoscitur, quod fuit, et incipit esse, quod non fuit, sui degener. Grave est enim mutari in pejor: sed esto sicut imago in drachma, immutabilis, eundem habitum servans quotidie. Videns drachmam, attende imaginem, hoc est, videns Legem, attende in Lege imaginem Dei Christum; quia ipse imago Dei invisibilis et incorruptibilis, luceat tibi velut in speculo Legis

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac mss. prope ad unum: nonnulli tamen et Rom. edit., *sanguine Christi redemptus crucem accipiat*.

<sup>b</sup> An drachma et denarius pretio inter se conveniant, dissentiant inter se, ut Nannius in scholiis observat, Budens, Alciatus, atque Rod. Agricola, ad quos hujusmodi studiosos eruditionis remittimus, sicut et ad Villapandum, Brerwodum ac Valtonum.

<sup>c</sup> Scripta ante ann. 381.

<sup>d</sup> Veri admodum simile est, cum Ambrosius extremis ultimæ epistolæ verbis Justo potestatem fecisset denuo circa Scripturas, si quid videretur, interrogandi; hunc ab eo sciscitatum fuisse, quidnam de stylo et dicendi caractere, quem Fœderis utriusque scriptores secuti sunt, sentiret: illumque hac responsione ejusdem interrogato satisfacisse.

<sup>e</sup> Quod negabatur a plerisque ex artis præceptis scripta composuisse sacros auctores, nemini mirum videri debet. Nam de veteri quidem Testamento, licet partim a Moyse in Ægyptiorum sapientia peritissimo exaratum sit, partim ab aliis quorum non paucos multijugi doctrina excultos constat; tamen quia ob raram primigenii eorumdem librorum sermonis cognitionem, fere non nisi in versionibus, iisque de verbo prope redditis, legebantur, illos necesse erat parum præ se ferre elegantiam, utpote nativa sua perinde ac peregrina destitutos. Quod autem ad novas Tabulas, cum earum scriptores rustici ac imperiti fuerint, qui modo Lucam, et Paulum, qui tamen humanæ sapientiæ lenociniis usum se negat, excipias; quomodo consentaneum arbitraremur, ut scripta quæsito et adscitito nitore perpolituri essent? Cum igitur nostros secundum artem scripserit a plerisque negari tradit Ambrosius, hoc non de solis exteris et infidelibus accipiendum est, a quibus frequens jactabatur isthæc accusatio: verum etiam de chris-

A (*Col. 1, 15*). Confitere eum in Lege, ut eum in Evangelio recognoscas. Si cognovisti in mandatis, recognosce in operibus. Vale, et si non infructuose didrachmum istud commissum mihi **783** arbitraris, iterum si quid habes, committere ne dubitaveris.

#### EPISTOLA VIII c.

*Adversus eos, qui secundum artem negabant scripsisse sacros auctores, contendit ab his ipsis illos qui de eadem arte præceperunt, expressisse placita sua. Tum propositis sacrorum codicum aliquot locis, dicendi leges illic servari sedulo probat.*

#### AMBROSIIUS <sup>d</sup> JUSTO.

1. Negant plerique <sup>e</sup> nostros secundum artem scripsisse. Nec nos obnitimur; non enim secundum artem scripserunt, sed secundum gratiam, quæ super omnem artem est; scripserunt enim quæ Spiritus iis loqui dabat. Sed tamen ii, qui de arte scripserunt, de eorum scriptis artem invenerunt, et condiderunt commenta artis, et magisteria (*Act. 11, 4*).

2. Denique in arte requiruntur præcipue, ut sit αἴτιον, ὄλη, ἀποτέλεσμα; cum igitur legamus sanctum Isaac Patri dicere: *Ecce ignis et ligna, ubi hostia* (*Gen. xxii, 7*)? quid horum deest? Nam qui quærit, dubitat: qui respondet quærenti, pronuntiat, et debitationem absolvit. Ecce ignis, id est αἴτιον: et ligna, id est ὄλη, quæ Latine materia dicitur: tertium quid superest, nisi ἀποτέλεσμα, quod filius quæsit, pater retulit dicenti. *Ubi hostia? Deus, inquit, providebit sibi sacrificium, fili* (*Ibid., 8*).

3. <sup>e</sup> Differamus paulisper mysterium. Ostendit

C tianis ipsis, qui objectionis agnovissent veritatem. Namque, ut omittamus alios plures, Origenes lib. 1 cont. Celsum de apostolis ita loquitur: *Non enim, inquit, ulla his inerat ex arte dicendi eis, sive pronuntiandi: vel pro Græcorum artificio dialectico quodam aut rhetorico ordo aliquis aut modus, quo auditores allicerent*. Arnobius quoque lib. 1 adv. Gentes non distulsetur ab indoctis hominibus et rudibus condita esse sacra volumina, quorum sermonem non modo triviale et sordidum appellat, sed nec clamitantibus res nostras barbarismis ac solæcismis obsitas esse refragatur, barbariem illam in christianæ causæ utilitatem transulisse contentus, quod etiam ab Origene libro cit. factitatum est. Quid ergo, inquires, an contra tantorum virorum auctoritatem sacros codices ad grammaticales canones exactos, vel rhetoricis floribus et calamistris comptos asserit doctor noster? Minime sane: hoc enim unum contendit, auctores sacros quæ ad cujusque rei cognitionem præcipue exponenda sunt, ita expressisse, ut posteris formam, ex cujus observatione ars confici posset, relinquerent: quod quidem cum styli simplicitate aut etiam barbarie neutiquam pugnat.

<sup>f</sup> Hæc et pleraque alia hujus epistolæ ex Philonis libro de Profugis hausit Ambrosius. Ut autem ea minori negotio capias, advertite Philonem agere eo loci de scientiarum adæptione: ubi, postquam exposuit quadruplicis generis hominum affectus atque conatus erga scientiam, secundi generis, nempe eorum qui et quærerent illam, et invenirent, figuram fuisse in Josepho atque Isaacio docet. Ut autem eam rem demonstret de Isaacio, quam apte idem causas dubii sui interrogando aperuerit, quænam absolutam a patre tulerit responsonem, ostendit.

<sup>g</sup> Rom. edit., *Differamus paulisper*; cæteræ cum mss. prope universis, *Differamus*. Minime male; idem enim est atque expandamus, et quasi in plura dis-

Deus arietem pendentem cornibus (*Gen. xii, 13*): aries autem est Verbum plenum tranquillitatis, et moderationis, atque patientiæ; quo ostenditur bonum sacrificium esse sapientiam, et prudenter emerendi ac propitiandi rationem cognoscere. Unde et propheta ait: *Sacrificate sacrificium justitiæ* (*Psal. iv, 6*). Itaque justitiæ, ita ut sapientiæ sacrificium est.

4. Ecce ergo mens calida et fervens, ut ignis, quæ operatur: ecce et intelligibilia, id est, materia; **784** ubi est tertium, intelligere? <sup>a</sup> Ecce color; ubi est videre? Ecce sensibilia; ubi est sentire? Materia enim non ab omnibus videtur; ideoque Deus dat munus intelligendi, et sentiendi, et videndi.

5. Verbum ergo Dei ἀποτέλεσμα est, id est, definitio et consummatio disputationis, quod infunditur prudentioribus, et dubia confirmat. Pulchre autem etiam ii, qui in adventum Christi non crediderunt, se ipsos revincunt; ut confiteantur, quod negandum putant. <sup>b</sup> Dicunt enim arietem Verbum Dei, et non credunt passionis mysterium; cum in illo mysterio Verbum Dei sit, in quo impletum est sacrificium.

6. Ergo primum accendamus in nobis ignem mentis, ut operetur in nobis. Quæramus <sup>c</sup> subjicientis materiam, quid sit quod nutriat animam, tamquam in tenebris requiramus eam. Neque enim vel Patres sciebant, quid esset manna: invenerunt, inquit, manna dicentes ipsum esse sermonem et Verbum Dei (*Exod. xvi, 15, 16*); unde omnes disciplinæ fonte jugi ac perpetuo fluunt atque derivant.

7. Hæc est esca cœlestis. Significatur autem ex persona dicentis: *Ecce ego pluam vobis panes de cælo* (*Ibid.*): αἴτιον ergo, eo quod operatur Deus, qui irrigat mentes rore sapientiæ: ὕλη, quia videntes animæ et gustantes delectantur, et requirunt unde sit illud splendidius luce, dulcius melle. Respondetur eis Scripturæ serie: *Hic est panis quem dedit vobis manducare Dominus* (*Ibid.*, 15); et hoc est Verbum Dei, quod disposuit Deus, vel ordinavit: quo pascitur anima prudentium, et delectatur: quod est candidum et suave, veritatis splendore illuminans, et virtutum suavitate demulcens audientium animas.

8. In se enim didicerat propheta quid esset consummandæ rei αἴτιον. Nam cum mitteretur ad populum, trahamus. Iterum vero ubi edit. *vet., bonum esse sacrificium justitiæ etiam sapientiam, et prudenter, et Rom. autem, justitiæ esse sapientiæ prudenter*: mss. nobiscum faciunt, nisi quod nonnulli patientiam exhibent, non sapientiam; quidam etiam utrumque habent. Postremo pro, *Itaque justitiæ, ita ut sapientiæ est*, quod in cunctis edit. ac mss. legitur, solus Belv. cod. habet, *Itaque justitia, itaque sapientia*.

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *Ecce visus, aer, color; ubi est videre? Ecce sensus, ecce sensibilia; ubi est sentire?* Nimirum ex Philonis libro citato, ubi legitur: ἰδοὺ ἡ ὄρασις, ἰδοὺ τὸ χρῶμα, ποὺ τὸ ὄραν; καὶ συνόλωσ, ἰδοὺ αἰσθησις τὸ κριτήριον, ἀλλὰ καὶ τὰ αἰσθητὰ αἰ ὕλαι, τὸ ὄν αἰσθάνεσθαι ποὺ;

<sup>b</sup> Ambrosii mentem facile assequeris, si observaris Philonem, cum dixisset proprium Dei esse sibi providere de victima, paulo post addere: κριὸς δὲ εὐρίσκεται κατεχόμενος, τουτίσσι λόγος ἡσυχάζων καὶ ἐπίχων, etc.; quod supra num. 3 redditum est.

lum Dei liberandum, ad regem Ægypti, ait: *Quis sum ego, ut vadam, et educam 785 populum a regis potestate?* Respondit Dominus: *Ego ero tecum* (*Exod. iii, 11, 12*). Interrogabat iterum Moyses: *Quid dicam illis, si requirant: Quis est Dominus, qui misit te, et quod nomen est illi?* Dixit Dominus: *Ego sum qui sum. Dices: Qui est, misit me* (*Exod. iii, 13, 14*). Hoc est verum nomen Dei, esse semper. Unde et Apostolus de Christo: *Dei enim filius Jesus Christus, qui in vobis est, qui per nos prædicatus est, per me et Sylvanum et Timotheum; non fuit, inquit, Est et Non: sed Est in illo fuit* (*II Cor. 1, 19*). Respondit Moyses: *Si non crediderint mihi, neque obaudierint vocem meam, dicentes, quia non apparuit tibi Deus, quid dicam illis* (*Exod. iv, 1 et seq.*)? Dedit illi signa **B** facere, ut crederetur quia a Domino missus est. Tertio ait Moyses: *Non sum dignus, et gracili voce sum, tardiore lingua, quomodo me audiet Pharaos* (*Ibid.*, 10)? Responsum est ei: *Vade, et ego aperiam os tuum, et instruum te quid debeas loqui* (*Ibid.*, 12).

9. Interrogationes ergo illæ in medio et responsiones habent sapientiæ semina et θεωρίαν. Gratium tamen ἀποτέλεσμα est; quia ait: *Ego ero tecum* (*Exod.*, iii, 12). Et quamvis dederit ei signa facere; tamen dubitanti iterum, ut scias quia signa non credentibus, promissum autem credentibus, respondit ad infirmitatem vel meriti, vel voti: *Ego aperiam os tuum, et instruum te quid debeas loqui*. Perfectum ergo ἀποτέλεσμα servatum est.

10. Habes hoc et in Evangelio: *Petite, et dabitur vobis: quærite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis* (*Matth. vii, 7*). Pete ἀπὸ τοῦ αἰτίου, id est, ab auctore quære. Habes ὕλην intelligibilia, quibus quæras: pulsa, et aperit tibi Deus Verbum. Quæ petit, mens est, quæ operatur, sicut ignis: intelligibilia, in quibus mentis ardor operatur, sicut ignis in lignis: aperit tibi Verbum Deus, quod est ἀποτέλεσμα. Habemus et alibi in Evangelio, dicente Domino: *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eritis, qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis* (*Matth. x, 16*).

11. Habes hoc et in Genesi, <sup>d</sup> dicente Isaac: *Quod*

<sup>c</sup> Omnes edit. et mss. nonnulli, *subjicientes materiam*; reliqui mss. partim, *subientis*; partim, *subjicientis materiam*; Læt. solus, *naturam*. Et post duos versiculos, ubi vet. edit. cum omnibus mss. *invenerunt*, etc., sola Rom. edit. emendavit: *Invenerunt vero manna, didicerunt ipsum esse Verbum Dei*. Nec sane multum reclamarem, si in recepta lectione vocem dicentes tantum vertisset in discentes; nam et scribis hic labi pronum, et Philo posteriori dictioni favet, ubi scribit: εὐρον μαθόντες ρῆμα Θεοῦ καὶ λόγον θεῖον, etc.

<sup>d</sup> Eadem habet Ambrosius lib. de Isaac cap. 8, sed paulo fusius explicata. Illic autem cum monuerimus imitationem esse Philoniani lib. de Profugis, hic adjicimus Judæum illum ibi docere typum atque imaginem eorum, qui scientiam non laboriosa inquisitione, sed vi et sagacitate ingenii, invenirent, in Jacobo patriarcha nobis proponi: et hoc inde probari ab eodem Philone, quod Isaac admiranti filii celeritatem, is causam illius statim reddiderit volun-



est, quid tam cito invenisti, fili; Qui dixit: *Quid tradidit Dominus Deus tuus in manus meas* (Gen. xxii, 20). Ἀποτέλεσμα Dominus est. Qui per Dominum quærit, invenit. Laban denique qui per Dominum non quæsit; quia quærebat idola, non invenit. (Gen. xxxi, 35 et seq.).

12. Pulchre autem quos dicunt ὄρους, servavit. Primus est ὄρος: *Vade, affer mihi de renatione tua, ut manducem* (Gen. xxvii, 24). Excitat atque adolet velut igni quodam adhortationis suæ mentem ejus, **786** ut operetur et quærat. Secundus ὄρος *Quid est, quod tam cito invenisti?* Hic in interrogatione est. Tertius ὄρος in responsione: *Quod tradidit Dominus Deus tuus in manus meas* (Ibid., 20). Ἀποτέλεσμα Deus est, qui concludit et consummat omnia: de quo dubitandum non est.

13. Est et ille ὄρος de spontaneis: *a Si non seminaveritis, non metetis* (Levit. xxv, 11 et seq.); nam etsi cultura provocet semina, tamen natura spontaneo quodam, ut surgant, in iis operatur ingenio.

14. Unde Apostolus: *Ego plantavi, inquit, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est quidquam; neque qui rigat: sed qui dat incrementum, Deus* (I Cor. iii, 6, 7). Dat tibi Deus in spiritu, et in corde tuo seminat Dominus. Age ergo, ut inspiret, et seminet; ut metas: si non seminaveris, non metes. Quasi admoneris ut semines: non seminasti, non metes; sententia est. Principio finis convenit: principium semen est, finis messis.

15. Disce, inquit, ex me: natura adjuvat discentem: Deus autem auctor naturæ est. Dei quoque, **C** ut bene discamus; quia hoc naturæ est, perdiscere: duri enim corde non discunt. Incrementa per naturam, quæ divini habet gratiam muneris: consummationem et perfectionem Deus dat, id est, illa præ-

tatem divinam: ex qua ingeniorum oritur diversitas. Per ὄρους vero de quibus infra, non tantum accuratè definitiones intelligendæ, sed etiam formulæ ac modi omnium, quibus quidpiam clare exponitur.

<sup>a</sup> Rom. edit., *Non seminabitis, neque metetis spontanea ascendentia. Et si dixeritis: Si non seminaverimus, non metemus; respondebitur vobis, sicut scriptum est: Et mittam benedictionem meam vobis in anno sexto, et facies fructus in tres annos. Quod utique verum est. Nam, etc.* Veteres edit. cum mss. omnibus, *Si non seminaveritis, non metetis*; propius ad verba Philonis, ubi tantum legas, *Ὁὐ σπαραίετε, οὐδὲ μὴ ἀμύσητε τὰ ἀνόμενα ἀναβαίοντα αὐτῆς.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *ut benedicamus.*

<sup>c</sup> Aquileia ubi habitata fuit (ann. 384) ea synodus, **D** Carnorum, ut observat Binius, metropolis erat, et ab aq̄is legendis sic dicebatur: de qua idem pluscula addit in notis suis ad hanc synodum. Ughellus vero ex Strabone etiam ab aquila Rom. sic dictam tradit. Hoc autem coactum concilium fuit adversus Palladium et Secundianum Arianae impietatis assertores. Constat quidem eos episcopos fuisse in Dacia et Mœsia, ut Patres sua ad imperatores epistola significant: cuius diœcesis incertum est. Palladii meminit Ambrosius lib. i de Fide, c. 6, n. 45, tamquam hominis Ariarum partibus addictissimi. Habemus etiam Palladium quemdam Germinii adversarium, ac Secundianum sacerdotem Illyricum, Ursacii ac Valentis ministrum: sed alios ab his illos fuisse probabilis est. Porro episcopi a quibus damnati sunt iidem hæ-

stantissima et divina Trinitatis natura et substantia. Vale, et nos dilige, ut facis; quia nos te diligimus.

## GESTA CONCILII AQUILEIENSIS

CONTRA PALLADIUM ET SECUNDIANUM HEBETICOS.

Consensus Patrum, et Ambrosii ad eos de conficiendis actis oratio.

1. Syagrio et Eucherio viris clarissimis cons. **d** iii non. Sept. Aquileiæ in Ecclesia considentibus, cum episcopis, Aquileiensium civitatis Valeriano, Ambrosio, Eusebio, Limenio, Anemio, Sabino, Abundantio, Artemio, Constantio, Justo, Philastro, Constantio, Theodoro, Almachio, Dominio, Amatio, Maximo, Felice, Bassiano, Numidio, Januario, Proculo, Heliodoro, Jovino, Felice, Exuperantio, **B** Diogene, Maximo, Macedonio, Cassiano, Marcello et Eustathio episcopis; Ambrosius episcopus dixit:

2. **c** « Dii citra acta tractavimus: et quoniam tanta sacrilegia a parte Palladii et Secundiani **b** nostris auribus ingeruntur, ut difficile quisque credat tam aperte eos blasphemare potuisse; vel ne qua ipsi calliditate dicta sua postea negare conentur, licet de tantorum sacerdotum **787** justificatione dubitari non queat: **i** tamen quoniam omnibus episcopis placet, fiant acta; ut unusquisque professionem suam negare non possit. Quid ergo vobis, sancti viri, placeat declarandum est. »

Omnes episcopi dixerunt: **i** « Placet. »

Ambrosius episcopus dixit: « Disceptationes nostræ ex re firmandæ sunt scripto imperiali, ut alii legentur. »

*Scriptum imperiale recitatur in Concilio.*

3. « Sabinianus diaconus recitavit: **k** Ambigua dogmatum reverentia ne dissideant sacerdotes quantum experiri cupientes, convenire in Aquileien-

seti, etsi non frequentissimi sederint, saltem meriti existere longe clarissimi. Eorum sedes maximam partem infra cum ipsorum suffragiis reperias: ubi si quid de illustrioribus notandum videbitur, breviter adjungemus.

<sup>d</sup> Edit. Rom. et Labb., *nonis Septembris*; cod. vero Tell. ac Chiff. iii non. Sept. Et certe proclivius hic fuit aliquid omittere, aut integrum numerum pro fracto ponere, quam contra. Sed continuo post ubi idem cod. et Labb. atque Chiff., *cum episcopis*, sola Rom. edit. prætermittit *cum*, diversitate sensus non mediocri.

<sup>e</sup> Edit. Rom. et Labb., *Amenio et Sabino*; Chiff. et Tell., *Anemio Sabino* (Tell. Savino).

<sup>f</sup> Tell. et Labb., *Felice Basiliano, ... Marcello. Eustachio.*

<sup>g</sup> Rom. edit. sola: *jamdiu, fratres consacerdotes, nostras disceptationes citra acta tractavimus. Verum quia tanta tamque aperta, etc.*

<sup>h</sup> Edit. Rom., *nostris in dies auribus ingeruntur... tam inmaniter eos blasphemare potuisse.*

<sup>i</sup> Rom. edit. sola, *ubi omnibus episcopis placet, fiant acta. Ita nanque unusquisque... non poterit, etc.*

<sup>j</sup> Eadem Rom. edit., *Scribantur acta, placet... controversiæ nostræ firmandæ, et rescripto imperiali publicandæ sunt, ut allegari possint. Recitetur ergo rescriptum, si placet. Omnes episcopi dixerunt, placet.*

<sup>k</sup> Sequentibus rescripti verbis edit. Rom. præmittit: *Gratianus, Valentinianus et Theodosius, etc., Imperatores, etc.*



sium civitatem ex diocesi meritis excellentiæ tuæ creditam, episcopus jusseramus. <sup>a</sup> Neque enim controversiæ dubiæ sententiæ rectius poterant expediri, quam si obortæ alterationis interpretes ipsos constituissemus antistites; ut videlicet a quibus proficiuntur instituta doctrinæ, ab eisdem discordis eruditionis repugnantia solveretur.

4. « Neque sane nunc aliter jubemus ac jussimus, non invententes præcepti tenorem, sed superfluum convenarum <sup>b</sup> copiam recolentes. Nam quod Ambrosius et vite merito, et Dei dignatione conspicuus episcopus Mediolanensium civitatis tibi multitudinem non opus esse suggerit, ubi veritas non laboraret in pluribus, si locata esset in paucis: sequere eorum qui contra astarent assertionibus, et sacerdotes vicinarum ex Italia civitatum satis abundeque sufficere posse suggerit; <sup>c</sup> abstinendum venerabilium virorum fatigatione censuimus, ne quis vel maturo ævo gravis, vel corporali debilitate confectus, vel laudabili paupertate mediocris, insuetas repetat terras. Et reliqua. »

*AMBROSIIUS lectam Arii epistolam damnari a Palladio petit: hic tergiversatur, et nisi in generali concilio negat se responsurum; Patres anathemate percellunt eos, qui Filii Dei vel divinitatem vel æternitatem negarent. Effugium aucupatur in eo Palladius, quod se fatcri dicitur Christum verum esse Dei Filium. Ejus fraus in confitendo eundem esse Deum atque unigenitum. Postea transitur ad Christi immortalitatem, atque ab ea ad sapientiam, a qua similiter ad bonitatem; ubi more suo Palladius conatur illudere. Deinde utrum Dei Filium omnipotentem, utrum etiam judicem eum agnoscat, urgetur: ad quæ post nullam tergiversationem solita utitur ad plenum concilium provocatione. Sub hæc Athalo condemnato, qui respondere etiam recusabat, Palladius auditores laicos petit, et condemnatur.*

5. Ambrosius episcopus dixit: « Ecce quod Christianus constituit imperator. Noluit injuriam facere sacerdotibus; ipsos interpretes constituit episcopus. Ac per hoc, quoniam in sacerdotali Concilio consideremus, responde ad ea quæ tibi proponuntur. Arii epistola lecta est: etiam nunc recitabitur, si tibi **788** videtur. A principio habet blasphemias, solum Patrem æternum dixit. Si tibi videtur quod Dei Filius sempiternus non sit, hoc ipsum quemadmodum vis, <sup>d</sup> asperne: si damnandum putas, damna. Evangelium præsens est, et Apo-

<sup>a</sup> Eadem edit. Rom., *Neque dubiæ sententiæ rectius manifestari poterant controversiæ, quam si in obortæ alterationis judicium.*

<sup>b</sup> Eadem edit., *copiam recedentes.*

<sup>c</sup> Rom. edit., *abstinendum ideo venerabiles viros ab intricis fatigatione censuimus, ne quis... insuetas commigret terras.*

<sup>d</sup> Edit. quædam, *astruere. Sed damnandum putas? Damna.*

<sup>e</sup> Chiff., *indicat lectio sacræ a vobis prolata; Rom. edit., dictat divulsi sanctio: Tell. autem et Labb., lectio sacræ, quod sensu minime diversum est. Infra vero, ubi eadem edit. ac Chiff. habent, consortibus nostris; Tell. et Labb. legunt, consacerdotibus nostris.*

<sup>f</sup> Rom. edit., Labb. et Chiff. *imperatorum præ-*

stolus, omnes Scripturæ præsto sunt. Unde vis asperne, si putas non esse Dei Filium sempiternum. »

6. Palladius dixit: « Vestro studio factum est, sicut <sup>e</sup> dictat lectio sacræ a vobis prolata, ut non esset generale et plenum concilium: absentibus consortibus nostris, nos respondere non possumus. »

Ambrosius episcopus dixit: « Qui sunt consortes vestri? »

Palladius dixit: « Orientales episcopi. »

7. Ambrosius episcopus dixit: « Interim quia superioribus temporibus concilium sic factum est, ut Orientales in Orientis partibus constituti haberent concilium, Occidentales in Occidente; nos in Occidentis partibus constituti convenimus ad Aquileiensium civitatem, juxta imperatoris præceptum. Denique etiam præfectus Italiæ litteras dedit, ut si vellent orientales convenire, in potestate haberent: sed quia scierunt consuetudinem hujusmodi, ut in oriente orientalium esset concilium, intra Occidentem Occidentalium; ideo putaverunt non esse veniendum. »

8. Palladius dixit: « Imperator noster Gratianus jussit Orientales venire: negas tu jussisse eum? Ipse imperator nobis dixit se Orientales jussisse venire. »

Ambrosius episcopus dixit: « Ulisque jussit, qui non prohibuit huc venire. »

Palladius dixit: « Sed ne venirent tua petitio fecit: sub specie falsæ voluntatis hoc impetrasti, et distulisti concilium. »

9. Ambrosius episcopus dixit: « Non opus est diutius evagari, responde nunc. Bene dixit Arius solum æternum Patrem? Et secundum Scripturas hoc dixit, an non? »

Palladius dixit: « Non tibi respondeo. »

Constantius episcopus dixit: « Non respondes, qui tamdiu blasphemasti? »

Eusebius episcopus dixit: « Sed debebis simpliciter fidei tuæ prodere libertatem. Si a te gentilis exigeret quemadmodum in Christum crederes, confiteri erubescere non deberes. »

10. Sabinus episcopus dixit: « Tu petisti ut responderemus: hodie ex voluntate tua, et te urgente, convenimus, et non expectavimus reliquos fratres, qui poterant venire. Proinde non tibi liberum est evagari. Christum dicis esse creatum? aut sempiternum dicis esse Filium Dei? »

Palladius dixit: « Dixi tibi, nos idem diximus scriptum: melius eod. Tell., *imperatoris, Gratiani scilicet, cujus unius mentio hic passim exstat.*

<sup>b</sup> Edit. Rom., *sub specie piæ, sed falsæ pietatis.*

<sup>c</sup> *Qui tamdiu blasphemasti, refer hæc verba ad superiora illa: Diu citra acta tractavimus, quibus docemur disputationem jam prius utrimque fuisse agitatum.*

<sup>d</sup> Rom. edit., *Dico tibi nos ideo dixisse jam vobis, quod veniremus ut conveniretis et vos; quia expectabamus consortes, sed non recte fecistis subreperere.* Labb. vero et Chiff. satis congruunt cum ms. Tell. nisi quod Chiff. solus pro *dixi* us habet *scripsimus*; et pro *convinceremus* legit cum Labb. *conveniremus*; denique ubi nos cum utroque *subreperere*, Tell. exhibet *subripere*. Forte an haud ita male, cum eodem sensu infra ponatur, *subripuistis.*

vobis ut veniremus, et convinceremus quod non recte fecistis subrepre imperatori. »

**789.** Ambrosius episcopus dixit : « Legatur epistola Palladii, utrum nobis hoc mandaverit, et docebitur quod etiam nunc fallit. »

Palladius dixit : « Legatur plane. »

Episcopi dixerunt : « Imperator cum esset præsens Syrmio, tu illum interpellasti, an ipse te compulsi? Et addiderunt : Quid ad ista respondes? »

Palladius respondit : « Dixit mihi : Vade. Diximus Orientales, conventi sunt? » Ait : Conventi sunt. Numquid si Orientales non fuissent conventi, numquid nos convenissemus? »

**11.** Ambrosius episcopus dixit : « Sequestrata sit causa Orientalium, sententiam tuam hodie quæro. Arii tibi epistola lecta est : soles te Arianum negare. Aut damna hodie Arium, aut defende. »

Palladius dixit : « Non est auctoritatis tuæ, ut hoc a me quæras. »

Eusebius episcopus dixit : « Non credimus religionem imperatorem aliud dixisse, quam scripsit. Episcopos jussit convenire : non potuit tibi soli contra rescriptum suum dicere, ut sine orientalibus causa minime diceretur. »

Palladius dixit : « Si Itali soli jussi sunt convenire? »

Evagrius presbyter et legatus dixit : « Ut ante quatuor dies, et ante biduum responderet se affuturum. Quid ergo exspectabas? Orientalium, ut dicis, consortium tuorum sententiam exspectandam? Sic debuisti mandare, non promittere conflictum. »

Palladius dixit : « Quia quasi ad concilium plenum veneram, vidi non convenisse consortes meos, ut convenirem, et dicerem secundum jussionem ageritis in præjudicium futuri Concilii. »

**12.** Ambrosius episcopus dixit : « Ut hodie resideamus, ipse exegisti. Denique etiam hodie tu ipse dixisti quia christiani ad christianos venimus. Christianos igitur nos probasti. Promisisti te confictaturum, promisisti te allaturum aut acceptaturum esse rationem. Libenter itaque accepimus præfationem tuam. Optavimus ut quasi christianus venires. Obtuli tibi epistolam Arii, quam scripsit Arius, de cujus nomine dicitis vos injuriam frequenter sustinere. Dicitis quod Arium non sequimini. Hodie aperta debet esse sententia : aut condemnare illum, aut astrue quibusvis lectionibus. » Et addidit : « Ergo juxta epistolam Arii Christus Dei Filius non est sempiternus? »

Palladius dixit : « Nos diximus probaturos nos christianos, sed in concilio pleno. Non vobis respondemus omnino in præjudicium concilii futuri. »

<sup>a</sup> Ait : Conventi sunt, deerant in edit. Rom. quæ nos ex cod. Tell., Labb. et Chiff. restituimus.

<sup>b</sup> Eadem. edit., Episcopos occidentales jussit convenire.

<sup>c</sup> Rom. edit., præsentiam; Tell., Labb. et Chiff., sententiam exspectandam.

<sup>d</sup> Edit. Rom., Judicavi vero, ut convenirem secundum

Jussio. Eusebius episcopus dixit : « Sine calliditate, fidei tuæ professionem debes exponere. »

Palladius dixit : « Et quid concilio reservamus? »

**13.** Ambrosius episcopus dixit : « Omni ore condemnatio facta est in eum, qui negare Dei Filium sempiternum. Negavit Arius; hunc sequitur Palladius, qui non vult condemnare Arium. Itaque utrum hujus probanda sententia sit, considerate : et utrum secundum Scripturas dicat, aut contra Scripturas, intelligere licet. Lectum est enim : Sempiterna virtus Dei atque divinitas. Dei virtus Christus est (Rom. 1, 20)? Si igitur sempiterna Dei virtus est, sempiternus utique Christus est; quia Christus est Dei virtus (1 Cor. 1, 8). »

Eusebius episcopus dixit : « Hæc fides nostra est, hæc intelligentia catholica. Qui hæc non dixerit, anathema. »

Omnes episcopi dixerunt : « Anathema. »

**14.** Eusebius episcopus dixit : « Specialiter dicit solum Patrem sempiternum, et Filium aliquando coepisse. »

Palladius dixit : « Arium nec vidi, nec scio qui sit. »

Eusebius episcopus dixit : « Arii blasphemia prolata est, in qua negat Dei Filium sempiternum. Hanc perfidiam damnas cum auctore, aut asseris? »

Palladius dixit : « Ubi auctoritas pleni concilii non est, non dico. »

**15.** Ambrosius episcopus dixit : « Dubitas post divina judicia damnare Arium, cum crepserit medius? » Et addidit : « Dicant etiam sancti viri legati Gallorum. »

Constantius episcopus et legatus Gallorum dixit : « Hanc impietatem ejus hominis et semper damnavimus, et nunc damnamus non solum Arium; sed et quicumque Filium Dei non dixerit sempiternum. »

Ambrosius episcopus dixit : « Quid etiam dicit dominus meus Justus? »

Justus episcopus et legatus Gallorum dixit : « Qui Filium Dei coæternum cum Patre non confitetur, anathema habeatur. »

Omnes episcopi dixerunt : « Anathema. »

**16.** Ambrosius episcopus dixit : « Dicant etiam Afrorum legati, qui omnium civium huc attulerent sententias. »

Felix episcopus et legatus dixit : « Si quis Filium Dei negaverit sempiternum, et coæternum negaverit, non solus ego legatus totius Africanæ provincie damno : sed et cunctus chorus sacerdotalis, qui ad hunc cœtum sanctissimum me misit, etiam ipse ante damnabit. »

dum jussionem, ut dicerem ne aliquid egeritis.

<sup>e</sup> Ita cod. Tell. nisi quod pro allaturum, lapsu librarii scriptum est, ablaturum : in edit. autem deerat, aut acceptaturum.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, quibusvis rationibus.

<sup>g</sup> Edit. Rom. et Chiff., qui omnium Africanæ sacerdotum. Tell. et Labb. ut in textu.

Anemius episcopus dixit : « Caput Illyrici non A nisi civitas est Sirmiensis : ego igitur episcopus illius civitatis sum. Eum qui non confitetur Filium Dei æternum, et coæternum Patri, quod est sempiternum, anathema dico : <sup>a</sup> sed etiam iis qui idem non confitentur. »

17. Ambrosius episcopus dixit : « Audite sequentia. »

Et recitatum est : « Solum æternum, solum sine initio, solum verum, solum immortalitatem habentem. »

Ambrosius episcopus dixit : « Et in hoc damna eum, qui negat Filium Deum verum. Cum enim ipse sit veritas, quemadmodum non est Deus <sup>b</sup> verus ? » Et addidit : « Quid ad hoc ? »

Palladius dixit : « Filium verum quis non dicit ? »

Ambrosius episcopus dixit : « Arius negavit. »

Palladius dixit : « Cum Apostolus dicat Christum **791** super omnia Deum, potest aliquis negare verum Filium Dei ? »

18. Ambrosius episcopus dixit : « Ut scias quam simpliciter veritas a nobis requiratur, ecce dico ego, ut dicis : sed semiplenum <sup>c</sup> habeo. Cum enim ita dicis, videris negare Deum verum : si autem simpliciter confiteris : <sup>d</sup> verum Deum Filium Dei, eo ordine astrue, quo ipse propono. »

Palladius dixit : « Ego secundum Scripturas tibi loquor, verum Filium Dei Dominum dico. »

Ambrosius episcopus dixit : « Verum <sup>e</sup> Dominum dicis Filium Dei ? »

Palladius dixit : « Cum verum Filium dicam, quid amplius ? »

Ambrosius episcopus dixit : « Non quæro tantummodo, ut verum Filium dicas, sed ut verum Dominum Dei Filium dicas. »

19. Eusebius episcopus dixit : « Christus Deus verus est, secundum omnium fidem, et catholicam professionem ? »

Palladius dixit : « Verus Dei Filius est. »

Eusebius episcopus dixit : « Nam et nos per adoptionem filii sumus, ille secundum proprietatem generationis divinæ » (*Galat. iv, 7*). Et addidit : « Confiteris ergo verum Filium Dei Dominum verum esse <sup>f</sup> secundum patritatem et proprietatem ? »

Palladius dixit : « Verum Dei Filium unigenitum **D** dico. »

Eusebius episcopus dixit : « Hoc ergo putas contra Scripturas, si Christus Deus verus esse dicatur ? »

<sup>a</sup> Ita Chiff. a quo non recedunt Tell. et Labb., nisi quod primum membrum legunt hoc modo : *sed etiam is quidem non confitetur* : totum autem locum edit. Rom. sic habet : *et etiam, ut recitatum est, eum qui confitetur solum Patrem æternum, solum sine initio, solum verum, solum immortalitatem habentem, non etiam Filium æqualem, anathema dico. Ambrosius episcopus dixit : et in hoc damno.*

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, *verus. Palladius dixit : Quid est hoc? Filium verum quis non dicit?*

<sup>c</sup> Edit. Rom. sola, *habeo responsum.*

20. Cunque Palladius reticeret, Ambrosius episcopus dixit : « Solum verum Filium Dei qui dicit, et non vult dicere dominum verum, <sup>g</sup> videtur negare. Hoc igitur ordine confiteatur, si tamen confiteatur, Palladius; et dicat utrum verum Dominum Dei <sup>h</sup> Filium dicat. »

Palladius dixit : « Cum dicat Filius : *Ut cognoscant te solum verum Dominum, et quem misisti Jesum Christum* (*Joan. xvii, 3*); <sup>h</sup> affectu, an in veritate ? »

Ambrosius episcopus dixit : « Joannes dixit in epistola sua : *Illic est verus Deus* (*I Joan. v, 20*). <sup>i</sup> Nega hoc. »

Palladius dixit : « Cum dicam tibi verum Filium, profiteor veram etiam divinitatem. »

Ambrosius episcopus dixit : « Et in hoc est fraus; sic enim soletis dicere unam et veram divinitatem, ut Patris tantummodo, non etiam Filii veram et etiam divinitatem dicatis. Ergo si aperte vis dicere, quia ad Scripturas me provocas, dic quod dixit evangelista Joannes : *Hic est verus Deus* : aut nega dictum. »

Palladius dixit : <sup>i</sup> « Absque Filio alius genitus non est. »

21. Eusebius episcopus dixit : « Christus verus Deus secundum omnium fidem et catholicam professionem, an in sententia tua Deus verus non est ? »

Palladius dixit : « Virtus Dei nostri est. »

Ambrosius episcopus dixit : « Non habes libertatem profitendi; ac per hoc anathema ei, qui non **C** confitetur i verum Dominum Filium Dei. »

Omnes episcopi dixerunt : « Anathema habeatur, qui **792** Christum Filium Dei <sup>k</sup> Dominum verum non dixerit. »

22. Iterum addidit : « Solum verum, solum immortalitatem habentem. »

Ambrosius episcopus dixit : « Filius Dei habet immortalitatem, aut non habet secundum divinitatem ? »

Palladius dixit : « Apostolum admittis, an non ? *Rex regum, qui solus habet immortalitatem* (*I Tim. vi, 16*). »

Ambrosius episcopus dixit : « De Christo Filio Dei quid dicis ? »

Palladius dixit : « Christus nomen divinum est, **D** an humanum ? »

23. Eusebius episcopus dixit : « Secundum carnis quidem sacramentum Christus dicitur, sed idem Deus et homo est. »

Palladius dixit : « Christus nomen carnis est :

<sup>d</sup> Eadem edit., *verum Filium Dei dico.*

<sup>e</sup> Hic et infra pluribus locis ubi Rom. edit. ponit *Deum*; aliæ ac Tell. ms. constanter habent, *Dominum.*

<sup>f</sup> Chiff. solus, *secundum divinitatem.*

<sup>g</sup> Ita Tell., Lab. et Chiff. : Rom. autem edit., *Deum verum, Deum esse videtur negare.*

<sup>h</sup> Rom. edit., *humano affectu dicit, an in veritate?*

<sup>i</sup> Eadem edit. Rom., *præter Filium, alius non est.*

<sup>j</sup> Eadem edit., *verum Deum, Filium Dei.*

<sup>k</sup> Eadem edit., *Deum verum non dixerit.*

Christus nomen humanum est; et respondete vos **A** « secundum divinitatem habet immortalitatem. Hoc mihi. »  
« qui negat, diabolus est. »

Eusebius episcopus dixit: « Quid superfluis immoraris? Cum legeretur impietas Arii, qui hoc dicit de Patre, quia solus habet immortalitatem, attulisti testimonium ad consensum impietatis Arii, ex Apostolo dicens: *Qui solus habet immortalitatem, et lucem inaccessibilem habitat* (I Tim. vi, 16). Sed si intelligis, totius naturæ dignitatem, in Dei nomine expressit: Siquidem in Dei nomine Pater et Filius designantur. »

Palladius dixit: « Et ego vos, quod interrogavi, respondere nolulistis. »

24. Ambrosius episcopus dixit: « Aperte de te sententiam quæro: Filius Dei habet immortalitatem secundum generationem divinam, an non habet? »

Palladius dixit: « Secundum generationem divinam incorruptibilis, et per carnem mortuus est. »

Ambrosius episcopus dixit: « Non divinitas mortua est, sed caro mortua est. »

Palladius dixit: « Ante vos mihi respondete. »

Ambrosius episcopus dixit: « Filius Dei secundum divinitatem habet immortalitatem, an non habet? Sed et jam fraudes et insidias tuas non secundum Arii professionem prodidisti? » Et addidit: « Qui Filium Dei negat habere immortalitatem, quid vobis videtur? »

Omnes episcopi dixerunt: « Anathema habeatur. »

25. Palladius dixit: « Satus divinus immortalis est. »

Ambrosius episcopus dixit: « Astute et hoc, ut de Dei Filio nihil exprimas evidenter, et ego dico: « Immortalitatem habet Dei Filius secundum divinitatem, aut nega quia non habet immortalitatem. »

Palladius dixit: « Christus mortuus est, an non? »

Ambrosius episcopus dixit: « Secundum carnem: anima nostra non moritur; scriptum est enim: « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere (Matth. xii, 28). Cum igitur anima nostra mori non possit, putas quod Christus secundum divinitatem mortuus sit? »

Palladius dixit: « Mortis appellationem quare tu horres? »

Ambrosius episcopus dixit: « Immo non horreo, sed confiteor secundum carnem meam; est enim **D** 793 per quem a mortis vinculis sum revinctus. »

Palladius dixit: « Mortem separatio facit spiritus; nam Christus Filius Dei carnem suscepit, et per carnem mortuus est. »

Ambrosius episcopus dixit: « Scriptum est Christus passum. Secundum carnem igitur passus est,

<sup>a</sup> Rom. edit., *Sed jam fraudes et insidias tuas secundum*, etc. Sensu quidem magis concinno, si quod aliud ei præsidium suffragaretur.

<sup>b</sup> Ita cod. Tell. et edit. Labb. et Chiff.; at Rom. edit. locum reflexit in hæc verba: *secundum carnem Christum mortuum esse. Ejus namque morte diaboli vinculis revinctus a mortis potestate sum erutus. At*

« secundum divinitatem habet immortalitatem. Hoc qui negat, diabolus est. »

Palladius dixit: « Ego Arium non novi. »

26. Ambrosius episcopus dixit: « Ergo male dixit Arius, cum etiam Filius Dei habeat immortalitatem secundum divinitatem. » Et addidit: « Bene dixit ergo, an male? »

Palladius dixit: « Non consentio. »

Ambrosius episcopus dixit: « Cui non consentis? Anathema illi, qui non explicat fidei libertatem. » Omnes episcopi dixerunt: « Anathema. »

Palladius dixit: « Dicite quod vultis, ejus est divinitas immortalis. »

Ambrosius episcopus dixit: « Cujus, Patris, an et Filii? » Et addidit: « Multas impietates congressit Arius. Sed ad alia transeamus. »

27. Et recitatum est: « Solum sapientem. »

Palladius dixit: « Pater a se sapit: Filius autem sapiens non est. »

Ambrosius episcopus dixit: « Ergo Filius non est sapiens, cum ipse sit sapientia (I Cor. i, 24)? Nam et nos dicimus, quia ex Patre natus est Filius. »

Eusebius episcopus dixit: « Est aliquid tam impium, tam profanum, quam quod dixit sapientem Filium Dei negare? »

Palladius dixit: « Sapientia dicitur, quis potest sapientiam denegare? »

Ambrosius episcopus dixit: « Sapiens est, an non? »

Palladius dixit: « Sapientia est. »

**C** Ambrosius episcopus dixit: « Sapiens ergo, cum sit sapientia. »

Palladius dixit: « Secundum Scripturas vobis respondemus. »

Ambrosius episcopus dixit: « Etiam sapientem, quantum video, Filium Dei Palladius negare conatus est. »

Eusebius episcopus dixit: « Qui negat Filium Dei sapientem, anathema sit. »

Omnes episcopi dixerunt, « Anathema. »

28. Eusebius episcopus dixit: « Etiam Secundianus ad hoc respondeat. »

Cumque Secundianus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: « Qui tacet, integrum vult habere iudicium. » Et addidit: « Solum Patrem bonum cum dicit, Filium confessus est, an negavit? »

Palladius dixit: « Legimus: *Ego sum pastor bonus* (Joan. x, 11); et nos negamus? Quis non dicat bonum Dei Filium? »

Ambrosius episcopus dixit: « Ergo bonus est Christus? »

Palladius dixit: « Bonus. »

observandum vocem *revinctus* in hoc contextu negationem involvere, ut illæ aliæ reclusus, reiectus et similes: quod non videntur adverteisse Romani.

<sup>c</sup> Rom. edit., *passum in carne... Arianus est*; aliter cum Tell. cod. quæritur, *in carne*, et præferunt, *diabolus est*.

Ambrosius episcopus dixit : « Male ergo Arius de A  
« solo Patre dixit, cum etiam <sup>a</sup> Filius Dei Deus om-  
« nibus sit. »

Palladius dixit : « Qui bonum non dicit Christum,  
male dicit. »

29. Eusebius episcopus dixit : « Christum bonum  
**794** confiteris? Nam et ego bonus sum. Mihi dixit :  
*Euge, serve bone (Matth. xxv, 20)*, et : *Homo bonus*  
*profert de thesauro suo bona* » (*Luc. vi, 45*).

Palladius dixit : « Jam dixi, vobis non responleo  
usque ad plenum concilium. »

Ambrosius episcopus dixit : « Judæi dicebant quia  
« bonus est (*Joan. vii, 12*) : et Arius negat quia Fi-  
« lius Dei bonus est. »

Palladius dixit : « Quis potest hoc negare? »

Eusebius episcopus dixit : « Bonus est ergo Deus B  
Filius Dei. »

Palladius dixit : « Bonus Pater bonum Filium  
genuit. »

30. Ambrosius episcopus dixit : « Et nos bonos  
« genuit (*Gen. i, 31*) ; sed non secundum divinitatem.  
« Deum bonum Dei Filium dicis. »

Palladius dixit : « Filius Dei bonus est. »

Ambrosius episcopus dixit : « Vides ergo quia  
« Christum bonum, bonum filium, non bonum Deum  
« dicis ; quod a te queritur. » Et addidit : « Qui bo-  
« num <sup>b</sup> Filium Dei Deum non confitetur, ana-  
« thema. »

Omnes episcopi dixerunt : « Anathema. »

31. Item recitavit : « Solum potentem. »

Ambrosius episcopus dixit : « Potens est Filius C  
« Dei, an non? »

Palladius dixit : « Qui omnia fecit, non est potens?  
Qui omnia fecit, minus potest? »

Ambrosius episcopus dixit : « Ergo Arius male  
« dixit. » Et addidit : « Vel in hoc damnas Arium? »

Palladius dixit : « Unde scio qui sit? Ego pro me  
respondeo tibi. »

Ambrosius episcopus dixit : « « Filius Domini Dei  
« Deus potens est? »

Palladius dixit : « Potens. »

Ambrosius episcopus dixit : « Deus bonus est? »

Palladius dixit : « Jam dixi Filium Dei unigenitum  
esse potentem. »

Ambrosius episcopus dixit : « Dominum poten-  
« tem. »

Palladius dixit : « Filium Dei potentem. »

32. Ambrosius episcopus dixit : « Potentes et ho-  
« mines sunt ; scriptum est enim : *Quid gloriaris in*  
« *maliitia, qui potens es in iniquitate (Psal. li, 3)*? Et  
« alibi : *Cum infirmor, tunc potens sum (II Cor. xii, 10)*.  
« Illud a te requiro, ut confitearis Dominum poten-  
« tem esse Christum Dei Filium : aut si negas,  
« astrue. Nam qui unam potentiam dico Patris et

« Filii, sic Filium Dei dico potentem sicut et Pa-  
« trem. Dubitas ergo confiteri Dominum potentem  
« esse Dei Filium? »

Palladius dixit : « Jam dixi, secundum disputatio-  
nem, prout possumus, respondemus vobis ; vos enim  
soli vultis esse iudices : vos litigatores esse vultis.  
Non vobis respondemus nunc, sed in concilio gene-  
rali et pleno respondebimus vobis.

Ambrosius episcopus dixit : « Anathema illi, qui  
« negat Dominum potentem Christum. »

Omnes episcopi dixerunt : « Anathema. »

33. Item recitatum est : « Solum potentem, om-  
nium iudicem. »

Palladius dixit : « Omnium iudicem <sup>d</sup> Filium Dei.  
Est qui dat, est qui accipit. »

Ambrosius episcopus dixit : « Per gratiam dedit,  
« **795** an per naturam? Et hominibus datur judi-  
« cium. »

Palladius dixit : « Patrem majorem dicis, an  
non? »

Ambrosius episcopus dixit : « Postea respondebo  
« tibi. »

Palladius dixit : « Ego tibi non respondeo, si non  
respondes mihi. »

Eusebius episcopus dixit : « Nisi impietatem Arii  
ex ordine damnaveris, interrogandi non tibi dabi-  
mus facultatem. »

Palladius dixit : « Non tibi respondeo. »

Ambrosius episcopus dixit : « Filius Dei, sicut  
« lectum est, iudex est, an non? »

Palladius dixit : « Si non respondes mihi, ego  
tibi, ut impio, non respondeo. »

34. Ambrosius episcopus dixit : « Habes profes-  
« sionem meam, qua respondebo tibi, Interim per-  
« legatur epistola Arii. » Et addidit : « In epistola  
« Arii inventes et hoc sacrilegium, quod tu mo-  
« liris. »

Palladius dixit : « Ego qui interrogo, non re-  
spondetis? »

Eusebius episcopus dixit : « Filium Dei Deum  
æqualem dicimus. »

Palladius dixit : « Tu iudex es, tui exceptores hic  
sunt. »

Ambrosius episcopus dixit : « Scribant tui, qui  
« volunt. »

D 35. Palladius dixit : « Pater major est, an non? »

Eusebius episcopus dixit : « Secundum divinita-  
tem æqualis est Filius Patri. Habes in Evangelio  
quod Judæi persequerantur eum ; quia non solum  
solvebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat  
Deum, æqualem se faciens Deo (*Joan. v, 18*). Quod  
ergo impij persequentes confessi sunt, nos creden-  
tes negare non possumus. »

Ambrosius episcopus dixit : Et alibi habes : « Qui

<sup>a</sup> Edit. Rom. et Chiff., *Filius Dei bonus Deus sit*.  
Tell. ac Lab..., *bonus omnibus sit*. Et post duos  
versus, ubi edit., *Christum bonum* ; cod. Tell. exhibet,  
*Christum Deum bonum*. Magis accommodate ad  
sequentia.

<sup>b</sup> Rom. edit., *Filium Dei non confitetur*.

<sup>c</sup> Eadem edit. Rom., *Filius Dei Deus potens est*,  
an non? Et infra : *Deus ergo bonus est Filius*.

<sup>d</sup> Rom. edit., *Filium Dei profiteor ; sed Pater est*,  
qui dat ; et Filius est, qui recipit.

« cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus obediens usque ad mortem » (Philip. II, 6). Et addidit: « Vides quia in forma Dei æqualis est? Et formam, inquit, servi accepit (Ibid.). In quo ergo minor est? Secundum formam utique servi, non Dei. »

Eusebius episcopus dixit: « Sicut in forma servi constitutus, inferior servo non fuit: ita in forma Dei constitutus, inferior Deo esse non potuit. »

36. Ambrosius episcopus dixit: « Aut dic quia secundum divinitatem minor est a Filius Dei. »

Palladius dixit: « Pater major est. »

Ambrosius episcopus dixit: « Secundum carnem. »

Palladius dixit: « Qui me misit, major est me (Joan. XIV, 27). Caro missa est a Deo, aut Filius Dei? »

Ambrosius episcopus dixit: « Falsari a vobis divinas Scripturas hodie comprobamus; sic enim scriptum est: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Non turbetur cor vestrum: non quomodo hic mundus dat, ego do vobis. Si diligeretis me, gauderetis quia dixi, vado ad Patrem; quia Pater major me est. Non dixit: Qui me misit, major me est » (Ibid.).

Palladius dixit: « Pater major est. »

Ambrosius episcopus dixit: « Anathema illi, qui divinis Scripturis addit aliquid, aut minuit. »

**796** Omnes episcopi dixerunt: « Anathema. »

37. c Palladius dixit: « Pater major est Filio. »

Ambrosius episcopus dixit: « Secundum carnem Filius minor est Patre, secundum divinitatem æqualis est Patri: legi igitur Dei Filium æqualem Patri, sicut jam et prolata exemplaria testantur » (Psal. cxv, 16). Secundum carnem autem quid miraris minorem; cum dixerit se servum (Matth. XXI, 42), cum dixerit se lapidem, cum dixerit se vermem (Psal. XXI, 7), cum dixerit se minorem angelis; quia scriptum est: *Minorasti eum paulo minus ab angelis* » (Psal. VIII, 6).

Palladius dixit: « Impie vos asserentes video: non respondemus vobis sine auditoribus. »

Sabinus episcopus dixit: « Nemo requirat ab eo sententiam, qui tam innumeris sententiis blasphemavit. »

Palladius dixit: « Non vobis respondemus. »

38. Sabinus episcopus dixit: « Ab omnibus jam damnatus est Palladius: Arii blasphemix multo minores sunt quam Palladii. Et cum Palladius surrexisset, atque foras exire voluisset: Ideo, inquit surrexit Palladius, quoniam apertis Scripturarum testimoniis convincendum esse se cernit, sicut jam convictus est; sic enim lectum est, secundum divi-

<sup>a</sup> Ita Tell. et Labb.; at Rom. edit. et Chiff., *Filius Patre*. Continuo vero post, pro *Pater major est*; Rom. edit. sola, *Pater, inquit, major me est*.

<sup>b</sup> Non turbetur cor vestrum, sicut et verbum dixit

nitatem quod æqualis Patri Filius sit. Accipiat autem quia Filius Dei secundum divinitatem majorem non habet. Scriptum est: *Abrahæ cum repromississet Deus... quoniam nullum alium habebat majorem, per quem juraret, juravit per semet ipsum* (Hebr. VI, 13). Vides igitur Scripturam, quia nullum alium majorem habet, per quem juraret. Filius autem est, de quo dicitur quoniam ipse visus est Abrahæ; unde et ait: *Abraham diem meum vidit, et gavisus est* (Joan. VIII, 56).

Palladius dixit: « Pater major est. »

Eusebius episcopus dixit: « Quando ut Deus locutus est, majorem non habuit: quando ut homo locutus, majorem habuit. »

39. Palladius dixit: « Pater genuit Filium, Pater misit Filium. »

Ambrosius episcopus dixit: « Anathema illi, qui negat Filium secundum divinitatem æqualem Patri. »

Omnes episcopi dixerunt: « Anathema. »

Palladius dixit: « Filius subjectus Patri, Filius præcepta Patris custodit. »

Ambrosius episcopus dixit: « Subjectus secundum carnis rationem. Cæterum et ipse meministi quia legisti: *Nemo venit ad me nisi quem Pater attraxerit* » (Joan. VI, 44).

Sabinus episcopus dixit: « Dicat si secundum divinitatem subjectus est Patri, an secundum incarnationem? »

40. Palladius dixit: « Ergo Pater major est. »

C Ambrosius episcopus dixit: « Et alibi scriptum est: *Fidelis Deus, per quem vocati estis in communionem Filii ejus* (I Cor. I, 9). Ego dico Patrem majorem esse secundum carnis assumptionem, quam suscepit Filius Dei, non secundum divinitatem. »

Palladius dixit: « Quæ enim comparatio est Filii Dei? Et caro potest dicere: *Deus me major est? Caro loquebatur, aut divinitas; quia ibi erat caro?* »

**797** Ambrosius episcopus dixit: « Caro sine anima non loquitur. »

Eusebius episcopus dixit: « Deus in carne loquebatur secundum carnem, quando dicebat: *Quid me persequimini hominem* (Joan. VIII, 40)? Quis hoc dixit? »

Palladius dixit: « Filius Dei. »

Ambrosius episcopus dixit: « Deus ergo Filius Dei est secundum divinitatem, et homo est secundum carnem. »

Palladius dixit: « Carnem suscepit. »

Eusebius episcopus dixit: « Ergo humanis verbis usus est. »

Palladius dixit: « Carnem humanam suscepit. »

41. Ambrosius episcopus dixit: « Dicat quia non secundum divinitatem Apostolus dicit subjectum,

ante vado in edit. Rom. desideratur.

<sup>c</sup> Hic versus in Chiff. totus desideratur.

<sup>d</sup> Rom. edit., *dixit, obediens usque ad mortem*.

« sed secundum carnem; scriptum est enim : *Hu-  
miliavit semetipsum, factus obediens usque ad mor-  
tem* (Philip. II, 8). In quo ergo mortem gustavit? »  
Palladius dixit : « Quia se humiliavit. »

Ambrosius episcopus dixit : « Non divinitas, sed  
« caro humiliata est atque subjecta. » Et addidit :  
« Creaturam perfectam bene dixit Arius, an male  
« dixit? »

Palladius dixit : « Ego tibi non respondeo auctori-  
« tatem non habenti. »

Ambrosius episcopus dixit : « Proflere quod vis? »

Palladius dixit : « Non respondeo vobis. »

42. Sabinus episcopus dixit : « <sup>a</sup> Pro Ario non  
respondes, ad interrogata non respondes? »

Palladius dixit : « Pro Ario ego non respondi. »

Sabinus episcopus dixit : « Usque adeo respondi, **B**  
ut Filium Dei negares potentem, negares verum  
Deum. »

Palladius dixit : « Ego te iudicem non patior,  
quem impietatis arguo. »

Sabinus episcopus dixit : « Ipse nos coegisti se-  
dere. »

Palladius dixit : « Mandavi ut sederetis, ut argue-  
rem vos. Quare subripuistis imperatori? Ut plenum  
concilium non esset, obripuistis. »

Ambrosius episcopus dixit : « Cum Arii impietates  
« legerentur, et impietas tua pariter condemnata  
« est, quæ consensit Arianæ impietati. <sup>b</sup> Placuit tibi  
« in epistola media lectionem proponere, quam vole-  
« bas : responsum tibi est quemadmodum Filius Pa-  
« trem majorem dixerit, eo quod secundum carnis **C**  
« susceptionem Pater major est eo. Proposuisti etiam  
« subjectum esse Filium Dei; et in hoc responsum  
« tibi est, quia subjectus Filius Dei secundum car-  
« nem est, non secundum divinitatem. Habes pro-  
« fessionem nostram, nunc audi cætera. Quoniam  
« tibi responsum est, responde <sup>c</sup> ad ea, quæ le-  
« guntur. »

43. Palladius dixit : « Non tibi respondeo; quia  
quæcumque ego dixi, non sunt scripta : vestra tan-  
tummodo scribuntur verba : non vobis respondeo. »

Ambrosius episcopus dixit : « Omnia vides scribi.  
« Denique quæ scripta sunt, abundant ad tuæ <sup>d</sup> impie-  
« tatis indicium. » Et addidit : « Creaturam dicis  
« Christum, an negas? »

Palladius dixit : « Non respondeo. »

**798** Ambrosius episcopus dixit : « Ante horam  
« citra actam, cum legeretur quia Arius dixit crea-  
« turam Christum, negasti : oblatum est tibi, ut dam-  
« nares perfidiam, noluisti : vel nunc dic utrum  
« natus ex Patre Christus sit, an creatus? »

<sup>a</sup> Eadem edit. Rom., *Pro Ario respondes, ad nostra  
interrogata non respondes.*

<sup>b</sup> Sic Tell., Labb. et Chiff. nisi quod habetur in hoc  
ultimo, *in media epistolæ lectione proponere quod vole-  
bas* : totum vero locum Rom. edit. præfert hoc  
modo : *Placuit tibi ut Arii epistola legeretur : dictum  
est ut dubitationem proponeres, quam volebas ; propo-  
suisti quod Filio Pater major est.... quod Patrem ma-  
jorem dixerit Filius Dei.*

Palladius dixit : Si vultis, exceptores nostri ve-  
niant, et sic totum excipiat. »

Sabinus episcopus dixit : « Adducat suos exceptores. »

Palladius dixit : « Pleno concilio vobis respondebi-  
mus. »

44. Ambrosius episcopus dixit : « Attalus in tra-  
« ctatu Nicæni concilii subscripsit. Neget factum,  
« quia venit ad concilium. Dicat hodie utrum sub-  
« scripserit in tractatu Nicæni concilii, an non. » Cum-  
« que Attalus reticeret, Ambrosius episcopus dixit :  
« Attalus presbyter licet inter Arianos sit, tamen  
« habet auctoritatem loquendi : libere profiteatur  
« utrum subscripserit in tractatu Nicæni concilii sub  
« episcopo suo Agrippino, an non. »

Attalus dixit : « Jam dixisti me aliquoties damna-  
« tum : non tibi respondeo. »

Ambrosius episcopus dixit : « Subscripsisti in  
« tractatu concilii Nicæni, an non? »

Attalus dixit : « Non tibi respondeo. »

45. Palladius dixit : « Modo vultis tractatum ple-  
num haberi, an non? »

Chromatius presbyter dixit : « <sup>e</sup> Creaturam non  
negasti, potentem negasti. Omnia negasti, quæ fides  
catholica profitetur. »

Sabinus episcopus dixit : « Testes sumus nos At-  
talam subscripsisse in concilio Nicæno, et nunc nolle  
respondere. Quid cunctis videtur? »

Cumque Attalus reticeret, Ambrosius episcopus  
dixit : « Dicat utrum subscripserit in tractatu concilii  
« Nicæni, an non? »

46. Palladius dixit : « Exceptor vester et noster  
stent, et omnia scribant. »

Valerianus episcopus dixit : « Jam quæ dixisti, et  
quæ negasti, scripta sunt omnia. »

Palladius dixit : « Dicite quod vultis. »

Ambrosius episcopus dixit : « Quia sæpius vult  
« damnari Palladius, qui jam frequenter damnatus  
« est, lego epistolam Arii, quam ille noluit condem-  
« nare : profiteamini quid vobis videtur? »

Omnes episcopi dixerunt : « Legatur. » Et recitata  
est : « Nato autem non putative, » et reliqua.

Ambrosius episcopus dixit : « Respondi tibi de ma-  
« jore, respondi tibi et de subjecto : nunc et ipse  
« responde. »

47. Palladius dixit : Non respondebo nisi auditores  
**D** veniant post Dominicam diem. »

Ambrosius episcopus dixit : « Veneras tractatu-  
« rus, sed posteaquam objecisti tibi, vidisti epistolam  
« Arii, quam damnare noluisti, asserere autem non  
« potes; idcirco nunc refugis et cavillaris. Plenarie **t**  
« ipsam recito ad singula. Dic utrum Christus

<sup>e</sup> Edit. Rom., *ad ea quæ sequuntur.*

<sup>d</sup> Edit. Rom. et Labb., *impietatis iudicium.*

<sup>e</sup> Rom. edit., *Filium creaturam non negasti.*

<sup>f</sup> Ita cod. Tell. a quo non abeunt Labb. et Chiff.  
nisi quod ille punctum postponit verbo *recito*; hic  
autem illud præfigit adverbio *utrum* : quocum edit.  
Rom. etiam conveniret, nisi *audes* pro *potes* reposui-  
set, et ante *recito* dictionem *iterum* apposuisset.

« creatus videatur; an fuit, quando non fuit: an A  
« vero semper fuit unigenitus Dei Filius? 799 Cum  
« Arii epistolam audieris, aut damna, aut proba. »

48. Palladius dixit: « Cum impietatis te arguam,  
te iudice non utor. Transgressor es. »

Sabinus episcopus dixit: « Quas impietates objicis  
fratri nostro et consacerdoti nostro Ambrosio, dicito. »

Palladius dixit: « Jam vobis dixi, pleno concilio  
respondebo, et <sup>a</sup> præsentibus auditoribus. »

Ambrosius episcopus dixit: « In consessu fratrum  
« meorum cupio confutari et redargui. Quæ igitur  
« impie dixerim, dicito: sed impius tibi videor,  
« qui pietatem astruo. »

Sabinus episcopus dixit: « Ergo impius tibi vide-  
tur, qui Arii blasphemias <sup>b</sup> arguit? »

49. Palladius dixit: « Ego non negavi bonum B  
Filium Dei. »

Ambrosius episcopus dixit: « Dicis ergo Christum  
« Deum bonum? »

Palladius dixit: « Non vobis respondeo. »

Valerianus episcopus dixit: « Nolite multum ad-  
gere Palladium, non potest vera nostra simpliciter  
confiteri. Ipsius enim conscientia duplici blasphemia  
confusa est; nam a Photinianis est ordinatus, et cum  
ipsis est damnatus: et <sup>d</sup> nunc plenius damnabitur.

Palladius dixit: « Hoc proba. »

Sabinus episcopus dixit: « Non aliter poterat  
« Christum verum negare, nisi auctores suos seque-  
retur. »

50. Ambrosius episcopus dixit: « Objecisti me C  
« esse impium, hoc proba. »

Palladius dixit: « Expositionem nostram affere-  
mus; cum autem attulerimus, <sup>f</sup> tunc disputatio ha-  
bebitur. »

Ambrosius episcopus dixit: « Damna impietatem  
« Arii. »

Cum reticeret Palladius, Eusebius episcopus di-  
xit: « Superfluis immoratur. Tot impietates Arii  
Palladius noluit condemnare, immo potius asseren-  
do confessus est. Hunc qui non damnat, similis il-  
lius est, et hæreticus jure dicendus est. »

Omnes episcopi dixerunt: « A nobis omnibus ana-  
thema sit Palladio. »

51. Ambrosius episcopus dixit: « Acquiescis,  
« Palladi, ut cætera legantur Arii. » D

Palladius dixit: « Date auditores: veniant et ex

<sup>a</sup> Tell. et Labb., *præsentibus actoribus*. Non satis recte.

<sup>b</sup> Verbo *arguit* Rom. edit. ista subnectit, *et profiteor Deum bonum Filium Dei*.

<sup>c</sup> Cod. Tell., *Ego non negavi, bonum Filium dixi*.

<sup>d</sup> Rom. edit., *nunc ut Arianus plenius damnabitur*.

<sup>e</sup> Eadem edit., *Christum verum Deum negare*; Paris. quædam, *pejorare*.

<sup>f</sup> Sic Tell. ac Chiff.; Labb. autem, *tunc dispositio*; Rom., *tunc probatio*.

<sup>g</sup> Rom. edit., *Si exceptores non habuerint*.

<sup>h</sup> Rom. edit., *etiam nunc audiantur*; aliæ ac Tell. ut in textu.

<sup>i</sup> Chiff., *et curandum*; Tell. et Labb., *et caren-*

« utraque parte exceptores. Non potestis esse iudices,  
« si auditores non habuerint; et nisi ex utraque parte  
venerint, qui audiant, non vobis respondemus. »

Ambrosius episcopus dixit: « Quos quæris audi-  
« tores? »

800 Palladius dixit: « Sunt hic viri honorati  
multi. »

Sabinus episcopus dixit: « Post tot blasphemias  
auditores petis? »

Ambrosius episcopus dixit: « Sacerdotes de laicis  
« judicare debent, non laici de sacerdotibus. Sed  
« tamen quos iudices petas, dicito. »

Palladius dixit: « Auditores veniant. »

Chromatius presbyter dixit: « Salva condemna-  
tione sacerdotali, quin et qui Palladii sunt, etiam  
« nunc in pleno legantur. »

82. Palladius dixit: « Non permittuntur loqui. Au-  
ditores veniant, et ex utraque parte exceptores, et  
respondebit vobis hi in concilio generali. »

Ambrosius episcopus dixit: « Etsi in multis im-  
« pietatibus deprehensus sit, erubescens tamen.  
« ut videatur qui sacerdotium sibi vindicat, a laicis  
« esse damnatus: ac per hoc quoque et in hoc ipso  
« damnandus est, qui laicorum expectat sententiam;  
« cum magis de laicis sacerdotes debeant judicare.  
« Juxta ea quæ hodie audivimus Palladium profiten-  
« tem, et juxta ea quæ condemnare noluit, pronun-  
« tio illum sacerdotio indignum <sup>i</sup> et carendum, ut in  
« loco ejus catholicus ordinetur. »

Omnes episcopi dixerunt: « Anathema Palladio. »

53. Ambrosius episcopus dixit: « Imperator cle-  
« mentissimus et christianus sacerdotum iudicio  
« causam, et <sup>l</sup> ut ipsi arbitri essent altercationi-  
« inquit, constituissimus. Quoniam igitur nobis ju-  
« dicium videtur delatum interpretes esse Scriptura-  
« rum, condemnemus Palladium, qui impii Arii no-  
«luit damnare sententiam: et quia ipse Filium Dei  
« sempiternum, et cætera quæ actis inhærent, ne-  
« gavit. Ergo anathema habeatur. »

Omnes episcopi dixerunt: « Omnes condemnemus  
eum, anathema habeatur. »

*Patrum singulorum in Palladium condemnatio.*

54. Ambrosius episcopus dixit: « Quoniam omnes  
« consistunt viri christiani, et Deo probati fratres,  
« et consacerdotes nostri, dicat unusquisque quid  
« sibi videatur. »

<sup>k</sup> Valerianus episcopus dixit: « Mibi quidem vi-

*dum*; eadem forma se licet, qua dicebant *abstinen-*  
*dum*, pro eo quod est, *privandum*, quam ultimam  
vocem posuit Rom. editio.

<sup>l</sup> Ita Labb. et Chiff. a quibus Tell. hoc solo  
differt, quod primam partem his verbis legit, *licet*  
*et ut ipse arbiter esset*: quæ similiter Rom. edit.  
exhibet, sed præterea expunxit, *inquit*, et post *con-*  
*stituissimus*, addidit *commisit*.

<sup>k</sup> Valerianus qui semper in hoc concilio prius  
nominatur, et in duobus Romanis, altero anni 370,  
altero 382, post Damasum papam memoratur, in  
Aquilensi episcopatu Fortunatiano successisse cre-  
ditur, Ariano Catholicus. Ejus hæc laus præcipua  
est, quod clerum suum optime instituerit, ut inde



detur, quia qui Arium defendit, Arianus est: qui blasphemias ejus non condemnat, ipse blasphemus est; ideoque hujusmodi hominem a consortio sacerdotum censeo esse alienum. »

Palladius dixit: « Cœpistis ludere, Iudite. Sine concilio orientali vobis non respondemus. »

55. <sup>a</sup> Anemius episcopus Sirmiensi dicit: « Quicumque hæreses Arianas non condemnat, Arianus sit necesse est. Hunc igitur alienum etiam a nostra communione, et sacerdotali cœtu denuo privatum esse censemus. »

<sup>b</sup> Constantius episcopus Arausicus dicit: « Palladium Arii discipulum, cujus impietates jam olim damnatæ sunt a patribus nostris in concilio Nicæno, et nunc hodie probatæ, cum recensentur, a Palladio singulæ; quia non confusus est dum Dei filium a Deo Patre esse alienum, cum creaturam confitetur: cum temporalem cœpisse dicit, Dominum verum negat, in sempiternum censeo esse damnandum. »

56. <sup>d</sup> Justus episcopus dicit: « Palladium, qui blasphemias Arii damnare noluit, sed etiam magis has confiteri videtur, censeo ulterius sacerdotem dici non posse, nec inter episcopos deputari. »

<sup>e</sup> Eventius episcopus Ticinensis dicit: « Palladium, qui impietatem Arii damnare noluit, arbitratur a consortio sacerdotali in perpetuum esse remotum. »

57. Abundantius episcopus Tridentinus dicit: « Cum evidentes blasphemias Palladius defendat, damnatum se ex concilio Aquileiensi cognoscat. »

<sup>f</sup> Eusebius episcopus Bononiensis dicit: « Quia

quasi e sacro seminario quam plurimi episcopi adsciti postea fuerint. Illic se ad pietatem formari voluit Hieronymus: Rufinus vero ibidem in monasterio educatum se esse narrat. Eidem etiam Valeriano rescriptum imperatoris destinatum fuisse existimat Hermannus; et causam, cur hic ponatur ante Ambrosium hanc esse putat, vel quod revera Dalmatiæ metropolita esset, vel certe quod Itali episcopi ad eum, dum sedes Mediolanensis ab Auxentio occuparetur, tamquam ad metropolitanum recurrerent: quo quidem honore ipsum maxime in Ecclesia propria spoliare noluerit Ambrosius. Porro de dignitate ejusdem Ecclesie plura apud Ughellum reperies. »

<sup>a</sup> Anemius post mortem Germinii qui Sirmienem invaserat Ecclesiam, illic ab Ambrosio, Justina quæ modis omnibus Arianum eligi satagebat, invita, ordinatus fuit: in qua ordinatione miraculum insigne factum Paulinus in Ambrosii vita commemorat. Quod autem Sirmium Illyrici caput supra nominavit idem Anemius, id vel de occidentali Illyrico intelligendum est; vel si etiam de orientali, dicendum erit sedem Thessalonicensium necdum a Damaso in metropolis dignitatem evectam fuisse, ut idem Hermannus in Ambrosii vita prudenter observat.

<sup>b</sup> Jam monuimus ad epistolam 2, voci *Constantio* ad quem eadem illa destinata est, perperam addidisse Romanos editores *Arausicano episcopo*. Quod autem *Arausicanum* spectat, ejus auctoritatem hinc conjicias quod cum pluribus synodis interfuisse reperiamus.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, quia non confusus est dicere *Dei Filium*.... et cum creaturam confitetur, cum tempore, etc.

<sup>d</sup> Cum hunc Justum non alium ab eo esse, ad quem Ambrosianæ duæ epistolæ exstant, admodum sit verisimile, ibidem a nobis de eodem satis dictum putamus.

impietates Arii diabolico stylo conscriptas, quas non licebat nec ad aures admittere, Palladius non solum noluit condemnare; sed et earum exstitit assertor, negando Filium Dei & Dominum verum, Dominum bonum, Dominum sapientem, Dominum sempiternum, hunc a cœtu sacerdotali, et mea sententia et omnium catholicorum judicio arbitror jure esse damnatum. »

58. <sup>b</sup> Sabinus episcopus Placentinus dicit: « Quoniam cunctis patefactum est, Palladium, qui Arianae perfidia auctor est, etiam ejus impietatem tenerè, quæ contra evangelica et apostolica instituta venit, justa in eum totius concilii illata sententia est, qui meæ licet parvitatæ sententia sacerdotio denuo privatus, ex hoc sacrosancto cœtu jure pellatur. »

Felix et Numidius legati Afrorum dixerunt: « Arianae heresis sectæ in qua in Aquileiensi synodo Palladius declaratus est, anathema. Sed et eos qui contra veritatem Nicænae synodi repugnantes sunt, condemnamus. »

59. <sup>k</sup> Limenius episcopus Vercellensis dicit: « Ariana doctrinam sæpe esse damnatam manifestum est; et ideo Palladius conventus in hac sacra synodo Aquileiensi, quia noluit se corrigere vel emendare: sed magis probavit reprehensibilem, et se oletavit perfidia, quam se publice confessus est tenere, hunc sententia mea et ego profiteor a consortio sacerdotali esse privandum. »

Maximus episcopus Emonensis dicit: « Palla-

<sup>e</sup> Edit. Conc. Bin. ac Labb. in textu *Ticiniensis*, et in marg. *Ticiniensis*; Reginus cod. et Chiff. ex Divion., *Ticiniensis*. Et hinc optime confirmatur Baronii conjectura, qua hunc Eventium Ticinensem episcopum facit, cujus festum sub nomine Juventii sive Eventii videtur Febr. celebratur. Nam quod opinionem illam videtur propter auctoritatem Rom. edit. ubi *Cenetensis episcopus* dicitur, abjicere, non admodum firmiter movetur argumento; quando quidem ei lectioni auctoritas mss. et aliarum edit. refragatur.

<sup>f</sup> Nihil ob stare sane credimus, quin hic Eusebius idem ipse sit, qui lib. de Virginit. cap. 20, num. 129, ab Ambrosio dicitur *piscator Ecclesie Bononiensis, aptus ad hoc piscandi genus*, id est, ad persuadendum puellis sacrae virginitatis propositum; et sub quo florentissima Bononiæ fuerunt sanctimonialium contubernia, quæ ab eodem Ambrosio laudantur lib. 1 de Virgin. cap. 2, num. 60.

<sup>g</sup> Edit. Rom. et Lab., *Deum verum, Deum bonum, Deum sapientem, Deum sempiternum*.

<sup>h</sup> Sabinum hunc, seu Savinum, jam diximus in Admonit. non alium videri ab eo Sabino, ad quem haud paucæ Ambrosii exstant epistolæ: de quo proinde rursus occurrit dicendi locus.

<sup>i</sup> Sic Tell. et Labb.: Rom. autem edit., *qui... assertor est*. Chiff., *assertorem*.

<sup>j</sup> Rom. edit., *cujus.... Palladius assertor declaratus est*.

<sup>k</sup> De Limenio jam perstrinximus aliquid in Admonit. et forte ad epist. ad Vercell. nonnihil etiam adjiciemus.

<sup>l</sup> Chiff., *deprehensibili sese collutavit perfidia*.

<sup>m</sup> Urbem Emonam Geographia sacra locat in provincia Istria sub metropoli Aquileiensi: Valesius autem eam esse existimat, quæ ab Herodiano Ema dicitur, ac prima Kalie urbem ponitur.

dium, qui blasphemias Arii nec damnare voluit, **A** qui Christum Dominum Deum verum similem et sed magis ipse confessus est, juste ac merito esse damnatum, et Deus novit, et fidelium conscientia condemnavit. »

60. Exuperantius episcopus Dertonensis dixit : « Palladium, qui sectam Arii vel ejus doctrinam damnare noluit, sed defendit, ut cæteri consortes mei damnaverunt, etiam et ego condemno. »

<sup>a</sup> Bassianus episcopus Laudensis dixit : « Audi sicut et cæteri consortes mei, impietates Arii, quas Palladius non solum non condemnavit, sed confirmavit : hic anathema sit, et sacerdotio privabitur. »

61. <sup>b</sup> Philaster episcopus Brixianus dixit : « Blasphemias et iniquitatem Palladii, qui Arianam doctrinam sequitur et defendit, una cum omnibus ego condemnavi. »

<sup>c</sup> Constantius episcopus Sciscianensis dixit : « Palladium, qui blasphemias et impietates Arii non condemnavit, sicut et cæteri consacerdotes mei, et ego censeo damnandum. »

<sup>d</sup> Heliodorus episcopus Altiniensis dixit : « Qui perfidiam Arii omniumque hæreticorum, quorum consors est Palladius, cujus insipiens cor, qui veritatem non est confessus, cum cæteris consacerdotibus meis condemno. »

62. <sup>e</sup> Felix episcopus Jadertinus dixit : « Palladium, qui blasphemias dicit in Filium sicut Arius, cum omnibus pariter condemno. »

Theodorus episcopus Octodorensis dixit : « Palladium, qui Christum Deum verum, coæternum Patri negavit, nec christianum hunc, nec sacerdotem **C** ullo modo censemus. »

Dominus episcopus Gratianopolitanus dixit : « Palladium in perfidia Arii permanentem in perpetuum, sicut et fratres damnaverunt, etiam et ego censeo esse damnandum. »

63. Proculus episcopus Massiliensis dixit : « Palladium, qui Arii blasphemias sub quadam impia hæreditate non condemnando defendit, sicut hunc et plurimorum jam venerabilium sacerdotum sententia blasphemum designavit, atque a sacerdotio alienum dixit, ita mea pariter sententia in perpetuum condemnatum designat. »

Diogenes episcopus Genuensis dixit : « Palladium,

<sup>a</sup> Bassiani hujus, seu Bassiliani, ut vocatur in **D** cod. Tell., mentio fit in secunda ad Felicem Comensensem epistola, num. 4, ad quem locum nonnulla etiam observavimus.

<sup>b</sup> Philaster ingenii sui monumentum reliquit libellum de Hæresibus, at multo clariorem sanctitatis suæ memoriam in dipychnis Ecclesiasticis, in quibus ad xv kal. Augusti renuntiatur.

<sup>c</sup> Constantius hic a Sciscia, quæ urbs in finibus Pannoniæ sita est, dicitur Sciscianensis. Et hinc colligas neque etiam hunc esse, ad quem superior epistola ad Constantium exarata fuit; cum ab Imola, quæ proxima Ecclesiæ hujus Constantii dicitur, nimo intervallo distet Sciscia.

<sup>d</sup> Heliodori doctrinam ac pietatem aliquot Hieronymi epistolis consignatam habemus : ejus vero nomen in sanctorum albo scriptum legitur in non. Julii.

<sup>e</sup> Felicis Jadertini sive Jadrensis sedes episcopalis erat Jadera, urbs Dalmatiæ, hodie Zara Vecchia.

qui Christum Dominum Deum verum similem et **803** æqualem Patri dum non confitetur, immo negavit, damnationem judico cum cæteris fratribus meis <sup>f</sup> consacerdotibus sorti. »

64. Amantius episcopus Niciensis dixit : « Palladium, qui sectam Arii non destruxit, secundum consacerdotum meorum judicium etiam et ego condemno. »

Januarius episcopus dixit : « Sicut omnes consacerdotes mei damnaverunt Palladium, ita et ego pari judicio eum censeo esse damnandum. »

*Secundianus Christum agnoscere Deum verum interpellatus eadem, qua Palladius, cavillatione conatur Patres ludificari.*

**B** 65. Et cum <sup>g</sup> Secundianus subripuisset, Ambrosius episcopus dixit : « Audisti, Secundiane, cujus modi Palladius impius sententiam, sacerdotali concilio damnatus exceperit; licet displicuerit nobis quod ejus, hoc est, Palladii non horrueris amentiam, tamen de te aliqua specialiter quero. « Utrum Dei Filium Dominum nostrum Jesum Christum, verum vel non verum Deum dicas? » Secundianus dixit : « Qui negat Deum verum esse Patrem Domini et Dei nostri Jesu Christi, non est christianus : <sup>h</sup> nec qui negat Dominum Filium Dei verum. »

Ambrosius episcopus dixit : « Deum verum Dei Filium confiteris? »

Secundianus dixit : « Verum Dei Filium, unigenitum Dei Filium verum dico. »

66. Ambrosius episcopus dixit : « Verum Dominum dicis? »

Secundianus dixit : « Verum unigenitum Filium : quis negat verum Filium Dei? »

Eusebius episcopus dixit : « Non sufficit <sup>i</sup> quod Filium Dei unigenitum confiteris; nam hoc omnes confitentur : sed hoc movet, quod Arius dixit Dominum solum Patrem, solum verum : negavit Filium Dei Dominum verum. Simpliciter Filium Dei Deum verum confiteris? »

Secundianus dixit : « Quis fuerit Arius, ignoro : quid dixerit nescio. Mecum loqueris vivus ad vivum. Illud dico quod Christus dixit : <sup>j</sup> Unigenitum qui est

<sup>f</sup> Tell. cod., damnationes ejus cum cæteris fratribus meis, vel consacerdotibus ejus sociari : edit. vero inter se consentiunt, nisi quod pro consacerdotibus habet Rom., cum sacerdotibus.

<sup>g</sup> Rom. edit. sola, Secundianus se paululum subripuisset, et postea convenisset.

<sup>h</sup> Eadem edit. sola, idem qui negat Christum Filium Dei verum. Et infra : Dei Filium unigenitum verum Filium Dei dico. Et etiam non multo post, unigenitum Christum quis negat?

<sup>i</sup> Ita Tell., Labb. et Chiff. Rom. autem edit., quod verum Filium Dei.... Hoc vero potissimum nos movet, quod Arius dixit Deum solum Patrem solum bonum : negavit vero Filium Dei Deum verum. Simpliciter ergo, etc.

<sup>j</sup> Rom. edit. sola dixit : Unigenitus qui, etc. Chiff. et Labb., dixit unigenitum Filium se, reliqua desunt.

in sinu Patris (Joan. 1, 18); ergo unigenitum Filium A seasserit Patris : Filius igitur unigenitus est Dei Filius verus. »

67. Ambrosius episcopus dixit : « Deus verus est, «<sup>a</sup> verus Dei Filius Deus? » Et addidit : « In divinis « libris scriptum est : Quia qui jurant super terram, « jurabunt Deum verum (Esai. LXVI, 16). Quod uti- « que de Christo esse non dubium est. Nos ergo ve- « rum Deum profiteremur : et fides nostra hæc est, « et confessio, quia unigenitus Patris Filius est ve- « rus Deus. Dic et tu de Deo vero, deinde Filium « Deum verum. »

Secundianus dicit : « De Deo vero. »

**804** 68. Ambrosius episcopus dixit : « Filius Dei « Deus verus est? »

Secundianus dixit : «<sup>b</sup> Ergo mendax. »

Ambrosius episcopus dixit : « In hoc fraudem fa- « cis, ut non Deum verum dicas, sed Deum unige- « nitum verum, ac per hoc dic simpliciter : Unige- « nitus Dei Filius Deus verus est. »

Secundianus dixit : « Unigenitum dixi Dei Fi- « lium. »

69. Eusebius episcopus dixit : « Hoc Photinus « non negat, hoc Sabellius confitetur. »

Ambrosius episcopus dixit : « Et qui hoc non « confitetur, jure damnatur; ac per hoc sæpe te « convenio, licet cavillando negaveris veritatem. « Non quæro ut tantummodo unigenitum verum Fi- « lium dicas Dei, sed etiam Deum verum. »

Secundianus dixit : Veritatis me servum profi- « teor. Quæ dico, non scribuntur : et quæ dicis, scri- « buntur. Christum verum Dei Filium dico. Quis neg- « gat Filium Dei verum esse? »

70. Ambrosius episcopus dixit : «<sup>c</sup> Qui negat « Deum verum unigenitum Dei Filium, anathema « sit. »

Secundianus dixit : « Deum verum unigenitum « Filium Dei : <sup>d</sup> Quid mihi profiteris, quod non est « scriptum? »

Ambrosius episcopus dixit : « Apertum sacrile- « gium est, quando Christum Dei Filium Arius « Deum verum negavit. »

Secundianus dixit : « Jesum Christum <sup>e</sup> Filium « Dei Deum, qui Christus dicatur Filius verus, Filium « Dei dico : sed verum Deum non est scriptum. »

71. Ambrosius episcopus dixit : « Nondum resi- « puisti? » Et adjecit : « Ne quid illi videatur esse

<sup>a</sup> Eadem Rom. edit., *verus Dei Filius? Respondet Et addit : In divinis lectionibus scriptum est quia jurantes. Et post duos versus: Nos ergo Filium Dei verum, etc.*

<sup>b</sup> Tell. et Labb., *Ergo mendax unigenitus. Et infra : Sed Deum unigenitum. In sequentibus demum vocem verum semel atque iterum prætermittunt.*

<sup>c</sup> Idem Tell. et Labb., *Qui negat unigenitum.*

<sup>d</sup> Rom. edit., *Quid mihi profers?*

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *Filium Dei, quia Christus dicitur Filius Dei, verum Filium Dei dico : sed verum Deum non est scriptum.*

<sup>f</sup> Eadem Rom. edit., *Si verum multoties dixisses, adhuc respondere deberes. Nam quod gloriose, etc.*

<sup>g</sup> Rom. edit., *dicente Patre : Ego hodie genui te ; et*

subreptum, confirmet sententiam suam. Dicit ergo unigenitum Christum Dei Filium Deum verum. »

Secundianus dixit : « Jam dixi. Quid mihi extor- « quere vis amplius? »

Ambrosius episcopus dixit : « Quid dixisti? Certe «<sup>f</sup> si dixisses tanta, quod gloriose dicitur, sæpe « repetendum est. »

Secundianus dixit : « Dictum est : Sit sermo ve- « ster, est est, non non (Matth. v, 37). »

72. Ambrosius episcopus dixit : « Qui dicit ipsum « Patrem Filium, sacrilegus est. Hoc a te quæro, « ut dicas de Deo vero Deum verum Dei Filium na- « tum. »

Secundianus dixit : « Ego Filium a Deo genitum, B<sup>g</sup> dicente ipso : *Genui te* (Psal. cix, 3); et confiten- « tem se genitum esse, dico. »

73. Ambrosius episcopus dixit : « A Deo vero « Deus verus est? »

Secundianus dixit : « Et cum nomini etiam addis, et « verum, audis qualis in te fides sit, et christianus es? »

Eusebius episcopus dixit : « Qui negavit illum « Deum verum? Arius et Palladius negavit. Tu si « Deum **805** verum credis, debes simpliciter desi- « gnare. »

74. Ambrosius episcopus dixit : « Si non dixeris « Deum verum de Deo vero natum esse, Christum « negasti. »

Secundianus dixit : « Interrogatus de Filio, dedi « responsum : quemadmodum deberem profiteri, res- « pondi. <sup>h</sup> Habemus vestram expositionem, afferemus, « legatur. »

Ambrosius dixit : « Hodie afferre debueras, cæte- « rum tu subterfugere conaris. <sup>i</sup> Professionem a me « exigis; et professionem a te exigo. Deus verus est « Dei Filius? »

Secundianus dixit : « Unigenitus est <sup>j</sup> Deus Dei « Filius. Et ego eum interrogo : Unigenitus est? »

75. Ambrosius episcopus dixit : <sup>k</sup> Ratio permo- « veat nos, et impietas et insipientia tua. <sup>l</sup> Cum di- « cis Deum verum unigenitum, non Deum verum « dicis : sed verum unigenitum. Ac per hoc, ut « istam adimas quæstionem, ita responde : Ex Deo « vero Deus verus est? »

Secundianus dixit : « Ergo Deus Deum non ge- « nuit? <sup>m</sup> Deus verus ille qui est, quod est, genuit; « unum verum, unigenitum Filium genuit? »

*confitente se genuisse, unigenitum Dei verum esse dico.*  
<sup>h</sup> Edit. Rom., *Habemus nostram expositionem. . . legatur.*

<sup>i</sup> Tell. et Labb., *professionem a me exige.*

<sup>j</sup> Rom. edit., *verus Dei Filius. Et ego te interrogo.*

<sup>k</sup> Sic Tell. et Labb. Rom. autem edit., *Ratio permoveat nos, et non impietas; Chill., Ratione permoveat nos impietas.*

<sup>l</sup> Edit. Rom., *Cum dicis Filium verum unigenitum... ut istam diluas. Sed sine cujusquam suffragio.*

<sup>m</sup> Eadem edit., *Filium non genuit? Deus verus ille, qui est? Et quid est, genuit? nisi quia Deus unum. Et infra, unigenitum verum dico, et Deum verum; aliæ ac Tell. ut in textu.*

Ambrosius dixit : « Non confiteris Deum verum, **A** sed vis dicere verum unigenitum. Et ego <sup>a</sup> unigenitum dico, sed et Deum verum. »

Secundianus dixit : « Ego dico genitum a Patre, verum genitum dico omnibus. »

*Episcoporum et presbyterorum qui concilio interfuerunt, nomina.*

76. Valerianus episcopus Aquileiensis.

Ambrosius episcopus Mediolanensis.

Eusebius episcopus Bononiensis.

Limenius episcopus Vercellensis.

Anemius episcopus Sirmiensis Illyrici.

Sabinus episcopus Placentinus.

Abundantius episcopus Tridentinus.

Philaster episcopus Brixianus.

Constantinus episcopus Arausicus, legatus Gallorum.

Theodorus episcopus Octodorensis.

Dominus episcopus Gratianopolitanus.

Amantius episcopus Niciensis.

Maximus episcopus Emonensis.

Bassianus episcopus Laudensis.

Proculus episcopus Massiliensis, legatus Gallorum.

Heliodorus episcopus Altiniensis.

Felix episcopus Jadertinus.

Eventius episcopus Ticiniensis.

Exsuperantius episcopus Dertonensis.

Diogenes episcopus Genuensis.

Constantius episcopus Sciseiensis.

Justus episcopus Lugdunensis, alius legatus Gallorum.

Felix legatus Afrorum.

Numidius legatus Afrorum.

<sup>b</sup> Evagrius presbyter et legatus.

Artemius, Almachius, Januarius, Jovinus, Macedonius, Cassianus, Marcellus, Eustathius, Maximus, <sup>c</sup> Chromatius presbyter.

### 806 EPISTOLA IX.

*Concilium Gallis episcopis gratias agit, eisque Palladii et Secundiani damnationem scribit.*

Concilium quod convenit Aquileiæ, dilectissimis fratribus episcopis Galliarum provinciae Viennensis et Narbonensis primæ et secundæ <sup>d</sup>.

1. Agimus gratias sanctæ unanimitati vestræ, quod in dominis et fratribus nostris Constantio et Protulo omnium vestri præsentiam nobis contulistis : simulque præscripta majorum sequentes, non

<sup>a</sup> Eadem edit., *unigenitum verum dico, et Deum verum.*

<sup>b</sup> Evagrius cujus nationis legatus ad Synodum venerit, non exprimitur : forte cujuspiam privati episcopi ; nam cum nationum suffragia colligerentur, contigit.

<sup>c</sup> De hoc Chromatio, qui postea episcopus Aquileiensis fuit, diximus in Admonitione, et fortasse iterum aliquid dicturi sumus.

<sup>d</sup> Cod. Tell., *Epistola conc. Aquil. ad episcopos Italiae.* Sed sibi ipse librarius contradicit dum ita

mediocre addidistis pondus sententiis nostris, cum quibus etiam vestræ sanctitatis convenit professio, domini fratres dilectissimi. Itaque ut libenter suscepimus memoratos de vestro nostroque consorcio sanctos viros, ita etiam uberi gratiarum actione dimittimus.

2. Quam necessarius autem conventus hic fuerit, rebus ipsis patecet, quando adversarii et inimici Dei, Arianae sectæ ac hæresis defensores ; Palladius ac Secundianus, duo tantum, qui ausi sunt ad Concilium convenire, debitam præsentem excepere sententiam, super impietate convicti. Valet. Incolumes vos et florentissimos Deus noster tueatur omnipotens domini, fratres dilectissimi. Amen.

### EPISTOLA X.

**B** *Imperatoribus de synodi convocazione gratias agit ; qui ad eam convenerint, exponit ; hæreticorum tergiversationem, blasphemias ac perversitatem memorat ; tandem implorat fidem imperatorum, ut et eorum auctoritate executioni mandentur concilii decreta, et alii nonnulli hæretici coercentur.*

Imperatoribus clementissimis et christianis, beatissimisque principibus GRATIANO, VALENTINIANO et THEODOPIO, sanctum Concilium quod convenit Aquileiæ.

1. Benedictus Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, qui vobis Romanum imperium dedit, et benedictus Dominus noster Jesus Christus unigenitus Dei Filius, qui regnum vestrum sua pietate custodit, **C** apud quem <sup>e</sup> gratias agimus vobis, clementissimi principes, quod et fidei vestræ studium probavistis, qui ad removendas altercationes congregare studistis sacerdotale Concilium, et episcopis dignatione vestra honorificentiam reservastis ; ut nemo desset volens, nemo <sup>f</sup> cogeretur invitus.

2. Itaque juxta mansuetudinis vestræ præceptum convenimus sine invidia multitudinis, et cum affectu disceptationis : nec ulli de hæreticis episcopi sunt reperti, nisi Palladius et Secundianus, nomina vetustæ perfidiae, propter quos congregari concilium postulabant de extrema orbis parte Romani. Ecce nullus senectutis **807** gravatus annis, cujus vel sola esset reverenda canities, de ultimo sinu maris Oceani venire compulsus est, <sup>g</sup> et concilio nihil de-

**D** fuit : nullus debile corpus trahens, jejuniorum stipendiis oneratum, itineris est coactus injuria fortitudinis amissæ damna deslere ; nullus postremo pauperem in sacerdotibus gloriosam subsidio veniendi destitutus ingemuit. Unde completum est in te, claudidit : *Concilium.. episcopis provinciae Viennensis et Narbonensis, etc.*

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *gratias agimus pro vobis... qui et fidei nostræ, etc.*

<sup>f</sup> Quidquid a verbis cogeretur invitus usque ad senectutis gravatus continetur, in Rom. edit. rejectum fuerat post inferiora illa, *super egenum et pauperem.*

<sup>g</sup> *Et Concilio nihil defuit in Rom. edit. omissum erat.*

mentissime principum Gratiano, quod Scriptura divina laudavit: *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem* (Psal. xl, 2).

3. Quam vero grave fuisset propter duos tantum <sup>a</sup> in perfidia cariosos sacerdotes toto orbe essent Ecclesiae summis sacerdotibus destitutæ! Qui etiam venire propter proximitatem itineris nequiverint, tamen omnes prope ex omnibus provinciis occidentilibus, missis adfuere legatis, et attestationibus evidentibus id se tenere, quod nos asserimus, et in tractatu Nicæni congruere concilii designarunt, sicut subjecta declarant. Ubique ergo nunc pro vestro imperio conciaunt vota populorum, nec tamen arbitrio vestro fidei assertores defuerunt. Nam licet evidētia essent præscripta majorum, a quibus impium est et sacrilegum deviare; tamen disceptandi obtulimus facultatem.

4. Ac primo principium ipsum obortæ discussimus quæstionis, atque Arii epistolam putavimus esse recitandam, qui auctor Arianæ hæresis invenitur, unde et hæresis nomen accepit; ea videlicet et gratia, ut quoniam Arianos se negare consueverant, Arii blasphemias aut incusando damnarent, aut astutendo defenderent, aut certe non recusarent nomen ejus, cujus impietatem perfidiamque sequerentur. Sed quia auctorem suum <sup>b</sup> nec damnare poterant, nec probare volebant; cum ipsi <sup>c</sup> ad disceptandum ante triduum provocassent loco et tempore constituto, non expectata conventionē, prodierunt, subito qui dixerant se quia christiani essent facile probaturos (quod nos libenter accepimus, et optavimus ut probarent), fugere congressum illico et disceptationem declinare cœperunt.

5. Multus tamen nobis cum his sermo fuit, propositæ divinæ in medio Scripturæ, disceptandi de primo ortu dici in horam septimam copia data, delata patientia. Atque utinam pauca dixissent, vel certe quæ audivimus, possemus solvere! Nam sacrilegis vocibus cum Arius solum Patrem sempiternum, solum bonum, solum verum Deum, solum immortalitatem habentem, solum sapientem, solum **SOS** potentem dicendo, expertem horum Filium <sup>d</sup> impia commotione voluisset intelligi; isti Arium

A potius sequi, quam sempiternum Deum Dei Filium, et verum Deum, et bonum Deum, et sapientem, et potentem, et immortalitatem habentem voluerunt fateri. Multas horas frustra consumpsimus. Crescebat illorum impietas, nec corrigi ullo poterat modo.

6. Denique cum viderent se Arii epistolæ sacrilegis perurgeri (quam ideo subdidimus, ut eam etiam vestra clementia perhorresceret), resiliētes <sup>e</sup> de media epistolæ lectione, petierunt ut eorum propositis responderemus. Quamquam non esset ordinis neque rationis, ut proposita interrumperemus; responsumque esset a nobis ut damnarent Arii impietates, et de quibus vellent, ordine, locoque servato, <sup>f</sup> eorum intentionibus responderemus; tamen acquievimus <sup>g</sup> præposteræ voluntati. Ibi tum Evangelii scripta falsantes, proposuerunt nobis, dixisse Dominum: Qui me misit, major me est; cum aliter scriptum doceat series Scripturarum.

7. Redarguti de falsitate sunt, ut faterentur; nec tamen ratione correcti. Nam cum diceremus secundum carnis susceptionem minorem Patre suo Filium dici, secundum divinitatem autem pro testimoniis Scripturarum parem Patri et æqualem probari, nec posse ibi esse <sup>h</sup> discretionis gradus alicujus, aut magnitudinis, ubi esset unitas potestatis; non solum illi noluerunt emendare errorem, sed etiam vesaniam augere cœperunt, ut et subjectum secundum divinitatem dicerent Filium, quasi ulla Dei secundum divinitatem et majestatem suam possit esse <sup>i</sup> subjectio. Mortem denique ejus non ad sacramentum nostræ salutis, sed ad infirmitatem quamdam divinitatis referunt.

8. Horremus, clementissimi principes, tam dira sacrilegia, pravosque doctores; et ne ulterius populos deciperent <sup>l</sup> quos tenebant, sacerdotio putavimus abdicandos; quoniam subditi libelli impietatibus concinebant. Neque enim dignum est ut ejus sacerdotium sibi vindicent, quem negarunt. Vestram fidem, vestram gloriam deprecamur, ut reverentiam imperii vestri deferatis auctori, censeatisque impietatis assertores, et adulteros veritatis, datis apicibus clementiæ vestræ ad judicia competentia, ab Eccle-

<sup>a</sup> Ita cod. Reg. ac Tell. necnon edit. Labb. et D Chiff. nisi quod Tell. prima manu habebat curiosos, et Reg. solus pro suis destitui legit summis destitui; et sub totius pericula finem, ubi nos cum Tell. et Chiff., præscripta majorum, Cod. Regius præfert rescripta, Labb. præcepta majorum: Rom. autem edit. locum sic habet, in fide cariosos, sacerdotes toto ex orbe huc convenire, ac Ecclesius suis destitui pastoribus, clementia vestra perpendere dignetur. Nihilominus etsi nonnulli propter itineris proximitatem venire nequiverint, tamen omnes ex omnibus Occidentis prope provinciis, vel missis adfuere legatis, qui attestationibus... et quod Nicæni Concilii congruit tractatui protestantur, prout scripta declarant. Ubique ergo nunc per vestrum imperium concinant, sicut nec pro vestro arbitrio fidei assertores hic defuerunt. Denique licet... opponitibus tamen, etc.

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, nec probare poterant, nec damnare volebant. Sed in aliarum ac mss. lectione nihil mutamus.

<sup>c</sup> Rom. edit., ad disceptandum triduum ante nos, loco et tempore constituto provocassent, non expectata conditione, prodierunt subito, et dixerunt se quia christiani essent facile probaturos. Quod nos ubi libenter accepimus (optabamus enim ut probarent), refugere congressum illico, etc.

<sup>d</sup> Ita Tell. et Chiff.; Labb. vero, impia commotione: at cod. Reg. ac Rom. edit., impia commendatione; forte melius legatur, commentatione. Quod autem Rom. edit. habet, voluisset intelligere, in hoc ms. ei nullus astipulatur.

<sup>e</sup> Tell. et Labb., de media epistola electionem petierunt.

<sup>f</sup> Rom. edit., eodem propositionibus responderemus, tandem, etc.

<sup>g</sup> Reg. cod., discretionem gradus.

<sup>h</sup> Ita Reg.; cod. Tell. autem atque edit Rom., Labb. et Chiff., quod tenebant, sacerdotio putamus abdicandos. Neque enim, etc.

six arcendos esse liminibus, et ut in damnatorum A  
locum per nostræ parvitatís legatos sancti subro-  
gentur sacerdotes.

9. Attalum quoque presbyterum de prævaricatione  
confessum, <sup>a</sup> et Palladii sacrilegiis inhærentem, **809**  
parilis sententia comprehendit. Nam quid de  
magistro ejus Juliano Valente dicamus? qui cum es-  
set proximus, declinavit sacerdotale concilium; ne  
eversæ patriæ, proditorumque <sup>b</sup> civium præstare  
causas sacerdotibus cogeretur. Qui etiam torquem,  
ut asserit, <sup>c</sup> et brachiale, Gothica profanatus impietate,  
more indutus gentilium, ausus sit in con-  
spectu exercitus prodire Romani: quod sine dubio  
non solum in sacerdote sacrilegium, sed etiam in  
quocumque <sup>d</sup> christiano est; etenim abhorret a more  
Romano. Nisi forte sic solent idololatræ sacerdotes **B**  
prodire Gothorum.

10. Moveat pietatem vestram sacerdotale nomen,  
quod ille sacrilegus infamat; qui etiam suorum vocibus,  
si qui tamen superesse possunt, nefandi scele-  
ris arguitur. Certe domum repetat suam, non con-  
taminet florentissimæ Italiæ civitates, qui nunc illi-  
citis ordinationibus consimiles sui sociat sibi, et se-  
minarium quærit suæ impietatis atque perfidiæ <sup>e</sup> per  
quosque perditos derelinquere; qui episcopus esse  
nec cepit. Nam primo Patavione superpositus fue-  
rat sancto viro Marco, admirabilis memoriæ sacer-  
doti; sed posteaquam deformiter dejectus a plebe  
est; qui Patavione esse non potuit, is nunc Medio-  
lani post eversionem patriæ, <sup>f</sup> dicamus proditorem,  
inequitavit.

11. Super omnibus ergo pietas vestra nobis con-

<sup>a</sup> Edit. Rom. et Labb. cum Tell. cod., *et palam sacrilegiis.... comprehendat*. Chiff. cum Reg. cod. ut in textu. Infra vero ubi Attali hujus magister nominatur, solus cod. Regius habet *Juliano Valente*, cum prænomine in Tell. et tribus edit. prætermittatur. Hic porro minime confundendus videtur cum Valente Mursiano Ursacii collega, quem verisimile est ante hunc annum vivere desiisse: at junior alius potius fuit, qui Patavione in Pannonia intrusus ab Arianis in sedem Marci pii et catholici episcopi adhuc superstitiis; hoc enim signat *superpositus*, inde brevi post ejectionem, in Italiam fugit, et illic eas turbas excitavit, quæ in hac atque in ultima hujus Concilii epistola memorantur.

<sup>b</sup> Rom. edit., *civium dicere causas*.

<sup>c</sup> Reg. cod., *et brachiales Gothica profanatos, etc.* **D**  
<sup>d</sup> Tell. cod. et Labb., *christiano abhorretur more Romano*; Rom. edit. .... *atque Romano*; Reg. cod. et Chiff. ut in textu.

<sup>e</sup> Rom. edit., *ut perditos quosque sibi conciliet*; aliæ et mss. inter se conveniunt, nisi quod pro *derelinquere*, Tell. habet *derelinqueret*, Labb. *delinqueret*.

<sup>f</sup> Edit., *ne dicamus*; mss., *dicamus*: at ubi Reg. cod. et Rom. edit. exhibent *latet*, Labb. legit *inquietavit*, Tell. et Chiff. *inequitavit*; sensu quidem minime diverso, verbo autem magis Ambrosiano. Rursus vero pro *nobis consulere*, ut in Reg. cod. et Rom. edit. legitur, Labb. et Chiff. cum Tell. ms. habent *consolari*.

<sup>g</sup> Reg. mss., *lædantur*; Chiff., *ludantur*; edit. Rom., *infrmentur*; Tell. et Labb., *infamentur*. Iterum vero ubi edit. Rom., *opportune redire*; aliæ duæ, et totidem cod., *maturius redire*. Magis ad mentem con-

sulere dignetur; ne nos obtemperantes vestræ tran-  
quillitatis statutis, frustra convenisse videamur. Non  
solum enim cavendum est, ne nostra, sed etiam ve-  
stra decreta <sup>g</sup> infamentur. Fetimus igitur ut legatos  
concilii, sanctos viros æque clementia vestra audire  
dignetur, et cum effectu eorum quæ poscimus, ma-  
turius redire præcipiat; ut mercedem recipiatis a  
Domino Deo Christo, cujus ecclesias ab omni sacri-  
legorum labe purgastis.

12. Photinianos quoque, quos et superiori lege  
censuistis nullos facere debere conventus, <sup>h</sup> et eam  
quæ de sacerdotum concilio data est congregando,  
removistis; petimus, ut quoniam in Sirmiensi op-  
pido adhuc conventus tentare cognovimus, clemen-  
tia vestra, <sup>i</sup> interdicta etiam nunc coitione, reveren-  
tiam primum Ecclesiæ **810** catholicæ, deinde  
etiam legibus vestris deferri jubeatis; ut et vos, Deo  
præsule, triumphetis, qui paci Ecclesiarum quieti-  
que consultitis.

#### EPISTOLA XI.

*Imperatoribus, quid in synodo actum fuerit, signifi-  
cant; eosque monent, ne Ursinum sibi patiantur  
obrepere, ipsam turbam auctorem, nec non infami  
crimine accusatum asservantes. Rogant denique ut  
Romani cleri, ac simul omnium incolumitati prospiciant.*

Imperatoribus clementissimis, et principibus chri-  
stianis, gloriosissimis ac beatissimis GRATIANO, VA-  
LENTINIANO, et THEODOSIO Concilium quod convenit  
C Aquileiæ.

1. Provisum est quidem, clementissimi principes,

ciliorum, quæ longam aut non necessariam episco-  
porum in principium aula commorationem numquam  
non damnarunt.

<sup>h</sup> Rom. edit. sola, *prout jam et sacerdotum con-  
cilio sententia in eos lata est. Petimus insuper ut, etc.*  
Quam lectionem si quis amplecti voluerit, sacerdo-  
tum illud concilium, cujus mentio fit in hac epistola,  
non sine causa de illorum aliquo intellexerit, in quibus  
Photinum condemnatum fuisse auctor est Iulianus  
in fragmentis pag. 543 et 544, ubi et synodi  
Mediolanensis an. 347 celebratæ, ad quam alludere  
possent hi antistites, idem meminuit. Sed in aliis quoque  
Conciliis damnatus fuit hæreticus ille, in quibus  
Epiphanius Hæresi 71 Sardicense ponit, qua in re  
non omnes illi consentiunt. Verum cum duo scripti  
cod. et totidem editi lectionem plane diversam ex-  
hibeant, quænam Lex in eosdem hæreticos lata di-  
catur, modo inquirendum. Baronius ad an. 381 eam  
esse autumat 6 *Leg. de Hæreticis*, quæ data iv idus  
Januarii hujusce anni, Photinianis, ne conventus in  
urbibus habeant, interdicat. Sed opinioni huic oppo-  
nuntur 1° non esse probabile legem, quæ in Oriente  
lata fuerit, istic citari; 2° sextam illam legem non  
ad Photinianos solos, sed etiam ad alios nonnullos  
hæreticos pertinere. Attamen primæ rationi respon-  
sio facilis esset, hanc ipsam legem adoptari potuisse a  
Gratiano: secundæ vero, Photinianos primos æ  
præcipuos esse, contra quos lex eadem promulgata  
est. Verum cum hæc epistola lege, quam hic allegat,  
aliam abrogari testificatur, quod non reperitur in  
eadem lege 6, hinc intelligitur aliam quæpiam, quæ  
non supersit, a concilio commemorari.

<sup>i</sup> Rom. edit., *interdicta hac ejus coitione.... ut et  
vos, Deo præstante, triumphetis.*

vestræ tranquillitatis statutis, ne Arianorum perfidia possit ulterius vel latere, vel serpere; etenim effectum concilii decretis putamus<sup>a</sup> minime defuturum: nam quantum ad partes spectat occidentis, duo tantum reperti sunt, qui auderent profanis et impiis vocibus obviare concilio, vix angulum Ripensis Daciæ turbare consueti.

2. <sup>b</sup> Aliud est quo magis angimur, de quo, quoniam convenimus, fuit rite tractandum; ne posset totum corpus Ecclesiæ toto orbe diffusum, et universa turbare. Nam licet frequenter convenerimus<sup>c</sup> Ursinum non potuisse obrepere pietati vestræ (quamvis quietum nihil esse patiatur, et inter tot bellicas necessitates obreptio importuna tentetur), tamen ne sancta mens vestra, animique tranquillitas, quæ omnibus consulere gestit, importuni hominis simulata adulatione flectatur, deprecandos vos et obsecrandos, si dignanter ducitis, æstimamus, non solum præcavescentes futura, sed etiam præterita, quæ jam ipsius temeritate gesta sunt, perhorrescentes. Nam si aliquam viam nactus fuerit audaciæ, quid non ille confundat?

3. Sed si unus miseratio vos inflectere potest, multo magis vos precatio omnium moveat sacerdotum. Quis enim nostrum ei communionis societate jungetur, cum indebitum sibi gradum usurpare conatus sit, nec jure ad eum potuerit pervenire; et quem importune affectavit, importunissime **811** repetere molitur? Turbarum<sup>d</sup> toties damnatus, incedit adhuc quasi præteritis non perhorrescendus exemplis. Qui plerumque (sicut in hoc concilio cognovimus, et vidimus) cum Arianis copulatus atque conjunctus erat<sup>e</sup> eo tempore, quo turbare Mediolanensem Ecclesiam cœtu detestabili moliebatur<sup>f</sup> cum Valente: nunc ante Synagogæ fores, nunc in Arianorum domibus miscens occulta concilia, et suos eis jungens; et quoniam ipse aperte in eorum congre-

<sup>a</sup> Ita Reg. cod. et Sirmondus: at edit. Rom. addit, *ne id temere.*

<sup>b</sup> Rom. edit., *jam turbare consueti. Sed aliud est propter quod magis animo angimur.... et universa fœdare.*

<sup>c</sup> Ursinus hic sive Ursicinus, qui presbyter a Liberio factus, basilicæ Julię ministerio addictus erat, ab iis qui adhaerent eidem Liberio, electus fuit in pontificem, ut Damaso qui Felicis partibus studuerat, et ministrabat in Laurentiana, opponeretur. Hoc dissidium quam plurimas inter fideles pugnas ac cædes intulit, quarum causam in Damasum quidem refundere conantur Marcellinus atque Faustinus schismatici, quibus etiam subsidio venit Ammianus religionis christianæ apertus hostis: verum quanti facere oporteat hujusmodi hominum testimonia, nemo non videt. Certe Damasum abunde a culpa liberant cum Joventii ac Prætextati præfectorum Urbis, tum Valentiniani ipsius sententiæ Ursinum Roma expellentium; maxime vero conciliorum Romanorum et hujus Aquileiensis judicium, elogium sanctorum Ambrosii atque Hieronymi: ac demum Rufini, Socratis aliorumque historicorum testimonia.

<sup>d</sup> Cod. Reg., *toties damnatos incessit. . . . Qui quod plerique, etc.*

<sup>e</sup> Quo facilius intelligatur quodnam tempus hic designetur, advertit Ursinum, quem ad extinguendum seditionis incendium ann. 366 ejecerat, ut jam dictum est, Joventius, anno sequenti revocatum esse

gationes prodire non poterat, instruens et informans quemadmodum pax Ecclesiæ turbaretur: quorum furore respirabat, quod eorum posset fautores et socios emereri.

4. Cum igitur scriptum sit: *Hæreticum post unam correptionem devota* (Tit. iii, 10); cum et alius vir sancto locutus Spiritu, dixerit declinandas hujusmodi bestias, nec salutatione recipiendas (II Joan. 10), neque congressu: quomodo fieri potest, ut eum quem societati eorum insertum vidimus, non etiam assertorem perfidiæ judicemus? Quid etiam si deforet? tamen totius orbis Romani caput Romanam Ecclesiam, atque illam sacrosanctam Apostolorum fidem, ne turbari sineret, obsecranda fuit clementia vestra; inde enim in omnes venerandæ communionis jura dimanant. Et ideo petimus et rogamus ut obrepenti ei adimere dignemini facultatem.

5. Scimus clementiæ vestræ sanctum pudorem; ne auditu vestro indigna ingerat, non aliena ab officio et nomine sacerdotis interstrepit, non inverecunda vobis loquatur: quem cum habere oportuerit testimonium etiam ab his qui foris sunt (I Tim. iii, 7), quali testimonio et cives proprii prosecti sunt, clementia vestra meminisse dignetur. Pudet enim dicere, inverecundum est recensere quam turpis fama ejus convicio sæuciaverit. Quo saltem pudore constrictus conticescere debuisset; et si haberet aliquam conscientiam sacerdotis, pacem Ecclesiæ, concordiamque ambitioni suæ et studio præoptaret. Verum longe alienus ab omni verecundia, per abscissum hominem Paschasium, signiferum furoris sui, missis litteris, serit turbas, gentiles **812** quosque ac perditos homines concitare conatur.

6. Oramus igitur, ut jam et populo Romano, qui post relationem præfecti Urbis pendet incertus, et nobis sacerdotibus securitatem interdictam<sup>h</sup> importunissimi hominis abiectione tribuatis. Quo impe-

a Pretextato: sed cum hoc ipso anno ab eodem præfecto Urbis in Gallias fuisset amandatus, illic usque ad an. 371 exsulasse, quo sibi exsilii pomeria laxari obtinuit: ad postremum cum an. 378 falsis criminibus Damasum, per quemdam Isaac Judæum et christianorum sacrorum desertorem appetivisset, Judæo in Gallia exsulare jussu, ipsum in Hispanias fuisse relegatum; unde postea revertisse non invenitur. Dicendum igitur nebulonem hunc eo temporis intervallo, quo liberius vagari sinebatur, abusum, variis locis turbas excitasse, ac Mediolani, maxime post Valentiniani senioris excessum, sese Arianis, ut hic dicitur, conjunxisse. Nec profecto abhorret a verisimili, si credamus ab Ambrosio hos ipsos motus Gratiani auctoritate sopitos indicari; cum prima ad eum epistola ipsi propter redditam Ecclesiæ pacem gratias agit.

<sup>f</sup> Cum Valente in edit. Rom. prætermissum est. Intellige autem non Valentem Mursensem, ut Labb. admonet in nota marginali: sed Petavianum, de quo superiori epistola.

<sup>g</sup> Hunc locum Rom. edit. ita refinxerat, *non poterat, eos, quorum favore respirabat, quo magis posset fautores et socios emereri, instruxit et informavit, quemadmodum pax Ecclesiæ turbaretur.* Sirm. et Reg. cod. ut in textu, nisi quod pro *respirabat*, Sirm. editi *sperabat.*

<sup>h</sup> Rom. edit., *objectione tribuatis. Quo ca impetrath*

trato, apud Deum omnipotentem Patrem, et Christum A vestra gratias agimus, quod per vos nobis pax et Dominum Deum gratias jugi continuatione celebremus. concordia e ita sit refusa.

### EPISTOLA XII.

*Aguntur imperatoribus gratiæ ob restitutam Ecclesiæ tranquillitatem, eisdemque episcoporum preces promittuntur. Tum nuntialis quibusdam catholicorum discidiis, rogantur iidem principes, ut Alexandriæ jubeant coire concilium, cui et auxilium suum impendere non dedignentur, magnum episcopis collaturi beneficium.*

Imperatoribus clementissimis christianisque, et gloriosis, beatissimisque principibus GRATIANO, VALENTINIANO, et THEODOSIO sanctum Concilium quod convenit Aquileiæ.

1. Quamlibet etiam redundantibus gratiarum actionibus, nequaquam tamen possumus beneficia vestræ pietatis æquare, imperatores clementissimi, atque beatissimi et gloriosissimi principes Gratiane, Valentiniane et Theodosi dilecti Deo Patri, et Filio ejus Domino nostro Jesu Christo. a Nam cum post multa tempora, et persecutiones varias, quas Catholicis intulerunt Ariani, maximeque b vel Lucius ille monachorum et virginum impia cæde grassatus, sed etiam c Demophilus dirum perfidiæ caput, d omnes Ecclesiæ Dei, maxime quæ per Orientem, Catholicis restituta sunt: in Occidentalibus autem partibus vix duo hæretici, qui obviare possint sancto concilio, sint reperti; quis est qui putet se gratiarum vestrarum fore idoneum relatores?

2. Sed tamen etsi beneficia vestra verbis explicare non possumus, votis tamen concilii compensare desideramus: qui licet per singulas quasque ecclesias quotidianas apud Deum nostrum pro imperio vestro celebremus excubias; tamen conducti in unum, quo munere **813** nihil esse pulchrius opinamur, Deo nostro omnipotenti et pro imperio, et pro pace ac salute

*a clementia vestra, apud Deum Patrem omnipotentem, et Christum ejus Filium Deum ac Dominum gratias agamus, et merita vestra jugi oratione celebremus. Reg. cod. atque Sirm. ut in contextu, nisi quod hic pro Dominum Deum, legit Dominum ejus Filium.*

*a Rom. edit., quod post multa pericula.*

*b Eadem edit., maximeque Vellutius ille in monachorum et virginum impiis cædes grassatus, ut et Demophilus; cod. Reg. ut nos in textu. Sed nec dissidet edit. Sirmondi, exrepto quod habet, maximeque Lucius. . . atque Domophylus. Animadvertit scilicet vir doctissimus non de alio ullo hic agi, quam de Lucio illo, qui post obitum Athanasii occupata per scelus Alexandrina Ecclesia, pios aliquot monachos et speluncis suis per vim extractos amandavit in exilium, quemadmodum Theodoretus lib. iv Hist. Eccl. cap. 21 scribit. Quod vero ad cædes virginum, quam ignominiose jussu ejusdem Lucii ab ethnicis militibus nudata in Ecclesia fuerint, et per urbem pertractæ, quamque inhumaniter earum non pauca atrocitate incussorum verberum occubuerint, in epistola Petri Alexandrini apud eundem Theodoretum capite sequenti memoratur.*

*c Commode porro eidem Lucio jungitur Demophilus; is enim unus e præcipuis Arianarum partium ducibus fuit. Cum Berrhææ in Thracia episcopus esset, eo nomine interfuit Ariminensi concilio. Dein-*

3. Equidem per Occidentales partes duobus in angulis tantum, hoc est, in latere Daciæ Ripensis, ac Mæsiæ, fidei obstrepi videbatur: quibus tandem nunc post concilii sententiam, vestræ favore clementiæ opinamur illico consulendum. Per omnes autem tractus atque regiones, et vicorum claustra usque ad oceanum manet una et intemerata fidelium communio. In Orientalibus autem partibus cognovimus quidem summo gaudio atque lætitia, ejectis Arianis qui Ecclesias violenter invaserant, sacra Dei templa per solos catholicos frequentari.

4. Sed tamen quoniam invidia diaboli nunquam quiescere solet, inter ipsos catholicos audimus crebras dis-sensiones esse, impacatamque discordiam; totoque confundimur affectu, quod innovata pleraque comperimus, eosque gravari nunc, quos oportuit adjuvari, qui in nostra semper communione durabant. Denique Alexandrinæ Ecclesiæ f Timotheus episcopus, sed et Antiochenæ Paulinus, qui semper communionis nobiscum intemeratam habuere concordiam, dissensionibus aliorum, quorum fides superioribus temporibus hæsitabat, feruntur urgeri. Quos quidem, si fieri potest, et fides plena commendat, ad consortia nostra optamus adjungi: sed ita ut vetustæ communionis sociis sua prærogativa servetur, quorum nobis non superflua cura est: primo omnium, quia communionis societas nullam debet habere offensam: deinde, quia utriusque partis dudum accepimus litteras, præcipueque illorum, qui in Antiochena Ecclesia dissidebant.

5. Et quidem nisi hostilis impedimento fuisset irruptio, aliquos etiam de nostro numero disposueramus illo dirigere, qui sequestres et arbitri refundendæ, si fieri posset, pacis existerent. Sed quia studia nostra tunc temporis habere effectum per

de vero cum exsularet eadem in urbe Liberius, ei Sirmiensem confessionem, Athanasique condemnationem obtulit subscribendam, nec ipsi minima causa lapsus exstitit. Mortuo Eudoxio Constantinopoli Arianorum episcopo, ab eadem factione suffectus est in ejus locum idem Demophilus anno 370. Sed post decennium a Theodosio in exilium fuit ejectus. Veruntamen anno 383, cum variarum sectarum antesignanis, quos Theodosius componendæ, si qua fieri posset, concordiæ causa Constantinopolim evocaverat, reperitur etiam convenisse: qui in urbe anno demum 386 mortem oppetiit. Ejus mentionem fecit Ambrosius lib. 1 de Fide cap. 6, et historici Ecclesiastici certatim ac fuse meminerunt.

*d Ita cod. Reg. ac Sirm.; at Rom. edit., omnibus tandem Ecclesiis Dei, maximeque per Orientem Catholicis per clementiam vestram pax et tranquillitas sit restituta.*

*e Rom. edit., ita sit refusa, quod per Occidentales, etc.*

*f Hic Timotheus in episcopum Alexandriæ cooptatus est post mortem Petri, qui illic Athanasio successerat, et Maximum Cynicum philosophum, et Apollinaris erroribus infectum Gregorio Nazian. superordinaverat. Sed commodius de his, sicut et de Paulo Antiocheno dicitur ad epistolam subsequentem.*



tumultus publicos nequiverunt, oblatas <sup>a</sup> pietati A  
vestræ opinamur preces nostras, quibus juxta par-  
tium factum poposcimus ut altero decedente, penes  
superstitem Ecclesiæ jura permanerent, nec aliqua  
superordinatio vi attentaretur. Ideoque petimus vos,  
clementissimi et christiani principes, ut et Alexan-  
drinæ sacerdotum catholicorum omnium concilium  
fieri censeatis, qui inter se plenius tractent atque  
definiant quibus impertienda communio <sup>b</sup> quibusque  
servanda sit.

**814** 6. Nam etsi Alexandrinæ Ecclesiæ semper  
dispositionem ordinemque tenuerimus, et juxta mo-  
rem consuetudinemque majorum, ejus communionem  
indissolubili societate ad hæc usque tempora serve-  
mus; tamen ne aut aliqui videantur esse posthabiti,  
qui etiam pacto, quod stare volumus, communionem B  
nostram rogarunt: aut illius pacis et societatis fide-  
lium neglecta compendia; id obsecramus, ut cum  
inter se cætu pleniore tractaverint, etiam auxilia  
decretis sacerdotibus vestræ pietatis aspirent.  
<sup>c</sup> Et nobis deferri in notitiam censeatis; ne titubanti  
nutemus affectu, sed læti atque securi pietati vestræ  
apud Deum omnipotentem agamus gratias, non solum  
quia exclusa perfidia est, sed quia catholicis fides et  
concordia est restituta. Quod a vobis Africanæ et  
Gallicanæ Ecclesiæ per legatos obsecrant, hoc est,  
ut toto vobis faciatis in orbe episcopos debitores;  
licet non mediocre sit debitum, <sup>d</sup> quod virtuti vestræ  
debetur.

7. Ad deprecandam autem clementiam vestram,  
et impetranda quæ poscimus, legatos fratres et com- C  
presbyteros nostros direximus, quos petimus ut et  
clementer audire dignemini, et redire maturius cen-  
seatis.

<sup>a</sup> Rom. edit., *pietati vestræ nostras repetimus pre-  
ces, quibus poposcimus*, etc.; Labb. et cod. Reg. ut  
in textu: sed *pro partium factum* Valesius legendum  
censet, *partium pactum*. Et revera statim ejusdem  
pacti conditiones subjiciuntur.

<sup>b</sup> Ita Reg. cod. et Sirm.; Rom. autem edit., *quibus  
observanda sit*. Et infra post vocem *societate* eadem  
addit, *ad hæc usque tempora*.

<sup>c</sup> Rom. edit., *et vobis deferri*, etc.

<sup>d</sup> Eadem edit., *virtuti vestræ pro totius orbis Ro-  
mani pace debetur*, etc.

<sup>e</sup> Hanc et sequentem epistolam primus e mss. Re-  
giæ biblioth. vulgavit Jac. Sirmondus in Append. cod.  
Theodos., unde in suam Concil. edit. illas transtulit  
Hil. Labbeus. Cum autem necdum inter Ambrosii  
opera prodissent, easdem in edit. nostram idecirco  
admittendas esse duximus, quod negari minime pos-  
sit ipsas ad Ambrosium non minus pertinere, quam  
concilii Aquileiensis epistolas. In qua porro synodo  
scriptæ illæ fuerint, ignoratur; licet Italicam illam  
fuisse jure dicatur.

<sup>f</sup> His verbis sextam indicari conjectant Theodosii  
legem de hæreticis, qua et his conventus habere pro-  
hibetur, et catholicis Ecclesias reddi præcipitur.  
Quemadmodum autem Ariani Ecclesiis, quas Con-  
stantinopoli occupabant, cesserint, descriptum habes  
apud Socratem lib. v, cap. 7, et Sozomenum lib. vii,  
cap. 5.

<sup>g</sup> Eadem plane superiore patrum Aquileiensium  
ad Theodosium epistola num. 5 memoratur de hoc  
Paulini ac Meletii pacto: de quo etiam consulti possunt  
Socrates lib. v, cap. 5, et Sozomenus lib. etiam v,

## EPISTOLA XIII.

*Actis Theodosii gratis de restitutis in basilicas ortho-  
doxis, et dolore suo propter Ecclesiæ turbas signifi-  
cato, episcopum Antiochiæ mortuo Meletio subroga-  
tum queritur: et ut Nectarius Constantinopoli post  
Maximum ordinatus loco cedat, vel de utriusque  
ordinatione in synodo Romæ pronuntietur, perlit.*

Beatissimo Imperatori, et clementissimo principi  
<sup>e</sup> THEODOSIO, AMBROSIO et cæteri episcopi Italiae.

1. Sanctum animum tuum Deo omnipotenti pura  
et sincera fide deditum sciebamus: sed recentibus  
<sup>f</sup> cumulasti beneficiis, quod catholicos Ecclesiis reddi-  
disti, Imperator Auguste. Atque utinam catholicos  
ipsos reverentiæ veteri reddidisses, ut nihil novarent  
contra præscripta majorum, nec temere vel servanda  
rescinderent, vel rescindenda servarent. Itaque do-  
lentius forte quam inconsultius ingemiscimus, Impe-  
rator, facilius expelli potuisse hæreticos, quam inter  
catholicos convenire. Quanta enim nuper confusio  
facta sit, explicari non potest.

2. Scripseramus dudum, ut quoniam <sup>g</sup> Antiochena  
civitas duos haberet episcopos, Paulinum atque Me-  
letium, quos fidei concinere **815** putabamus, aut  
inter ipsos pax et concordia salvo ordine ecclesia-  
stico conveniret: aut certe, si quis eorum, altero  
superstite, decessisset, nulla subrogatio in defuncti  
locum, superstite altero, gigneretur. At nunc Meletio  
defuncto, Paulino superstite, quem in communionem  
nostra mansisse consortia, quæ a majoribus inoffense  
ducta, testantur, contra fas atque ecclesiasticum or-  
dinem <sup>h</sup> in locum Meletii, non tam subrogatus, quam  
superpositus asseritur.

3. Atque hoc factum allegatur consensione et con-  
silio <sup>i</sup> Nectarii, cujus ordinatio quem ordinem hæ-

cap. 3. Nam quod Theodoretus lib. v, cap. 3, oblatam  
hujusce pacti a Meletio conditionem a Paulino repu-  
diatam fuisse narrat, cum ab omnium aliorum in hoc  
recedat testimoniis, id non injuria ipsius in Meletium  
ac Flavianum propensionis tribuitur.

<sup>h</sup> Quis in Meletii locum successit fuerit, hic sub-  
ticitur. Constat autem non alium designari, quam  
Flavianum: quem contra proprium jusjurandum a  
Juniorum factione, nequidquam dissentiente Grego-  
rio Nazian. electum scimus; unde non tantum hæc  
Synodica epistola, sed et Ambrosii ad Theophil. im-  
probatur illius electio.

<sup>i</sup> Sozomenus lib. vii, cap. 11, Occidentales epi-  
scopos Paulino semper favisse testificatus: *Ad Fla-  
vianum vero*, inquit, *nullus litteras dabit. Quin et Dio-  
dorum Tarsi, et Acacium Bereæ episcopos, qui illum  
ordinaverant, in crimen vocabant, et ab eorum commu-  
nitione abstinebant*. Ubi vides nullam Nectarii fieri  
mentionem: sed eum ordinationis Flaviani auctorem  
fuisse forsitan e communi rumore acceperat synodus.  
Quod autem ad ordinationem ipsius Nectarii, quæ  
hic perstringitur; sciendum est eum in Constantinopoli-  
tanam sedem impositum fuisse, postquam ea se  
ultra abdicasset Nazianzenus. Quæ quidem abdicatio,  
nec non secuta Nectarii institutio, quæ ratione per-  
actæ sint, explicat Socrates lib. v, cap. 8, et Sozome-  
nus lib. vii, cap. 8, licet hic ultimus rem ita narret,  
ut videatur parum admodum verisimilis. Theodore-  
tus lib. v, cap. 9, synodicam concilii Constantinopoli-  
tani epistolam refert, quæ Nectarium summo cleri  
consensu ac plausu civitatis a se ordinatum signifi-  
cat: sed quæ Constantinopoli acta fuerant, fortasse

buerit, non videmus. Namque in concilio nuper, cum A  
 Maximus episcopus Alexandrinæ Ecclesiæ commu-  
 nionem manere secum, lectis Petri sanctæ memo-  
 riæ viri litteris, prodidisset; ejusque intra pri-  
 vatas ædes, quia Ariani Ecclesiæ basilicas adhuc  
 tenebant, <sup>a</sup> secretum esse, mandatoribus episcopis  
 ordinantibus, dilucida testificatione docuisset, nihil  
 habuimus, beatissime principum, in quo de episco-  
 patu ejus dubitare possemus; cum vim sibi repu-  
 gnanti a plerisque etiam de populo et clero testatus  
 esset illatam.

4. Tamen ne, absentibus partibus, præsumpte  
 aliquid definisse videremur, clementiam tuam, datis  
 litteris, putavimus instruendam; ut ei consuleretur  
 ex usu publicæ pacis atque concordix; quia revera  
 advertebamus Gregorium nequaquam secundum tra- B  
 ditionem patrum, Constantinopolitanæ Ecclesiæ sibi  
 sacerdotium vindicare. Nos igitur in synodo ea, quæ  
 totius orbis **816** episcopis videbatur esse præ-  
 scripta, nihil temere statuendum esse censuimus.  
<sup>b</sup> Adeo ipso tempore qui generale concilium declina-  
 verunt, Constantinopolique gessisse dicuntur; nam  
 cum cognovissent ad hoc partium venisse Maximum

nondum pervenerant in cognitionem Latinorum; ne-  
 que his satis perspectum erat vafum ac subdolum  
 Maximi ingenium, ut a mendaciis et involucris, qui-  
 bus ordinationis suæ vitæ tegere satagebat, cavere  
 possent.

<sup>a</sup> Valesius Observat. in lib. vii Sozom. cap. 9,  
 docet legendum, *se creatum esse mandato, tribus epi-  
 scopis ordinantibus*. Egregia quidem emendatio, licet  
 in textum sine mss. patrocinio non admittenda.  
 Porro cum de Maximo falsa veris intexta hic refe-  
 rantur, ut ab invicem facilius discerni queant, paulo  
 C altius repetenda narratio est. Is patria fuit Alexan-  
 drinus, qui Cynicorum philosophorum impudentiam  
 cum christianis institutis aggressus sociare, varias  
 urbes, unde quam primum ob morum improbitatem  
 ejiciebatur, peragravit. Tandem cum venisset Con-  
 stantinopolim, tam fraudulenter in animum Gregorii  
 episcopi se insinuavit, ut ab eo publica oratione lau-  
 daretur. Verum brevi post in ipsum Gregorium in-  
 surgens, tantum solitis suis artibus promovit; ut an-  
 tistites a quibus manuum impositionem acciperet, a  
 Petro Alexandria episcopo mitterentur. Ordinatus  
 est in domo choraule ejusdam, non propterea quod  
 basilicæ ab Ariani occuparentur, ut mendaciter  
 persuasit Latinis præsulibus; sed ne Catholici ordi-  
 nationem ipsius prohiberent. Hinc detegitur aliud  
 ejusdem mendacium, quo scilicet sibi, ut consecraretur,  
 vim adhibitam asseveravit. Et certe cum noctu  
 Ecclesiam sanctæ Anastasiæ occupasset, inde a  
 clero et populo expulsus est. Itaque Constantinopolim  
 deserere coactus, Thessalonicam venit ad Theo-  
 dosium: a quo cum rejectus fuisset, Alexandriam  
 se contulit, ubi ejus impudentia eo pervenit, ut etiam  
 Petro se invasurum ipsius sedem mimitatus sit; nisi  
 ab eo restitueretur in Constantinopolitanam. Verum  
 inde ejectus a præfecto Ægypti, tantisper quietem  
 colere adactus est, quoad concilium in Italia indi-  
 ctum esse cognovisset. Tunc igitur venit ad concilium  
 (quod enim Valesius litteras tantum ab eo missas  
 existimavit, minus cum hujus epistolæ verbis videtur  
 congruere); cumque Petri Alexandrini, cujus maxima  
 erat apud Latinos auctoritas, secum litteras attulis-  
 set, a Patribus admissus est in communionem. Illi  
 tamen ne, parte inaudita altera, quid statuerent, hu-  
 jusce impostoris historiam cum Damaso atque aliis  
 probe cogitam esse ignorarent, hanc epistolam su-

ut causam in synodo ageret suam (quod etiamsi in-  
 dictum concilium non fuisset, jure et more majo-  
 rum, sicut et sanctæ memoriæ Athanasius, et du-  
 dum Petrus, Alexandrinæ Ecclesiæ episcopi, et  
 Orientalium plerique fecerunt; ut ad Ecclesiæ Ro-  
 manæ, Italiæ, et totius Occidentis confugisse judi-  
 cium viderentur); cum eum, sicut diximus, experiri  
 velle adversum eos, qui episcopatum ejus abne-  
 rant, comperissent; præstolari utique etiam nostram  
 super eo sententiam debuerunt. Non prærogativam  
 vindicamus examinis, sed consortium tamen debuit  
 esse communis arbitrii.

5. Postremo prius constare oportuit, utrum huic  
 abrogandum, quam alii conferendum sacerdotium  
 videretur; ab his præsertim, a quibus se Maximus  
 vel destitutum, vel appetitum injuria querebatur.  
 Itaque cum Maximum episcopum receperunt in com-  
 munionem nostra consortia, quoniam eum a catho-  
 licis constitit episcopis ordinatum, <sup>c</sup> nec ab episco-  
 patu Constantinopolitani putavimus petitione remo-  
 vendum. Cujus allegationem præsentibus partibus  
 æstimavimus esse pendeendam. <sup>d</sup> Nectarium autem  
 cum nuper nostra mediocritas Constantinopoli co-

per ea re ad Theodosium destinarunt. At quæri po-  
 test ad hanc synodum, an ad superiorem aliquam  
 accesserit Maximus? Vero quidem similis videtur  
 eum ad aliam venisse prius habitam; hoc enim a  
 adverbium nuper quod hic ponitur, et epistola a Pe-  
 tro adhuc superstiti, qui tamen vita functus hic in-  
 dicatur, extorta satis ostendunt.

<sup>b</sup> Labbeus ascribit in margine, *At eo*: haud in-  
 commode. Sed quod synodum œcumenicam, de qua  
 hic mentio fit, indicat ibidem eandem esse, quam  
 C ab Ambrosio prohibitam in concilio Aquileiensi to-  
 ties objectat Palladius; hoc quidem non tantam præ-  
 se fert speciem veritatis. Quo enim pacto qui ne ge-  
 neralis esset ea synodus, in causa fuerant, orienta-  
 libus quod ad eam venire detrectassent, crimini da-  
 rent? Attamen de synodo in Occidente celebrata hic  
 agi sequentia planum faciunt.

<sup>c</sup> Gregorium nequaquam secundum ecclesiasticos  
 canones Constantinopolitanæ diocesis fuisse præpo-  
 situm cognoscere est e can. 16. synodi Antiochenis,  
 quem habemus a Dionysio Exiguo ita redditum: *Si  
 quis episcopus vacans in vacantem Ecclesiam prosu-  
 lat, sedemque pervadat absque integro perfectoque  
 concilio, hic abjiciatur necesse est, etsi cunctus popu-  
 lus, quem diripuit, eum habere delegerit*. Huc adde  
 can. 4 synodi Sardicensis, et 15 Nicenæ I, sicut et  
 Hieron. epist. ad Oceanum. Verum tamen eadem  
 Gregorii translatio, postquam eam universale concilium  
 D approbavit, ex eodem can. Antiocheno facta  
 est legitima: sed hoc nondum resciscere poterant  
 occidentales.

<sup>d</sup> *Gregorium, non vero Nectarium legendum esse  
 Valesius et post eum Hermannus arbitratur*. Et sane  
 historica ratio pulchre convenit. Nam cum Gregorium  
 Meletius alique Patres Constantinopolitanæ synodi  
 eidem Ecclesiæ præfecissent, ubi e vidis excessit  
 idem Meletius, Gregorio sponte loco cedenti Necta-  
 rium præsules suffecere. Attamen vix creibile sit  
 Nectarium irrepsisse in omnes cod. pro Gregorio.  
 Nam primo certum est præcipue agi de Nectario hæc  
 tota epistola, neque Maximo nisi respectu Nectarii  
 convenire, quod infra dicitur, *is reddatur Constanti-  
 nopolim, qui prior electus est*: deinde hanc Nectarii  
 destitutionem eo referre licet, quod Theodosio Nec-  
 tarium necdum baptismo initiatum eligenti plures  
 episcopi, si tamen Sozomeno lib. vii, cap. 8, id as-

gnoverit ordinatum, cohærere communionem nostram cum Orientalibus partibus **817** non videmus; præsertim cum ab iisdem Nectarius dicitur illico sine communionis consortio destitutus, a quibus fuerat ordinatus.

6. Non mediocris igitur hic scrupulus. Nec quædam nos angit de domestico studio et ambitione contentio, sed communio soluta et dissociata perturbat. Nec videmus eam posse aliter convenire; nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus: aut certe super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum Orientaliumque concilium.

7. Neque enim indignum videtur, Auguste, ut Romanæ Ecclesiæ antistitis, finitimorumque et Itolorum episcoporum <sup>a</sup> debeant subire tractatum, <sup>b</sup> qui unius Acholii episcopi ita expectandum esse **B** putaverunt iudicium, ut de Occidentalibus partibus Constantinopolim evocandum putarent. Si quid uni huic reservatum est, quanto magis pluribus reservandum est!

8. Nos autem a beatissimo principe fratre tuæ pietatis admoniti, ut tuæ clementiæ scriberemus imperio; postulamus ut ubi una communio est, commune velit esse iudicium, concordantemque consensum.

#### EPISTOLA XIV <sup>c</sup>.

**THEODOSIO quod restituendæ inter orientalem atque occidentalem Ecclesiam unitati operam dedisset, commendato, episcopi cur de ea re superiorem scripserint epistolam, exponunt: addunt curæ etiam sibi fuisse ut fautores Apollinaris condemnarentur: postremo nec se Concilium petendo injuriam cuiquam intulisse, nec a majorum instituto usquam defecisse asserunt.**

Beatissimo imperatori, et clementissimo principi **THEODOSIO, AMBROSIO** et cæteri episcopi Italiæ.

1. Fidei tuæ diffusa toto orbe cognitio intimum nostræ mentis demulsit affectum; eoque, ut hæc quoque gloria tuo imperio crearetur, quod unitatem reddidisse <sup>d</sup> Occidentalium juxta atque Orientalium Ecclesiis videreris, clementiam tuam obsecrandam

serenti credendum est, initio reluctati sunt: tertio demum hæc etiam potuit esse Maximi impostura, quam ille ut efficacius Latinos in partes suas pertraheret, commentus fuerit.

<sup>a</sup> Reg. cod., non debent subire tractatum.

<sup>b</sup> Hermannus lib. x Vitæ Gregorii Nazian. cap. 5. hæc referenda esse conjicit ad historiam concilii Constantinopolitani, ubi dicitur episcopus in causa ut videtur Meletii ac Paulini inter se dissidentes, litteris præpere ad Ægyptios et Macedonicos antistites datis, ipsos invitasse; quod eorum auctoritate, maxime vero Acholii Thessalonicensis, concordiam restitui posse confiderent. Idem porro est ille Acholius qui Theodosium an. 380 baptizavit, et cujus virtutes epist. 15 prædicat Ambrosius.

<sup>c</sup> Scripta circa ann. 382.

<sup>d</sup> Hæc verba referenda videntur ad ista superioris epistolæ num. 5. *cohærere communionem nostram cum orientalibus partibus non videmus.* Quod autem hic subiungitur: *Silemus jam, etc.*, hoc sensu intellige, ut Patres et errorem suum fuisse, quod Nectarii electio ut fuerit peracta ignoravissent, agnoscant; et Maximi

pariter, ac super Ecclesiasticis negotiis instruendam nostris litteris æstimavimus, Imperator tranquillissime ac fidelissime. Dolori enim erat inter Orientales atque Occidentales interrupta sacræ communionis esse consortia.

2. Silemus jam quorum errore, quorumve delicto, ne serere fabulas et alloquia cassa videamur. Nec nos tentasse pœnitet, quod intentatum caderet in culpam. Isto enim sæpe arguebamur, quod posthabere Orientalium societatem, et refutare gratiam videremur.

**818** 3. Laborem quin etiam nobis indicendum putavimus, non pro Italia, quæ jamdudum ab Ariani quietata atque secunda est, nec ulla hæreticorum perturbatione vexatur: non, inquam, pro nobis; quia non quærimus quæ nostra sunt, sed quæ sunt omnium: non pro Gallia atque Africa, quæ omnium sacerdotum concordie societate potiuntur; sed ut ea quæ communionem nostram de Orientis parte turbaverunt, cognoscerentur in synodo, et omnis e medio scrupulus tolleretur.

4. Non solum enim de his de quibus <sup>e</sup> clementia tua dignata est scribere, sed etiam de illis, qui dogma nescio quod, Apollinaris asseritur, in Ecclesiam conantur inducere, nos pleraque moverunt, quæ partibus fuerant reseccanda præsentibus; ut convictus in dogmate novo, et redargutus in errore, nequaquam sub generali fidei lateret nomine: sed illico, quod doctrinæ magisterio non teneret, et officium deponeret, et vocabulum sacerdotis; nec fibræ aliquæ posthac fallere cupientibus, et præstigiæ commenta remanerent. Nam qui convictus non fuerit præsentibus partibus, quod vere augusto principalique responso tua clementia definivit, <sup>f</sup> referendam semper ansulam quæstionis arripiet.

5. Eo igitur obsecravimus <sup>g</sup> sacerdotale concilium, ut nemini liceret mendacium in absentem componere, et in concilio discuteretur quid esset in vero. Itaque non cadit in eos intentionis vel facilitatis ulla suspicio, qui omnia præsentibus partibus observarunt.

delictum; quod concilio mendaciis suis ac fraudibus imposuisset.

<sup>e</sup> Hinc intelligas, nec non ex eo quod infra legitur, *augusto principalique responso*, primis episcoporum litteris rescripsisse imperatorem, et seriem qua Nectarii facta est ordinatio, non secus ac Maximi dulos ac scelera significasse, sicut et quæ ad Paulini ac Flaviani causam pertinebant. Ejus porro quod de Apollinaristis additur, nulla mentio fit in epistola superiore; et quodammodo indicari videtur non ita pridem cognitam sibi fuisse illam hæresim, cum tamen eam jam ante Damasus papa damnasset.

<sup>f</sup> Cod. Reg., referendum semper apostolica quæstionis arripiet.

<sup>g</sup> Respondet hic locus istis superioris epistolæ verbis num. 6, *super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum Orientaliumque concilium.* Quod enim mentem suam in concilii postulatione innumum vitii fuisse, nec accusari merito potuisse contendunt; similiter quoque in eadem superiore epistola criminandi sui causas anteverterant non uno loco.

6. Sane allegata teximus, non definiendi, sed instruendi gratia : et qui iudicium petivimus, non deferimus præiudicium. Neque illum eorum æstimandum convicium fuit, cum rogarentur ad concilium sacerdotum, quorum frequenter præsentior absentia fuit, quando in commune consuluit. Neque enim vel nos æstimavimus esse convicium, cum unus Constantinopolitanæ Ecclesiæ presbyter, Paulus <sup>a</sup> nomine, intra Achaiam synodum Orientalium iuxta atque Occidentalium postulaverit.

7. Advertit clementia tua non fuisse irrationabile postulatum, quod etiam ab orientalibus est pettum. Sed quia Illyrici suspecta movetur, ideo maritima ac tutiora quæsitæ sunt. Neque plane nos tamquam ex forma aliquid innovavimus : <sup>b</sup> sed sanctæ memoriæ Athanasii, qui quasi columen fidei fuit, et veteris sanctitatis patrum nostrorum in conciliis definita servantes, non evellimus terminos, quos posuerunt patres nostri; nec hæreditariæ communionis **819** iura violamus : sed debitam vestro imperio honorificentiam reservantes, studiosos nos pacis et quietis ostendimus.

#### EPISTOLA XV °.

*Acholi mortem se rescivisse, nec sine quodam miraculo; illum non tam mortuum esse, quam ad feliciorum vitam translatum; actiones ejus ut Elisæo similis haberetur commemuisse, ut autem etiam Eliam dicatur exprimere, maxime successorem, quem spiritus sui hæredem fecit, persuadere; jucundissimum sibi fuisse Acholli primum congressum, et ejus obitum plurimis valde flebilem: sed viri sancti desiderium levari virtute successoris.*

AMBROSII ANATOLIO, <sup>d</sup> NUMERID, SEVERO, PHILIPPO, MACE DONIO, AMMIANO, THEODOSIO, EUTROPIO, CLAURO, EUSEBIO, et TIMOTHEO <sup>e</sup> Domini sacerdotibus, et omni clero et plebi Thessalonicensium dilectis, salutem.

1. Dum semper affixum tenere animo desidero virum sanctum, atque omnes actus ejus quasi in specula positus exploro, hausi, nimia indagine sollicitudinis, amaritudinem nuntii celerioris, et quod adhuc mallet nescire, cognovi in cælestibus jam requiescere <sup>f</sup> virum, quem in terris requirebamus.

2. Quæritis quis hoc annuntiaverit, cum vestræ sanctitatis nondum venissent litteræ? Non teneo

<sup>a</sup> Labb. ad marginem isthæc ascribit : *Deturbatus an. 342, cum Hermogene a populo cæso, Constantius Macedonium in sede Constantinopolitana collocavit.*

<sup>b</sup> Eodem sensu hæc verba accipimus, quo in priore quoque epistola dicebatur : *jure et more majorum, sicut et sanctæ memoriæ Athanasius, etc.*

<sup>c</sup> Scripta anno 385.

<sup>d</sup> Mss. aliquot melioris notæ, *Munerio.*

<sup>e</sup> Vct. edit., *dominis sacerdotibus*; Rom. et mss. aliquot, *Domini sacerdotibus*: utriusque vero in aliis pluribus omittitur. At continuo post, ubi omnes edit., *clero plebis Thessalonicensis*, mss. prope ad unum nobis suffragantur.

<sup>f</sup> Edit. dictioni *virum* subjungunt *sanctum Acholium*; quidam recentiores mss. ex his alteram ponunt: plures autem et antiquiores neutram. Ii porro

Auctorem nuntii: et usu quidem venit, ut non libenter teneamus nulliūm mœtitudinis; sed tamen clauso tunc temporis mari, occupatis terrarum barbarica infestatione regionibus, cum deesset qui advenire potuerit, non defuit qui nuntiaret: ut mihi videatur ipse sanctus annuntiasse se nobis, eo quod jam perpetuo laboris sui potiretur stipendio, et solutis vinculis corporis; inter angelorum ministeria Christo adhereret, cupiens amantis sui errorem absolvere; ne illi longævitatē vitæ hujus deprecemur, cui vitæ æternæ jam præmia deferebantur.

3. Abiit ergo, non obiit, et emigravit a nobis veteranus Christi Jesu, <sup>a</sup> cælo terræ istius solum mutans, et plaudens aliis atque remigiis spiritalibus, dicit: *Ecce elongavi fugiens (Psal. LII, 8)*. Cupiebat enim Apostolico spiritu jamdudum terras relinquere: sed tenebatur votis universorum, sicut <sup>b</sup> de Apostolo legimus (*Philip. 1, 23, 24*), quia remorari cum diutius in carne erat Ecclesiæ necessarium. Vivebat enim non sibi, sed omnibus: et populi erat vitæ æternæ minister; ut prius ejus fructum etiam in aliis, <sup>c</sup> quam cognitionem in se adipisceretur.

4. Est igitur jam superiorum incola, possessor civitatis æternæ illius Hierusalem, quæ in cælo est. Videt illic urbis ejus mensuram immensam, purum aurum, lapidem pretiosum, lumen sine sole perpetuum: et hæc omnia jamdudum quidem sibi compta, sed nunc facie **820** ad faciem manifestata videns dicit: *Sicut audivimus, ita et videmus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri (Psal. XLVII, 9)*. Ibi ergo positus appellat populum Dei, dicens: *O Israel, quam magna est domus Dei, et quam ingens locus possessionis ejus! magnus et non habens finem (Baruch. III, 24, 25)*.

5. Sed quid hoc est? Dum merita viri considero, et quasi discedentem spiritu sequor, et sanctorum choris deducentibus spiritum misceor, non merito ullo, sed affectu, pene sum oblitus mei. Itane ergo raptus est nobis murus fidei, gratiæ, et sanctitatis: quem toties ingruentibus Gothorum catervis, nequaquam tamen potuerunt barbarica penetrare tela, expugnare multarum gentium bellicus furor? Denique in cæteris populatores locis, illic pacem rogabant; mirantibusque quid sibi sine milite ullo obsisteret, a prudentioribus intimabatur Elisæi intus

nequaquam absurde sentiunt, qui Ambrosium in sequentibus tacite indicare existimant sibi Acholium post mortem in visione apparuisse.

<sup>a</sup> Ita mss.; at contra edit. posita post vocem *cælo* virgula, dictioni *terræ* conjunctionem que subjungebant. Non satis recte; hic enim *terræ istius solum* opponi *cælo* per se clarum est.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *de apostolo Petro legimus.*

<sup>c</sup> *Cognitionem*, quæ vox deest in edit., e mss. restitutum.

<sup>d</sup> Hoc Baronius contigisse affirmat an. 378. Cum extincto Valente, Gothi victores crudelissimas populationes ac strages ediderunt, de quibus non semel locuti sumus. Nihil tamen vetat, quin hic etiam indicentur anni sequentes; adverbium enim *toties* eandem rem sæpius factam plane testatur.

imitatorem degere, cōtate supparem, non imparē **A**mmum audio, nec in vestris epistolis didici, sed in vestris litteris recognovi. Nam quasi præsciens successurum sibi, etsi promissis tegebat, tamen iudiciis designabat, adjutum se ejus cura, labore, officio memorans; ut jam declarare consortem videretur, qui non quasi novus ad summum sacerdotium veniret, sed quasi vetus sacerdotii executor accederet. Cui pulchre convenit dictum illud Evangelicum: *Euge, bone serve et fidelis, quoniam super pauca fidelis fuisti, super multa te constituam* (Matth. xxv, 23).

6. Et tamen circa discipulos suos diversa dona Christi sunt. Elisæus quidem in Samariam captivas acies induxit Syrorum; sanctus autem Acholius precibus suis fecit, ut de partibus Macedoniae victores fugaret. Nonne et hoc intelligimus virtutis superioris fuisse; ut ubi miles nullus aderat, illic pellerentur sine milite? Nonne et hoc cæcitas est, ut fugerent, quos nullus urgebat? Sed urgebat et præliabatur sanctus Acholius non gladiis, sed orationibus; non telis, sed meritis.

7. An incognitum nobis est dimicare sanctos, etiam cum feriantur? Nonne otiosus erat Elisæus? Otiosus scilicet corpore; sed vibrabat spiritu, et orationibus præliabatur, quando in castris Syriæ vox equitum et vox virtutis magnæ audiebatur: adeo ut putarent Syri aliorum regum adversus se venire exercitus, qui populo Israel adjumento forent; unde percussi magno fugerunt pavore, ita ut leprosi quatuor, qui mortis egressi fuerant desiderio, castra hostium deprædarentur. Nonne in Macedonia similia Dominus per orationes sancti Acholii fecit mira, aut prope majora? Non enim inani metu, nec superflua suspitione, sed saviente lue, et ardenti pestilentia perturbati Gothi ac terribi sunt. Denique tunc fugerunt, ut evaderent: regressi postea pacem rogaverunt, ut viverent.

8. Vidimus itaque in tanti viri meritis superiora sæcula, et opera prophetarum, quæ legebamus, **C** aspeximus. Quasi Elisæus inter arma, inter acies, dum vixit, versatus est, meritis suis componens prælia. Denique ubi securitas cohabitantibus reddita est, quod ipso fuit durius bello, sanctum exhalavit spiritum. Quasi Elias usque ad cælum elevatus est (IV Reg. ii, 11), non curru quidem igneo, nec equis igneis, nisi forte illa non vidimus, nec in commotione aeris: sed in voluntate **821** et placiditate Dei nostri, et sanctorum angelorum lætitia, qui ad se tantum virum transisse gratulabantur.

9. Certe dubitare illa nequaquam possumus, quandoquidem reliqua congruerunt. Siquidem eodem momento, quo ille adhuc elevabatur, velut quodam **A** melotidis suæ dimisso amictu, sanctum Anysium discipulum suum induit, et sui vestivit infulis sacerdotii: cujus meritum et gratiam non nunc pri-

<sup>a</sup> Melotis nihil aliud est quam pellis ovina; quippe quod ovis Græce *μῆλον* dicatur. Quamvis autem hoc loco præcipue ad Eliæ pallium, quod LXX *μηλότην* vocant, Ambrosius alludat; nihil tamen prohibet, quin illum ea voce propterea etiam usum putemus, ut significaret Acholium in episcopatu quoque retinuisse vestem monasticam. Etenim non solum Athanasius Antonium eo indumenti genere usum scribit, sed illud etiam commune Ægyptiis monachis fuisse ex Cassiano, Palladio, Socrate atque aliis cognoscere est.

<sup>b</sup> Non sine verisimilitudine loquuntur, qui hunc primum Acholii cum Ambrosio nostro congressum

annum audio, nec in vestris epistolis didici, sed in vestris litteris recognovi. Nam quasi præsciens successurum sibi, etsi promissis tegebat, tamen iudiciis designabat, adjutum se ejus cura, labore, officio memorans; ut jam declarare consortem videretur, qui non quasi novus ad summum sacerdotium veniret, sed quasi vetus sacerdotii executor accederet. Cui pulchre convenit dictum illud Evangelicum: *Euge, bone serve et fidelis, quoniam super pauca fidelis fuisti, super multa te constituam* (Matth. xxv, 23).

10. Hæc mihi de sancto Acholio vobiscum communia: illud tamen speciale, quod devinctus sum beatæ memoriæ viro; quia tribuit mihi, ut eum non ignorarem. Nam cum <sup>b</sup> eo veniente ad Italiam, ægritudine confectus tenerer, ut non possem occurrere, **B** ipse ad me venit et visitavit. Quo studio, quo affectu ipse in me, et ego in eum irruimus! Quo gemitu mala istius sæculi, et ea quæ hic acciderent, deploravimus! ita ut lacrymarum profluvio vestem infunderemus, dum salutatione exoptatissima, mutuo desiderio, et expetito diu fruimur, adhærenus amplexu. Itaque quod voti mei erat, illius beneficii fuit, quia potui illum videre. Nam etsi major portio, et plenior cognitio sit <sup>c</sup> in spiritu, quo diligimus; tamen etiam in figura corporis videre desideramus. Sic aliquando reges terræ quærebant faciem Salomonis videre, et audire ejus sapientiam (III Reg. x, 21).

11. Discessit igitur a nobis, et nos in hoc reliquit salo: sed quod illi utile, id multis ipso barbarico furore est gravius; quia illum iste depellebat, hunc nobis quis poterit repræsentare? Sed repræsentat Dominus, et se ipse in discipulo repræsentat. Repræsentant judicia vestra, quibus dictum est: *Date Levi manifestos ejus, et veritatem suam viro sancto* (Deut. xxxiii, 18). Dedistis manifestum ejus, utpote ejus institutione fundatum: dedistis imitatorem viri ejus, qui dixit patri suo et matri suæ: *Non vidi te* (Ibid., 9); et fratres suos non scivit, et filios non recognovit: custodivit verbum Domini, et Testamentum ejus observavit. Narrabunt populi justitiam ejus (Eccl. xliv, 15).

12. Talis viri vita, talis hæreditas est, talis conversatio, talis successio. Ille se monasteriis puer dedit, et intra Achaiam angusto clausus tugurio, **822** gratia tamen multarum terrarum peragravit divortia. Ad summum sacerdotium a Macedonicis **D** obsecratus populis, electus a sacerdotibus; ut ubi

anno 582 attribuunt; cum scilicet ille in Italiam venit, concilio quod eodem vertente anno Romæ habitum, cuique Ambrosium etiam interfuisse dicunt, præsens futurus.

<sup>c</sup> Omnes edit., in spiritu videre, quos diligimus; omnes mss. omittunt quidem verbum videre; sed potiores tantum pro quos diligimus, habent quo diligimus.

<sup>d</sup> Adverte hoc loco populis non eligendi aut instituendi episcopi, sed obsecrandi et postulandi tantum jus attribui. De quo nos plenius infra in epist. ad Vercell.

ante fides <sup>a</sup> per sacerdotem claudabatur, ibi postea **A** ad subsidium; ita enim affecerat corpus suum, ut per sacerdotem muralia fundamenta fidei confirmarentur.

13. <sup>b</sup> Non alia etiam ejus discipulus imitatione, qui et ipse dixit patri suo et matri suæ: *Non vidi te (Deut. xxxiii, 9 et seq.)*. Non vidit enim studio, non vidit affectu; et fratres suos non scivit, quia Dominum scire desideravit. Et hic recognovit verbum Domini, et custodivit testamentum ejus, et imponet honorem in ara ejus semper. Benedic, Domine, fidem ejus, sanctitatem, sedulitatem. Benedictio tua veniat super caput ejus, et super cervicem ipsius. Sit honorificus inter fratres suos: sit in eo tauri species; ut ventilat corda inimicorum suorum, et sanctorum mentes demulceat, et judicium sacerdotum tuorum in eo sicut liliū floreat (*Ibid.*; **16 B** *et seq.*). Valete, fratres, et diligite me; quia ego vos diligo.

#### EPISTOLA XVI.

**ANSYSIO** in Acholii locum recens adscito gratulatur, et decessoris sanctimoniam, adolescentiam in monasterio exactam, ornatam virtutibus juventutem, cumulatamque senectutem laudans, ut Anysius ejusdem meritorum successor fiat, apprecatur.

**AMBROSIIUS** episcopus **ANSYSIO** fratri.

1. Jamdudum teneo, etsi nunc primum lego; meritisque compertum habeo, quem oculis non videram. Doleo quidem illud accidisse, sed hoc successisse gaudeo; quia licet, superstitie me, non optaverim illud contingere; speravi tamen, post illius sancti viri exitum, hoc solum posse merito succedere. Tenemus **C** ergo te sanctæ memoriæ Acholii dudum discipulum, nunc successorem, hæredemque ejus vel honoris vel gratiæ. Magnum meritum, frater. Gaudeo tibi, ne uno quidem momento de successore tanti dubitatum viri. Et magnum onus, frater, tanti nominis pondus subisse, tantæ libræ, tantique examinis. Quæritur in te Acholius: et sicut erat in affectu tuo, ita in officiis desideratur illius virtutis, illius disciplinæ effligies, illius fortitudo animi in tam senili corpore.

2. Vidi, fateor, virum; nam et hoc meritis illius debeo, quod illum viderim: vidi ita illum esse in corpore, ut extra corpus putarem: vidi imaginem illius, qui se sive in corpore, sive extra corpus nesciens, raptum ad paradysum viderat (*II Cor. xii, 2*); ita enim percurrerat omnia excursu frequenti, Constantinopolim, Achaiam, Epirum, Italiam, ut juniores cum non possent consequi. Cedebant fortiores corpore, quia eum sine impedimento **823** esse corporis noverant; ut eo tantum pro velamine uteretur, non pro officio: certe ad servitium, non

<sup>a</sup> Mss. non pauci, *per sacerdotem claudabat*; sed non multo minus carere videtur corruptione, quam... *claudabatur*. Quid ergo si legeremus *claudicabat*? Certe concinnius opponeretur sequenti membro: *fundamenta fidei confirmarentur*. Sed *claudabat* potest etiam idem significare, a verbo *claudio* scilicet, seu *claudo*, quæ non penitus inusitata esse Vossius docet.

ad subsidium; ita enim affecerat corpus suum, ut in eo mundum crucifigeret, et mundo semetipsum.

3. Benedictus Dominus, et benedicta adolescentia ejus, quam exegit in tabernaculis Dei Jacob, positus in monasteriis, in quibus cum quæreretur a parentibus vel proximis, dicebat: *Qui sunt fratres mei, aut quæ mater mea (Math. xii, 48)?* Non novi patrem, vel matrem, vel fratres meos; nisi qui audiunt verbum Dei, et faciunt. Benedictus etiam processus juventutis ipsius, in qua ad summum <sup>c</sup> electus est sacerdotium, maturo jam probatus virtutum stipendio. Venit enim tamquam David ad pacem populi reformandam (*II Reg. v, 3*). Venit tamquam illa navis aurum secum intelligibile vehens, et ligna cedrina, et lapides pretiosos (*II Paral. ix, 21*), <sup>d</sup> et illas columbæ pennas deargentatas, quibus medias inter sortes somno pacis et tranquillitatis sopore dormivit (*Psal. lxxvii, 14*).

4. Est enim sanctorum etiam somnus operarius, secundum quod scriptum est: *Ego dormio, et cor meum vigilat (Cant. v, 2)*. Et secundum quod Jacob sanctus (*Gen. xxviii, 13*), divina dormiens videbat mysteria, quæ vigilans non viderat, de cælo ad terras aerem pervium sanctis, respicientem Dominum, et pollicentem terræ ejus possessionem. Itaque brevi somno dormiens impetravit, quod magno labore postea acquisivit hæreditas ejus. Est enim somnus sanctorum feriatas ab omnibus corporis voluptatibus, ab omni animi perturbatione, tranquillitatem menti invehens, placiditatem animæ; ut tamquam **C** soluta nexu corporis se ablevet, et Christo adhæreat.

5. Hic est somnus vita sanctorum, quam vivebat sanctus Acholius, cujus benedicta etiam senectus. Ipsa est vere senectus illa venerabilis, quæ non canis, sed meritis albescit (*Sap. iv, 8*); ea est enim reverenda canities, quæ est canities animæ, in canis cogitationibus et operibus effulgens. Quæ est enim vere ætas senectutis, nisi vita immaculata (*Ibid. 9*), quæ non diebus aut mensibus, sed sæculis propagatur, cujus sine fine est diuturnitas, sine debilitate longævitas? Quo enim diuturnior, eo fortior: et quo diutius eam vitam vixerit, eo fortius in virum perfectum excrescit.

6. Hujus igitur successorem te Dominus non solum honore, sed etiam moribus probet, et summa fundare dignetur gratia; ut ad te quoque populi concurrant, de quibus dicas: *Qui sunt isti, qui sicut nebulae volant, et sicut columbæ cum pullis suis (Esa. 60, 8)?* Veniant quoque sicut naves Tharsis (*II Paral. ix, 21*), quæ accipiant frumentum, quod Salomon verus impertivit viginti mensuras tritici. Accipiant oleum et sapientiam Salomonis, et sit pax inter te,

<sup>b</sup> Edit., *Non aliter etiam*; mss. vero partim, *Non alias etiam*: partim, *Non alia etiam*: quod et melius.

<sup>c</sup> Quidam mss., *elevatus est sacerdotium*.

<sup>d</sup> Ita mss. et vel. edit., nisi quod pro *et* hæ præferunt, ut: Rom. autem edit. locum sic mutat: *ut illa columba pennas habens deargentatas*.

et populum, et testamentum pacis **824** custodias. A nostro sanguini pepercerunt, qui ipsa Ecclesiarum ædificia subruerunt. Petunt etiam ut illis privilegia deferas, <sup>d</sup> qui loquendi et docendi nostris communem usum Juliani lege proxima denegarunt, et privilegia illa, quibus sæpe decepti sunt etiam christiani: nonnullos enim illis privilegiis partim per imprudentiam, partim propter publicarum necessitatum molestias declinandas irretire voluerunt; et quia non omnes fortes inveniuntur, etiam sub principibus christianis plerique sunt lapsi.

<sup>a</sup> EPISTOLA XVII.

*Imperatorum esse religionem tueri: nec ab eis instauracionem superstitionis postulandam. Nullam ergo illorum habendam rationem a quibus quidpiam contra fidei christianæ decus flagitatur. Falso petitionem senatus nomine oblatam esse, cum ei christiani senatores non consenserint. De hoc referri oportere ad Theodosium, et ad episcopos: Valentinianum, si privilegia infidelibus concesserit, ab Ecclesia rejiciendum, sed et fratris ac patris memoriæ irrogaturum injuriam, de qua graviter expostulantes, inducuntur.*

AMBROSIIUS episcopus beatissimo principi, et christianissimo imperatori VALENTINIANO.

1. Cum omnes homines, qui sub ditione Romana sunt, vobis militent imperatoribus, terrarum atque principibus, tum ipsi vos omnipotenti Deo et sacræ fidei militatis. Aliter enim salus tuta esse non poterit, nisi unusquisque Deum verum, hoc est, Deum <sup>b</sup> christianorum, a quo cuncta reguntur, veraciter colat: ipse enim solus verus est Deus, qui intima mente veneretur: *Dii enim gentium dæmonia*, sicut Scriptura dicit (*Psal. xcvi, 5*).

2. Huic igitur Deo vero quisquis militat, et qui intimo colendum recipit affectu, non dissimulationem, non conniventiam, sed fidei studium et devotionis impendit. Postremo si non ista, consensum saltem aliquem non debet colendis idolis, et profanis ceremoniarum cultibus exhibere. Nemo enim Deum fallit, cui omnia etiam cordis occulta manifesta sunt.

3. Ergo cum a te, Imperator christianissime, fides Deo vero sit exhibenda, cum ipsius fidei studium, cautio atque devotio, miror quomodo aliquibus in spem venerit, quod debeas aras diis gentium tuo instaurare præcepto, ad usus quoque sacrificiorum profanorum præbere sumptum; quod enim jamdudum <sup>c</sup> vel fisco vel arcæ est vindicatum, de tuo magis conferre videbere, quam de suo reddere.

4. Et de dispendiis queruntur, qui numquam

<sup>a</sup> Codex Long., *Libellus sancti Ambrosii ad Valentinianum imperatorem juniorem contra Symmachum*, Et revera ipsemet Ambrosius ejusdem Symmachi relationi respondens libelli nomine hoc scriptum citat. Sed cum in mss. cæteris, atque in edit. omnibus epistola non libellus dicatur, mutandam esse vulgarem inscriptionem non putavimus.

<sup>b</sup> Ita vet. edit. ac mss. aliquot: Rom. edit., *christianorum, a quo cuncta reguntur, ipse enim solus verus est Deus, intima mente veneretur*; mss. complures recidunt etiam illa verba, *a quo cuncta reguntur*. Sed ipsa varietas aliunde non videtur exorta, nisi ex eo quod verbum *veneretur* passivo significato dici posse non crediderunt, quo tamen haud semel ab Ambrosio positum, si attentius legeris, deprehendes.

<sup>c</sup> Mas. longe plurimi, *fisco vel arcæ*; alii nonnulli, *fisco vel are*. Non prorsus male; idem enim est, atque confiscatione vel emptione. Verum ab aliis, et cunctis edit. non recedimus.

<sup>d</sup> Christianis a Juliano prohibitum fuisse, ne disciplinas docerent humaniores, jam ad lib. 1 de Fide, cap 13, num. 84, annotavimus. Legem autem proximam hanc forte dicit, quam ultimam promulgaverat idem imperator.

etiam ut illis privilegia deferas, <sup>d</sup> qui loquendi et docendi nostris communem usum Juliani lege proxima denegarunt, et privilegia illa, quibus sæpe decepti sunt etiam christiani: nonnullos enim illis privilegiis partim per imprudentiam, partim propter publicarum necessitatum molestias declinandas irretire voluerunt; et quia non omnes fortes inveniuntur, etiam sub principibus christianis plerique sunt lapsi.

3. Sed hæc si jam sublata non essent, auferenda tuo imperio comprobarem: at cum per **825** totum fere orbem <sup>e</sup> a pluribus retro principibus inhibita interditaque sint, Romæ autem a fratre clementiæ tuæ, augustæ memoriæ Gratiano, fidei veræ ratione sublata sint, et datis antiquata rescriptis; ne quæso, vel fideliter statuta convellas, vel fraterna præcepta rescindas. De negotiis civilibus, <sup>f</sup> si quid statuit, nemo putat esse temerandum; et præceptum de religione calcatur.

6. Nullus obrepat juniore ætati tuæ: sive ille gentilis est, qui ista deposcit, non debet mentem tuam vinculis suæ superstitionis innectere: sed proprio studio docere et admonere te debet, quemadmodum veræ fidei studere debeas; quando ille tanto motu veri vana defendit. Deferendum meritis clarorum virorum et ego suadeo: sed Deum certum est omnibus præferendum.

7. Si de re militari est consulendum, debet exercitati in præliis viri expectari sententia, consilium <sup>C</sup> comprobari: quando de religione tractatus est, Deum cogita. Nullius injuria est, cui Deus omnipotens antefertur. Habet ille sententiam suam. Invitum non cogitis colere, quod nolit; hoc idem vobis liceat, Imperator, et unusquisque patienter ferat, si non extorqueat imperatori, quod moleste ferret, si ei extorquere cuperet imperator. Ipsi gentilibus displicere consuevit prævaricantis affectus; libere enim debet defendere unusquisque fidele mentis suæ et servare propositum.

<sup>e</sup> Designantur hic procul dubio Constantinus Magnus, ejusque filii. Sane quidem superest adhuc lex 4 Constantii de Pagânis, qua templa idolorum claudi, aboleri sacrificia, et facultates huic sacrilego cultui destinatas fisco vindicari decernit. Sed cum Julianus illa omnia, sicuti lib. iv Hist., cap. 13, prodidit Sozomenus, in usum revocasset; Valentinianus, Valens, et Gratianus denuo profanas commentitorum numinum religiones proscripserunt, bonis earum fisco adictis, quemadmodum ex lege 20 de Pagânis, et lege 8 de jure fisci cognoscas licet. Porro Godefridus in Leg. 3 de Quæst., eorum, qui aram Victoriæ an. 382 eversam volunt, errorem esse communem dicit; idque multo ante factum autumat, an. scilicet 376, cum sub Graccho præfecto Urbis hoc contigisse doceant Hieronymus epist. 7 et Prudentius lib. 1 cont. Symmachum. Sed licet apud hos nulla speciatim ejusdem aræ Victoriæ fiat mentio, eam tamen aliquot annis ante 382 sublatam constat, quando quidem et hoc ipso anno ut eadem repararetur, tentare aggressi sunt; et jam ab an. 379 Italiæ ac Romæ præesse Gratianus desiisset.

<sup>f</sup> Edit., *si quid statuitur*.



8. Quod si aliqui nomine christiani tale aliquid A decernendum putant, mentem tuam vocabula nuda non capiant, nomina cassa non fallant. Quisquis hoc suadet, sacrificat, et quisquis hoc statuit: tolerabilius tamen est unius sacrificium, quam lapsus omnium. Totus hic christianorum periclitatur senatus.

9. Si hodie gentilis aliquis, Imperator, quod absit, aram statueret simulacris, et eo convenire cogeret christianos; ut sacrificantibus interessent, ut oppleret anhelitus et ora fidelium cinis ex ara, favilla de sacrilegio, fumus ex busto: et in ea curia sententiam diceret, ubi jurati ad aram simulacri in sententiam cogerentur (propterea enim interpretantur aram locatam, ut ejus sacramento, ut ipsi putant, unusquisque conventus consuleret in medium, cum majore jam curia christianorum numero sit referta), B persecutionem esse crederet christianus, qui cogere-  
retur tali optione ad senatum venire: **826** quod fit plerumque; nam et injuriis convenire coguntur. Te ergo imperatore, christiani in aram jurare cogentur? Quid est jurare, nisi ejus quem testaris fidei tuæ præsumem, diviniæ potentiam confiteri? Te imperatore, hoc petitur et postulatur; ut aram jubeas elevari, sumptum sacrificiis profanis dari?

10. Sed hoc non potest sine sacrilegio decerni; unde rogo te ne id decernas, statuas, vel in ejusmodi decreta subscribas. Convenio fidem tuam Christi sacerdos: omnes conveniremus episcopi, <sup>a</sup> nisi incredibile hoc et repentinum ad aures pervenisset hominum, quod tale aliquid esset vel in consistorio suggestum tuo, vel a senatu peti-  
tum. Sed absit ut C hoc senatus peti-isse dicatur: pauci gentiles communi utuntur nomine. Nam et ante biennium ferme, cum hoc petere tentarent, misit ad me sanctus Damasus Romanæ Ecclesiæ sacerdos, judicio Dei electus, libellum quem christiani senatores dederunt, et quidem innumeri, postulantes nihil se tale mandasse, non congruere gentilium istiusmodi <sup>b</sup> petitionibus, non præbere consensum: questi etiam publice privatimque se non conventuros ad curiam, si tale

<sup>a</sup> Hinc conjicimus relationem Symmachi clanculum imperatori oblatam esse, idque fortassis ne vel episcopi, priusquam ejus postulatis Valentinianus an-  
nueret, intercederent: vel christiani senatores con-  
trario libello dato reclamarent, quod jam in simili causa contigisse testatur Ambrosius.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *petitionibus nos præbere consensum*.

<sup>c</sup> Ita mss. melioris notæ: aliorum aliquot, et cum his edit., *non servare quod non sentis*: reliqui in locandis negationibus inter se dissentiunt, sed pravo sensu.

<sup>d</sup> Legationem designat a Damaso papa sibi commissam, ut nempè apud Gratianum ageret, ne concederet postulata infidelium. Non enim ita dicit, *convenio iterum fidem tuam*, quasi Valentinianum jam convenisset, sed quod ipse jam semel simili provincia, licet apud alium, defunctus esset. Sic etiam eandem legationem *proxime* sibi creditam ait, quod ab illa obita hanc solam suscepisset, quemadmodum legem proximam ea re ab ipso Ambrosio fortasse dictam vidimus, quod esset ultima Juliani imperatoris.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *episcopus convenio*. Quod autem di-

aliquid decoraretur. Dignum est temporibus vestris, hoc est, christianis temporibus, ut dignitas christianis senatoribus abrogetur; quo gentilibus profanæ deferatur voluntatis effectus? Hunc libellum ego fratri clementiæ vestræ direxi; unde constat non senatum aliquid de superstitionis impensis mandasse legatis.

11. Sed fortasse dicatur: Cur dudum non interfuerint senatui, cum ista peterentur? Satis loquuntur quid velint, qui non interfuerunt: satis locuti sunt, qui apud imperatorem locuti sunt. Et miramur tamen si privatis resistendi Romæ eripiunt libertatem, qui nolunt esse liberum tibi non jubere, quod non probas; <sup>e</sup> servare, quod sentis.

12. Et ideo memor <sup>d</sup> legationis proxime mandata mihi, convenio iterum fidem tuam, convenio mentem tuam; ne vel respondendum secundum hujusmodi petitionem gentilium censeas, vel in ejusmodi responsa sacrilegium subscriptionis adjungas. Certe refer ad parentem pietatis tuæ principem Theodosium, quem super omnibus fere majoribus causis consulare consuesti. Nihil majus est religione, nihil sublimius fide.

12. Si civilis causa esset, diversæ parti responsio servaretur; causa religionis est, <sup>e</sup> episcopus convenio. **827** Detur mihi exemplum missæ relationis, ut ego plenius respondeam; et sic de omnibus consultus clementiæ tuæ parens respondere dignetur. Certe si aliud statuitur, episcopi hoc æquo animo pati et dissimulare non possumus; licebit tibi ad Ecclesiam convenire: sed illic non invenies sacerdotem, aut invenies resistantem.

14. Quid respondebis sacerdoti dicenti tibi: <sup>f</sup> Munera tua non quærit Ecclesia, quia templa gentilium muneribus adornasti? Ara Christi dona tua respuit, quoniam aram simulacris fecisti; vox enim tua, manus tua; et subscriptio tua, opus est tuum. Obsequium tuum Dominus Jesus recusat et respuit, quoniam idolis obsecutus es; dixit enim tibi: *Non potestis duobus dominis servire (Matth. vi, 25)*. Pri-

citur non multo post: *clementiæ tuæ parens*, dictio *parens* non hic naturæ significationem habet, sed honoris ac benevolentiae. Siquidem ea quasi monetur Valentinianus adolescentulus, et adhuc sub materna tutela constitutus, ut Theodosium filii amore ac veneratione prosequatur.

<sup>f</sup> Cum Valentinianus adhuc tantum esset catechumenus, nec ei missæ fidelium adesse liceret, hæc munera non possunt intelligi de iis muneribus ac donis, quæ iidem fideles ut ex illis a sacerdote consecratis communicarent, offerebant: sed accipienda sunt de variis illis donariis, quæ ad templorum ornamenta, victum ministrorum, aliosque similes usus christiani jam inde a prisca temporibus conferebant. Unde Marcellinus calumniandi Romanos pontifices ansam arripiens, mirum esse negat, si pontificatus ab ipsis ambiatur: *Cum id adepti*, inquit, *futuri sint ita securi, ut ditentur oblationibus matronarum, etc.* Cæterum quis non miretur non modo quam Ambrosius præ se fert, verum etiam quam in antistitibus aliis præfuisse testatur episcopalem fortitudinem? Felicia tempora, quæ tales sacerdotes edidere!



vilegia tua sacratae Deo virgines non habent, et vindicant virgines Vestae? Cur sacerdotes Dei requiris, quibus petitiones profanas gentilium praestulisti? Alieni erroris societatem suscipere non possumus.

15. Quid respondebis his verbis? Puerum esse te lapsum? Omnis aetas perfecta a Christo est; omnis Deo plena. Pueritia fidei non probatur: parvuli etiam Christum intrepido adversus persecutores ore confessi sunt.

16. Quid respondebis germano tuo? Nonne tibi dicet: Victum me esse non credidi, quia te imperatorem reliqui: mori non dolui, quia te haeredem habebam: imperio me decedere non ingemul; quia imperia mea, praesertim de religione divina, omnibus saeculis mansura credebam? Hos ergo titulos pie virtutis exeteram, has de saeculo manthias, haec B spolia de diabolo, has ego de adversario omnium exuvias offerebam, in quibus aeterna victoria est. Quid mihi plus potuit meus hostis auferre? Abrogasti decreta mea: quod adhuc ille qui contra me levavit arma, non fecit. Nunc gravius telum corpore recipio, quod a fratre mea statuta damnantur. Meliore parte mei apud te periclitor; illa enim mors corporis, ista virtutis est. Nunc mihi abrogatur imperium, et quod est gravius, abrogatur a tuis, abrogatur a meis: et id abrogatur, quod in me etiam mei adversarii praedicantur. Si volens acquievisisti, dampnasti fidem meam: si invitus cessisti, prodidisti tuam. Ergo, quod gravius est, et in te periclitor.

16'. Quid respondebis etiam patri, qui te majore dolore conveniet, dicens: De me, fili, 828 pessime C judicasti, qui putasti quod ego gentilibus convenientiam praestitsem: nemo ad me b detulit aram esse in illa Romana curia; numquam tantum nefas credidi, quod in communi illo christianorum gentiliumque concilio sacrificarent gentiles, hoc est, insultarent gentiles praesentibus christianis, et iuviti christiani interesse sacrificii cogerentur. Multa et diversa crimina, me imperante, commissa sunt, ultus sum quaecumque sunt deprehensa: si quis tunc latuit, debet ergo dicere me probasse, quod ad me nemo detulerat? De me pessime judicasti, si mihi superstitio aliena, non fides mea servavit imperium.

a Omnes edit. ac plures mss., *Christo est. Omnis Deo plena pueritia fidei comprobatur*: ac locum h. l. restituere cod. Belv., Thuan., Reg. et Carol.: ut in textu. Ibi autem observa non obscuram allusionem ad Apostolica illa I Cor. xiv, 20: *Notite pueri effici sensibus*, etc. Opportunum porro hoc tempus pagani ad sacrorum obtinendam restitutionem arbitrati sunt, non solum propter imperatoris pueritiam per quam regimini esse consuevit debitus: sed et propter Maximum tyrannum, a quo Italiae eruentem bellum imminabat.

b Baronius ad an. 371 haec verba magis rhetorico impetu ad delinendum Valentiniani pueri animum, quam ex veritate dicta existimat. Seniores enim illa ignorare non potuisse: nec sane mirum, si dissimularit, cum leges etiam promulgaverit pro libertate ethnicae religionis. Sed pace tanti viri, nequaquam videtur prudentiae, qua erat Ambrosius, illa dixisse quorum falsitatem non nesciret fore ab adversario

17. Unde cum id advertas, Imperator, Deo primum, deinde patri et fratri injurias irrogari, si quid tale decernas; peto ut id facias, quod salutis tuae apud Deum intelligis profaturum.

#### c RELATIO SYMMACII URBIS PRAEFECTI.

*Imperatoribus supplicat senatus nomine, ut veteres religiones instaurantur, ac reparentur ara Victoriae, ut ad eam iujurandum exigatur more antiquo; non enim superiores principes in eo imitandos, quod eam sustulere, sed in eo quod alios ritus non sustulerunt. Hoc ab eis Romam poscere, et profecto sine damno aerarii concedi posse: iniquum autem illud habendum, quod bona sibi legata Vestales sacrificique adire prohibeantur: quam rem dii ulli dicuntur immisca fame. Negat denique dicendum, quod peit, sumptum publicum: et orationem cohortando imperatores ad postulata sibi praestanda claudit.*

1. t Ubi primum senatus amplissimus, semperque vester, subjecta legibus vitia cognovit, et a principibus piis vidit purgari famam proximorum temporum, boni saeculi auctoritatem secutos, evolvit diu pressum dolorem, atque d iterum me querelarum suarum iussit esse legatum: e cui ideo divi principis denegata est ab improbis audientia quia non erat iustitia defutura, domini imperatores Valentinian, Theodosi, et Arcadii Inelyti, victores ac triumphatores, semper augusti.

2. e Gemino igitur functus officio, et ut praefectus vester gesta publica prosequor, et ut legatus civium mandata commendo. Nulla est hic dissensio voluntatum; quia jam credere homines desierunt f aulicorum se studio praestare, si discrepent. Amari, coli, diligi, majus imperio est. Quis ferat obvisse reipublicae privata certamina? Merito illos senatus insequitur, qui potentiam suam famae principis praetulerunt.

3. e Noster autem labor pro clementia vestra ducit excubias. 829 Cui enim magis commodat quod instituta majorum, quod patriae jura et fata defendimus, quam temporum gloriae: quae tum major est, cum vobis contra morem parentum intelligitis nil licere? Repetimus igitur religionem statum, qui reipublicae diu profuit. Certe numerentur principes

quam facillime revincendam. Et sane ut eidem principi ignorare non licuerit hanc illam aram in curia positam fuisse, maxime tamen credibile est de sacrificiis, quibus ibidem interesse adigebantur christiani, deque juramentis quae ab his exigere solebant infideles, ad eum nihil delatum esse.

e Scripta anno 384.

d Discimus ex his verbis eundem Symmachum ab ethnicis senatoribus ante biennium electum fuisse, ut sacrorum suorum obtinere instaurationem conaretur: de qua Ambrosius superiori epist. num. 12.

e Cui ideo divi principis . . . semper augusti, haec tota pericope in Rom. edit. jugulata est: quae non solum in aliis edit. cunctisque mss. invenitur, verum etiam libellorum supplicum formula erat.

f Ita mss. et Rom. edit. Amerb. vero, Eras. ac Gill., *credere desierunt. Aliquorum ministri regum coguntur studio se praestare. At infra vet. edit. cum mss. longe plurimis, jura et facta.*

utriusque sectæ, utriusque sententiæ; <sup>a</sup> proximus A pes mei probabile iudicabunt, qui sacramento publico tuti sunt.

4. « Quis ita familiaris est barbaris, ut aram victoriæ non requirat? Cauti in posterum sumus, et talium rerum ostenta vitamus. Reddatur tamen <sup>b</sup> saltem nomini honor, qui numini denegatus est. Multa victoriæ debet æternitas vestra, et adhuc plura debet. Aversentur hanc potestatem, quibus nihil profuit: vos amicam triumphis patrocinium nolite deserere. Cunctis potentia ista votiva est: nemo colendam neget, quam profitetur optandam.

5. « Quod si <sup>c</sup> hujus ominis non esset justa vitatio, ornamentis saltem curiæ decuit abstinere. Præstate, oro vos, ut ea quæ pueri suscepimus, senes posteris B relinquamus. Consuetudinis amor magnus est. Merito divi <sup>d</sup> Constantii factum diu non stetit. Omnia vobis exempla vitanda sunt, quæ mox remota didicistis. Æternitatem curamus famæ et nominis vestri; ne quid futura ætas inveniat corrigendum.

6. « Ubi in leges vestras et verba jurabimus? qua religione mens falsa terrebitur; ne in testimoniis mentiat? Omnia quidem Deo plena sunt, nec ullus perfidius tutus est locus: sed plurimum valet ad metum delinquendi etiam præsentia religionis urgeri. Illa ara concordiam tenet omnium, illa ara fidem convenit singulorum: neque aliquid magis auctoritatem facit sententiis nostris, quam quod omnia quasi juratus noster ordo decernit. Patebit ergo sedes profana perjuriis, et hoc inclyti princi-

pes mei probabile iudicabunt, qui sacramento publico tuti sunt.

7. « Sed divus Constantius idem fecisse dicitur. Cætera potius illius principis æmulemur: qui nihil tale esset aggressus, si quis ante se alius deviasset. **830** Corrigit enim sequentem lapsus prioris, <sup>e</sup> et de reprehensione antecedentis exempli nascitur emendatio. Fas fuit ut parens ille clementiæ vestræ in re adhuc nova non caveret invidiam. Num potest etiam nobis eadem defensione convenire, si imitemur, quod meminimus improbatum?

8. « Accipiat æternitas vestra alia ejusdem principis facta, quæ in usum dignius trahat. <sup>f</sup> Nil ille decerpit sacrarum virginum privilegiis, replevit nobilibus sacerdotia, Romanis ceremoniis non negavit impensas, et per omnes vias æternæ Urbis lætum secutus senatum, vidit placido ore delibra, legit inscripta fastigiis <sup>g</sup> deorum nomina, percontatus est templorum origines, miratus est conditores. Cumque alias religiones ipse sequeretur, has servavit imperio; suus enim cuique mos, suus cuique ritus est. Varios custodes <sup>h</sup> urbibus et cultus mens divina distribuit. Ut animæ nascentibus, ita populis fatales genii dividuntur. <sup>i</sup> Accedit utilitas, quæ maxime homini deo asserit. Nam cum ratio omnis <sup>j</sup> in aperto sit, unde rectius quam de memoria atque documentis rerum secundarum cognitio venit numinum? Jam si longa ætas auctoritatem religionibus faciat, servanda est <sup>k</sup> tot sæculis fides, et sequendi sunt nobis parentes, qui secuti sunt feliciter suos.

9. « Romam nunc putemus assistere, atque his

<sup>a</sup> Proximus, id est, Julianus: recentior, nempe Valentinianus; qui etiam sequenti sententia cum Valente fratre significatur nomine proximatorum. Adverte autem in hac Symmachi Relatione admodum desiderari prudentiam, quandoquidem non secus de suis numinibus ac sacrificiis cum imperatore christiano loquitur passim, ac si cum idolorum cultore loqueretur.

<sup>b</sup> Pauci mss., saltem homini honor.

<sup>c</sup> Reg. edit., hujus ominis non est etiam justa vitatio; ab his mss. aliquot hoc solo distant, quod pro non est etiam, legunt non esset: reliqui vero locum ita exhibent, hujus hominis non esset justa vitatio. Non satis recte. Porro aliam lectionem sequitur Onuphr. Paninus lib. de Civit., Rom. voces hujus hominis, mutans in hujus numinis, et ponens visitatio pro vitatio; indicans etiam alicubi scriptum, usitatio. Sed præstare putamus lectionem nostram, cujus hic est sensus: etsi justum non esset vitare malum onem, <sup>d</sup> quod ex dejecta Victoriæ ara ducitur, tamen, etc.

<sup>e</sup> Ita edit. ac mss. omnes, excepto uno Long., ubi habetur Constantini factum. Baronius autem ad ann. 346 suadet legendum Constantis factum quasi exprobraret Symmachus imperium Constantis breve fuisse, ac propter vetita Deorum sacra eum a Magnentio de medio sublaturum. Quam conjecturam egregie hinc putat confirmari, quod infra subditur, Sed divus Constantius, cod. Long. Constantinus, etc. Idem ad ann. 356 eadem iterat atque asserit. Baronium sequitur Godefridus in leg. 2 et 3 de paganis, quas Constantis esse arbitratur; atque in hanc ultimam eo loci a Symmacho, Constantis facto, tacite Magnentii, deorum nempe sacra reddentis, factum opponi existimat. Deinde vero propositis Constantii tribus legibus, quæ templorum aditu, nec non usu sacrificiorum

interdicitur, in 3 tradit per hæc tempora, scilicet ann. 356 a Constantio aram Victoriæ dirutam esse, idque ex his Symmachi ac Ambrosii scriptis probari. Verumtamen eorum argumenta non sunt tanti, ut contra tot mss. et cunctarum edit. auctoritatem Constantium hic deseramus. Quid enim vetat, ne dicatur ipsius factum non diu stetit, sed illud proximus ejusdem Constantii successor Julianus antiquaverit? Deinde quod Constantii Symmachus iterum fecerit mentionem, id more Oratorum eadem subinde, cum sibi ex usu esse putant, iterantium, non abhorret. Huc adde quod infra dicitur: qui nihil tale esset aggressus, si quis ante se alius deviasset. Quo enim pacto ista Constantio et Symmachi mente convenirent, si latas a germano hac de re leges, atque a Magnentio sublatas intellexisset idem Constantius? Credibile ergo est nocturna tantum sacrificia a Constante fuisse prohibita, quæ Magnentius restituisse reperitur.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, et deprehensionis antecedentis exemplo.

<sup>f</sup> Marcellinus lib. xii, cap. 11, Constantii in Urbem ingressum commorationemque describit, ad quam haud dubie hoc loco alludere voluit Symmachus.

<sup>g</sup> Mss. aliquot, Deum numina.

<sup>h</sup> Ita omnes edit. mss.; autem fere ad unum omitunt negationem; nec pauci quoque dictionem cul-tus; cujus loco legit urbibus cunctis citatus jam supra Paninus.

<sup>i</sup> Epictetus Enchir. cap. 38: ὅπου γὰρ τὸ σὺμπερον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. Uterque ergo pietatis fundamentum vult esse utilitatem: sed non eodem modo hanc definiunt.

<sup>j</sup> Mss. aliquot, in aperto sit; unus, in operato sit.

<sup>k</sup> Rom. edit. sola, totius sæculi fides.

vobiscum agere sermonibus : Optimi principes , patres patriæ reveremini annos meos , in quos me pius ritus adduxit. Utar ceremoniis avitis ; neque enim pœnitet. Vivam meo more , quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit : hæc sacra Annibalem a mœnibus , a Capitolio Senonas repulerunt. Ad hoc ergo servata sum , ut longæva reprehendar ? Videro quod instituendum putatur ; sera tamen et contumeliosa emendatio senectutis.

10. « Ergo diis <sup>a</sup> patriis , diis indigetibus pacem rogamus. Æquum est quiquid omnes colunt , unum putari. Eadem spectamus astra , commune cœlum est , idem nos mundus involvit. Quid interest qua quisque prudentia verum requirat ? Uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum : sed hæc otiosorum disputatio est : <sup>b</sup> nunc preces , non certamina offerimus. »

**§ 31** 11. « Quanto commodo sacri ærarii vestri Vestalium virginum prærogativa detracta est ? Sub largissimis imperatoribus denegatur , quod parcissimi præstiterunt ? Honor solus est in illo velut stipendio castitatis. Ut vitæ earum capiti decus faciunt , ita insigne ducitur <sup>c</sup> sacrificii vacare muneribus. Nudum quodammodo nomen immunitatis requirunt ; quoniam paupertate a dispendio tutæ sunt. Itaque amplius laudi earum tribuunt , qui aliquid rei detrahunt ; siquidem saluti publicæ dicata virginitas crescit merito , cum caret præmio.

12. « Absint ab ærarii vestri puritate ista compendia. Fiscus honorum principum non sacerdotum damnis , sed hostium spoliis augeatur. Ullumne lucrum compensat invidia ? Et quia avaritia in mores vestros non cadit , hoc miseres sunt , quibus subsidia vetera decerpta sunt. Etenim sub imperatoribus , qui alieno abstinent , qui resistunt cupiditati , ad solam detrahatur amittentis injuriam , quod desiderium non movet auferentis.

13. « Agros etiam virginibus et ministris <sup>d</sup> deficientium voluntate legatos fiscus retentat. Oro vos , justitiam sacerdotes , ut urbis vestræ sacris reddatur privata successio. Dictent testamenta securi , et sciant

<sup>a</sup> Mss. non pauci , *diis patriis indigetibus* , quidam corrupte *indigentibus*. Sane quidem Virg. lib. 1 Georg. conjunctim ponit , *dii patrii indigetes* : at nihil impedit quominus duo hæc nomina Symmachus dividerit. Nam ut raro indigetis pro iisdem accipiantur , qui dicuntur a Græcis *θεοι πατριοι και ενχωριοι* , sæpe tamen pro heroibus in deos relatis , atque inter eos <sup>d</sup> degentibus sumuntur. Vide alias quoque ejusdem significationes apud Vossium in Etymol. Jos. Laurentium lib. 11 Polym. , dissert. 49 , atque alios.

<sup>b</sup> Ita vel. edit. ac mss. exceptis paucis , ubi etiam legitur *nunc certamina* : Rom. autem edit. , *nos preces , non certamina*. Per certamina vero intelligi non debent pugnae armis commissæ ; sed concertationes illæ , quas proxime ante dicit esse *otiosorum*.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola , *sacerdoti vacare muneribus*.

<sup>d</sup> *Deficientium* nomine illos appellat , quorum vita senectutis oneri cedit , quos Ambrosius *defectos* vocare solet , maxime enim obsignantur ab hujusmodi testamenta.

<sup>e</sup> *Justa commoda* ideo dicit , quia nec hæreditatem integram , nec legata quælibet accipere servis licebat : sed vel peculium , id est , modicam pecu-

sub principibus non avaris stabile esse , quod scriperint. Delectet vos ista felicitas generis humani , cœpit causæ hujus exemplum sollicitare morientes. Ergo Romanæ religiones sub Romana jura non continent ? Quod nomen accipiet ablatio facultatum , quas nulla lex , nullus casus fecit caducas ? Capiunt legata liberti , servis testamentorum <sup>e</sup> justa commoda non negantur ; tantum nobiles virgines , et fatallium sacrorum ministri excluduntur prædiis hæreditate quæsitis. Quid juvat saluti publicæ castum corpus dicare , et imperii æternitatem cœlestibus fulcire præsidiiis , armis vestris , aquilis vestris amicas applicare virtutes , pro omnibus efficacia vota suscipere , et jus cum omnibus non habere ? Itaque melior est servitus , quæ hominibus impenditur. Rem publicam lædimus , cui numquam expedit ut ingrata sit.

14. « Nemo me putet solam causam religionum tueri : <sup>f</sup> ex hujusmodi facinoribus orta sunt cuncta Romani generis incommoda. Honoraverat lex parentum vestales virgines , ac ministros deorum , victu modico , justisque privilegiis. Stetit muneri hujus integritas usque ad degeneres trapezitas , qui ad mercedem vilium bajulorum sacræ castitatis alimenta verterunt. Secuta est hoc factum fames publica , et spem provinciarum omnium messis ægra decepit. Non sunt hæc vitia terrarum. Nihil imputamus astris. Nec rubigo segetibus obsuit , nec **§ 32** avena <sup>g</sup> fruges necavit : sacrilegio annus exaruit ; necesse enim fuit perire omnibus , quod religionibus negabatur.

15. « Certe si est hujus mali aliquod exemplum , imputemus tantam famem viribus annorum. Gravis hænc sterilitatem aura constrinxit : silvestribus arbutis vita producitur , et rursus <sup>h</sup> ad Dodonæas arbores plebis rusticæ inopia convolvavit. Quid tale provinciæ pertulerunt , cum religionum ministros honorum publicos pasceret ? Quando in usum hominum concussa quercus , quando vulsæ sunt herbarum radices , quando alternos regionum defectus deseruit fecunditas mutua ; cum populo et virginibus sacris

nixæ summam , vel pensionem aliquam , ut puta fructuum , vestium , etc. Nam *commoda* pro pensione quæ sacerdotibus , militibusve attribuantur , usurpari ex Suetonio , Juvenali atque aliis intelligimus.

<sup>i</sup> Vetus erat ac trita paganorum criminatio , ut imperium nullam pateretur calamitatem , quin eam christianæ religioni acceptam ferrent. Eleganter Tertullianus Apolog. cap. 40. *Si Tiberis , inquit , ascendit ad mœnia , si Nilus non ascendit in arva , si cœlum stetit , si terra movit , si fames , si lues ; statim christianos ad leonem*. Verum hæc calumnias præter eundem Tertullianum hoc ipso Apologetico , et Ambrosium nostrum sequenti dissertatione , alii quoque innocentis Christianorum defensores confutarunt , inter quos Augustinus editis libris de Civit. Dei palmam tulit.

<sup>g</sup> Pauci mss. , *fruges negavit*.

<sup>h</sup> Mss. nonnulli , *ad idoneas arbores*. Male ; sunt enim dodonææ arbores quercus , e quarum glandibus victitasse feruntur primi homines : ac proinde tanta fuisse fames significatur , ut mitiorum frugum defectu glandes esitare pauperes coacti sint.

communis esset annona? Commendabat enim terrarum proventus victus antistitum, et remedium magis, quam largitas erat. An dubium est semper pro copia omnium datum, quod nunc inopia omnium vindicavit?

16. « Dicit aliquis sumptuum publicum denegatum alienae religionis impenditis. Absit a bonis principibus ista sententia; <sup>a</sup> ut quod de communi quibusdam tributum est, in jure fisci esse videatur. Nam cum respublica de singulis constet; quod ab ea proficiscitur, sit rursus proprium singulorum. Omnia regitis, sed suum cuique servatis: plusque apud vos justitia, quam licentia valet. Consultite certe munificentiam vestram, an haec publica velit existimari, quae in alios transtulistis? Semel honori urbis delata compendia desinunt esse tributivum: et quod a principio beneficium fuit, usu atque aetate fit debitum. Inanem igitur metum divino animo vestro tentat incutere, si quis asserit conscientiam vos <sup>b</sup> habere praebentium, nisi detrahentium subieritis invidiam.

17. « Faveant clementiae vestrae sectarum omnium arcana praesidia: et haec maxime, quae majores vestros aliquando juverunt, vos defeudant, a nobis colantur. Eum religionum statum petimus, qui divo <sup>c</sup> parenti culminis vestri servavit imperium, qui fortunato principi legitimos suffecit haeredes. Spectat senior ille divus ex arce siderea lacrymas sacerdotum, et se culpatum putat more violato, quem libenter ipse servavit.

18. « Praestate etiam divo fratri vestro alieni consilii correctionem: tegite factum quod senatui displicuisse nescivit. Siquidem constat ideo exclusam legationem, ne ad eum iudicium publicum perveniret. Pro existimatione est temporum superiorum, ut non dubitetis abolere, quod probatum est principia non fuisse. »

833 <sup>d</sup> EPISTOLA XVIII.

*Relationi Symmachi respondet AMBROSIIUS, et post conciliatam sibi VALENTINIANI benevolentiam, tria in eadem relatione praecipua capita aggreditur. Nam*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, ut quod commune; reliqui, ac edit., ut quod de commune; vet. edit., olim de commune.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., habere praesentiam. Non recte; conscientiam enim habere praesentium, etc., idem est ac tam in culpa esse, quam si praebent, nisi detraxerint.

<sup>c</sup> Rom. edit., parenti vestro culminis servavit, etc. Quod autem ait numinum suorum religionibus servatum Valentiniani senioris imperium, hoc eo sensu intelligendum est, non quod illas secutus fuerit, sed quod non aboleverit, sicut a Symmacho supra dictum est. Hanc etiam ob rem eundem principem commendat ethnicus Marcellinus lib. xxx, c. 9. Quia immo idem Valentinianus libertatem cuique sequendae religionis, quam elegerit, a se relictam, lege 9 de Maleficiis testificatur. Et hoc ipsum est cur de Valentiniano juniore Ambrosius in funebri ejusdem laudatione: *Quod patri defuerat, inquit, adjunxit: quod frater constituit, custodivit.*

<sup>d</sup> Scripta a. n. 384.

<sup>e</sup> Nonnulli mss., et christianissimo imperatori.

*prosopopeia qua Roma priores suos ritus poteros fingebatur, alia ejusdem Romae contraria efflagitantis opponitur, cum Vestalibus et sacrificiis virginis sacrae et Christi sacerdotiae comparantur, ac tandem quod sublatis illis ceremoniis famem vitam fuisse dictitabatur, id vanum esse inquisitionis argumentis demonstratur.*

AMBROSIIUS episcopus beatissimo principi, <sup>e</sup> et clementissimo imperatori VALENTINIANO augusto.

1. Cum <sup>f</sup> vir clarissimus praefectus urbis Symmachus ad clementiam tuam retulisset, ut ara quae de urbis Romae curia sublata fuerat, redderetur loco; et tu, imperator, licet adhuc in minoris erit tirocinio florentibus novus annis, fidei tamen virtute veteranus obsecrata gentilium non probares; eodem, quo comperi, puncto libellum obtulisti: quo licet comprehenderim, quae suggestioni necessaria viderentur; poposci tamen exemplum mihi relationis dari.

2. Itaque non fidei tuae ambigua, sed providae cautionis, et pii certus examinis, hoc sermone relationis assertioni respondeo, hoc usum petens, ut non verborum elegantiam, sed vim rerum <sup>g</sup> expectandam putes. Aurca enim, sicut Scriptura divina docet (Eccl. vi, 11), est lingua sapientium literaturae, quae phaleratis dotata sermonibus, et quadam splendentis eloquii velut coloris pretiosi corusco resultans, capit animarum oculos <sup>h</sup> specie formosi, visuque perstringit. Sed aurum hoc, si diligentius manu tractes, <sup>i</sup> foris pretium, iatus metallum est. Volve, quae so, atque excute sectam gentilium: pretiosa et grandia sonant, veri effusa deflaunt: Deum loquuntur, simulacrum adorant.

3. Tria igitur in relatione sua vir clarissimus praefectus urbis proposuit, quae valida putavit: quod Roma veteres, ut ait, suos cultus requirant, et quod sacerdotibus suis virginibusque Vestalibus emolumenta tribuenda sint, et quod emolumentis sacerdotum negatis, famae secuta publica sit.

4. In prima propositione, flebili Roma quae sermone illacrymat, voleres, ut ait, cultus ceremoniarum <sup>834</sup> requirens. Haec sacra, inquit, <sup>j</sup> Anni-

<sup>f</sup> Vir clarissimus non tam honori personae tribuitur, quam dignitatis titulus ac significatio est, ut jam alicubi observavimus. Adi etiam, si vacat, Alcaii lib. iii. Dispunctionum.

<sup>g</sup> Rom. edit., expendendam putes; reliquae, ac mss., expectandam putes, uvo Vat. cod. excepto, ubi expetendam.

<sup>h</sup> Duo mss., specie formosa, visuque perstringit; unus, specie formositate perstringit; caeteri et edit., specie formosi, visuque, Rom. visuque perstringit.

<sup>i</sup> Foris pretium, supple, auri praese fert, Intus metallum, ars videlicet aut ferrum; ubi generis nomen pro viliori specie positum est.

<sup>j</sup> Annibalem Carthaginiensium ducem Romano populo infensissimum neino pascit in summum periculum res Romanorum adduxisse: qui tandem Apulia: deliciis mollitus, et Fabii cunctatione debilitatus, Italia recedere coactus fuit, ac postmodum a Scipione Africano debellatus. Sequens vero cum e Celtica Gallia in Italiam transisset, urbem ipsam armis coeperunt; at Capitolium deluam capum custod-

balem a mœnibus, a Capitolio Senonas repulerunt. Itaque dum sacrorum potentia prædicatur, infirmitas proditur. Ergo Annibal diu sacris insultavit Romanis, et diis contra se dimicantibus, usque ad muros urbis vincendo pervenit. Cur se obsideri passi sunt, pro quibus deorum suorum arma pugnabant?

5. Nam de Senonibus quid loquar, quos Capitolii secreta penetrantes Romanæ reliquiæ non tulissent, nisi eos pavido anser strepitu prodidisset? En quales templa Romana præseles habent. Ubi tunc erat Jupiter? An in anserem loquebatur?

6. Verum quid negem sacrorum ritus militasse Romanis? Sed etiam Annibal eosdem Deos colebat. Utrum volunt igitur, eligant. Si in Romanis vicerunt sacra, in Carthaginensibus ergo superata sunt: si in Carthaginensibus triumphata, nec Romanis utique profuerunt.

7. Facessat igitur invidiosa illa populi Romani querela: <sup>a</sup> non hanc Roma mandavit. Aliis illa eos interpellat vocibus: Quid me casso quotidie gregis innoxii sanguine cruentatis? Non in fibris pecudum, sed in viribus bellatorum tropæa victoriæ sunt. Aliis ego disciplinis orbem subegi. Militabat <sup>b</sup> Camillus, qui sublata Capitolio signa, cæsis Tarpeiæ rupis triumphatoribus, reportavit: stravit virtus, quos religio non removit. Quid de <sup>c</sup> Attilio loquar, qui militiam etiam mortis impendit? Africanus non inter Capitolii aras, sed inter Annibalis acies triumphum invenit. Quid mihi veterum exempla profertis? Odi ritus Neronum. Quid dicam <sup>d</sup> bimestres imperatores, et terminos regum cum exordiis copulatos? Aut forte <sup>e</sup> illud est novum, barbaros suis excessisse finibus? Numquid etiam illi christiani fuerunt, quorum miserabili novoque exemplo <sup>f</sup> alter captivus imperator, sub altero captivus orbis, <sup>g</sup> sefellisse quæ victoriam promittebant, suas ceremonias prodiderunt? Numquid et tunc non erat ara victoriæ? Pœnitet lapsus: vetusta canities pudendi sanguinis traxit ruborem. Non erubesco cum toto orbe longeva coperti. Verum certe est quia nulla ætas ad perdendum <sup>h</sup> sora est. Erubescat senectus, quæ emendare se

dia occupaturi, anserum gingritu detecti sunt, et a Manlio de Tarpeia rupe dejecti.

<sup>a</sup> Omnes edit, non hæc Roma mandavit; mss. aliquot, non hanc rem mandavit; reliqui melius, non hanc, etc., supple querelam.

<sup>b</sup> Camillus quinquies dictator creatus est, et ob præclara in Remp. merita alter Romulus dictus. Hic collectis Romanorum reliquiis Senonas prædæ intentos fudit ac profligavit: quo potissimum nomine hic ab Ambrosio memoratur.

<sup>c</sup> Attilius Regulus a Carthaginensibus, a quibus captus in bello fuerat, ad Senatum de permutandis captivis missus, cum eam permutationem efficaciter dissuasisset, Carthaginem ad certissimam et crudelissimam mortem rediit.

<sup>d</sup> Galbam, Othonem, Vitellium intelligit, quorum Galba septimo imperii mense occisus est, Otho nonagesimo quinto die, Vitellius octavo mense, tres certe annos trini principes in imperio non impleverunt, quod eleganti carmine comprehensum est ab Ausonio:

Galba senex, Otho lascive, famose Vitelli,  
Tertia vos Latio regnantes nesciit ætas.

non potest. Non annorum <sup>e</sup> canities est laudata, sed morum (*Sap.* iv, ix). Nullus pudor est ad meliora transire. Hoc solum habebam commune cum **835** barbaris, quia Deum antea nesciebam. Sacrificium vestrum ritus est bestiarum cruore respergi. Quid in mortuis pecudibus quæritis Dei voces? Venite, et discite in terris cælestem militiam: hic vivimus, et illic militamus. Cæli mysterium doceat me Deus ipse, qui condidit: non homo, qui se ipsum ignoravit. Cui magis de Deo, quam Deo credam? Quomodo possum vobis credere, qui fatemini vos ignorare quod colitis?

8. Uno, inquit, itinere non potest perveniri ad tam grande secretum. Quod vos ignoratis, id nos Dei voce cognovimus. Et quod vos suspicionibus quæritis, nos ex ipsa sapientia Dei et veritate compertum habemus. Non congruunt igitur vestra nobiscum. Vos pacem diis vestris ab imperatoribus obsecratis, nos ipsis imperatoribus a Christo pacem rogamus. Vos manuum vestrarum adoratiæ opera, nos injuriam ducimus omne quod fieri potest, Deum putari. Non vult se Deus in lapidibus coli. Denique etiam ipsi philosophi vestri ista riserunt.

9. Quod si vos ideo Christum Deum negatis; quia illum <sup>h</sup> mortuum esse non creditis (nescitis enim quod mors illa carnis fuerit, non divinitatis, quæ fecit ut credentium jam nemo moriatur) quid vobis imprudentius, qui contumeliose colitis, et honorifice derogatis; verum enim Deum lignum putatis. O contumeliosa reverentia! Christum mori potuisse non creditis. O honorifica pervicacia!

10. Sed vetera, inquit, reddenda sunt altaria simulacris, ornamenta delubris. Reposcantur hæc a consorte superstitionis: christianus imperator aram solius Christi didicit honorare. Quid manus piæ et ora fidelia ministerium suis cogunt <sup>i</sup> sacrilegis exhibere? Vox imperatoris nostri Christum resultet, et illum solum, quem sentit, loquatur; quia *cor regis in manu Dei* (*Prov.* xxi, 1). Numquid imperator gentilis aram Christo levavit? Dum ea quæ fuerunt, repossunt, exemplo suo admonent quantum christi

Nisi hoc potius referri velimus ad *Æl.* Pertinacem qui duobus mensibus et diebus 25 et ad Didium, qui duobus mensibus et quinque diebus in imperio fuisse: quod certius convenit cum spatio Ambrosiano. Ita Nannius.

<sup>e</sup> Idem Nannius ad hæc verba: Id haud dubie, inquit, de Lic. Valeriano, et filio ejus Gallieno intelligendum, quorum pater captus a rege Persarum Sapore, cui ascensuro cervicem pro scabello subiciebat, in miserabili servitute consenuit: alter orbem terrarum luxu et nequitia perdidit; adeo ut trigenta tyranni provincias occupaverint, et feminæ quoque contra eum diadema sumpserint.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, sefellitque quæ victoriam promittebat. Minus commode.

<sup>g</sup> Omnes edit. ac pauci mss., canities est laudanda.

<sup>h</sup> Nonnulli mss., mortuum esse creditis; reliqui, et omnes edit... non creditis. Melius ut docent sequentia, Christum mori potuisse non creditis.

<sup>i</sup> Pauculi mss., sacrificiis exhibere.

tiani imperatores religioni, quam sequuntur, debeant A deferre reverentiæ; quando gentiles superstitionibus suis omnia detulerunt.

11. Dudum cœpimus, <sup>a</sup> et jam sequuntur exclusos. Nos sanguine gloriamur, illos dispendium movet. Nos hæc victoriæ loco ducimus, illi injuriam putant. Numquam nobis amplius contulerunt, quam cum verberari christianos atque proscribi ac necari juberent. Præmium fecit religio, quod perfidia putabat esse supplicium. Videte magnanimos. Per injurias, per inopiam, per supplicium <sup>b</sup> nos crevimus: illi ceremonias suas sine quæstu manere posse non credunt.

**836** 11. Habeant, inquit, <sup>c</sup> Vestales virgines immunitatem suam. Dicant hoc, qui nesciunt credere, quod possit esse gratuita virginitas: provocent lucris, qui diffidunt virtutibus. Quantas tamen illis B virgines præmia promissa fecerunt? Vix septem Vestales capiuntur puellæ. En totus numerus quem infulæ vitati capitis, purpuratarum vestium murices, pompa lecticæ ministrorum circumfusa comitatu, privilegia maxima, lucra ingentia, præscripta denique pudicitiae tempora coegerunt.

12. Attollant mentis et corporis oculos, videant plebem pudoris, populum integritatis, concilium virginitatis. Non vittæ capiti decus, sed ignobile <sup>d</sup> velamen usui, nobile castitati: non exquisita, sed abdicata lenocinia pulchritudinis: non illa purpurarum insignia, non luxus deliciarum, sed usus jejuniorum: non privilegia, non lucra: omnia postremo talia, ut revocari a studio putes, dum exercentur officia. Sed dum exercetur officium, studium provocatur. Suis castitas cumulatur dispendiis. Non est virginitas, quæ pretio emitur, non virtutis studio possidetur: non est integritas quæcumque <sup>e</sup> in auctione nummario ad tempus licitatur compendio. Prima castitatis victoria est facultatum cupiditates vincere; quia lucri studium tentamentum pudoris est. Ponamus tamen subsidia largitatum conferenda virginibus. Quæ christianis munera redundabunt? quod tantas opes sufficiet ærarium? Aut si arbitrantur solis Vestalibus conferendum, non pudet, ut qui totum sibi sub imperatoribus gentilibus vindicarunt, iidem sub principibus christianis non putent nobis sortem debere esse communem.

<sup>a</sup> Vet. edit., *Dum cœpimus, sequamur exclusos*; Rom. et mss. nobiscum consentiunt, nisi quod illa retinuit *sequamur*, ubi prope ad unum ponunt *sequuntur*.

<sup>b</sup> Omnes edit., *nos credimus*; omnes mss., *nos crevimus*.

<sup>c</sup> De Vestalibus vide quod a nobis observatum est ad lib. 1 de Virgin. cap. 4, num. 15. Quod autem infra dicitur *Vestales capiuntur*, allusio est ad illam pontificis novam virginem accipientis formulam: *Capio te, amata*.

<sup>d</sup> Edit. ac pauci mss., *velamen, usui* (Rom. edit., *usu*) *nobile castitatis*; mss. plures et potiores ut in textu.

<sup>e</sup> Omnes edit., *tamquam in auctione... sollicitatur*; omnes mss. nobiscum faciunt, nisi quod pro *auctione*, unus legit *actione*, alter *cautione*.

<sup>f</sup> Volunt hic designari ab Ambrosio Valentiniani legem 20, de episcopis, etc., ad Damasum pont.

13. Sacerdotibus quoque suis et ministris queruntur alimenta publica non deberi. Quantus hinc verborum tumultus increpuit? At contra, nobis etiam privatæ successionis emolumenta <sup>f</sup> recentibus legibus denegantur, et nemo conqueritur; non enim putamus injuriam, quia dispendium non dolemus. Si privilegium quærat sacerdos, <sup>g</sup> ut onus curiale declinet, patria atque avita et omnium facultatum possessione cedendum est. Quomodo hanc gentiles, si haberent, ingravarent querelam, quod sacerdos ferias ministerii sui emat totius patrimonii sui damno, et privati universæ commoditatis dispendio usum publici mercetur obsequii: præterdens communis salutis excubias, domesticæ inopiæ se mercede soletur; quia ministerium non vendidit, sed gratiam comparavit.

14. Conferet causas. Vos excusare vultis <sup>h</sup> decurionem, cum Ecclesiæ excusare non liceat sacerdotem. Scribuntur testamenta templorum ministris, nullus excipitur profanus, nullus **837** ultimæ conditionis, nullus prodigus verecundiæ: soli ex omnibus clerico commune jus clauditur, a quo solo pro omnibus votum commune suscipitur, officium commune defertur: nulla legata vel gravium viduarum, nulla donatio. Et ubi in moribus culpa non deprehenditur; tamen officio mulcta præscribitur. Quod sacerdotibus fani legaverit christiana vidua, valet: quod ministris Dei, non valet. Quod ego non ut querar, sed ut sciant quid non querar, comprehendere; malo enim nos pecunia minores esse, quam gratia.

C 15. Sed referunt, ea quæ vel donata vel relicta sunt Ecclesiæ, non esse temerata. Dicant et ipsi quis templis dona detraxerit, <sup>i</sup> quod factum est christianis. Quæ si facta essent gentilibus, redderetur potius quam inferretur injuria. Nunc cuncte demum justitia præterditur, æquitas postulatur? Ubi tunc erat ista sententia; cum direptis christianorum omnium facultatibus, ipsos vitales anhelitus inviderent, et nullis usquam negata defunctis inhiherent supremæ mercæ sepultura? Quos gentiles præcipitarunt, maria reddiderunt. Fidei ista victoria est, quod et ipsi jam facta majorum carpunt, quorum gesta condemnant. Sed quæ, malum! ratio, ut eorum munera petant, quorum gesta condemnant?

D Rom. destinatum, qua de facto clerici prohibentur a piis mulieribus, quæ se illis adjunxerint, testamento quidquam accipere. Quod autem Ambrosius detrimento, quod eadem lex clericis irrogabat, se non moveri testificatur, cum Hieronymo pulchre consentit: sed hic se graviter dolere non dissimulat, quod eidem legi causam præbuerit clericorum avaritia. Lege secundam ejusdem epistolam de vita clericorum.

<sup>g</sup> De onere curiali dicitur commodius *epist. ad Theodosium*.

<sup>h</sup> Intellige Theodosii leg. 104 de Decurionibus; de qua etiam erit dicendi locus ad epistolam antecitatum.

<sup>i</sup> Hanc ecclesiarum direptionem sub Juliano factam fuisse constat. De qua Sozom. lib. v Hist. cap. 5, Theodoret. lib. iii, cap. 12, et Tripart. Hist. lib. vi, cap. 52.

16. Nemo tamen donaria delubris, et <sup>a</sup> legata **A** haruspibus denegavit: sola sublata sunt prædia; quia non religiose utebantur iis, quæ religionis jure defenderent. Qui nostro utuntur exemplo, cur non utebantur officio? Nihil Ecclesia sibi, nisi fidem possidet. Hos redditus præbet, hos fructus. Possessio Ecclesiæ <sup>b</sup> sumptus est egenorum. Numerent quos redemerint templa captivos, quæ contulerint alimenta pauperibus, quibus exsulibus vivendi subsidia ministraverint. <sup>c</sup> Prædia igitur intercepta, non jura sunt.

17. En quod factum, quæ triste piaret nefas, famem, ut aiunt, publica vindicavit; quia usui omnium proficere cepit, quod proficiebat commodis sacerdotum. Propterea ergo detractis, ut aiunt, arbusta exuta corticibus, succo miserabili deficientium ora **B** lambebant. Propterea <sup>d</sup> Chaoniam frugem glande mutantes, rursus in pecudum pastus, et ad infelicis victus alimenta revocati, concussa quercu, famem in silvis **838** <sup>e</sup> miseram solabantur. Nova videlicet prodigia terrarum, quæ numquam ante acciderant; cum superstitione gentilis toto orbe ferretur? Re vera quando ante <sup>f</sup> vacuis avenis seges avari vota ludit agricolæ, et spem rusticæ plebis quæsitæ sulcis frugis herba destituit?

18. Et unde Græcis <sup>g</sup> oracula habita suæ quercus, nisi quia remedium silvestris alimonie cœlestis religionis donum putarunt? Talia enim suorum munera credunt deorum. Quis dodonæas arbores, nisi gentium populus adoravit; cum <sup>h</sup> pabulum triste agri nemorum honore donaret? Non est verisimile quod **C** indignantes eorum dii id pro pœna intulerint, quod solebant placati conferre pro munere.

Quæ autem æquitas, ut paucis sacerdotibus dolentes victum negatum, ipsi omnibus denegarent; cum inclementior esset vindicta, quam culpa? Non est igitur idonea, quæ tantam ægritudinem mundi fal-

<sup>a</sup> Pro legata auruspibus legendum legata aris speciebus conficit Samuel Petit lib. iii Variar. lection. cap. 7, non injuria infelix criticus a Valesio vocatus. Certe ut omittamus mss. ac edit. consensum, lectio illa minime Ambrosiana est, nec rationes, quibus nititur, satis idoneæ. Locum expende, ac pronuntia.

<sup>b</sup> Hanc legem, qua Ecclesiam omnem teneri hoc loco testatur Ambrosius, quam perfecte ipsemet impleverit, cognosces ex iis, quæ ad lib. ii Offic. cap. xv et 28 observavimus.

<sup>c</sup> Mss. duo, Prædia igitur intercepta. Et post secundum versum, ubi vet. edit ac mss. aliquamulti, quod; nonnulli quæ triste piaret nefas; melius edit. Rom. cum reliquis, quæ triste piaret nefas. Est quippe imitatio illius versus e lib. ii Æneid.

Effugiem statuere, nefas quæ triste piaret.

<sup>d</sup> Hic mss. et edit. inter se conveniunt, excepto quod in illorum nonnullis dictio glande prætermittitur: sed tamen ulcus his verbis inest minime obscurum. Nam præter quam quod Ambrosium respexisse liquet ad versum illum ex i Georg.:

Chaoniam pingui glandem mutavit arista;  
vox Chaonium ducitur a regione Epiri, in qua Dodone urbs condita erat. Non longe autem ab hac surgebat silva Jovi sacra, et tota quercina; unde Symmachus in Relatione, et Ambrosius infra quercus Dodonæas arbores vocant. Scribendum ergo vel

lensis causa constrinxerit; ut virentibus segetibus subito spes anni adulta moreretur.

19. Et certe ante plurimos annos templorum jura toto orbe sublata sunt: modone demum diis gentilium venit in mentem suas injurias ultum ire? Propterea nec assueto cursu Nilus intumuit, <sup>i</sup> ut Urbicorum sacerdotum dispendia vindicaret, qui non vindicavit suorum?

20. Esto tamen si superiore anno deorum suorum injurias vindicatas putant, cur præsentis anno contemptui fuere? Jam enim nec herbarum vulsis radicibus rusticana plebs pascitur, nec bæccæ silvestris explorat solatia; <sup>j</sup> nec cibum de sentibus rapit: sed operum læta felicitum, dum messes suas et ipsa miratus, explevit voti satietate jejunium: usurarios nobis reddidit terra proventus.

21. Quis ergo tam novus humanis usibus vices stupeat annorum? Et tamen etiam superiore anno plerasque novimus provincias redundasse fructibus. De Galliis quid loquar solito ditioribus? Frumentum Pannoniæ, quod non severant, vendiderunt: <sup>k</sup> et secunda Rhetia fertilitatis suæ novit invidiam; nam quæ solebat tutior esse jejunio, fecunditate hostem in se excitavit: Liguriam Venetiasque autumnii frumenta paverunt. Ergo nec ille sacrilegio annus exaruit, et iste fidei fructibus annus effloruit. Negent etiam quod largo fetu vineæ redundaverint. **839** Itaque et messem feneratam recepimus, et liberalioris vindemiæ beneficia possidemus.

22. Postremus superest et maximus locus, utrum ea quæ vobis profuerint, imperatores, restituere subsidia debeatis; ait enim: Vos defendant, a nobis colantur. Hoc est, fidelissimi Principes, quod ferre non possumus; quia exprobrant nobis vestro se nomine diis suis supplicare, et vobis non mandantibus, sacrilegium immane committunt, dissimulationem pro consensu interpretantes. Sibi habeant præ-Chaoniam fruge glandem mutantes, vel Chaonia frugem glande, etc.

<sup>g</sup> Non pauci mss., miseram solabamur; et istic alluditur etiam ad Virgilianum illud e lib. jam citato: Concussaque famem in silvis solabere quercu.

<sup>f</sup> Virg. lib. cit.:

Expectata seges vacuis elusit avenis.

<sup>h</sup> Ita mss.; edit. autem, oracula habitæ. Utique ex Virg. lib. ii Georg. ubi legitur:

.....Atque habitæ Grajis oracula quercus.

De dodonæis porro quercubus hic agi constat; de quibus præter Virgillii commentatores ad versum citatum, consulere etiam licet Erasmus chil. 4, cent. 1, adagio 7.

<sup>i</sup> Omnes edit., pabulum triste sacri nemoris; omnes mss. ut nos in textu.

<sup>j</sup> Quemadmodum Roma per antonomasiam Urbs, ita et Romanos sacerdotes hoc loco Urbicos vocat Ambrosius.

<sup>k</sup> Nonnulli mss., nec cibus de sentibus sapit. Sequenti autem sensu parodia est ex illo Virg. Georg. i. Et ipsa suas mirantur Gargara messes.

<sup>l</sup> Omnes edit., et secunda Rhetia; omnes mss., et secunda Rhetia. Hodie dividitur ea regio in superiorem et inferiorem: an autem Ambrosii ætate in primam et secundam distingueretur, nobis non constat. Vide situm ejus apud Ptolomeum lib. ii, et apud geographos recentiores.



sidia sua : suos si possunt, illa defendant. Nam si iis a quibus coluntur, auxilio esse non possunt; quomodo possunt vos defendere, a quibus non coluntur?

23. Sed majorum, inquit, servandus est ritus. Quid quod omnia postea in melius profecerunt? Mundus ipse, qui vel primum <sup>a</sup> coactis elementorum per inane seminibus, tenero orbe, concreverat, vel confuso adhuc indigesti operis caligabat horrore; nonne postea distincto cœli, maris, terrarumque discrimine, rerum formas quibus speciosus videtur, accepit? Exuta humentibus tenebris novum terræ stupere solem. Dies in exordio non refulget, sed in processu temporis incremento luminis micat, et calor exæstuat.

24. Luna ipsa, qua propheticis oraculis species Ecclesiæ figuratur, cum primum resurgens in menstruas reparatur ætates <sup>b</sup>, tenebris nobis absconditur: paulatimque cornua sua complens, vel e regione solis absolvens, clari splendore fulgoris irrutilat.

25. Exerceri in fructus terræ ante nesciebant: post <sup>c</sup> ubi imperare arvis sollicitus cœpit agricola, et informe solum vestire vinetis, silvestres animos domesticis mollitæ cultibus exuerunt.

26. Anni ipsius ætas prima, quæ nos usu parili coloravit <sup>d</sup> nutu gignentium: sed in processu lapsuris floribus vernali, postremis adolescit fructibus.

27. Nos quoque ævi rudes, sensus <sup>e</sup> habemus infantiam: sed mutati in annos ingenii rudimenta deponimus.

Dicant igitur in suis omnia manere debuisse principis; mundum tenebris obductum, quia splendore solis illuxerit, displicere. Et quanto gratius est animi tenebras depulisse, quam corporis, fideique iubar emicuisse, quam solis? Ergo **840** et mundi sicut omnium rerum <sup>f</sup> primæva nutarunt, ut venerabilis capæ fidei sequeretur senectus. Quos hoc movet, reprehendant messem; quia sera secunditas est: reprehendant vindemiam; quia in occasu anni

<sup>a</sup> Componere, si lubet, totum hunc locum cum simili apud Virgilium Ecl. 6, et alterum ex altero petitum non distiteris.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *tenebris noctis absconditur*.

<sup>c</sup> Mutatus est etiam hunc locum Ambros. ex illo Virg. Georg. 1:

Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis. Alios quoque versus e lib. II hic expressi sunt, quos ipse per te facile deprehendes.

<sup>d</sup> Rom. edit., *nuda gignentium*; optimo sensu, sed mss. atque edit. vet. præsidis destituito. Idem vero est, *nutu gignentium* ac gignentium arbitrio seu lege.

<sup>e</sup> Omnes edit., *habemus infantiam*; omnes prope mss., *habemus infantiam*.

<sup>f</sup> Edit. cum paucis mss., *primæva viam nutarunt*; alii mss. magno numero, *primæva nituerunt*; reliqui melius, *nutarunt*, id est, præ infirmitate vacillarunt.

<sup>g</sup> Rom. edit., *fides animarum, et in Ecclesia gratia*, etc.

<sup>h</sup> Omnes edit., *id quod erat verum, jure prælatum*; mss. partim, *quod erat verum, fit jure prælatum*, partim... *injuriam prælatum*, partim etiam... *in jure prælatum*. Nec male forsitan legeremus... *id jure prælatum*.

A est: reprehendant olivam; quia postremus est fructus.

28. Ergo et messis nostra fides <sup>g</sup> animorum est; Ecclesiæ gratia meritorum vindemia est, quæ ab ortu mundi virebat in sanctis, sed postrema ætate se diffudit in populos, ut adverterent omnes non rudibus animis irrepsisse fidem Christi (nulla enim sine adversario corona victoriæ) sed explosa opinione, quæ ante convaluit <sup>h</sup>, quod erat verum, fit jure prælatum.

30. Si ritus veteres delectabant, cur in alienos ritus eadem Roma successit? Omittito absconditam pretio bimum, et pastorales casas auræ degeneri renitentes. Quid, ut de ipso respondeam quod queruntur, captarum simulacra urbium, victosque deos, et peregrinos ritus sacrorum alienæ superstitionis æmuli receperunt? Unde igitur exemplum, quod <sup>i</sup> currus suos simulato Almonis in flumine lavat Cybele? Unde Phrygii vates, et semper invisæ Romanis non æquæ Carthagini numina? Quam <sup>i</sup> Cœlestem Afri, Mithram Persæ, plerique Venerem colunt, pro diversitate nominis, non pro numinis varietate. Sic eadem esse et victoriam crediderunt, quæ utique munus est, non potestas: donatur, non dominatur, legionum gratia, non religionum potentia. Magna igitur dea, quam militum multitudo sibi vindicat, vel prætorum donat eventus?

31. Hujus aram strui in urbis Romæ curia petunt, hoc est, quo plures conveniunt christiani. Omnibus in templis aræ, ara etiam in templo victoriarum. C Quoniam numero delectantur, sacrificia sua ubique concelebrant. Quid est nisi insultare fidei, unius aræ sacrificium vindicare? Ferendumne istud, ut gentilis sacrificet, et christianus intersit? Hauriant, inquit, hauriant vel invito fumum oculis, symphoniam auribus, cinerem faucibus, thus naribus, <sup>k</sup> et aversantium licet ora excitata foci nostris favilla respingat. Non illi satis sunt lavaera, non porticus, non plateæ occupatæ simulacris? Etiamne in communi illo concilio non erit communis conditio? Obstringetur pia

<sup>i</sup> Mss. aliquot, *cursum suos*. Est autem Almo, ut Nannius observat, fluvius Romæ in prima regione, apud quem olim Romani sacra Cybelis faciebant eodem ritu, quo Galli sacerdotes in Phrygia. Tum subjectis de eodem fluvio nonnullis Ovidii ac Juvenalis versiculis, idem adjungit: Ad cujus similitudinem cum alibi sacra sunt, proximum fluvium Almonem esse fingunt; si quidem mos est, ut quæ in sacris haberi nequeant simulentur: quod perinde accipitur, ac si vera essent. Virg. IV, *Æneid*:

Sparserat et latices simulatos fontis Averni.

Hæc Nannius. Porro de sacris peregrinis, quæ Romæ adoptata tradit Ambrosius, eleganter quoque Leo pont. Rom. serm. 1, de Apostolis: *Cum pene omnibus, inquit, dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus*, etc. Verumtamen facta sæpius edicta de pellendis ex Urbe religionibus peregrinis non ignoramus.

<sup>j</sup> Sumptum est ex illo Herodoti, *ἐπιμαρτυρίασι δὲ καὶ τῇ οὐρανῇ θύειν παρὰ τοὺς Ἀσσυρίων μακρόντας καὶ Ἀράβιων, καλῶνσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀπποδίταν Μύλκτα, Ἀράβιοι δὲ Ἀλίττα, Περσῶν δὲ Μίθραν*. Iti Nannius.

<sup>k</sup> Amerb. cum mss. non paucis, *et aversantium*; aliæ cum reliquis, *et aversantium*.



senatus portio obstentantium vocibus, adjurantium sacramentis. Si refutet, videbitur mendacium prodere: **34** 1 si acquiescat, sacrilegium confiteri.

32. Ubi, inquit, in leges vestras et verba jurabimus? Ergo mens vestra, quæ legibus tenetur inclusa, ceremoniis gentium suffragium colligit, fidem stringit? Jam non solum presentium, sed absentium etiam, et quod est amplius, imperatores, fides vestra pulsatur; vos enim cogitis, si jubetis. <sup>a</sup> Constantius augustæ memoriæ nondum sacris initiatus mysteriis, contaminari se putavit, si aram illam videret. Jussit auferri, non jassit reponi. Illud auctoritatem facti habet, hoc præcepti non habet.

35. Nemo sibi de absentia blandiatur. <sup>b</sup> Præsentior est, qui se animis inserit, quam qui oculis protestatur. Plus enim est mente connecti, quam corpore copulari. Vos senatus cogendi concilii præsules habet, <sup>c</sup> vobis coit: vobis conscientiam suam, non diis gentium præstat: vos liberis suis, non tamen fidei suæ præfert. Hæc est charitas exoptanda, hæc est charitas major imperio, si fides tota sit, quæ servat imperium.

34. Sed fortasse aliquem moveat <sup>d</sup> ita fidelissimum principem destitutum: proinde quasi meritorum pretium eaducis æstimetur presentium. Quis enim sapiens non in orbe quodam atque circuito locata humanarum rerum novit negotia; quia non eandem semper successus habent: sed variant status, et mutant vices?

35. Quem beatiorem Cneo Pompeio Romana templa miserunt? At is cum tribus triumphis terrarum cinxisset orbem, pulsus acie, bello profugus, et sui terminis exsul imperii, Canopei <sup>e</sup> manu spadonis occubuit.

36. Quem nobiliorem Cyro Persarum totius Orientis terræ regem dederunt? Is quoque cum principes potentissimos adversantes vicisset, <sup>f</sup> victos reservasset, muliebribus armis susus interiiit. Et ille rex qui superatos etiam concessus honore donaverat, exsecto capite et intra utrem plenum cruoris, <sup>g</sup> satiari jussus, incluso, femineis imperiis ludibrio fult. Adeo in istius vitæ curriculo non paria paribus, sed longe diversa referuntur!

<sup>a</sup> Cod. Long. et Læt., *Constantinus*. Sed omnino legendum *Constantinus*, de cujus baptismate scribit Socrates lib. II, cap. 47, et alii.

<sup>b</sup> Ambrosius supra epist. 14, num. 6, *Quorum frequenter presentior absentia fuit*: et hæc sententia sancto Præsuli erat admodum familiaris.

<sup>c</sup> *Vobis coit* in mss. fere omnibus desideratur.

<sup>d</sup> Gratianus dubio procul hic designatur, de cujus morte ad Exposit. p. al. Lxi et quæ nos ibidem annotahamus.

<sup>e</sup> Pompeium, amissa Pharsalica pugna, ad regem Ægypti perfluentem, cum e navi sua in Ægyptiam ingressus esset, Achilles regius eunuchus nefarie trucidavit, ut Plutarchus in illius Vita, Suetonius in Vitæ Jul. Cæsaris, atque alii commemorant. Canopeum autem spadonem vocat a Canopo Ægypti urbe, quæ ab Alexandria 120 stadiis distat erat.

<sup>f</sup> De Cyro Persarum rege, qui devictum Cresum perhumaniter planeque regie tractaverat, a Thomyri capto et obruncato scripsit Herodotus libro I Histor.,

37. Quem etiam magis sacrificiis deditum, quam Carthaginensium ducem Hamilcarem reperimus? Qui cum toto prælii tempore inter acies positus dicimantes, sacrificium faceret; ubi partem suorum viciam esse cognovit, in ipsos quos adolebat, se precipitavit ignes: ut eos <sup>h</sup> vel corpore suo restingueret, quos sibi nihil profuisse cognoverat.

**34** 38. Nam de Juliano quid loquar? qui cum responsis haruspicum male credulus esset, <sup>i</sup> ademit sibi subsidia revertendi. Ergo in communi casu non est communis offensa; neminem etenim promissa nostra luserunt.

39. Respondi lacessentibus tamquam non lacessitus; refellendæ etenim Relationis, non exponendæ superstitionis mihi studium fuit. Te tamen, imperator, ipsa eorum relatio faciat cautiorem. Nam cum de superioribus principibus texuisset, quia prior eorum numerus ceremonias patrum coluit, recentior non removit; addidisset etiam: si exemplum religio veterum non facit, faciat dissimulationem proximorum; evidenter docuit quid et fidei tuæ debeas, ut gentilitii ritus non sequaris exemplum: et pietati, ut fratris statuta non violes. Si enim pro suis dumtaxat partibus eorum dissimulationem principum prædicarunt, qui cum essent christiani, decreta tamen gentilium minime removerunt: quanto magis amoris debes deferre fraterno, ut qui dissimulare deberes, etiamsi quid forsitan non probares, ne fratris derogares statutis, et nunc teneas quod et fidei tuæ, et germanitatis necessitudini judicas convenire.

## II EPISTOLA XIX.

AMBROSIIUS a VIGILIO ad episcopatum recens allecto, ut sibi formam institutionis traderet, obsecratus, admonet ne fideles cum infidelibus patiatur inire conjugia; deterreat populum a fraudibus atque fenoribus: ad hospitalitatem vero illum hortetur: sed potissimum ut memorata christianorum cum gentilibus matrimonia efficacius prohibeat, historiam Samsonis universam decurrit atque edisserit.

AMBROSIIUS <sup>k</sup> VIGILIO.

1. Popsociasti a me institutionis tuæ insignia, quo-

<sup>d</sup> Justinus lib. etiam I, atque alii.

<sup>e</sup> *Satiari jussus* deest in mss. fere omnibus at contra in cunctis edit. invenitur.

<sup>h</sup> Ita omnes mss. paucis exemptis, in quibus pro *restingueret* habetur *restringeret*: omnes vero edit. vel *cruore suo restingueret*.

<sup>i</sup> Hanc Juliani apostatæ bellum adversus Persas adorientis imprudentiam, qua combustis navibus sibi ac Romano exercitui redeundi spem interceptit, descriptam habes apud Sozomenum lib. VI, cap. I, Theodor. lib. III, cap. 25, et alios.

<sup>j</sup> Scripta anno 385.

<sup>k</sup> Rom. edit., *Vigilio fratri*; et infra, *insinuandum videtur*. Vigilum ad quem data est hæc epistola, non alium esse a Vigilio Tridenti episcopo jam in Admonit. ad lib. de Tobia indicavimus, nec a nobis hac in re quisquam disenserit. Ejus porro mortem Rom. Martyrol. VII kal. Julias annuntians, eum a paganis cum idololatriæ reliquias excindere conaretur, lapidibus obrutum tradit, in quo illi concinnunt colle-

niam novus accitus es ad sacerdotium. Et quoniam te ipsum ædificasti, ut oportuit, qui dignus habitus es tanto munere; quomodo et alios ædifices, significandum videtur.

2. Primum omnium cognosce Ecclesiam Domini tibi commissam; ideoque vitandum semper, ne quid obrepat offensionis, et fiat velut commune corpus ejus gentilium admixtione. Unde Scriptura tibi dicit: Ne accipias uxorem de filiabus Chanaanæorum, sed vade in Mesopotamiam, in domum Bathuel, id est, domum sapientiæ; <sup>a</sup> et ejus tibi acquire copulam (Gen. xxviii, 1, 2). Mesopotamia autem regio est in partibus Orientis, quæ duobus maximis per ea locorum Euphrate **843** et Tigri fluminibus circumvenitur, <sup>b</sup> quibus origo est in Armeniæ locis. Influunt autem diverso meatu <sup>c</sup> in mare Rubrum; et ideo Mesopotamiæ nomine signatur figura Ecclesiæ, quæ maximis fluentorum prudentiæ irriguis atque justitiæ fecundat mentes fidelium, quibus sacri baptismatis, cujus typus præcessit in Rubro mari infundit gratiam, culpamque abluit. Doce ergo plebem, ut non ex alienigenis, sed ex domibus christianis conjugii quæratur copula.

3. Nemo fraudet <sup>d</sup> mercenarium mercede debita; quia et nos mercenarii sumus Dei nostri, et ab eo mercedem laboris nostri exspectamus (Levit. xix, 13). Et tu quidem, o quicumque es negotiator, mercenario tuo mercedem pecuniariam negas, id est, vilem, caducam: tibi autem negabitur merces promissorum cœlestium: *Non fraudabis* ergo, ut Lex dicit, *mercenarium mercede sua* (Deut. xxiv, 14).

4. Non dabis pecuniam tuam ad usuram; quoniam scriptum est quod is qui pecuniam suam non dedit ad usuram, habitabit in tabernaculo Dei (Ps. xiv, 5); <sup>e</sup> nam ille supplantatur, qui usurarum captat

ctio Usuardi, et Acta in Mabillonii Præfat. in x suum seculum memorata. Unde in promptu est, cur a permittendis fidelium atque ethnicorum inter se connubiis Vigilium tantopere dehortatus fuerit Ambrosius.

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *et de filiabus Laban tibi*, etc.

<sup>b</sup> Mesopotamia ergo propterea dicitur hic terræ tractus, quod sit *μείος ποταμίων*.

<sup>c</sup> Rom. edit., *in mare Persicum*; sed præstat in geographiam errorem pati, quam ab omnibus mss. atque edit. delicere.

<sup>d</sup> Eadem præcipiebat vir sanctus Constantio epist. 2, num. 12. Imo etiam christianis omnibus lib. de Tobia cap. 24, num. 92.

<sup>e</sup> Ita mss. duobus tantummodo exceptis, ubi prima manu positum fuerat, *supplantator*, quod legitur in omnibus edit. Sed verisimilius est *supplantatur* activo sensu hic usurpari. Cæterum quod pecuniam dare jubet sine spe recipiendi, id quam simillimum est iis, quæ lib. de Tobia cap. 2, n. 8, cap. 14, n. 49, et cap. 16, n. 54, præcipiuntur.

<sup>f</sup> Eodem sensu lib. de Tobia cap. 4, num. 13: *Quid vobis iniquius*, etc. Item cap. 3, num. 11: *Minus datis et plus exigitis*, etc. Denique cap. 14, num. 48: *Durum est repetere*, etc.

<sup>g</sup> Citato lib. de Tobia cap. 2, num. 6: *Non tam cupiens commendatum reposcere*, etc.

<sup>h</sup> Long. cod., *Populi sibi conciderunt fenora*: alii atque edit. ut in textu, nisi quod pro sæpe conciderunt, pauci mss. habent *se conciderunt*. Non alii porro

A emolumenta. Itaque vir christianus si habet, det pecuniam quasi non recepturus: aut certe sortem, quam dedit, recepturus. Habet in ea non mediocrem gratiæ usuram. Alioquin decipere istud est, non subvenire. <sup>f</sup> Quid enim durius, quam ut des pecuniam tuam non habenti, et ipse duplum exigas? Qui simplum non habuit unde solveret, quemadmodum duplum solvet?

5. Exemplo nobis sit Tobias, qui numquam requisivit pecuniam, quam dederat, nisi extremo vitæ suæ tempore (Tob. iv, 21); <sup>g</sup> magis ne fraudaret hæredem, quam ut depositam pecuniam cogeret ac recuperaret. <sup>h</sup> Populi sæpe conciderunt fenore, et ea publici exitii causa exstitit. Unde nobis sacerdotibus id præcipue curæ sit, ut ea vitia reseceamus, B quæ in plurimos videntur serpere.

6. Hospitem doce voluntarium magis quam ex necessitate esse oportere; ne in hospitio deferendo inhospitalem affectum animi sui prodat, et in ipsa hospitii susceptione per injuriam violetur gratia: sed magis excolatur officiorum usu, et aliquo humanitatis ministerio. <sup>i</sup> Non enim a te munera exigantur ditia, sed **844** officia voluntaria, plena pacis, et convenientis concordiæ; meliora sunt enim olera cum amicitia et gratia, quam si exquisitis dapibus adornetur convivium, si desit affectus gratiæ (Prov. xv, 17). Legimus peremptos gravi populos excidio propter violata jura hospitii (Judic. xx, 44). Propter libidinem quoque commissa bella atrocia (Gen. xxxiv, 25).

C 7. Sed prope nihil gravius quam copulari alienigenæ, ubi et libidinis et discordiæ incentiva, et sacrilegii flagitia conflantur. Nam cum ipsum conjugium <sup>i</sup> velamine sacerdotali, et benedictione sanctificari oporteat; quomodo potest conjugium dici, ubi non

populi hic indicantur, quam Chuni illi, de quibus lib. de Tobia cap. 14, num. 39, dixit Ambrosius *plures suis quam hostilibus jactibus interire*.

<sup>i</sup> Non alio plane sensu idem Ambrosius lib. 1 de Abraham cap. 5, num. 35: *Non opes a te hospes requirit*, etc.

<sup>j</sup> Nihil magis omnibus notum, quam feminas apud ethnicos caput crocei coloris velamine, dum ad maritum ducebantur, obnubere consuevisse. Hoc etiam apud christianos a primis temporibus usu receptum esse discimus a scriptoribus Ecclesiasticis: sed ejus rei originem Tertullianus de Veland. Virg. cap. 11, atque Ambrosius lib. 1 de Abrah. cap. 9 referunt ad Rebecçæ imitationem, quæ conspecto marito, ad quem contendebat, extemplo velavit sese, quemadmodum Scripturæ divinæ memorant. Hac autem velatione significatum docet Ambrosius nuptiis præire debere verecundiam. Isidorus autem lib. 11 de Ecclesiast. Offic., cap. 19, subjectionem uxoris erga maritum signatam tradit. Porro quod Ambrosius utitur his verbis *velamine sacerdotali*, videtur indicare illud velamen a sacerdote ipso imponi solitum, quod non facile apud alium auctorem invenias. Quod vero ad benedictionem non modo illius usum in prima Ecclesia viguisse ostendunt Innocentius I epist. ad Vetric., synodus iv Carthag. can. 13, Isidorus lib. 11 de Eccles. Offic. c. 19, et alii; sed etiam ante hos Tertullianus lib. 11 ad Uxorem c. 9, Syricus epist. 1 ad Himerium, cap. 4, ubi sic loquitur: *Illæ benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles*

est fidei concordia? Cum oratio communis esse debeat, quomodo inter dispares devotione potest esse conjugii communis charitas? Sæpe plerique capti amore feminarum fidem suam prodiderunt; ut patrum populus in Beelphegor. Unde Phinees, arrepto gladio, interfecit Hebræum et Madianiten feminam (Num. xv, 8), et mitigavit indignationem divinam, ne totus populus exstingueretur.

8. Quid de pluribus exemplis loquar? Ex multis unum proferam, et ejus commemoratione liqueat, quam perniciosum sit alienigenæ mulieris adscivisse copulam. Quis fortior, et ab incunabulis suis et munitior Dei spiritu, quam Nazaræus Samson? Et ipse proditus est, et ipse per mulierem non potuit suam tenere gratiam (Judic. xvi, 18 et seq.). Cujus generationis et vitæ totius seriem historico digestam stylo enarrabimus secundum sacri libri continentiam, quæ in hunc est modum, non verborum serie, sed sensu.

9. Multos per annos Hebræorum populum subditum Palæstini ac subjectum habebant; quoniam fidei prærogativam amiserat, qua victoriam patres adepti fuere. Non penitus tamen intercederat insigne electionis apud auctorem suum, et funiculus hæreditatis: sed quia rerum secundarum insolentia sæpe extollantur, dabat eos plerumque in potestatem hostium, ut more ingenii humani remedium malorum de cælo sibi quærent. Tunc enim Deo subditi sumus, cum adversis aliquibus urgemur: secundæ res mentem extollunt. Quod cum alias usu probatum sit, tum maxime in ea rerum conversione, qua rursus ad Hebræos a Palæstinis versa vice res mutata.

10. Namque cum diuturna injuria longæ subjectionis ita essent depressa Hebræorum **845** pectora, ut nullus virili ingenio ad libertatem animos tollere auderet, ortus est illis Samson divino oraculo prædestinatus, magnus vir, nec in pluribus numerandus, sed in paucis præstantissimus, et quod sine ulla controversia sit, viribus corporis omnium facile primus. Eoque ingenti admiratione nobis spectandus a principio, non illa quæ temperantiæ et sobrietatis jam inde <sup>a</sup> a pueritia vini abstentius præclara insignia dedit, nec illa quæ intonso capite Nazaræus sacra diu servavit custodia: sed ab adolescentia, quæ in aliis ætas mollior, in hoc egregia, atque supra humanum modum perfectæ virtutis stupenda facinora effecit: quibus divini oraculi mox aperuit fidem, quod non perfunctorie tanta eum anteisset gratia; ut descenderet angelus, per quem ortus ejus præter

cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur. Tertullianus autem benedictioni oblationem jungit: nec sane mirum, cum apud plerosque infidelis conjugium sine sacrificio non celebraretur.

<sup>a</sup> Edit. et mss. nonnulli, a pueritia vini abstinentis.

<sup>b</sup> Edit. omnes, futuri regimen, mss. e contrario, futurum regimen; si tamen unum alterumve excipias, ubi habetur, futurus regimen, sed incongrue. Porro quod Palæstinus appellat, quos LXX et Vulg. versio dicunt Philistinii; in eo sequitur non Josephum modo, verum etiam textum hebraicum, cui versio quoque

A spem parentibus annuntiaretur, <sup>b</sup> futurum regimen et præsidium suis; nam gravibus jamdiu Palæstinorum imperiis afflictabantur.

11. Pater illi erat de tribu Dan timens Deum (Judic. xiii, 2 et seq.), haud ignobili genitus loco, præstans cæteris: mater utero sterilis, sed animi virtutibus haud infecunda; quæ propriæ hospitio mentis recipere meruit visionem angeli, mandatum tenuit, oraculum implevit. Nec tamen passa sine viro scire vel divinitatis secretum, insinuavit marito visum sibi hominem Dei, præclara specie, futuræ sobolis ferentem oracula: qua pollicitatione sese fidentem cum conjugis fidem promissorum cælestium participare. Quod ubi comperit, pie Deum precatus oravit; ut sibi quoque visionis ejus gratia tribueretur, dicens:

B Ad me, Domine, angelus veniat tuus.

12. Unde ego arbitror, non zelo mulieris, quæ esset spectabilis pulchritudinis, aliquid eum suspectum habuisse, <sup>c</sup> ut quidam existimavit: sed magis divinæ zelo gratiæ provocatum, conspectus sacri voluisse participari munere. Neque enim vitiis animi prave affectus, tantam apud Dominum invenisset gratiam, ut angelus in ejus domum revertetur: qui monitis iis quæ usus oraculi postulavisset, subito flammæ vehementis elevatus specie, sese recepit. Id formidolosum viro, mulier salubrius interpretata, in gaudium vertit, atque ademit sollicitudinem; eo quod prosperorum indicium, non adversantium sit visere Deum.

13. Talibus e cælo commendatus insignibus ubi primum adolevit, conjugio mentem intendit, sive quod vagam ac familiarem adolescentulis abhorret animo lubricæ libidinis consuetudinem: sive quia jam causa quærebatur, quemadmodum a cervicibus plebis suæ averteret Palæstinorum potentiam, duraque imperia. Pergens itaque (Judic. xiv, 4 et seq.) in Thamnatam (urbi hoc nomen est in illis positæ locis, quæ tunc temporis Palæstinorum incolis frequentabatur), virginem **846** aspexit, grata specie, et vultu decoro, et parentes proprios, quorum comitatu fultus gradiebatur, oravit ut eam in conjugium sibi poscerent. Verum illi ignorantes quod eo intentio vergeret, ut Palæstinis aut negantibus infestior foret, aut acquiescentibus, affectus inferendæ in subditos injuriæ demeretur; cum ex conjunctione æqualitas par, et gratia consortii jure accresceret, aut si quid offensum esset, longius ultionis studia procederent, quasi alienigenam declinandam arbitrabantur. Sed ubi flectere animum pignoris legiti-

Syriaca et Arabica consentiunt.

<sup>c</sup> Non alius his verbis designatur quam Josephus; is enim lib. v Antiq. cap. 10, ubi eximiam matris futuræ Samsonis formam prædicavit, non multo post subjungit: ἦν δὲ καὶ μακρῶδης ὑπ' ἔρωτος ἐπὶ τῇ γυναικὶ καὶ διὰ τοῦτο ζηλότυπος ἀκρατῶς. Ac demum post factam primæ angeli apparitionis mentionem addit: ἡ δὲ τάνδρῃ παραγενομένη τὰ παρὰ τοῦ ἀγγέλου ἐκτελεγήσατο, ἐκθαυμάζουσα τοῦ τε τοῦ κάλλος, τὸ μέγεθος, ὡς ἐπίγειον, ἐκ τῶν ἐπαινῶν εἰς ἐκπληξιν κατὰ ζηλοτυπίαν, περιστῆναι, καὶ ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοιοῦτου πάθους κινουμένην.

morum objectu frustra experti, in arbitrium ejus **A** *Quid fortius leous? Quid dulcius melle?* Et ille respondit: *• omne muliere aliquid perfidiosius: Nam si non domississet vitulam meam, nunquam intelligeretis parabolam meam;* et statim descendit in Ascalonem et triginta viros peremit, quorum exuvias auferens, eos qui propositam questionem solverant, promisso munere donavit.

14. Recepta itaque petitione, Samson cum sibi promissam reviseret, divertit, et paulisper de aggerē dedexit; continuoque occurrit ei leo ferus de silva, agresti libertate savior. Comes nullus, telum in manibus haudquaquam suppeditabat: cedere pudor, et conscia virtus fiduciam dare. Rmentem in se brachiis amplexus necat, et lacertorum nodo exanimatum, præter aggerem supra silvestria germina projecit ac dereliquit. Locus erat lætus pabuli herbas graminae, vinetia consitus. Itaque apud dilectissimam sibi sponsam exuvias feræ credidit sine momento futuras; cum talium rerum tempora non terribilibus spoliis, sed mitibus gaudiis, et festa fronde fiant venustiora. Denique post eadem regrediens via, favum in utero leonis offendit, atque abstulit, <sup>a</sup> donum parentibus ac puellæ futuram; talia enim sponsam munera decent, ac degustato melle, favum prædictis edendum dedit, causam repressit.

15. Sed forte quadam die nuptialis festi celebrabatur convivium, <sup>b</sup> læta in epulis juventus motuis se ad ludum invitabat sermonibus; cum alius alium salsiore dicacitate perstringeret, sicut se hujusmodi usus habet, certamen lætitiæ accendebatur. Ibi tum questionem hujusmodi proposuit Samson juvenibus coepulantibus: *De manducante exivit esca, et de forti processit dulce;* absolventibus pollicens præmium, quasi mercedem sapientiæ, triginta sindones, et totidem stolas, secundum numerum virorum comessantium, aut multam ignorantibus.

16. Qui cum enodare implexa, et distinguere ambigua nequirent, mulierem ejus partim minis exagitando, partim fatigando precibus, eo impulere, ut a viro posceret questionis ejus absolutionem, insigne futurum conjugalis gratiæ in mercedem amoris. Atque ea seu animi territa, seu muliebri ingenio inflexa, veluti pio questu maritalis odii dolorem prætexere hoc cœpit, quod secretum viri consors totius vitæ <sup>c</sup> et conscia non comperisset, similibusque cæteris habita foret, cui arcanum viri proprii **847** non crederetur: *Odisti me, inquit, et non amasti, quam celasti usque adhuc.*

17. <sup>d</sup> Illisque et cæteris talibus invictus ad cætera animus, muliebris emollitus blanditiis, aperuit dilectæ propositam questionem, et illa civibus. **A** quibus vix tandem septimo die, qui præscriptus absolvendæ parabolæ fuerat, ante occasum solis comperita soluta sunt, atque in hunc modum relata:

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *donum parentibus puellæ.*

<sup>b</sup> Josephus loco citato, τοῦ ποτοῦ προβαίνοντος, καὶ παιδίας οὐσίας, ὅσα φιλεῖ παρά τοῖς τοιαύτοις καιροῖς. Hinc animadvertit quam vetus fuerit miscendæ genialibus epulis verborum lasciviæ consuetudo, et unde thalassionis fescenninorumque carminum licentia ortum duxerit.

<sup>c</sup> Omnes edit. et pauci mss., *et conspiciã;* cæteri, qui et melioris notæ, *et conspiciã.*

<sup>d</sup> Omnes edit., *His atque talibus invictus certe ani-*

18. Abstinit autem conjugio puellæ, cujus perfidiam deprehenderat, atque in patriam donum sese recepit. Turbataque animi juvenula, quæ indignationem læsi, ferociam fortissimi fraudi sibi futuram justa formidine perborresceret, in alterius viri coecessit nuptias; quem tamen paranympum sibi Samson quasi fidum sodalem, cum duceret eam uxorem, adsciverat. Nec sic tamen, præterito licet conjugio, **B** offensionis periculum avertit. Namque (*Judic. xv, 1 et seq.*) ubi res prodita, volentique ad conjugem redire interclusa copia, quod pater eam alii viro nupsisse diceret, sororem sane ejus, si vellet, ducere liceret; stimulo injuriæ exulceratus, publicam excogitavit ultionem capessere domesticæ contumeliæ indignatione: correptisque trecentis vulpibus, adulta ætate, cum jam matura essent in agris frumenta, bipas sibi invicem caudam ad caudam ligavit, atque in medium earum ardentem inseruit facem, nodoque adstrinxit inextinguibili, et ultor injuriæ super manipulos messis dimisit frumentariæ, quam securant incolæ Palæstinorum. At illæ igni exterritæ, quæcumque præcipites convolvebantur, spargebant incendium, et exurebant spicas eorum. Quo dispendio commoti, quod omnes sibi locorum fructus interierant, factum principibus suis intimaverunt. Et illi miserunt viros in Thamnatam, qui mulierem quæ variato fidem conjugio mutaverat, ac totam ejus domum parentesque igni involvere; quod ea causa suæ vastitatis et injuriæ foret: nec oportuisse lædi vtrum pronuntiantes, qui posset malo publico se ulcisci.

19. Nec tamen Samson populis Palæstinorum delicti gratiam fecit, atque eo vindictæ fine contentus fuit: sed concidit eos strage maxima, plurimique eorum ferro interiit. Ipse autem concessit in Etam, ad torrentem in deserto. Petra illic erat munitio tribus Juda. Palæstini vero, ut qui eum non auderent laceßere, nec munitionis prærupta ardorque superare, tribum Juda denuntiato adorsi urgere prælio, <sup>e</sup> cum justa referri cernerent, quod subditos **848** sibi et tributarios perditum iri nequaquam <sup>f</sup> verum et æquum atque ex usu videretur publico, pro alieno præsertim facinore: consulentes in me-

mus: at omnes mss. ut nos in textu, nisi quod nonnulli non ponunt *ad ante cætera.*

<sup>e</sup> Josephus, οὐδὲ γυναῖκας εἶναι τι δολιχότερον: quæ verba cum desint in sacris codicibus, ab eodem historico translulit sanctus Doctor.

<sup>f</sup> Cum justa referri cernerent, desideratur in cunctis edit. sed e cunctis mss. restituitur.

<sup>g</sup> Edit. et quidam mss., *justum et æquum.* Infra vero mss. nonnulli, *patratorum tanti flagitii.*

diūni, tradī sibi designatorem tanti flagitii postulareverunt, atque ita illis quod ab eo commissum, futurum sine noxa esset.

20. Qua præscripta sibi conditione, viri de tribu Juda tria millia ex suis congregantes ascenderunt ad eum, et præfato quod essent subditiū Palæstinorum, quibus sibi necessitas obediendi non ex arbitrio, sed ex periculi formidine maneret; facti sui invidiam retorquebant in eos, qui jus cogendi habebant. Tum ille: Et quæ, inquit, justitiæ forma est, genus Abrahamidarum, ut circumscriptæ primo conjugis, deinde abductæ perniciosa mihi vindicta sit, et sine periculo domesticam injuriam non licuerit ulcisci? Tantumne inclinatis animos ad turpe vernularum obsequium; ut executores vos alienæ præbeatils insolentiæ, atque in vosmet ipsos veritatis manus? Si pereundum est, quia dolorem habui liberum, juvat perire manibus Palæstinorum. Tentata domus, sollicitata uxor: si non licuit mihi vivere sine eorum fraude, saltem liceat mori sine eorum scelere. Retuli ego acceptam injuriam, non intuli? Vos astimate an digna vicissitudo fuerit. Illi de damno fructuum queruntur, ego de conjugis amissione: conferite manipulos messis, et sociam thori. Dolorem meum ipsi probarunt, cuius injurias vindicaverunt. Videte quo vos ministerio dignos putant. A vobis enim in mortem affici volunt, quem ipsi ultione dignum de iis, qui læserant, judicaverunt, et qui vindictæ præbuerunt ministerium. Sed si adeo subdita superhis colla geritis, tradite me hostium manibus; vos nolite occidere. Non mortem abnuo, <sup>a</sup> sed vestrum fugio contagium. Verum si formidine ceditis insolentibus, alligate vinculis manus: inermes licet, invenient sibi arma nodis solutæ. Certe conditioni impositæ satis futurum arbitrati sunt, si viventem in potestatem daretis.

21. Quibus illi auditis (*Ibid.*, 13 et seq.), quamvis tria millia virorum ascenderant, sacramentum dederunt quod a se vitæ ejus vis nulla irrogaretur; tantummodo patiens vinculorum esset, ut deditiōnem ejus patrarent, quo vacui fierent ejus, cuius arguebantur, facinoris.

22. Accepta itaque fide, spelæo egressus, deseruit petræ munitionem: ac duobus innexis funibus, ubi appropinquare accitos ad suscipiendum Palæstinorum validos videt, infrenuit spiritu, et universa dirupit vincula; atque arripiens maxillam asini

<sup>a</sup> Vestrum fugio contagium, hoc loco ita interpretandum, caveo ne vos ex morte mea contagium peccati contrahatis.

<sup>b</sup> Rom. edit., *Siagon loco nomen est. . . virtute egregia asini maxilla consummaverit.* Verum tametsi et in sacris paginis et apud Josephum locus ille *Maxilla et Elevatio maxillæ* vocitetur, tamen cum in omnibus mss. et antiq. edit. scribatur *Agon*, et nuncupationis causa reddatur certamen ibidem consummatum, mentione asininæ maxillæ prætermisssa, non dubitamus quin nostra lectio sit etiam Ambrosiana. Verisimile ergo est in illis Josephi verbis, ὁ Σιαγὼν καλεῖται ὡς διὰ τὴν Σαμφῶνος ἀνδραγαθίαν ἐπ' αὐτῷ γενομένην, Ambrosium legisse ὁ Ἄγων καλεῖται, etc. Porro quod subjicitur de Samsonis animo in victo-

A jacentem, percussit mille viros, fugavit alios grandi virtutis spectaculo; cum inermi et uni cederent armatorum agmina. Et qui cominus ausi fuerant congredi, facili negotio, nullo labore obtruncati; aliis fuga exitium dempsit. Unde hodieque <sup>b</sup> Agon loco **249** nomen est, quod ibi Samson gloriosum certamen <sup>c</sup> virtute egregia consummaverit.

23. Sed utinam quam fortis in hostem, tam moderatus in victoria fuisset. Verum quod facile usu venit, insolens rerum secundarum animus, qui debuit eventum pugnæ divino favori et præsidio deferre, sibi arrogavit, dicens: *In maxilla asinæ delei mille viros.* Nec aram statuit Deo nec hostiam immolavit: sed negligens sacrificii, assumptor gloriæ, ut triumphum suum perpetuo consecraret nomine, vocavit locum Maxillæ interfectionem.

24. Et mox siti graviter cœpit inardescere, et potus deerat, nec jam ferre ac tolerare poterat. Unde intelligens quod nihil tam facile esset <sup>d</sup> humanæ opis, quod sine divino adjumento non difficile foret, exclamavit atque obsecravit, ne sibi Deus omnipotens in offensam verteret, quod imprudenter incauto sermone sibi aliquid assignavisset. Quintetiā illam victoriam Deo deputabat dicens: *Tu dedisti in manū servi tui salutem magnam hanc, et nunc subveni; quia ecce morior siti, et in potestatem eorum de quibus tantum donasti triumphum, sitis necessitate adjudicar.* Quomodo Dei misericordia, cum projecisset ille maxillam, aperuit scissuram ejus, et fons erupit ex ea, et bibit Samson, et resumpsit spiritum, et vocavit locum <sup>e</sup> invocationem fontis, eo quod victoriæ jactantiam invocationis precibus emendasset: ita diversa judicia mature edita, quod et arrogantia cito offensam incurreret, et humilitas sine ulla offensione sese reconciliaret.

25. Verum ubi decursa serie bellum Palæstinorum composuit, et suorum declinans ignaviam, et hostilem despiciens animum, Gazam sese contulit: ea civitas erat in locis Palæstinorum, et habitabat illic in diversoria. Quod cognitum Gazei (*Judic.* xvi, 1 et seq.) haudquaquam dissimulatione præterierunt, sed festinantes circumdederunt diversorium ejus, et obsederunt universos aditus domus, ne fugam in nocte componeret. Itaque Samson cognito quid pararetur, compositas insidias noctis medio <sup>f</sup> prævertens, columnas domus manibus amplexus, materiem totam et culminis molem cervice

ria sua elato, nec non divini beneficii immemore, id ex eodem historico petiitum fuit.

<sup>e</sup> Rom. edit., *virtute egregia, asini maxilla consummaverit.*

<sup>d</sup> Ita vet. edit. ac mss. omnes, uno excepto, ubi habetur, *humano operi*, minime male: at Rom. edit. emendavit, *humanae opi*. Verum tamen *humanæ opis* recte servari potest, modo sic construat, nihil humanæ opis, id est, humanarum virium, tam facile esset, quod, etc.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *invocationis fontem*. Hunc porro non ex ipsa maxilla, sed e vicina petra scaturivisse narrat Josephus.

<sup>f</sup> Eadem edit. Rom., *prævertens, fores portæ urbis et utrosque postes manibus amplexus, materiem totam*

valida sustentans, in verticem montis altissimi transportavit, qui imminere urbi Chebron, quæ populis Hebræis incolebatur.

26. Sed cum libero et vago motu transgredederetur non solum regionis paternæ terminos, sed etiam morum limites, et majorum observatione præscriptos, eam sibi futuræ mox cladis pestem invenit. Namque parum fida expertus alienigenæ uxoris prima connubia, qui debuisset cavere vel postea, rursus Dalilæ mulieris fornicariæ copulam non declinavit; et cum eam diligeret impense, tentandi se causam dolis hostilibus præstitit. Ascendentes enim Palæstini **850** ad eam, polliciti sunt pecuniam viritum duros mille et centum denarios, si proderet eis in quo ille fiduciam virtutis suæ constitutam haberet: quo cognito, circumveniri et capi posset.

27. At illa quæ semel se pecuniæ prostituerat, (*Ibid.*, 6 et seq.), astute satis <sup>a</sup> et callide inter pocula et illecebras amoris quasi admirans fortitudinis ejus eminentiam, quærere hoc cœpit, quo tandem genere tantum præstaret reliquorum virtutibus; simul et quasi pavida atque sollicita orare, ut dilectæ suæ committeret, qui nexus astrictum alienæ potestati substerneret. Ille autem adhuc sobrius et fortis animi adversus delinimenta meretricia dolum dolo retulit, dicens quia si vitibus virentibus adhuc et non aridis alligaretur, infirmitate corporis adæquaret aliorum similitudinem. Quo Palæstini per Dalilam sibi comperto, cum vitea soporanti circumdedissent vincula, quasi de improviseo exitum, haud degenerem offendere notæ et solitæ fortitudinis; cum solutis nexibus, virtus libera multis licet, resisteret ac repugnaret.

28. Sed ubi parum processit, rursus Dalila <sup>b</sup> quasi derisa et conquerens repetere artes suas, et fidem amoris poscere non prætermittebat. Cui Samson validus adhuc consilii, dolum ridentis, significavit ligatum se septem funibus, qui adhuc sine usu forent, venturum in potestatem hostium: sed et hoc frustra fuit. Tertio quoque tamquam de mysterio deprompsit, et jam <sup>c</sup> lapsuro propior, si dissoluti essent crines septem capitis sui, et quasi in cubitum intexti, discederet ab eo virtus sua. Et hoc quoque lusit insidiarum fabricatores.

29. At postremum cum illud sibi toties procox <sup>D</sup>

*et seram cervice*, etc.; vet. edit. cum mss. omnibus, ut in contextu, nisi quod pro *materiem* unus ms. exhibet *maceriem*. Non satis recte, nam per *materiem* totam redduntur illa Josephi verba, ὅση τε ἄλλη περὶ ἀνταίς ἢ ξύλωσις. Cæterum ut vectes portæ omittit Ambrosius, ita etiam *culminis molem* solus memorat.

<sup>a</sup> Rom. edit., quasi derisam conquerens.

<sup>b</sup> Vet. edit. inter epulas et illecebras; Rom. cum mss. multo pluribus, *inter pocula et illecebras*; quinque mss., *interpolat et illecebras*; quos quidem non repugnantes hic sequeremur, nisi cum Josepho magis alii congruerent.

<sup>c</sup> Belv. cod., *lapsui propior*. Quod autem infra ponitur *in cubitum*, videtur idem hoc esse ac *licio vivo in licium*; ut in Scriptura legitur; attamen erat

A mulier deploravisset, indignam se habitam dolens, cui comitteretur arcanum dilecti; et id quod pro remedio quæreret, ad prodicionem suspectari videret, lacrymis fidem coegit: simul quia debebatur invicte ad id tempus fortitudinis viro, ut ærumnam incideret, saucius animi secretum aperit: præterdum in se virtutem Dei, et esse Domino sanctificatum, secundum ejus præceptum comam pascere, quæ si attonderetur, desineret Nazaræus esse, et propria virtutis usum amitteret. Palæstini per mulierem comperta infirmitate viri, sceleris mercedem afferunt, ut prelio obnoxia, dolum patraret.

30. At illa meretriciis delinimentis fessum amoris in soporem compulit, et tonsore adhibito, septem crines capitis ejus admota novacula abscedit, continuoque interdicti prævaricatione vires minuit. Denique ex somno expergitus: *Faciám*, inquit, *sicut soleo: et excutiam me super adversarios*; sed nec animi sui alacritatem, nec virtutem agnovit: nec vigor erat, **851** nec gratia manebat. Itaque reputans se cum <sup>d</sup> quod improvide se mulieribus credidisset, et calvi ratus tentare ulterius aliquid damnatum infirmitatis cæcitati oculos, vinculis manus præbuit, et compedibus innexus carcerem intravit multis sibi incognitum tempestatibus.

31. Et jam processu temporis (*Judic.*, xvi, 22 et seq.) crescere ei coma cœperat itaque cum esset celebre convivium, Palæstinorum conventui produciuntur de carcere Samson, ac statuitur in populi conspectu. Erant tria millia ferme hominum virilis ac muliebris sexus; et gravibus eum insultabant conviciis, circumagebant ludibriis, quod durius et ultra ipsam captivitatis speciem viro ingenitæ virtutis conscio tolerabatur. Nam vivere et mori naturæ functio, ludibrio esse probro ducitur. Cupiens igitur tantam contumeliam vel ultione solari, vel morte in reliquum prævertere, simulato quod propter infirmitatem corporis et nodos compedum sustentare sese nequiret; poposcit a puero, qui dirigebat vias ejus, ut admo-veret eum ad columnas proximas, quibus domus omnis suffulciebatur. Et admotus, utraque manu fulcra totius comprehendit ædificii, atque intentis ad festa sacrificii Palæstinis, quod Dagoni deo suo deferebant, per quem sibi adversarium suum datum in potestatem arbitrabantur, muliebris perfidiæ dolos beneficiis annumerantes cœlestibus, exclamavit ad

etiam vinculi genus, quod vocabatur ἀγκυρόδεσμος, quo respicere, potuit Ambrosius.

<sup>d</sup> Omnes edit., *quam improvide se mulieri adversariorum credidisset, et calvatus tentare ulterius aliquid damatus infirmitatis nequiret, cæcitati oculos*; Eras. et Gill., *cæcatus oculos, vinculis*, etc.: mss. vero lectionem nostram exhibent magno consensu, nisi quod voces *calvi ratus* plerique compingunt in *calviratus*, quæ dicitio nulla est apud Latinos. Ut autem ultimam hanc partem facile assequaris, eam hoc modo interpretare: *calvi ratus*, id est, decipi se ratus: *tentare alterius aliquid*, hoc est, si tentaret, etc., denique *damnatum infirmitatis*, idem est atque, cum damnatus esset, etc.

Dominum dicens : Domine, adhuc semel memor pueri A tui esto, ut pro duobus oculis meis vindictam tribuas de nationibus; ne dent gloriam suis diis, quod ipsis iuuantibus, me in potestatem acceperint : nec vitam meam pluris facio. *Moriatur anima mea cum Pala-* stinis, ut agnoscat sibi infirmitatem meam non minus quam virtutem exitialem fuisse.

32. Concussit itaque columnas magna vi, ac dissolvit et comminuit eas : quas secuta ruina superioris culminis, et ipsum involvit, et universos, qui desuper aspectabant, præcipitavit. Ibi magna vis marium feminarumque promiscue exanimata, <sup>a</sup> et triumphus quæsitus perempto et supra omnes superiores victorias haud quaquam degenerare et decoloro exitu. Nam etsi inviolabilis ad id locorum et deinceps, atque incomparabilis in hac vita expertis belli B fuerit viris, tamen in morte se ipsum vicit, et insuperabilem gessit animum, ut contemneret, et **852** quasi pro nihilo haberet vitæ finem omnibus formidolosum.

33. Virtutis igitur fuit quod victoriarum numero diem clausit, nec captivum exitum, sed triumphalem invenit. Circumscripsum autem fuisse a muliere, naturæ potius quam personæ ascribendum; quia humana <sup>b</sup> conditio, quam culpa inferior; premitur enim et cedit illecebris flagitiorum. Itaque cum Scriptura ei testificetur quod plures in morte, quam in lumine vitæ istius positus occiderit, videtur ad adversariorum magis exitium captus, quam quo ipse dejectior fieret, aut minor esset : non est enim se expertus inferiorem, cuius sepultura præstantior, quam potentia fuit. Denique non telis, sed cadaveribus hostium pressus et humatus est, proprio tectus triumpho, clarum insigne relinquens posteris; eo quod populum suum, quem captivum invenerat, viginti annis in libertate iudicio suo rexit, et sepultus in patrio solo libertatis hæredem dimisit.

<sup>a</sup> Mss. duo, et triumphus quietus; alii totidem, et triumphus magnus.

<sup>b</sup> Omnes edit., conditio major, quam culpa inferior; nullo sensu vel absurde enuntiato : optime igitur omnes mss. dictionem major excluderunt, ut humana conditio dicatur culpæ obnoxia. Suffragantur correctioni nostræ etiam Josephi verba, in calce memorati jam sæpe loci ita loquentis : καὶ τὸ μὲν ὑπὸ γυναικὸς ἀλῶναι, οὐδὲ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων προσάπτειν ἥττον ἁμαρτημάτων οὕση, etc.

<sup>c</sup> Non hac tantum epistola conjugia christianorum D cum alterius sectæ personis proscribuntur ab Ambrosio, verum etiam variis prioris voluminis locis, nimirum lib. II de Abraham cap. 9, num. 84, Exposit. in psal. cxviii, serm. 20, num. 48, et lib. VIII in Luc. num. 2. Magna vero controversia est inter veteres novosque scholasticos, utrum ea cultus, ut vocant, disparitate matrimonium non modo contrahendum impediri, sed etiam dirimi dissolvique contractum censeat Doctor noster. Affirmantem defendunt opinionem Gratianus P. Lombardus, atque alii : a negante autem stat Bellarminus, Estius, et cætera turba recentiorum. Hi porro potissimum ducuntur ea ratione, quod hæreticos quoque in eandem classem cum ethnicis ac Judæis cogat Ambrosius : atque adeo impedimentum illud usu potius et tacito consensu quam ulla lege dirimens factum esse iidem contendunt. Fatemur quidem non tam perspicue lo-

34. Hoc ergo exemplo liquet <sup>e</sup> alienigenarum consortia refugienda; ne pro charitate conjugii proditiōnis insidiæ succedant. Vale, et nos dilige, quia nos te diligimus.

<sup>d</sup> EPISTOLA XX.

*Narrat sorori quæ Mediolani per dies aliquot propter basilicam, quam Ariani petebant evenere, quomodo a Valentiniani ministris ipse fuerit compellatus, populus autem reclamaverit : deinde quomodo missis decanis ad basilicam invadendam, raptus fuerit a populo Castulus Arianus, cujus occasione, licet sua ipsius cura liberati variæ secutæ sunt condemnationes; post quæ iterum interpellatus imperatoris nomine sanctus præsul magna constantia respondet. Addit postridie occupata basilica, milites se ad catholicos transituros promississe, nec populum de fortitudine quidquam remisisse : tentationes Job et maxime quas a muliere passus legitur, huic tempori accommodatas : interim liberatam basilicam, sed notarium sibi dura nuntiasse, quibus nequiquam motus fuerit : postremo prophetiæ Ionæ ad res præsentis adaptationem, populi ob liberatam basilicam, et multam mercatoribus remissam gaudium, verbu Valentiniani ad comites, et suum ad Calligoni minas responsum subdit.*

1. <sup>e</sup> Quoniam in omnibus fere epistolis sollicite quæris de Ecclesia, accipe quid agatur. Postridie quam accepi litteras tuas, quibus significaveras quod te exagitarent somnia tua, moles inquietudinum gravium cæpit moveri. Nec jam <sup>f</sup> Portiana, hoc est, extramurana **853** basilica petebatur, sed basilica nova, hoc est, intramurana, quæ major est.

2. Convenerunt me <sup>g</sup> primo principes virtutum viri, comites consistoriani, ut et basilicam traderem, et procurarem, ne quid populus barbarum moveret. Respondi quod erat ordinis, templum Dei a sacerdote tradi non posse.

cutum hac de re Ambrosium, ut nullus supersit dubii locus : atamen si testimonia ipsius jam indicata penitus introspicias, omnia ejusmodi connubiorum genera ab eo sic prohiberi comperies, ut pro nullis habenda esse satis significet. Quod vero ad principum constitutiones, Theodosii legem habemus an. 388 datam, quæ christianis ac Judæis inter se matrimonio coeuntibus adulterii pœnam, hoc est, capitalem, indixit. Cæterum ante illa tempora in eadem re varias variis locis consuetudines observari consuevisse credibile est.

<sup>d</sup> Scripta anno 385.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, Ambrosius episcopus Marcellinæ sorori.

<sup>f</sup> Mabillonius noster Itineris Ital. pag. 17 : Sancti Victoris Basilica, ævo Ambrosii extramurana, a conditore Portiana vocabatur.

<sup>g</sup> Principes virtutum desideratur in multis mss. in nonnullis tamen et cunctis edit. reperitur. Forsitan autem principes virtutum non alii dicuntur ab Ambrosio, quam magistri militum, et principes agentium in rebus : de quorum officiis consule J. C. Bulegerum lib. III de Imperio Rom. cap. 42, et lib. VI, cap. 44. Comites vero consistoriani vocantur ii, qui principis consistorio intererant : de quibus idem Bulegerus lib. III de Imperat. Rom. cap. 2, et lib. II de Imperio Rom. cap. 9. Quibus etiam addere licet Godefridum in leg. de Comit. Consist.



3. Acclamatum est sequenti die in Ecclesia: A etiam <sup>a</sup> praefectus eo venit; coepit suadere vel ut basilica Portiana cederemus. Populus reclamavit. Ita tunc discessum est, ut intimaturum se imperatori diceret.

4. Sequenti die, erat autem Dominica, <sup>b</sup> post lectiones atque tractatum, dimissis catechumenis, symbolum aliquibus competentibus <sup>c</sup> in baptisteriis tradebam basilicæ. Illic nuntiatum est mihi comperto quod ad Portianam basilicam de palatio <sup>d</sup> decanos misissent, et vela suspenderent, populi partem eo pergere. Ego tamen mansi in munere, <sup>e</sup> missam facere coepi.

5. Dum offero, raptum cognovi a populo Castulum quemdam, quem presbyterum dicerent Ariani. Hunc autem in platea offenderant transeuntes. Amarissime <sup>f</sup> flere, et orare in ipsa oblatione Deum coepi, ut subveniret, <sup>f</sup> ne cuius sanguis in causa Ecclesiæ fieret: certe ut meus sanguis pro salute non solum populi, sed etiam pro ipsis impiis effunderetur. Quid multa? Missis presbyteris et diaconibus, eripui injuriæ virum.

<sup>a</sup> Erant varia praefectorum genera, de quibus citatus Buleng. de Imp. Rom. variis locis, sicut et Godefr. ; at cum *praefectus* simpliciter hic appellatur, intelligimus praefectum praetorio, cujus officium passim explicant iidem auctores.

<sup>b</sup> *Post lectionem* videlicet sacrarum paginarum: atque tractatum, concionem scilicet, sive lectionis expositionem. Quod autem ait se competentibus tradidisse symbolum, jam quidem ad lib. 1 de Elia cap. 10, num. 34, quinam vocarentur competentes, explicuimus: quando vero symbolum acciperent, hoc loco discrete exprimitur, Isidorus quoque lib. 1 de Eccles. Offic. cap. 27, loquens de Dominica Palmarum: *Hoc autem die*, inquit, *symbolum competentibus traditur*. Sed non diu stetit eam consuetudinem hinc deducimus, quod Alb. Flaccus, dum agit de eadem re, non verbum *uitur*, sed *utebatur*, adhibet. Immo vero non ubique eandem diem tradendo symbolo etiam Ambrosius ætate attributam intelligimus ex Augustino. Expende ipsius Serm. 59, in Mathæum, Serm. 212, de Tradit. Symb., atque alios.

<sup>c</sup> Rom. edit. cum mss. aliquot, *in baptisterii tradebam basilica*: alia edit. cum cæteris mss. ut in contextu. Notum vero est baptisteria, statim atque libertas Ecclesiæ affulsit, inferiori Ecclesiarum parti adungi coepisse. Adi hac de re Paulini epist. 52, ad Severum.

<sup>d</sup> Godefridus ad leg. de Decanis eorum idem officium esse atque lictorum asserit: *Ideo*, inquit, *corripendis reis: velis item seu cortinis regis, locis fisco vindicatis, suspendendis operam decani navabant*. Quod ut ostendat, hunc ipsum locum allegat. Eundem etiam citat Bulengerus lib. vi, cap. 73, quem consule.

<sup>e</sup> *Missam facere coepi* non de missione competentium, sed de sacrificio ipso dictum videtur. Nam alioqui verbo *coepi*, cum jam catechumenos dimississet, admodum improprie usus fuisset.

<sup>f</sup> Vet. edit. et mss. non pauci, *ne hujus sanguis*. Non quidem absurde, si referatur ad Castulum; melius tamen Rom. edit. cum mss. aliquot, *ne cuius sanguis*. Primum auctorem hujus emendationis Costerium laudat Nannius: at tamen sibi suppuratum adhuc locum videri hanc ob rem ait, quod sanguis fieri Latine non dicitur. Proinde non *fieri*, sed *fluere* legendum putat. Gronovius, *Observat. in Eccle.* 25, Nannii scrupulum, allatis T. Livii testimoniis, removet. Verum is ipse dum pro *ne cuius sanguis* legendum censet, ne quis sanguis, acutius,

6. Condemnatione illius gravissimæ decernuntur: primo in corpus eorum mercatorum. Itaque sanctis diebus hebdomadis ultimæ, & quibus solebant debitorum laxari vincula, stridunt catenæ, imponuntur collo innocentium, <sup>g</sup> exiguntur ducenta pondera auri <sup>h</sup> infra totum triduum. Respondent aliud se tantum aut duplum, si peterentur, daturos, dummodo servarent fidem. Erant pleni carceres negotiatoribus.

7. Palatina omnia officia, hoc est, <sup>i</sup> memoriales, agentes in rebus, <sup>j</sup> apparitores diversorum comitum temperare a processu jubentur, specie qua seditioni interesse prohibebantur: honoratis multa minabantur gravissima, nisi basilicam traderent. Fervebat persecutio: ac si aperuissent portam, prorupturi in omne facinus videbantur.

8. Convenior ipse a comitibus et tribunis, ut *hæc* fieret matura traditio, dicentibus imperatorem jure suo uti, eo quod in potestate ejus essent omnia. Respondi, si a me peteret, quod meum esset, id est, suum meum, argentum meum, <sup>k</sup> quidvis hujusmodi meum, me non refragaturum; quamquam

quam par sit, philosophatur.

<sup>g</sup> Idem Ambrosius in psalm. cxviii, Serm. 15, num. 7, agens de oleo misericordiae: *Hoc oleum*, inquit, *lucet in Ecclesiæ solemnitatibus*. At potissimum in paschali solemnitate vinetos laxari olim solitos testatur Gregorius Nyss. *Orat. 3 de Resurrect.* Dom. Chrysostomus *Orat. 6 ad popul. Antioch.* et alibi, nec non alii Patres. Datæ sunt quoque in eandem rem leges plurimæ, ut puta 3, 4, 5, 6, 7 et 8, de Indulg. Crim. Sed sanctam nostram ad 3 et 4, quæ a Valentiniano I an. 367 et 368 latæ sunt, hic alludere facile deprehendas.

<sup>h</sup> Ita mss. a quibus non recedunt edit. nisi quod pro *infra* exhibent *infra*, et quod vocem *totam* Rom. edit. jugulavit. Continuo vero post, ubi omnes edit. et pauci mss. *Respondent aliqui*; mss. plures potioresque praferunt, *Respondent aliud*.

<sup>i</sup> *Omnia officia*, id est, plurima, nimirum quæ hic significantur; licet etiam nonnulla forte relicuerit. Sunt autem *memoriales* qui serinio memoriæ præsent, de quibus Buleng. lib. iv de Imperio Rom. cap. 15. *De agentibus in rebus* titulus est in Cod. Justin. lib. xii. Multa etiam mentio in Cod. Theod. præsertim lib. vi. Sunt qui generale nomen putent in eos relatum, qui res Cæsaris agunt, ut aut procuratores sint principis: aut commissarii per diversas provincias ad legatos, aucto imperio, dispersos; unde in libris posterioribus ducentarii quidam, alii centuarii leguntur. Ita Nannius ex Alciato, quam tamen sententiam refellens, ait divinare se agentes in rebus eos esse qui ordinem ducunt, hoc est, militares magistratus; idque ex legibus Theodosii ac Justiniani, ubi palatinæ militiæ iidem opponuntur, probari putat. *Apparitores* ii dicebantur, qui variis parebant magistratibus. De quibus Bulengerus lib. cit. cap. 17. *De comitibus* autem idem auctor tot locis agit, ut longius esset eos vel recensere. Præstat igitur eodem lectorem remittere sicut et ad Godefr. *De honoratis* tandem jam nonnihil dictum est ad lib. ii de Officiis cap. 29, num. 150, quibus tantum addimus illos ad Alciato lib. Præterm. 1 deserviri, *qui palatinam dignitatem habent, administratione autem abstinent*; et a Nannio pro iisdem haberi, qui Romæ senatores, in municipiis decuriones vocabantur; quod ut ostendat, ex lib. xvi, tit. 4, leg. 44, Theodosii citat. Adi etiam Godefridum ad legem de officio jud. civil.

<sup>j</sup> Quadam Paris., *Apparitores adversorum comitum*.  
<sup>k</sup> Vet. edit. cum mss. multo pluribus, *que hujus-*



omnia quæ mei sunt, essent pauperum : verum ea quæ sunt divina, imperatoris potestati non esse subjecta. Si patrimonium petitur, invadite : si corpus, occurrat. Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? voluptati est mihi. Non ego vallabor circumfusionem populorum, nec altaria tenebo vitam obsecrans, sed pro altaribus gratius immolabor.

9. Horrebam quippe animo, cum armatos ad basilicam Ecclesiæ occupandam missos cognoscerem; ne dum basilicam vindicant, aliqua strages fieret, quæ in perniciem totius vergeret civitatis. Orabam ne tantæ urbis vel totius Italiæ busto superviverem. <sup>b</sup> Detestabar invidiam fundendi cruoris, offerebam jugulum meum. **855** Aderant Gothi tribuni, adorabar eos, dicens : Propterea vos possessio Romana suscepit, ut perturbationis publicæ vos præbeatis ministris? Quo transibitis, si hæc deleta fuerint?

10. Exigebatur a me, ut compescerem populum. Referebam in meo jure esse, ut non excitarum : in Dei manu, uti mitigaret. Postremo si me <sup>c</sup> incontentem putaret, jam in me vindicari oportere, vel abduci me in quas vellet terrarum solitudines. Illis dictis, illi abierunt : ego in basilica veteri totum exegi diem. Inde domum cubitum me recepi, ut si quis abducere vellet, inveniret paratum.

11. Ante lucem ubi pedem limine extuli, circumfuso milite occupatur basilica. Idque a militibus imperatori mandatum dicitur, ut si prodire vellet, haberet copiam; se tamen præsto futuros, si viderent eum cum catholicis convenire : alioquin se ad eum cætum, quem Ambrosius cogeret, transituros.

12. Prodire de Arianis nullus audebat; quia nec quisquam de civibus erat, pauci de familia regia, nonnulli etiam Gothi. Quibus ut olim <sup>d</sup> plaustra sedes erat, ita nunc plaustrum Ecclesia est. Quocumque femina ista processerit, secum suos omnes cætus vehit.

13. Circumfusam basilicam esse gemitu populi intellexi : sed dum leguntur lectiones, intimatur mihi plenam populi esse basilicam etiam novam : majorem videri plebem, quam cum essent omnes liberi : lectorem efflagitari. Quid plura? Milites ipsi, qui videbantur occupasse basilicam, cognito quod præcepissem, ut abstinerentur a communionis consortio, ad conventum hunc nostrum venire cœperunt. Quibus visis, turbantur mulierum animi, propripit se una. Ipsi tamen milites se ad orationem ve-

modi; Rom. cum aliis quidvis hujusmodi.

<sup>a</sup> Mss. prope ad unum, *voluntati est mihi*; melius omnes edit., *voluptati*, etc.

<sup>b</sup> Id est, magis horrebam, ne invidia et offensio alieni sanguinis in me rediret, quam ne meus ipsius funderetur.

<sup>c</sup> Omnes edit., *incontentem putarent... in quas velent*; omnes mss. *putaret* nempe imperator aut potius Justina ipsius mater.

<sup>d</sup> Gothi Scythica gens creditur, qui in curribus degunt, *αμαζόβια*, et *αμαζόβια* appellantur. Gothorum sedes tunc orientaliū, hoc est, *Οοσιγοαθεν*, vulgo *Ostrogothen*; tunc occidentaliū, hoc est, *Vuestgoethen*, vulgo *Visigotheu*, in mari Baltico ad Sue-

nisse, non ad prælium loquebantur. Clamavit aliqua populus. Quam moderate, quam constanter, quam fideliter posebat, ut ad illam pergeremus basilicam! In illa quoque basilica fertur quod populus presentem flagitabat meam.

14. Tunc ego huic adorsus sermonem suum : Audistis, filii, <sup>e</sup> librum Job legi, qui solemniter munere est decursum et tempore. Scivit ex usu huic librum etiam diabolus intinmandum, quo virtus omnis suæ tentationis aperitur et proditur; et ideo se hodie motu majore concussit. Sed gratias Deo nostro, qui vos ita firmavit fide atque patientia. Unum Job miraturus ascenderam, omnes Job quos mirarer, inveni. In singulis vobis Job revixit, in singulis sancti illius patientia et virtus refulsit. <sup>f</sup> Quid enim præsentius dici potuit a christianis viris, quam id quod hodie in vobis Spiritus sanctus est locutus? Rogamus, Auguste, non pugnamus : non timeamus, sed rogamus. Hoc christianos decet, ut et tranquillitas pacis optetur, et fidei veritatisque constantia nec mortis revocetur periculo. Est enim **856** præsul Dominus, qui salvos faciet sperantes in se (*Psal. xvi, 7*).

15. Sed veniamus ad propositas lectiones. Videtis diabolo tentandi licentiam dari (*Job. i, 12*), ut honi probentur. <sup>g</sup> Invidet iniquus bonis profectibus, tentat diversis modis. Tentavit sanctum Job in patrimonio, tentavit in filiis, tentavit in dolore corporis. Fortior in suo corpore tentatur, infirmior in alieno. Et mihi meas divitias, quas in vobis habeo, volebat auferre, et hoc tranquillitatis vestræ patrimonium <sup>C</sup> dissipare cupiebat. Vos quæque ipsos mihi bonos filios gestiebat eripere, pro quibus ego quotidie instauro sacrificium : vos ruinis quibusdam publicæ perturbationis conabatur involvere. Duo igitur jam genera tentationis excepi. Et fortasse quia infirmior me Dominus Deus novit, adhuc in corpus meum non dedit potestatem. Etsi ipse cupiam, etsi offeram, adhuc me fortasse huic certamini impari judicat, et diversis exercet laboribus. Nec Job ab isto cœpit certamine, sed in hoc consummavit.

16. Tentatus est autem Job nullis coærvatis malorum, tentatus est etiam per mulierem, quæ ait : *Dic aliquod verbum in Deum, et morere* (*Job. ii, 9*). Videtis quanta subito moveantur, Gothi, arma, gentiles, multa mercatorum, pœna sanctorum. Advertitis quid jubeatur, cum mandatur : *Trade basilicam, hoc est : Dic aliquod verbum in Deum, et morere*. Nec

diam demonstrantur. Arbitror illis nomen inditum a bonitate, hoc est *goeth*, ut altera gens se a malitia, hoc est *quaeth*, appellaverunt Quædæ : ut Franci dicti sunt *vrii anchen*, hoc est, juvenes castros, nondum mariti. Ita Nannius. Invenit ergo ab Ambrosio synaxes Arianorum fuisse ambulatores.

<sup>e</sup> Rom. edit., *librum Job hodie legi*.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, *Quid enim præstantius?* At minima mutandum præsentius; idem enim est ac si scribas : Quodnam dictum ab anime sibi magis præsentem, et affectibus libero proferri potuit?

<sup>g</sup> Omnes edit., *Invidet iniquus*; atque mss. nihilo deteriori sensu, *Invidet iniquus*.

solum dic adversum Deum, sed etiam fac adversum A Deum. Mandatur : Trade altaria Dei.

17. Urgemur igitur præceptis regalibus, sed confirmamur Scripturæ sermonibus, quæ respondit : *Tamquam una ex insipientibus locuta es (Ibid., 10)*. Non mediocris igitur ista tentatio; namque asperiores tentationes has esse cognovimus, quæ sunt per mulieres. Denique per Evam etiam Adam supplantatus est (*Gen. III, 6*); eoque factum, ut à mandatis cælestibus deviaret. Quo errore cognito, prævaricatoris conscientia reus latere cupiebat, sed latere non poterat; et ideo ait ei Deus : *Adam, ubi es (Ibid., 9)*? hoc est, quid eras ante? ubi nunc esse cœpisti? ubi te constitueram? quo ipse transgressus es? Agnoscis esse te nudum, quia bonæ indumenta fidei perdidisti. Folia sunt ista, quibus nunc velare te quæris. Repudiasti fructum, sub foliis Legis latere cupis, sed proderis. Recedere a Domino Deo tuo propter unam mulierem desiderasti, propterea fugis quem videre quærebas. Cum una muliere te abscondere maluisti, relinquere speculum mundi, incolatum paradisi, gratiam Christi.

18. Quid dicam quod etiam Eliam Jezabel cruenta persecuta est (*III Reg. XIX, 1 et seq.*)? quod Joannem Baptistam Herodias fecit occidi (*Matth. XIV, 3 et seq.*)? Singulæ tamen singulos, mihi quo minora longe merita, eo tentamenta graviora. Virtus infirmior, sed plus periculi. Succedunt sibi mulierum vices, alternantur odia, commenta variantur, seniores conveniuntur, **857** prætexitur regis injuria. Quæ ratio igitur est adversus hunc vermiculum **C** <sup>a</sup>gravioris tentationis, nisi quia non me, sed Ecclesiam persequuntur?

19. Mandatur denique : Trade basilicam. Respondeo : Nec mihi fas est tradere, nec tibi accipere, Imperator, expedit. Domum privati nullo potes jure temerare, domum Dei existimas auferendam? Allegatur imperatori licere omnia, ipsius esse universa. Respondeo : Noli te gravare, Imperator, ut putes te in ea, <sup>b</sup> quæ divina sunt, imperiali aliquid jus habere. Noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est : Quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari (*Matth. XXI, 21*). Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiarum. Publicorum tibi mœnium jus commissum est, non sacrorum.

<sup>a</sup> Ita mss. plures, et potiores : alii vero, *graviores tentationes* : quod ut congruè effici posset, edit. præmiserunt verbum *moveri*.

<sup>b</sup> Imperatoribus in Ecclesiam resque divinas nullum jus esse jam supra dixerat sanctus Doctor, et infra quoque in suo ad Valentinianum libello denuo repetit. Hanc veritatem plurimi ac sanctissimi viri laboribus innumeris, et quandoque etiam sanguine proprio tutati sunt. Alii vero eam libris editis invicte propugnarunt, quos inter Facundus contra libr. Justin. Cæsaris *adversus tria capitula* de magnanimitate, qua Ecclesiæ jura ab episcopis defendenda sunt, validissimis disputat argumentis, sed præcipue lib. XII, quem consule.

<sup>c</sup> Respondi : *Non tibi licet illam habere*, desunt in mss. prope omnibus. Verum cum non solum in cunctis edit. habeantur, sed etiam videantur sensui non

iterum dicitur mandasse imperatorem : Debeo et ego unam basilicam habere. <sup>c</sup> Respondi : Non tibi licet illam habere. Quid tibi cum adultera? Adultera est enim, quæ non est legitimo Christi conjugio copulata.

20. Dum hæc tracto, suggestum est mihi <sup>d</sup> cortinas regias esse collectas, refertam autem populo basilicam, præsentiam mei poscere; statimque eo converti sermonem meum, dicens : Quam alta et profunda oracula sunt Spiritus sancti! Matutinis horis lectum est, ut meministis fratres, quod summo animi dolore respondemus : *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam (Psal. LXXVIII, 1)*. Et re vera venerunt gentes, et plus etiam quam gentes venerunt; venerunt enim Gothi, et diversarum nationum viri : venerunt cum armis, et circumfusi occupaverunt basilicam. Hoc nos ignari tuæ altitudinis dolebamus, <sup>e</sup> sed nostra imprudentia aliud opinabatur.

21. Venerunt gentes, sed vere in hæreditatem tuam venerunt; qui enim gentes venerunt, facti sunt christiani. Qui ad invadendam hæreditatem venerunt, facti sunt cohæredes Dei. Defensores habeo, quos hostes putabam : socios teneo, quos adversarios æstimabam. Completum est illud quod de Domino Jesu David propheta cecinit, quia *factus est in pace locus ejus*, et : *Ibi confregit cornua arcuum, scutum, gladium et bellum (Psal. LXXV, 3, 4)*. Cujus enim hoc munus, cujus opus, nisi tuum, Domine Jesu? Videbas ad templum tuum armatos venire : hinc gemere populum, et frequentem adesse, <sup>f</sup> ne basilicam Dei tradere videretur : inde vim militibus imperari. Mors ante oculos mihi; ne quid inter hæc furori liceret : inseruisti te, Domine, medium, et fecisti utraque unum (*Ephes. II, 14*). Compescuisti armatos, dicens profecto : Si ad arma concurritur, **858** si in templo meo <sup>g</sup> clausi commoventur, *quæ utilitas in sanguine meo (Deut. XXXII, 36)*? Gratias itaque tibi, Christe. Non legatus, neque nuntius, sed *tu, Domine, salvum fecisti populum tuum : conscidisti saccum meum, et præcinxisti me lætitia (Psal. XXXIX, 40, 42)*.

22. Hæc ego dicebam, miratus imperatoris animum studio militum, obsecratione comitum, precatu populi posse mitescere. Interea nuntiat mihi missum <sup>h</sup> notarium, qui mandata deferret. Concessi paululum, mandatum intimat. Quid tibi visum est,

parum necessaria, e textu expungenda non putavimus.

<sup>d</sup> Cortinæ regiarum vela quædam erant, quæ alicubi suspendebantur, ut locus in fisco principis esse indicaretur.

<sup>e</sup> Mss. aliquot; *sed nostra impudentia*. Non satis recte.

<sup>f</sup> Omnes edit., *ne basilica Dei traderetur. Inde vim militibus, imperatori : mortem ante oculos*. Mss. ut in contextu, nisi quod pro *vim militibus*, etc., duo habent, *ut a militibus imperatoris mors ante oculos*. Unus ms., *Compescuisti armatos, duces et præfectos. Si arma concurrunt, si in templo meo clausi*, etc.

<sup>g</sup> Ita mss.; edit. vero, *lis commovetur*. Minus concinne. Nonnulli mss., *gladii commoventur*. Infra vero ubi omnes mss. legunt, *miratus imperatoris*; habetur in omnibus edit., *ratus imperatoris*.

<sup>h</sup> Tria erant officiorum genera, quæ ad perfe-

inquit, ut contra placitum faceres? Respondi: Quod A placitum sit ignoro, quidve temere factum dicatur, incertum habeo. Ait: Cur presbyteros ad basilicam destinasti? Si tyrannus es, scire volo; ut sciam quem admodum me adversum te præparem. Retuli dicens me nihil in præjudicium fecisse Ecclesiæ: eo tempore quo audieram occupatam esse a militibus basilicam, gemitum tantummodo liberiolem habuisse, multisque adhortantibus ut eo pergerem, dixisse: Tradere basilicam non possum, sed pugnare non debeo. Postea vero quam cognoverim cortinas regias inde esse sublatas, cum me populus eo ire deposceret, direxisse presbyteros; me tamen noluisse ire, sed dixisse: Credo in Christo quod ipse nobiscum faciet imperator.

25. Si hæc tyrannidis videntur, habeo arma, sed in Christi nomine: habeo offerendi mei corporis potestatem. Quid moraretur ferire, si tyrannum putaret? <sup>a</sup> Veteri jure a sacerdotibus donata imperia, non usurpata: et vulgo dici quod imperatores sacerdotium magis optaverint, quam imperium sacerdotes. Christus fugit, ne rex fieret (*Joan. vi, 15*). Habemus tyrannidem nostram. Tyrannis sacerdotis, infirmitas est: *Cum infirmor*, inquit, *tunc potens sum* (*II Cor. xii, 10*). Cavere tamen ne ipse sibi tyrannum faceret, cui Deus adversarium non excitavit. <sup>b</sup> Non hoc maximum dicere, quod tyrannus ego sim Valentiniani, qui se meæ legationis objectu queritur ad Italiam non potuisse transire. Addidi quia numquam sacerdotes tyranni fuerunt, sed tyrannos sæpe sunt passi.

24. Exactus est totus ille dies in mœrore nostro: scissæ tamen ab illudentibus pueris cortinæ regię. Ego domum redire non potui; quia circumfusi erant milites, qui basilicam custodiebant. Cum fratribus psalmos in ecclesiæ basilica minore diximus.

25. Sequenti die lectus est de more liber Jonæ, quo completo, hunc sermonem adorsus sum: Liber lectus est, fratres, quo prophetatur quod peccatores in pœnitentiam revertantur. Acceptum est ita, **359** ut speraretur in præsentem futurum. Addidi quod vir

renda secreta mandata utebantur imperatores, scilicet notarii, tribuni et comites. Verum tamen illæ dignitates nonnumquam in uno homine coalescebant: cujus rei plurima suggerit exempla Godefridus ad leg. 1 de Mandatis principum, et nos infra unum in Ambrosii libello reperiemus. Agit de notario Bulengerus lib. vi, cap. 5.

<sup>a</sup> In antiquo fœdere a Samuele Saul et David uncti fuere, ac Salomon a propheta Nathan. Reges vero Saul et Ozias, cum sacerdotale munus usurpassent, in gravem Dei offensam inciderunt.

<sup>b</sup> Hoc de priori legatione intelligendum, ut a nobis dictum est in Admonitione.

<sup>c</sup> Edit. Rom., quod exactum de condemnatione fuerat.

<sup>d</sup> Quænam præpositi cubiculi dignitas esset, explicat Bulengerus lib. iii de Imperio Rom. cap. 15. Et Godefr. lege de Præpos. S. cub. Quod autem pertinet ad insolentissimas hujusce eunuchi minas, nec non ad liberam ac generosam Ambrosii vocem, eas quidem lib. de Joseph., cap. 6, num. 33, idem sanctus tacite tangit, sicut et cruentum istius supplicium;

justus etiam offensam contrahere voluisset, ne vel spectaret, vel denuntiaret excidium civitati. Et quod lugubre esset illud dictum, contristatus quoque sit, quod aruisset cucurbita. Deum quoque dixisse ad prophetam: *Si tristis es pro cucurbita?* Respondisse Jonam: *Tristis*. Dixisse Dominum, si illud doleret quod exusta esset cucurbita, quanto magis sibi curæ esse oportere tantæ plebis salutem! Et ideo excidium, quod paratum toti urbi fuerat, removisse.

26. Nec mora, nuntiatur imperatorem jussisse, ut recederent milites de basilica: negotiatoribus quoque, <sup>c</sup> quod exacti de condemnatione fuerant, redderetur. Quæ tunc plebis totius lætitia fuit! qui totius populi plausus! quæ gratiæ! Erat autem dies quo sese Dominus pro nobis tradidit, quo in Ecclesia pœnitentia relaxatur. Certatim hoc nuntiare milites, irruentes in altaria, oculis significare pacis insigne. Tunc agnovi quod Deus vermem antelucanum percusserat, ut tota civitas servaretur.

27. Hæc gesta sunt, atque utinam jam finita! sed graviores motus futuros plena commotionis imperialia verba indicant. Ego tyrannus appellor, et plus etiam quam tyrannus. Nam cum imperatores comites obscarent uti prodiret ad Ecclesiam; idque petitu militum facere se dicerent, respondit: Si vobis jusserit Ambrosius, vincium me tradetis. Quid post hanc vocem superavit, considera. Quam vocem omnes cohorrerunt, sed habet a quibus exasperetur.

28. Denique etiam speciali expressione <sup>d</sup> Calligonus, præpositus cubiculi, mandare mihi ausus est: Me vivo, tu contemnis Valentinianum? Caput tibi tollo. Respondi: Deus permittat tibi, ut impleas quod minaris; ego enim patiar quod episcopi, tu facies <sup>e</sup> quod spadones. Atque utinam Deus avertat eos ab Ecclesia, in me omnia sua tela convertant, meo sanguine sitim suam <sup>f</sup> expleant!

### 360 <sup>e</sup> EPISTOLA XXI.

*Excusat Ambrosius quod vocatus non venerit ad consistorium, asserent in causa fidei vel ecclesiastica judicare nisi sacerdotes neminem debere; nec se in*

id tamen tanta cum modestia facit, ut nihil ab insultandi modo magis abhorreat. De supplicio autem ejus vide quæ ex Augustino diximus in ejusdem libri Admon.

<sup>e</sup> Ita vet. edit. ubi post vocem *episcopi* subintellige *pati solent*; ac similiter post vocem *spadones* mente supplendum, *facere solent*. Qua oratione alludere potuit ad Achillam illum Ægyptium, a quo interemptum Pompeium libello in Relationem Symmachi designat Ambrosius. Porro edit. Rom. hic pro *spadones* ponit *spadonis* et continenter sola subjungit: *Minas tuas non timeo; carnem enim occidere potes, animam autem non potes. Vitam istam corporis potes eripere, meritum non potes extinguere. Anima namque quæ Deo subdita est, humanæ potestati non est subdita. An nocere te putas? Immo magnum mihi commodum præstas. Vitam adimis temporalem, ut succedat perpetua.*

<sup>f</sup> Verbo *expleant* adjicit edit. Rom.: *Vale, soror in Domino.*

<sup>g</sup> Scripta anno 386.

*eo contumacem, quod injuriam ordini suo non inurat.* A putet, et episcopus audiat : episcopus discat a laico. At certe **861** si vel Scripturarum seriem divinarum, vel vetera tempora retractemus, quis est <sup>f</sup> qui abnuat in causa fidei, in causa, inquam, fidei episcopus solere de imperatoribus Christianis, non imperatores de episcopis judicare ?

<sup>a</sup> Clementissimo imperatori, et beatissimo Augusto VALENTINIANO, AMBROSIIUS episcopus.

1. Dalmatius <sup>b</sup> me tribunus et notarius mandato, ut allegavit, clementiæ convenit tuæ, postulans ut et ipse judices legerem, sicut elegisset Auxentius. Nec tamen expressit eorum nomina, qui fuerant postulati : sed id addidit, quod in consistorio esset futura certatio, arbitro pietatis judicis tuæ.

2. Cui rei respondeo, ut arbitror, competenter. Nec quisquam contumacem judicare me debet, cum hoc asseram, quod augustæ memoriæ pater tuus non solum <sup>c</sup> sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit : In causa fidei vel ecclesiasticæ alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis ; hæc enim verba rescripti sunt, hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit judicare. Quinetiam si alias quoque argueretur episcopus, et morum esset examinanda causa, etiam hæc voluit ad episcopale judicium pertinere.

3. Quis igitur contumaciter respondit elementæ tuæ ? Ille qui te patris similem esse desiderat, an qui vult esse dissimilem ? Nisi forte vilis quibusdam tanti imperatoris æstimatur sententia, cujus et <sup>d</sup> fides confessionis constantia comprobata est, et sapientiæ melioratæ reipublicæ profectibus prædicatur.

4. Quando audisti, elementissime Imperator, <sup>e</sup> in causa fidei laicos de episcopo judicasse ? Ita ergo quadam adulatiōne curvamur, ut sacerdotalis juris simus immemores, et quod Deus donavit mihi, hoc ipse aliis putem esse credendum ? Si docendus est episcopus a laico, quid sequetur ? Laicus ergo dis-

<sup>a</sup> In uno cod. Vat. et Lonq. hoc lemma præmittitur : *Libellus ejusdem Ambrosii ad Valentinianum imperatorem contra Auxentium.* Ipse quoque Ambrosius ita subscribit : *Ego Ambrosius episcopus hunc libellum obtuli.* etc.

<sup>b</sup> Notarius ac tribunus imperatores ad secretoria mandata usos fuisse diximus in epist. superiore ad Marcellinam.

<sup>c</sup> Sozomenus lib. vi, cap. 7, refert episcopis Hælesponti ac Bithyniæ a Valentiniano postulanti, ut ad corrigendam fidei doctrinam convenire permetterent, imperatorem sic respondisse : *Mihi quidem in laicorum ordine constituto fas non est hujusmodi negotia curiosius scrutari : sacerdotes vero, quibus id curæ est, seorsum ubicumque valuerint, conveniant.* Quæ sane cum Ambrosii verbis pulchre concidunt. Sed his addere etiam liceret, quæ memorantur a Theodoro lib. iv, cap. 6, nec non quæ Marca lib. ii *Concordiæ*, cap. 6, et quæ super Ambrosii ordinatione disputat. Quod autem ad leges hic designatas, Baronius ad an. 369 censet indicatam esse ab Ambrosio Valentiniani legem 20, *Quorum appellatiōes.* Sed a Godefrido in eandem legem refertur. Verisimilius ergo putamus legem, de qua hic Ambrosius, jam non exstare. Alia vero habetur anno 376 data Gratiani nomine, nempe 23, qua jubetur, ut si qua sunt ex

5. Eris, Deo favente, etiam senectutis maturitate provector, et tunc de hoc censebis quævis ille episcopus sit, qui laicis jus sacerdotatæ substernit. Pater tuus, Deo favente, vir maturioris avi, dicebat : Non est meum judicare inter episcopos ; tua nunc dicit clementia : Ego debeo judicare. Et ille baptizatus in Christo inhabitem se ponderi tanti putabat esse judicii : clementia tua, cui adhuc emerenda baptismatis sacramenta servantur, arrogat de fide judicium ; cum fidei ipsius sacramenta non noverit ?

6. Quales autem elegerit judices, possumus existimationi relinquere, quando eorum nomina timet prodere. Veniant plane, si qui sunt, ad Ecclesiam : audiant cum populo, non ut quisquam judex resideat, sed ut unusquisque de suo affectu habeat examen, eligat quem sequatur. Agitur de istius Ecclesiæ sacerdote : si audierit illum populus, et potaverit melius disputare, sequatur fidem ejus : non invidebo.

7. Omitto quia jam ipse populus judicavit : taceo quia eum, quem habet, <sup>e</sup> de patre tuæ clementiæ postulavit : taceo quia pater pietatis tuæ quietem futuram spondit, si electus susciperet sacerdotium. Hanc fidem secutus sum promissorum.

8. Quod si de aliquorum peregrinorum assentatione se jactat, ibi sit episcopus, unde sunt ii, qui eum episcopatus putant nomine esse donandum. Nam ego nec episcopum novi, nec unde sit scio.

9. Ubi illud constituimus, Imperator, quod jam ipse tuum judicium declarasti ; immo etiam dedisti <sup>b</sup> leges, nec cui esset liberum aliud judicare ? Quod cum præscripsisti aliis, præscripsisti et tibi : *Leges*

*quibusdam dissensionibus, levibusque delictis ad religionis observantiam pertinentia locis suis, et a sanctorum diocesanos synodis audiantur.* Vide Godefridum in eandem legem.

<sup>a</sup> Hic alluditur ad generosam illud Valentiniani senioris factum, quo cum inter præfectos Juliani numeraretur, ministrum quemdam, a quo aqua lastrali aspersus fuerat, impacto in faciem pugno cecidit.

<sup>b</sup> Non aliter quoque Athanasius, pag. 845, dicit : *Quando a condito ævo auditum est, quando judicium Ecclesiæ auctoritatem suam ab imperatore accepit ?* etc.

<sup>c</sup> Colb. codex, qui annat. Non bono sensu.

<sup>d</sup> Quæ in Ambrosii electione magis singularia contigerunt, hic modestissime attinguntur. Ea fusius tractata reperies apud Paulinum in ejusdem Ambrosii Vita.

<sup>e</sup> Designat hoc loco sanctus Præsul leg. 4 de Fide catholica, quæ et Arianis in Ecclesias conveniendi licentiam dabat, et capitis poenam non solum iis qui eidem constitutioni per vim obsisterent, sed etiam iis qui supplices libellos imperatori adversus eandem offerrent, denuntiabat. Quæ ratione autem ea lex promulgata fuerit, eleganter descripsit Sozomenus lib. vii, cap. 15.

enim imperator fert, quas primus ipse custodiat. <sup>A</sup> Visne igitur experiar ut incipiant ii, qui iudices eliguntur, aut adversus tuam venire sententiam, aut certe excusare quod imperatoris tam severo et tam districto imperio non poterint obviare?

10. Sed hoc contumacis, non modesti est sacerdotis. Ecce, imperator, legem tuam jam ex parte rescindis: sed utinam non ex parte, sed in universum! legem enim tuam nollem esse supra Dei legem. Dei lex nos docuit quid sequamur, humanæ leges hoc docere non possunt. Extorquere solent timidis commutationem, fidem inspirare non possunt.

**862** 11. Quis erit igitur ille, qui cum legat per tot provincias uno momento esse mandatum, ut quicumque obviaverit imperatori, feriatur gladio: quicumque Dei templum non tradiderit, protinus occidatur? quis, inquam, est qui possit vel unus, vel inter paucos dicere imperatori: Lex tua mihi non probatur? Non permittitur hoc dicere sacerdotibus, permittitur laicis? Et iudicabit de fide, qui aut gratiam sperat, aut metuit offensam?

12. Deinde ipse committam, ut eligam iudices laicos, qui cum tenuerint fide veritatem, aut prorscribantur, aut necentur, quod lex de fide lata decernit? Ego igitur aut prævaricationi offeram homines, aut pœnæ?

13. Non tanti est Ambrosius, ut propter se deiciat sacerdotium. Non tanti est unius vita, quanti est dignitas omnium sacerdotum, <sup>a</sup> quorum de consilio ista dictavi, intimantibus ne forte etiam gentilis esset aliquis, aut Judæus, qui ab Auxentio esset electus, quibus traderemus de Christo triumphum, si de Christo iudicium committeremus. Quid illos aliud, nisi Christi injuriam audire delectat? Quid illis aliud potest placere, nisi (quod abiit) ut Christi divinitas denegetur? Cum his plane bene convenit Ariano, qui creaturam Christum dicit, quod etiam gentiles ac Judæi promptissime confitentur.

14. Hoc scriptum est in Ariminensi synodo: meritoque concilium illud exhorreo, sequens tractatum <sup>b</sup> concilii Nicæni, a quo me nec mors, nec gladius po-

terit separare. Quam fidem etiam parens clementiæ tuæ Theodosius beatissimus imperator et sequitur, et probavit. Hanc fidem Galliæ tenent, hanc Hispaniæ, et cum pia divini Spiritus confessione custodiunt.

15. Si tractandum est, tractare in Ecclesia didici: quod majores fecerunt mei. Si conferendum de fide, sacerdotum debet esse ista collatio, sicut factum est <sup>c</sup> sub Constantino augustæ memoriæ principe, qui nullas leges ante præmisit, sed liberum dedit iudicium sacerdotibus. Factum est etiam sub <sup>d</sup> Constantio augustæ memoriæ imperatore, paternæ dignitatis hærede: sed quod bene cœpit, aliter consummatum est. Nam episcopi sinceram primo scripserant fidem: sed dum velunt quidam de fide intra palatium iudicare, id egerunt, ut circumscriptionibus illa episcoporum iudicia mutarentur. Qui tamen inflexam statim revocavere sententiam. Et certe <sup>e</sup> major numerus Arimini, Nicæni concilii fidem probavit, Ariana decreta damnavit.

**863** 16. Si ad synodum provocat Auxentius, ut de fide disputet (licet non sit necesse <sup>f</sup> propter unum tot episcopos fatigari, qui etiam si angelus de cœlo esset, pacti Ecclesiarum non deberet præferri); cum audiero synodum congregari, et ipse non deero. Tolle igitur legem, si vis esse certamen.

17. Venissem, imperator, ad consistorium clementiæ tuæ, ut hæc coram suggererem; si me <sup>g</sup> vel episcopi, vel populus permisissent, dicentes de fide in Ecclesia coram populo debere tractari.

18. Atque utinam, imperator, <sup>h</sup> non denuntiaasses, <sup>C</sup> ut quo vellem pergerem! Quotidie prodibam, nemo me asservabat. Debuisti me, quo volueras, destinare, quem ipse omnibus offerebam. Nunc mihi a sacerdotibus dicitur: Non multum interest, utrum volens relinquant, an tradas altare Christi; cum enim reliqueris, trades.

19. Atque utinam liquido mihi pateret quod Ariani Ecclesia minime traderetur! sponte me offerenti tuæ pietatis arbitrio. Sed si ego solus interstrepo, cur etiam de aliis omnibus invadendis Ecclesiis est præceptum? Utinam confirmetur, ut Ecclesiis nul-

<sup>a</sup> Hinc intelligas episcopos statim post legem a Valentiniano latam, Ambrosii cura convenisse; ut in hoc rerum articulo viderent, ne quid Ecclesia caperet detrimenti.

<sup>b</sup> Nicænae tantum synodi testimonio, non autem Constantinopolitanae, ideo fortassis utitur Ambrosius; quod hujus auctoritas non admitteretur in Occidente. Unde etiam non sine veri similitudine dixerimus, eum ad astruendam, quam obiter tangit, Spiritus sancti divinitatem, non ejusdem concilii canones, sed Galliarum Hispaniarumque confessionem proposuisse.

<sup>c</sup> Hac de re Socrates lib. 1, cap. 22, ita loquitur: *Tunc igitur cum de pace et concordia abunde disse-ruisset*, Constantinus scilicet, deinceps ut de religionis nostræ dogmatibus accuratius disquirerent, *nimirum episcopi, eorum arbitrio potestatique reliquit*. Adi etiam Athan. Orat. adv. Arianos.

<sup>d</sup> Codex Belv. et alii quatuor, *sub Constantino*: non satis recte, quemadmodum ex sequentibus intelligitur.

<sup>e</sup> Edit. ultimæ Paris., *minor numerus*; quod cum

synodi Ariminensis historia minus cohæret. Etenim cum ibi primo Nicænam fidem magno consensu amplexi essent, postea vero, inflexi quos ad Constantium destinaverant legatis, propemodum omnes articulis Valentis subscripsissent; postremo tandem *major numerus* illatum hæc subscriptione fidei damnatum considerans, resipuit, ac formulam Arianae confessionis ejuravit. De quo consule quæ nos lib. 1 de Fide, cap. 18, num. 122, observavimus.

<sup>f</sup> Sic etiam in Epistola ad Gratianum Aquileiensi concilio subjecta num. 3 legere est: *Quam vero grave fuisset, propter duos tantum in perfidia cariosos sacerdotes toto orbe essent Ecclesiæ summis sacerdotibus destitutæ!*

<sup>g</sup> Mss. non pauci, *vel episcopi, vel populus remississent*.

<sup>h</sup> Videtur imperator Ambrosio hanc optionem proposuisse per Dalmatium, ut vel in consistorium veniret ad defendendam adversus Auxentium suam dignitatem, vel eadem simul ac civitate ultro cederet: sed hoc utroque sanctum Præsulem ab episcopis et plebe catholica fuisse prohibitum.

lus molestus sit! Opto ut de me, qualis videtur, A sententia proferatur.

20. Dignanter igitur, Imperator, accipe quod ad consistorium venire non potui. <sup>a</sup> Ego in consistorio nisi pro te stare non didici: et intra palatium certare non possum, qui palatii secreta nec quaero, nec novi.

21. Ego Ambrosius episcopus hunc libellum obtuli clementissimo imperatori, et beatissimo augusto Valentiniano.

### SERMO CONTRA AUXENTIUM

#### DE BASILICIS TRADENDIS.

*Populi ob imperialem jussum sollicitudinem levaturus, responsum suum exponit, additque ad consistorium se non ivisse, quod basilicæ traditionem esset veritus. Tum adversariis ad disceptandum in Ecclesia provocatis, negat se armis exterreri: suoque de sacris vasibus responso memorato, paratum se ad certamina esse testatur. Eludi non posse Dei decretum, nec praesidium ipsius superari, sed in servis suis pati eundem velle. Cum ipse antea non fuerit captus, liquere quam inaniter hæretici tumultuentur. Deinde ubi Nabuthæ historiam, et Christi ingressum in Jerusalem rei præsentis accomodavit, Auxentii perstringit crudelem legem, solutisque Arianorum objectionibus, libenter se coram populo disputaturum prædicat: Auxentium vero jam a paganis, quos in iudices elegerat, damnatum, sicut et a Paulo et Christo ipso. Quod idem hæreticus ad Cæsarem provocaret, eum oblitum anni superioris: et Arianos, dum servis Christi constant invidiam, multo pejores esse Judæis: Ecclesiam enim non Cæsaris, sed Christi præferre imaginem. Sub quæ ubi pauca de suo responso et hymnis adjecit, se non inobedientem, at imperatorem Ecclesiæ filium, et Auxentium plusquam Judæum esse declarat.*

1. Video vos præter solitum subito esse turbatos, atque asservantes mei. <sup>b</sup> Miror **864** quid hoc sit, nisi forte quia per tribunos me vidistis aut audistis imperiali mandato esse conventum; ut quo vellem, abirem hinc: et si qui vellent, sequendi potestatem haberent. Metuistis ergo ne Ecclesiam desererem, et dum saluti meæ timeo, vos relinquerem? Sed quid et ipse mandaverim, potuistis advertere: deserendæ Ecclesiæ mihi voluntatem subesse non posse; quia plus Dominum mundi, quam sæculi D

<sup>a</sup> Ad hunc locum ita Nannius: *Tacite, inquit, illi objicit, quod pro eo ad Maximum legatus bis coactus sit contra decus episcopale in consistorio stare: semel eo destinatus pro pace, semel ut Gratiani fratris reliquias reportaret. Est autem consistorium tribunal imperatoris, ubi jus dicit. Hæc ille; verum in eo falsus est vir doctus, quod utramque Ambrosii legationem existimavit anteriorem huic epistolæ, cum tamen de prima sola id dici possit, ut in Admonitione demonstratum est.*

<sup>b</sup> Mss. nonnulli, *miror quod hic fit... me vidistis alii, audistis alii*; quæ ultima verba in mss. plusculis sic efferuntur: cæteri autem ac edit. magis concinne ut in textu.

abduceret ab Ecclesia, carnem meam exturbari posse, non mentem: paratum me esse, ut si ille faceret, quod solet esse regis potestatis; ego sabirem, quod sacerdotis esse consuevit.

2. Quid ergo turbamini? Volens nunquam vos deceram, coactus repugnare non novi. Dolere potero, potero flere, potero gemere: adversus arma, milites, Gothos quoque lacrymæ meæ arma sunt; talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere: fugere autem et relinquere Ecclesiam non soleo; ne quis gravioris peccatæ metu factum interpretetur. Scitis et vos ipsi quod imperatoribus solem deferre, non cedere: suppliciis me libenter offerre, nec metuere quæ parantur.

3. Unam essem securus quod Ecclesia hæreticis B minime traderetur? Ad palatium imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio; ut in palatio magis certarem, quam in Ecclesia. Sed in consistorio non reus solet Christus esse, sed iudex. Causam fidei in Ecclesia agendam quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat: inclinatum jam vel imperatoris iudicium, <sup>c</sup> quod lata lege patefecit, quod impugnat fidem: vel sperata ambientium quorundam studia non requirat. Non committo, ut quisquam vendat injuriam Christi.

4. Circumfusi milites, <sup>d</sup> armorum crepitus, quibus vallata est Ecclesia, fidem non terrent meam: sed mentem exagitant, ne dum me tenetis, perniciosum aliquid vestræ oboriatur salutis. Ego enim jam didici non timere: sed vobis timere plus coepi. Sinite, quaeso, vestrum sacerdotem congregari: habemus adversarium qui accessit; adversarius enim noster diabolus, sicut leo rugiens circuit, quaerens quem devoret, ut apostolus dixit (1 Pet. v, 8). Accepit sine dubio, accepit (non fallimur, sed admonemur) tentandi hujusmodi potestatem; ne forte corporis mei vulneribus possim a fidei intentione revocari. Legistis et vos quia <sup>e</sup> multis his tentavit sanctum Job diabolus: ad postremum potestatem hujusmodi petiit, et accepit, ut tentaret corpus ejus, quod perfudit ulceribus.

**865** 5. Cum esset propositum <sup>f</sup> ut Ecclesiæ vasa jam traderemus, hoc responsi reddidi: me, si de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut atrium, aut argentum, id quod mei juris esset, libenter offerre: templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud, quod custodiendum, non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam impera-

<sup>c</sup> De hac lege abunde dictum in superiore epistola.

<sup>d</sup> Rom. edit., *armorum strepitus*.

<sup>e</sup> Omnes edit., *multis aliis tentavit*; mss. nonnulli, *multis tentavit*; alii multo plures, ac notæ potioris, *multis his tentavit*, nimirum corporis vulneribus. Nam quod subjungit *ad postremum potestatem*, etc., hujus tentationis probatio est, non alterius explicatio.

<sup>f</sup> Erant in Ecclesiis duo vasorum genera, inauguratorum scilicet, quæ sacris mysteriis inserviebant, et eorum quæ propter pretium aut artem suam inter ornamenta numerabantur. Sed hæc fusius ad lib. III Offic. cap. 28, num. 136, explicata sunt.

toris saluti; quia nec mihi expediret tradere, nec **A** illi accipere; accipiat enim vocem liberi sacerdotis, si vult sibi esse consultum, recedat a Christi injuria.

6. Hæc plena humilitatis sunt, et, ut arbitror, plena affectus ejus quem imperatori debet sacerdos. Sed quia *lucta nobis est non solum adversus carnem et sanguinem; sed etiam, quod gravius est, adversus spiritualia nequitiae, quæ sunt in caelestibus* (Ephes. vi, 12), tentator ille diabolus per ministros suos certamen auget, vulneribus corporis mei experiendum arbitratur. Scio, fratres, vulnera hæc, quæ pro Christo excipimus, non esse vulnera, <sup>a</sup> quibus vita non amittitur, sed propagatur. Sinite, quæso, esse certamen: spectatores vos esse decet. Considerate quia si quidem habet civitas vel atletam, vel alterius **B** nobilis artis peritum, optat offerre certamini. Cur in majoribus rebus repudiatis, quod vel in minoribus velle consuestis? Non metuit arma, non barbaros, qui mortem non timet, qui nulla carnis voluptate retinetur.

7. Certe si Dominus huic nos certamini deputavit, frustra pervigiles tot noctibus et diebus custodias exhibuistis et excubias: implebitur Christi voluntas. Omnipotens enim noster est Dominus Jesus, hæc est fides nostra; et ideo quod fieri mandat, implebitur: <sup>b</sup> nec convenit nos divina obviare sententiæ.

8. Audistis quod <sup>c</sup> hodie lectum sit: Pullum sibi asinæ Salvator per apostolos jussit adduci, mandavitque ut si quis resisteret, diceretur: *Dominus operam ejus desiderat* (Luc. xix, 35). Quid si et nunc pullum istum asinæ, hoc est, ejus animalis quod gravem sarcinam portare consuevit, sicut est humana conditio, cui dicitur: *Venite ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego vos reficiam: tollite iugum meum, quia leve est* (Matth. xi, 28); quid si inquam, pullum istum ad se modo jussit adduci, missis apostolis illis, qui jam exuti corpore incomprehensibilem oculis nostris angelorum speciem gerunt? Nonne si ab aliquo resistatur, dicent: *Dominus operam ejus desiderat*? Si resistat vel vitæ hujus cupiditas, si resistat caro et sanguis, si resistat conversatio corporalis; quia aliquibus forsitan grati videntur. Sed qui nos hic diligit, multo amplius diliget, si sinat fieri hostiam Christi; quia *dissolvi, et cum Christo esse multo melius: etsi manere in carne magis necessarium propter vos* (Philip. i, 23). Nihil est ergo quod vereamini, fratres dilectissimi; scio enim quia quidquid passus fuero, pro Christo patiar. Et **866** legi quod eos timere non debeam, qui possunt carnem occidere. Et audivi dicentem: *Qui perdidit ani-*

*nam suam propter me, inveniet eam* (Matth. x, 39).

9. Ergo si vult Dominus, certum est quod nullus obsistat. Quod si adhuc nostra differt certamina, quid veremini? Servum Christi non custodia corporalis, sed Domini providentia seipere consuevit.

10. Turbati estis quia apertas reperistis geminas fores, quas captus oculis quidam, dum hospitium proprium repetit, patefecisse memoratur. In quo cognoscite quod nihil suffragetur humana custodia. Ecce unus qui videndi munus amisit, solvit vestra universa munimina, et custodias luit: Dominus autem suæ misericordiæ custodiam non amisit. Nonne ante biduum, ut meministis, etiam illud repertum est, quod a parte læva basilicæ ingressus quidam pervius fuit, quem putabatis clausum esse atque munitionem? Sepserunt nempe armati basilicam, explorabant hos atque illos aditus: cæcitate perfusi sunt, ut quod apertum erat videre non possent: itaque per plurimas noctes quod apertum fuerit, non ignoratis. Desinite ergo sollicitari; quia hoc erit, quod Christus jubet, et quod esse expedit.

11. Denique exempla vobis Legis proferam. Elisæus quærebatur a rege Syriæ, missus erat exercitus qui eum caperet, circumvallatus erat undique: cœpit timere ejus servulus; quia servulus erat, hoc est, non erat liberæ mentis et liberæ potestatis. Petivit aperiri ejus oculos sanctus propheta, et ait: *Respice, et vide quanto plures sint pro nobis, quam contra nos*. Et respexit, et vidit angelorum millia (IV Reg. vi, 14 et seq.). Advertistis igitur quod servulos **C** Christi ii magis custodiant, qui non videntur, quam qui videntur. Sed et illi si custodiunt, vestris custodiunt orationibus advocati: legistis nempe eos ipsos, qui Elisæum quærebant, ingressos esse Samariam <sup>d</sup> ad eum ipsum, quem capere gestiebant: cui non solum non potuerunt nocere; sed ipsius adversus quem venerant, intercessione servati sunt.

12. Petrus quoque apostolus utriusque rei <sup>e</sup> vobis edat exemplum (Act. xii, 4 et seq.). Nam ubi eum Herodes quæsivit et cepit, <sup>f</sup> recepit in carcerem; non enim recesserat Dei servulus, sed steterat timor ignarus. Orabat pro eo Ecclesia, sed apostolus in carcere quiescebat, quod est iudicium non timentis. Missus est angelus qui dormientem excitaret, per quem Petrus productus e carcere, <sup>g</sup> mortem ad tempus evasit.

13. Idem Petrus postea, victo Simone, cum præcepta Dei populo seminaret, doceret castimoniam, excitavit animos gentilium: quibus eum quærentibus, christianæ animæ deprecatae sunt, ut paulisper cederet. Et quamvis esset cupidus passionis, tamen

<sup>a</sup> Edit. omnes, quibus vita amittitur; mss. e contrario non amittitur. Melius, hic enim conjunctiones quippe vel utpote subaudiuntur.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, nec convenit vos divinae, etc.

<sup>c</sup> Hæc quidem lectio dominica Palmarum erat propria, sed cum eadem casu recitata infra dicatur, hæc eo die facta fuisse hinc non sequitur.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, duce ipso, quem. Minime male:

<sup>e</sup> Rom. edit., vobis dedit exemplum.

<sup>f</sup> Dubium esse putat Nannius an recipere in carcerem idem sit quod recondere seu retrudere. Attamen solemnitas in hac re juris formula est: siquidem Ulpianus D. leg. 1 de Custod. reor.: *Utrum in carcerem, inquit, recipienda sit persona*. Et Callistratus eodem tit. leg. *In eos: Cum recepti essent in carcerem, etc.*

<sup>g</sup> Rom. edit., cum paucis mss., mortem evasit; aliæ cum cæteris cod. interponunt voces *ad tempus*.

contemplatione populi precantis inflexus est; rogabatur enim ut **867** ad instituendum et confirmandum populum se reservaret. Quid multa? Nocte muros egredi cepit, et videns sibi in porta Christum occurrere, urbemque ingredi, ait: Domine: quo vadis? Respondit Christus: <sup>a</sup> Venio iterum crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem divinum pertinere responsum; Christus enim non poterat iterum crucifigi, qui carnem passione suscepta mortis exueat: *Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo* (Rom. vi, 10). Intellexit ergo Petrus quod iterum Christus crucifigendus esset in servulo. Itaque sponte remeavit, interrogantibus Christianis responsum reddidit, statimque correptus, per crucem suam honorificavit Dominum Jesum.

14. Videtis igitur quod in servulis suis pati velit Christus. Quid si et huic servulo dicit: *Illum volo manere, tu autem me sequere* (Joan. xxi, 22); et de hac arbore gustare vult fructum? Nam si illius cibus erat, ut faceret voluntatem Patris (Joan. iv, 34): itidem cibus illius est, ut nostris passionibus epuletur. Nonne, ut de ipso Domino sumamus exemplum, quando voluit, passus est: et cum quaereretur, inventus est? quando autem hora non venerat passionis (Joan. vii, 30), per medium quaerentium transibat, et videntes eum tenere non poterant? Quod utique evidenter ostendit quia quando Dominus vult, unusquisque invenitur et capitur: <sup>b</sup> quod autem differt, etiamsi quaerentium occurrat oculis, non tenetur.

15. Ergo ipse non quotidie vel visitandi gratia prodibam, vel pergebam ad martyres? non regiam palatii <sup>c</sup> praetexebam eundo atque redeundo? Et tamen nemo me tenuit, cum exturbandi me haberent, ut prodiderunt postea, voluntatem, dicentes: Exi de civitate, et vade quo vis. Expectabam, fateor, magnam aliquid, aut gladium pro Christi nomine, aut incendium: at illi delicias mihi pro passionibus obtulerunt; sed athleta Christi non delicias, sed passiones suas exigit. Nemo ergo vos turbet, quod aut carrum praeparaverunt, aut dura, ut videbatur sibi,

<sup>a</sup> Ita vet. edit. et cuncti mss. paucis exceptis, ubi posterior aliqua manus Romam addidit, quam vocem etiam in textum admisit Rom. edit. Caeterum hujus Petro factae Christi apparitionis praeter Hege-sippum lib. iii, Ambrosium hoc loco, et Gregorium in psal. iv Poenit., vix alium ex antiquis reperias, qui meminerit. Quod vero ad Petri Romam adventum, ejusque de Simone Mago victoriam, utrumque tam multiplici Patrum veterum testimonio celebratur, ut nos puderet vel recensendis eorum nominibus immorari; cum tamen quosdam ex heterodoxis adhuc non pudeat rem a Calvino ipso et Blondello evidentiæ vi coactis agnitam et confessam inficiari.

<sup>b</sup> Omnes edit., *Quando autem differt, etiamsi quaerentium manibus occurrat et oculis*; quippe mss. nobiscum faciunt, nisi quod ita legitur in uno Colb.,... *etiamsi quaeratur, quaerentium oculis non tenetur.*

<sup>c</sup> *Praetexebam*, id est, non pertransibam, inquit Nannius, regiam palatii in itinere atque reditu? Ut intelligatur illum diverticula non quaesivisse, aut obliquisse iter, dum ad martyres tenderet, ne regiam

Auxentii ipsius, qui se dicit episcopum, ore jactata.

16. Plerique narrabant percussores praemissos, poenam mortis esse decretam: nec illa timeo, et ista non desero. Quo enim abibo, ubi non omnia plena gemitus sint, atque lacrymarum; quando per Ecclesias jubentur ejici catholici sacerdotes, resistentes gladio feriri, <sup>d</sup> curiales **868** proscribi omnes, nisi mandatum impleverint? Et haec episcopi manu scripta et ore dictata, qui se ut probaret docissimum, vetus non omisit exemplum, legimus enim in propheta quod viderit falcem volantem (Zach. 5, 1): hanc imitatus Auxentius gladium volantem per omnes urbes direxit. Et Sathanas transfiguratur se in angelum lucis, et in malum imitatur ejus potentiam (II Cor. xi, 14).

B 17. Tu, Domine Jesu, uno momento mundum redemisti: Auxentius uno momento tot populos, quod in ipso est, trucidabit, alios gladio, alios sacrilegio? <sup>e</sup> Meam basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus. Cui bene praesens respondit lectio: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas* (Psal. xlii, 16)? id est, non convenit paci et furori, non convenit Christo et Belial (II Cor. vi, 15). Meministi etiam quod lectum est hodie Nabuthe (22, q. 8, c. *Convenio*, § *Nabuthe*), sanctum virum possessorem vineae suae, interpellatum petitione regia, ut vineam suam daret; ubi rex, succis vitibus, olus vile sereret, eumque respondisse: *Absit ut ego patrum meorum tradam haereditatem*; regem contritatum esse, quod sibi esset alienum jus relatione <sup>c</sup> justa negatum, sed muliobri consilio deceptum. Nabuthe vites suas vel proprio cruore defendit (III Reg. xxi, 4 et seq.). Si ille vineam non tradidit suam, nos trademus Ecclesiam Christi?

18. Quid igitur a me responsum est contumaciter? Dixi enim conventus: *Absit a me ut tradam Christi haereditatem*. Si ille patrum haereditatem non tradidit, ego tradam Christi haereditatem? Sed et hoc addidi: *Absit ut tradam haereditatem patrum*, hoc est, haereditatem Dyonisii, qui in exilio in causa fidei defunctus est, haereditatem <sup>f</sup> Eustorgii confessoris, haereditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium

praeteriret.

<sup>d</sup> *Curiales* dicebantur hi, qui magistratibus atque officiis municipalibus fungebantur. De quibus vide Bulengerum de Imp. Rom. lib. vii, c. 3 et 5, et Godefr. Caeterum in ferenda lege pro Ariminensi concilio, quam ab Auxentio ipso dictatam, et scriptam esse affirmat Ambrosius, id contigisse testificantur Rufinus Hist. lib. ii, cap. 16, Gaudentius Praef. in Sermonibus, Sozomenus lib. vii Hist. Eccl. cap. 13, nimirum Benevolenti Memoriae scrinii praefectum, cum illam dictare ac suscribere jussus fuisset, magna constantia recusasse, ac propterea ejectum esse in exilium a Justina.

<sup>e</sup> Plures mss., *Misi basilicam*; alii et edit. omnes, *Meam basilicam*, hoc est, unam ex meis; erant quippe non paucae Mediolani.

<sup>f</sup> In codicibus varie scribuntur nomina horum episcoporum; nam in quibusdam *Eustorgi*, et *Eustorgi*, pro *Eustorgii*, sicut et *Metrocli*, ac *Merocli*, pro *Myroclis* habetur. Fuit autem Myrocles, si credendum Ughello, octavus Mediolanensis episcopus, sin-



episcoporum. Respondi ego, quod sacerdotis est: quod imperatoris est, faciat imperator. Prius est ut animam mihi, quam fidem auferat.

19. At cui tradam? Præsens lectio Evangelii docere nos debet, quid petatur, a quibus petatur. Audistis nempe legi, quod cum Christus super pullum asinae sederet, clamabant pueruli, et moleste ferebant Judæi (*Luc. xix, 35*). Denique interpellaverunt Dominum Jesum, dicentes ut faceret eos tacere; respondit: *Si hi tacuerint, lapides clamabunt (Ibid., 40)*. Deinde ingressus templum, ejecit nummularios, et cathedras, et columbas vendentes in templo Dei. Lectio nempe ista nulla **369** nostra dispositione recitata est, sed casu: quæ præsentibus bene aptatur temporibus. Semper ergo Christi laudes verbera perfidorum sunt. Et nunc cum laudatur Christus, dicunt hæretici quia seditio commovetur: dicunt hæretici quia his mors parabatur; et vere mortem habent in laudibus Christi. Quomodo enim laudes ejus ferre possunt, cujus infirmitatem prædicant? Itaque et hodie cum laudatur Christus, Arianorum amentia verberatur.

20. Geraseni præsentiam Christi ferre non poterant (*Luc. viii, 37*), isti pejores Gerasenis nec laudationem Christi sustinere possunt. Vident pueros Christi gloriam concinentes; quia scriptum est: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem (Psal. viii, 3)*. Irrident istam ætulatam fidei plenam, cum dicunt: *Ecce quid clamant?* Sed respondit iis Christus: *Si hi tacebunt, lapides clamabunt (Luc. xix, 35)*, hoc est, fortiores clamabunt, clamabunt et juvenes, clamabunt et maturiores, clamabunt et senes: isti lapides ad illum jam solidati lapidem, de quo scriptum est: *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli (Psal. cxvii, 22)*.

21. His igitur laudationibus inhitatus templum suum Christus ingreditur, et flagellum præhendit, et ejecit de templo nummularios (*Juan. ii, 15*). Non patitur enim in suo templo pecuniæ esse vernaculos, non patitur in suo templo esse eos, qui vendant cathedras. Quid sunt cathedræ, nisi honores? Quid sunt columbæ, nisi simplices mentes, vel animæ fidem candidam et puram sequentes? Ego ergo inducam in templum, quem Christus excludit? Jubetur enim exire, qui dignitates vendit et honores: jubetur exire, qui vendere vult simplices mentes fidelium.

22. Ergo Auxentius ejecitur, Mercurinus excluditur. Unum portentum est, dup nomina. Etenim ne

vero sequamur vetustissimum catalogum in Museo Italico pag. 410 vulg. num, septimus a sancto Barnaba, qui recentissima manu exemplari ascriptus traditur. Eustorgius et apud Ughellum et apud Mabillonium decimus numeratur. At vero Dionysius, qui tantum tertio decimo loco in Italia Sacra ponitur, Eustorgium in citato Museo pone sequitur. Hunc eo quod Athanasium in synodo Mediol. damnare detrectasset, a Constantio ejectum in exsilium, in illo diem obiisse tradit Rufinus lib. i Hist. cap. 19, Socrates lib. ii, cap. 36, atque alii.

<sup>a</sup> Mss. non pauci, et senes isti laudes, ad illum, etc.

A cognosceretur quis esset, mutavit sibi vocabulum; ut quia hic fuerat Auxentius episcopus Arianus, ad decipiendam plebem, quam ille tenerat, <sup>b</sup> se vocaret Auxentium. Mutavit ergo vocabulum, sed perfidiam non mutavit: exiit lupum, sed induit lupum. Nihil prodest quod mutavit nomen: quid sit agnosceatur. Alius in Scythiæ partibus dicebatur, alius hic vocatur: nomina pro regionibus habet. Habet ergo jam duo nomina; et si hinc alio perrexerit, habebit et tertium. Quomodo enim patietur ut maneat ei vocabulum ad tanti sceleris indicium: Minora fecit in Scythia; et ita erubuit, ut mutaret vocabulum: sceleratiora hic ausus est; et volet, quocumque perrexerit, nomine suo prodi? Tantorum populorum sanguinem manu sua scribes, et poterit consistere B animo?

23. Paucos excluderat Dominus Jesus de templo suo, Auxentius nullum reliquit. De templo suo Jesus flagello ejecit, Auxentius gladio: Jesus flagello, Mercurinus securi. Pius Dominus flagello **370** exturbat sacrilegos; nequam persecutor pios ferro. De quo bene dixistis hodie: *Leges suas secum ferat. Feret, etiamsi nolit: feret conscientiam suam, etsi non fert chartulam: feret sanguine inscriptam animam suam, etsi atramento inscriptam epistolam non feret. Scripta est, Juda, culpa tua graphio ferro et ungue adamantino, et scripta in pectore tuo (Jerem. vii, 1)*, hoc est, ibi scripta, unde processit.

24. Is mihi etiam audeat mentionem <sup>c</sup> facere tractandi, plenus sanguinis, plenus cruoris? Qui quos non potuerit sermone decipere, eos gladio putat esse feriendos, cruentas leges ore dictans, manu scribens, et putans quod lex fidem possit hominibus imperare. Non audivit et id quod hodie dictum est: *Quoniam non justificatur homo ex operibus Legis; (Galat. ii, 16)*, aut: *Per Legem Legi mortuus sum, ut Deo vivam (Ibid., 19)*, id est, per legem spiritalem interpretationi Legis est mortuus corporali. Et nos per legem Domini nostri Jesu Christi moriamur huic legi, quæ sancit decreta perfidiæ. Non lex Ecclesiam congregavit, sed fides Christi. Lex enim non est ex fide: *Justus autem ex fide vivit (Galat. iii, 11)*. Justum ergo fides, non lex facit; quia non est per legem justitia, sed per fidem Christi. Qui autem fidem repudiat, et legis jura præscribit, ipse se testatur injustum, quia *Justus ex fide vivit*.

25. Hanc ergo legem quisquam sequatur, qua firmatur Ariminense concilium, in quo creatura dictus est Christus? Sed aiunt: *Misit Deus Filium suum*

<sup>b</sup> Omnes edit., *se vocaret Mercurinum*; omnes mss., *Auxentium*. Et certe correctionem hanc sensus exigit. Id enim hoc loci indicat Ambrosius istum qui sub Mercurini nomine odiosus evaserat, ut in Arianorum Mediolanensium, quorum ultimus pseudoepiscopus Auxentius fuerat, animos nominis similitudine facilius irreperet, Auxentii nuncupationem adoptasse.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, *facere retractandi*. Forte an pro iterum tractandi, quia jam anno superiore tractaverant. Sed non est, cur propterea quiddam inuletur.

*factum ex muliere, factum sub Lege (Galat. iv, 4).* A Ergo, *factum*, legunt, hoc est, creatum. Nonne hoc ipsum considerant, quod proposuerunt, quia factus dicitur Christus, sed *ex muliere*, hoc est, secundum partum Virginis factus est, qui secundum divinam generationem ex Patre natus est? Legerunt et hodie, quia *Christus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum (Galat. iii, 13)*. Numquid maledictum Christus secundum divinitatem est? Sed quare maledictum dicatur, Apostolus te docet, dicens quia scriptum est: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno (Ibid.)*, hoc est, qui in carne sua nostram carnem, in suo corpore nostras infirmitates et nostra maledicta suscepit, ut crucifigeret; non enim ille maledictus, sed in te maledictus. Denique habes alibi: *Qui peccatum non cognovit, sed pro nobis peccatum factus est; quia nostra peccata suscepit, ut sacramento suæ passionis aboleret (II Cor. v, 21)*.

26. Hæc ego, fratres, coram ipso apud vos plenius disputarem: sed certus non ignaros vos esse fidei, vestrum refugit examen, et gentiles quosdam quatuor aut quinque ferme homines elegit <sup>a</sup> cognitores sibi, si tamen aliquos elegit: quos vellem adesse in cœtu omnium, non ut de Christo judicent, sed ut majestatem audiant Christi. Tamen illi jam de Auxentio pronuntiaverunt, cui tractanti quotidie non crediderunt. Quæ major ejus condemnatio, quam quod **871** sine adversario apud iudices suos victus est? Ergo et ipsorum sententiam contra Auxentium jam tenemus.

27. Et quod gentes elegit, jure damnandus est; quia Apostoli præcepta dimisit, cum Apostolus dicat: *Audet aliquis vestrum adversus alterum habens negotium, judicari apud iniquos, et non apud sanctos? Aut nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicabunt (I Cor. vi, 1, 2)?* Et infra ait: *Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratres: sed frater cum fratre iudicio contendit et hoc apud infideles (Ibid., 5, 6)?* Vides quia quod ille obtulit contra auctoritatem Apostoli sit. Vos eligite utrum Auxentium an Paulum sequi debeamus magistrum.

28. Sed quid dicam de Apostolo, cum ipse Dominus clamet per prophetam: *Audite me, populus meus. Qui scitis iudicium, quorum in corde lex mea est (Esai. li, 7)*. Deus dicit: *Audite me, populus meus. Qui scitis iudicium*; Auxentius dicit: *Nescitis iudicium*. Videtis quia jam Deum contemnit in vobis, qui sententiam cœlestis refutat oraculi? *Audite me*, inquit, *populus meus*, dicit Dominus. Non dicit: *Audite, gentes*. Non dicit: *Audite, Judæi*. Jam enim populus Dei qui fuerat, populus erroris est factus: et qui populus erroris erat, populus Dei esse cœpit, quia in Christum credit. Iste ergo populus iudicat, cujus in corde lex divina est, non humana:

<sup>a</sup> Cognitor sæpe ipse iudex est, qui causam cognoscit: sæpe procurator litis, cui apud iudicem præsentia a præsentem litigatore causa committitur: sæpe etiam is est, qui alios de statu suo disceptantes agnoscere se dicit, et eorum natalia, patriamque docet. Cic. in

lex non atramento scripta, sed spiritu Dei vivi: non in charta exarata, sed in corde signata: lex gratiæ, non cruoris (II Cor. iii, 3). Quis igitur vobis injuriam facit, qui recusat vestram, an qui eligit audientiam?

29. Conclusus undique, ad versutiam patrum suorum confugit. De imperatore vult invidiam commovere, dicens iudicare debere adolescentem catechumenum, sacræ lectionis ignarum, et in consistorio iudicare. Quasi vero superiore anno quando ad palatium sum petitus, cum præsentibus primatibus ante consistorium tractaretur, cum imperator basilicam vellet eripere; ego tunc aulæ contemplatione regalis infractus sim, constantiam non tenuerim sacerdotis, aut imminuto jure discesserim? Nonne meminerunt quod ubi me cognovit populus palatium petisse, ita irruit, ut vim ejus <sup>b</sup> ferre non possent; quando comiti militari cum expeditis ad fugandam multitudinem egresso obtulerunt omnes se neci pro fide Christi? Nonne tunc rogatus sum, ut populum <sup>c</sup> multo sermone mulcerem? sponderem fidem, quod Basilicam Ecclesiæ nullus invaderet? Et cum pro beneficio meum sit officium postulatam; tamen quod populus ad palatium venisset, mihi invidia commota est. In hanc igitur invidiam me redire desiderant.

30. Revocavi populum, et tamen invidiam non evasi: quam quidem invidiam ego temperandam **872** arbitror, non timendam. Quid enim timeamus pro Christi nomine? Nisi forte illud movere me debet, quod aiunt: Ergo non debet imperator unam basilicam accipere, ad quam procedat: et plus vult Ambrosius posse, quam imperator; ut imperatori prodeundi facultatem neget? Quod cum dicunt, apprehendere sermones nostros gestiunt, sicut Judæi qui Christum versuto sermone tentabant dicentes: *Magister, licet tributum dare Cæsari, aut non (Matth. xxii, 17)?* Semperne de Cæsare servulis Dei invidia commovetur? Et hoc ad calumniam sibi accessit impietas, ut imperiale nomen obtendat? Et isti possunt dicere quod eorum non habeant sacrilegium, quorum imitantur magisterium?

31. Et tamen videte quanto peiores Ariani sint, quam Judæi. Illi quærebant utrum solvendum putaret Cæsari jus tributum; isti, imperatori <sup>d</sup> volunt dare jus Ecclesiæ. Sed ut perfidi suum sequuntur auctorem; ita et nos quæ nos Dominus et auctor noster docuit, respondeamus. Considerans enim Jesus dolum Judæorum (*Ibid., 18 et seq.*), dixit ad eos: *Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium*. Et cum dedissent, dixit: *Cujus imaginem habet et inscriptionem?* Respondentes dixerunt: *Cæsaris*. Et ait illis Jesus: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo*. Ergo et ego dico illis, qui mihi obji-

Verrem: Civem Romanum qui cognitores homines honestos daret, sublatum esse in crucem. Ita Nannius.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *ferre non possem*.

<sup>c</sup> Rom. edit. *sola, molli sermone*.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *volunt dare*. Contrario sensu.

ciunt, *Ostendite mihi denarium*: Jesus Cæsaris denarium vidit, et ait: *Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt, et quæ Dei sunt Deo*. Numquid de Ecclesiæ basilicis occupandis possunt denarium offerre Cæsaris?

32. Sed in Ecclesia unam imaginem novi, hoc est, imaginem Dei invisibilis, de qua dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Gen. 1, 26); illam imaginem, de qua scriptum est: quia Christus *splendor gloriæ, et imago substantiæ ejus* (Hebr. 1, 3). In ista imagine Patrem cerno, sicut dixit ipse Dominus Jesus: *Qui me videt, videt et Patrem* (Joan. 11v, 9). Non enim hæc imago a Patre est separata, quæ unitatem me docuit Trinitatis dicens: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. x, 30); et infra: *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt* (Joan. xvi, 15). Et de Spiritu sancto, dicens quia Spiritus Christi sit, et de Christo accepit, sicut scriptum est: *Ille de meo accipiet, et annuntiabit vobis* (Ibid., 14).

33. Quid igitur non humiliter responsum a nobis est? Si tributum petit, non negamus.

<sup>a</sup> Agri Ecclesiæ solvunt tributum: si agros desiderat imperator, potestatem habet vindicandorum; nemo nostrum intervenit. Potest pauperibus collatio populi redundare: non faciant de agris invidiam, tollant eos, si libitum est imperatori: non dono, sed non nego. Aurum quærunt, possum dicere: *Argentum et aurum non quæro*. Sed invidiam faciunt, quia aurum erogatur. Nec ego hanc invidiam perhorresco. Habeo <sup>b</sup> ærarios: ærarii mei pauperes Christi sunt, hunc novi congregare thesaurum. **873** Utinam hoc mihi semper crimen ascribant, quia aurum pauperibus erogatur! Quod si objiciunt quod defensionem ab iis requiram, non nego, sed etiam ambio. Habeo defensionem, sed in orationibus pauperum. Cæci illi et claudi, debiles et senes robustis bellatoribus fortiores sunt. Denique munera pauperum Deum obligant; quia scriptum est: *Qui largitur pauperi, Deo fenerat* (Prov. xix, 17). Præsidia bellatorum divinam sæpe gratiam non merentur.

34. Hyinnorum quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec hoc abnuo. Grande carmen istud est, quo nihil potentius. Quid enim potentius quam confessio Trinitatis, quæ quolidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes student fidem

<sup>a</sup> Non mirum, si affirmet ab Ambrosio Ecclesiæ agros vectigales esse, ac tributum pendere imperatoribus; existant siquidem in Cod. Theod. leges a Constantino, ejusque successoribus promulgatæ, puta lex 1 de Annona et tributis atque aliæ tit. de Episcopis et clericis, quibus Ecclesiæ possessiones vectigalibus subjiciuntur. Quod vero ad clericos, certum est eorum facultates tributo obnoxias fuisse, et plerumque etiam personas muneribus publicis, ut dicit Ambrosius contra Symmachum.

<sup>b</sup> Ærarius, inquit Nannius, fieri dicebatur, qui plebeus a censoribus in Ceritum tabulas referebatur, ac per hoc ex albo centuriæ suæ expunctus, amplius æra mereri non poterat. Quod cum per imperatorem fieret, ære diruti nominabantur. Livius dec. tertię l. 9, inter nomina eorum, quos ærarios relinquebat, dedit collegæ nomen. Sed et ærarii aliquando milites

fateri, Patrem et Filium et Spiritum sanctum norunt versibus prædicare. Facti sunt igitur omnes magistri, qui vix poterant esse discipuli.

35. Quid igitur obaudientius potest esse, quam ut Christi sequamur exemplum, qui *specie inventus ut homo, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem* (Philipp. 11, 7, 8)? Denique omnes per obedientiam liberavit: *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt plurimi, ita et per unius obedientiam justi constituentur multi* (Rom. v, 19). Si ergo ille obediens, accipiant obedientiæ magisterium, cui nos inhæremus, dicentes iis qui nobis de imperatore invidiam faciunt: *Solvimus quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo* (Math. xxii, 21). Tributum Cæsaris est, non negatur (23, quæst. 8, c. *Conventior*, § *Tributum*): Ecclesia Dei est, Cæsari utique non debet addici; quia jus Cæsaris esse non potest Dei templum.

36. Quod cum honorificentia imperatoris dictum nemo potest negare. Quid enim honorificentius, quam ut imperator Ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cum dicitur, sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est; bonus enim imperator quærit auxilium Ecclesiæ, non refutat. Hæc ut humiliter dicimus, ita constanter exponimus. Sed incendia aliqui, gladium, <sup>d</sup> deportationem minantur. Didicimus Christi servuli non timere. Non timentibus numquam est gravis terror. Denique scriptum est: *Sagittæ infantium factæ sunt plagæ eorum* (Psal. lxxiii, 8).

**874** 37. Satis igitur propositis responsum videtur. Nunc illos interrogo, quod Salvator interrogavit: *Baptismum Joannis de celo est, an ex hominibus* (Luc. xx, 4)? Et non potuerunt respondere ei Judæi. Si baptismum Joannis non solverunt Judæi, Auxentius solvit baptismum Christi? Non enim istud ex hominibus est baptismum, sed de celo, quod detulit nobis consilii magni Angelus (Esai. ix, 6), ut justificemur Deo. Cur igitur <sup>e</sup> rebaptizandos Auxentius fideles populos putat, baptizatos in nomine Trinitatis; cum Apostolus dicat: *Una fides, unum baptismum* (Ephes. iv, 5); et se hominum dicat adversarium esse, non Christi; cum consilium Dei spernat, et condemnet baptismum, quod Christus nobis ad redimenda nostra peccata donavit (Luc. vii, 30).

<sup>d</sup> dicebantur contrario sensu, qui æra accipiebant, qui *μιστοφόροι* dicebantur. Cicero ad Atticum, Milites non tam ærarii, quam ut appellantur ærati. Atque ita hic capitur: nam pauperes qui de stipendio Ecclesiæ vivebant, ærarios Christi appellavit.

<sup>e</sup> Omnes edit., *Imperator enim bonus*; omnes mss. omittunt *bonus*, licet in sequenti sententia ubique habeatur.

<sup>d</sup> Deportatio sævissimum exsilii genus est, ubi nimirum quis in remota insula includitur.

<sup>e</sup> Augustinus lib. de Hæres., cap. 49: *Rebaptizari quoque, inquit, ab his, nempe Arianis, catholicos novimus, utrum non catholicos nescio*. Gregorius etiam Turon. Tempore Vandalicæ persecutionis iteratum ab Arianis baptismum testatur lib. 11, cap. 11, et alibi. Vide etiam Alexandrum dissert. 22, tom. vii Hist. Eccl.

## EPISTOLA XXII.

*Inventione corporum Gervasii ac Protasii martyrum nuntiata, refert se ad populum illa dixisse : Caelos esse martyres, sicut et apostolos : diem quoque fuisse illorum confessionem : eosdem a Domino humiliatos, ac deinde suscitatos de terra ; idque eorum resurrectionem esse, cum tot miracula operati sint : gratias ob tantum praesidium Deo egisse, illudque amplificasse ex gestis Elisæi : tandem reliquiarum descriptionem, ac translationis consilium populari plausu excepta. Subjungit sequentis diei sermonem, quo, memorata Catholicorum lætitia, invidentiam Arianorum exagitavit, ostendens eos, dum evidenti miracula fidem negant, Judæorum similes esse, atque aliter credere, quam martyres crediderunt : dum vero Trinitatem quam dæmones confitebantur, non agnoscerent, ipsis dæmonis esse peiores.*

<sup>b</sup> Dominae sorori vitæ atque oculis præferendæ frater.

1. Quia nihil sanctitatem tuam soleo eorum præterire, quæ hic te geruntur absente ; scias etiam sanctos martyres a nobis repertos. Nam cum ego basilicam <sup>c</sup> dedicassem, multi tamquam uno ore interpellare cœperunt dicentes : Sicut Romanam basilicam dedices. Respondi : Faciam, si martyrum reliquias invenero. Statimque subiit veluti cuiusdam <sup>d</sup> ardor præ sagii.

2. Quid multa? Dominus gratiam dedit : formidantibus etiam clericis jussi eruderi terram eo loci, qui est ante cancellos sanctorum Felicis atque Naboris. Inveni signa convenientia : adhibitis etiam qui-

<sup>a</sup> Scripta anno 386.

<sup>b</sup> Sic edit. vet. ac. mss., nisi quod in horum nonnullis pro atque oculis legitur atque oculis, vaci frater additur Ambrosius, et loco verbi præterire, ponitur in uno præmittere : at Rom. edit. totum id refluxit in hanc formam : Ambrosius episcopus Marcellinae sorori : Quoniam nihil eorum, quæ hic te absente geruntur, sanctitatem tuam celare soleo, scias etiam, dilectissima soror, etc.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, dedicare vellem.... Sicut in Romana sic basilicam dedices : in hac vero secunda parte variant vet. edit. et mss. Ubi enim illæ cum paucis mss., Sic in Romana basilica dedices ; alii mss. exhibent partim : Sic in Romanam basilicam ; partim, Siccine Romanam basilicam dedices ; alii denum, sic et Romanam, aut, sicut Romanam basilicam dedices : quæ quidem lectio videtur omnium potissima. Sensus autem est, cum Ambrosius ecclesiam dedicasset, nec tamen reliquias in ea condidisset, populum illud ægre ferentem efflagitasse, ut ne hanc etiam ceremoniam prætermitteret, quam in Romana basilica consecratione non omiserat. Samuel Petitus lib. iii Observ. c. 8, ait nonnullos ex hoc loco duo colligere : primum fuisse Mediolani Romanam regionem, unde Romana basilica nominata sit ; alterum eam basilicam, de cuius dedicatione hic agitur, eandem esse ac Romanam. Utrumque evertere idem aggre ditur. Et secundum quidem per se caducum est ; namque ex serie liquido colligimus basilicam, in quam sanctorum Gervasii et Protasii ossa translata sunt, Ambrosianam esse, cum ex Paulino manifestum sit in Romana corpus beati Nazarii fuisse depositum. Quod vero nomen Romanae ex regione impositum ideo negat, quia non in Romana fuisse dicitur, sed ipsa Romana appellatur ; id quidem frigidius est, quam ut refutatione indigeat. Sed nec multo va-

A bus per nos manus imponenda foret, 375 s.c. sancti martyres aminere cœperunt ; ut, adhuc nobis silentibus, arriperetur urna, et sterneretur prona ad locum sancti sepulcri. Invenimus miræ magnitudinis viros duos, ut prisca ætas ferebat. Ossa omnia integra, sanguinis plurimum. Ingens concursus populi per totum illud biduum. Quid multa ? <sup>e</sup> Condivimus integra ad ordinem : transtulimus vespere jam incumbente ad basilicam Faustæ : ibi vigiliæ tota nocte, manus impositio. Sequenti die transtulimus ea in basilicam, quam appellant <sup>f</sup> Ambrosianam. Dum transferimus, cæcus sanatus est. Talis mihi ad populum fuit sermo :

3. Cum tam effusam, tamque inauditam considerarem conventus vestri celebritatem, et divinæ gratiæ munera, quæ in sanctis martyribus refuserunt, imparem me, fateor, huic muneri judicabam ; nec fieri posse, ut sermone absolverem, quod vix possumus animo intendere, oculis comprehendere. Sed ubi sanctarum legi cœpit series Scripturarum, largitus est Spiritus sanctus, qui locutus est in prophetis, quo dignum aliquid tantæ cœtu et expectatione vestra, martyrumque sanctorum meritis proferramus.

4. Cæli, inquit, enarrant gloriam Dei (Psal. xviii, 3). Cum legitur hic psalmus, occurrit quod non tam elementa materialia, quam cœlestia merita dignum Deo præconium deferre videantur. Hodierno tamen fortuita lectione patuit qui cæli enarrant gloriam Dei. Aspiciate ad dextram meam, aspiciate ad sinistram reliquias sacrosanctas : <sup>g</sup> videte cœlestis con-

liliores sunt, quas hujus nuncupationis rationes profert ; quod enim eam basilicam aut a ritu Romano, qui in eadem fors observaretur, aut a Petro, cui dedicata erat, Romanae fidei ac sedis primo parcente, Romanae suspicatur traxisse nomen, nos ejus suspicioni fidem negamus. Cum ergo constet hanc Ecclesiam ad eam portam quæ Romana vocabatur, constructam fuisse, verisimilius est eidem e vicinia nomen factum. Vide Herman. in Vita Ambrosii lib. iv cap. 17, Ughellum in Ital. Sacra, et alios.

<sup>d</sup> Augustinus lib. ix Confess. cap. 7, has reliquias Ambrosio per visum revelatas dicit : et lib. xxii de Civit. Dei, cap. 8, eas per visionem manifestatas. Unde colligitur non modo per interiorem illum afflatum de illis admonitum esse sanctum præsulem, sed etiam per apparitionem. At non omnia hic memorari quæ contingere satis intelligitur ex eo quod subjicitur, Quid multa ?

<sup>e</sup> Omnes edit., Condivimus integra, ad ordinem transtulimus : Vespere jam incumbente ad basilicam Faustæ. Quæ lectio cum claudicaret, Rom. edit. subjecit verbum venimus pro tibicine. Omnes vero mss. nobiscum faciunt, nisi quod Belv. habet, vigiliæ ad ordinem ; sed melius ceteri respuunt vigiliæ in quibus ad ordinem idem significat, ac per ordinem.

<sup>f</sup> Basilica illa Ambrosiana dicebatur a conditore, et etiam nunc sancti Ambrosii majoris appellatur. Quam vero basilicam Faustæ appellat Ambrosius, ea nunc SS. Vitalis et Agricolaë titulo gaudet. At illa unde eruta sunt sacra Gervasii ac Protasii lipsana, quam SS. Naboris ac Felicis dicitur ait Paulinus, jam vocabulo mutato sancti Francisci nominatur. De his adeas Ughellum, ubi de reliquiis quæ Mediolani asservantur disserit, et Mabiloniam Itin. Ital. p. 15.

<sup>g</sup> Ita omnes mss. paucis exceptis ubi pro videte ponitur videtis : omnes vero edit. videtis... spectantes, etc.

versationis viros, spectate animi sublimis tropæa. Isti sunt cœli, qui enarrant gloriam Dei; hæc opera manuum ejus quæ annuntiat firmamentum. Non enim eos secularis illecebra, sed divini operis gratia, ad firmamentum sacratissimæ passionis evexit: multoque ante morum virtutumque documentis annuntiavit in his martyrium, quod adversus lubricum sæculi hujus stabiles permanserunt.

5. Cœlum erat Paulus, qui ait: *Nostra conversatio in cœlis est* (Phil. iii, 20). Cœli erant Jacobus et Joannes: denique filii tonitruum nuncupantur (Marc. iii, 17); et ideo quasi cœlum Joannes Verbum apud Deum vidit (Joan. i, 1). Ipse Dominus Jesus perpetui luminis erat cœlum, cum enarraret Dei gloriam, sed eam quam nemo ante conspexerat. Et ideo dixit: *Deum nemo vidit umquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit* (Joan. i, 18). Opera quoque manuum Dei si quæris, audi Job dicentem: *Spiritus divinus, qui fecit me* (Job xxxiii, 4). Et ideo adversus diaboli tentamenta firmatus, inoffensæ vestigium **876** constantiæ servavit. Sed veniamus ad reliqua.

6. *Dies, inquit, diei eructat verbum* (Psal. xviii, 3). Ecce veri dies, quos nulla caligo noctis interpolat. Ecce veri dies pleni luminis et fulgoris æterni, qui non perfunctorio sermone verbum Dei, sed intimo corde eructantur in confessione constantes, in martyrio perseverantes.

7. Alius psalmus lectus dicit: *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit in cœlo et in terra* (Psal. cxii, 5)? Respexit sane humilia Deus, qui lateentes sub ignobili cespite reliquias sanctorum martyrum suæ Ecclesiæ revelavit, quorum anima in cœlo, corpus in terra: *Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem* (Ibid, 7); quos videtis ut eos cum principibus populi sui collocarit. Principes populi quos alios nisi sanctos martyres æstimare debemus, quorum <sup>a</sup> jam in numerum diu ante ignorati Protasius Gervasiusque præferuntur, qui sterilem martyribus Ecclesiam Mediolanensem, jam plurimorum matrem aliorum letari passionis propriæ fecerint et titulis et exemplis?

8. *Nec hoc abhorreat a vera fide: Dies diei eructat verbum* (Psal. xviii, 2), anima animæ, vita vitæ, resurrectio resurrectioni. *Et vox nocti indicat sciën-*

*tiam, hoc est, caro carni, quorum passio veram fidei scientiam omnibus indicavit. Bonæ noctes, noctes lucidæ, quæ habent stellas. Sicut enim stella a stella differt in claritate, ita et resurrectio mortuorum* (I Cor. xv, 1).

9. Non immerito autem plerique hanc martyrum resurrectionem appellant; <sup>b</sup> videro tamen utrum sibi, nobis certe martyres resurrexerint. Cognovistis, immo vidistis ipsi multos a dæmonibus purgatos: plurimos etiam, ubi vestem sanctorum manibus contigerunt, iis quibus laborabant, debilitatibus absolutos: reparata <sup>c</sup> vetusti temporis miracula, quo se per adventum Domini Jesu gratia terris infuderat, umbra quadam sanctorum corporum plerisque sanatos cernitis. <sup>d</sup> Quanta oraria jactitantur! **B** quapta indumenta super reliquias sacratissimas et tactu ipso medicabilia reposcuntur! Gaudent omnes extrema linea contingere; et qui contigerit, salvus erit.

10. Gratias tibi, Domine Jesu, quod hoc tempore tales vobis sanctorum martyrum spiritus excitasti, <sup>e</sup> quo Ecclesiæ tuæ præsidia majora desiderat. Cognoscant omnes quales ego propugnatores requiram, qui propugnare possint, impugnare non soleant. Hos ego acquisivi tibi, plebs sancta, qui prosint omnibus, nemini noceant. Tales ego ambio defensores, tales **877** <sup>f</sup> milites habeo: hoc est, non sæculi milites, sed milites Christi. Nullam de talibus invidiam timeo, quorum quo majora, eo tutiora patrocinia sunt. Horum etiam illis ipsis, qui mihi eos invident, opto præsidia. Veniant ergo et videant stipatores meos; talibus me armis ambiri non nego: *Hi in curribus, et hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur* (Psal. xix, 8).

11. Elisæum Scripturæ divinæ series refert, cum ab exercitu Syrorum esset obsessus, dixisse timenti servulo, ne timeret: *quia plures, inquit, pro nobis sunt, quam contra nos* (IV Reg. vi, 16); et ut hoc probaret, petisse ut oculi Giezi aperirentur: quibus ille apertis, innumeros adessee vidi propheta exercitus angelorum. Nos etsi eos videre non possumus, sentimus tamen. Erant clausi isti oculi, quamdiu obruta sanctorum corpora delitescabant. Aperuit oculos nostros Dominus; vidimus auxilia, quibus sumus sæpe defensi. Non videbamus hæc, sed habebamus tamen. Itaque trepidantibus nobis quasi

<sup>a</sup> Thuan. cod. solus, *quorum jam nomina, diu ante ignorata: sed cum cæteris mss., præferuntur*, ubi omnes edit. *proferuntur*.

<sup>b</sup> Omnes edit. et pauci mss., *Videro*; nonnulli mss., *video et videbo; tamen utrum sibi, an nobis certi, quidam cæteri martyres; at reliquorum alii sic habent: Videro tamen utrum sibi, an nobis, certe martyres, etc.; alii tandem ut nos in textu.*

<sup>c</sup> Ita mss. plures potioresque: alii vero et omnes edit., *vetusti corporis miracula.*

<sup>d</sup> *Oraria* hoc loco dicuntur sudaria; nam alloqui sunt etiam oraria in sacerdotalibus indumentis.

<sup>e</sup> Hic indicatur Justine augustæ persecutio, quemadmodum in Admonitione jam diximus. Cæterum obiter annotandum est sententiam infra positam,

nempe *Tales ego ambio defensores*, factam Patrum memoria celebriorem, cum eam vexillo sanctorum Gervasii ac Protasii imaginibus insignito, et in publica supplicatione ad sedandam luem deferendo inscribi sanctus Carolus jussit, ut habetur in ejus Vita.

<sup>f</sup> *Pro milites habeo* legendum conjicit Latinus *milites aveo*. Verbum quidem *habeo* in mss. nonnullis deest, sed in multo pluribus, et cuicunque edit. reperitur. Ea vero quæ sequuntur, nempe *hoc est, non sæculi. . . invidiam timeo*, in edit. ommissa erant, sed ex omnibus mss. restituuntur. Iterum autem ubi omnes edit. ac pauci mss., *qui mihi invident*; alii magno numero inserunt *voculam eos, hæud incongrue.*

dixerit Dominus : *Aspicite quantos vobis martyres dederim : ita* <sup>a</sup> *reseratis oculis gloriam Domini speculamur, quæ est martyrum passione præterita, et operatione præsens. Evasimus, fratres, non mediocre pudoris sarcinam : patronos habebamus, et nesciebamus. Invenimus unum hoc, quo videamur præstare majoribus. Sanctorum martyrum cognitionem, quam illi amiserunt, nos adepti sumus.*

12. *Eruuntur nobiles reliquiæ e sepulcro ignobili, ostenduntur cælo tropæa.* <sup>b</sup> *Sanguine tumulus madet, apparent cruoris triumphalis notæ, inviolatæ reliquiæ loco suo et ordine repertæ, avulsum humeris caput. Nunc senes repetunt audisse se aliquando horum martyrum nomina, titulumque legisse. Perdiderat civitas suos martyres, quæ rapuit alienos. Etsi hoc Dei munus est; tamen gratiam quam temporibus sacerdotii mei Dominus Jesus tribuit, negare non possum : et quia ipse martyr esse non mereor, hos vobis martyres acquisivi.*

13. *Succedant victimæ triumphales* <sup>c</sup> *in locum, ubi Christus hostia est. Sed ille super altare, qui pro omnibus passus est. Isti sub altari, qui illius redempti sunt passione. Hunc ego locum prædestinaveram mihi; dignum est enim ut ibi* **878** *requiescat sacerdos, ubi offerre consuevit : sed cedo sacris victimis dexteram portionem; locus iste martyribus debebatur. Condamus ergo reliquias sacrosanctas et* <sup>d</sup> *dignis ædibus invehamus, totumque diem fida devotione celebremus.*

14. *Acclamavit populus, ut in Dominicum differretur diem martyrum depositio : sed tandem obtentum, ut sequenti fieret die. Sequenti die talis mihi ad populum iterum sermo fuit.*

15. <sup>e</sup> *Hesterno tractavi versiculum : Dies diei eructat verbum (Psal. xviii, 3), prout nostri captus tulit ingenii : hodie mihi non solum superiore tempore, sed præsentis quoque prophetasse videtur Scriptura divina. Nam cum diebus ac noctibus continuatam*

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *reseratis oraculis*. Minus apposite.

<sup>b</sup> Gregorius Turon. lib. i. Mirac., cap. 47, rem narrat, quam in historia SS. Gervasii ac Protasii proditam negat, sed sibi ait cujusdam narratione cognitam : nimirum cum inter sacra e camera decidens tabula in capita martyrum illisa esset, tamdiu sanguinem inde fluxisse, quoad omnia linteamina et vela Ecclesiastica affatim eo tingerentur.

<sup>c</sup> Quid hoc loco expressius ad veram et corporalem Christi in altari sacro præsentiam probandam dici possit, sane non videmus. Omnia illius verba perpendant sectarii, et si quid eis insit sinceritatis ac bonæ fidei, rem fatebuntur.

<sup>d</sup> Omnes edit ac pauci mss., *dignis ædibus*: contra vero plerique mss., *dignis sedibus*.

<sup>e</sup> Hæc ultima pars ab hujus epistolæ corpore avulsa, inter sermones in omnibus edit, collocatur, sed quam inepte, penes lectorem esto judicium.

<sup>f</sup> Mss. non pauci, *referre non possunt*. Nec plane sine sensu aliquo; potest enim *referre* sumi pro exprimere, ac talem voluptatem, qualem catholicis afferrebat ea solemnitas, animo percipere.

<sup>g</sup> Ita mss., at edit. inter *ut et nos inserunt ante tempus*.

<sup>h</sup> Mss. aliquot; *voce prodantur*; aliorum autem quidam *probantur*; alii, ac edit., *probentur*. Et rursus

*A* videam sanctitatis vestræ celebritatem, istos esse dies prophetici carminis oracula declararunt, hesternumque hodiernum, de quibus opportunissime dicitur : *Dies diei eructat verbum*; et istas noctes, de quibus aptissime disputatur, quia *nox nocti indicat scientiam*. Quid enim aliud hoc biduo, nisi verbum Dei intimo eructastis affectu, et scientiam vos habere fidei probavistis?

16. Cui tamen celebritati vestræ, qui solent, invident. Et quia celebritatem vestram invidis animis <sup>f</sup> *ferre non possunt, causam celebritatis oderunt : atque in tantum amentię prodeunt, ut negent martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitentur. Sed hoc non mirum; siquidem tanta est incredulorum perfidia, ut tolerabilior sit diaboli plerumque confessio. Dicebat enim diabolus : Jezu, Fili Dei vivi, quid venisti ante tempus torquere nos (Matth. viii, 29)? Et cum hæc audirent Judæi; ipsi tamen Dei Filium denegabant. Et nunc audistis clamantes dæmones, et confitentes martyribus quod pœnas ferre non possint, et dicentes : Quid venistis, et ut nos tam graviter torqueatis? Et Ariani dicunt : Non sunt isti martyres, nec torquere diabolus possunt, nec aliquem liberare; cum tormenta dæmonum ipsorum* <sup>h</sup> *voce probentur, et beneficia martyrum remediis sanatorum, et absolutorum indicia declarentur.*

17. Negant cæcum illuminatum, sed ille non negat se sanatum. Ille dicit : Video, qui non videbam. Ille dicit : Cæcus esse desiivi; et probat facto. Ipsi beneficium negant, qui factum negare non possunt. <sup>i</sup> Notus homo est, publicis **879** cum valeret mancipatus obsequiis, Severus nomine, Ianius ministerio. Deposuerat officium, postquam inciderat impedimentum. Vocat ad testimonium homines, quorum ante sustentabatur obsequiis : eos indices suæ visitationis arcessit, quos habebat testes et arbitros cæcitatibus. Clamat quia ut contigit fimbriam de veste

ubi omnes edit. et mss. nonnulli, *remediis cæcorum*; alii partim *remediis sanctorum*, partim *sanatorum* præferunt : quod magis placet.

<sup>i</sup> Nihil hoc miraculo certius aut magis testatum, non modo propter gravissimam Ambrosii auctoritatem, et adjuncta illius universis mediolanensibus, quos alloquebatur hic idem præsul, compertissima; verum etiam propter Augustini oculatum, sit verbo venia, testimonium, quod lib. xxii de Civit. Dei, cap. 8, et expressius adhuc Serin. in Natali mart. Gerv. et Prot. legere est. Idem etiam miraculum simul cum aliis, quæ memorantur in hac epistola, narrat, qui similiter oculatus testis esse potuit, Paulinus in Ambrosii Vita. Mirum igitur tantam fuisse Ariano pervicaciam, ut miracula tam evidentia pro commentitiis, immo etiam, ut Paulinus auctor est, pretio simulatis habuerint. Verumtamen ex iisdem Augustino atque Paulino cognoscimus perfidiam hæreticorum ea Martyrum manifestatione, sin minus fractam, saltem debilitatam fuisse, ac deferuisse persecutionem. Et hinc sane magis miramur inter nostri temporis heterodoxos, qui vix majorem in alium ullum e Patribus, quam in Ambrosium nostrum venerationem præ se ferunt, inventum tamen, qui veterem Ariano calumniam, licet sub quibusdani dicterlorum involuctis, renovaret.

martyrum, qua sacræ reliquiæ vestiuntur, redditum A sibi lumen sit.

18. Nonne simile istud est, atque illud quod in Evangelio legimus? Unius enim potentiam laudamus auctoris: nec interest utrum opus sit, an munus; cum et muneretur in opere, et operetur in munere. Quod enim aliis faciendum donaverit, hoc in aliorum opere nomen ejus operatur. Legimus ergo in Evangelio Judæos, cum viderent in illo cæco sanitatis remedium, requisisse parentum testimonium. Interrogabant: Quomodo videt filius vester? Cum ille diceret: *Cæcus cum essem, modo video* (Joan. v, 35). Hoc et iste dicit: Cæcus fui, et modo video: Interrogate alios, si mihi non creditis; interrogate extraneos, ne astipulari mihi parentes putetis. Detestabilior istorum quam Judæorum pertinacia. Illi cum dubitarent, vel parentes interrogabant: isti occulte interrogant, palam negant; jam non operi increduli, sed auctori.

19 et 20. Sed quæro quid non credant, utrum a martyribus possint aliqui visitari? Hoc est Christo non credere; ipse enim dixit: Et majora his facietis (Joan. xiv, 12). An ab istis martyribus, quorum merita jam dudum vigent, corpora dudum reperta sunt? Quæro hic utrum mihi, an sanctis martyribus invideant? Si mihi, numquid a me aliqua virtutes fiunt? numquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi invident, quod meum non est? Si martyribus (restat enim ut si mihi non invident, martyribus invidere videantur), ostendunt alterius fidei fuisse martyres, quam ipsi credunt. Neque enim aliter eorum operibus inviderent; nisi fidem in his fuisse eam, quam isti non habent, judicarent. Fidem illam majorum traditione firmatam, quam dæmones ipsi negare non possunt; sed Ariani negant.

21. Audivimus hodie dicentes eos, quibus manus imponebatur, neminem posse<sup>a</sup> esse salvum, nisi qui in Patrem et Filium et Spiritum sanctum credidisset: illum mortuum, illum funereum, qui Spiritum sanctum negaret, qui Trinitatis omnipotentem virtutem non crederet. Constat hoc diabolus, sed Ariani nolunt fateri. Dicit diabolus: Sic torqueatur, **880** quemadmodum ipse a martyribus torquebatur, qui Spiritus sancti deitatem negaret.

22. Non accipio a diabolo testimonium, sed confessionem. Invitus dixit diabolus, sed exactus et tor-

<sup>a</sup> Omnes edit., *esse salvum, qui Patrem et Filium et Spiritum sanctum negaret, qui Trinitatis, etc.*; mss. contra nullo excepto locum restituunt, ut in contextu.

<sup>b</sup> *Extorquet injuria*, id est, cruciatus, et dolor. Sic lib. II de Abraham, cap. 8, num. 5, *dometur injuriis, pro, labore ac verberibus.*

<sup>c</sup> Vel. edit., *ut demoniacum*; mss. nonnulli, *ut dæmonium*; alii plures, et Rom. edit., *ut dæmonem.*

<sup>d</sup> Hæc translatio sacrarum reliquiarum in Martyrol. Rom. refertur XIII kal. Jul., de qua nos in admonitione.

<sup>e</sup> Scripta anno 386.

<sup>f</sup> Bedam aliosque nonnullos, qui non concilio Nicæno, sed Eusebio Cæsariensi decemnovalem cyclum attribuunt, Baronius ad annum 325 reprehendit Ambrosiani, hujusce loci auctoritate, cui etiam

tus. Quod nequitia supprimit, extorquet<sup>b</sup> injuria. Cedit diabolus plagis, et adhuc cedere nesciunt Ariani. Quanta perpessi sunt, et quemadmodum Pharaoni, malis suis indurantur? Dicebat diabolus, ut scriptum legimus: *Scio te quis sis, tu es Filius Dei vivi* (Marc. I, 24). Dicebant Judæi: *Nescimus quis sit* (Joan. ix, 29). Dicebant hodie et superiore die vel nocte dæmones: *Scimus quia martyres estis.* Et Ariani dicunt: *Nescimus, nolumus intelligere, nolumus credere.* Dicunt dæmones martyribus: *Venistis perdere nos*; Ariani dicunt: *Non sunt dæmonum vera tormenta, sed ficta et composita ludibria.* Audivi multa componi, hoc nemo umquam fingere potuit, <sup>c</sup> ut dæmonem se esse simularet. Quid illud, quod ita exagitari eos videmus, quibus manus imponitur? **B** Ubi hic locus fraudi est? ubi suspicio simulandi?

23. Sed non ego ad suffragium martyrum usurpo vocem dæmoniorum. Beneficiis suis sacra passio comprobetur. Habet judices, sed purgatos: habet testes, sed absolutos. Melior vox est, quam sanitas loquitur eorum, qui debiles advenerunt: melior vox est, quam sanguis emittit; habet enim sanguis vocem canoram, quæ de terris ad cælum pervenit. Legistis dicente Deo: *Sanguis fratris tui clamat ad me* (Gen. iv, 10). Et hic sanguis clamat coloris indicio: *sanguis clamat operationis præconio: sanguis clamat passionis triumpho.* <sup>d</sup> Satisfactum est petitioni vestræ, ut condendas hesterno in hodiernum diem differreimus reliquias.

#### <sup>e</sup> EPISTOLA XXIII.

*Definiendi paschalem diem difficultate ac simul necessitate propositis, licitam esse dierum observationem, dum superstitio absit, probat, suumque consilium aperit. Ad hoc quænam consideranda, quoque pacto observanda Lex? Post quæ diem passionis ac diem resurrectionis distinguendos esse ubi demonstravit, difficultatesque diluit exemplo temporum superiorum; ad litteram nos non teneri declarat: et confirmata tota disputatione, virtutes celebrandæ paschæ necessarias perstringit.*

Dominis fratribus dilectissimis episcopis per Æmiliam constitutis Ambrosius episcopus.

1. Non mediocris esse sapientiæ diem celebritatis definire paschalis et Scriptura divina nos instruit, et traditio majorum: qui convenientes<sup>f</sup> ad synodum

Dionysii Exigui testimonium ex prima ejus epistola jungere potuisset. Verumtamen erroris Dionysium arguit Bucherius: Ambrosium autem in hac epistola minus clare locutum ex eo probat, quod infra circulum enneadecateridos non dicit aperte constitutum, sed his verbis utitur: *Si quis diligenter intendat, statuendum putarent.* Nos quidem Bucherio non assentimur in eo, quod ut Ambrosium quæ hic super Paschæ celebratione tradit, a Theophilo probet mutuatum fuisse, hanc epistolam an. 381 post Pascha, secundo post editum a Theophilo Alex. *Laterculum paschalem anno scriptam* affirmat; cum nobis probabilius videatur hanc ipsam eodem laterculo paschali antiquiorem esse. Quod vero ad enneadecateridem, cujus mentionem aliquam in Nicæna synodo factam, non negat ipsemet Bucherius, eam non



Nicænam, inter **881** illa fidei ut vera, ita admiranda decreta, etiam super celebritate memorata, congregatis peritissimis calculandi, decem et novem annorum collegere rationem, et quasi quemdam constituturæ rationem, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum enneadecaterida nancuparunt, sequentes illud, quod non debeamus vana quadam opinione super celebritate hujusmodi fluctuare: sed vera ratione comperta, ita omnium concurrat affectio, <sup>a</sup> et una nocte ubique sacrificium <sup>b</sup> pro resurrectione Domini deferatur.

2. Domini fratres dilectissimi, eo usque a vero nos deviare non convenit, nec vago ingenio discrepare, ut quædam necessitas celebritatis hujus omnibus sit imposita christianis; quando quidem ipse Dominus eum elegit diem, quo Pascha celebraret, qui cum observantiæ veræ ratione concurrat. Scriptum est enim: *Venit autem dies, in qua necesse erat Pascha immolari, et misit Petrum et Joannem, dicens: Euntes parate nobis pascha ut manducemus. At illi dixerunt: Ubi vis paratus? Et dixit ad illos: Ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret homo amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in quam intrat, et dicetis patrifamilias: Dicit tibi magister: Ubi est diversorium, ubi pascha cum discipulis manducem? Ipse vobis ostendet in superioribus locum magnum: ibi parate (Luc. xii, 10 et seq.).*

5. Advertimus igitur quod non ad terrena descendere, sed in superioribus locum magnum stratum quaerere debeamus, ut Domini pascha celebremus. Abluere etiam sensus nostros quadam spiritali aqua fontis æterni, et devotæ celebritatis tenere mensuram, nec opinione vulgari dies quosdam explorare lunares, cum apostolus dicat: *Dies observatis, et menses, et tempora, et annos; timeo ne sine causa laboraverim in vobis (Galat. iv, 10)*; nam incipit esse contrarium.

4. Sed aliud est observare gentilitio more, ut qua luna quid adorandum sit iudices, ut puta <sup>c</sup> quintam esse fugiendam, nihilque ea inchoandum: varios quoque cursus lunæ obeundis negotiis commendare,

ita definite decretam ac stabilitam putamus, ut plana fieret de celebrando Paschate controversia. In quam quidem opinionem non solum propter Ambrosii verba supra laudata adducimur, verum etiam propter eas difficultates, quas cum ex hac ipsa epistola, tum ex Cyrillo, Leone Magno atque aliis etiam postea emerissem certum est. Credimus igitur definitum a concilio, ut Pascha resurrectionis Græci ac Latini eodem die celebrarent; deinde ut ad Judæorum differentiam ea dies esset Dominica xiv lunæ Martii mensis proxime sequens; tertio ut circuli decemnovales usus admitteretur: sed quædam tamen ad eundem usum necessaria non satis explicata fuisse, unde postea notæ difficultates. Ad hæc de re Franc. Balbi notas in hanc epistolam inter opuscula Nic. Fabri editas.

<sup>a</sup> Observa veteris Ecclesiæ consuetudinem, qua sacrificium in privilegio paschalis eo ipso tempore offerrebat, quod Christi resurrectione consecratum est.

<sup>b</sup> Mss. duo, pro resurrectione Domini offeratur.

A vel cavere quosdam dies, quemadmodum plerique <sup>d</sup> posteros dies vel Ægyptiacos declinare consueverunt. Aliud vero est observantiam religiosæ mentis intendere in eum diem, de quo scriptum est: *Hic est dies, quem fecit Dominus (Psal. cxviii, 24)*. Nam etiam scriptum sit quod pascha Domini quartodecimo die mensis primi celebrari debeat, et vere quartadecimam lunam ad celebrandam Dominicæ seriem passionis inquirere debeamus, tamen **882** ex hoc possumus intelligere, quod ad hujusmodi solemnitatem vel Ecclesiæ perfectio, vel claræ fidei plenitudo queratur, sicut dixit propheta, cum loqueretur de Filio Dei, quia *sedes ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta, in æternum manebit (Psal. lxxxviii, 38)*.

5. Inde est quod et ipse Dominus, cum opera in B terris miranda fecisset, quasi jam fundata humanarum mentium fide, tempus passionis esse memoravit dicens: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum; ut Filius tuus clarificet te (Joan. xvii, 1)*. Hanc enim celebrandæ passionis claritudinem quæsitam alibi docet dicens: *Ite, dicite illi vulpi: Ecce ejecto demonia hodie, et oras sanitates perficio, <sup>e</sup> et sequenti consummor die (Luc. xiii, 32)*. His utique consummatur Jesus, qui incipiunt esse perfecti, ut plenitudinem divinitatis et redemptionis ejus fide sua credant.

6. Ergo et diem et horam exquirimus, ut Scriptura nos instruat. Propheta etiam David dicit: *Tempus faciendi, Domine (Psal. cxviii, 126)*, petens accipere sensum ad cognoscenda Domini testimonia. Et Ecclesiastes quoque ait: *Omni rei tempus (Ecl. iii, 1; Hier. viii, 7)*. Jeremias clamat: *Turtur et hirundo, agri passerem agnoscerunt introitus sui (Jerem. viii, 7)*. Quid autem evidentius, quam de passione Domini dictum videri potest: *Agnovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui (Esa. i, 3)*? Agnoscamus ergo hoc præsepe Domini, in quo alimur, pascimur et reficimur.

7. Hoc igitur tempus præcipue scire debemus, quo per universum orbem consona sacræ noctis fundatur oratio; quia et tempore commendantur preces, sicut scriptum est: *Tempore accepto exaudi te, et*

<sup>c</sup> De gentilium superstitionibus in quarti diei observatione tractavit Ambrosius lib. iv Hexaem., cap. 9, quod autem hoc loco dicit de luna quinta, id dubio procul referendum est ad illud Virg. ex i Æneidos:

Ipsa dies alios alfo dedit ordine luna  
Felles operam: quintam fuge, etc.

<sup>d</sup> Gill., *pastores dies*. Operarum lapsus, sed tamen qui in edit. Paris. anni 1586 receptus fuit. Posteros vero dies Bucherius ita explicat: *Posteri dies, inquit, qui postridis kal., non. vel idus erant, Romanis infamati habebantur (Gellius, lib. v, cap. 17)*. Quod ad Ægyptios pertinet, eorum Augustinus quoque in apostoli verba, quæ supra citantur ab Ambrosio, mentionem facit, sed quinam fuerint, non aperit. Cangius ad verbum *dies* varias recentiorum de iisdem diebus opiniones referens, singulis mensibus duos fuisse tradit aggrediendis rebus inauspicatos. Vide etiam Abulensem in Exod. xi.

<sup>e</sup> Mss. duo, et tertio consummor die.



in die salutis adjuvi te (Esai. XLIX, 8). Hoc est tempus de quo apostolus dixit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (II Cor. 6).

8. Unde necesse fuit, quia etiam post Ægyptiorum supplicationes, et Alexandrinæ Ecclesiæ definitiones, <sup>a</sup> episcopi quoque Romanæ Ecclesiæ, per litteras plerique meam adhuc expectant sententiam, quid existimem scribere de die Paschæ. Nam licet futuri diei Paschæ inciderit quæstio, tamen etiam in reliquum quid tenendum videatur, aperimus; si qua quæstio talis incurrerit.

9. Duo autem sunt observanda in solemnitate Paschæ, quartadecima luna, et primus mensis, qui dicitur novorum. Itaque ne a veteri Testamento videamur discedere, ipsam de Paschæ celebrandæ diem capitulum recensentibus. Monet Moyses populum, **B** dicens custodiendum mensem novorum, cum primum esse mensem **883** prædicans; ait enim: *Hic mensis vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni: et facies Pascha Domino Deo tuo quartadecima die mensis primi* (Exod. XII, 11).

10. Lex nempe per Moysen data est: gratia autem et veritas per Jesum Christum facta est (Joan. I, 17). Ipse ergo <sup>b</sup> qui Legem locutus est, postea veniens per Virginem novissimis temporibus, plenitudinem Legis consummavit; quia venit non legem solvere, sed implere (Matth. V, 17); et celebravit pascha hebdomade, in qua fuit quartadecima luna quinta feria. Denique ipsa die, sicut superiora docent, pascha cum discipulis manducavit: sequenti autem die, hoc est, sexta feria, crucifixus est, luna quintadecima. Sabbatho quoque magno illo sextadecima fuit: ac per hoc **C** septima decima luna resurrexit a mortuis.

11. Unde hæc lex paschæ nobis servanda est, utam quartadecimam observemus in die resurrectionis, sed in die magis passionis, aut certe aliis proximis superioribus diebus; quia resurrectionis celebritas die Dominica celebratur: Dominica autem jejunare non possumus; quia <sup>c</sup> Manichæos etiam ob istius diei jejunia jure damnamus. Hoc est enim in resur-

rectionem Christi non credere, si legem quis jejunii die resurrectionis indicat; cum Lex dicat pascha edendum cum amaritudine (Exod. XII, 8), hoc est, cum dolore, quod tanto sacrilegio hominum auctor salutis sit interemptus: die autem dominica exultandum Propheta docet, dicens: *Hic est dies, quem fecit Dominus; exsultemus et lætemur in eo* (Ps. CXLVII, 24).

12. Ergo non solum passionis diem, sed etiam resurrectionis observari oportet a nobis; ut habemus et amaritudinis et lætitiæ diem: illo jejunemus, isto reficiamur. Unde si inciderit, sicut futurum est proxime, <sup>d</sup> quartadecima luna mensis primi die Dominica; quia neque Dominica jejunare debemus, neque tertiadecima luna die sabbati incidentē jejuniū solvere, quod maxime die passionis est exhibendum: in alteram hebdomadam celebritas paschæ est differenda. Siquidem sequitur quintadecima luna, qua passus est Christus, et erit secunda feria: tertia quoque feria erit sextadecima luna, qua Domini caro in sepulcro quævit; cum quarta etiam sexta septimadecima luna futura sit, qua Dominus resurrexit.

13. Cum igitur triduum istud sacrum in hebdomadam proxime incurrat ultimam, intra quod triduum et passus est, et quævit, et resurrexit, de quo triduo ait: *Solvite hoc templum, **884** et in triduo excitabo illud* (Joan. II, 14); quid nobis potest molestiam dubitationis afferre? Nam si ea res scrupulum movet, quia quartadecima luna non celebramus ipsam diem vel passionis, vel resurrectionis; ipse Dominus non quartadecima luna passus est, sed quintadecima, et septimadecima resurrexit. <sup>e</sup> Quod si movet, quia quartadecimam lunam transcentes, quæ die Dominica incidit, hæc est, quartadecimo kalendas Maii, sequenti Dominica instaurandam celebritatem suademus, auctoritas exstat hujusmodi.

14. Nam temporibus paulo superioribus, cum incidisset quartadecima luna mensis primi in Dominicam diem, sequenti altera Dominica celebrata solemnitas est. <sup>f</sup> Octogesimo autem et nono anno ex die imperii Diocletiani, cum quartadecima luna

<sup>a</sup> Utrum vox episcopi cum adjectivo plerique et verbo expectant conveniat, an vero posita sit in gignendi casu et ad rō definitiones referatur, ambigi potest. Attamen ultimum nobis verisimilius est, cum et adverbii quoque proprium sit antecedenti orationi sequentem connectere, nec satis recte dici videatur plerosque episcopos Ecclesiæ Romanæ Ambrosianam adhuc expectare sententiam, nisi quis malit Ecclesiæ Romanæ hoc loco poni pro metropoleos Romanæ. Sed præterquam quod inusitatio est ea locutio, quæ causa esset, cur potius Mediolanensis quam Romani metropolitæ sententiam quarerent iidem antistites? Itaque vocem episcopi accipimus indefinite pro episcoporum; cum a plerisque pontificibus Romanis constitutiones de Paschali festo ante istud tempus editas constet. Quin immo eandem difficultatem, quæ Ambrosium nostrum ad scribendum hac de re compulerat, etiam postea rediisse ex epistola sancti Leonis ad Murcianum imperatorem cognoscere est. Utramque epistolam compara, et similitudinem inter illas non mediocre competies.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., qui per Legem locutus est.

<sup>c</sup> De jejuniis Dominicæ diei a Manichæis obser-

vati solite, consule Augustini epistolam 36, ad Casulanum, num. 27 et 29. De quo etiam nonnihil habet Proterius in epistola ad Leonem.

<sup>d</sup> Hic erat cardo difficultatis, de qua consultus fuerat Ambrosius, nimirum quod cum pascha incidere in XIV kal. Malas, utram in VII transferri posset debium erat propter rationes hic a sancto Ambrosio, et a Proterio in epistola citata, propositas. Ubi obiter animadvertes, quod in Admonit. ad lib. Elia et jejuni. a nobis dictum est de jejuniis sabbati sancti, plane confirmari.

<sup>e</sup> Omnes mss., Quid si movet... qua die, etc.

<sup>f</sup> Vet. edit., Octogesimo autem anno et nonagesimo tertio; Rom. edit. tantum resecavit et nonagesimo tertio, melius Franc. Balbus, et Bucherius, octogesimo autem et nono anno; quo etiam decemnovenalem, inquit Balbus, XII invenio: Fitteram domin. ampliatamque pascha in pridie kal. Aprilis. Hunc autem annum post reparatam salutem 573 fuisse tradit Bucherius. Et hæc utriusque emendatio etiam ex epistola Proterii, nec non ex æra Diocletiani, quam anno Christi 284 IV kal. Sept. institutam voluit confirmari.

esset nono kalendas aprilis, nos celebravimus pascha pridie kalendas Aprilis. Alexandrini quoque et Ægyptii, ut ipsi scripserunt, cum incidisset quarta-decima luna, <sup>a</sup> vigesimo et octavo die Phamenoth mensis, celebraverunt pascha quinta die Pharmuthi mensis, quæ est pridie kalendas aprilis, ac sic convenere nobiscum. Rursus nonagesimo et tertio anno a die imperii Diocletiani, cum incidisset quarta-decima luna in quartumdecimum diem Pharmuthi mensis, quæ est quinto idus aprilis, quæ erat Dominica die, celebratum est Pascha Dominica Pharmuthi vigesimo et primo die, qui fuit secundum nos <sup>b</sup> sextodecimo kalendas maii. Unde cum et ratio sit et exemplum, nihil super hoc movere nos debet.

15. Nunc illud est, quod enodandum videtur, quia plerique putant secundo mense nos celebravimus pascha, cum scriptum sit: *Custodi primum mensem novorum* (*Deut. xvi, 1*); quod non potest incidere, ut præter mensem novorum pascha celebrent, nisi qui quartamdecimanam lunam ita observant secundum litteram, ut non alio nisi ipso celebrent die. Denique futurum Judæi duodecimo, non primo mense celebraturi sunt pascha, hoc est, <sup>c</sup> decimo tertio kalendas aprilis, secundum nos: secundum Ægyptios autem vigesimo quarto die Phamenoth mensis, qui est non primus mensis, <sup>d</sup> sed duodecimus; primus

<sup>a</sup> Ita Rom. edit. et mss. cum. epist. Proterii, et Balbi ac Bucherii supputatione: Vet autem edit., et *vigesimo et octavo die Pharmuthi*.

<sup>b</sup> Vet. edit, non quinto decimo; restituit edit. Rom. nos *sextodecimo*. et certe manifestum est, priore dominica in v idus Aprilis incidente, proxime sequentem non in xv, sed in xvi kal. Maii incidere.

<sup>c</sup> Edit. antiq., *tertio kal. April.* Rom. cum mss., *tertio decimo*, etc.; unde confirmari mutationem Pharmuthi in Phamenoth, de qua superius dictum est, observat Balbus.

<sup>d</sup> Ita Rom. edit.; vet. autem, *sed duodecimus: et incipit sexto*. Mendose; certum enim est mensem Phamenoth incipere v kal. Martias et finire vii kal. April., ac proinde mensem Pharmuthi initium sumere a vi kal. ejusdem Aprilis. At illud animadvertendum videtur Ambrosium, cum Pharmuthi primum mensem appellat, intelligendum esse de primo novorum. qui primus anni erat secundum Legem: nam apud Ægyptios mensis primus *Thot* dicebatur, et nostro Septembri respondebat. Vide Lact. Firmianum lib. 1, cap. 6.

<sup>e</sup> Edit. vet., *eum diem endecateride*; Rom., *eundem*, mensem nimirum, *Enneadecateridem*, Optima correctio; id enim hoc loci docet Ambrosius Nicænos patres propterea stituisse, ut circulus decemnovalis a mense novorum inciperet, atque in eum desineret; quia in eodem primum pascha olim a Judæis celebratum est.

<sup>f</sup> Ex hoc potissimum loco astruunt chronologi Ambrosium e Patribus Latinis primum fuisse, a quo indictionum facta sit mentio. Verumtamen illud potiori jure collegissent ex lib. de Noe et Arca, cap. 17, num. 60, ubi earum usum non diu ante cœpisse satis insinuat. Dubitari autem hic potest, quam indictionem utroque loco designaverit; utrum Constantinopolitanam, quæ incipiebat kal. Septembris; an Constantinianam, cujus initium erat vii kal. ejusdem mensis; an tandem Romanam, Antiochenam vel aliam ex earum numero, quæ a scriptoribus commemorantur? Sed inter se satis conveniunt peritiores Ambrosium de Constantiniana intelligendum;

A enim mensis apud Ægyptios dicitur Pharmuthi, et incipit sexto kalendas aprilis, et finitur septimo kalendas maii. Ergo secundum Ægyptios primo mense celebraturi sumus Dominicam paschæ, hoc est, septimo kalendas maii, qui est dies trigesimus Pharmuthi mensis.

885 16. Nec absurdum arbitror, ut inde observandi mensis trahamus exemplum, ubi primum pascha celebratum est. Unde et majores nostri in tractatu concilii Nicæni <sup>e</sup> eundem Enneade cateridem, si quis diligenter intendat, statuendum putarunt, et ipsum mensem novorum recte custodierunt; quia in Ægypto hoc primo mense nova secantur frumenta: hic autem mensis et primus est secundum Ægyptiorum proventus, et primus secundum Legem, et octavus secundum consuetudinem nostram: <sup>f</sup> indictio enim Septembri mense incipit. Octavo igitur mense kalendæ Aprilis sunt: incipit autem mensis non secundum vulgarem usum, sed secundum consuetudinem peritorum ab æquinoxio, qui dies est duodecimo kalendas Aprilis, et finitur undecimo kalendas Maii. Inde maxime intra hos triginta et unum dies <sup>g</sup> sæpe celebrati paschæ dies.

17. Sed cum <sup>h</sup> ante sexennium celebravimus paschæ Dominicam undecimo kalendas Maii, hoc est, trigesimo die mensis, secundum nostram scilicet

cujus quidem institutio, quamvis rem obscurissimam esse affirmet Baronius, receptori tamen sententia tribuitur anno Domini 312, Constantino Magno imperante. Nec vero leve hujus opinionis argumentum est, quod Athanasius in lib. de Synodis agens de conventiculo Arianorum Antiochiæ habito, illud, præsentem Constantio, indictione xiv, coivisse declarat: et hinc qui Theodosio indictiones his Ambrosii locis persuasi attribuunt, liquido refelluntur. Porro indictionum crebra mentio fit in Cod. Theodos. quarum laterculum Codefridus exhibet statim initio. Vide etiam Chronicon Marcellini, et Alexandrinum, licet innumeris erroribus sædatum.

<sup>g</sup> Tres mss., *sæpe celebratos*; unus qui et antiquissimus, ac omnes edit., *sæpe celebrati*; exceptis quibusdam Paris. ubi legitur, *sepe celebratur*. Cæterum quod ait Ambrosius *intra hos triginta et unum dies*, erratum etiam ibi videtur; sunt enim xxxii a xii kal. April. ad xi kal. Maii.

<sup>h</sup> Scite advertit Balbus sequentia cum τϥ biennium quadrare non posse, nec enim ea convenire alii anno, quam 95 æræ Diocletiani, Christi vero 379. Unde colligit biennium ex eo factum quod scriptum fuerat *vi ennium*. Qua conjectura nihil probabilius. Nihilominus tamen Bucherius vulgarem retinet lectionem, annumque designatum per voces *ante biennium* Christi 363 fuisse arbitratur. Verum ea supputatio non cohæret cum eo quod de anni 387 pascha hic dicitur: *quod futurum est proxime*; cum hanc epistolam idem Bucherius scriptam anno 381 censeat. Et certe recurrente postmodum simili difficultate de paschate anni 355 sanctus Leo non ante annum 553 consulendos peritos existimavit. Quod autem Hermannus tradit fieri potuisse, ut alius cyclus a Victoriniano observaretur: et revera alium hoc ipso antiquiorem etiam a Bucherio editum esse, in quo pascha resurrectionis anni 384 ponatur xii kal. Maias, id est, xi, cum festum paschatis apud eum auctorem ab anno 378 semper uno die antevertatur. Sed idem canon tot mendis scatere deprehenditur, ut ei fidere non audeamus.

cet calculationem, moveri non debemus, si et proxime trigesimo die Pharmuthi mensis celebraturi sumus paschæ Dominicam. Verum si quis mensem secundum inde existimat, quia post triduum completi mensis, qui compleri videtur undecimo kalendas Maii, paschæ Dominica erit; illud consideret, quia quartadecima luna, quæ quæritur, quartadecimo kalendas Maii erit, hoc est, intra præscriptum mensis numerum. Lex autem diem passionis exigit intra primum mensem novorum debere celebrari.

18. Satisfactum est igitur secundum plenitudinem lunæ, cui ad complendum mensem supersunt tres alii dies. Non ergo in alterum mensem recidit, quando intra eundem mensem, qui primus est, pascha celebrabitur. Ad litteram autem nos teneri non oportere, licet consuetudo celebrandi pascha ipsa nos instruat; tamen et Apostolus docet, qui ait: *Pascha nostrum immolatus est Christus* (I Cor. v, 7). Sed et proposita lectio docet litteram non sequendam; sic enim habes: *Et facies pascha Domino Deo tuo quartadecimo die mensis primi* (Exod. xii, 18). Diem pro luna dicit; unde peritissimi quoque secundum Legem lunari cursu computant mensem: et ideo cum a pluribus nonis lunæ cursus incipiat, hoc est, dies primus, a vides nonas Maii adhuc ad mensem primum novorum computari posse. Ergo et juxta Legis sententiam primus hic mensis est. Denique μήνην lunam vocant Græci, unde μήνας Græce dicunt menses; et naturalis usus nationum exterarum lunam pro diebus appellat.

19. Alium autem diem passionis, alium resurrectionis celebrandum veteris quoque Testamenti series ostendit; sic enim habes: *Agnus sine macula, mundus, consummatus, anniculus, masculus erit vobis, ab ovibus et hædis sumetis, et erit vobis in observatione usque in quartadecimam mensis hujus, et occidatis illum tota multitudo Synagogæ filiorum Israel ad vesperum, et sument de sanguine ejus, et ponent super duos postes, et super limen ostii domus, in qua manducabunt eum inter semetipsos: manducabunt carnem hanc noctu igni assatam; et infra: Et edetis illum cum sollicitudine; pascha est enim Domini et pertransibo in terram Ægyptiorum in nocte illa, et percussit omne primitivum in Ægypto ab homine usque ad pecus, et in omni terra Ægypti faciam vindictam, ego Dominus. Et erit vobis sanguis in signo in domibus,*

<sup>a</sup> Rom. edit., *Vides pridie nonas Maii*; vet., *Vides nonas Maii*. Commoda lectio; cum enim nova luna primi mensis, ut notat Balbus, ex Alexandrinorum cyclo incipere possit vel v April., sit ut nonæ Maii primo lunari mense includantur aliquando. Sed forte non putarunt Rom. editores nonas ad superiorem mensem pertinere posse; cum ex Festo nonæ dicantur a nova luna, quod incidat in eas lunæ principium: ex Macrobio autem, quod sint quasi exordium novæ observationis. At hujusmodi etymologiæ non sunt tanti. Et profecto recte hic ab Ambrosio dicitur, cum a pluribus nonis, etc., non autem ab omnibus.

<sup>b</sup> Unus cod. Vat. *tota multitudo Synagogæ.*

<sup>c</sup> Tres. mss., *et non erit vobis in plaga.*

<sup>d</sup> Edit., *et vos, et filii Israel.*

<sup>e</sup> Vet. edit. cum tribus mss., *sustinere, apparatus*

*in quibus eritis ibi; et videbo sanguinem, et prætegami vos, et non erit in vobis plaga exterminii. Et contexam terram Ægypti, et erit dies hic vobis memorabilis et sollemnis, et diem festum ageris eum Domino in progenies vestras, legitimum sempiternum, diem festum ageris illum* (Ibid., 5 et seq.).

20. Advertimus et passionis diem descriptum in jejuniis, quia ad vesperum occidendus est agnus; licet ultimum tempus pro vespere possimus accipere secundum Joannem, qui ait: *Pueri, novissima hora est* (I Joan. ii, 18). Sed et juxta mysterium vespere diei constat occisum, quando tenebræ statim factæ sunt: et jejunium deferendum eo die verum est, quia ita edetis illum cum sollicitudine; jejuniis enim sollicitudo adhæret. Resurrectionis autem die exsultatio refectionis est atque lætitiæ, quo die videtur exisse populus ex Ægypto, primitivis Ægyptiorum necatis. Quod posteriora evidentius docent, in quibus ait Scriptura, quia postquam fecerunt Judæi pascha, sicut præcepit Moyses, *factum est circa mediam noctem, et Dominus percussit omne primitivum in terra Ægypti, a primitivo Pharaonis. Et vocavit Pharaon Moysen et Aaron nocte, et dixit illis: Surgite et exite de populo meo, et vos et filii vestri: ite et servite Domino Deo vestro* (Exod. xii, 29-31). Et urgebant Ægyptii populum, festinantes quam celerime expellere. Denique sic profecti sunt Israelitæ, ut non occurreret sibi azyma fermentare; ejecerunt enim eos Ægyptii, et non potuerunt sustinere, quem apparatus sibi fecerant in viam.

21. Reseratum est igitur diem resurrectionis observandum post diem passionis, qui dies resurrectionis non quartadecima luna debet esse, sed postea, ut vetus loquitur Testamentum; quia dies resurrectionis, is cum egrediens populus de Ægypto, in mari et in nube baptizatus, ut Apostolus dicit (I Cor. x, 2 et seq.), mortem vicit, panem spiritalem accipiens, et potum de petra hauriens spiritalem: nec passionem Domini die Dominica posse celebrari: et si quartadecima luna in Dominicam incidit, adjungendam hebdomadam alteram, sicut et septuagesimo sexto anno ex die imperii Diocletiani factum est. Nam tunc vigesimo octavo die Pharmuthi mensis, qui est nono kalendas Maii, Dominicam paschæ celebravimus sine ulla dubitatione majorum. Simul etiam lunæ cursus et ratio suffragatur, quoniam vigesima prima luna prox-

*sibi fecerant; Rom., sustinere, nec apparatus sibi fecerunt.* Et certe suffragantur huic correctioni verba illa Exodi xii, *καὶ οὐχ ἠδυνθήσαν ἐπιμαίνας, οὐδὲ ἐπιστρωμὸν ἐποίησαν*, etc. Verumtamen cum lectionem unus Vat. codex suppeditet ab illo textu haud multum recedentem, in textum recipiendam existimavimus.

<sup>f</sup> Cod. Vat. unus, *quod dies passionis sunt, cum egrediens, etc.*

<sup>g</sup> Omnes edit., *trigesimo die Pharmuthi mensis, qui est septimo kal. Maii.* Sed Balbus ac Bucherius emendationis locum indigere deprehenderunt, atque adeo reponendum *vigesimo octavo die... qui est ix kal. Maii.* Optima correctio; cum enim illic agatur de anno reparatæ salutis 360, aliter ea inter se cohærere nequaquam possunt.

num pascha celebrandum est ; nam usque ad vigesimam primam lunam consuevit extendi.

22. Ergo cum tot veritatis indicia concurrant, juxta majorum exempla festum publicæ salutis læti exultantesque celebremus, postes nostros ubi est ostium verbi, quod sibi Apostolus optat aperiri, <sup>a</sup> fide passionis Dominicæ colorantes (*Coloss.* iv, 3). De hoc ostio dicit etiam David : *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circuitus labii meis (Psalm.* cxl, 3) ; ut nihil aliud nisi sanguinem Christi loquamur, quo mortem vicimus, quo redempti sumus. Flagret in nobis odor Christi. Ipsum audiamus, in illum et mentis et corporis oculos dirigamus, opera ejus mirantes, beneficia prædicantes : super limen ostii nostri sacræ redemptionis confessio resplendeat. Sumamus ferventi spiritu <sup>b</sup> sacramentum in azymis sinceritatis et veritatis, pia doctrina gloriam Patris <sup>c</sup> et Filii, et Spiritus majestatem individuum concinentes.

### 888 <sup>d</sup> EPISTOLA XXIV.

*Exposito cur legationis suæ rationem reddat, quomodo in consistorium ingredi coactus, Maximi osculum recusaverit ; et accusationes quibus hic ab eo se deceptum, et a Bautone immissos imperio barbaros criminabatur, in ipsum retorserit, narrat. Tum ubi retulit, qua libertate Valentiniani clementiam ejus crudelitati opposuerit, utque Gratiani corpus redderetur, insulterit, nec non post exprobratam tyranno Valentionis cædem fuerit ejectus, suam non tam de periculo suo, quam de Hygini exilio sollicitudinem subdit.*

AMBROSII VALENTINIANO IMPERATORI.

23. Etsi superioris legationis meæ fides ita approbata sit tibi, ut ratio ejus a me non queratur, satis enim claruit eo ipso quod aliquot dies retentus sum intra Gallias, <sup>e</sup> mevolentia Maximo non recepisse, neque iis adstipulatum, quæ ad voluntatem ejus magis, quam ad pacem propenderent : denique non commississes secundam legationem, nisi primam probasses. Sed quia regredienti mihi decernendi secum imposuit necessitatem, ideo hac epistola expositionem legationis meæ insinuandam putavi ; ne cujus-

<sup>a</sup> Cod. Vat. unus, *fide passionis Dominicæ celebrantes.*

<sup>b</sup> Cod. unus, *sacramentum imaginis sinceritatis.*

<sup>c</sup> Ms. unus, *et Filii majestatem et Spiritus sancti individuum concinnitatem.*

<sup>d</sup> Scripta anno 387.

<sup>e</sup> Edit. Amerb. et mss. aliquot, *me violenti a D Maximo* ; seq. edit., *me violentiam a Maximo* ; neutrum congruo sensu ; reliqui mss. partim *me volente a Maximo*, partim, *me volenti a Maximo*, vel *mevolentia Maximo*, quæ vera lectio est. Sic enim Tacitus ; *Hæc atque talia plebivolentia fuere.* Ita etiam Salust. Indicat igitur Ambrosius placentia Maximo se vel non admisisse, vel facturum se non promississe ; hic enim verbum *recepisse* utroque modo potest explicari. Rursus vero, ubi nos cum antiq. edit. et mss. pluribus, *ad pacem protenderent* : Rom. edit. et quidam mss., *propenderent*, unus *privtenderent*. Duo mss., *me voluntatem Maximi.*

<sup>f</sup> Vet. edit. et mss. non pauci, *veri prius vana* ; nonnulli, *veri prius vana* ; nec incommodè, cum non sit insolens Ambrosio, ut veritatis vacua, imitatione Virgilii, appellet *veri vana* : bene tamen aliquot mss. ac

A quam sermo <sup>f</sup> veris prius vana intellexeret, quam reditus meus integra, et sincere veritatis expressa signaculo manifestaret.

2. Cum pervenissem Treviros, postredie processi ad palatium. Egressus est ad me vir <sup>g</sup> Gallicanus, præpositus cubiculi, eunuchus regios. Poposci ad eundem copiam, quæsitum num rescriptum haberem clementiæ tuæ. Respondi habere. Retulit non posse me, nisi in consistorio videri. Dixi non esse hunc morem sacerdotalem, certe esse aliqua de quibus serio <sup>h</sup> deberem cum suo principe confabulari. Quid plura ? Consultuit eum, sed eadem referenda credidit ; ut liqueret etiam priora ex illius arbitrio deprompta. Dixi tamen alienum id quidem a nostro munere, sed me recepto officio non defuturum ; gratam mihi esse humilitatem in tuo præsertim, et quod verum est, fraternæ pietatis negotio.

3. Ubi sedit in consistorio, ingressus sum, assurrexit ut osculum daret. Ego <sup>i</sup> inter consistorianos steti. Hortari cœperunt alii, ut ascenderem : vocare ille. Respondi ego : Quid oscularis eam, quem non agnoveris ? Si enim me agnovisses, non hoc loco videres. Commotus es, inquit, episcopo. Non, inquam, injuria, <sup>j</sup> sed verecundia, quod alieno consisto loco. Et prima, inquit, legatione ingressus es consistorium. Nec illud, inquam, mei erroris fuit : vocantis, <sup>k</sup> non ingredientis vitium est. Cur, inquit, ingressus es ? Quia, inquam, tunc ut inferiori pacem petebam, hunc ut æquali. Cujus, inquit, beneficio æquali ? Respondi : Omnipotentis Dei, qui C Valentiniano regnum, quod dederat, reservavit.

4. Ad postremum erupit dicens : Quoniam me iusistis tu et ille <sup>k</sup> Bauto, qui sibi regnum sub specie pueri vindicare voleat, qui etiam barbaros mihi immisit : quasi ego non habeam, quos possim adducere ; cum mihi tot millia barbarorum mittent, et annonas a me accipiant. Quod si ego tunc temporis quando venisti, non fuisset retentus, quis tibi obstitisset et virtuti meæ ?

5. Ad hæc ego leniter : Non opus est, inquam, ut commovearis, cum causa nulla sit commotionis : sed

Rom. edit. ut in textu.

<sup>g</sup> An per catachresin *vir* nominetur, qui vere fuerit eviratus ; an vero quod *eunuchus* dicitur, nomen sit muneris ac dignitatis, non definimus. Vide quæ ad lib. de Joseph patriarcha, cap. 6 observavimus.

<sup>h</sup> Rom. edit. sola, *secreto deberem.*

<sup>i</sup> Duo mss., *inter consistoria non fieri.*

<sup>j</sup> Cum ex hoc Ambrosii exemplo, tum ex aliis virorum sanctitate ac modestia præcellentium cognoscimus honorem muneris ac dignitati suæ debitum tueri non vanitatis, sed magnanimitatis esse ; modo non personæ tribuatur, quod specie dignitatis expetitur.

<sup>k</sup> Bautonis comitis iterum sanctus noster tacuit epistola ad Theodosium. Ejus filiam Arcadio imperatori nupsisse tradit Philostorgius lib. xi Histor. Zozimus vero tam proluxa voluntate eundem laudat, ut fere suspitionem injiciat, quod idolorum superstitioni addictus fuerit. Hunc ipsum quoque non ætium esse arbitrabantur ab eo Bautone, qui tum temporis consulatum gerebat, cum ipsi panegyricam orationem Mediolani Augustinus pronuntiavit. <sup>l</sup> ipse scripsit lib. iii advers. Litt. Petil., cap. 25.

patienter audias, quæ referantur istis. Propterea et A ego veni, quia prima legatione, dum mihi credis, per me deceptum te esse asserebas. Gloriosum mihi est et hoc pro salute pupilli imperatoris. Quos enim episcopi magis, quam pupillos debemus tueri? Scriptum est enim: *Judicate pupillo, et justificare viduam, et eripite injuriam accipientem* (Esai. 1, 17); et alibi: *Judices viduarum, et patres orphanorum* (Ps. LXVII, 6).

6. Tamea non exprobrabo beneficium meum Valentiniano. Ut verum eloquar, ubi ego tuis legionibus obstiti, quomodo indueres in Italiam? Quibus rapibus? qua acie? quibus numeris? An vero corpore meo clausi tibi Alpes? <sup>a</sup> Utinam hoc meum esset! objectionem non timerem, non vererer criminationes tuas. Quibus promissis lusi te, ut paci B acquiesceres? Nonne intra Gallias juxta urbem Moguntiacam comes <sup>b</sup> Victor occurrit mihi, quem direxisti, ut pacem rogaret? In quo ergo te fessellit Valentinianus, qui prius pacem a te rogatus est, quam postularet? In quo te fessellit Bauto, qui devotionem imperatori exhibuit suo? An quia principem suum non prodidit?

7. In quo ego te circumscripsi? Qui ubi primum veri, cum diceres quod Valentinianus ad te quasi filius ad patrem venire deberet; responderim non esse æquum, ut aspero hiemis tempore puer cum matre vidua penetraret Alpes: sine matre autem tanto itineri debitis rebus committeretur? De pace <sup>c</sup> nobis legationem commissam, non de adventu ejus promissionem: spondere nos id non potuisse certum est, quod mandatum non erat: me certe nihil spondidisse, adeo ut diceres: Expectemus quid Victor responsi referat. Illum autem liquet, me retento, pervenisse Mediolanum; negatumque ei, **880** quod postulabat. De pace tantum conspirare studia, non de adventu imperatoris, quem moveri non oportet. Præsens eram, ubi Victor rediit. Quomodo ergo revocavi Valentinianum? Legati iterum missi ad Gallias, qui ejus adventum negarent, apud Valentiam Gallorum me reppererunt: milites utriusque partis, qui custodirent juga montium, offendi revertens. Quos ego tuos revocavi exercitus? quas de Italia reflexi aquilas? quos immisit barbaros Bauto comes?

8. Et quid mirum si hoc Bauto fecisset, Transrhe-

<sup>a</sup> Quam sincero affectu Ambrosius Valentiniano proero operam suam in obeundis hisce duabus legationibus præstitit, idem ipse in ejusdem principis laudatione funebri commemorat, quam consule.

<sup>b</sup> Victorem, cujus hic mentio fit, alium esse constat a Victore Maximi filio, quem Arbogastes a Theodosio post necem ejusdem Maximi in Gallias missus interfecit.

<sup>c</sup> Plures mss., *vobis legationem promissam*; alii et edit. potiori sensu, *nobis... commissam*.

<sup>d</sup> Rom. edit. cum paucis mss., *provinciarum*.

<sup>e</sup> Verisimile est Hunnos, postquam una cum Gothicis a Theodosio, ut Zosimus lib. IV memorat, victi fuissent, pacem usque tunc coluisse cum Romanis: quod autem ad Alanos, Gratianus eam gentem adeo diligebat, ut a se propterea animos Roma-

nanus genere; cum tu mitteris imperio Romano barbarorum auxilia, et turmas translimitanas, quibus commeatus <sup>d</sup> provincialium tributa solvebant? Vide autem quid intersit inter tuas imitationes, et Valentiniani augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabas quod barbarorum stipatus agminibus Italiae te infunderes: Valentinianus <sup>e</sup> Hunnos atque Alanos appropinquantes Galliae per Alemanniae terras reflexit. Quid habet invidia, si Bauto barbaros cum barbaris fecit decernere? Quomodo dum tu militem Romanum occupas, dum is adversum se utrinque præterdit, in medio Romani imperii sinu <sup>f</sup> Juthungi populabantur Rhetias; et ideo adversus Juthungum Hannus accitus est. Idem tamen quia de finitimo proterebat Alemanniam, <sup>g</sup> et jam de vicinia mali urgebat Gallias; coactus est triumphos suos deserere, ne tu timeares. Confer utriusque factum. Tu fecisti incurvari Rhetias, Valentinianus suo tibi auro pacem redemit.

9. Aspice illum quoque, qui tibi ad dexteram assistit, quem Valentinianus, cum posset suum dolorem ulcisci, honoratum ad te redire fecit. Tenebat eum in suis terris, atque in ipso nuntio necis fraternali frenavit impetus: nec tibi vicem elsi non parilis dignitatis, ejusdem tamen necessitudinis retulit. Confer ergo, te iudice, utriusque factum. Ille tibi <sup>h</sup> fratrem tuum viventem remisit, tu illi vel mortuum redde. Quid tibi reliquias germani abnegas, qui tibi adversum se auxilia non negavit?

10. Sed vereris de exuviarum <sup>i</sup> reditu renovetur militibus dolor; hoc enim allegas. Quem viventem deseruerunt, eum defendent peremptum? Quid eum mortuum times, quem occidisti, cum posses servare? Hostem, inquis, meum peremi. Non ille tuus hostis, sed tu illius. Ille jam non sentit <sup>j</sup> defensionem, tu causam considera. Si quis adversum te hodie imperium in his partibus usurpandum prætet, quero utrum te hostem illius dicas, an illum tibi? **891** Nisi fallor, usurpator bellum inferat, imperator jus suum tuetur. Ergo quem non debueras occidere, ejus reliquias negas? Habeat Valentinianus imperator vel fratris exuvias pacis tuæ obsides. Et quomodo allegabas quod eum non mandaveris occidi, quem prohibes sepeliri? Poterit igitur credi quod ei non invideris vitam, cui etiam sepulturam invides?

11. Sed ad me revertar. Audio te queri quod senorum abalienaverit, dederitque Maximi usurpationi occasionem.

<sup>k</sup> Quos Treb. Pollio Viringos seu Vitingos vocat, eosdem esse qui Juthungi ab Ambrosio hic appellantur, suspicari sese indicat Casanbovus in euni auctorem p. 221, num. 204.

<sup>l</sup> Eras. et seq. edit., *et jam vicinia*; Amerb. et omnes mss., *et jam de vicinia*.

<sup>m</sup> Quomodo hic vocatus fuerit, reticetur a sancto Præsule: at Marcellino nomen ei fuisse Pacatus in Panegy. Theodosii aperte prodit.

<sup>n</sup> Omnes edit., *defensionem, tuam causam* scripti cod. magno numero, *defensionem tuam. Causam considera*; Thuan. expungit *tuam*, cujus loco Reg. habet *tu causam*. Magis concinne.

ad Theodosium imperatorem potius contulerint, qui A sunt cum Valentiano imperatore. Quid igitur futurum sperabas, cum tu refugientes eos ad pœnam posceres, captos necares: Theodosius autem muneribus ditaret, donaret honoribus? Quos, inquit, occidi? Respondi ei, <sup>a</sup> Vallionem. At quem virum? qualem bellatorem? Hæccine fuit justa causa exitii, quod imperatori suo fidem servavit? Non ego, inquit, eum jussi occidi. Respondi: Hoc audivimus, quod occidi jussus sit. Sed, inquit, si ipse sibi vim non intulisset, jusseram eum deduci Cabillonum, et ibi vivum exuri. Respondi: Ergo propterea et illud creditum est, quod eum occideris. Quis autem sibi parcendum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, comes utilis? Ita tum discessi, ut se tractaturum diceret.

12. Postea cum videret me <sup>b</sup> abstinere ab episcopis, qui communicabant ei, vel qui aliquos, devios licet a fide, ad necem petebant; commotus eis jussit me sine mora regredi. Ego vero libenter, etsi me plerique <sup>c</sup> insidias evasurum non crederent, ingressus sum iter, hoc solo dolore percitus, quod Hyginum episcopum senem in exsilium duci comperi, cui nihil jam nisi extremus superesset spiritus. Cum de eo convenirem comites ejus, ne sine veste, sine <sup>d</sup> plumario paterentur extrudi senem, extrusus ipse sum.

13. Hæc est expositio legationis meæ. Vale, Imperator; et esto tutor adversus hominem pacis involucro bellum tegentem.

### 892 • EPISTOLA XXV.

STUDIO num sibi in reos sententiam ferre liceret, consulenti respondet ipsi quidem usum gladii esse per-

<sup>a</sup> Nomen hujus comitis varie reperitur; omnes enim edit. scribunt *Balionem*: mss. nonnulli, *Bal-ionem*; alii demum longe plurimi, *Vallionem*. Optime sane. Ita namque de eodem Pacatus in Panegy. citato: *Vallio triumphalis... post amplissimos magistratus, et purpuras consulares, et contractum intra unam domum quemdam honorum senatum vita se abdicare compulsus est.*

<sup>b</sup> Quod Ambrosius asserit se abstinuisse a communione episcoporum, qui cum Maximo sacrorum societatem conservabant, nihil miramur; quando ipsum quoque Maximum a communione, ut narrat Paulinus in ejus Vita, rescidit; divina ultione, nisi eum pœniteret, gravissimis verbis denuntiata. Quod autem ad alios episcopos, quos hic indicat, haud dubie Ithacium, Idacium eorumque fautores intelligit, qui Priscillianum, devium a fide scilicet, usque ad capitale supplicium persecuti sunt; quemadmodum rursus epistola 26 significatur.

<sup>c</sup> Forte an ad hoc periculum respiciebat Ambrosius, cum in funebri laudatione ejusdem Valentiani dolere se, quod minas a Maximo sibi intentatas evaserit, testatur.

<sup>d</sup> *Plumarium*, id est, plumacea culcitra, ut paulo mollius fracta boni illius senis membra cubitarent. Cæterum suspicatur Baronius ad an. 387 hunc Hyginum eundem esse atque Adiginum Cordubensem episcopum, a quo primum antistites adversus Petilianum concitatos narrat Severus lib. II Hist. Verumtamen cum ex eodem historico, Adiginus ille, seu Iginus ut in sequentibus appellatur, priscilianistas admiserit in communionem, id cum Hygini nostri generositate non cohæret; nisi forte is exsilii propositi asperitate deterritus, priorem constantiam abje-

missum, ut tamen ulatur clementia, expedire. Quam in rem Christi adulteram mulierem absolventis exemplum promit; et cur communio judicibus capitalibus neganda non sit, explicat.

AMBROSII STUDIO.

1. Recognosco puræ affectum mentis, et fidei studium, et Domini nostri Jesu Christi timorem. De quo etiam ego vererest responsum referre: constrictum altero, quod est commissum vobis propter custodiam legum; altero autem propter misericordiam et gratiam, nisi de hoc Apostolicam haberes auctoritatem: *Quia non sine causa gladium portat, qui judicat (Rom. XIII, 4)*; Dei enim vindex est in eos, qui male agunt.

2. Quod tamen etsi cognitum tibi foret, non otiose B sciscitandum putasti. Nam sunt, <sup>e</sup> extra Ecclesiam tamen, qui eos in communionem non vocent sacramentorum cœlestium, qui in aliquos capitalem sententiam ferendam æstimaverunt. Plerique etiam sponte se abstinere: et laudantur quidem, nec ipsi eos possumus non prædicare: qui auctoritatem Apostoli eatenus observamus, ut iis communionem non audeamus negare.

3. Vides igitur quid auctoritas tribuat, <sup>b</sup> quid suadeat misericordia. Excusationem habebis, si feceris: laudem, si non feceris. Sed si non potueris facere; <sup>i</sup> nec tamen nocentes atterere squalore carceris, sed absolvere, plus quasi sacerdos probabo. Potest enim fieri ut causa cognita, recipiatur ad sententiam reus, qui postea aut indulgentiam sibi petat, aut certe sine gravi severitate, quod quidam ait, habitet in carcere. Scio tamen plerosque gentilium gloriari so-

cerit, quod Ambrosio adhuc in reditus itinere posito innotescere nequaquam potuerit.

<sup>e</sup> Scripta post annum 385, et ante annum 387.

<sup>f</sup> Edit., *Ambrosius episcopus Studio*; mss., *Ambrosius Studio*; Gem., *Studio*. Fuit autem Studiosus quidam comes R. P. an. 401, lege 17 de Bonis Proscrip. et P. U. anno 404, leg. 13 de Episc. Sed utrum idem ille fuerit, ad quem hæc et sequens epistola destinata sunt, definiti certo non potest.

<sup>g</sup> Ita mss. summo consensu: vet. edit. a nobis minime discrepant, nisi negationem hoc modo inseuerissent, *nam non sunt*: at Rom. edit. negationem quidem rejecit, sed simul quoque exemit e textu sequentes voces, *extra Ecclesiam tamen*: perperam; etenim nimiam hanc severitatem non fuisse catholicorum verba inferius posita plane demonstrant: *Et ideo majores maluerunt indulgentiores esse circa judices, etc.* Eandem rem etiam aperte definitivè Innocentius I, epist. 3 ad Exuper., cujus verbis super sedemus. Verisimile ergo putamus non alios hic designari quam Novatianos, qui inter alia, quæ affectabant, rigidioris disciplinæ documenta, et illud adjecerint, ut judicem qui reum juste capitis condemnasset, ab altaris communione removerent.

<sup>h</sup> Non pauci mss., *quid studeat misericordia?*

<sup>i</sup> Omnes edit. ac mss. longe plurimi, *nec tamen innocentes*; Gem. vero et Prat., *nec tamen nocentes*. Et sane sic legendum hunc locum evincit quod subditur, *plus quasi sacerdos probabo*; quando innocentes in vinculis teneri nemo non improbat. Interjectis vero non multis verbis, ubi omnes mss. ac vet. edit., *recipiatur ad sententiam reus*, inde Rom. edit. resererat, *ad sententiam*.

litos, <sup>a</sup> quod incruentam de administratione provinciali securim revexerint. Si hoc gentiles, quid christiani facere debent ?

4. Ad omnia tamen accipe responsum Salvatoris (*Joan. viii, 3 et seq.*). Nam cum adulteram reperissent Judæi, obtulerunt eam Salvatori, captantes ut si absolveret eam, **893** videretur Legem solvere, qui dixerat : *Non veni Legem solvere, sed adimplere* (*Matth. v, 17*) : si damnaret, videretur adversus finem venisse propositi sui. Hoc igitur prævidens Dominus Jesus, inclinato capite, scribebat in terra. Quid scribebat, nisi illud propheticum : *Terra, terra, scribe hos viros abdicatos* (*Jerem. xxii, 29*) ; quod de Jechonia descriptum est in Hieremia propheta ?

5. Cum Judæi interpellant, in terra scribuntur nomina Judæorum : cum adeunt christiani, non scribuntur in terra fidelium nomina, sed in caelo. In terra autem scribuntur abdicati a patre proprio, qui patrem tentant, et contumelias irrogant auctori salutis. Cum interpellant Judæi, inclinatur caput Jesus ; et quia non habet ubi reclinet caput suum, iterum erigit, quasi dicturus sententiam, et ait : *Qui sine peccato est, prior lupidet eam* (*Matth. viii, 20*). Et iterum inclinato capite, scribebat in terra.

6. Audientes illi exire cœperunt singuli, incipientes a senioribus (*Joan. viii, 7*) : vel quod ipsi plura habent crimina, qui diu vixerant : vel quia priores vim intellexerunt sententiae, quasi prudentiores, et cœperunt sua magis peccata deslere, qui alieni criminis venerant accusatores.

7. Recedentibus ergo illis, remansit solus Jesus, et elevans caput ad mulierem, ait : *Ubi sunt, qui te accusabant ?* <sup>b</sup> *Nemo te lapidavit ? Et illa respondit : Nemo. Dicit ei Jesus : Nec ego te damnabo. Vade, et vide amodo ne pecces* (*Ibid., 10, 11*). Non damnatur, quasi redemptio ; corrigit, quasi vita : quasi fons, abluit. Et quia quando se inclinatur Jesus, ideo inclinatur, ut jacentes elevet ; ideo ait remissio peccatorum : *Nec ego te damnabo.*

8. Habes quod sequaris ; potest enim fieri, ut ille criminis possit habere spem correctionis : si sine baptismo est, ut possit accipere remissionem : si

<sup>a</sup> Isti dicuntur Græce ἀναμάρτη imperium administrare, quale T. Vespasiani traditur, cujus vox est, se malle perire, quam perdere. Ita Nannius : quibus etiam addere potuisset a Capitolino dictum de Antonino Pio : *Solus omnium prope principum prorsus sine civili sanguine et hostili, quantum ad se ipsum pertinet, vixit.* Ἀναμάρτων quoque imperium Severo tribuit Lamprid., at falso titulo.

<sup>b</sup> Rom. edit., *Nemo te condemnavit* ; aliae cum mss. omnibus, *lapidavit.*

<sup>c</sup> Canonicae poenitentiae labores olim tanti tamque diuturni erant, ut non immerito pro capitali poena, tamquam mors quaedam importunior, subijci possent.

<sup>d</sup> Omnes edit., *Studio* ; omnes mss., *Irenæo* : excipiendi tamen cod. Corb., Germ. et Ful., in quibus prætermissa prima sententia, continuatur cum epist. ad Bellicium, quæ in edit. antiq. 75, in Rom. vero 45 numeratur. Certum quidem est ex argumento non ad alium scriptam esse hanc epistolam, quam ad eum cui superior inscribitur : verum ex hoc ipso credibilis est ab editoribus pro *Irenæo* positum fuisse *Stu-*

*A* baptizatus, <sup>e</sup> ut poenitentiam gerat, et corpus suum pro Christo offerat. Quantæ sunt ad salutem viæ !

9. Et ideo majores maluerunt indulgentiores esse circa judices ; ut dum gladius eorum timetur, reprimetur scelerum furor, et non incitaretur : quod si negaretur communio, videretur criminis vindicata poena. Maluerunt igitur priores nostri, ut in voluntate magis abstinentis, quam in necessitate sit legis. Vale, et nos dilige ; quia nos quoque te diligimus.

### 894 EPISTOLA XXVI.

*Argumento superioris epistolæ repetito, ad Judæos adulteram Christo sistentes redit, quibus episcopos reorum mortem prosequentes comparat. Hinc locum ubi oblata fuit mulier, exponens, de remissione peccatorum multa disputat. Postremo singulas ejusdem historicæ partes ex Evangelio recenset atque enucleat.*

AMBROSIIUS <sup>d</sup> IRENÆO.

1. Etsi jam superiore epistola hanc, quam proposuisti, quæstiunculam absolverim ; tamen aliquid plenius requirenti tibi, ut filio, afferre atque excolpere non supersederim.

2. Ac semper quidem decantata quæstio, et celebris absolutio fuit mulieris ejus, quæ in libro Evangelii (*Joan. viii, 11*), quod secundum Joannem scribitur, adulterii rea oblata est Christo. Id enim Judæorum <sup>e</sup> commentata est tergiversatio ; ut si contra Legem absolveretur, contra Legem prolata Domini Jesu sententia teneretur : si autem damnata esset ex Lege, vacare Christi videretur gratia.

3. Sed vehementior facta est, posteaquam episcopi reos criminum gravissimorum in publicis judiciis <sup>f</sup> accusare, alii et urgere usque ad gladium supremamque mortem, alii accusationes hujusmodi et cruentos sacerdotum triumphos probare cœperunt. Quid enim aliud isti dicunt, quam dicebant Judæi reos criminum legibus esse publicis puniendos ; et ideo accusari eos etiam a sacerdotibus in publicis judiciis oportuisse, quos asserunt secundum leges oportuisse puniri ? Eadem causa est, sed numerus

*D* *dio*, quam pro *Studio* a scriptoribus *Irenæo* substitutum. Quare cum in ad quem datæ sunt eadem epistolæ, *Studius Irenæus* vocari potuerit, nihil prohibet quin prior prior vocabulo, posterior autem posteriori inscripta fuerit.

<sup>e</sup> Edit. et quidam mss., *commenta est tergiversatio.*

<sup>f</sup> Mss. Corb., Germ. et Ful., *accusarent alii et urgerent ... alii accusationes* ; Germ., *accusatores hujusmodi ... improbare cœperunt.* Veritati autem maxime congruum est, quod Hermannus lib. v Vitæ Ambr. cap. 4, et lib. vii cap. 1, nec non Thaumassinus tom. I part. 1, lib. ii, cap. 11, sentiunt, nimirum non alios episcopos hic designari, quam Ithacianos ; quippe quorum impulsu Maximus tyrannus Priscilianum jussit afflicti supplicio, ut Sev. Sulpicius lib. ii commemorat. Cæterum quantopere ab eorum crudelitate abhoruerit mitissimus Ambrosii animus non solum ex hac et superiori epist. patet, sed etiam ex iis quæ ab eodem tradita sunt in Psal. cxviii, serm. 8, num. 41, et lib. ii Offic. cap. 21.



minor, hoc est, non dispar iudicii quaestio, <sup>a</sup> sed A poenae dispar invidia. Unam Christus puniri ex Legge non passus est, isti minorem numerum asserunt esse punitum.

4. At quo loci hoc iudicat Christus? <sup>b</sup> Nam plerumque secundum qualitates locorum in quibus debebat famulos suos, disputationes suas formare dignatus est, ut in porticu Salomonis, hoc est, sapientis, deambulans loquebatur: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. x, 30); ut in templo Dei dicebat: *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui me misit* (Joan. vii, 16). Hoc quoque iudicium in templo positus exercet, sicut scriptum est in posterioribus; sic enim habes: *Hæc verba locutus est Jesus in gazophylacio, docens in templo; et nemo apprehendit eum* (Joan. viii, 20). Quid est gazophylacium? Collatio fidelium, sumptus pauperum, requies egenorum, juxta quod sedens Christus, ut habes secundum Lucam, duo æra mulieris viduæ divitum muneribus censuit præferenda (Luc. xxi, 2), divino videlicet testimonio præferens opimæ præmiis largitatis <sup>c</sup> sedulæ liberalitatis affectum.

**895** 5. Qui tale habebat iudicium, videamus quid ipse juxta gazophylacium positus conferebat; non enim otiose viduam prætolit duo æra mittentem. Pretiosa ista paupertas est fidei opulenta mysterio. Ista sunt duo æra quæ Samaritanus ille Evangelicus ad ejus curanda vulnera, qui incidit in latrones, stabulario dereliquit (Luc. x, 35). Ergo et ista specie viduæ, in typo Ecclesiæ, hoc gazophylacium sacro conferendum putavit, quo pauperum sanarentur vulnera, peregrinorum jejunia sedarentur.

6. Unde et nunc quid Christus conferat, spiritaliter oportet expendere; dividebat enim populis argentum igne examinatum eloquiorum cælestium, et imaginis regniæ pecuniam populorum annumerabat affectibus (Psal. xi, 6). Nemo plus misit, quam qui totum donavit. Satiabat esurientes, replebat inopes, illuminabat cæcos, redimebat captivos, paralyticos erigebat, mortuos resuscitabat, et quod est amplius, conferebat absolutiones reorum, peccata donabat. Hæc sunt duo æra, quæ misit Ecclesia <sup>d</sup> posteaquam accepit a Christo. Quid enim sunt duo æra, nisi pretium novi et veteris Testamenti? Pretium Scripturæ fides nostra est; nam quod legitur, pro intelligentis æstimatur arbitrio. Remissio igitur peccatorum utriusque pretium Testamenti est, <sup>e</sup> quæ per agnum in typo annuntiata est, in veritate completa per Christum.

7. Ideo habes neque septem dierum purgationem sine trium dierum esse purgatione (Exod.

<sup>a</sup> Vet. edit. ac mss. aliquot, *sed pene dispar invidia.*

<sup>b</sup> Eodem plane sensu dixerat lib. iii de Spiritu sancto cap. 17: *Refert itaque advertere quo loci hæc Dominus disputaverit; frequenter enim ejus oracula ex locorum, in quibus diversatus est, qualitatibus æstimantur.*

<sup>c</sup> Mss. Corb., Germ. et Ful., *sedulæ libertatis af-*

xi, 3). Septem dierum purgatio secundum Legem (Levit. xii, 2), quæ in specie præsentis sabbati spiritale sabbatum annuntiavit: trium dierum purgatio secundum gratiam, quæ Evangelii testificatione signatur (Luc. xxiv, 7); quia tertio die Dominus resurrexit. Ubi poena præscribitur, debet esse poenitentia peccatorum: ubi remissio donatur, gratia est. Præcedit poenitentia, sequitur gratia. Neque poenitentia ergo sine gratia, neque gratia sine poenitentia; debet enim poenitentia prius damnare peccatum, ut gratia possit abolere. Ideo typum Legis accipiens Joannes baptizavit in poenitentiam, Christus ad gratiam (Math. iii, 11).

8. <sup>f</sup> Septimus ergo dies Legis mysterium signal, octavus resurrectionis, sicut habes in Ecclesiaste: *Da partem illis septem, et illis octo* (Eccl. xi, 2). Nam et in propheta Osee logisti dictum ad eum: *Conduc tibi fornicariam quindecim denariis* (Ose. iii, 1); eo quod gomino ære veteris et novi Testamenti, hoc est, integro fidei pretio, mulier illa vago quodam et meretricio gentium convenarum comitatu sola conducitur.

9. *Et conduxi*, inquit, *eam gomor hordei, et semigomor, et nevel vini* (Ibid., 2). Per hordeum significat quia imperfectos vocaret ad fidem, ut perfectos redderet: per gomor intelligitur plena mensura, per semigomor semiplena mensura. Plena mensura in Evangelio est, semiplena in Legge, ejus plenitudo novum est Testamentum. Siquidem ipse Dominus ait: *Non veni Legem solvere, sed implere* (Math. v, 17).

10. Nec otiose quindecim anabathimorum **896** psalmus Davidicus legimus, et quindecim gradibus ascendisse solem, cum Ezechias Justus rex vite hujus acciperet comiteatum (Ezai. xxxviii, 8). Significabatur enim esse venturus sol justitiæ, (Malac. iv, 2), qui gradus quindecim veteris et novi Testamenti illuminaturus esset præsentis sæe lumine, quibus nostra fides ad vitam ascendit æternam. Unde et hoc quod hodie in Apostolo lectum est (Galat. i, 18), mysticum reor; eo quod quindecim diebus apud Petrum manserit: videtur enim mihi quod apostolis sanctis Scripturæ divinæ interpretationem sermonē secum vario conferentibus pleni luminis refulserit claritudo, ignorantie umbra decesserit. Sed jam veniamus ad mulieris hujus adulteræ absolutionem.

11. Oblata erat a Scribis et Pharisæis Domino Jesu adulterii rea (Joan. viii, 5 et seq.), et hac oblata fraude, ut si eam absolveret, Legem solvere videretur: sin vero damnalet, propositum sui mutaret adventus; quia peccata omnium remissurus advenit. Denique

fectum.

<sup>d</sup> Thuan. eod., *posteaquam accepit Christum.*

<sup>e</sup> Mss. quatuor, *quæ per annum in typo annuntiata est, etc.*

<sup>f</sup> Vide quæ ab Ambrosio disputata sunt Exposit. in Luc. lib. vii, num. 49, et quæ ibidem annotavimus.



supra ait : *Ego non judico quemquam* (Joan. viii, 15). **A** *illa respondit : Nemo, Domine. Et ait ad illam Joas : Officientes ergo eam, dixerunt : Hanc mulierem invenimus publice moechantem. Scriptum est enim in lege Moysis omnem moecham lapidari. Tu vero quid dicis de ea* (Levit. xx, 10)?

12. Quæ cum dicerent, Jesus inclinato capite, digito scribebat in terra. Et cum exspectarent, ut audirent eum, erigens caput dixit : *Qui sine peccato est, prior lapidet eam*. Quid tam divinum, quam ista sententia; ut is peccata puniat, qui exsors ipso peccati sit? Quomodo enim ferat alieni ultorem, et proprii criminis defensorem? Nonne se magis ipse condemnat, qui in alio damnat, quod ipse committit?

13. Hoc autem dixit, et scribebat in terra. Quid? Utique dicens : *Festucam, quæ in oculo est fratris tui, vides : trabem autem, quæ in oculo tuo est, non vides* (Matth. vii, 3). Libido enim velut festuca est, cito accenditur, prope consumitur : sacrilegium <sup>a</sup> perfidiæ, quo Judæi negabant propriæ salutis auctorem, sceleris magnitudinem personabat.

14. <sup>b</sup> Scribebat autem in terra digito, quo Legem scripserat (Exod. xxxi, 18). Peccatores in terra scribuntur, justi in cælo, sicut habes dictum ad discipulos : *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælis* (Jerem. xvii, 15). Secundo autem scripsit, ut gemino Testamento Judæos scias esse damnatos (Luc. x, 20).

15. Audientes autem hoc verbum, exierunt foras unus post unum, incipientes a senioribus, et sedebant cogitantes de se (Joan. viii, 6). Et remansit **C** solus Jesus, et mulier in medio stans. Bene ait quod exierunt foras, qui nolebant esse cum Christo. Foris littera est, intus mysteria. Sequebantur enim divinarum lectionum quædam velut arborum folia, non fructum; qui vivebant in umbra Legis, et solem justitiæ videre non poterant.

16. Denique discedentibus illis, remansit solus Jesus, et mulier in medio stans. Donaturus peccatum, solus remanet Jesus, sicut ipse ait : *Ecce venit hora, et jam venit, ut dispergamini unusquisque in sua, et me solum relinquantis* (Joan., xvi, 32); **897** non enim legatus, neque nuntius, sed ipse Dominus salvum fecit populum suum (Esai. lxiii, 8). Solus remanet; quia non potest hoc cuiquam hominum cum Christo esse commune, ut peccata condonet. **D** Solius hoc munus est Christi, qui tollit peccatum mundi (Joan. i, 29). Meruit et mulier absolvi, quæ recedentibus Judæis, remansit sola cum Jesu.

17. Elevans autem caput Jesus dixit mulieri : *Ubi sunt, qui te accusabant? Nemo te lapidavit? Et*

<sup>a</sup> Quidam mss., *perfidie in salutis auctorem, etc.*

<sup>b</sup> Tres mss., *Peccatoribus in terra scribitur, justis in cælo.*

<sup>c</sup> Rom. edit. *posuit condemnari, condemnatam, condemnare, ubi reliquæ et cuncti mss., lapidavit, etc.*

<sup>d</sup> Edit., *non quia innocens approbatur.*

<sup>e</sup> Corb. et Ful., *corrigit gratia, quod poena non poterat : quibus verbis concludunt epistolam.*

*Nec ego te damnabo; vade, et amodo vide ne pecces* (Joan. viii, 10, 11). Vide, lector, divina mysteria, et clementiam Christi. Cum accusatur mulier, caput Christus inclinat : elevat autem, ubi deficit accusator; ita nullum damnari vult, absolvi omnes.

18. Breviter autem omnes hæreticorum interimitt quæstiones, dicendo : *Nemo te lapidavit?* qui dicunt Christum diem nescire judicii, vel qui ait : *Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram, non est meum dare vobis* (Matth. xx, 23); ecce et hic ait : *Nemo te lapidavit?* Quomodo utique interrogat, quod videbat? Sed interrogat nobis, ut cognosceremus non esse lapidatam. Est etiam humani affectus hæc consuetudo, ut interrogemus sæpissime, quod videmus. Et ideo mulier respondit : *Nemo, Domine; hoc est dicere : Quis potest lapidare, quam ipse non damnas? Quis potest alium sub tali sententiæ conditione punire?*

19. Cui respondit Dominus : *Nec ego te damnabo*. Adverte quomodo propriam sententiam temperavit; ut Judæi de absolute mulieris calumniari nihil possent, sed in se magis calumnia re-torquerent, si queri vellent : dimittitur enim mulier, non absolvitur : quia deerat accusator, <sup>d</sup> non quia innocentia probabatur. Quid ergo quererentur, qui priores a persecutione criminis et ab executione supplicii destiterunt?

20. Addidit autem devix : *Vade, et amodo vide ne pecces*. Emendavit ream, non crimen absolvit. Etenim severiore sententia culpa damnatur, si unusquisque crimen suum oderit, et in se incipiat condemnare delictum. Etenim cum reus occiditur, persona magis, quam culpa punitur : ubi vero culpa deponitur, absolutio personæ est poena peccati. Quid est ergo : *Vade, et amodo vide ne pecces?* hoc est : Ex quo te Christus redemit, <sup>e</sup> corrigit gratia, quam poena non emendaret, sed plesteret. *Vale, fili, et nos dilige, ut filius; quia nos te, ut parentes, diligimus.*

### 898 † EPISTOLA XXVII.

*Ægyptiorum abominaciones IRENÆUM docet peccata esse : hinc intelligi pietatem atque virtutem improbis displicere; ac proinde viros bonos contrariis instare studiis oportere. Hoc illustratur exemplo uzorum Jacob ad fugiendum patrem sequendumque conjugem consensum præbentium : qua in allegoria quidam præstare conveniat accedentes ad Ecclesiam declaratur.*

AMBROSIIUS <sup>o</sup> IRENÆO salutem.

1. Moveri te significasti mihi, eo quod legeris :

† Scripta circa ann. 387.

<sup>o</sup> Irenæus ille, ad quem tot Ambrosii epistolæ extant, quisnam fuerit, ambiguum est. Atamen eum diaconum, aut potius secundi ordinis sacerdotem fuisse conjicimus, tum quod epistola sequenti ei sacerdotalis vitæ præcepta tradit sanctus noster, tum quod ipsum de Scripturæ difficultatibus consultum ex epistola 53 deprehendimus. Quod autem Ambrosius eundem in epistolarum calce filium salu-

“*Abominanda apud Ægyptios immolemus Deo* (Exod. viii, 26). Sed habuisti quo istud solveres; quia in Genesi scriptum est quod Ægyptii pastorem pecorum abominabantur (Gen. xlii, 34), non utique propter hominem, sed propter pecora. Illi enim aratro terram invertabant: Abraham autem, et Jacob, et postea Moyses et David<sup>b</sup> pastores fuerunt, regalem quamdam in hoc munere disciplinam inducentes.

2. Oderant ergo Ægyptii<sup>c</sup> immolata sacrificia, id est, perfecta studia virtutum, et plena disciplinæ. Quod ergo vitiosi oderunt, hoc apud bonos sincerum ac pium est. Opus virtutis detestatur<sup>d</sup> luxuriosus, helluo refugit. Ægyptium itaque corpus, quod illecebras diligit, aversatur animæ virtutes, abominatur imperium, refugit virtutum disciplinas, B et omnia opera, quæ hujusmodi sunt.

3. Quæ ergo Ægyptius refugit, Ægyptius ille et non homo, hæc tu amplectere, qui habes humanitatis scientiam. Illa autem declina, quæ illi sequuntur atque eligunt; quoniam duo sibi ista congruere non possunt, prudentia et insipientia. Itaque sicut iis quæ in quodam censu imprudentiæ atque intemperantiæ sunt, abdicat se prudentia, abdicat continentia: ita eorum exsors omnis insipiens est atque incontinens, quæ in bonis atque in hæreditate sapientis viri sunt et continentis.

4. Denique sanctæ illæ tali conjugio Lia et Rachel, una laboriosa, altera aspiratio fortis, refugientes non generis necessitudinem, sed morum discrepantiam; cum viri exerciti Jacob sermone C edoctæ essent, quod vellet discedere, ut Laban et filiorum ejus invidiam declinaret atque ignaviam, responderunt: *Numquid est nobis portio aut hæreditas in domo patris nostri? Nonne sicut alienæ æstimamus ei? Vendidit enim nos, et devoravit pretium nostrum* (Gen. xxxi, 14, 15). Ecce primum, quia ignavus et invidus laboriosam et disciplinæ tenacem alienat a se ac defugit, seseque ~~899~~ cupit separare; quoniam eas oneri esse cernit sibi, putat se lucrum fecisse, quod alienavit eas, et hoc esse suum pretium judicat, eumque fructum voluptatis suæ.

5. Nunc audiamus quomodo quæ habet virtus, non

tal, nec non propter persecutiones ob Christi gloriam D constanti animo toleratas laudat; hinc forte non sine ratione colligatur eumdem inter clericos Mediolanenses tempore concitatæ a Justinia persecutionis vitam degisse.

<sup>a</sup> Rom. edit., *Nam abominationes Ægyptiorum sacrificabimus Domino Deo*. Cod. Prat. et Gem., *abominata apud Ægyptios immolata Deo*; reliqui, ac vet. edit., *immolemus Deo*. Rursus vero eadem edit. Rom. cum uno cod. Vat. *quod studio solveres*: at cæteræ cum reliquis aptius, *quo istud solveres*.

<sup>b</sup> Post vocem *pastores*, Rom. edit. sola repetit *pecorum*: ubi autem vet. ac mss. longe plurimi, *disciplinam induentes*; eadem Rom. cum duobus omnino cod., *disciplinam innuentes*. Non displiceret *ineuntes*; sed receptiori lectioni nihil detrahimus.

<sup>c</sup> Ita vet. edit. et mss.: Rom. autem edit., *immaculata sacrificia*. Nimirum ex Philonis lib. de Profugis, ubi habes, *τῆλεα γὰρ καὶ ἄμωμα ἱερεῖα αἱ ἀρεταὶ*: quibus verbis similia etiam leguntur in lib. de Sacrif. Sed

habeat ignavia; aiunt enim: *Omnes divitiæ et gloria, quam tulit Deus patri nostro, nobis erit, et filiis nostris* (Ibid., 26). Merito, Deo arbitro, dicunt esse sublata, quia ipse est auctor bonorum, cujus gratia ignavi exuuntur; quia decorem hæreditatis divinæ capere improbi atque infirmi non queunt: <sup>e</sup> succedit autem intentus, et spiritum in se fortis habens. Quis autem fortis nisi solus Deus, qui omnia coerces et regit?

6. His ergo debetur hæreditas Dei. Unde et Esaias dicit: *Est hæreditas<sup>f</sup> credentibus in Domino* (Isai. liv, 17). Et pulchre ait: *Est hæreditas*; ipsa enim sola hæreditas est, alia non est. Neque enim cæcus thesaurus hæreditas est, neque caduca omnia hæreditatis habent commodum: sola est illa hæreditas, in quibus est portio Deus. <sup>g</sup> Unde sanctus Domini dicit: *Portio mea Dominus* (Psal. clxxxviii, 57); et alibi: *Hæres factus sum testimoniorum tuorum* (Ibid., 111). Vides quæ possideat justus, mandata Dei, oracula ejus, præcepta ejus. In his dives est, in his pascitur, in his delectatur, quasi in omnibus divitiis.

7. Hæc ergo possidentes Lia et Rachel, opes patrias non requirebant, in quibus erat pecunia adultera, irrationalis species, et spiritalis expers vigoris. Denique quasi divites et liberæ non eum divitem, sed egentem arbitrabantur. Omnis enim bonarum et liberalium consors disciplinarum<sup>h</sup> neminem insipientium divitem putat, sed inopem atque egenum, abjectum quoque; etsi regalibus divitiis affluat, et superbus auro suam jactet potentiam.

8. Fugienda est igitur talium societas, etiamsi qua C generis copulentur necessitudine: noxiæ sunt enim conversationes cum insipientibus, et inficiunt sobriam mentem ac decolorant; quia sicut adhæreas sancto sanctus eris, ita cum perverso<sup>i</sup> perversus eris (Psal. xvii, 26, 27). Frequenter enim accidit, ut quis contra propositum suum intemperantem audiens, cum velit ipse continentiam disciplinam tenere, fuco insipientiæ coloretur, meritoque contrariæ sibi sunt et repugnantes disciplina atque insolentia.

9. Unde cum vir exercitatus earum sententiam quæreret, vocem emittunt probatæ Jam diuturno exercitio virtutis: *Numquid est nobis portio aut hæreditas in domo patris nostri* (Gen. xxxi, 14)? id est,

forte immolata sacrificia idem sunt hoc loco, ac perfecta; quandoquidem ad eorum spectabat perfectionem, ut mola salsa aspergerentur; unde immolandi tractum est verbum.

<sup>d</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *luxuriosus helluo, refugit Ægyptius: ita corpus* etc.; reliqui autem mss. qui et probatores, ut in textu. Quam quidem lectionem idem Philo in libro citato de Profugis, unde non pauca hæc translata sunt, confirmat. Sic enim ibi, *Τὸ φιλοπαθὲς ἀγύπτιον βδελύσσεται σῶμα*.

<sup>e</sup> Ultimæ edit. Paris., *Succedit autem intus*. Non bono sensu.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, *servientibus Domino*.

<sup>g</sup> Rom. edit., *Unde David sanctus invitat*.

<sup>h</sup> Tullius quidem paradoxo ultimo solum sapientem divitem esse disputat: sed eadem sententia apud Philonem quoque repetitur libro jam laudato, quem consulere.

<sup>i</sup> Vocibus *perversus eris*; addit Rom. edit., *sicut scriptum est*.

consulis nos utrum velimus ab eo recedere? <sup>a</sup> Quasi A vero non cognoveris quod nullam habeamus cupiditatem ejus societatis, neque nos <sup>b</sup> dulcis pluribus sæcularium divitiarum cupiditas teneat, aut luxuriæ lætitia? Hæc sunt quæ nos misera, ac nobis aliena duximus: hæc sunt **900** quæ plena inopiæ atque egestatis arbitramur.

10. Adjiciunt etiam causam secessionis, quia veram gloriam, et boni thesauri copias amisit Laban, <sup>c</sup> in quibus nascimur. Vigor datus est mentis, et bona moneta imaginis Dei et similitudinis; quia spiritalis moneta. Amisit, quia splendida magis sæculi elegit, quam vera et utilia vitæ suæ: quorum decor expertem divinorum honorum præterit; quoniam ille quæ putat pulchra, in iis se fallit ipsum et decipit. Unde audi ejus verba, et judica.

11. Secutus sanctum Jacob et filias suas; ne forte apud eas suorum vitiorum reperiret aliquid, et revocandi ad se haberet auctoritatem, coarguens justum, cum ratione esset redargutus, et nihil respondere ac referre posset, quo eum deberet tenere: Si *annuntiasses*, inquit, *mihî*. <sup>d</sup> *emisisses te* (*Ibid.*, 27). In quo prodidit quid justus fugerit, ne eum prosequeretur, ne deduceret, ne tali comitatu stipatus procederet. Primum quod multorum dominorum mancipio se subjicere non debuit; ut ab eo tamquam servulus dimitteretur. Deinde quia vir exercitio intentus, et quærens veram viam ad virtutem persequi, non hominem deductorem, sed oracula quæslvit cælestia. Quæ me, inquit, hinc præceperunt abire, et nunc militantur viantem.

12. Sed quomodo me dimisisses? An cum lætitia tua, quæ plena est mœstitudinis, cum tympanis scilicet atque organis <sup>e</sup> immoderata modulantibus, et sonis tibiarum suavibus insuavia resultantibus, sonis dissonis, crepitibus discrepantibus, vocibus mutis, cymbalis animam ferientibus? His me delectari posse credidisti? his revocari? Hæc sunt quæ ego fugi: nec vereor verborum tuorum invidiam. Fugi, ne me talia sequerentur, ne quid de tuis accipiens abirem.

13. Non enim talibus deductoribus ad Ecclesiam Christi pervenitur, ad quam tendebat Jacob; ut eo deduceret populorum copias, inveheret nationum divitias, posteritatem infunderet, fugiens umbras inaniam rerum, præferens insensibilibus simulacris virtutum spirantem decorem, plausibilibus præponens

seria. Vides enim quemadmodum convivia gentiles adornent, festa annuntient: sed ea piis mentibus infestiora sunt; quia iis plerique decipiuntur, dulcibus capiuntur epulis, capiuntur saltantium choris: dum jejunia nostra fugiunt, dum ea sibi aspera putant, dum corpori noxia et molesta arbitrantur.

14. An opinatus es quia aurum tuum desiderarem? Sed non habes aurum igne examinatum, quo justii probantur (*Psal.* xi, 7). An quia argentum cuperem? Sed non habes argentum, <sup>f</sup> qui non habes splendorem alloquii cælestis. Sed fortasse speravi quod adjiceres mihi ad obsequium servulos tuos? **901** Ego vero liberos quæro, fugio servos peccati. Sed forte comites itineris, et duces viarum necessarii fuerunt? Utinam sequi possent! ego illis monstrarem Domini vias. Sed qui Deum nescitis, vias ejus quomodo novistis? Vias ejus ingrediuntur electi Domino: non quicumque intrant eas, sed tamen nemo excluditur.

15. Sequatur qui paratus est, ingrediatur viam quæ ducit ad Mesopotamiam; ut qui eam petit, per aquas transeat, aquas Tigris atque Euphratæ, fortitudinis atque justitiæ, per lacrymas pœnitentiæ, baptismum gratiæ. <sup>g</sup> In ea est via exercitus Dei; omnes enim qui sunt in Ecclesia, Deo militant. In ea est grex ille insignis diversarum virtutum, quem Jacob sibi elegit; omnis enim sine signo anima, indocta et inerudita est, disciplinarum nescia: quæ autem insignita, eadem dives operum, et gratiarum opima.

16. Ad eam qui venit, iratum fratrem reconciliet prius. Ad eam qui venit, Sichimam pretiosam illam et actuosam inhabitet virtutum officinam, ubi læsa castitatis gravis est ultio. Ad eam qui venit, luctetur cum Deo; ut ad imitationem ejus se exerceat, ad humilitatem Christi et passiones ejus congregiatur. Tollat crucem suam, et Christum sequatur, (*Math.* xvi, 24). Denique bonus congressor non æmulatur, non inflatur; immo etiam benedicit conredientem sibi tali munere.

17. Sequamur ergo sanctum Jacob, et vias ejus; ut perveniamus ad eas passiones, ad eas congressiones, <sup>h</sup> perveniamus ad humerum, perveniamus ad patientiam matrem fidelium, et ad patrem Isaac, id est jucunditatis capacem, lætitiæ redundantem. Ubi jam patientia, ibi lætitia; quia post tribulationes patientia, patientia autem probationem operatur, in qua est

dum; hic enim respiciebat Ambrosius illa Philonis *κτύπων ἀνάθρων καὶ ἀλόγων*.

<sup>f</sup> Eadem Rom. edit., quia splendorem alloquii cælestis abjecisti.

<sup>g</sup> Omnes edit., in ea est virtus; omnes mss., in ea est via.

<sup>h</sup> Vet. edit. et cunct. mss., Perveniamus ad murum; edit. Rom. Perveniamus ad humerum. Quam quidem correctionem non potuimus non retinere. Manifestum quippe est Sichimam hoc loco designari, quam vocem Ambrosius numquam non humerum interpretatur. Evolve superiori tomo lib. 1 de Abraham cap. 2, num. 5, et lib. 11, cap. 3, num. 8; lib. de Joseph cap. 3, num. 9; lib. de Benedict. Patriarch. cap. 3, num. 11, etc.

<sup>a</sup> Mss. non pauci, Quasi vero nos cognoveris.

<sup>b</sup> Ita vet. edit. et cuncti mss.; at Rom. edit. ressecavit vocem pluribus.

<sup>c</sup> Omnes edit. et mss. nonnulli, in quibus maximus vigor datus est... quia spiritalem monetam amisit, quia, etc. Sed præterquam quod triplo major numerus mss. lectionem nostram constituunt, ei etiam sensus perspicuitas patrociniatur.

<sup>d</sup> Post emisisses te subjungit edit. Rom., cum lætitia et cymbalis. At melius illa prætermitti indicat subjecta dubitatio: Sed quomodo me dimisisses?

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, immodulata modulantibus: aliæ, ac mss., immoderata; horum nonnulli, immoderate modulantibus. Infra vero, ubi omnes edit., excepta Amerb., vocibus mutis; omnes prope mss. præferunt vocibus multis. Sed scriptorum imperitiæ hoc tribuen-

spes, de qua non confundimur; quoniam qui non fuerit confusus crucem Christi, nec Christus confundetur in eo (Rom. v, 3). Vale, fili, et non erubescas patrem interrogare, qui non erubescis in passionibus Christi gloriarī.

### 902<sup>a</sup> EPISTOLA XXVIII.

*Pythagoricum adagium, communem viam esse declinantem, petiit fuisse ex sacris paginis, indeque colligi a plebeia vita abhorreere debere sacerdotalem. Hinc Ambrosius Irenæum ut populares opiniones et cupiditates fugiat, ingrediatur Domini portus et viam arctam, atque ducentem ad superiora, calcet, excitat.*

AMBROSIIUS IRENÆO salutem.

1. Pythagoricum mandatum<sup>b</sup> in aliquorum scriptis prædicari invenimus, quod ille discipulos suos communem atque usitatam populo prohibuerit ingredi viam. Sed hoc unde assumpserit, non est incognitum. Nam cum<sup>c</sup> ex populo Judæorum, ut plerique arbitrantur, genus duxerit, ex ejus disciplina derivavit etiam magisterii præcepta: meritoque magnus apud philosophos habitus; <sup>d</sup> æqualem, ut aiunt, vix reperit. Legerat itaque in Exodo Moysi divino præceptum esse oraculo: *Solve calcamentum pedum tuorum (Exod. iii, 15)* Id etiam præceptum Jesu Nave (*Josue v, 16*), videlicet ut detritæ et popularis viæ deponerent pulverem, qui viam Domini ambulare desiderarent. Legerat præceptum eidem Moysi, ut montem cum sacerdotibus ascenderet, populus autem seorsum staret (*Exod. xxiv, 13, 16*). Separavit igitur sacerdotes a populo, et postea ipsum Moysen intra nubem introire præcepit.

2. Vides divisiones? Nihil in sacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune cum studio atque usu et moribus inconditæ multitudinis? Sobriam a turbis gravitatem, seriam vitam, singulare pondus dignitas sibi vindicat sacerdotalis. Quomodo enim potest observari a populo, qui nihil habet secretum a populo, dispar a multitudine? Quid enim in te miretur, si sua in te recognoscat, si nihil in te

aspiciat, quod ultra se inveniat, si quæ in se erulescit, in te quem reverendum arbitratur, offendant?

3. Supergradiamur igitur plebeias opiniones, et strata quædam gregalis conversationis, ac detritæ viæ orbitas declinemus, ac vulgaris semitæ solum, quam currit ille, cujus vita levior cursore, de quo dicitur: *Transiit, et non vidit (Job. ix, 25)*. Sed queramus nobis viam inaccessam sermonibus insolentium, inviam operibus imperitorum, quam nullus maculosus deterat, maculosus scilicet ignaviæ suæ sordibus, <sup>f</sup> et fumo iniquitatis oblitus, tenebrisque et parietinis quibusdam animæ rinosus, qui nullam virtutis <sup>903</sup> suavitatem gustaverit, aut <sup>g</sup> certe limis eam spectandam magis quam directo affectu, et aperto sinu mentis suscipiendam arbitratus sit: et (quod plerique amant, qui sibi faceti atque urbani videntur, pulchritudinem sapientiæ in dedecus versutiæ transfigurantes) veram non intuens gratiam, tamquam in nocte positus, non credit in die viventibus; quia de numero Themanorum et Sabæorum est deficientium et averientium se a veritate de quibus dicit Job: *Videte vias Themanorum, et semitas Sabæorum; quæ confusionem incident, qui in civitatibus et ditibus spem habent. Ita et vos insurrexistis in me sine misericordia; unde viso vulnere meo, timele (Job. vi, 19 et seq.)*.

4. Has igitur devias semitas declinantium, et illum deficientium pulverem, qui propter suam appetentiam ceciderunt sæpè in deserto, derelinquamus. Convertamur autem, et sequamur sapientiæ viam, quam non calcaverunt filii glorificantium sæt et jactantium, quam <sup>h</sup> interitio ignorat, mors nescit; quia Deus diræxit eam: *Abyssus dixit: Non est in me; mare dixit: Non est mecum (Job. xxviii, 14)*. Sed si queris viam sapientiæ et disciplinæ, colere Deum, atque ei subditum esse sapientia est: abstinere tantem a peccatis disciplina est.

5. Quid igitur nobis cum istius sæculi via, in qua est tentatio, immo ipsa vita hominis tentatio est, et exitior quam sermo fabularum, habitare in lateis de-

cripta unum, quod etiam inter Ausonii Idyllia reperitur exstare, in quo illud hemistichium habetur, ubi tamen reperit legitur, non reperis. Verum tamen non eo respexisse Ambrosium jure dixeris, sed vel ad Josephum qui lib. cont. Appion. eidem Pythagoræ pietatis ac sapientiæ palmam adjudicat, vel ad Ovidii testimonium lib. xv Transmut. de eodem Philosopho ita canentis:

Mente deos adit, et quæ natura negavit,  
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

vel denique ad alios quospiam antiquorum locos, ubi non infrequentes Pythagoræ laudes occurrunt.

<sup>e</sup> Edit. ultimæ Paris., *transiit, et non vidi*. Et infra, ubi nos cum ant. edit. et pluribus potioribusque mss., *fumo iniquitatis*; Rom. edit. cum aliis mss., *fimo iniquitatis*. Non malo sensu. At verò quod pro *oblitus* quidam mss. preferunt, *obligatus* inscitæ est.

<sup>f</sup> Rom. edit. et *fimo iniquitatis oblitus*.

<sup>g</sup> Mss. aliquot, aut certe *lippis oculis*. Minus commode.

<sup>h</sup> Nonnulli mss., *interior ignorat mors: nescit quia*, etc. Melius vero cæteri, et edit. ut in textu.

<sup>a</sup> Scripta circa ann. 387.

<sup>b</sup> Non alium hic intelligimus quam Philonem, qui initio libri *Quod omnis probus liber sit*, Pythagoream sententiam *ταῖς λαοφόροις μὴ βαδίζεν ὁδοῖς*, quam *ἱερώτατον δίκανον* vocat, commode et eleganter explicat. Eandem quoque inter Pythagorea symbola refert Erasmus, et ex Hieronymo in eundem plane intellectum exponit. Qua autem ratione præceptum illud observarunt Pythagorei, et maximus eorum numerus, quod in se aliorum hominum quos fugiebant, odium concitassent, internecione deletus fuerit, narant Laertius lib. viii, Justinus lib. xx, Arnobius lib. i advers. Gentes, et alii.

<sup>c</sup> De Pythagoræ natali solo multa controversia est apud antiquos; ut discere licet ex Clemente Alex. lib. i Stromat., Diogene Laert. lib. viii, et aliis quibus addimus erudit. Huëtium lib. i Demonst. Evang. propus. 4, cap. 2. Quod vero plurima e Judæorum fontibus hausisse hic dicitur, nihil ea de re adjiciemus his, quæ priori tomo in psal. cxviii serm. v et alibi subnotavimus.

<sup>d</sup> Ita vet. edit. et cuncti mss.; Rom. autem edit., *qualem vix reperis ullum*; quod ex Virgilii Epig. de sumptum esse addita marginali notula indicavit. Verum quidem est inter illa epigrammata Maroni as-

mibus, dies et noctes in lucris ponere, et de lucris A semper cogitare, et sicut mercenarios diurnam mercedem quærere, atque, ut cicadas aiunt, aura quadam pasci cupiditatum? Vere sicut cicadas, quia de die in diem vivunt, a questu rumpuntur suo. Quid enim aliud sunt homines nullius ponderis, nullius disciplinae, nisi ut videantur sicut cicadae, ad mortem nati diurnam, strepentes magis quam loquentes? Qui sub ardore ferventium cupiditatum se nuceant cantu sibi noxio, statimque occidunt, nullum fructum ferentes, nihil habentes gratiae. Horum igitur viae noxiae tortuosaeque serpentium, qui venenato lapsu corporis sese trahunt, atque b in spiram nequitiae sese colligunt, et erigere non queunt ad caelestia

6. Ingrediamur autem portas Domini, portas iustitiae, quas justus qui fuerit ingressus, constitetur Domino B (Psal. cxvii, 19). Sed haec paucorum ingressio, unde Dominus ait, quia *angusta porta, et arcta est via, quae ducit ad vitam; et pauci sunt, qui inveniunt eam* (Math. vii, 14). Lata autem porta et spatiosa via, qua multi gradiuntur, ad mortem dirigit, et viatores suos eo ducit.

904 7. Sit ergo via nostra angustior, virus exuberantior, trames pressior, fides sublimior, callis arctior, vigor mentis exundans, semitae rectae; quia inflexibilia sunt virtutum vestigia. Unde Salomon: *O qui dereliquerunt semitas rectas* (Prov. ii, 13)!

8. Sit gressus ad superiora; quia melius est ascendere. Denique, sicut lectum est hodie: *Vae vobis, qui descendunt in Aegyptum* (Esaï. xxxi, 1)! Non utique transire in Aegyptum eriminosum est: sed transire in mores Aegyptiorum, transire in eorum c perfidiae scævitate, et luxuria deformitatem. Qui eo transit, descendit: qui descendit, cadit. Declinemus haec Aegyptium hominem, et non Deum. Viriis enim tuis etiam ipse rex Aegyptiorum in potestatem est datus, cuius comparatione Moyses Deus aestimatus est, imperans regnis, subjiciens sibi potestates. Unde ei dictum legimus: *Faciam te in Deum regi Pharaoni* (Exod. vii, 1). Vale, et nos, ut facis, quasi filius dilige.

#### d EPISTOLA XXIX.

*Pulchritudinem summi boni quendam suadet, fore ut*

a Vet. edit., *questuque*; Rom., *questuque*; miss. omittunt copulam *que*, non incommode; sed minus concinne *questu* per diphthongum esserunt. Et enim hic non obscure alluditur ad illud Virg. ex lib. iii Georg. :

Et cantu querulae rumpent arbusta cicadae.

Quod autem easdem cicadas aura vitare asserit sanctus Praesul, etsi respicere potuerit aut ad Arist. lib. i de Hist. Animal., cap. 7; aut ad Plinii lib. ii, cap. 26, maxime vero ad Virg. Eclog. 5, ubi legimus :

Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae.

Certum tamen est imitationem hic Philonis esse excitato libro, *Quod omnis probus liber non longe ab initio*. b *Mass. aliquot. in sphaeram*; alii et edit., *in spiram*. Virg. lib. ii Georg. :

Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

c Vet. edit. et miss. non pauci, *perfidiam, exced cupiditatem, luxuriam*; quidam, *aviditatem et luxuriam deformitatem*; Pratell. et Gem., *perfidiam et exced cupiditate, et luxuriam deformitate*; alii, ac Rom. edit.,

*illa recreetur oculus noster, atque anima nutriatur spondens; eo quod hic animae cibus sit, cuius cognitionem sanctis Deus revelat, quemque David cupide indagavit. Hoc bonum diligenter tenendum esse; quando idem ipsum sit, quod annuntiaverunt Evangelistae, scilicet Christum. Hoc bonum qui cum desiderio hauserit, eum ad mysteriorum scientiam perventurum, et jam neglecturum quae sunt corporis, ad quod Apostolus nos adhortatur. Elevandam igitur animam ab affectibus, ut feratur ad bonum illud, in quo fons vitae est, et quo non nisi virtute perducimur. Verum perseverantiam ad id opus esse et constantiam.*

AMBROSIIUS IRENÆO salutem.

1. Interlegendum, cum paululum requievissem animo, e quia lucubratione destiteram, versiculum illum cœpi tecum volvere, f quo vesperi in vigiliis usi fueramus: *Ὁραὶς καλλιπαρὰ τοῦς υἱοῦς τῶν ἀνθρώπων* (Ps. xlii, 3). *Ὁς ὄρατοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων αὐτῶν* (Isai. lxi, 7). Et vere nihil b speciosius illo summo bono, cuius etiam prædicatio speciosa est nimis, et maxime perseverantis sermonis processus, et quaedam apostolicæ prædicationis vestigia. Sed illa qui possunt? Quibus donavit Deus, non solum ut Christum annuntiarent, sed etiam pro illo paterentur.

2. Nos quantum possumus, intendamus illo animo, et in illo simus, illud animo teneamus, quod est pulchrum, decorum, bonum, ut fiat illuminatione ejus et fulgore speciosa anima nostra, et mens dilucida. Nam si oculi nostri cum aliqua obducuntur caligine, pascuntur agrorum viriditate et specie memoris, vel collis 905 herbosi omnem inaequalitatem ægredientis obtutus repellunt, et quadam salubri specie pupillae ipsae atque orbes colorari videntur; quanto magis hic mentis oculus cum illud summum intuetur bonum, et in eo versatur, atque eo pascitur, splendescit atque enitet, ut fiat illud quod scriptum est: *Tamquam adipe et pinguedine replatur anima mea* (Psal. xxi, 21)! Denique qui scienter agnoscit animas gregis sui, curam adhibet herbis campestribus, ut sint ei pascula plurima; herbis enim suavioribus et agni pinguiores sunt, et succus lactis

*perfidiae scævitate*; Albin., *cæcitate*, etc.

d Scripta circa ann. 387.

e Edit., *non quia innocens approbatur*.

f De primis vigiliis quae statim prima noctis hora persolvebantur, hic locus est. De iisdem etiam loquitur Hieronymus epist. 7, ad Lucam, hisce verbis, *accensaque lucerna reddere sacrificium vespertinum, supple assuescat*. A lucerna autem dicebatur lucernarium, de quo Epiphanius in Anaceph., Basil. de Spiritu sancto cap. 29, et Chrysostomus hom. 19 ad Antioch. Porro de aliis duabus vigiliis quae et media nocte, et sub orium solis agebantur, clare loquitur Ambrosius lib. i de Abrah. cap. 9, lib. de Elia et Jejunio cap. 15, in psal. xxxvi vers. 25, et in cxxviii serm. 19.

g Hunc versum de corporea Christi specie vulgo interpretantur novi Theologi; cum veteres Patres eum de sola Interiori pulchritudine intellexerint, corpoream formam ignobilitatem ad humilitatem incarnationis pertinere existimantes. Qua de re consule Rigaltii dissertationem de Pulchritudine Christi.

salubrior. Quibus pascuis usi sunt divites illi, qui **A** manducaverunt et adoraverunt (*Psal.* xxii, 4); sunt enim bona fidei pascua in quibus collocatur sanctus Dei.

3. Est ergo et fenum, quo aluntur greges ovium, qui emittunt vellera sapientiæ, et dant amictum prudentiæ. Et fortasse hoc est fenum montanum, in quod verba descendunt prophetæ: *sicut nix super fenenum* (*Deut.* xxxii, 2); et quod diligenter colligit sapiens, ut sint ei oves ad vestitum, spiritualis utique velaminis (*Prov.* xxvii, 25). Habet ergo cibum suum et amictum anima, quæ illi summo bono adhæret, quod est divinum: quod apostolus Petrus suadet quærendum; ut per ejus cognitionis acquisitionem divinæ simus consortes naturæ (*II Petr.* 1, 4).

4. Hujus cognitionem aperit sanctis suis Deus **B** bonus, et donat hoc de thesauro suo bono, sicut testificatur lex sacra dicens: *Quia juravit Dominus a patribus tuis dare tibi et aperire thesaurum suum bonum* (*Deut.* xxxviii, 11, 12): de quo thesauro cælesti dat pluviam terræ suæ, benedicere omnia opera manuum tuarum. Hæc est pluvia eloquii Legis, quod irrorat animam illam fecundam et fertilem bonorum operum; ut habeat humorem gratiæ (*Deut.* xxxii, 2).

5. Hujus boni cognitionem quærebat David sicut ipse significat, dicens: *Unam petivi a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnes dies vitæ meæ, et videam delectationes Domini, et considerem templum ejus* (*Psal.* xxvi, 4). Denique hoc esse summum bonum subtextuit statim in eodem psalmo: *Credo videre bona Domini in terra viventium* (*Ibid.*, 13). **C** Hic enim quæritur, illic facie ad faciem plene videbitur. Hoc bonum in domo Dei est, in illo secreto ejus ac recessu. Unde iterum ait: *Replebimur in bonis domus tuæ* (*Psal.* lxxv, 5). Alibi quoque hanc summam esse benedictionis expressit, dicens: *Benedicte te Dominus ex Sion, et videas quæ bona sunt Hierusalem* (*Psal.* cxxxvii, 5). Ideo beatus qui illic habitat in ingressu fidei, hospitioque mentis, devotionis habitaculo, conversatione virtutis.

6. In illo igitur simus, atque in eo maneamus, **D** de quo et Esaias dicit: *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona* (*Esai.* lxi, 7)! Qui sunt qui evangelizant, nisi Petrus, nisi Paulus, nisi omnes apostoli? Quid evangelizant nobis, nisi Dominum Jesum (*I Cor.* 1, 4)? Hic est pax nostra, hic est bonum illud summum; quia ipse bonus ex hono, ex arbore enim bona bonus fructus legitur (*Math.* vii, 18). Denique et spiritus ejus bonus, qui ex ipso accipit, et deducit Dei servulos in viam rectam (*Psal.* cxlii, 10). Quis autem habens Spiritum Dei **906** in se, neget bonum, cum ipse dicat: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum* (*Math.* x, 15)? Hoc bonum veniat in animam nostram, in nostræ mentis viscera, quod propitius Deus dat pe-

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *patribus tuis, ut aperiret thesaurum.*

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, *de quo et Apostolus dicit.*

<sup>c</sup> Quidam mss., *qui loquebatur, adsum, id est, qui*

sentibus se. Hic est thesaurus noster, hic est vita nostra, hic est sapientia nostra, justitia nostra, pastor noster, et pastor bonus, hic est vita nostra. Vides quanta bona in uno bono!

7. Hæc bona nobis prædicant Evangelistæ. Hæc bona requirens David, ait: *Quis ostendit nobis bona* (*Psal.* iv, 6)? Et ostendit ipsum esse bona, subjiciens: *Signatum est in nobis lumen vultus tui* (*Ibid.*). Quis autem lumen vultus Patris, nisi splendor gloriæ, et imago invisibilis Dei (*Hebr.* 1, 3), in quo et videtur et clarificatur Pater, sicut ipse clarificat Filium suum (*Joan.* xvii, 5)?

8. Ipse est ergo Dominus Jesus summum bonum, quod nobis annuntiatum a prophetis, prædicatum ab angelis, promissum a Patre, evangelizatum est ab apostolis (*I Tim.* iii, 16). Qui nobis tanquam maturitas advenit: nec solum tanquam maturitas, sed tanquam maturitas in montibus adest; ut nihil acerbum, nihil immaturum in nostris consiliis sit, nihil immite, nihil asperum in operibus ac moribus, qui primus Evangelizans bona adfuit. Unde et ait: *Ipse qui loquebar, adsum, id est, qui loquebar in prophetis* (*Hebr.* 1, 4), adsum in corpore, quod suscepi ex Virgine: adsum interior imago Dei, character substantiæ; et adsum ut homo. Sed quis cognoscit me? Hominem enim viderunt, sed operibus supra hominem crediderunt. An non ut homo, cum Lazarum fieret (*Joan.* xi, 35); et rursus supra hominem, cum eum resuscitaret? An non ut homo, cum vapularet; et rursus supra hominem, cum totius mundi peccatum tolleret (*Joan.* 1, 29)?

9. Ad istum igitur properemus, in quo summum est bonum; quoniam ipse bonitas, ipse patientia Israel, qui ad pœnitentiam te vocat; ne venias in iudicium, sed accipias remissionem peccatorum. *Agite, inquit, pœnitentiam* (*Math.* iv, 17). Ipse est de quo clamat Amos propheta: *Exquirite bonum* (*Amos* v, 14). Ipse est summum bonum, qui nullius indiget, et abundat omnibus. Facile abundat, in quo plenitudo divinitatis habitat corporaliter (*Coloss.* ii, 9). Facile abundat, de cuius plenitudine omnes accepimus, et in illo repleti sumus, ut dicit Evangelista (*Joan.* 1, 9).

10. Hoc igitur verum et summum bonum, **D** si illo concupiscibili suo et delectabili anima gustaverit, et duabus his hauserit affectionibus, excludens dolorem et formidinem, incredibiliter exæstuat. Osculata enim Verbum Dei, modum non capit, nec expletur, dicens: *Suavis es, Domine, et in jucunditate tua doce me justificationes tuas* (*Psal.* cxviii, 68). Osculata Dei Verbum, concupiscit super omnem decorem, diligit super omnem lætitiã, delectatur super omnia aromata, cupit frequenter videre, sæpe intendere, cupit atrahi, ut sequi possit. *Unguentum, inquit, ezrinanum est nomen tuum* (*Cant.* 1, 2); propterea te diligimus

loquebatur, etc.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *sicut illo; quidam, in illo, concupiscibili suo.*

adolescentule, propterea certamus, sed comprehendere te non possumus. Attrahere nos, ut possimus currere, ut odore unguentorum tuorum accipiamus virtutem sequendi.

**907** 11. Festinat etiam interna mysteria videre, ipsam requiem Verbi, ipsam boni illius summi habitationem, et lucem ejus, et claritatem. In illo sinu ac recessu patrio festinat audire sermones ejus; et cum audierit, super omnem suavitatem accipit. Doceat te Propheta, qui gustavit, et ait: *Quam dulcia faucibus meis verba tua, super mel et favum ori meo (Psal. cxviii, 113)*! Quid enim aliud desiderat anima, quæ semel suavitatem Verbi gustaverit, quæ semel claritatem ejus viderit? Moyses in monte positus quadraginta diebus Legem accipiens, cibum corporis non requirebat (*Exod. xxxiv, 28*): Elias ad illam festinans requiem, rogabat ut acciperetur a se anima sua (*III Reg. xix, 4*): Petrus aspiciens et ipse in monte Dominicæ resurrectionis gloriam, nolebat descendere, dicens: *Domine, bonum est nos hic esse (Math. xvii, 4)*. Quanta igitur illa divinæ substantiæ gloria, quanta Verbi bona, in quæ concupiscunt et angeli prospicere (*I Petr. i, 12*)!

12. Anima igitur quæ illud videt, corpus hoc non requirit, minimamque sibi familiaritatem cum eo esse debere intelligit, renuntiat sæculo, abducit se a vinculis carnis, exiit omnibus voluptatum istarum nexibus. Denique Stephanus Jesum videbat, et lapidari non formidabat; immo cum lapidaretur, non pro se, sed pro illis a quibus perimebatur, rogabat (*Act. vii, 55 et seq.*). Paulus quoque raptus usque ad tertium cælum, cum corpore esset, an sine corpore, nesciebat: raptus, inquam, in paradysum, usum proprii jam non sentiebat corporis: et audiens verba Dei, quomodo ad corporis infirmitates descenderet, erubescere (*II Cor. xii, 2*).

13. Itaque sciens quid vidisset in paradiso, vel quid audisset, clamabat dicens: *Quid adhuc velut videntes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne gustaveritis quæ sunt omnia ad corruptelam ipso usu (Coloss. ii, 20 et seq.)*. Volebat enim nos <sup>a</sup> in figura esse istius mundi, non in possessione atque usu; ut ita utamur hoc mundo tamquam non utamur, tamquam prætereuntes, non tamquam residentes: ambulantes tamquam in imagine sæculi, non in cupiditate, <sup>b</sup> ut velocissima disputatione ipsam imaginem hujus mundi transeamus. Denique ipse fide ambulans, non specie, peregrina-

<sup>a</sup> Subobscurus sermo, inquit Nannius: sensum hunc opinor: Volebat nos versari in mundo, quasi in re imaginaria, et quæ nulla soliditate subsisteret. Puto enim illum allusisse ad illud primæ ad Corinth. cap. vii: *Præterit enim figura hujus mundi; nam postea addit; Ambulantes tamquam in imagine sæculi. Ita ille.*

<sup>b</sup> Edit. Eras. et Gill. cum duobus mss., *velocissima dispositione*; Rom., *velocissima præteritione*; Amerb. et cæteri mss.,... *disputatione*. Commodo sensu; nihil enim aliud exprimit Ambrosius, nisi velle se quam paucissimis verbis de imagine mundi disputare. Iterum autem post duos versus, ubi nos

Abatur a corpore, aderat Domino; et cum esset in terris, non in terrenis, sed in cælestibus conversabatur.

14. Ergo anima nostra, quæ Deo vult appropinquare, elevet se a corpore, semper illi summo adhæreat, illi bono quod est divinum, quod est semper, et quod erat ab initio, et quod erat apud Deum, hoc est, Dei Verbum. Ipsum est illud divinum, *in quo vivimus, et sumus, et movemur (Act. xvii, 28)*. Ipsum est quod erat in principio, ipsum est quod est: *Dei enim Filius Jesus Christus c in vobis, inquit, est: in quo non fuit, Est et Non; sed Est in illo fuit (II Cor. i, 19)*. Ipse dixit Moysi, **908** ut diceret: *Qui est, misit me (Exod. iii, 14)*.

15. Cum hoc igitur anima nostra sit, et sit (si fieri potest) semper; ut et nostrum possit quis dicere: *Anima mea in manibus tuis semper (Psal. cxviii, 109)*. Erit autem, si non in carne sit, sed in Spiritu: erit, si se terrenis non misceat. Cum enim ad carnalia reflectitur, tunc ei illecebra obrepit corporis, tunc ira et indignatione exæstuat, tunc mœstitia afficitur, tunc <sup>d</sup> supinatur per arrogantiam, tunc dolore affligitur.

16. Hæ sunt ægritudines animæ graves, quibus plerumque ad mortem cogitur; dum oculi ejus cæcantur, ut non videant veræ lumen gloriæ, et divitias æternæ hæreditatis. Quod si eos ad Deum semper intendat, accipiet a Christo fulgorem sapientiæ; ut illuminatum in agnitione Dei habeat obtutum, videat illam spem nostræ vocationis, aspiciat illud quod <sup>c</sup> est bonum, et placitum, et perfectum. Quod enim bonum, complacitum Patri: quod complacitum, perfectum; sicut habes in Evangelio, ubi dicit Dominus: *Diligite inimicos vestros, ut imitemini Patrem, qui pluvi super justos et injustos (Math. v, 44 et seq.)*; quod est utique bonitatis. Et postea concludit, dicens: *Estote perfecti sicut Pater vester, qui in cælis est, perfectus est (Rom. xiii, 10)*. Caritas enim perfecta est: denique plenitudo Legis est. Quid autem tam bonum quam caritas, quæ malum non cogitat?

17. <sup>e</sup> Et ideo terras fugito, in quibus invidia est, ubi ambitio, ubi contentio. Boni ergo illius capacem se anima tua præbeat; ut supra nubes volet, sicut aquila renovetur, sicut aquila pennas emittat; ut renovatis <sup>f</sup> alarum remigiis, alta petere non reformidet, hanc habitationem relinquat: terrenum enim habitaculum gravat animam (*Sap. ix, 15*). Exuat vetera, abjiciat erroris desideria, abluat oculos suos;

cum pluribus mss. et edit., *aderat Domino*; Rom., *sed aderat Domino*; unns mss. exhibet, *adhæserat Domino*; alter, *adhærebat Deo*.

<sup>c</sup> Rom. edit., *qui in vobis est, non fuit, inquit, in eo*; vet. autem ac mss. ut in contextu, nisi quod pro *in vobis*, vet. edit. præferebant, *in nobis*.

<sup>d</sup> Describit vultum superbi, qui os sublime in cælum erigit: contrarius est demissus, qui vultum in terram dejicit. Ita Nannius.

<sup>e</sup> Cod. Reg., *Et ideo terrena fugito*.

<sup>f</sup> Cum id avibus alæ sint, quod remigium navibus; hinc ducta est a poetis, et maxime a Virgilio, ista metaphora, unde illam transtulit Ambrosius.

ut videat illum fontem veræ sapientiæ, illum fontem vitæ æternæ, qui affluit atque exundat omnibus, nullius indigens. Quis enim dedit illi, cum *ex ipso, et per ipsum, et in ipso* omnia sint (Rom. XI, 35)?

18. Vitæ igitur fons est summum illud bonum, ex quo vivendi substantia ministratur omnibus: ipsum autem in se habet vitam manentem. A nullo quasi inops accipit: largitur bona aliis, non altunde assumit sibi; neque enim nostri indiget. Unde et ait ex persona hominis: *Quoniam honorum meorum non indiges* (Psal. xv, 2). Quid ergo pulchrius, quam ei appropinquare, ei adhærere? <sup>a</sup> quæ major voluptas est? Quod is qui viderit, et de fonte aquæ vitæ gratis gustaverit, quid potest aliud desiderare? quæ regna? quas potestates? quam pecuniam? cum advertat quam miseræ etiam hic regum conditiones sint, quam mutabiles imperii status, quam exigua vitæ hujus spatia, quanta in ipso imperio servitû; cum ad aliorum, non ad suum vivant arbitrium.

19. Quis autem peccatus ad vitam æternam transit, nisi virtutum fultus percussio, quod receptum omnibus, solis divitibus impossibile pronuntiatur (Matth. xix, 26)? Non ergo his uti beatum est, sed illud videre, quo ista despicias, <sup>b</sup> et vana veri refellas, atque inania et cassa judices, illam nulæ veritatis pulchritudinem diligas, quæ has sæculi fucosissimas vanitates redarguat.

20. Erige igitur oculos, anima, tuos; hlos oculos, de quibus tibi Verbum Dei dicit: *Corde nos cepisti, soror mea sponsa, corde nos cepisti uno ab oculis tuis* (Cant. iv, 9). Ascende in palmam, vince sæculum, ut teneas Verbi altitudinem. Imaginem istam mundi foris relinque, foris malitiam: introduce autem bonitatem mentis, quæ habet gratiam in ligno vitæ; si laverit stolam suam, et ingrediat in civitatem, quæ vera est gratia sanctorum, in qua est Dei tabernaculum, circa quod Scribæ Domini <sup>d</sup> præstant, ubi non dies, aut sol, aut luna lumen ministrant: sed ipse Dominus lumen est, totam illam civitatem illuminans (Apoc. xxi, 23); est enim lux mundi (Joan. viii, 12): non utique lux visibilis, sed animarum, quæ in hoc mundo sunt, intelligibilis claritudo, quibus se splendenti lumine rationabilis infundit prudentiæ, <sup>e</sup> prædicatur in Evangelio (Luc. xxiv, 32), incorporeæ virtutis inflammans vapore secreta mentium animorumque penetralia.

21. Si quis igitur incola esse cœperit illius civitatis supernæ, incola videlicet conversatione ac moribus, non discedat ab ea, non exeat; non reflectat vestigium, non corporis dico, sed mentis vestigium,

<sup>a</sup> Edit. vet., *Que major voluptas est, quam quod is qui viderit... gustaverit? Quid potest, etc.*: his etiam accedit, Rom. nisi quod habet, *quam cum quis id viderit*: melius verò exarati cod. quos et sequimur.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *et velut vana refellas*; quidam, *et vana veris* (unus, *vere*) *refellas*; rectius alii, et omnes edit., *et vana veri, etc.*, de qua locutione jam diximus.

<sup>c</sup> Græcum verbum *ἐκπαίδωσας*, quod hic vertitur ab Ambrosio, majorem quamdam emphasin habere observat Nannius; cum idem sonet atque excordiasti: quod vetus interpres reddidit, *Vulnerasti cor*

A non revertatur retro. Retro luxuria, retro impuritas est. Denique ascendens ad montem Loth, retro relinquit sodomitana flagitia: quæ autem respexit retro, non potuit ad superiora evadere (Gen. xix, 30). Non ergo pedes tui retro, sed mores non revertantur. Non fiant manus tuæ remissæ, et devotionis tuæ ac fidei genua dissoluta. Non fiat voluntatis tuæ recidiva infirmitas, non ullus intercursus criminum. Sed ingressus es, mane: pervenisti, consiste: *salvans salva animam tuam* (Gen. xix, 17).

22. Ascendens directum attolle gradum, nullus inde tuto redit. Hinc via, inde ruina est. Hinc ascensus, inde præcipitium. Ascendendi quidem labor, sed descendendi periculum: sed potens est Dominus, qui te fundatam illic custodiat septem prophetiis maris et apostolicis turribus. Ideo tibi dicit Dominus: *Intrate, calcate, quia assistit vindemia* (Joel iii, 13). Intus, non foris simus. Et in Evangelio Dei Filii dicit: *Qui est in tecto, non descendat vasa sua tollere* (Luc. xvii, 34). Non utique de hoc tecto dicit, sed de illo: *Expandit cælum sicut cameram* (IV Esdr. xvi, 60).

23. Intus ergo esto, intra Hierusalem, intra <sup>910</sup> animam tuam pacificam, mitem atque tranquillam. Non exeat de ea, neque descendas vasa tuum lecti, aut honoribus, aut divitiis, aut arrogantia atollere. Intus esto, ut per te alienigenæ non transeat, peccata animam tuam non transeat, vana operationes et <sup>f</sup> cogitationes inanes: non transibunt autem, si sanctificaveris bellam pro devotionis et fidei certamine, pro veritatis studio adversus passionum illicebas, et semporis arma Dei adversum spirituales nequitas, et astutiam diaboli, qui pertentat sensus nostros fraude ac dolo; <sup>g</sup> quem mansuetus bellator facile proterit, qui non serat jurgia, sed sicut decet servum Domini, cum modestia fidem doceat, et eos qui adversantur, redarguat. De hoc dicit Scriptura: *Qui mansuetus est, bellator exurgat* (Joel iii, 9), et infirmus dicat: *Omnia possum in eo, qui me confortat* (Phil. iv, 13).

24. Hac fide fretus etiam qui infirmus est, prevalebit, et erit sancta anima ejus, et stillabunt ei montes prophetici (Joel iii, 13), vel apostolici delcedinem, et colles fluent lac: qualis ille <sup>h</sup> *lactis*, qui factis potum Corinthiis dabat (I Cor. in, 2); et <sup>i</sup> *fluent ei aquæ de suis vasis, et de puteorum suorum fontibus: vel de ventre ejus aquæ vivæ, spirituales videlicet quas fidelibus suis Spiritus sanctus ministrat, qui etiam animam tuam dignetur rigare, et abundet in te fons aquæ salientis in vitam æternam.*

meum, etc.

<sup>d</sup> Præstant, id est, ante alios tentoria sua figunt, et eos custodiis suis cingunt, ut scite annotavit Nannius, et jam alicubi a nobis observatum esse meminimus.

<sup>e</sup> Edit., *et ut prædicatur in Evangelio.*

<sup>f</sup> Plerique mss., *cogitationes inanes non transibunt: unus, non transeant, si datem sanctificaveris: concinuis vero ali et edit. ut nos in textu, nisi quod vet. edit. habent, suscitaveris, pro sanctificaveris.*

<sup>g</sup> Nonnulli mss., *quem manens vetus bellator.*



(*Joan. iv, 14*). Vale, et nos <sup>a</sup> ut filios dilige; quia A nos te ut parentes diligimus.

b EPISTOLA XXX.

*Docet non habitandum in locis depressis more luxuriosorum, sed sanctorum instur in editioribus, ubi ædificandum est templum Domino, scilicet in propriis montibus. A luxuriosis non ædificari hoc templum, cujus fastigium æquitatis ope metimur. Quinam sepulcra negantur sibi condere, et ascendere in domum Dei; quove pacto ad struendam eam, qua minis, qua promissis excitantur?*

AMBROSIIUS IRENÆO salutem.

1. Ubi superiorem absolvi epistolam, et perferendam tibi tradidi, venit in mentem illud quod Dominus in manu Aggæ prophetæ locutus est dicens: B *Si tempus vobis est ut habitetis c in domibus cæclatis* (*Aggæ. i, 4*)? Quid ergo istud est, nisi in superioribus habitandum, non in vallestribus et subterraneis habitaculis? Qui enim infra terram habitant, non possunt ædificare templum Dei, et dicunt: *Non venit tempus ut ædificetur domus Domini* (*Ibid., 2*); simul quia <sup>d</sup> luxuriosorum est hypogæa querere, captivum frigus æstivum, eo quod resoluti delictis æstus aliter ferre ac tolerare non queant, et ideo requirant umbrosa penetralia: vel quod desidiosi ignava sub terris agant otia: deinde quod tenebrosa illos et opaca delectent magis, quibus 911 operiri flagitia sua credant, secundum illud: *Tenebræ circumdant me ut parietes, quem vereor* (*Eccl. xxiii, 26*)? Sed frustra hæc sperant, cum profunda abyssi et abscondita Deus C cernat, et omnia deprehendat, antequam fiant (*Sap. viii, 8*).

2. At non Elias in hypogæis, non Elisæus habitabant. Denique alter mortuum viduæ filium tulit ad superiora, in quibus consueverat sedere, et ibi eum resuscitavit (*III Reg. xvii, 22*): alteri quoque Summitis illa magna mulier, ut Scriptura testificatur (*IV Reg. iv, 16 et seq.*), in superioribus hospitium paravit, et ibi concipiendæ sobolis, quia non habebat, meruit prærogativam, ejusdemque resuscitati pignoris vidit miracula. Quid de Petro dicam, qui <sup>e</sup> ad horam sextam ascendens in superiora, baptizandarum gentium cognovit mysteria (*Act. x, 9 et seq.*). At vero parricida Absalon in valle Regis sibi tituleam statuit, et in fossam projectus est, cum D esset peremptus (*II Reg. xviii, 17*). Ergo sancti ascendunt ad Dominum, flagitiosi ad vilita descendunt;

<sup>a</sup> Ultima edit. Paris., *ut filios dilige... ut parentem diligimus*: sensu præpostero.

<sup>b</sup> Scripta circa ann. 387.

<sup>c</sup> Legitur in Græco, *ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐν ὑψίστοις*, id est, in domibus cæclatis; unde Nannius existimat Ambrosium per voces *in domibus cæclatis* significatum voluisse in illis ædibus subterraneas cellas existisse. Nihilominus tamen idem agnoscit infra dictum ab Ambrosio, *domos cæclatas, et argentam cæclatum*.

<sup>d</sup> Hypogæa, inquit Nannius, loca subterræstria, ubi canones et meretrices stabulari solent, quæ ob similitudinem tubilium ferarum lustra Romanis appellantur. Meretrix certe *χαρὰν* et *χαρὰν*

sancti in montibus, criminosi in vallibus; *Deus enim montium est, et non c Deus vallium* (*III Reg. xx, 20*).

3. Qui ergo illic, id est, in domibus habitabant vallestribus, in quibus non habitat Deus; domum Dei in se habere non poterant; hanc enim Dominus quærebat ab illis domum, ut semet ipsos ædificarent, atque intra se Dei templum vivis fidei lapidibus attollerent. Neque enim terrenorum parietum constructiones, et silvestrium <sup>e</sup> ligna culminum desiderabat, quæ cum fuissent, manus dirueret hostilis: sed illud templum quærebat, quod in hominum conderetur montibus, quibus dicendum foret: *Vos estis templum Dei* (*I Cor. iii, 16*); in quo habitaret Dominus Jesus, et unde ad redemptionem universorum procederet, ut in utero Virginis sacra reperiretur aula, in qua Rex habitaret cælestium, et corpus humanum Dei templum fieret; quod etiam, cum solutum esset, in triduo resuscitaretur.

4. Sed hanc domum luxuriosi non ædificant, qui cæclatas inhabitant domos (*Aggæ. i, 4*), et carlato argento delectantur; sordet enim illis purum argentum, ita et istis sordet simplicis habitationis locus (*Esai. v, 8*). Sinuant spatia domorum, et adjiciendo adjiciunt, conjungentes domum ad domum, et villam ad villam, effodiunt terram; ut elementum quoque eorum cedat habitaculis, et quasi terræ filii intra ejus recondantur iterum, et abscondantur alvo. Isti plane sunt, de quibus dicit Hieremias: *O qui ædificant domum suam non cum justitia* (*Jerem. xxii, 15*)! Qui enim cum justitiâ ædificat, non in terrenis ædificat, sed in cælestibus.

5. *Ædificasti, inquit, domum, metire superiora ejus, perfastidia distincta fenestris, et contignata cedro et illita minio* (*Ibid., 14*). Metitur autem superiora, qui contemplatus judicium Dei, judicat judicium humilis, et judicium pauperis. Qui autem 912 in avaritiam intendit, et in sanguinem innocentis, non ædificat superiora cum judicio, nec mensuram tenet; quia non habet Christum: nec aspirare sibi divinæ flatus explorat gratiæ, nec pleni luminis splendorem requirit: nec illita minio habet cœnacula, cui non potest dici: *Sicut reticula coccinea labia tua* (*Cant. iv, 3*).

6. *Non sepelietur, inquit, hujusmodi* (*Jerem. xxii, 19*); qui enim vivum se sub terram infodit, et tantquam in sepulcro sepelivit, eripuit sibi mortuo requiem sepulchræ. Depositus itaque in valle corporaliū delectationum, non invenit sepulcrum, de quo

nominatur.

<sup>e</sup> Amerb. cum mss. aliquot, *ad horam nonam*. Quod autem subditur *ascendens in superiora*, ibi vetus consuetudo Judæorum indicatur, superiorem ædium partem, cum oraturi erant, conscendentium.

<sup>f</sup> *Deus vallium* his vocibus subjungit Rom. edit., *Inquit ergo: Ponte jam corda vestra in vias vestras, ascendite in montem. Sed sine ullo scripti editivæ cōdicis suffragio.*

<sup>g</sup> Nonnulli mss., *lignorum culmina*. Sed retinenda cæterorum, et edit. lectio, cum *ligna culminum* hic idem significet, ac ligna montium.

possit resurgere. Hujusmodi ergo vir, nec templum A Deo ædificat; quia non novit tempus correctionis suæ. Quomodo enim possunt tales homines templum ædificare, qui quasi feræ ac bestię in spelæa ferarum et bestiarum latibula sese receptant, atque in foveas se serpentium more demergunt, et consuetudine fraudulentæ vulpis infodiunt?

7. Sed nec sepulcrum sibi condit, qui ante tempus moritur; vivens enim, mortuus est (I Tim. v, 6): nec audit vocem Aggæi, id est, <sup>a</sup> epulantis, ut interpretatio declarat; quoniam non ingreditur tabernaculum Dei, in voce exsultationis et confessionis, sonus epulantis (Psal. xli, 5). Quomodo enim vocem ejus audit, qui opera ejus non videt? Nam si videret, audiret verbum, quod in ejus manu factum est, delectatus ejus actibus, quibus pulsavit, et apertum est ei, et descendit in ejus animam; ut epuletur in eo sinceritatis et <sup>b</sup> veritatis cibos.

8. Ergo quia non audivit, sit iterum in manu Aggæi verbum, <sup>c</sup> et dicit: Surgite de cælatis et depressis malitia domibus, et ascendite in montem Scripturarum cœlestium, et cædite lignum sapientiæ, lignum vitæ, lignum cognitionis: et dirigite vias vestras, ordinate actus vestros; ut habeant ordinem suum debitum, qui necessarius et utilis est ad ædificandam Domini domum (Aggæ. 1, 8).

9. Nam si non feceritis, nec cælum dabit rorem suum (Ibid., 10), id est, sermo cœlestis, qui sicut ros descendit super fenum, non temperabit fervidos corporalium motus passionum; nec ignita restinguet diversarum spicula cupiditatum: nec terra ejus, id est, <sup>d</sup> anima, fructus dabit; eo quod arescat, nisi repleatur irriguo verbi Dei, et perfundatur rore cœlesti, spiritalis ubertate gratiæ.

10. Et quia sciebat desides esse habitantes in hypogæis, et voluptatum gurgustiiis: <sup>e</sup> Excitabo, inquit, illis spiritum Zorobabel de tribu Juda, et Jesum Josedech sacerdotem magnum (Ibid., 24); ut incitentur ad ædificationem divini domus. Nisi enim Dominus ædificaverit sibi domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam (Psal. cxxvi, 1). Ipse est Zorobabel jugis redundantia, ut pote fons vitæ, et Verbum **913** Dei, per quod omnia, et ex quo omnia, et omnia in ipso (Coloss. 1, 16, 17). Hæc dicit redundantia: Si quis sitit, veniat ad me, et bibat (Joan. vii, 37), hoc est, profluvium indeficientis meatus. Profluvium quoque nocturnum <sup>f</sup> legimus Zabulon, quod est propheticum: sed jam et ipsum hujus fluenti

<sup>a</sup> Aggæum vulgo interpretantur festivum, solemnem et gyranthem: sed forte illud vocabulum reddidit Ambrosius per *τὸ epulantem*, quod solemnitatum non minima pars in epulis solet esse posita.

<sup>b</sup> Vet. edit. et mss. non pauci, *veritatis cibos*. Non satis recte, nisi quis *τὸ epuletur* passive accipiat, pro manducetur.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, et dicit: ascendite in montem, cædite ligna, et ædificate domum; quasi dicat: Surgite, etc.

<sup>d</sup> Edit. Rom., *anima germina sua dabit*.

<sup>e</sup> Ita vet. edit. ac mss. nisi quod illæ omittunt Jesum ante Josedech: at Rom. edit. sic emendavit: *Excitavit, inquit, illis Dominus spiritum Zorobabel...*

infusione resplenduit, per quod evanuit illud profluvium vanitatis in Jesabel, quæ inimica veritati, et adversaria prophetarum eloquiis, ita dilacerata est canum morsibus; ut nullum ejus superesset vestigium, sed toto corpore suo cum omnibus posteritatis suæ insignibus exstingeretur (IV Reg. ix, 33 et seq.). Ipse igitur Zorobabel ex tribu Juda, ipse Jesus magnus sacerdos, et tribu designatus et nomine: duo significari videntur, et unus exprimitur; quia idem quasi potens natus ex potente, quasi redemptor ortus ex virgine, in utriusque idem naturæ diversitate dividuæ, unius Filii Dei veritatem gigas salutaris implevit.

11. Excitaturus <sup>g</sup> itaque a mortuis Zorobabel sanctum, ait: *Adhuc semel ego movebo cælum, et terram, et maria, et desertum* (Aggæ. ii, 22). Moverat ante hæc, cum de Ægypto liberaret populum suum (Exod. xiv, 22 et seq.), quando in cælo columna erat ignis (Exod. xiii, 21), terra inter fluctus, murus in mari, via in aqua, in deserto messis quotidiana frugum cœlestium multiplicabatur, petra solvebatur in fontes aquarum: sed movit et postea in passione Domini Jesu (Luc. xxiii, 44); quando cælum teæbris obductum, sol refugit, petræ scissæ, tumuli aperti, mortui resuscitati, draco victus in fluctibus suis vidit piscatores hominum, non solum navigantes in mari, sed etiam ambulantes sine periculo.

12. Desertum quoque motum, quando infructuosus nationum populus messe cœpit devotionis et fidei flavescere; et cœsusque deserti, et gentium commotio facta est ut apostolorum quos direxit ad gentes vocandas, tanta esset et tam vehemens prædicatio: ut in omnem terram exiret sonus eorum, et in finem orbis terræ verba eorum (Ps. xvii, 5). Tanta, inquam, commotio deserti, ut plures filii fierent desertæ, quam ejus quæ habebat virum (Esai. liv, 1); et floret desertum, ut lilium (Esai. xxxv, 1): introirent electa gentium ad residuos populi; quo reliquæ salvæ fierent per electionem gratiæ (Rom. xi, 6).

13. Et replebo, inquit, <sup>h</sup> domum hanc argento meo et auro (Aggæ. ii, 8); eloquiis cœlestibus, quæ sunt sicut argentum igne examinatum (Psal. xi, 7), et veri claritate luminis, sicut auro spiritali in sanctorum occultis mentibus refulgente. Has divitias confert Ecclesiæ suæ, quibus intelligibiles thesauri replentur, et gloria <sup>i</sup> augetur domus super priorem gloriam, quam populus habuit <sup>j</sup> electus.

14. Pax enim et tranquillitas animæ super omnem et spiritum Jesu filii Josedech sacerdotis magni.

<sup>k</sup> Vet. edit., *legimus, quod est Zabulon, id est, propheticum; sed etiam et ipsum*; Rom., *legimus quod est propheticum, et ipsum*: at mss. magno consensu nobis suffragantur.

<sup>g</sup> Rom. edit. sola e textu eximit *τὸ a mortuis*.

<sup>h</sup> Rom. edit., *domum hanc gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, et meum est aurum, Replevi ergo argento, etc.*

<sup>i</sup> Quidam mss., *augetur domus superiore gloria*.

<sup>j</sup> Eadem edit., *Hoc enim est quod sequitur: Magna erit gloria domus istius novissimæ super primam, dicit Dominus exercituum: et in loco isto dabo pacem. Pax enim, etc.*

domus gloriam est; quia pax superat omnem sensum (*Aggæi* II, 10). Hæc est pax (*Philip.* IV, 7) super pacem, quæ dabitur post tertiam commotionem cœli, maris, terræ, deserti; quando destructi omnes Potestates et Principatus. *Cœlum enim et terra transibunt* (*Matth.* XXIV, 35), et omnis istius mundi figura: et unusquisque in romphæa insurget ad fratrem suum, id est, **914** verbo penetrante medullas animæ (*Heb.* IV, 12); ut destruat quicquid est contrarium, curus ex Ephræm, et equus ex Hierusalem, ut Zacharias dixit (*Zach.* IX, 10). Et sic erit pax per omnia, nullis obstantibus corporis passionibus, aut incredulæ mentis impedimentis; ut fiat in omnibus omnia Christus, subdita Patri exhibens corda universorum (*I Cor.* XV, 28).

15. Unde et ad ipsum solum mystice dicitur: *B Sumam te, Zorobabel, et ponam te sicut signaculum; quia te elegi* (*Aggæi* II, 24). Etenim cum fuerit anima nostra pacifica, ut dicatur ei: *Convertere, convertere Sunamitis* (*Cant.* VI, 12); quod pacificam significat, et ut tuo nomine utar *εἰρηναῖον*; tunc accipiet in se sicut signaculum Christum; id est, imaginem Dei, ut sit ad imaginem; quoniam *qualis cœlestis, tales et cœlestes* (*I Cor.* XV, 48). Et oportet nos portare imaginem cœlestis, id est, pacem.

16. Atque ut sciamus verum esse, habes in Canticis, in ultimo jam perfectæ animæ dici, quod et tibi dicat Dominus Jesus: *Pone me ut signaculum in brachium tuum* (*Cant.* VIII, 6); ut luceat pax in corde tuo, et in operibus tuis Christus, et formetur in te sapientia, et justitia, et redemptio. Vale, fili, et nos dilige; quia nos te diligimus.

#### • EPISTOLA XXXI.

Quærenti IRENÆO num eos qui statim a pueritia, et eos qui jam ætate proveciores crediderint, diversa charitate Deus diligit; respondet sanctus Præsul in Scriptura Deum Synagogæ, quæ prius fidelis fuerat, lapsum doluisse; postea tamen charitatem suam transtulisse ad Ecclesiam, ut per duas uxores David, nec non Moysis de muliere captiva locum significatur.

AMBROSIIUS IRENÆO salutem.

1. Differentiæ charitatis utrum sit aliqua apud Deum, eorum qui a pueritia crediderint, et eorum qui juventutis<sup>b</sup> aut posterioris ætatis processu, prudenter requirendum putasti; nam hoc quoque Scriptura divina non prætermisit, neque intactum reliquit. Siquidem Dominus Deus noster ad Joel prophetam non otiose ait: *Lamentare ad me super Sponsam* <sup>c</sup> *præcinctam sacco in virum ejus virginalem* (*Joel* I, 9), dolens Synagogam, quæ antea virginitate sua desponsata Dei Verbo foret, vel animam certe quæ

<sup>d</sup> de bonis meritis decidisset; ita offendiculum incidisse peccatorum flagitiis, ut odia contraheret, et inquinamento impietatis, ac perfidiæ obsoleta sordibus, miserabili esset despectui, longe mutata ab illius Sponsæ gratia, quæ ante meruerat audire: *Sponsabo te mihi in fide et justitia et misericordia* (*Ose.* II, 19).

2. Nec immerito lamentabilis pronuntiatur, quæ tantorum munerum amiserat pretium, et virtutum dotulium tam grave subierat dispendium, ut ei virginalis Sponsus eriperetur. Nostris enim meritis Verbum Dei nobis aut vivit, aut moritur; nam si bona studia atque opera nostra sint, vivit atque operatur in nobis Dei Verbum: si tenebræ cogitationes operationesque nostræ sint, occidit nobis sol justitiæ (*Malac.* IV, 2). **915** Et ideo lamentandum præcepit pro ea anima. Nam sicut illis gratulandum et epulandum est, cum quibus Sponsus est; ita illi animæ lugendum, cui Sponsus fuerit ereptus, sicut de apostolis scriptum est in Evangelio: quoniam *cum auferetur ab eis Sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus* (*Matth.* IX, 15).

3. Ergo et hæc anima habebat ante lætitiæ et exultationem, cum haberet *παρθεναῖκὸν λόγον*. Et ideo non jejunabat, quia dies erant epularum et refectio- nis; cum adesset Sponsus, invehens quibus aderat, <sup>e</sup> ubertatis affluentias, cœlestis alimentî copias, vini rigatus, quo corda hominum lætificantur: sed posteaquam Sponsum factis suis amisit, jubetur in cilicio agere pœnitentiam peccatorum suorum, et deslere semetipsam; quia mortuus est et crucifixus pro ea Christus, qui est *παρθεναῖκὸς λόγος* (*Psal.* CIII, 15).

4. Si a prima ætate convenit, nec alterius anima hæc videtur experta copulam; sed a principio virginali fidei suæ florem Christo dicavit, atque ipsi primis fœderata pietatis mysteriis sacros juvenula cultus recepit; ipsa est Israelitica anima<sup>f</sup> veteris prosapiæ ex genere patriarcharum, quæ si inoffensum fidei servasset curriculum, magni meriti foret Sponsa Verbi virginalis, tamquam illa quæ apprehendit justitiam, et obviabit illi quasi mater, et quasi mulier a virginitate suscipiet illam (*Eccl.* XV, 2).

5. Altera quoque est acquisita ex gentibus, et utraque Sponsa unius Verbi, quod est magnum mysterium. Idque tibi demonstratur in libro Regnorum (*I Reg.* XXV, 39); si quidem David duas uxores habuit Achinaam Jezrabelitem, et Abigæam acquisitam sibi postea: illam rigidiores, istam misericordiæ plenam et gratiæ, hospitalem ac liberalem animam, quæ revelata facie Patrem vidit, speculata ejus gloriam; quæ suscepit divinum illum paternæ gratiæ rorem, ut habet nominis interpretatio. Quid

in textu, paucis exceptis, in quibus habes, *ubertatis affluentia, cœlestis alimentî copia vini rigatus*; cod. Long., *vino rigatus*. Hoc ultimum non satis apte, cum *rigatus* sit in quarto casu pro, rigationes.

<sup>f</sup> Duo mss., *veritatis prosapiæ*; melius alii totidem, *veritatis prosapia*; unus, *pietatis prosapiæ*. Minus eleganter.

<sup>a</sup> Scripta circa ann. 387.

<sup>b</sup> Rom. edit., *aut provecioris ætatis*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *præcinctam ac super virum*; edit., *præcinctam sacco super virum*.

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, *de bonis mentis*.

<sup>e</sup> Omnes edit. et mss. aliquot, *ubertatis affluentiam cœlestis alimentî, copia vini rigatus*; alii mss. ut nos

autem ros Patris, nisi Dei Verbum, <sup>a</sup> quod humore fidei atque justitiæ infudit corda universorum?

6. Pulchre igitur huic animæ verus dicit David, quod illi Abigææ dictum est: *Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie huc obviam mihi, et benedicti mores tui (Ibid., 52 et seq.)*. Et iterum dicit ei: *Ascende in pace in domum tuam. Vide, jam audivi vocem tuam, et reveritus sum faciem tuam (Ibid.)*. Denique in Canticis etiam hæc verba sunt Sponsi ad Sponsam: *Ostende mihi faciem tuam, et insinua mihi vocem tuam (Cant. II, 14)*.

7. Et tunc quidem dimissa est, quoniam alterum habebat virum, qui dicebatur Hebraice Nabal, <sup>b</sup> Latine insipiens, durus, inhospitalis, inhumanus, ingratus qui officia nesciret referre: sed posteaquam defunctus est vir ejus, solutam a lege viri accepit <sup>B</sup> eam sibi in uxorem propheta David. Per ejus copulam <sup>c</sup> Ecclesiæ creditur ex gentibus significantur mysteria, quæ amisso viro, cui ante juncta fuerat, transivit **916** ad Christum, censu pio dives, humilitatis et fidei, misericordiæ quoque dotata patrimonio.

8. Sed hoc loco non ista deploratur, sed illa Achiziam, quæ fuit male fortis in fratrem; et ideo illi frater factus est in commotionem. Unde ex persona eorum dictum est: *Posuisti nos in parabolam in gentibus, commotionem capitis in populis (Psal. XLII, 12)*. Quam nutantem inveniens diabolus, sicut leo diruit, et jucunditatem ejus abstulit (*Mich. IV, 4*): vineam ejus et ficum evertit, sub quibus solebat ante requiescere, et arescere fecit fructus ejus.

9. Quos aridos miseratus, atque albescentes siccitate nimia, dicit ad prophetam Deus: *Lamentare ad me super Sponsam præcinctam cilicio, et super virum ejus virginalem (Joel I, 9)*, id est, super animæ hujusmodi vel Synagogæ virum mortuum. Cui loco alio expostulans dicit (*Ose. IV, 6*), eo quod oblita propositi sui, oblita charitatis, immemor gratiæ, devia disciplinæ, superiorem uxoris affectum amiserit. Meritoque suis eam sermonibus redarguit, memorans et retexens ejusdem blanditias, et pietatis vocabula: Non sicut domesticum me vocabas, et patrem et initiatorum virginitalis tuæ.

10. Ergo huic animæ cui per intemperantiam ejus mortuum est Dei Verbum, et ille *παρθενικός λόγος* occidit, <sup>d</sup> luctum incidit, intercessorem adhibet; ut vocetur ad pœnitentiam, quo possit mereri misericordiam. Illa autem quæ bona intellectu, et decora in aspectu valde, sicut Abigæa acquisita sibi erat in prælio; devictis adversariis, et mortuo viro, qui valatus nequitias spiritualibus repugnabat ac resistebat, ne sibi speciosa uxor adimeretur (*I Reg. XXV, 50*): quasi victor et diligens Sponsus jucunditatem confert et gratiam, emundans eam ab omnibus pulchritudi-

nis ejus impedimentis, et exuens vestimentis captivitatis; ut depositis omnibus capitis sui capillis, id est, peccatorum crinibus, qui quasi superflui nostro in corpore videntur: *Quoniam si vir comam nutriat, ignominia est illi (I Cor. XI, 54)*; in unitate fidei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi studeat occurrere (*Ephes. IV, 13*); ut omnem deponat animi perturbationem, et charitate fundata augeatur in Domino Jesu, <sup>e</sup> et universo acquirat incrementum corpori.

11. Hæc est anima illa, quam Lex demonstrat tibi in specie mulieris bonæ, quam si videris in præda, et concupieris accipere in uxorem tibi: *Induces, inquit, eam in domum tuam (Deut. XXI, 11 et seq.)*; ut tota ei committas interiora domus tuæ, omnium tuorum viscerum possessionem, absteras ejus superflua, tondeas lapsus; et novacula non satis acuta, ne faciat dolam, tuarum exuvias passionum, atque inanes sensus recidas. Ideo ait: *Rades ejus caput*; quo nulla obstacula patiantur oculi sapientis, qui sunt in capite ejus. *Et sedebit, inquit, triginta diebus in domo tua (Eccles. II, 14)*, peccata propriæ deplorans nativitalis, et commenta **917** nequissimi patris diaboli, qui vult congregare, quæ non generavit (*Jerem. XVII, 11*); ut hujus mystici numeri purificatione mundata, conjugii claves adipiscatur.

12. Et pulchre ait: *Postea intrabis ad eam*; ut totus ingrediaris in animam tuam, atque intra ipsam te colligas, et in ea habites, apud eam commoreris, in ipsa tibi sit omnis conversatio; ut sis non in carne, sed in spiritu, et proponas adjungere eam tibi ad consortium vitæ, sciens quoniam communicabit tecum de bonis; et perfunctus ejus gratia dicas: *Puer autem eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam (Sap. VIII, 19)*. Et illa tibi respondeat: *Assumam te, et inducam te in domum matris meæ, et in secretum ejus, quæ me concepit (Cant. III, 4)*. Bona mater animarum Hierusalem illa, quæ in cælo est.

13. Erit ergo uxor tua, et inveniens te osculabitur te. *Et si postea displicerit tibi (Deut. XXI, 14)*; quod castiget corpus suum, et servituti redigat, non patieris eam servire, id est, voluptatibus corporis, nec subjicies eam carni, sed liberam permanere patieris: nec alienabis eam, hoc est enim vendere: nec contemnes eam, sed permittes servire eam Deo suo in castitate fidei, et bonorum operum sobrietate. Vale, et nos dilige; quia nos te diligimus.

#### † EPISTOLA XXXII.

*Perdici fallacia et libidine adumbrari Satanam tradit. Quomodo hic clamando sibi congregaverit populos, et eos Christus etiam clamando ad se revocaverit? quoniam pacto id cum perdici natura conveniat? Sub quæ colligit non incassum Christum clamasse,*

<sup>a</sup> Cod. Boyer., quod Inimore gratiæ et fidei.

<sup>b</sup> Amerb. et sex mss., Latine insipientia.

<sup>c</sup> Cod. Boyer., Ecclesiæ creduntur significata mysteria. Et rursus pro censu pio dives, idem habet, censu præditus.

<sup>d</sup> Ultima edit. Paris., luctum incidit.

<sup>e</sup> Omnes edit. et nonnulli mss., et universa acquirat incrementa corpori; alii mss. plures et potiores, et universo acquirat incrementum; quidam, incrementa, corpori.

<sup>f</sup> Scripta circa ann. 387.

ac postquam diabolus omnino spoliatus fuerit, tunc **A** stultum illum, quem Deus elegit, satrum futurum.

<sup>a</sup> AMBROSIIUS IRENÆO salutem.

1. Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit (Jerem. xvii, 11). <sup>b</sup> Licet enim mihi de superioris sine epistolæ, sequentis mutuari exordium. Celeberrima quæstio; et ideo ut possimus eam absolvere, quid de natura avis istius habeat <sup>c</sup> historia, consideremus. Nam et hoc considerare non mediocriter prudentiæ est, siquidem et Salomon cognovit naturas animalium, et locutus est de pecoribus, et volatilibus, et de reptilibus, et de piscibus (III Reg. iv, 33).

2. Dicitur itaque avis ista plena esse doli, fraudis, fallaciæ, quæ decipiendi venatoris vias calleat, atque artes noverit, ut eum a pullis avertat suis; omniaque tentamenta versutiæ **918** non prætermittere, **B** quo possit venantem abducere a nido et cubilibus suis. Certe si insistere adverterit, tandem illud, quamdiu soboli fugiendi signum tribuat et potestatem. Quam ubi evasisse senserit, tunc se et ipsa subtrahit, et lubrica arte deceptum insidiantem relinquit.

3. Fertur etiam promiscuæ esse permixtionis, <sup>d</sup> ut in feminas cum summo certamine mares irruant, et vaga calescant libidine. Unde impurum et malevolum et fraudulentum animal adversario et circumscriptori generis humani, fallacissimoque, et impuritatis auctori conferendum putatur.

3. Clamavit ergo perdix, <sup>e</sup> qui a perdendo nomen accepit, Satanas ille, qui Latine Contrarius dicitur. Clamavit in Eva primum (Gen. iii, 4, 5), clamavit in **C** Cain, clamavit in Pharaon (Exod. v, 2), Dathan, Abiron, Core (Num. xvi, 2). Clamavit in Judæis, quando petierunt sibi fieri deos, cum Moyses Legem acciperet (Exod. xxxii, 1). Clamavit iterum, quando de Salvatore dixerunt: Crucifigatur, crucifigatur; et: Sanguis ejus super nos, et super filios nostros (Matth.

<sup>a</sup> Ita mss. magno numero, et vet. edit.; cod. autem Vat. unus Long. ac Lat. et cum his Rom. edit., Ambrosius Sabino, quam inscriptionem jam jam excutiemus.

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, liceat mihi de superioris ad Irenæum de incarnationis Dominicæ sacramento contra Apollinarium epistolæ fine, etc. Manifestum autem est istac ab editoribus ea mente interpolata esse, ut indicarent hujusce epistolæ initium referri oportere ad finem illius, quæ sic desinit, derelictus est... perdix, qui clamavit, ut congregaret quæ non peperit, etc. Hujus quidem ultimæ in ant. edit. inscriptio legitur **D** Irenæo: sed cum eandem epistolam non modo concti fuis., verum etiam ipsamet edit. Rom. Sabino inscriptam exhibeant; mirum est cur in eadem edit. dicatur exarata Ad Irenæum. Contigisse porro videtur, ut quemadmodum quæ ad Sabinum est ille in vet. edit. inscripta fuit ad Irenæum, quia editores eam huic ipsi destinatam putarunt, ad quem hæc nostra; non aliter etiam hanc, quæ de agitur, tres memorati mss. inscriptam Sabino exhibent, quod librarii illam eidem destinatam fuisse, ad quem alia illa sibi persuaserint. Sed illas diversis scriptas at arbitremur, facit vel ipsa ratio, quæ in utraque servatur; in illa enim agitur cum Sabino, quasi cum viro eximii cujusdam meriti atque auctoritatis, in hac autem familiaris cum Irenæo, quippe quem etiam filii vocabulo compellare in subscriptione non

xxvii, 23, 25). Clamavit, quando sibi regem fieri postulaverunt; ut recederent a Domino Deo rege (I Reg. viii, 5). Clamavit in omni vano et perfido.

4. His vocibus congregavit sibi populos, quos non creaverat; Deus enim hominem ad imaginem et similitudinem suam fecit (Gen. i, 27), et diabolus sibi hominem vocis suæ fraude sociaverat. Congregavit sibi nationum populos, faciens divitias non cum judicio. Unde in proverbio est de divite avaro, quia perdix iste congregat divitias non cum judicio. At vero meus Jesus quasi iudex bonus cum judicio omnia agit, qui venit, sicut scriptum est, dicens: Ego loquor justitiam et <sup>f</sup> iudicium salutis (Esai. lxxiii, 1).

5. Ea igitur gratia deprædatus est perdicem illam diabolus, abstulit ei male congregatas divitias multitudinis, revocavit ab errore animas gentium, mentesque nationum deviantium. Et quia diaboli voce deceptos sciebat, et ipse ut vincula nexusque veteris erroris solveret, clamavit primum in Abel, cujus clamavit vox sanguinis (Gen. iv, 10). Clamavit in Moysæ, cui dixit: Quid clamas ad me (Exod. xv, 45)? Clamavit in Jesu Nave (Josue i, 4). Clamavit in David, qui ait: Clamavi ad te, salva me (Psal. cxviii, 146). Clamavit et in omnibus prophetis. Unde et ad Esaiam dicit: Clama; et ille ait: Quid clamabo (Esai. xl, 6)? Clamavit in Salomone, convocans cum altissima <sup>g</sup> prædicatione sapientiæ: Venite, edite de **919** meis panibus, et bibite vinum quod miscui vobis (Prov. ix, 5). Clamavit etiam in corpore suo, sicut scabæus in ligno (Habac. ii, 11). Clamavit ut insidiatorem falleret et circumveniret, dicens: Deus, Deus meus, quare me dereliquisti (Matth. xxvii, 46)? Clamavit ut dispoliaret, respondens latroni: Amen, amen, dico tibi, hodie necum eris in paradiso (Luc. xxiii, 43). Itaque ubi clamavit Jesus, continuo perdix ille a congregatis in dimidio diem suorum derelictus est.

dubitaverit sanetus noster. Itaque cum multo major numerus mss. et omnes vet. edit. eandem hanc epistolam ad Irenæum datam significant, cæteraque prima hujusce verba comode referri queant ad illa superioris num. 11, et commenta nequissimi diaboli, qui vult congregare quæ non generavit; eidem ordinem suum et inscriptionem restituenda esse putavimus.

<sup>e</sup> Intellige Hystor. Anim. Aristotelis, ubi lib. ix, cap. 6, vel Hyst. Natur. Plinii, ubi lib. x, cap. 33, subjecta perdicis in venatores astutia describitur. Nonnulla etiam hæc de re tradit Basilius hom. 8 in Hexæm., et plura hom. 13 Exhort. ad Bapt. Multa similiter Aldrovandus lib. xiii Ornithol. et Huetius in Observat. ad Origen. Comment. pag. 16 et 17, quos consule.

<sup>d</sup> Ms. Colb., ut in mares vetuli feminas.

<sup>e</sup> Hanc perdicis etymologiam a recentioribus conlectam dicit Aldrovandus; unde intelligas eum in hunc Ambrosii locum non incidisse. Quod autem illam ridiculam esse idem contendit, non refragamur; cum ad Ambrosii propositum satis fuerit eam ipsius ætate receptam esse. Dalechampius in Plinium dictam ait a verbo πέρδιαι, et alii alias ejusdem vocis origines excogitarunt.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, iudicium salutaris.

<sup>g</sup> Omnes edit., prædicatione ad sapientiam; Vat. unus, prædicatione ac sapientia; melius cæteri mss. ut in contextu.

6. Unde et quidam naturæ perdicis etiam istud aptandum putarunt, eo quod aliena diripiat ova, et foveat suo corpore, atque hac sua fraude partus alienos studeat acquirere. Sed ( quod aiunt, <sup>a</sup> cornici oculum; habent enim et volatilia suas artes ) ubi istud adverterit, cuius aut singula ova direpta, aut cubile fuerit invasum, aut sollicitata soboles <sup>b</sup> errore similitudinis, speciei simulatione decepta, etsi infirmior viribus, induit se atque armat verusitia; et cum labor omnis impensus nutrimentorum educantem exhauserit, atque adolescere pulli cœperint, tunc vocem emittit, et quadam pietatis tuba prolem advocat. Quæ naturali quodam auditu excitata agnoscit parentem, et simulantem deserit. Ita cum vult congregare quæ non peperit, amittit quos nutriendos putavit.

7. Non superfluo igitur et Jesus clamavit; ut quia totius mundi populus voce perdicis, blanditiis, arte, specie deceptus ab auctore proprio deviaverat, lubricas artes secutus, veri parentis voce revocatus fallacem relinqueret, atque in dimidio dierum ejus fraudulentum desereret, id est, ante hujus finem sæculi, cui nos eripuit Dominus Jesus, et ad vitam æternam vocavit. Itaque nunc mortui mundo, vivimus Deo ( *Rom. vi, 8* ).

8. Cum igitur perdis iste penitus a falsis filiis derelictus fuerit, tunc erit stultus ille, quem elegit Deus, et sapientem confudit, salvus; quoniam quæ stulta sunt mundi, elegit Deus. Ideoque si quis videtur sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens ( *I Cor. i, 27* ). Vale, filii, et nos dilige, ut facis; quoniam nos te diligimus.

<sup>c</sup> EPISTOLA XXXIII.

IRENÆO vereri se ne quis ex loco Scripturæ de duabus uxoribus duas in eodem homine animas esse arbitretur, significanti; scribit varias ibidem indicari animæ qualitates; in amabili enim animam voluptati deditam adumbrari, in odibili vero severiores virtutes consecretantem; hujus autem unius primogenitos esse eum ex altero loco, tum ex eo etiam qui fuit propositus, intelligi.

AMBROSIIUS IRENÆO salutem.

1. <sup>d</sup> Superiore epistola scripsimus liberandam ab adversariis animam nostram, et cum ea indissociabilis vitæ subeundum consortium. Et quia sermo iste nobis de Deuteronomio ( *Deut. xxi, 16* ) exemplum assumpsit assertionis suæ, quo loci subjectum est **920** de viro, qui duas uxores habebat, unam

<sup>a</sup> Edit., *cornicis oculum*; mss., *cornici oculum*, quomodo etiam Tullius orat. pro L. Flacco. Videtur autem Ambrosius proverbium Græcum, de quo Macrobius lib. vii Saturn. meminit, induere; scilicet cornix cornici oculum effodit, id est, callidus callidi artem, qua sibi fraudem facere moliebatur, astutiori arte deludit. Vide Adag. Eras. chil. 1, cent. 3, prov. 75.

<sup>b</sup> Ita Eras. et seq. edit. cum mss. aliquot: Amerb. autem cum aliis nonnullis, *erroris similitudine, speciei simulatione*: Colb. unus *specie simulationis, decepta*; Prat. vero, et Gem., *errori, similitudine, specie,*

odibilem, alteram amabilem; non perfunctorie motus videris, ne forte duas animas istum sibi adscivisse aliquis intelligat: quod fieri nequaquam potest.

2. Verum ipse non ignoras quod interdum Scriptura cum allegoriam dicit, alia ad speciem Synagogæ, alia ad Ecclesiæ refert: alia ad animam, alia ad Verbi mysterium, alia ad diversas species et qualitates animarum: quæ discernit, qui dijudicat spiritu. Unde sequenti capitulo Legis non duas animas, sed diversas qualitates unius animæ comprehensas esse arbitror. Est enim amabilis animæ species, quæ concupiscit voluptaria, quæ laborem fugit, compunctionem declinat, judicium Dei negligit. Ideo amabilis, quia dulcis et suavis ad tempus videtur, quæ mentem non afficiat, sed oblectet. At illa altera tristior, quæ zelo Dei conficiatur, sicut uxor severa scortari comparem suum nolit, non patitur, non sinat, nihil indulgeat corpori, nihil voluptati et delectationi relaxet, abdicet occulta dedecoris, dura laborum sequatur, gravia periculorum.

3. Si igitur pepererint ei ambæ, non poterit, inquit, primitivum filium amabilis in hæreditatis institutione præponere primitivo filio odibilis; cum sciat odibilis filium primitivum esse. In quo non tam prælationem simpliciter significari puto, quasi inter primitivos duos, quam expressionem solum odibilis filium primitivi habere prærogativam. Primitivus enim primogenitus est, sancti autem primogeniti sunt; quia *omnis masculus adaperiens vulvam, sanctus Domino vocabitur* ( *Exod. xiii, 2*; *Luc. ii, 23* ). Non tamen omnis primogenitus sanctus; non enim sanctus Esau, qui utique primogenitus.

4. Sancti autem primogeniti sunt; denique habes in Numeris: *Ecce tuli levitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito, qui aperit vulvam, a filiis Israel. Mihi enim in quo die percussi omne primogenitum Ægypti, sanctificavi omne primogenitum Israel* ( *Num. iii, 12* ). Ergo levitas pro primogenitis accepit, quasi sanctos; sanctos enim primogenitos esse cognoscimus ex epistola ad Hebræos scripta, in qua habemus: *Sed appropinquastis Sion monti, et civitati Hierusalem, et decem millibus angelorum; et Ecclesiæ primitivorum* ( *Hebr. xii, 22* ). Ergo sicut primogeniti Ecclesiæ sancti, sic et levitæ; quoniam ipsi quoque primogeniti. Non enim nascendi ordine sancti, sed sanctificationis munere; Levi enim tertius filius fuit Liæ, non primus utique ( *Gen. xxix, 34* ).

*simulatione decepta. Quæ quidem lectio non displicet.*

<sup>c</sup> Scripta circa ann. 387.

<sup>d</sup> Superiore epistola non *quæ* superiore, sed tantum penultima; cum illam inter et eam quæ hic incipit, alia videatur fuisse interjecta, ut in Admonit. ostensum est.

<sup>e</sup> Hunc locum etiam in lib. ii de Cain et Abel, cap. 2, num. 7, tractatum reperies. Utrum vero ad eum librum, an ad hanc epistolam Ambrosius de eodem Numerorum loco in libro de Benedict. Patriarch. disserens, lectorem remisit, in Admonit. examinavimus.

5. Qui autem sanctificatur, ipse aperit vulvam. Quam vulvam? Audi dicentem: *Erraverunt peccatores ab utero* (Psal. LVII, 4). Quia intellexisti primogenitum, qui aperit vulvam; intellige uterum bonæ matris, a quo non errant sancti, sed peccatores. Levitæ autem auferuntur de medio **921** Israel; quia nihil habent commune cum populo, cuius primogenita sæcularia destruantur. Primogenita enim sæculi alterius matris sunt, a cuius utero segregatus Paulus est, cum ad gratiam vocaretur Dei (Galat. I, 15). Et ideo de medio populi segregatus, Verbum recepit, quod est medium in corde nostro. Unde et illud dictum est: *Medius autem vestrum stat, quem vos non videtis* (Joan. I, 26).

6. Non otiosus itaque nobis a Lege in Legem excursus fuit, ut primogenitum non esse amabilis illius, id est, remissioris et voluptariæ filium doceremus; quamvis propositi capituli verba hoc exprimant, dicente Scriptura: Non poterit filium amabilis a primitivum præponere, cum sciat filium odibilis primitivum esse (Deut. XXI, 17). Ille est vere primitivus, qui sanctæ matris sanctus est partus; sicut illa vera mater, a cuius utero non errant veri filii, sed peccatores. Ergo ille non veræ matris filius, non primitivus verus, sed quasi primitivus jvatur sumptu, ne egeat; non ut dives sit, honoratur: hic autem dupla ex omnibus accepit, ut abundet; sicut etiam in Genesi habes patriarchas a fratre suo Joseph geminæ singulos stolæ donatos munere, cum remitterentur ad patrem (Gen. XLV, 22),<sup>b</sup> ut significarent patri repertum Joseph, quem defunctum esse crederat pater.

7. Primogenitus itaque hæreditatis accepit prærogativam, dicente Scriptura: *Hic est initium filiorum ejus, et huic debentur primogenitalia* (Deut. XXI, 18). A primogenito igitur Dei Filio primogeniti sancti, et ab illo initio (quia ipse est (Apoc. I, 8) initium et finis) initium sanctus nuncupatur, initium filius, cui debetur primitiarum prærogativa, secundum illud ad Abraham dictum: *Ejice ancillam, et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac* (Gen. XXI, 10).

8. Quod magis ad hæreditatem virtutum, quam pecuniæ spectare divino oraculo docetur, dicente Domino: *Omnia quæcumque tibi dixerit Sarra, audi vocem ejus; quoniam in Isaac vocabitur tibi semen* (Ibid., 12). Quæ erat alia in Isaac, nisi sanctitatis hæreditas, quæ nobilitaret patrem? Et filium quidem ancillæ super nationes præfecit, quasi simpla

<sup>a</sup> Ita omnes edit. ac plerique mss. non male tamen Prat. et Gen., *primitivo præponere*.

<sup>b</sup> Omnes edit. et mss.; nonnulli, *ut significarent fratrem*; alii tamen plures ac probatiores, *ut significarent patri*.

<sup>c</sup> Scripta circa ann. 387.

<sup>d</sup> Congerit Ambrosius fere omnium philosophorum opiniones de anima. Siquidem Xenocrati anima mens est nullo corpore, Zenoni ignis, Aristoteli quinta quædam essentia, quam entelechiam nominat, Aristoxeno corporis intentio quædam, Empedocli cordi affusus sanguis, Euripidi Deus, Pythagoræ

A conferens patrimonii: filio autem Sarre dupla dedit, cui non solum temporalia, sed etiam superna et perpetua collata sunt. Vale, et nos dilige; quia nos te diligimus.

c EPISTOLA XXXIV.

HORONTIANUM *an anima, de qua prave sentiunt philosophi, cælestis substantiæ sit, querentem primo remittit ad libros Esdræ; tum dignitatem ejus ostendens Pauli testimonio, qua ratione ibidem omnis creatura ingemiscere, ac rursus liberanda esse dicitur, explicat.*

AMBROSIIUS HORONTIANO salutem.

1. Quæstisti a me utrum anima cælestis esse videatur substantiæ; <sup>d</sup> non enim aut **922** sanguinem, aut ignem, aut nervorum harmoniam animam putas, aut vulgus philosophorum interpretatur: aut, ut illa patricia quædam eorum prosapia Platonis disputat, quod ipsum se movet, et non movetur ab alio, ipsa tibi anima videtur: vel certe ut Aristoteles acri ingenio quintum quoddam elementi genus induxit, probasti, id est *ἰντελέχουαν*, ex quo componeres et velut fingeres animæ substantiam.

2. De quo tibi <sup>e</sup> Esdræ librum legendum suadeo, qui et illas philosophorum nugas despexerit; et abditore prudentia, quam collegerat ex revelatione, perstrinxerit eas substantiæ esse superiores.

3. Apostolus quoque etsi <sup>f</sup> non expresse, tamen intelligendum nobis reliquit, quasi bonus magister, et spiritalis agricola, occultis doctrinæ seminibus excitans discipulorum ingenia, quod animæ nostræ potioris creaturæ sint, et cujusdam præstantissimæ naturæ. Cum enim dicit, quia *vanitati creatura subjecta est non sponte, sed propter eum qui subjecit in spe; quoniam et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei* (Rom. VIII, 20 et seq.); ostendit non mediocrem animarum esse gratiam, quarum vigore et virtute in adoptionem filiorum Dei assurgit humanum genus, habens in se quod ad similitudinem et imaginem Dei tributum est sibi. Animæ enim neque tactu aliquo comprehenduntur, neque visu corporeo videntur; et ideo præferunt illius incorporeæ et invisibilis naturæ similitudinem, et supergrediuntur substantia sua corpoream et sensibilem qualitatem. Quæ enim videntur, temporalia sunt, temporalia significant, temporalibus agglutinantur; illa autem quæ non videntur, æterno illi et summo adhærent bono, atque in ipso vivunt, et sunt, et moventur (Act. XVII, 18); nec ab eo, si boni consulunt, se patiuntur separari ac dividi.

numeri, Dicæarcho nomen inane, Democrito atomi. Hæc P. Nannius; quibus etiam præmisit relatam a sancto Præsule Platonis sententiam ex lib. V de Legibus petitam esse. Adisis quoque lib. de Noe et Arca, cap. 25, num. 92, et Ciceronem lib. I Quæst. Tuscul.

<sup>e</sup> Liber IV Esdræ hoc loco indicatur, de cujus auctoritate actum reperies in Admonit. ad lib. de Bono Mortis.

<sup>f</sup> Eras. et seq. edit., *non expressit.*; Amerb. et omnes mss., *non expresse*.

4. Unaquæque ergo anima videns se corporeo isto clausam gurgustio, quæ tamen terrenæ hujus habitationis consortio non degeneraverit, ingemiscit gravata corporis hujus conjunctione; quia corruptibile corpus gravat animam (II Cor. v, 4), et inclinat terrenum habitaculum mentem multarum cogitationum (Sap. ix, 15): simulque cognoscens quia per fidem ambulat, non per speciem, peregrinari vult de corpore, et adesse ad Dominum (II Cor. v, 7).

5. Advertamus igitur quomodo vanitati creatura subjecta sit (Rom. viii, 20), non ex voluntate sua, sed ex divino arbitrio, quo dispositum est animas corporibus conjungi oportere propter spem earum; ut dum sperant bona, dignas se præsentent cœlesti remuneratione: Omnes enim nos oportet adesse ad tribunal Christi; ut referat unusquisque propria corporis (II Cor. v, 10). Ideo uniuscujusque anima prævideat rependenda sibi merita conversationis suæ. Et pulchre ait, propria corporis (Rom. viii), id est, quod suscepit regendum; ut si bene rexit, præmiium referat, propter quod in spe subjecta est: et si 923 male, supplicium; quia non speravit in Deum, nec ad illam adoptionem filiorum, et ad veræ libertatem affectavit gloriæ.

6. Docuit igitur Apostolus quod humani generis creatura subjecta vanitati sit. <sup>a</sup> Quid enim tam homo, quam anima ejus? De consortibus ejus dicit: Cum sumus in corpore isto, ingemiscimus gravati (II Cor. v, 4). Sed et David dicit: Homo vanitati similis factus est (Psal. cxliii, 4); et: Universa vanitas, omnis homo vivens (Psal. xxxviii, 6). Vita itaque hominis in hoc sæculo vanitas est. Huic vanitati subjecta est anima. Itaque sanctus cum facit quæ sunt corporis, non sponte facit, non volens, sed propter eum qui subjecit in spe (Rom. viii, 20), <sup>b</sup> facit ut ei pareat. Ab hoc igitur exemplo animæ progrediamur ad creaturas reliquas.

7. Propone tibi solem, lunam, et stellas, quæ cœli lumina etsi præclaro fulgent nitore, creaturæ

<sup>a</sup> Omnes edit., Quid enim tam subjectum vanitati, quam homo, et quam anima ejus; omnes mss., quid enim tam homo, quam anima ejus. Haud incommode; hinc enim homo probatur vanitati obnoxius, quod ejus anima, in qua maxime consistit, eidem subdita sit.

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, facit in spe, ut ei, etc.

<sup>c</sup> Quædam edit. Paris., dispositione creatoris.... D quo vestiuntur: itaque die, etc.

<sup>d</sup> Vet. edit. cum mss. Reg., objectum afferunt terræ; mss. non pauci, objectu afferunt terræ; in quorum tamen aliquot verbum afferunt prætermittitur, cujus loco non male substituitur in uno Vat., ut ferant; sed nihilò deteriori sensu Rom. edit. cum mss. quatuor, objectu affertur terræ. Continuo vero post, ubi vet. edit. ac mss., vel cum e regione ejus, Rom. edit. reponit, vel cum e regione lune: at rursus paucis interjectis, pro oriuntur ipsi: sed ut ait, ut habent edit. vel ut mss. partim, oriuntur ipsis, partim oriuntur ex eis, et ut ait; unus codicum Vat. restituit, oriuntur eclipses, etc. Denique locum Psalmistæ, qui exhibetur in ant. edit. et cunctis mss. luna novit occidens suos, edit. Rom. ex sacris codicibus effert his verbis: Facti lunam in tempora, sol novit, etc.

sunt tamen, et ad quotidianum ministerium vel surgunt, vel occidunt, servientes e dispositioni creatoris æterni, ministrantes splendorem, quo vestiuntur, atque die nocteque emicant. Quoties sol iste obliquitur nubibus, quoties <sup>d</sup> objectu aufertur terræ, vel cum e regione ejus luminis sui radius fuerit reperiendus, oriuntur eclipses, et ut ait Scriptura: Luna novit occasus suos (Psal. ciii, 19). Novit quando pleno orbe suo luceat, quando exinanito. Stelle quoque nebulis obductæ vanescunt, quæ sustinent ministerii hujus mundani usus, non sponte utique, sed in spe; <sup>e</sup> quia sperant etiam hujus laboris gratiam ab eo, qui subjecit eas. Ideoque propter eum sustinent, id est, propter ejus voluntatem.

8. Nec mirum si patienter sustinent, cum sciunt dominum suum, et creatorem omnium sive quæ in cœlo, sive quæ in terra sunt, suscepisse nostri corporis fragilitatem, nostræ conditionis servitatem. Cur ergo illa servitatem corruptionis suæ non patienter sustineant; cum Dominus omnium pro toto mundo se humiliaverit usque ad mortem, servi formam suscepit (Philip. ii, 7), peccatum mundi, maledictum etiam pro nobis factus sit (Galat. iii, 13)? Illius ergo imitantes bonitatem cœlestes creaturæ licet ingemiscant, quod mundi hujus vanitati subjectæ sint, consolantur se tamen quod liberabuntur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ; cum filiorum 924 Dei adoptio venerit, quæ est universorum redemptio: Cum enim intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus erit (Rom. xi, 26). Cui enim non ignoscet populo, qui ignoscit etiam illi persecutori suo, qui dixit: Crucifige, crucifige eum (Joan. xix, 6); et: Sanguis ejus super nos et super filios nostros (Matth. xxvii, 25)? Sed quia vanitati etiam cœlestis subjecta creatura est (Rom. viii, 20), licet istud in spe, etiam horum perfidiam et temeritiam, vanitate hujus mundi lapsam, pertinere ad veniam patietur veritatis pietas, et redemptio universitatis.

9. Ergo ut concludamus, et ille tantus ac talis sol,

<sup>e</sup> Hic locus præbuit nonnullis occasionem, ut Ambrosium cœlo et sideribus rationales animas secundum Origenis opinionem attribuere existimarent. Qua de re consuli potest Dion. Petavius, lib. i de Opificio sex dier. cap. 12, et Dan. Huetius, lib. ii Origen. quæst. 8. Verum præterquam quod responderet ab aliquibus hinc a sancto Doctore quandam fieri prosopopœiam, advertere operæ pretium est non paucos illis temporibus existisse, qui rationali anima præditos esse globos cœlestes arbitrarentur, in quarum hypothesi et sententia, quæ nondum ab Ecclesia damnata erat, hoc loco loquitur Ambrosius: at eidem hanc opinionem non pro vera et certa habitam esse hinc intelligas, quod sequenti epistola alias proponit, et Florontiano, ut quam potissimum censuerit, sequatur, liberum relinquit. Non possumus autem que fuerit sancti Præsulis hæc de re sententia, melius aliunde colligere quam ex lib. ii Hexaem. cap. 4, num. 17, ubi distincte negat cœlos ac firmamentum tamquam spirituales quasdam virtutes Deum laudare, sed tantummodo quasi opera mundi. Locum expende, et cum simili apud Basilium Hemil. 3 in Hexaem. compara.



et illa luna quam noctis tenebræ non operiunt, et ille stellæ quæ sunt ornamenta cœli, servitutum corruptionis nunc sustinent; quia corruptibile omne corpus: siquidem et cœli peribunt, et cœlum et terra præteribunt (*Math. xxiv, 35*). Postea autem et sol et luna et cætera stellarum lumina requiescent in gloria filiorum Dei; quando erit *Deus in omnia in omnibus* (1 *Cor. xv, 28*): qui et in te et in nobis sit per suam plenitudinem et misericordiam.

10. An ipsos quoque angelos, qui in istius mundi laboribus diversa sustinent ministeria, sicut in Apocalypsi legimus Joannis (*Apoc. iii, 1 et seq.*),<sup>a</sup> non ingemiscere credimus; cum adhibentes pœnarum et excidiorum ministri?<sup>b</sup> Qui habentes vitam beatam, mallent utique eam in illo superiore tranquillitatis suæ statu recurrere, quam nostrorum peccatorum pœnis ultricibus interpolari. Etenim qui gaudent unius peccatoris redemptione (*Luc. xv, 10*), utique tantorum peccatorum ærumnis ingemiscunt.

11. Si igitur etiam cœlestes creaturæ et Potestates servitutum corruptionis sustinent, sed in spe, ut pro nobis postea et nobiscum lætentur; etiam nos passiones hujus temporis futuræ spe et expectatione consolemur gloriæ. Vale, filii, et nos dilige; quia nos te diligimus.

### 925<sup>c</sup> EPISTOLA XXXV.

In hac epistola queritur primo, cur cum in verbis Apostoli non omnis creatura dicatur corruptioni obnoxia, congemiscere tamen omnis dicatur: postea ex iis quæ ibidem sequuntur, de Spiritu adoptionis, de magnitudine præmiorum cœlestium, de sanctorum genu, primitiis Spiritus, adoptione filiorum, ac spe salvante disseritur.

AMBROSIIUS HIRONTIANO.

1. Superior epistola tuæ inquisitioni respondit; hæc meæ responsionis portio est, quæ non solvat, sed implet superiore. Nam dum ulteriora recensio, movit me, fateor, quia addidit: *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit* (*Rom. viii, 20*); cum in priori capitulo sine adjectione dixerit: *Quia creatura vanitati subjecta est*. Non enim omnem creaturam, sed creaturam subjectam dixit. Et iterum ait:

<sup>a</sup> Quamvis reprobos angelos ad exigendas criminum pœnas Deus potissimum adhibeat, quasi justitiæ suæ fectores ac satellites, unde legimus psal. lxxvii, vers. 49, *immissiones per angelos malos*; bonis tamen quandoque ad hoc ministerium utitur, ut non solum ex variis locis Apocalypsis intelligimus, verum etiam e lib. IV Regum, cap. xix, et Daniel. cap. x. Quod autem testatur Ambrosius eosdem Angelos ingemiscere, ad eo sensu accipiendum est, quo sequenti epistola significat hos ipsos corpori Ecclesiæ compati, tamquam membra superiora inferioribus membris laborantibus. Hac autem compassione illorum non impediri felicitatem Augustinus cum alibi non semel, tum in lib. de Civit. Dei pluribus locis docet, ac post eum agmen Theologorum.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *Qui non habentes*. Minus commode. Infra vero, ubi ant. edit. cum mss. multo pluri-

*Quoniam et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis* (*Ibid.*, 21). Tertio autem addidit quod omnis creatura congemiscat (*Ibid.*, 22).

2. Quid sibi igitur vult ista adjectio; nisi forte quia non omnis creatura subjecta vanitati est: et quia non omnis vanitati subjecta est, non omnis a servitute corruptionis liberabitur? Quid enim<sup>d</sup> liberetur, quæ a subjectione vanitatis et a servitute corruptionis ejus expers atque immunis sit? Omnis autem congemiscat non in suo, sed in nostro labore, et<sup>e</sup> comparturiat illum fortasse spiritum salutis, spiritum jucunditatis, expectans adoptionem filiorum Dei; ut communem de redemptione humani generis consequatur lætitiæ et exultationem. Aut propter charitatem igitur suam omnis ingemiscit nostrum laborem, aut propter membrum sui corporis, cujus caput Christus est. Sed sive ita ut diximus, sive simpliciter subjectam creaturam omnem dixerit congemiscere et comparturire, ut voles intellige.

3. Nunc illud consideremus quod adjecit: *Non solum autem illa, sed etiam nos primitias spiritus habentes, ipsi intra nos ingemiscimus, adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corporis nostri* (*Rom. viii, 25*). Quid sit adoptio filiorum superior pagina docet; et ideo exponendi sensus gratia ad superiorem recurrendum est paginam.

4. Qui spiritu, inquit (*Ibid.*, 13), facta carnis mortificat, vivet. Nec mirum si vivat, cum Filius Dei fiat, qui habet Spiritum Dei. Adeo est Filius Dei, ut non accipiat spiritum servitutis, sed spiritum adoptionis filiorum; eoque ut testimonium spiritui nostro sanctus Spiritus reddat quod sumus filii Dei. Testimonium autem hoc est Spiritus sancti, quod ipse est qui clamat in cordibus nostris: *Abba pater*, sicut ad Galatas scriptum est (*Galat. iv, 6*). Sed et illud grande testimonium quod filii sumus Dei; quia sumus hæredes Dei, cohæredes autem Christi: cohæres autem est ejus, qui conglorificatur ei; conglorificatur vero illi, qui patiendo pro ipso, compartitur ei (*Rom. viii, 16 et seq.*).

926<sup>5</sup> 5. Et ut nos hortetur ad passionem, adjungit (*Ibid.*, 18) quia omnia quæ patimur, minora sunt et indigna quorum pro laboribus tanta rependatur futurorum merces bonorum, quæ revelabitur in no-

bus, interpolari, edit. Rom. cum aliis cod. pauculis præfert, *interpelliari*. Sed tam sæpe ait Nannius, in his libris occurrit *interpolari pro interpelliari*, ut dubium sit, num S. Ambrosius promiscue illis utatur.

<sup>c</sup> Scripta circa ann. 387.

<sup>d</sup> Omnes edit. et mss. nonnulli, *Quid enim liberetur; quæ vanitatis, et corruptionis*; alii mss. complures, *Quid enim liberetur, quæ vanitatis et a servitute corruptionis*: at locum restituit cod. Albin. ut in textu.

<sup>e</sup> Græcum verbum *ἀδίζω* et parturio et doleo significat: ad utramque significationem hic alludit S. Ambrosius, quæ in Latina dictione parturio non est. Ita Nannius.

<sup>f</sup> Edit. ac plures mss., *conglorificatur vero ille*; alii cod., *conglorificatur vero illi*, quod gradationem efficit magis concinnam.

bis; cum ad Dei imaginem reformati gloriam ejus facie ad faciem aspicere meruerimus.

6. Et ut magnitudinem revelationis futuræ extoleret, addidit quod et creatura hanc revelationem expectet filiorum Dei, quæ nunc vanitati subjecta est non sponte, sed in spe; quia sperat de Christo gratiam ministerii sui: vel quia et ipsa liberabitur a servitute corruptionis; ut assumatur in libertatem gloriæ filiorum Dei, ut sit una libertas creaturæ, et filiorum Dei, cum revelata fuerit eorum gloria. Verum nunc dum revelatio procrastinatur, congemiscit omnis creatura expectans adoptionis et redemptionis nostræ gloriam, parturiens jam illum spiritum salutis, et volens liberari a vanitatis servitio.

7. Cui conjunxit Apostolus etiam sanctorum gemitum, qui habent primitias Spiritus; nam et ipsi ingemiscunt. Quamvis enim de suo merito securi sint, tamen quia futura est adhuc redemptio totius corporis Ecclesiæ, compatiuntur. Cum enim adhuc membra patiuntur corporis sui, quomodo alia membra, licet superiora, non compatiuntur membris unius corporis laborantibus?

8. Unde puto dixisse Apostolum (I Cor. xv, 28), quia tunc et ipse Filius subjectus<sup>a</sup> erit, qui ei subjecit omnia: qui enim adhuc laborant, nondum subjecti sunt, in quibus fortasse adhuc sitit Christus, adhuc esurit, in quibus nudus est; eo quod non impleant verbum Dei, non induant Christum, qui est indumentum credentium, amictus fidelium. Sed et illi in quibus æger est, adhuc medicina indigent; et ideo nondum subditi; subjectio enim ista virtutis est, non infirmitatis: denique in fortibus et facientibus mandatum Dei, subjectus est Dei Filius. Nunc autem magis in iis laborat, qui non subveniunt laborantibus, quam in illis, qui sibi postulant subveniri. Hæc est pia interpretatio et vera subjectionis Domini Jesu, qui ideo se subjiciet, ut sit Deus omnibus in omnia.

9. Sensum Apostolicum percurramus: nunc consideremus qui sunt primitias Spiritus habentes. (Rom. viii, 13). Et ideo Legem interrogemus quid sit quod primitiarum vel initii nomine declaraverit. *Initia*, inquit, *aræ et lacus tui non fraudabis* (Exod. xxii, 29); et infra: *Initia primitiarum tuarum inferes in domum Domini Dei tui* (Exod. xxxiv, 26). Aliæ sunt primitiæ, aliæ decimæ: primitiæ majoris gratiæ, sanctificationis observantissimæ. Ideo placuit Abel, quia non est suum munus moratus, qui de pri-

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia.*

<sup>b</sup> In margine Rom. edit. annotabatur lib. ii de Cain et Abel cap. 4, et re vera ibi num. 5 et 6, nonnulla de primitiis atque initiis mystice disputantur. Nobis tamen credibilius est Doctorem nostrum Horontiano hic polliceri se fusius aliquando hac de re ad eum conscripturum, quam eodem illum remittere. Sententiam porro hujus loci Ambrosiani Nannius enarrat in hunc modum. Hanc differentiam S. Ambrosius facit inter primitias et initia, quod primitiæ sint ex messe, initia ex tritura: primitiæ cum aristis sint, initia puro semine constant: quod primum me-

mitivis ovium obtulit (Gen. iv, 4). Licet aliqui distantiam velint esse inter primitias et primogenita, id est, quæ primo nascuntur; eo quod collectis seminibus, quasi ex omnibus initia offerantur aræ: tamen de messe quod primum tollitur, id offertur<sup>927</sup> Domino, sed de hoc alias. Sanctificari autem videtur primitiarum munere tota aræ messis, sed ipsæ sanctiores primitiæ sunt.

10. Similiter sancti primitiæ sunt Domini, præcipue apostoli; primum enim Deus posuit in Ecclesia apostolos, qui et pleraque prophetarunt, et evangelizarunt Dominum Jesum; quia primi receperunt eum (I Cor. xii, 28). Recepit eum Simeon propheta (Luc. ii, 28), Zacharias propheta, Joannes filius ejus, Nathanael, in quo dolus non erat (Joan. i, 47); et ideo sub ficu requiescebat: Joseph, qui dicebatur justus, qui sepelivit eum (Luc. xxiii, 53). Isti sunt primitiæ fidei nostræ; sed tamen eadem cæterorum natura seminum, quæ primitiarum, licet in aliquibus minor gratia: *Potens est enim Deus ex lapidibus filios Abraham excitare* (Matth. iii, 9).

11. En tibi exemplum de ipso Domino Jesu. In resurrectione mortuorum primogenitus ex mortuis dicitur (Coloss. i, 18). Eundem ipse Apostolus primitias significavit dicens: *In Christo omnes vivificantur, unusquisque autem in suo ordine: primitiæ Christus, deinde ii qui sunt Christi, qui in adventum ejus crediderunt* (I Cor. xv, 22). Eadem in illo corporis veritas, quæ in nobis: sed tamen et primogenitus ex mortuis dicitur, quia primus resurrexit: et primitiæ; quia sanctior omnibus fructibus, qui etiam cæteros consortii sui fructus sanctificavit. Ipse etiam initium eorum qui ad imaginem, quasi imago invisibilis Dei (Coloss. i, 15), in quo secundum divinitatem nihil corporeum, nihil temporale; quia splendor est gloriæ paternæ, et imago substantiæ ejus. (Hebr. i, 3). Produximus sermonem epistolarem, dum volumus quid sint primitiæ significare.

12. Primitiæ ergo nostræ apostoli, electi ex omnibus<sup>c</sup> præsentis scilicet tunc temporis fructibus, quibus dictum est: Et majora his facietis; fudit enim se in eos gratia Dei (Joan. xiv, 12). Isti, inquam, ingemiscabant, expectantes redemptionem totius corporis, et adhuc ingemiscunt; quia multorum est labor, qui adhuc fluctuant. <sup>d</sup> Ut si aliquis ad superiora se littoris subsistat et adhuc medio corpore cædatur fluctibus, ingemiscit et comparturii, donec totus evadat. Ingemiscit utique, qui adhuc nobis dicit:

titur, primitiæ: quod primum excusso frumento ex tritura colligitur, initia vocat. Hoc quoque adjici potest, initia tum proprie vocari, quia Deo initiata sint et consecrata; sic primitias esse in concipiendis votis, initia in reddendis. Hæc ille.

<sup>c</sup> Rom. edit. hinc exemerat vocem *præsentis*, quæ et in cæteris, atque in mss. omnibus occurrit, nec sensui omnino videtur inutilis. Dictionem vero *scilicet* e præcipuis cod. huic adjunximus.

<sup>d</sup> Eadem Rom. edit., *Et si aliquis ad superiora se subrigat; aliæ ac ms. Et si; mss. non pauci melius, Ut si aliquis ..... subsistat; Albin. cod. sustollat, si vel uno alio fulciretur, jure cæteris præferendus.*

*Quis infirmatur, et ego non infirmor* (II Cor. xi, 29)?

13. Non ergo nos moveat, quod ita scriptum est : *Qui primitias Spiritus habentes, ipsi intra nos ingemiscimus, adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corporis nostri* (Rom. viii, 23); sensus enim apertus est, eo quod primitias Spiritus habentes ingemiscunt, adoptionem filiorum expectantes : quæ adoptio filiorum, redemptio totius corporis est, quando facie ad faciem quasi Dei filius per adoptionem videbit illud divinum et æternum bonum ; est enim adoptio filiorum in Ecclesia **928** Domini, quando clamat Spiritus, *Abba pater* (Galat. iv, 6); sicut habes ad Galatas. Sed illa erit perfecta, quando resurgent omnes in incorruptione, honore, gloria, qui mereantur Dei faciem videre ; tunc enim vere redemptam se humana iudicabit conditio. Unde Apostolus gloriatur dicens : *Quia spe salvi facti sumus* (Rom. viii, 24). Solvat enim spes, sicut et fides, de qua dicitur : *Fides tua te salvum fecit* (Luc. xviii, 42).

14. Ergo creatura quæ non sponte, sed in spe vanitati subjecta est (Rom. viii, 20), spe salvatur, sicut et Paulus, cum sciret lucrum sibi esse mori, ut cum Christo esset solutus corpore, permanebat in carne propter eos quos Christo acquireret (Philip. i, 21). Spes autem quid est, nisi futurorum expectatio? Unde ait : *Spes autem quæ videtur, non est spes* (Rom. viii, 24). Non enim quæ videntur, sed quæ non videntur æterna sunt : *Nam quod videt quis, quid sperat?* Videmus enim tenere ea, quæ videmus ; quomodo ergo quæ tenemus, speramus? nihil igitur eorum quæ sperantur, videtur : *Oculus enim non vidit, nec auris audivit, quæ præparavit Deus diligentibus eum* (I Cor. ii, 9).

15. Ergo si sperari non potest quod videtur, non bene habent aliqui : *Nam quod videt quis quid, et sperat.* <sup>a</sup> Nisi forte sic : *Nam quod videt quis, quid et sperat, vel quid expectat?* Quia illud verum est, quia id speramus, quod non videmus ; et ideo quamvis abesse videatur a nobis, expectamus illud per patientiam : *Expectans enim expectavi Dominum, et respexit me* (Psal. xxxix, 2). Ideo ergo expectamus patienter, quia *bonus est Dominus sustentibus eum* (Thren. iii, 25). Et videtur convenire, quia reddidit per patientiam : Expectamus quæ speramus, et non videmus. Multum enim facit, qui sperat ea et expectat, quæ non videntur ; et propterea quod intendat mentem ad illud omne quod est, sustinet.

16. Pulchre autem dicitur : *Spes autem quæ videtur, non est spes* (Rom. viii, 24) ; de potestatibus istius sæculi, de dignitatibus, de divitiis. Vides nescio quem fascibus præminentem et curribus, nihil habet spei

in curribus, qui videntur. Nec in ipso cœli elemento spes est, sed in Domino cœli. Nec <sup>b</sup> Chaldæus in stellis spem habet, quas observat ; nec dives in possessionibus, nec avarus in usuris : sed ille spem habet, qui in eum spem suam ponit, quem non videt, id est, in Domino Jesu, qui medius nostrum stat, et non videtur (Joan. i, 26). Denique *oculus non vidit, nec auris audivit, quæ præparavit Dominus diligentibus eum.*

### 929<sup>c</sup> EPISTOLA XXXVI.

*Roganti quemnam spiritum Paulus scripserit postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus, respondetur non alium denotari nisi Spiritum sanctum, qui et orationes nostras dirigit, et gemit pro delictis nostris, gemitu inenarrabili, hoc est, cœlesti.*

AMBROSII HORONTIANO.

1. Concatenantur sibi epistolæ nostræ, ut tamquam inter præsentem videamur sermonem cædere : ita ego ex tua interrogatione, tuque ex mea explanatione epistolis scribendis materiam damus.

2. Moveri enim te indicasti de quo spiritu dictum sit : *Quia postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* (Rom. viii, 26). Superiora igitur repetamus ; ut lectio manifestet, quod quærimus : *Similiter*, inquit, *et Spiritus adjuvat infirmitatem nostræ orationis* (Ib.). Nonne tibi videtur Spiritus sanctus, quia adiutor nobis est, sicut ille cui dicitur : <sup>d</sup> *Adiutor meus es tu, ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus* (Ps. xxvi, 9).

3. Quis enim alius spiritus, qui possit docere Paulum quid oraret? Docet autem Spiritus Christus, sicut et Christus, orare discipulos suos (Luc. xi, 1). Quis autem post Christum doceret, nisi Spiritus ejus, quem ipse misit, ut doceret, et dirigeret nostras orationes : oramus enim Spiritu, oramus et mente (I Cor. xiv, 15). Ut bene mens possit orare, præcedit Spiritus, et deducit eam in viam rectam (Psal. cxlii, 11) ; ne obrepant carnalia, ne minora, ne etiam majora viribus : *Unicuique enim datur manifestatio Spiritus ad utilitatem* (I Cor. xii, 7). Denique scriptum est : *Petite magna, et parva adjicientur vobis. Petite cœlestia, et terrena adjicientur* (Mat. vi, 33).

4. Ergo vult nos majora petere, non in terrenis morari. Ille autem scit quid tribuat, *dividens singulis, prout vult* (I Cor. xii, 11). Dicit enim interdum, sciens mensuram, quam nos ignoramus : *Non potestis hæc modo accipere. Peto mihi passionem martyrii, Spiritus sanctus promptus est* (Matth. xxvi, 41) : sed videns infirmum carnis meæ, ne dum majora cupio, minora amittam, dicit : *Non potes hæc accipere. Quales occasiones habui : et de ipso prope fine revocatus sum?* Novit enim bonus medicus <sup>e</sup> quæ esca cui

<sup>a</sup> Ita omnes mss. at edit., nisi et forte sic intelligas. Paucis vero interpositis, ubi omnes edit. ac plures mss., *Quia illud verum est*, legitur in mss. aliquot, *Quid aliud? Verum est*, etc.

<sup>b</sup> Chaldæorum vanitatem superiori tomo ita frequenter impugnat Ambrosius, ut magis expeditum nobis videatur lectoris ad indicem remittere, quam eos locos hic recensere.

<sup>c</sup> Scripta circa annum 387.

<sup>d</sup> Nonnulli mss. *Adiutor meus esto.*

<sup>e</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *spiritus promptus est* : sed plures ac potiores addunt *et sanctus* ; quæ vox cum serie orationis minime pugnat.

<sup>f</sup> Legationes suas ad Maximum tyrannum, sicut et Justinæ persecutionem : de qua si quæ scripsit sanctus Antistes, attentius perlegas, fateberis non illum martyrio, sed martyrium illi defuisse.

<sup>g</sup> Ambrosianum hunc locum contende cum Augusti-

apta sit infirmitati, et cui tempori ad profectum va-  
letudinis. Interdum opportunitas escæ sanitatem red-  
dit: quod si importune aliquis accipiat, aut non  
convenientem, implicatur periculo.

5. Ergo quia nos nescimus quid oremus, et quo-  
modo oporteat, postulat <sup>a</sup> pro nobis Spiritus sanc-  
tus (Rom. viii, 26); est enim Spiritus advocati nostri  
Jesu: et postulat gemitibus ineffabilibus; dolet enim  
pro nobis et Christus (Esai. lxi, 4). Et Deus Pater  
dicit: **930** *Ventrem meum doleo* (Jerem. iv, 19). Et  
frequenter indignantem eum legimus et dolentem.  
Gemit autem, ut auferat peccata nostra, doceat nos  
agere pœnitentiam. Est enim pius gemitus, et ple-  
nus auctoritatis, de quo dicit Propheta: *Et gemitus  
meus non est absconditus a te* (Psal. xxxvii, 10). Non  
enim latebat ut Adam, sed dicebat: *Ecce ego pastor,*  
*et grex iste quid deliquit? Ego peccavi, in me vindica*  
(I Par. xxi, 17).

6. Ex hoc igitur gemitus Spiritus Dei; <sup>b</sup> et ille  
Prophetæ gemitus, bene ineffabilis; quia cœlestis.  
Ea enim quæ in cœlo audivit Paulus (II Cor. xii, 4),  
ineffabilia audivit; ut fari ea homines non debeant:  
sed quæ occulta hominibus, Deo nota sunt. Novit  
enim omnia, qui scrutator est cordis: sed illa scruta-  
tur, quæ mundavit Spiritus (Rom. viii, 27). Novit  
ergo Deus quid postulet Spiritus <sup>c</sup> et quæ Spiritus  
sapientiæ sit; quæ interpellat pro sanctis, sicut  
habes: *Quia et Spiritus interpellat pro nobis* (Ibid.);  
pro quibus enim Christus passus est, et quos sangui-  
ne mundavit suo, pro iis interpellat et Spiritus. Vale,  
et nos ut filius dilige; quia nos te diligimus.

#### <sup>d</sup> EPISTOLA XXXVII.

Cum SIMPLICIANUS AMBROSIO testatus esset eum utiliter  
facturum, si quid ex Apostolo dissereret apud po-  
pulum, ipsius voluntati se hoc daturum spondet sanc-  
tus vir, maxime cum amicum in eo iudicem sibi fu-  
turum noscat. Itaque mittit ad eum, quod eodem  
absente disputaverat, scilicet libertatem nostram in  
sapientia positam esse: quam sententiam a philoso-  
phis ambitiose jactatam dicit. Hanc tamen a Patri-  
bus proditam cum ex Salomone astruit, tum exem-  
plis Jacobi ac Josephi. Ex his ostendit non venditione  
servum, at sapientia liberum quemque fieri. Hinc

nianis aliquot, maxime vero cum his e lib. 1 ad  
Simplic. quæst. 2, et lib. de Dono Persev. c. 14,  
ubi de congruentia vocationis divinæ disputatur; et  
non mediocrem inter præceptorem, ac discipulum  
doctrinæ affinitatem reperies.

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *pro nobis*; Spiritus est enim advoca-  
ti; reliqui, et omnes edit. ut nos in textu, nisi quod  
vel. edit. ac mss. non pauci vocem Spiritus autē ad-  
vocati prætermittunt.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *et ille profecto gemitus.*

<sup>c</sup> Pauci mss., *et qui Spiritus sapientiæ sit.*

<sup>d</sup> Scripta circa ann. 587.

<sup>e</sup> Thuan. unus, *Feliciano*; sed aliorum, atque edit.  
retinenda inscriptio est.

<sup>f</sup> Edit. Gill. *internus sermo crederetur.*

<sup>g</sup> Rom. edit. sola, *de Psalmistæ mysteriis, vel de  
Pauli .... quod eorum profundum .... ipsi suis expo-  
nant sermonibus.* Manifestum autem est non alio con-  
silio hæc et similia ab editoribus Rom. interpolata

*demonstrato quis fibor, an secus, cum solum defuit  
sui juris esse, qui non cogitur; unde colligit servire  
cum libertate interdum jungi. Sub hæc sequuntur  
vere liberorum quædam exempla et descriptiones,  
quibus subditur libertate hunc demum frui, qui vivit  
ex legibus. Deinde nonnullis contra philosophos dis-  
putatis, eorum heroibus Christianos opponit. Ac  
tandem ubi confirmavit eos, qui pravis affectibus  
serviunt, liberos non esse; quomodo membra nostre  
justitiæ serviant, docet.*

AMBROSIIUS • SIMPLICIANO salutem.

1. Proxime cum veteris amoris usu familiaris  
inter nos sermo caderetur, delectari te insinuasti  
mihi, cum aliquid <sup>g</sup> de Pauli apostoli scriptis coram  
populo ad disputandum assumerem; quod ejus pro-  
fundum in consiliis vix comprehendatur, sublime in  
sententiis audientem erigat, disputantem accendat:  
tum quia in perisque ita se ipse suis exponat sermo-  
nibus, ut is qui tractat, nihil inveniat quod adjiciat  
suum; ac si velit aliquid dicere, grammatici magis  
quam disputatoris fungatur munere.

**931** 2. In eo tamen quoniam et veteris affectum  
amicitiæ, et quod plus est, paternæ gratiæ amorem  
recognosco (nam vetustas habet aliquid cum pluri-  
bus consociabile, patrius amor non habet) tum quia  
non jejune me fecisse jam, quod postulas, arbitratus  
es, parebo voluntati tuæ, admonitus præsertim, et  
provocatus exemplo meo, quod mihi non difficilli-  
mum; quia non magnum aliquem, sed me ipsam  
imitabor, cum in meos non magnos aliquos usus re-  
vertor.

3. Et de consiliis quidem, cum beate vitæ imago  
atque effigies nostro sermone exprimeretur, putamus  
eam factam complexioneem, ut pluribus fortasse aliis,  
tibi certe amanti nostri non improbemur; licet diffi-  
cilius sit tuo iudicio, quam plurimum non displicere:  
sed iudicii pondus affectu ablevas, coque mihi blan-  
dior.

4. Hæc autem epistola, quoniam te absentem <sup>h</sup> of-  
fendit, de sententiis Pauli est apostoli, qui nos a  
servitute in libertatem vocat dicens: *Prelio empti  
estis, nolite fieri servi hominum* (I Cor. vii, 23), tes-  
tandens libertatem nostram <sup>i</sup> in cognitione esse sa-

luisse in hac epistola, nisi ut illam inter expositiones  
Psalmorum intruderent. Quod porro ad locorum quo-  
rundam Paulinorum obscuritatem, eodem plane mo-  
do de illa loquitur Augustinus in epist. ad Rom. Quia  
et Petrus ipse epist. II, cap. 3, vers. 16, eandem  
agnoscit.

<sup>h</sup> Rom. edit. sola, *offendit, de psalmo est civ, qui  
hodie lectus est, et de sententiis, etc.*

<sup>i</sup> Omnes edit., *in Christi esse sapientiæ*; mss. fre-  
quentissimi, *in Christo esse sapientiæ*; unicus Boyer.  
et edit. Eras. ac Gill. ad marginem, *in cognitione  
esse sapientiæ.* Neque vero germanam hanc lectionem  
esse dubitamus, alias ex voce *cognitione* in antiquo  
exemplari exesa profluxisse existimantes. Nam sive  
legas *in Christo sapientiæ*, quod sensum efficit parum  
congruum, sive in *Christi sapientiæ*, quod paulo con-  
cinnius videtur; quoniam pacto subjungeret sanctus  
Doctor hanc sententiam magna contentione jactatam  
esse a Philosophis. Atqui e contrario libertatem in

pietitæ. Quæ sententia magno a philosophis fluctuata atque jactata est disputationis molimine, dicentibus quia omnis sapiens liber, omnis autem <sup>a</sup> insipiens serviat.

5. Sed multo hoc prius David filius dixit, qui ait: *Stultus sicut luna mutatur* (*Eccl. xxvii, 12*). Sapiens enim non metu fraugitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur; ubi enim sapientia, ibi virtus animi, ibi constantia et fortitudo. Sapiens ergo idem est animo, non minuitur, non augetur rerum mutationibus: nec ut parvulus fluctuat, ut circumferatur omni vento doctrinæ, sed manet perfectus in Christo, fundatus charitate, radicatus fide. Sapiens ergo defectus rerum ignorat, <sup>b</sup> et varios animi casus nescit: sed fulgebis sicut sol justitiæ, qui in regno Patris sui fulget **B** (*Matth. xiii, 43*).

6. Unde tamen hoc plenius hauserit Philosophia, de qua Patrum disciplina et prudentia, consideremus. Nonne primus Noe, cum advertisset quia insipienter filius suus Cham riserat nudatum patrem, maledixit ei, dicens: <sup>c</sup> *Maledictus Cham, servus domesticus erit fratribus suis* (*Gen. ix, 25*); et præposuit ei fratres ejus dominos, qui sapienter patris senectutem honorandam putarant?

7. Nonne etiam fons ille disciplinarum omnium Jacob, ubertatem disputationis hujus omnium pectoribus infudit, qui sapientiæ merito prælatus est fratri seniori (*Gen. xxvii, 29*)? Denique pater pius, **932** qui inter duos filios affectu certare paterno, <sup>d</sup> sed discreparet iudicio (affectus enim necessitudine defertur, meritis autem iudicia formantur) cum divideret alteri gratiam, alteri misericordiam: sapienti gratiam, insipienti misericordiam; quia ad virtutem se propriis viribus erigere non poterat, nec spontaneum gressum attollere, benedixit eum, ut serviret fratri suo, et esset ipsius servus, ostendens ita <sup>e</sup> deteriorem esse servitute insipientiam, ut remedio ei servitus sit; quia stultus regere se non potest, et nisi moderatorem habeat, præcipitur propriis voluntatibus.

8. Diligens ergo pater <sup>f</sup> et consulens, servum cum fratre sui fecit, ut ejus regeretur consilio. Ideo inconsultis populis sapientes quique adhibentur rectores, qui plebeiam insipientiam vigore proprio regant; ut potentis specie dominantur, quo **D**

cognitione sapientiæ positam, seu solum sapientem esse liberum stoici magno ambitu venditaverunt. Versatur in hac materia Paradoxum § M. Tollit, et 6 non in multum diversa. Clemens Alex. lib. iii. Pedag. c. 6, solum christianum divitem astruit: Philo quoque omnem probum potiri libertate demonstrat edita commentatione sub eodem titulo, ex quo non pauca in hanc epistolam transtulit Ambrosius noster, quemadmodum in lib. i de Jacob et Vita beata cap. 7 et 8, et lib. ii, cap. 1 et 3, ubi tractatur idem argumentum, quedam etiam mutavimus. <sup>g</sup>

<sup>a</sup> Rom. edit., *insipiens servus*. At sequenti versu pro *David filius dicit*, mss., inulto plures legunt, *David dicit*; aliquot autem, *Salomon dicit*. Quam ob

**A** vel invitos auctoritate potestatis subjiciant ad obediendum prudentioribus, et obsequendum legibus. Imposuit igitur insipienti velut indomito jugum, et cui in gladio suo vivendum dixerat, libertatem negavit; ne temeritate laboretur, præfecit ei fratrem, cujus auctoritate et moderatione subjectus proficeret ad conversionem. Et quia servitus habet discretionem (est enim necessitatis infirmior, voluntatis fortior; quia pulchrius est bonum, quod non ex necessitate fit, sed ex voluntate) ideo ei primo jugum imposuit necessitatis, postea benedictionem ei voluntariæ subjectionis impertivit.

9. Non igitur natura servum facit, sed insipientia: nec manumissio liberum, sed disciplina. Denique Esau liber natus est, et servus factus est: Joseph **B** venditus in servitum est (*Gen. xxxvii, 28*), et electus est ad potestatem (*Gen. xli, 41*); ut suis emptoribus imperaret. Non dedignabatur tamen obsequium sedulitatis, sed tenebat virtutis fastigium, conservabat libertatem innocentie, integritatis auctoritatem. Unde pulchre psalmista ait: *In servum venundatus est Joseph: humiliaverunt in compedibus pedes ejus* (*Psal. civ, 18*). *In servum*, inquit, *venundatus est*, non servus factus. *Humiliaverunt pedes ejus*, non animam ejus.

10. Quomodo enim humiliata est anima, de qua dicit: *Ferrum pertransiit anima ejus*? Nam cum aliorum animas peccatum transeat (ferrum enim peccatum est, quod est penetrabile) Joseph sancti anima ita non patuit peccato, ut magis peccatum ipsa penetraret. Denique nec herilis illecebræ flexus est delinimento, nec immerito flammæ non sensit libidinis, quia **933** majore divine flagrabat ardore gratiæ. Unde et hoc pulchre de eo dictum est: *Quia eloquium Domini ussit eum* (*Psal. civ, 19*); quo restinxit ignitas diaboli sagittis.

11. Quomodo hic servus, qui erudit principes populi in illa frumentaria dispensatione; ut futuræ inopiæ consulerent et providerent? Aut quomodo servus, qui totam terram acquisivit, et universum populum Ægyptiorum in servitum redegit (*Gen. xlvii, 20*)? Non ut conditionem servitii ignobilis irrogaret, sed ut tributum constitueret, præter possessionem tamen sacerdotalem, quam a tributis immunem reservavit; ut apud Ægyptios quoque inviolabilis haberetur religio sacerdotalis.

rem porro Salomoni Ambrosius tribuat Ecclesiasticum, diximus tomo I, pag. 807. De plagis vero philosophorum tot tamque multis locis cum eodem priori tomo, tum etiam hoc ipso disputat, ut eis recensendis arbitremur supersedendum.

<sup>b</sup> Omnes edit., *varium animum nescit*; mss. vero plurimi, *varios animi casus*; quidam etiam, *motus nescit*; alii nonnulli, *varius animi*; Boyer., *varius esse animi, nescit*. Haud incommode.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, *Maledictus Chanaan*. Et certe scribunt LXX, *ἐπιζατάρατος Χάμ*, quos hoc loco, sicut et alibi secutum constat Ambrosium.

<sup>d</sup> Vet. edit., *sed discreparet iudicio*.

<sup>e</sup> Eadem edit., *deteriorem esse insipientiam*; sed cur sublata sit vox *servitute*, nihil causæ est.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, *et consolans servum eum, etc.*

12. Non fecit igitur eum servum venditio; nam utique negotiatoribus erat venditus: verum si pretium species, multos invenies qui emerunt sibi puelulas formæ elegantioris, quarum amore capti, turpi servitio sese dederunt. Videbatur Apeme concubina Darii regis sedens ad dexteram ejus, auferens de capite ejus diadema, et suo imponens vertici, palmis faciem ejus sinistra manu verberans: quam rex aperto ore intuebatur, gaudens si quando arrideret ei mulier: quod si ea indignaretur, miserum se atque afflictum putaret; ut potestate submissa, a blanditiis obtexeret, et conciliari sibi eam deprecaretur (III Esdr. iv, 29, 30).

13. Sed quid ista magno allegamus ambitu? Non videmus plerumque in potestatem piraticam vel immanium barbarorum redactos parentes a filiis b redimi pecunia? Numquid leges pecuniæ potiores quam leges naturæ? Numquid c in servitute accersitur pietas? Plerique emptores leonum sunt, et tamen non dominantur leonibus: sed ita subjiciuntur versa vice, ut si exasperatos eos excutere cervice toros viderint, fugiant et delitescant. Nihil ergo præjudicat pecunia, quæ plerumque sibi dominos emit: nihil tabulæ auctionales, quibus emptor frequenter adjudicatur atque addicitur. Contractus non mutat genus, nec sapientiæ libertatem adimit. Denique famulo sapienti multi, ut scriptum est (Prov. xvii, 2), serviunt liberi: et est servus intelligens, qui regat dominos stultos.

14. Quem ergo magis liberum censes? Sola est C sapientia libera, quæ divitibus pauperes præficit, et quæ servos propriis fenerare dominis facit: fenerare non pecuniam, sed intellectum: fenerare talentum illius Dominici æternique thesauri, qui numquam corrumpitur, cujus et usura pretiosa est: fenerare illud intelligibile eloquiorum argentum cælestium, de quo Lex dicit: *Fenerabis gentibus, tu autem non mutuaberis* (Deut. xv, 6). Quod Hebræus feneravit gentibus, ipse autem non accepit a populis doctrinam, sed tradidit: cui aperuit Dominus thesaurum suum, ut gentes pluvia sermonis sui faceret 934 humescere, et fieret princeps gentium, ipse autem supra se principem nullum haberet.

15. Liber est ergo qui sapiens est, pretio emptus oraculorum cælestium, illo auro, illo argento sermonis divini: pretio emptus sanguinis (non enim minimum est emptorem agnoscere) pretio emptus gratiæ, qui audit et intellexit dicentem: *Qui sititis, ite ad*

a Codex Boyer., *Blandiens furorem obtexeret.*

b Ita edit. et mss. longe plurimi, nisi quod omititur in omnibus edit. et paucis mss. vox *pecunia*; cod. vero Boyer. locum sic effert, *redimi. Numquid pecuniæ subjacent leges naturæ? Numquid in servitute accersitur pietas?*

c Vet. edit., *in servitute accrescit pietas.*

f d Boyer. cod., *aureum de Æthiopia, et topazion.*

e Duo mss., *qui dominum litigatorem, unus, licitatore. Neutrum commode; idem enim est, licitatore non pertulit, ac qui emptus in auctione non fuit. Quod autem additur, tollentem digitum non vidit, ibi tangitur prisca consuetudo, qua qui emebant, digi-*

*A aquam; et quicumque non habetis argentum, ite, emite, et bibite, et manducate* (Esai. lv, 1).

16. Liber est ille, qui progrediens in bellum, si viderit mulierem bonam aspectu, et depradatas opes inimicorum suorum, repertam illic concupierit eam, demptis superfluis, et indumento captivitatis detracto, in uxorem sibi copulaverit, jam non servam, sed liberam (Deut. xxi, 10, 11); intelligit enim famulatui prudentiam et disciplinam non subjacere. Ideoque Lex dicit: *Non venundabitur pecunia* (Ibid., 14); omne enim pretiosum non est ea dignum. Et Job dicit: *Attrahere sapientiam in interiora* (Job. xxvii, 18). Non illi comparabitur d Æthiopiæ topazio, quod auro habetur argentoque pretiosius.

17. Sed non ille solum liber, e qui dominum licitatorem non pertulit, aut tollentem digitum non vidit, sed ille magis liber, qui intra se liber est, qui legibus naturæ liber est, legem sciens naturæ prescriptam esse moribus, non conditionibus; et mensuram officiorum consentaneam non hominis arbitrio, sed naturæ disciplinis. Utrum igitur iste liber tibi tantummodo, an quidam censor videtur, et perfectus moribus? Unde vere ait Scriptura quia pauperes divitum præpositi erunt, et privati utique administrantium (Prov. xxii, 7).

18. An tibi liber videtur, qui pecunia suffragium sibi emit? qui plausum populi magis, quam judicium requirit prudentium? Ille ergo liber est, qui popularibus auris movetur; ille qui reformidat sibilum vulgi? Sed non ista libertas, quam manumissus accipit, f et palma lictoris donatus acquirit. Non enim munificentiam, sed virtutem libertatem esse arbitror: quæ non suffragiis defertur alienis, sed magnanimitate propria vindicatur ac possidetur. Sapiens enim semper liber est, semper honoratus, semper qui præsit legibus. Denique justo non est posita lex, sed injusto (I Tim. i, 9); justus enim ipse sibi lex est, non habens necesse longius sibi accersere formam virtutis, quam corde inclusam gerat, scriptum habens opus legis in tabulis cordis sui, cui dictum sit: *Bibe aquam de tuis vasis, et de puteorum tuorum fontibus* (Prov. v, 15). Quid enim nobis tam proximum, quam Dei verbum? Hoc est verbum in corde nostro, et in ore nostro, quod non videmus et tenemus.

19. Sapiens ergo liber, quoniam qui ea facit, quæ vult, liber est. Sed non omnis g bona voluntas, sed sapientis est omnia quæ bona sunt velle; 935 odit enim malum, quia quod bonum est, elegit. Ergo si quod bonum est elegit, arbiter electionis, et eligens

tum in ascensus testimonium elevabant. Cicero Verr. 3: *Accurrunt ad tempus emptores, digitum tollit.*

f Putat Nannius palmam lictoris idem esse ac prætoris vindictam apud Horatium. Erat autem vindicta, sive, ut alii vocant, festuca, quædam virga cujus extremo, sive prætor, sive jussu ejusdem lictor, caput illius, qui asserebatur in libertatem, tangebat; malum tamen palma significari domini seu lictoris manum, qua illi alapam manumittendo infligebant: de quo Vide lib. ii, Phædri fab. 36.

g Rom. edit., *bonæ voluntatis, sed sapientis tantum est*; aliæ cum omnibus omnino mss. ut nos in textu.

operationis liber est; quia quod vult facit: liber ergo sapiens. Sapiens omnia quæ facit, bene facit. Qui autem bene facit omnia, recte facit omnia: qui vero recte facit omnia, utique inoffense, et irreprehensibiliter, et sine damno et commotione sui facit omnia. Cui igitur hoc subest, ut inoffense faciat omnia, faciat irreprehensibiliter, faciat sine commotione sui, sine damno; nihil insipienter facit, sed sapienter omnia. Qui autem sapienter facit, nihil habet quod metuat; metus enim in peccato est. Ubi autem nulla formido, ibi libertas: ubi libertas, ibi potestas faciendi quod vult: solus ergo sapiens liber est.

20. Etenim qui neque cogi potest, neque prohiberi, is nequaquam servus: sapientis autem est neque cogi neque prohiberi: non est igitur servus sapiens. Prohibetur enim, qui non fungitur iis, quæ desiderat: quæ autem desiderat sapiens, nisi ea quæ virtutis et disciplinæ sunt, sine quibus esse non potest? In ipso enim sunt, nec divelluntur ab eo. Quod si divelluntur, jam non sapiens, qui sit sine virtutis usu ac disciplina, quibus ipse se fraudet, si non sit voluntarius virtutis interpres. Quod si cogitur, manifestum est quod invitus faciat. In omnibus autem factis aut a virtute correctiones sunt, aut a malitia prolapsiones, aut media, aut indifferentia. Virtutis non coactus, sed voluntarius exsecutor est sapiens; quoniam omnia quæ placent, agit malitiæ fugitans, nec somnium ejus admittit. Indifferentibus ita non movetur, ut nullis momentis sicut vulgus hominum huc atque illuc inclinetur, sed tamquam in statera mens ejus æqua lance pendeat; ut neque ad voluptaria propendeat, neque omnino ad ea, quæ sunt aversanda, vel leviter studium inclinet suum, sed immobilis maneat affectu. Unde liquet quia nihil invitus facit sapiens, neque cogitur; quia si servus esset, cogere: liber igitur est sapiens.

21. Apostolus quoque sic definit dicens: *Non sum ego liber, non sum apostolus* (I Cor. ix, 1)? Sed adeo liber, ut cum subintrassent quidam tentare libertatem ejus, nec ad horam, ut ipse ait (*Galat. ii, 5*), cederet subjectioni, ut veritas Evangelii prædicaretur. Qui ergo non cessit, volens prædicavit. Ubi voluntas, ibi merces voluntatis: ubi necessitas, ibi obsequium necessitatis. Melior ergo voluntas quam necessitas. Velle ergo sapientis est, parere et servire insipientis.

22. Hæc etiam est Apostoli definitio dicentis: *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est* (I Cor. ix, 17). Sapientis igitur merces defertur, sapiens autem ex voluntate facit: liber itaque secundum Apostolum sapiens. Unde et ipse clamat: *Vos enim in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis* (*Galat. v, 13*). Sequestrat a lege Christianum, ne invitus videatur legi succumbere: **936** vocat in Evangelium, quod volentes et prædicant et operantur. Judæus sub Lege, Christianus per Evangelium: in Lege servitus, in Evangelio libertas, ubi cognitio

<sup>a</sup> Hoc Sophoclei versus exemplum ex Philone cum

A sapientiæ. Omnis ergo qui Christum recipit, sapiens: qui autem sapiens, liber: cum igitur Christianus et liber et sapiens.

23. Docuit me tamen Apostolus quod ultra ipsam libertatem sit, ut servire libertas sit: *Cum liber, inquit, essem omnium ne servum feci; ut plures lucrificerem* (I Cor. ix, 19). Quid est ultra libertatem, nisi habere Spiritum gratiæ, habere charitatem? Libertas enim liberum facit hominibus, charitas amicum Deo. Unde ait Christus: *Vos autem dixi amicos* (*Joan. xv, 15*). Bona charitas, de qua dicitur: *Per charitatem Spiritus servite invicem* (*Galat. v, 13*). Servivit et Christus, ut omnes liberos faceret. *Manus ejus in cophino servierunt* (*Psal. lxxx, 7*): qui non rapinam est arbitratus esse se æqualem Deo, formam servi accepit (*Phil. ii, 6*); et omnia omnibus factus est, ut omnibus salutem afferret (I Cor. ix, 22). Cujus imitator Paulus, et quasi sub Lege erat, et quasi sine Lege vivebat pro eorum utilitate, quos cupiebat lucrari: et infirmis volens fiebat infirmus, ut eos confirmaret: et currebat, ut comprehenderet: et corpus suum castigabat, ut potestates aereas in Christo triumpharet.

24. Est ergo sapienti et servire libertas. Unde colligitur quia stulto et imperare servitus est; et, quod pejus est, cum paucioribus præsit, pluribus dominis et gravioribus servit. Servit enim propriis passionibus, servit cupiditatibus suis, quarum dominatum nec nocte potest fugere, nec die; quia intra se dominos habet, intra se servitium patitur intolerabile, Gemina enim servitus est, altera corporis, animarum altera: domini autem corporis quidem homines, animarum autem malitiæ et passiones, a quibus sola animi libertas sapientem vindicat; ut servitio ei liceat exire.

25. Quæramus igitur illum vere sapientem, vere liberum, qui quamvis sub plurimorum dominatu degat, libere dicit: *Quis est, qui mecum judicio contendat? Tu solus manum tuam a me abstine, a cujus conspectu non potero me abscondere; et timor tuus non me percellat* (*Job xiii, 19 et seq.*).

26. Quem secutus David rex ait: *Tibi soli peccavi* (*Psal. l, 6*). Regali enim subnixus fastigio, quasi legum dominus legibus reus non erat, soli Deo obnoxius tenebatur, qui dominus est potestatum.

D 27. Alium audi liberum: *Mihi autem pro minimo est, ut a vobis dijudicer, aut ab humano die: sed neque me ipsum dijudico; nihil enim mihi sum conscius . . . qui autem dijudicat me, Dominus est* (I Cor. iv, 3, 4). Vera libertas hominis spiritualis, quia dijudicat omnia, ipse autem a nemine dijudicatur, nec a quocumque creaturæ particeps, sed soli Deo se subditum novit, qui solus sine peccato est (I Cor. ii, 15), de quo dicit Job: *Vivit Dominus, qui sic me iudicat* (*Job xxvii, 2*); solus enim ille potest judicare justum, cujus in conspectu cælum non est mundum, nec stellarum pura et clara lumina.

28. Quis est qui <sup>a</sup> Sophoclea in medium ferat aliis plurimis mutuatus videtur Ambrosius; at inter

**937** carnina dicentia: Jupiter mihi præest, nullus autem hominum? Quanto antiquior Job, quanto vetustior David? Agnoscant ergo de nostris se habere, quæcumque præstantiora locuti sunt.

29. Quis igitur sapiens, nisi qui ad ip-sa pervenit divinitatis secreta, et manifestata sibi cognovit occulta sapientiæ? Solus igitur sapiens, qui duce Deo usus est ad cognoscenda veritatis cubilia, et mortalis homo immortalis Dei hæres et successor est factus per gratiam, et quidam jucunditatis particeps, sicut scriptum est: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo levitæ præ consortibus tuis (Psal. XLIV, 8).*

30. Si quis igitur propius ea introspectat rerum negotia, cognoscet <sup>a</sup> quanta sapienti adjumenta, et quanta in ipsis insipienti refraga sint; quod huic adjumento libertas, illi impedimento servitus sit. Insurgit enim sapiens quasi victor debellatis a se ac triumphatis libidine, timore, ignavia, mœstitudine, cæterisque vitis; donec ea de possessione suæ mentis eliminat, et omnibus terminis finibusque suis propulset atque arceat: quoniam dux cautior novit excursus cavere laiocinantium, et quædam <sup>b</sup> furta belli, quæ iniquissimi animæ nostræ adversarii ignitis <sup>c</sup> sæpe pertentant spiculis; sunt enim nobis quædam et in pacis prælia, et in bello pax. Unde et ille ait: *Foris pugna, intus timores. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos (II Cor. VII, 5).* <sup>d</sup> Dicit quidam neque angustiis, neque persecutionibus, neque fame, periculo, morte terretur (*Rom. VIII, 37*).

31. Qui verò hæc timet, qui mortem reformidat, quomodo non servus? Servit profecto, et miseram qui lem servitutem; nihil enim sic animam ad omnem servitutem dejecit, quomodo formido mortis. Quomodo enim se erigat abjectus et vilis sensus atque ignobilis, demersus in omnem infirmitatis voraginem vitæ hujus cupiditate? Vide quam servus: *Abcondam me, inquit, et ero gemens et tremens super terram; et erit, omnis qui invenerit me, occidet me (Gen. IV, 14).* Itaque quasi servus signum accepit, nec sic tamen necem potuit evadere. Servit igitur peccator formidini, servit etiam cupiditati, servit avaritiæ, servit libidini, servit malitiæ, servit iracundiæ, et videtur hujusmodi sibi liber: sed magis servit, quam si sub tyrannis positus.

32. Illi autem liberi sunt, qui legibus vivunt. Lex autem vera sermo rectus, lex vera non insculpta tabulis, nec arte incisa, sed impressa mentibus, atque infixata sensibus; quando sapiens non sub lege, sed

utrumque illud occurrit discriminis, quod Judæus ille profana exempla plura commemorat, quam sacra; et eandem illam unquam ad veram virtutem pertinentia laudet atque amplificet; Ambrosius autem cum in profanis referendis multo parcior sit, tum etiam illa scripserat deprimat, ut eis Judæorum aut christianorum facta dictave anteponat. Ita hoc loco Sophoclem, quem olympiade tantum 92 vixisse constat, beato Job, quem multi censent scriptorum omnium antiquissimum, posteriorem dicit, ut illam ex hoc accepisse ostendat.

<sup>a</sup> Pauci mss., quanta sapientiæ adjumenta.

<sup>b</sup> Stratagemata intellige, quæ furta belli vociat,

ipse sibi lex est, opus legis in corde suo continens, naturali sibi stylo et quadam inscriptione formatum (*Rom. II, 14, 15*). Tantumne igitur cæcitatibus est, et non videamus manifestas rerum expressiones, et virtutum imagines? Et **938** quam indignum, ut populi integri obediant humanis legibus, quò sint libertatis participes: sapientes autem veram legem naturæ expressam ad imaginem Dei, veramque rationem signiferam libertatis negligant et derelinquant; cum in ea tanta libertas sit, ut parvuli servire vitis nesciamus, alieni ab frã, exsortes avaritiæ, ignari libidinis! Quam miserum igitur, ut qui nascuntur in libertate, moriamur in servitute!

33. Sed hoc fit levitate animi, atque infirmitate morum; quia curas inanes volvimus, et operamur supervacua: sapientis autem cor, actumque et opus iudicatum esse decet atque immobile. Hoc docuit Moyses, quando manus ei graviores fiebant, ita ut vix sustineret eas Jesus Nave. Ideoque vincebat populus, quando non perfunctoria gerebantur opera, sed plena ponderis atque virtutis, non nutantis animi, nec titubantis affectu, sed fundatæ mentis stabilitate (*Exod. XVII, 12*). Ergo sapiens extendit manus suas, stultus autem contrahit, sicut scriptum est: *Quia stultus complexus est manus suas, et voravit viscera sua (Eccles. IV, 5)*, carnalia magis cogitans quam spiritalia. At non filia Juda, quæ expandens manus clamavit ad Dominum: *Tu scis quia falsum testimonium adversus me dicunt (Dan. XII, 43)*. Melius est arbitrata non peccare, sed et incidere in calumniis accusantium, quam peccatum subire sub impunitatis velamine. Ea ergo contemptu mortis servavit innocentiam. Sed nec filia Jephthe, quæ votum patris de immolatione sua proprio atque hortatorio firmavit assensu (*Judic. XI, 36*).

34. Non enim ego de contemptu mortis libros philosophorum depromo, aut gymnosophistas Indorum, quorum præ cæteris Calani laudatur responsum Alexandro, cum eum juberet sequi: *Qua me, inquit, laude dignum Græciam petere possis, si possum cogi facere quod nolo? Et verè plenus auctoritatis sermo, sed magis mens plena libertatis. Denique et epistolam scripsit.*

<sup>c</sup> Calanus Alexandro.

35. <sup>c</sup> Amici persuadent tibi manus et necessitatem inferre Indorum <sup>e</sup> philosophis, nec in somnis quidem videntes nostra opera. Corpora enim transferes de loco ad locum: animas non coges facere, quod no-

imitatus Sallustium atque Virgilium pluribus locis

<sup>c</sup> Pauci mss., semper tentant spiculis.

<sup>d</sup> Edit., dicit quia (*Rom.*, hoc quia) neque angustiam . . . neque periculo mortis; mss. vero nobiscum faciunt excepto Boyer. qui suffragatur editionibus.

<sup>e</sup> Mss. aliquot et vet. edit., Indorum philosopho. At paucis interjectis, ubi omnes mss. ac vet. edit., Corpora enim transferes, etc., edit. Rom. locum sic esset: Corpora transferes . . . animos non magis coges facere quod nolunt, quam saxa, etc. Porro etiam a Philone propositum est lib. cit. Calani philosophi exemplum, de quo Plutarchus in Alexandro magno etiam agit.



lunt, non magis quam saxa et ligna vocem emittere. **A** <sup>a</sup> Maximus ignis viventibus corporibus dolorem inurit, et gignit corruptionem: super hunc nos stimus; viventes enim exurimur. Nō hēs rex, neque princeps, qui extorqueat nobis facere, quod non proposuimus. Nec similes sumus Græciæ philosophorum, qui verba pro rebus meditati sunt ad opinionis celebritatem: nobis res sociæ verbis, et verba rebus: res celerēs, et sermones breves: in virtute nobis libertas beata est. <sup>b</sup>

36 et 37. Præclara verba, sed verba: <sup>b</sup> præclara **939** constantia, sed viri: præclara epistola, sed philosophi. Apud nos autem et puellæ de mortis appetentia sublimes usque ad cælum erexerē virtutum gradus. Quid Theclam, quid Agnem, quid Pelagiam loquar, quæ tamquam nobilia <sup>c</sup> vitulina pullantes, ad mortem quasi ad immortalitatem festinaverunt? Inter leones virgo exsultavit, <sup>d</sup> et rugientes bestias spectavit intrepida. Et ut nostra cum Indorum gymnosophistis conferamus, quod ille verbis gloriatus est, sanctus Laurentius factis probavit; ut vivus extireretur, et flammis superstes diceret: Versa, mahuca. Haud degener Abrahamidarum, et Machabæorum concertatus puerorum, quorum alii super flammis cauebant: alii cum exurerentur, non rogabant, ut parceretur: sed invehebantur, ut amplius persecutor inflammaretur (II Macch. vii, 5 et seq.). Liber igitur sapiens.

38. Quid autem sublimius sancta Pelagia, quæ valata persecutoribus; priusquam tamen hi eorum conspectum veniret, aiebat: Volens morior, nemo me continget manu, nemo oculo protërvo violabit virginem, mecum seram pudorem, mecum incolumem verecundiam: nullum prædones lacrom suæ capient insolentiæ. Pelagia Christam sequetur, libertatem nemo auferet, nemo captivam videbit liberam fidem, insignemque pudicitiam, et prosapiam prudentiæ. Quod servum est, hic manebit, nullos in usus debitum. Magna igitur pite virginitatis libertas, quæ septa agnibus persecutorum. Inter maxima pericula integritatis et vitæ nequaquam inclinata est.

39. At non ille cui dominatur ira, subjicitur enim jugo peccati: homo etiam iracundus peccatam effodit (Prov. xxix, 22): Qui autem peccatum facit, servus est peccati (Joan. viii, 34). At non ille liber, qui servit avaritiæ; non potest enim possidere vas suum. **D** Non ille liber, qui serviens desideris et voluptati-

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *Maximum ignis . . . dolorem gignit et corruptionem.*

<sup>b</sup> Eadem edit., *præclara constantia, et viri præclara epistola: multo concinnius alia, æmss. ut nos in textu.* Clarum enam est eo loco positum, *sed viri*, ut ei puellarum, de quibus mox agetur, opponatur constantia, et magnanimitas. Videtur porro Ambrosius dissimulare quod Cicero, Valerius Max., Plutarchus et alii de morte Calani prodiderunt, quem vivum in ardentem pyram conscendisse memorant. Sed cum superbie et ostentationi hæc mors tribuenda sit, non mirum est eam pro nihilo duxisse sanctum Præculem.

<sup>c</sup> Metaphora ab arboribus petita, in quibus stolones, et surculi pullant, quæ *μοχλύματα νομισθάν-*

bus, vago stultat errore. Non ille liber, qui curvatur ambitu; servit enim alieno imperio. Sed ille liber, qui potest dicere: *Omnia mihi licent, e sed nōh omnia mihi utilis; omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigat potestate. Esca ventri, et venter escis* (I Cor. vi, 12). Ille liber, qui ait: *Quid enim libertas nostra judicatur ab infideli conscientia* (Ibid., 15)?

40. Libertas igitur <sup>f</sup> sapienti, non insipienti convenit; quoniam qui deligat lapidem in fundibulo, similis est ei, qui dat imprudenti claritatem (Prov. xxvi, 8): se ipsum vulnerat, sibi que potius, dum intorquet jaculum, affert periculum. Certe sicut tormento acetatur, et geminatur malum saxi ruita; sic insipientis in libertate ruita vehementior est. Recidenda igitur insipienti potestas, non adhibenda libertas est; servitus enim ei convenit. Ideoque addit: *Spinæ nascuntur in manu ebriosis, servitus autem in manu imprudentis* (Ibid., 9); quia sicut ille suis vulneratur pœculis, ita insipiens suis factis. Ne bibendo se peccato **940** inserit, iste operando se culpæ adjudicat, et factis suis trahitur in servitutem. Videbat se Paulus in captivitatem trahi a lege peccati (Rom. vii, 25); et ideo ut liberaretur, confugit ad libertatis gratiam.

41. Non sunt igitur liberi insipientes; quibus dicitur: *Nōhē fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. In freno et chamo maxillas eorum constringe, qui non appropinquent tibi. Multa flagella peccatorum* (Psal. xxxi, 9 et seq.); quia multis flagellis opus est, ut eorum imprudentia coerceretur. Disciplina hæc exigit, non inclementia. Denique *qui parciat baculo suo, odit filium suum* (Prov. xiii, 24): simul quia unusquisque gravius suis peccatis flagellabit. Gravia enim delictorum pondera, gravia criminum verbera, sicut onus gravantur grave, et infingunt animæ cicatrices; et potiores faciunt mentis ulcera (Psal. xxxvii, 5, 6).

42. Deponamus igitur tum gravem servitutis sarcinam, renuntiemus luxuriæ ac deliciis, quæ nos quibusdam astringunt nexibus cupiditatum, et viticollis ligant. Nihil enim prosunt delicta stulto: et quicumque a pueritia dederit se deliciis, manebit in servitute: ut vivens mortuus sit. Recidatur ergo luxuriosus, et delicta recedant: et si quis fuit luxuriosus, valeat superioribus. Recisa enim vinea fructum affert, semiputata frondescit, neglecta luxuriat. Ideoque scriptum est: *Tamquam agricult-*

ur a Græcis. Cæterum exempla hic et infra posita sancto Doctore per quam familiaria sunt, ut non opus sit de illis quidquam adjungere. De Pelagia tantum admonemus, quæ sub *linen lib. ni de Virg.* observata sunt, adiri posse.

<sup>d</sup> Amerh. et Rom. edit. cum mss. non paucis, *rudentes bestias expectavit*; Eras. et Gill., *prodeuntes bestias expectavit*; aptius mss. aliquot, *rugientes bestias spectavit*; unus, *aspectavit*.

<sup>e</sup> *Sed non omnia mihi utilis: omnia mihi licent, ex mss. Boyeriano restituta sunt.*

<sup>f</sup> Ultimæ edit. Paris., *sapienti convenit, omissis non insipienti.*

<sup>g</sup> Codex Boyer. solus, *diritior resecitur.*

tura homo imprudens, et tamquam vinea homo egens A sensu; si reliqueris eum, desertus erit (Prov. xxiv, 30). Colamus ergo corpus hoc nostrum, castigemus illud, redigamus in servitutem, non illud despiciamus.

43. Sunt enim <sup>a</sup> membra nostra arma justitiæ, sunt et arma peccati. Si elevantur, arma justitiæ sunt, ut peccatum in his non dominetur: si mortuum <sup>b</sup> fuerit corpus nostrum peccato, non regnabit in eo culpa, et erunt membra nostra a peccato libera. Non obediamus igitur cupiditatibus ejus, neque exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato. Si videris mulierem ad concupiscendum eam, membra tua arma peccati sunt. Si locutus es ad sollicitandam eam, lingua tua et os tuum membra peccati sunt. Si abstulisti terminos a patribus positos, membra tua arma peccati sunt. Si festinasti velocioribus pedibus ad effundendum innocentium sanguinem, membra tua arma iniquitatis sunt.

44. Contra, si vidisti egenum, et induxisti in domum tuam, membra tua arma justitiæ sunt. Si eripuisti injuriam accipientem, vel eum qui ducebatur ad mortem, si scidisti chirographum debitoris, membra tua arma justitiæ sunt. Si confessus es Christum (arma enim intellectus (Prov. xiv, 7) <sup>c</sup> labia sapientiæ) labia tua membra justitiæ sunt. Qui potest dicere: *Oculus eram cæcorum, pes claudorum, pater infirmorum* (Job xxix, 15), membra ejus membra justitiæ sunt.

941 45. Ergo liberati a peccato, quasi pretio empti sanguinis Christi, non subjiciamur servituti hominum vel passionum. Non erubescamus peccatum nostrum fateri. Vide quam liber, qui poterat dicere: *Non reveritus sum multitudinem populi; ut non annuntiarem in conspectu omnium peccatum meum* (Job. xxxi, 33). Qui enim confitetur Domino, exiit a servitute; *Justus enim accusator est sui in principio sermonis* (Prov. xviii, 17). Non solum liber, sed etiam justus: sed justitia in libertate est, et libertas in confessione; simul enim ac confessus quis fuerit, absolvitur. Denique *Dixi, pronuntiabo adversum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei* (Psal. xxxi, 5). Mora ergo absolutionis in confitendo est, confessionem sequitur peccatorum remissio. Sapiens est igitur, qui confitetur: liber, cui peccatum dimissum est, nulla jam contrahens æra peccati. Vale, et nos dilige, ut facis; quia D et ego te diligo.

#### <sup>d</sup> EPISTOLA XXXVIII.

*Sapientem esse divitem, neque hic ullum sexum excipere didicisse ex Petri epistola, cujus locus enucleatur. Pacem aliasque virtutes divites esse, divitumque*

<sup>a</sup> Forsitan non ingratum fuerit, si quæ sequuntur usque ad numerum ultimum, conferre libuerit cum iis, quæ in lib. 1 de Jacob et Vita beata, cap. 3, num. 10, disseruntur.

<sup>b</sup> Ita cod. Boyer.; cæteri vero, et omnes edit. prætermiserunt, *corpus nostrum*. Haud bono sensu.

<sup>c</sup> Rom. edit. et pauci mss., *labia sapientis*; vet. et mss. multo plures, *labia sapientiæ*; fortasse sapientia; nam Græcus habet *ὄπλα δὲ ἀλοθάρως χεῖλη σοφῆς*.

ordini Enoch atque Eliam annumerandos. Post quæ Achab et Nubthe inter se comparatis, propositum problema confirmatur.

AMBROSII SIMPLICIANO salutem.

1. Videbatur proxime in disceptationes incidisse philosophiæ, cum de apostoli Pauli epistola sumentes exordium, tractarem quod omnis sapiens liber. Verum postea, cum Petri apostoli epistolam legerem, adverti quod omnis sapiens etiam dives: nec sexum exceperit, qui feminas ornatum omnem non in pretiosis monilibus, sed in bonis moribus habere scripserit: *Non enim, inquit, extrinsecus capillorum implicatio, aut auri circumpositio, aut habitus vestimentorum ornamentum, sed ille absconditus cordis homo* (I Petr. iii, 3, 4).

2. Duo sunt igitur et esse hominem in homine, et illum esse divitem, qui sibi nullarum divitiarum usum requirat. Pulchre autem cordis hominem dixit, eo quod totus sapientiæ sit absconditus, sicut ipsa sapientia, quæ non videtur, sed intelligitur. Nemo ante Petrum tali expressione usus est, ut diceret cordis hominem; exterior enim homo plurima in se membra habet: interior autem cordis homo totus plenus sapientiæ est, plenus gratiæ, plenus decoris.

3. *In incorruptione, inquit, quieti et modesti spiritus, qui est ante Deum dives* (Ibid.). Et vere dives, qui in conspectu Dei potest dives videri, in cujus conspectu terra exigua, mundus ipse angustus est: sed solum illum Deus divitem novit, qui sit dives æternitate, qui non opum, sed virtutum fructus recondat. Quis autem ante Deum dives, nisi quietus et modestus spiritus, 942 qui numquam corrumpitur? Nonne tibi videtur dives, qui habet pacem animi, tranquillitatem quietis; ut nihil concupiscat, nullis exagitetur cupiditatum procellis, nec vetera fastidiat, et nova quærat, et semper desiderando, fiat in summis divitiis inops?

4. Ea est <sup>f</sup> pax vere dives, quæ superat omnem mentem (Philip. iv, 7). Dives pax, dives modestia, dives fides; *Fideli enim totus mundus possessio est* (Prov. xvii, 6): dives simplicitas; sunt enim et divitiæ simplicitatis, quæ nihil discutit, nihil contractum, nihil suspectum, aut frudulentum putat, sed puro se fundit affectu.

5. Dives bonitas, quam si quis servaverit, pascitur in divitiis cœlestis hæreditatis; et ut antiquioribus exemplis Scripturæ utamur: *Beatus, inquit, <sup>d</sup> ir, quem arguit Dominus. Admonitionem autem Dei ne recusaveris.... In jame liberabit te a morte, in prælio de manu ferri liberabit te, et a flagello linguæ te ab-*

<sup>d</sup> Scripta circa ann. 387.

<sup>e</sup> Ita mss. et edit., nisi quod Rom. præfert, *Quorum non sit, inquit, etc.*; ms. vero Boyer. totum locum his verbis reddit: *Non, inquit, extrinsecus capillorum intricatio, aut auri compositio, aut vestimentorum habitus ornamentum est, sed interior absconditus cordis homo.*

<sup>f</sup> Nonnulli mss., *pax vera dives*; Boyer., *pax vera et dives*: melius tamen cæteri, ac edit. ut in textu.

condet.... *Feræ bestiae pacificæ erunt tibi, et scies* A quod in pace erit domus tua (*Job. v, 47*). Mitigatis enim carnis hujus vitiiis, et passionibus, quæ militare adversus animam solent, tabernacula tua sine perturbatione erunt, domus sine offensione, semen sine defectu, a posteritas sicut odor agri pleni, sepultura sicut messis. Siquidem quando alii b suum defectum arbitrantur, tunc acervus tritici tui supernis maturus infertur c apothecis.

6. Merito justus semper fenerat, iniquus indiget. Ille d justitias fenerat, fenerat mandatum Dei pauperibus et egenis: at vero insipiens et quod putat se habere, nequaquam possidet. An putas illum possidere, qui thesauro suo die ac nocte incubans, avara et misera torquetur sollicitudine? Ille vero eget, et si aliis dives videtur, sibi pauper est; quia non ulitur eo quod habet, qui adhuc alia rapit, alia desiderat: ubi enim nullus cupiditati modus, qui fructus divitiarum? Nemo est dives, qui quod habet, secum hinc auferre non potest: quod enim hic relinquitur, non nostrum, sed alienum est.

7. Dives Enoch, qui quod habuit secum transtulit, et omnem illum bonitatis suæ censum cælestibus intulit receptaculis (*Gen. v, 25*): qui ideo *rap-tus est, ne cor ejus malitia mutaret* (*Sap. iv, 11*). Dives Elias, qui virtutum suarum thesauros curru igneo sublimis sedibus æthereis invexit (*IV Reg. ii, 11*). Et tamen iste non mediocres divitias hæredi reliquit, quas ipse non amitteret. Quis hunc pauperem vel tunc dixerit, cum victus quotidiani indigens alimonia, mitteretur ad viduam, ut pasceret ab ea; quando ad ejus vocem cælum claudebatur et aperiebatur, quando ad ejus verbum hydria farinae et vas olei non deficiebat per triennium, sed abundabat: nec minuebatur usu, sed replebatur (*III Reg. xvii, 9 et seq.*)? Quis illum pauperem dixerit, ad cujus voluntatem descendebat ignis (*IV Reg. i, 14*), quem invia aliis flumina non concludebant (*IV Reg. ii, 8*), sed in 943 suum fontem recurrebant; ut sicco propheta transiret pede?

8. Duos finitimos vetus historia describit (*III Reg. xxi, 1 et seq.*), regem Achab, et pauperem Nabuthen; quem horum pauperiore, quem ditioem credimus? Alter regali fulcro divitiarum præditus, inexplebilis insatiabilisque opibus suis, exiguum pauperis vineam desideravit: alter e despiciens animo βασιλέων τὰς

a Alluditur ad *Gen. xxvii, 27: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, etc.*, nec non ad *Job v, 26: Ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut infertur acervus tritici, etc.*

b Codex Boyer., *suum fructum arbitrantur.*

c Ubi aliquid reponitur, ait Nannius, apotheca dicitur: nunc autem pharmacopularum officinas ita appellamus.

d Rom. edit., *justitias fenerat mandato Dei*; alie, ac mss., *justitias fenerat mandatum Dei*. In solo Boyer. geminatur *fenerat*, quod saltem in aliis subintelligitur.

e Amerb. cum mss. non paucis, *aspiciens animo.*

f Divitem eum esse definit Cicero loco cit., *cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit, qui nihil querat, nihil appetat, etc.* Maxime vero

πολυ χρύσους τύχας, imperialesque gazas, suo erat contentus palmitē. Nonne videtur hic magis dives, hic magis rex, f qui sibi abundabat, suas regebat cupiditates; ut nihil alienum concupisceret? ille autem egentissimus, cui aurum suum vile, alienus palmes pretiosissimus æstimabatur? Sed qua ratione s egentissimus, cognosce: quia divitiæ injuste congregatæ evomuntur (*Job xx, 15*); radix autem justorum manet (*Prov. xii, 12*), et ut palma floret (*Psal. xci, 13*).

9. An non egentior paupere is, qui tamquam umbra præterit (*Psal. cxliii, 4*)? Hodie impius exaltatur, cras non erit, nec inveniatur aliquis locus ejus (*Psal. xxxvi, 35, 36*). Quid est itaque divitem esse, nisi abundare? Quis autem abundat, qui sit animo contractior? Qui autem animo contractior, utique angustior: quæ igitur in angustiis abundantia? Non ergo dives, qui non abundat. Unde pulchre David: *Divites, inquit, eguerunt, et esurierunt* (*Psal. xxxiii, 10*); quoniam cum haberent Scripturarum thesauros cælestium, eguerunt qui non intellexerunt, et esurierunt qui nullum spiritualis gratiæ gustarunt cibum.

10. Nihil igitur effectu sapientis ditius, nihil insipientis egentius. Nam cum regnum Dei pauperum sit (*Matth. v, 3*), quid esse locupletius potest? Et ideo præclare Apostolus: *O altitudo, inquit, divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei* (*Rom. xi, 33*)! Præclare etiam David, qui in via testimoniorum cælestium, quasi in omnibus divitiis, delectabatur (*Psal. cxviii, 14*). Expresse Moyses, qui ait: *Nephtalim satiæ accipientium* (*Deut. xxxiii, 23*). Nephtalim, h abundantia significatur Latina interpretatione, vel dilatatio. Ibi ergo abundantia, ubi satiæ: ubi autem fames cupiditatum, ubi inexplebilis appetentia; ibi utique paupertas. Sed quia vix ulla rei pecuniariæ vel mundi hujus cupiditas satiætatem habet; i ideo addidit: *Et replebitur benedictione* (*Ibid.*).

11. Secundum hæc Petrus apostolus definit non in auro et argento et indumentis seminarum esse ornamentum, sed in occulto cordis homine atque abscondito. (*I Pet. iii, 3*); unde nulla se exuat cultum pietatis, ornatum gratiæ, vitæ æternæ hæreditatem. Vale, et nos dilige; quia nos te diligimus.

#### 944 i EPISTOLA XXXIX.

D *Faustinum propter sororis mortem hominum consortium*

ab ejus argumentandi ratione in eo discrepat Ambrosius, quod pro veterum Romanorum exemplis, quæ ille adhibet, hic nullis utitur nisi e divina Scriptura petitis.

s Cod. Boyer., *egentissimus? Quia divitiæ congregatæ pereunt; radix enim, etc.*

h Idem cod. Boyer., *Latiniæ interpretationis significatione abundantiam vel dilationem significat*. Quod vero ad hunc significatum, in eo alluditur ad illa verba citati loci ex *Deut.*: *Nephtali abundantia perfruetur, et plenus erit benedictionibus*. Nam aliqui rectius interpretantur idem vocabulum comparationem, retorsionem ac tortuositatem, ut vulgo solent.

i Boyer. solus, *ideo de justo dicitur*.

j Scripta haud multo post ann. 387.

*fugientem arguit, hoc ipsi sorori injurium, ac interitum non hominibus solum, sed et civitatibus communem esse monens. Nihil ergo illi jam deberi nisi precēs; vetare siquidem Apostolum, ne quem secundum carnem jam cognoscamus, at novam creaturam. Quænam illa sit, et quomodo illum solari Ambrosius ipse teneatur, expenditur.*

AMBROSIIUS FAUSTINO salutem.

1. Acerbo te doliturum dolore obitum germanæ tuæ non ignorabam; non tamen ut a nobis te ablegares, sed ut nobis te redderes: nam et si minus jucunda solatia mœrentibus, tamen nonnumquam necessaria sunt. Tu autem abiisti in secreta montium, et inter ferarum diversaris spelæa, omni humanæ conversationis<sup>a</sup> usu abdicato, et quod gravius est, iudicio tuo.

2. Tantumne de te commeruit germana tua, ut propter quam excellere apud te debuit conditio humana, quæ tam egregiam feminam tulit, propter eam apud te minoris prærogativæ sit? Illa certe vita excedens, hoc se mulcebat solatio, quod te sibi superstitem dereliqueret, parentem nepotibus, præsullem parvulis, auxiliatorem desitutis: tu ita te et nepotibus et nobis abnegas, ut consolationis illius fructum non sentiamus. Illa te chara pignora vocant non ad dolendum, sed ad consolandum; ut cum te vident, matrem sibi<sup>b</sup> non credant obiisse: in te eam recognoscant, in te ejus præsentiam teneant, in te vitam ejus sibi manere arbitrentur.

3. Sed doles quod dudum florentissima repente occiderit. Verum hoc nobis commune non solum cum hominibus, sed etiam cum civitatibus, terrisque ipsis est. <sup>c</sup> Nempe de Bononiensi veniens urbe a tergo Claternam, ipsam Bononiam, Mutinam, Rhegium derelinquebas, in dextera erat Brixillum, a fronte occurrebat Placentia, veterem nobilitatem ipso adhuc nomine sonans, ad lævam Apennini inculta miseratus, et florentissimorum quondam populorum castella considerabas, atque affectu relegabas dolenti. Tot igitur semirutarum urbium cadavera, terrarumque sub eodem conspectu exposita funera non te admonent unius, sanctæ licet et admirabilis feminæ, decessionem consolabiliorē habendam; præsertim cum illa in perpetuum prostrata ac diruta sint: hæc autem ad tempus quidem erepta nobis, meliorem illi vitam exigit?

4. Itaque non tam deplorandam, quam prosequendam orationibus reor: nec mœstificandam<sup>d</sup> lacrymis tuis, sed magis oblationibus **945** animam ejus Domino commendandam arbitror.

<sup>a</sup> Nonnulli mss. ac vet. edit., usu abdicatus.

<sup>b</sup> Cod. Boyer., non credant abesse.

<sup>c</sup> Imitatio est Servii Sulpitii ad Ciceronem de obitu Tullivæ filivæ: *Ex Asia rediens, cum ab Ægina Megaram versus navigarem, cæpi regiones circum circa prospicere: post me erat Ægina, ante Megara, dextra Pyrens, sinistra Corinthus, quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata et diruta ante oculos jacent. Cæpi egomet mecum cogitare: Hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrum interit, aut occisus est; cum in uno loco tot oppidorum cadavera*

A 5. Verum forte asseras securum te<sup>e</sup> de meritis ejus ac fide; nequire tamen ferre desiderium, quod eam jam non videas secundum carnem, idque tibi summo dolori sit. Nec illud te movet Apostolicum, quod ait: *Quia neminem novimus ex hoc secundum carnem. Et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus* (II Cor. v, 16)? Caro enim nostra perpetua esse ac diuturna non potest; necesse est occidat, ut resurgat: necesse est resolvatur, ut requiescat, <sup>f</sup> ut fiat quidam finis peccati. Et ideo multos cognovimus secundum carnem, sed nunc jam non novimus. Ipsum Dominum Jesum cognovimus, inquit Apostolus, secundum carnem: *sed nunc jam non novimus*. Jam enim carnis deposuerat exuvias, jam specie hominis non videbatur, jam B pro omnibus mortuus erat, et omnes in illo mortui; sed ut per ipsum renovati, et vivificati spiritu, jam non sibi, sed Christo vivant. Unde et alibi ait idem Apostolus: *Vivo autem jam non ego, vivit autem in me Christus* (Gal. ii, 20).

6. Meritoque qui ante cognoverat secundum carnem Christum, jam operationes ejus invisibiliter agnoscens, jam non carnem ejus, sed potentiam scrutans, qui ante persecutor discipulos hominis, et pedissequos carnis infestis odiis urgebat, postea doctor gentium factus, veneratores majestatis ejus ad prædicationem Evangelii instruere atque informare cœperat. Et ideo addidit: *Si quis in Christo nova creatura* (II Cor. v, 17), id est, qui perfectus in Christo, nova creatura est; quoniam qui caro est, C imperfectus est. Denique ipse Dominus ait: *Non permanebit spiritus meus in istis hominibus, quoniam carnes sunt* (Gen. vi, 3). Istalis itaque non est in Christo: sed si quis in Christo est; nova creatura est, non naturæ novitate formatus, sed gratiæ. Vetera itaque quæ secundum carnem erant, transierunt: facta sunt nova omnia. Quæ illa, nisi quæ Scriba doctus in regno cœlorum novit (Matth. xiii, 52), similis illius patrisfamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera, neque vetera sine novis, neque nova sine veteribus? Ideo et Ecclesia dicit, quia *nova et vetera servavi tibi* (Cant. vii, 13). Sed transierunt vetera, id est, Legis mysteria abscondita, in Christo facta sunt omnia nova.

7. Hæc est nova creatura, de qua Apostolus ad Galatas ait: *In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed nova creatura, per quam jam renovata caro floret, et fructum invenit gratiæ, quæ ante inveterati flagitii spinas habebat* (Gal. v, 6). Quid ergo est <sup>g</sup> quod mœrcanus, si jam ad ani-

*projecta jaceant! Ita Nannius.*

<sup>d</sup> Ms. Boyer. lacrymis tuis animam, sed magis oblationibus citis commendandam arbitror. Observabis obiter Ambrosium hoc loco sicut et alibi non semel consuetudinem orationum atque oblationum pro mortuis faciendarum testificari.

<sup>e</sup> Codex Boyer. solus, de meritis ejus ad fidem.

<sup>f</sup> Mss. nonnulli, et fiat quidam, etc. Boyer. solus, necesse est ut fiat quidam fines peccato.

<sup>g</sup> Cod. Long., quod mereamur; non satis recte.

mam dicitur : *Renovabitur sicut aquilæ juvenus tua* (Psal. cii, 5)? Quid est quod ingemiscamus pro mortuis, cum jam reconciliatio mundi apud Deum Patrem facta sit per Dominum Jesum (II Cor. v, 18)?

8. Quoniam ergo Christi beneficia tenemus, **946** cum apud omnes, tum apud te pro Christo legatione fungimur (Ibid., 20); ut noveris irrevocabilia ejus esse dona, ut credas, quod semper credidisti : nec nimio mœrore tuam in dubium adducas sententiam; quia idæo peccatum factus est Dominus Jesus, ut tolleret peccatum mundi (Joan. i, 29); et essemus in illo omnes justitia Dei (II Cor. v, 21) : jam non culpæ obnoxii, sed justitiæ remuneratione securi. Vale et nos dilige; quia nos te diligimus.

<sup>a</sup> EPISTOLA XL.

Ab imperatore audiri se postulat, affirmans in principe **B** laudari facilitatem; tacere se sine utriusque periculo non posse; nec regibus displicere libertatem; illum vero, quamvis pius sit, decipi posse; sententiam de synagoga reparanda esse periculosam, cum episcopum martyrio vel prævaricationi exponat. In hanc rem exemplo Juliani proposito, rescripti causæ reselluntur, maxime quod Judæi plures usserint ecclesiis. Hinc agitur de Valentianorum, qui gentilibus pejores declarantur, fano, ac donariis, quæ dicebantur sublata, extenuatis, januam ad calumnias Judæis aperiri, triumphumque de Christo dari demonstratur. Hac de re allegorica instituitur Domini expostulatio; postquam deterretur Maximi exemplo Theodosius, neve Judæos aut hereticos ulcisci velit, admonitus, denuo stimuletur ad clementiam.

<sup>b</sup> Clementissimo principi, ac beatissimo imperatori THEODOSIO AUGUSTO AMBROSIIUS EPISCOPUS.

1. Exercitus <sup>c</sup> semper jugibus fere curis sum, Imperator beatissime : sed numquam tanto in æstu fui, quanto nunc; cum video cavendum ne quid sit, quod ascribatur mihi etiam de sacrilegii periculo. Itaque peto ut patienter sermonem meum audias. Nam si indignus sum, qui a te audiar; indignus sum, qui pro te offeram, cui tua vota, cui tuas committas preces. Ipse ergo non audies eum, quem pro te audiri velis? Non audies pro se agentem, quem pro aliis audisti? Nec vereris judicium tuum, ne cum indignum putaris, quem audias, indignum feceris, qui pro te audiatur?

2. Sed neque imperiale est libertatem dicendi denegare, neque sacerdotale, <sup>d</sup> quod sentias, non dicere. Nihil enim in vobis imperatoribus tam populare et tam amabile est, quam libertatem etiam in iis

<sup>a</sup> Scripta sub fin. anni 388.

<sup>b</sup> Ita omnes edit. et mss. longe plurimi : nonnulli tamen solum præligunt : *Ambrosius Theodosio imperatori*. Hujus porro epistolæ Paulinus meminit, ejusque scribendæ occasionem, materiam atque exitum narrat, de quibus omnibus in ejusdem tempore assignando satis disputatum est in Admonitione.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *Exercitibus semper jugibus, seu curis sum, imperator beatissime, deditus*. Haud male quidem; alii tamen plures. et omnes edit. nobis patrocinantur. nisi quod Rom. edit. exponit adverbium *semper*.

<sup>d</sup> Omnes edit. et quidam mss., *quod sentiat non*

diligere, qui obsequio militiæ vobis subditi sunt. Si quidem hoc interest inter bonos et malos principes, quod boni libertatem amant, servitutem improbi. Nihil etiam in sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat, non libere denuntiare. Siquidem scriptum est : *Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar* (Psal. cxviii, 46); et alibi : *Fili hominis, speculatorem te posui domui Israel, in eo, inquit, ut si avertatur justus a justitiis suis, et fecerit delictum; quia non distinxisti ei, hoc est, non dixisti quid sit cavendum, non retinebitur memoria justitiæ ejus, et sanguinem ejus de manu tua exquiram. Tu autem si distinxeris justo, ut non **947** peccet, et ipse non peccaverit, justus vita vivet; quia dixisti ei : et tu animam tuam liberabis* (Ezech. iii, 17-19).

3. Malo igitur, Imperator, bonorum mihi esse tecum, quam malorum consortium; et ideo clementiæ tuæ displicere debet sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentii mei periculo involveris, libertatis bono juvaris. Non ergo importunus indebitis me intersero, alienis ingero : sed debitis obtempero, mandatis Dei nostri obedio. Quod facio primum tui amore, tui gratia, tuæ studio conservandæ salutis. Si id mihi vel non creditur, vel interdictum : dico sane <sup>e</sup> diviniæ offensæ metu. Nam si meum periculum te exueret, patienter me pro te offerrem, sed non libenter; malo enim te sine meo acceptum Deo esse et gloriosum periculo. Sin autem silentii mei dissimulationisque culpa et me ingratum, nec te liberat; **C** malo importuniorem me, quam inutilliore aut turpiorem judices. Siquidem scriptum est, dicente sancto apostolo Paulo, cujus non potes doctrinam refellere : *Insta opportune, importune; argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina* (II Tim. iv, 2).

4. Habemus ergo et nos cui displicere plus periculi sit; præsertim cum etiam imperatoribus non displiceat suo quemque fungi munere, et patienter audiat unumquemque pro suo suggerentem officio; immo corripatis, si non utatur <sup>f</sup> militiæ suæ ordine. Quod ergo in iis libenter acceptis, qui vobis militant, num hoc in sacerdotibus potest molestum videri; cum id loquamur, non quod volumus, sed quod jubemur? Scis enim lectum : *Cum stabitis ante reges et **D** præsides, nolite cogitare quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini : non enim vos estis qui loquamini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis* (Matth. x, 19, 20). Et tamen si in causis *dicere*.

<sup>e</sup> Reg. cod., *hoc est, non distinxisti*. Et infra, *quia distinxisti*. At vice versa ubi idem codex cum aliis multo pluribus et cunctis edit., *si distinxeris justo*, mss. Prat. ac Gem. legunt, *si dixeris justo*.

<sup>f</sup> Duo mss., *si dixeris justo*.

<sup>g</sup> Reg. cod. solus, *divinæ offensæ memor*. Nam si *...tu hauseris*.

<sup>h</sup> Prorsus et in principio hujus epistolæ (nempe his verbis, *qui obsequio militiæ*) videtur militiam ponere non tantum pro castrensi stipendio, sed pro quavis functione, ministerio, et officio. Hæc Nannius.

reipublice loquar, quamvis etiam illic iustitia servanda sit, non tanto astringar metu, si non audiar: in causa vero Dei quem audies, si sacerdotem non audias, cujus majore peccatur periculo? Quis tibi verum audebit dicere, si sacerdos non audeat?

5. Novi te pium, clementem, mitem, atque tranquillum, fidem ac timorem Domini cordi **948** habentem: sed plerumque aliqua nos fallunt. Habent aliqui zelum Dei, sed non secundum scientiam (*Rom. x, 2*). Ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat, cavendum arbitror. Novi pietatem tuam erga Deum, lenitatem in homines: obligatus sum beneficiis tuarum indulgentiarum. Et ideo plus metuo, amplius sollicitor; ne etiam ipse tuo me postea iudicio condemnes, quod mea aut dissimulatione aut adulatione prolapsionem non evitaveris. Si in me peccari viderem, non deberem tacere; scriptum est enim: <sup>a</sup> Si frater tuus in te peccaverit, corripe illum primo, deinde increpa, duobus aut tribus testibus (*Math. xviii, 15 et seq.*). Si te non audierit, dic Ecclesie. Causam ergo Dei tacebo? Quid igitur sit, quod meam tuam consideremus.

6. Relatum est a <sup>b</sup> comite orientis militarium partium incensam esse synagogam, idque auctore factum episcopo. Jussisti vindicari in ceteros, synagogam ab ipso exedificari episcopo. <sup>c</sup> Non astruo expectandam fuisse assertionem episcopi; sacerdotes enim turbarum moderatores sunt, studiosi pacis, nisi cum et ipsi moventur injuria Dei, aut Ecclesie contumelia. <sup>d</sup> Sit alioquin iste episcopus ferventior in exustione synagogae, timidior in iudicio: non vereris, im-

<sup>a</sup> Reg. cod. solus: *Quod si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos; ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesie. Advertis ergo, imperator, quod causam Dei dissimulare non queam. Quid igitur? Causam Dei, etc.*

<sup>b</sup> Cedrenus in *Hist.* hunc magistratum appellat *Honoratum praefectum*, nimirum Constantinopolis, ubi hanc actionem contigisse memorat. Sed in rei veritatem tam multa peccat, ut ejus haberi possit nulla ratio. Valesius in *Amniam. Marcellinum*, pag. 4, de comite orientis agens: *Ceterum*, inquit, *cum haec civilis potestas fuerit, miror sanctum Ambrosium in epistola ad Theodosium haec scribere: relatum est a comite orientis militarium partium... sed hunc nodum solvent peritiores.* Fuit sane in eo solvendo felicior Godofredus; hic enim in *Chronol. Cod. Theod.* et in *Comment. in leg. 9 de Judaeis* docet eum qui ab Ambrosio dicitur *comes orientis militarium partium*, quem lex citata titulo *comitis* et magistri utriusque militiae per orientem signat, ut distinguatur ab altero comite orientis civilium partium, quem describit Zosimus lib. v. Bullengerus lib. iv de imp. Rom. cap. 25, quamvis duas illas dignitates non videatur satis distinguere, attamen ad comitem orientis militiam quoque pertinuisse, clare indicat hisce verbis: *Quia Persae Armeniam et Mesopotamiam vestabant, comes orientis vir spectabilis ei cum exercitu impositus, vicarius praefecti praetorio.* Et paulo post: *Comes et magister militum per Orientem illustris.* L. viii de *Metatis*. Idem vero sequenti cap. duos comites rei militaris fuisse in Oriente tradit, quem consule. Haec porro abunde Valesii diluunt dubitationem. Quod autem Godofredus contra Baronium hanc epistolam anno

A perator, ne acquiescat sententiae tuae; ne praevaretur, non times?

7. Non etiam vereris, quod futurum est; ne verbis resistat comiti tuo? Necesse erit igitur ut aut <sup>e</sup> praevicatore aut martyrem faciat: utrumque alienum temporibus tuis, utrumque persecutionis instar, si aut praevicari cogatur, aut subire martyrium. Vides <sup>f</sup> quo inclinet causae exitus. Si fortem episcopum putas, caveto martyrium fortioris: si inconstantem, declina lapsum fragilioris: plus enim astringitur, qui labi infirmum coegerit.

8. Haec proposita conditione, puto dicturum episcopum quod ipse <sup>g</sup> ignes sparserit, turbas compulerit, <sup>h</sup> populos conduxerit; ne amittat occasionem martyrii, et pro invalidis subjiciat validiorem. <sup>i</sup> O beatum mendacium, quo acquiritur sibi aliorum absolutio, sui gratia! Hoc est, imperator, quod poposci et ego; ut in me **949** magis vindicares: et si hoc crimen putares, mihi ascriberes. Quid mandas in absentes iudicium? Habes praesentem, habes confitentem reum. Proclamo quod ego synagogam incenderim, certe quod ego illis mandaverim; ne esset locus in quo Christus negaretur. Si objiciatur mihi, cur hic non incenderim? Divino jam cremari coepit iudicio: meum cessavit opus. Et si verum quaeritur, ideo segnior fui, quia non putabam hoc vindicandum. Quid facerem, quod nullo ultore sine praemio foret? Tangunt haec verecundiam, sed revocant gratiam; <sup>j</sup> ne fiat quo Dei summi contrahatur offensio.

9. Esto tamen, nemo episcopum ad hoc munus conveniat; rogavi enim clementiam tuam: et licet

393 scriptam contendit, jam ante examinavimus suo loco.

<sup>k</sup> Aliquot mss., non assero. Dictionem vero *assertionem*, quae pone sequitur, Nannius exponit in hunc modum: *Assertionem*; id est, defensionem. Metaphora inde sumpta, quod in causa liberali assertorem sive vindicem adesse oportebat, quo alterius libertatem, qui in servitutum petebatur, assereret. Ita ille. Sed forte verius ac simplicius dixeris *assertionem* sive affirmationem episcopi testimonium esse, quo remne illam fecisset, an secus, declararet. Est autem in verbis *Non astruo* quaedam praeritio rhetorica, qua, quod maxime dicitur, dici negatur.

<sup>l</sup> Omnes edit. ac mss. plerique, *Sit aliquis*: alii nonnulli, *Sit aliquibus*. Reg. et Latini conjectura, *Sit alioquin*.

<sup>m</sup> Praevicari Nannius idem hic esse vult, atque in idololatriam incidere: praevicatore quoque eundem dici, quem nunc apostatam vocant; cum in litteris profanis praevicatore is sit, qui cum reo colludit, et causam adversario prodat.

<sup>n</sup> Mss. aliquot, *quo inclinentur causae, vel quo inclinet causa*.

<sup>o</sup> Eliberitanæ synodi an. 505 habitæ canon. 60 prohibuit, ne quis ob idolum contractum interemptus, in martyrum catalogum admitteretur. Verum ea exustio, de qua hic agitur, talionis lege, et jure gentium, ut infra dicitur, non videbatur illicita.

<sup>p</sup> Vet. edit., *populos concluderit*.

<sup>q</sup> O beatum mendacium! eodem sensu hoc intellege, quo ab Ecclesia canitur: *O felix culpa!* propter effectum scilicet; per se enim mendacium semper malum est. Adi, si lubet, quæ nos priori tomo lib. i de Abraham cap. 8, num. 74, annotavimus.

<sup>r</sup> Omnes edit., *ne fiat opus*: at mss. c contrario omittunt *opus*.

ipse hoc revocatum adhuc non legerim, revocatum tamen constituamus. Quid si alii timidiore, dum mortem reformidant, offerant ut de suis facultatibus repararetur synagoga; aut comes ubi hoc comperit primo constitutum, ipse de christianorum censu exædificari jubeat? Habebis, imperator, comitem prævaricatorem, et huic vexilla committes victricia, huic labarum, hoc est, a Christi sacratum nomine, qui synagogam instauret, quæ Christum nesciat? Jube labarum synagogæ inferri, videamus si non resistent.

10. Erit igitur locus b Judæorum perfidiæ factus de exuviis Ecclesiæ: et patrimonium, quod favore Christi acquisitum est christianis, hoc transferretur ad donaria perfidorum? Legimus templa idolis antiquitus condita c de manubiis Cimbrorum, de spoliis reliquorum hostium. Hunc titulum Judæi in fronte synagogæ suæ scribent: Templum impietatis factum de manubiis christianorum.

11. d Sed disciplinæ te ratio, imperator, movet. Quid igitur est amplius? disciplinæ species, an causa religionis? Cedat oportet censura devotioni.

12. e Non audisti, imperator, quia cum jussisset Julianus reparari templum Hierosolymis, divino, qui faciebant repurgium, igne flagrantur? Non caves ne etiam nunc fiat? Adeo a te non fuit jubendum, ut Julianus hoc jusserit!

950 13. Quid tamen movet? Utrum quia quodcumque ædificium publicum exustum est, an quia synagogæ locus? Si ædificio incenso moveris vilissimo (quid enim in tam ignobili castro esse potuit), non recordaris, imperator, quantorum Romæ domus

præfactorum incensæ sint, et nemo vindicavit? Immo si quis imperatorum voluit factum severius reprehendere, ejus magis qui tanto est percussus dispendio, f causam gravavit. Quid igitur dignius, ut Callinici castri in parte aliqua ædificiorum incendium, an urbis Romæ vindicandum æstimaretur, si oporteret tamen? g Constantinopoli dudum domus episcopi incensa est, et filius clementiæ tuæ intercessit apud patrem; ut et suam, hoc est, filii imperatoris injuriam, et domus sacerdotalis incendium non vindicaret. Non consideras, Imperator, ne et hoc cum vindicari jusseris, ipse iterum interveniat, ne vindicetur? Sed bene illud acquisitum est a patre filio; dignum erat enim, ut suam injuriam prius ipse donaret. Bene illud cum gratiæ distinctione divisum est, ut et filius pro sua, et pater pro filii injuria rogaretur. Hinc nihil est quod filio reserves, et vide ne quid Deo deroges.

14. Non est ergo causa tantæ commotioni idonea; ut propter ædificii exustionem in populum tam severe vindicetur: multo autem minus quia synagoga incensa est, perfidiæ locus, impietatis domus, amentiae receptaculum, quod Deus damnavit ipse. Sic enim legimus per os Hieremiæ, dicente Domino Deo nostro: *Et faciam domui, ubi invocatum est nomen meum super ipsam, in qua confiditis vos, et loco quem dedi vobis et patribus vestris, h sicut feci Selon: et projiciam vos a facie mea, sicut projecit fratres vestros omne semen Ephræm. Et tu noli orare pro populo isto, et noli postulare illis misericordiam, et neque accesseris ad me pro illis: quia non exaudiam te. Aut non vides quid isti faciunt in civitatibus Juda (Jerem. vii, 14 et seq.)?*

posuit moveat, minus commode.

e Sensus est, ut ait Nannius: Non audisti, imperator, eos qui purgabant arenam, a parietinis et caducam materiam eruderant, ut ibi novum templum jussu Juliani consurgeret, cœlesti igne combustos esse. Nam in Theodoretii lib. iii Eccles. Hist. cap. 20, legitur ignem ex fundamentis erupisse et concremasse operarios. Hæc ille: quibus addere potuisset testem hac parte omni exceptione majorem Ammianum lib. xxiii, cap. 1, et auctorem Hist. Tripart. lib. vi, c. 43.

f Long. cod., causam curavit. Cæterum castrum Callinicum in Osdroena orientis provincia situm fuisse Godofredus loco citato auctoritate Ammiani, Zosimi ac Notitiæ imperii tradit.

g Discimus ex Socrate lib. v, c. 17, incensam esse Nectarii domum, idque Theodosio Augusto et Cynegio coss. accidisse, hoc est, ipso anno, quod huic epistolæ assignamus. Neque vero nobis officit, quod Ambrosius dudum incensam dicit eandem domum; perinde enim hoc loco agit, ac si quis quempiam judicio defendens, qui commissio per imprudenciam homicidio, statim pœnam subire cogeretur, eum cum alio qui eadem ante sex menses ex insidiis perpetratam impune tulisset, ita compararet: Sententiam in hunc insonsem jam vos tulistis, cum in sceleratum illum, a quo dudum civis immaniter trucidatus est, nihil dum gravius decreveritis. In quo videtis ab usu communi nihil recedere.

h Ita mss.; edit. autem Amerb. cum LXX interpret. scribit *Selo*: Eras. et sequentes cum Vulg. vers. *Silo*. Infra vero pro *fratres vestros*, mss. nonnulli habent, *patres vestros*.

a Vocibus *Christi sacratum nomine*, Rom. edit. adjicit *signum*. Sed præterquam quod hanc vocem nulla alia edit. aut mss. agnoscit, labarum proprie signum non erat, id est, e solida materia non erat, sed velum augustale. Hujus instituendi occasionem, non secus ac ejusdem formam abunde describit Eusebius lib. i Vitæ Const., cap. 31, ex quo eandem descriptionem certatim posteriores historici prodiderunt. Cum autem idem Eusebius ibidem lib. ii, cap. 8, electos a Constantino commemorat ex protectorum numero viros 50, quorum hoc unum erat officium, ut vexillum illud, quod alternatim humeris sustinebant, circumstantes satellitio suo tuerentur: quos Theodosius junior λαβωρον, sic enim Græci labarum dicunt, præpositos vocari, et e scholis domesticorum assumi jubet in una ex legibus cod. Theod.; mirum fortasse videri queat, cur Ambrosius, istis omissis, mentionem absentis comitis hic instituat. Veruntamen fieri potest, ut Theodosius aut discedens ab Oriente huic comiti vexillum illud reliquerit, aut post victoriam ipsum cum eodem redire voluerit; quemadmodum Silicium post mortem Arcadii Constantinopolim proficiscentem illud idem vexillum secum tulisse auctor est Sozomenus, lib. ix, cap. 4.

b Quidam mss., *Judæorum gentis perfidæ*.

c Pauculi mss., *de manibus Cimbrorum... de manibus christianorum*. Non satis recte; sunt enim manubie aut pecuniæ ex præda hostili vendita comparatæ, aut præda ipsa. De Cimbris autem a Mario deletis consule Flori lib. iii, cap. 3, et Patereuli lib. ii, atque alios.

d Reg. cod. unus, *disciplina et ratio*; cæteri et edit. inter se conveniunt, nisi quod Rom. pro *movet*



Deus se pro illis prohibet rogari, quos tu vindicandos putas.

15. At certe si jure gentium agerem, dicerem a quantas Ecclesie basilicas Judæi tempore imperii Juliani incenderint. Duas Damasci, quarum una vix reparata est, sed Ecclesie, non 551 synagogæ impenditis: altera basilica in formibus horretruinis. Incensæ sunt basilicæ Gazis, Ascalonæ, Beryto, et illis fere locis omnibus, et vindictam nemo quæsit. Incensa est basilica et Alexandria a gentilibus et Judæis, quæ sola præstabat cæteris. Ecclesia non vindicata est, vindicabitur synagoga?

16. Vindicabitur etiam Valentinianorum fanum incensum? Quid est enim nisi fanum, in quo est conventus gentilium? Licet gentiles duodecim deos appetent, b isti triginta et duos Æonas colant, quos B appellant deos. Nam et de ipsis comperi relatum et præceptum, c ut in monachos vindicaretur, qui prohibentibus iter Valentinianis, quo psalmos canentes ex consuetudine usque veteri pergebant ad celebritatem Machabeorum martyrum, moti insolentia incenderunt fanum eorum in quodam rurali vico tumultuarie conditum.

17. d Quanti se offerre habent tali optioni; cum meminerint tempore Juliani illum, qui aram dejecit, et turbavit sacrificium, damnatum a iudice fecisse martyrium? Itaque nunquam alias ille iudex, qui audivit eum, nisi persecutor habitus est; nemo illum congressu, nemo illum unquam osculo dignum putavit. Qui nisi jam esset defunctus, timerem, Imperator, ne in eum tu vindicares, quamquam vindictam cælestem non evaserit, e suo superstes hæredi.

18. Sed refertur cognitionem mandatam iudici, scriptumque eo quod non ferre debuerit, f sed vindicare: requirenda quoque sublata donaria. Omittam alia: incensæ sunt a Judæis Ecclesiarum

a Consule super his basilicarum incendiis Gregorii Nazian. Orat. 19 in Julian., Chrysostomi orat. 4 tom. I, Cyrillum Alex., et alios.

b Rom. edit. *triginta Æonas colant*. Et re vera totidem agnoscunt Irenæus lib. 1 advers. Hæreses, Tertullianus advers. Valent., Epiphanius Hær. 31, Theodoretus, Paulinus in Vita Ambr. et Augustinus de Hæres. cap. 11. Sed cum ultimus hic proditum a Valentinianis asserat omnes illos Æonas ex Bytho et Sige generatos, movet consensus mss. et vet. edit. ut utrumque ab Ambrosio aliis 30 annumeratum arbitremur. Certe ipsemet lib. de Incarn. Doim. cap. 4, num. 2, ubi eandem horum hæreticorum insaniam tangit, Æonum numerum non exprimit. Porro per duodecim illos deos, qui superiori versu memorantur, Nannius recte intelligit consentes deos, quod Jovis consilii interesse crederentur, ita nominatos, ac suo quemque mensi præfectos. Horum nomina efferuntur hoc disticho apud Ennium:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,  
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

c Hic multa occurrunt, quæ pertinent ad Ecclesiasticam disciplinam: nimirum publicarum supplicationum antiquitas, celebritas monasticæ institutionis, ne denique Machabeorum martyrum prisca veneratio, quam etiam plurimi sermones Patrum Græcorum ac Latinorum in eorundem natalibus habiti contestantur.

d Omnes edit., *Quot se offerre... illum quia aram;*

A basilicæ, et nihil redditum est, nihil repetitum, nihil quæsitum. Quid autem habere potuit synagoga in castro ultimo; cum totum quidquid illie est, non multum sit, nihil pretiosum, nihil copiosum? Quid deinde incendio potuit e rapi Judæis insidiantibus? Artes istæ sunt Judæorum volentium calumniari; ut dum ista queruntur, mandetur extra ordinem militaris censura iudicii, mittatur miles fortasse dicturus quod hic aliquando ante tuum, Imperator, dixit adventum: Quomodo poterit nos Christus juvare, qui pro Judæis adversus Christum militamus? b qui mittimur ad vindictam Judæorum? Suos perdidit exercitus, nostros volunt perdere.

952 19. In quas præterea non prosiliant calumnias, qui etiam Christo falsis testimoniis calumniati sunt? In quas non prosiliant calumnias homines et circa divina mendaces? Quos non auctores seditionis fuisse dicant? Quos non appetant, etiam quos non recognoscant; ut. catenatorum ordines innumeros spectent de christiano populo, ut captiva videant colla plebis fidelis, ut condantur in tenebras Dei servuli, ut feriantur securibus, dentur ignibus, tradantur metallis, ne poena cito transeat?

20. Hunc dabis triumphum Judæis de Ecclesia Dei? hoc tropæum de Christi populo? hæc gaudia, Imperator, perfidis? hæc celebritatem Synagogæ, hos luctus Ecclesie? Referet Judæorum populus hanc solemnitatem in dies festos suos; et inter illos profecto numerabit, quibus aut de Amorrhæis, aut de Chanaanæis triumphavit, aut de Pharao rege Ægypti, aut de Nabuchodonosor regis Babylonie manu liberari potuit. Adde hanc celebritatem, significans se de Christi populo triumphum egisse.

21. Et cum ipsi Romanis legibus teneri se negent, ita ut crimina leges putent; nunc velut Romanis legibus se vindicandos putant. Ubi erant istæ leges,

omnes mss., *Quant se offerre*; sed plures tantum, *illum qui aram*; unus etiam Reg. ante vocem *illum* exhibet nomen *Capitolium*. Verumtamen si opinio Baronii ad an. 382, nec non Hermannii lib. v Vita Ambr. cap. 13, admittenda est, quæ certe probabilis admodum nobis videtur, Emilianus appellabatur hic ipse marty. Etenim eidem uterque attribuit, quæ de Emilianis Dorostoritani martyrio Hieronymus in Chronico tradidit, sicut et Theodoretus lib. in Hist. cap. 7, ubi iudici nomen fuisse Capitolino scribit. Quod vero subdit neminem eidem iudici osculum postea non negasse, de iis oculis potissimum intelligimus, quibus iusserunt Apostoli christianos inimicem salutem, quæque præsertim in sacrarum celebratione singuli singulis offerebant. Qua de re adis Baronium ad an. 45, Albaspinæum in Observat. et lib. II de Veteri Politia cap. 15 et seq., card. Bonani lib. II de Rebus liturg. cap. 16, atque alios.

e Hæres hic, ait Nannius, non qui in jus defuncti successit, sed successurus esse sperabatur: ut intelligas filium ante patrem mortem obiisse.

f Ita mss. longe plurimi; alii autem nonnulli, et omnes edit., *sed vindicare. Requirenda... donaria, et omittam alia. Incensa sunt*, etc. Innuiter autem ab Ambrosio Ecclesiam illis temporibus numerosa pretiosarum rerum ac vasorum suppellectile abundasse.

g Nonnulli mss., *rapi Judæis insipientibus*.

h Omnes edit., *Qui mittantur ad vindictam Judæorum suos*, etc.; omnes mss. melius, ut in textu.



cum incenderent ipsi sacratarum basilicarum culmina? Si Julianus non est ultus Ecclesiam; quia prævaricator erat: tu, Imperator, ulcisceris synagogæ injuriam, quia christianus es?

23. Et quid tecum posthac Christus loquetur? Non recordaris quid David sancto per Nathan prophetam mandaverit (II Reg. vii, 8 et seq.)? Ego te de fratribus tuis minorem elegi, et de privato imperatorem feci. Ego de fructu seminis tui in sede imperiali locavi. Ego tibi subjeci nationes barbaras, ego tibi pacem dedi, ego tibi inimicum tuum in potestatem tuam captivum deduxi. Frumentum non habebas ad exercitum alimoniam, ipsorum hostium manu patefecisti tibi portas, aperui horrea: dederunt tibi hostes tui comæatus suos, quos sibi paraverant. Ego perturbavi hostis tui consilia, ut se ipse nudaret. Ego ipsum usurpatorem imperii ita vixi, ac mentem ejus ligavi, ut cum haberet adhuc fugiendi copiam, tamen cum omnibus suis tamquam metuens, ne quis tibi periret, ipse se clauderet. <sup>a</sup> Ego comitem ejus atque exercitum ex **953** altera parte naturæ, quos ante disperseram, ne ad belli societatem eirent, ad supplementum tibi victoriæ congregavi. Ego exercitum tuum ex multis indomitis <sup>b</sup> convenam nationibus, quasi unius gentis fidem et tranquillitatem et concordiam servare præcepi. Ego cum periculum summum esset ne Alpes infida barbarorum penetrarent consilia, intra ipsum Alpium vallum victoriam tibi contuli, ut sine damno vinceret. Ego ergo te triumphare feci de inimico tuo, et tu de plebe mea das meis inimicis triumphum.

23. Nonne propterea Maximus destitutus est, qui ante ipsos expeditionis dies, cum audisset Romæ synagogam incensam, edictum Romam miserat, quasi vindex disciplinæ publicæ? Unde populus christianus ait: Nihil boni huic imminet. Rex iste Judæus factus est: <sup>c</sup> defensorem istum disciplinæ audivimus, quem mox Christus probavit, qui pro peccatoribus mortuus est (Rom. v, 6). Si de sermone hoc dictum est, quid de ultione dicetur? Ille

<sup>a</sup> Intelligo, inquit Nannius, classem navarchi, quem Maximus bello maritimo præfecerat, tempestate disjectam fuisse. Sunt enim qui duas naturæ partes appellent, terram et aquam: aerem et ignem non esse elementa, sed elementata; nata nimirum aliunde, non autem primordia, aut semina rerum naturæ. Ita Nannius. Caterum hic multa tanguntur historię capita, quæ cum narrationibus historicorum ejusdem ætatis conferre non fuerit supervacaneum. Vide similiter quæ ad psal. lxi, num. 62, observavimus.

<sup>b</sup> Pauci mss., *convenam nationibus*.

<sup>c</sup> Tota illa pericope, *defensorem istum... pro peccatoribus mortuus est*, in uno cod. Reg. desideratur: forte non male.

<sup>d</sup> Long. cod., *Scythiæ*; mellus alii, atque edit. *Siciæ*, quod nomen male scribitur in edit. *Siciæ*; erat enim *Siscia* sedes episcopalis non ignobilis in Pannonia superiore. Infra vero, ubi omnes edit. ac multo plures mss., *et quo victus offendit*; alii aliquot præ se ferunt, *te quoque victus offendit*.

<sup>e</sup> Sensus nonnihil obscurus ob verborum trajectionem, quæ ut facilius explicentur, ita ordinanda sunt: *tu plus diligas, cui plus collatum est*.

A igitur statim a Francis, a Saxonum gente, in Sicilia, <sup>d</sup> Sisciæ, Petavione: ubique denique terrarum victus est. Quid pio commune cum perfido? Abolenda cum impio sunt etiam impietatis exempla. Quod illi nocuit, quo victus offendit; hoc non sequi debet, sed damnare, qui vicit.

24. Itaque illa tibi non quasi ingrato recensui, sed quasi jure collata numeravi; ut his admonitus, <sup>e</sup> cui plus collatum est, plus diligas. Denique hoc respondentem Simoni dixit Dominus Jesus: *Recte judicasti* (Luc. vii, 44). Statimque conversus ad mulierem quæ pedes ejus unguento unxit, typum Ecclesiæ gerens, ait Simoni: *Propter quod dico tibi: remissa sunt peccata ejus multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit* (Ibid., 47). Hæc est mulier quæ in domum Pharisæi intravit, et ejecit Judæum, Christum autem acquisivit. Ecclesia enim Synagogam exclusit: cur iterum tentatur, ut apud Christi famulum, hoc est, de pectore fidei, de domo Christi Synagoga excludat Ecclesiam?

25. Hæc ego, Imperator, amore et studio tui in hunc sermonem contuli. Debeo enim beneficiis tuis, <sup>f</sup> quibus me petente, liberasti plurimos de exiliis, de carceribus, de ultimæ necis pœnis; **954** ut malle debeam pro salute tua etiam offensionem tui animi non timere (nemo majore fiducia vitur, quam qui ex affectu diligit: nemo certe debet lædere, qui sibi consulit) ne tot annorum conceptam <sup>g</sup> cujuscumque sacerdotis gratiam uno momento amittam. <sup>h</sup> Et tamen non damnum gratiæ deprecor, sed salutis periculum.

C 26. Quamquam quantum est, Imperator, ut quærendum aut vindicandum non putes, quod in hunc diem nemo quæsivit, nemo umquam vindicavit? Grave est fidem tuam pro Judæis periclitari. Gedeon cum occidisset sacratum vitulum (Judic. vi, 31), dixerunt gentiles: *Dii ipsi injuriam suam vindicent*. Quis habet Synagogam vindicare? Christus quem occiderunt, quem negaverunt? An Deus Pater vindicabit eos, qui nec Patrem recipiunt, dum Filium non receperunt? Quis habet Valentianorum hære-

<sup>f</sup> Hoc temporibus relatam de Eugenio victoriam secutis Hermannus attribuit, atque multos sancti Antistitis rogatu ab exilio, et extremo supplicio liberatos esse. Verum præterquam quod ex Orosio et Pacato Theodosium victoria sua elementer usum ipse agnoscit, jam advertimus Ambrosium multa hujusmodi impetrasse a Theodosio. Et certe episcoporum esse, ut pro miseris imperatores conveniant, non semel a nobis observatum est apud Ambrosium, et ex pluribus Augustini epistolis advertas licet.

<sup>g</sup> Omnes edit., *cujuscumque sacerdotii*; mss. e contrario prope ad unum, *cujuscumque sacerdotis*. Quibus prior lectio magis arriserit, ita intelligant: Ne mihi comparatam sacerdotio meo, quodcumque illud sit, sive dignum sive indignum, gratiam et favorem amittam. Lectionem vero posteriorem posuimus interpretari illo sensu: *Ne cujuscumque sacerdotis*, id est, omnium episcoporum gratiam, qua jam a tot annis principum adversus reos indulgentiam obtinere solent, amittam.

<sup>h</sup> Colb. cod., *Et tamen donum gratiæ deprecor. Sed salutis periculum quantum est, Imperator, ut quærendum aut vindicandum, etc.* Infra vero pro fidem tuam, idem ms. habet, *fidem nostram*.

sim vindicare : <sup>a</sup> quam pietas tua quomodo vindicat, A cum eos excludi jusserit, nec conveniendi usurpare copiam (IV Reg. xxii, 2)? Si Josiam tibi objiciam regem Deo probatum, hoc in istis damnabis, quod in illo probatum est.

27. Certe si mihi parum fidei defertur, jube adesce quos putaveris episcopos : tractetur, Imperator, quid salva fide agi debeat. Si de causis pecuniariis comites tuos consulis, quanto magis in causa religionis sacerdotes Domini æquum est consulas !

28. Consideret clementia tua quantos insidiatores habeat Ecclesia, quantos exploratores : levem rimam si offenderint, figent aculeum. Secundum homines loquor : cæterum <sup>b</sup> plus hominibus Deus timetur, qui etiam imperatoribus jure præfertur. <sup>c</sup> Si amico aliquis, si parenti aut propinquo deferendum existimat, recte ego et deferendum Deo, et eum præferendum omnibus judicavi. Consule tibi, Imperator, aut patere me consulere mihi.

29. Quid respondebo postea, si compertum fuerit, data hinc auctoritate, aliquos christianorum aut gladio, aut sustibus, aut plumbeis necatos? Quomodo hoc purgabo factum? Quomodo excusabo apud episcopos, qui nunc quia per triginta et innumeros annos <sup>d</sup> presbyteri quidam 955 gradu functi, vel ministri Ecclesiæ retrahuntur a munere sacro, et curiæ deputantur, graviter gemunt? <sup>e</sup> Nam si qui vobis militant, certo militiæ tempore servantur; quanto magis etiam eos considerare debetis, qui Deo militant! Quomodo, inquam, hoc excusabo apud episcopos, qui queruntur de clericis, et impressione C gravi vastari scribunt ecclesias?

<sup>a</sup> Reg. cod. unus, *quamquam præ cæteris ipse tua quomodo vindicas, cum eos excludi jusseris*; reliqui mss. et omnes edit. ut in textu, nisi quod pro *quomodo*, quidam cod. legunt, *quoquo modo*. Cæterum exstant plures leges in Cod. tit. de Hæret. quibus omnium hæreticorum conventicula prohibita sunt, licet illic Valentiniani speciatim non nominantur.

<sup>b</sup> Mss. non pauci. *Cæterum plus omnibus, etc.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *si amico suo aliqui, si parenti aut propinquo; deferendum Deo, et eum, etc.*

<sup>d</sup> Non pauci mss., *presbyterii quidam, etc.* Curia porro officium clericis maxime onerosum erat, quandoquidem ad illud tributorum, ac publicorum ædificiorum cura pertinebat. Onerosius tamen adhuc fuisset, si spectacula profana curare clericos oportuisset, ut Innocentius I, decretali sua ad Victric. Rothom. cap. 13 edit. Quesn., item epist. 4 ad Nucern. cap. 3, et epist. 23 ad episc. synodi Tolet., videtur significare. Probabilius tamen est intelligendum esse eundem pontificem de laicis curialibus, quos vetat in clericalem gradum adoptari. Saltem dubitare non licet clericos profanis illis ministeriis nequitiam fuisse obnoxios, dum hæc scriberet Ambrosius noster : nam aliqui nunquam tam leviter rem adeo indignam præterissent. Quod ad alia curiarum munera, eorum immunes clericos esse voluerat Constantinus Magnus lege 2 de episcop. Verum non modo Julianus apostata omnes clericorum immunitates resciderat, ut Sozomenus lib. v, cap. 5, sed et alii quoque imperatores easdem partim revocaverant, partim variis appositis conditionibus restrinxerant, ut discere est ex variis legibus Cod. Theod. Vide pariter supra epist. 18, num. 13 et 14.

<sup>e</sup> Reg. codex, *Nam si quis vobis militat, certo se militiæ tempore tuelur... considerari oportet*; reliqui

30. Hoc tamen in notitiam clementiæ tuæ pervenire volui; de hoc, ut placet, arbitrio tuo consulere et temperare dignaberis : illud autem quod me angit, et jure angit, exclude atque ejice. Ipse facis, quidquid fieri jussisti : aut si ille facturus non est, malo te magis esse clementem, quam illum non fecisse, <sup>f</sup> quod jussus est.

31. Habes in quibus Domini adhuc debes circa imperium Romanum invitare et emereri clementiam; <sup>g</sup> habes quibus amplius, quam tibi spes : illorum gratia, illorum salus te in hoc sermone <sup>h</sup> conveniat. Timeo ne causam tuam alieno committas iudicio. Integra adhuc tibi sunt omnia. In hoc me ego Deo nostro pro te obligo, <sup>i</sup> nec verearis sacramentum. Numquid Deo displicere poterit quod pro B ejus emendatur honorificentia? Nihil mutaveris certe in illa epistola, sive missa, sive nondum missa est : dictari jube aliam, quæ plena fidei, plena pietatis sit. Tibi integrum est emendare, mihi non est integrum dissimulare.

32. <sup>j</sup> Antiochenis tuam donasti injuriam, inimici tui <sup>k</sup> filias revocasti, nutriendas apud affinem dedisti, matri hostis tui misisti de ærario tuo sumptus. Hæc tanta pietas, tanta erga Deum fides hoc facto obfuscabitur. Tu igitur qui armatis pepercisti hostibus, et servasti inimicos tuos; ne, quæso, tanto studio putes vindicandum in christianos.

33. Nunc te, Imperator, rogo, ut non aspernanter acceperis me et pro te et pro me timentem; sancti enim vox est : *Ut quid factus sum videre contritionem populi mei* (1 Mach. ii, 7), ut offensam incurram Dei? Ego certe quod honorificentius fieri

et edit. satis conveniunt, nisi quod in his habetur, *Nam cum ii qui, etc.* Fornerius parte iii, select. 7, pro *serventur*, ut erat in edit., sive *servantur* ut legunt plerique mss., emendandum putat *feriantur*, haud incongrue. Cæterum hoc loco Ambrosius indicat leg. 88 de Decurion. et legem 100 ejusdem tituli, quibus post quinquentium armatae militiæ, aut 50 annos palatinæ dignitatis, immunitas ab hæc muneribus conceditur. Adi similiter leg. 12 de *Privil. eor. qui in sacr.*, etc., qua ipsemet Theodosius palatinæ militiæ tempus ad 40 annos redegit.

<sup>f</sup> Codex Reg., *quod tu jusseris.*

<sup>g</sup> Intellige Theodosii liberos hic designari.

<sup>h</sup> Omnes edit. ac plerique mss., *conveniat meo, ne causam*; Colb. unus, *conveniat. Moneo ne causam, Reg. ut nos in textu.*

<sup>i</sup> Scilicet *sacramentum custodire* interdum contra officium est, quemadmodum tradit ipsemet sanctus Doctor lib. i de Offic. cap. 50, num. 264.

D <sup>j</sup> Antiochiæ per seditionem eversas esse Flaccilla imperatricis atque etiam Theodosii statuas Zosimus, Sozomenus aliique scriptores litteris commendarunt. Hujus porro facinoris occasione cum maximo in metu essent Antiochenenses, ad eos consolandos pulcherrimas orationes de Statuis habuit Chrysostomus adhuc presbyter. Sed converso tandem ad mitiora consilia Theodosio, idem Chrysost. Orat. 20 ad Antioch. egregie ipsius clementiam commendavit.

<sup>k</sup> Mss. Belv., Thuan. et Carol., *filios revocasti nutriendos, etc.* Quæ quidem lectio si vera esset, eo laude dignior haberetur Theodosius, qui contra propriam securitatem masculis hostis sui liberis pepercisset. Verumtamen præter Victorem, quem ab Andragathio interemptum narrat Zosimus, virilem prolem Maximo fuisse non reperimus.

potuit, feci; ut me magis audires in regia, ne, si necesse esset, audires in Ecclesia.

**956** <sup>a</sup> EPISTOLA XLI.

*Sororem ut de iis quæ synagogæ ac fani supra dictorum causa evenerant, certiore faciat, refert quemadmodum loco Hieremiæ de sacerdotum verbis, explicato, Evangelicam lectionem enarraverit, ostenderit illic Domini misericordiam commendari, cujus idem a nobis exigit imitationem, ac docuerit qua ratione evangelicam peccatricem Dominicos pedes lavando, tergendo, unguendo atque osculando referamus; alioqui nos prophetiæ reprehensionem, fore obnoxios; denique quo modo sermone converso ad Theodosium, tandem ut revocaret edictum, obtinuerit.*

<sup>b</sup> FRATER SORORI.

1. Sollicitam sanctitatem tuam esse adhuc scribere dignata es mihi, eo quod sollicitum me esse scripserim; unde miror quod litteras non acceperis meas, quibus refusam mihi scripseram securitatem. Nam cum <sup>c</sup> relatum esset synagogam Judæorum incensam a christianis, auctore episcopo, et Valentinianorum conventiculum; jussum erat, me Aquileiæ posito, ut synagoga ab episcopo reædificaretur, et in monachos vindicaretur, qui incendissent ædificium Valentinianorum. Tum ego, cum sæpius agendo parum proficerem, epistolam dedi imperatori, quam simul misi; et ubi processit ad Ecclesiam, hunc sermonem habui:

2. In libro prophetico scriptum est: *Sume tibi baculum nucinum (Jerem. 1)*; et qua ratione hoc dixerit Dominus prophetæ, debemus considerare; non otiose etenim scriptum est; quandoquidem et <sup>d</sup> in Pentateucho legimus quod virga nucina Aaron sacerdotis, cum diu reposita fuisset, effloruit (*Num. xvii, 8*). Nam videtur per virgam <sup>e</sup> significare quod directa esse debeat prophetia vel sacerdotalis auctoritas; ut non tam delectabilia, quam utilia persuadeat.

3. Ideoque nucinum baculum sumere jubetur propheta, quia memoratæ pomum arboris amarum in cortice, durum in testa, intus est fructuosum; ut ad ejus similitudinem propheta quoque amara et dura prætendat, et denuntiari tristia non reformidet. Similiter etiam sacerdos, quia præceptio ejus etsi ad tempus aliquibus amara videatur, et tamquam virga Aaron reposita diu in auribus dissimulantium; tamen aliquando cum æstimatur aruisse, florescit.

<sup>a</sup> Scripta anno 388.

<sup>b</sup> Rom. edit. in qua primum vulgata fuit hæc epistola, eam inscribit: *Ambrosius episcopus Marcellinæ sorori*; cod. Reg. in quo solo eamdem licuit reperire, simplicius præfigit, *Frater sorori*. Cæterum hanc ipsam epistolam tam distincte tamque expresse signat Paulinus, ut dubitare, quin vere Ambrosiana sit, nulli possimus.

<sup>c</sup> Ita Reg. cod.; at in Rom. edit legitur: *Relatum esset imperatori Synagogam Judæorum in partibus Orientis incensam.... et Valentinianorum lucum.... qui incendissent locum.*

<sup>d</sup> Rom. edit., in *heptateucho*, qua voce in psal. quoque cxviii, serm. 21, num. 12, usus est Ambrosius, ubi vim ejusdem vocabuli explicuimus. Pentateuchus vero quinque librorum Moysis complexio est.

4. Unde et Apostolus ait: *Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate, spirituque mansuetudinis (1 Cor. iv, 21)*? Prieus enim virgam dixit, et tanquam **957** virga nucina percussit errantes, ut postea consolaretur eos spiritu mansuetudinis. Itaque quem virga sacramentis abdicavit cælestibus, eundem mansuetudo restituit. Discipulo quoque talia præscripta dedit, dicens: *Argue, obsecra, increpa (II Tim. iv, 2)*. Duo dura, unum mite: sed ideo dura, ut etiam ipsa molliret; quia sicut ægris redundantibus felle corporibus ciborum aut potus amaritudo dulcescit, et contra epularum suavitas amaritudini est: ita ubi animus est saucius, <sup>f</sup> voluptariæ fote adulationis ægrescit, et rursus correctionis temperatur amaritudine.

5. Hæc de prophetica lectione libata sint: Evangelii quoque lectio quid habeat consideremus: *Rogavit quidam pharisæus Dominum Jesum, ut manducaret cum illo; et ingressus domum Pharisæi, discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod Jesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti: et stans retro secus pedes ejus, <sup>g</sup> lacrymis cæpit rigare pedes ejus (Luc. vii, 36 et seq.)*. Et reliqua recitavit usque ad locum: *Fides tua te salvam fecit, vade in pace*. Quam simplex, subjuncti, in verbis, quam profunda in consiliis Evangelii lectio! Itaque quia magni consiliarii sermo est, altitudinem ejus consideremus (*Esai. ix, 6*).

6. Dominus noster Jesus Christus judicavit magis homines beneficiis alligari posse, et provocari ad ea <sup>h</sup> quæ sunt recta faciendi, quam metu: plusque charitatem proficere, quam formidinem ad correctionem. Itaque præmisit gratiam, veniens per Virginis partum; ut in baptismo peccata donaret, quo sibi faceret gratiores. Deinde si competentia <sup>i</sup> gratis viris officia reponeremus, ipsius gratiæ remunerationem futuram omnium in hac muliere declaravit. Nam si tantummodo prima debita nobis remisisset, videretur cautior, quam indulgentior; correctionisque <sup>j</sup> providentior quam remunerationis magnificentior. Angusti animi sola astutia est, ut illiciat: Deo autem convenit, ut quos invitaverit per gratiam, eosdem gratiæ ipsius incrementis provehat. Ideoque nobis et ante donat per baptismum, et post bene servientibus uberiora largitur. Ita ergo Christi beneficia et incentiva virtutis et præmia sunt.

<sup>e</sup> Rom. edit., significat quod directa esse debeat prophetica, etc.

<sup>f</sup> Rom. mss., voluntariæ.... correptionis.

<sup>g</sup> Reg. codex, *Lacrymis rigabat pedes ejus*: post quæ ommissis, et reliqua recitavit usque ad locum, totam evangelici textus seriem ad finem usque capituli prosequitur. Et hæc decursa subdit, *Quam simplex in verbis, etc.*

<sup>h</sup> Idem codex, *quæ sunt recta, quam metu; plusque charitate proficere, quam formidine, etc.*

<sup>i</sup> Ibid., *gratiarum in nos officia desponderemus, forte rependeremus.*

<sup>j</sup> Ita codex manu exaratus: at Rom. edit. hæc tantum habet, *providentior. Angusti namque animi est, ut illiciat, non autem oromoveat. Ideoque, etc.*

7. <sup>a</sup> Sed nemo vocabulum feneratoris horrescat. Fuimus ante sub feneratore duro, qui nisi morte debitoris expleri ac satiari nequiret (*Luc. 7, 41*). Venit Dominus Jesus, vidit <sup>b</sup> gravi nos obligatos fenore. Nemo fenus suum patrimonio innocentiae suae poterat exsolvere: de meo, unde me liberarem, habere non poteram, novum genus absolutionis mihi detulit; ut creditorem mutarem, quia fenus unde solverem, non habebam. Debitores autem nos non natura, sed culpa fecerat; peccatis enim nostris æra gravia contraximus, **958** ut essemus obnoxii, qui eramus liberi; debitor enim est, qui aliquid accepit de feneratoris pecunia. Peccatum vero a diabolo est: tamquam in ejus patrimonio has habet impius opes; sicut enim Christi divitiarum virtutes sunt, ita diaboli opes crimina sunt. Redegerat humanum genus in perpetuam captivitatem <sup>c</sup> obnoxiae hæreditatis gravi fenore, quod obæratu auctor ad posterum de fenerata successione transmiserat. Venit Dominus Jesus, mortem suam pro morte omnium obtulit, sanguinem suum pro sanguine fudit universorum.

8. Mutavimus ergo creditorem, non evasimus; immo evasimus, manet enim debitum, fenus intercidit, dicente Domino Jesu *qui in vinculis sunt: Exite; et his qui in carcere sunt: Procedite*; dimissa sunt ergo peccata vestra (*Esai. xlix, 9*). Omnibus igitur dimisit, nec quisquam est, cui non relaxarit. Sic enim scriptum est, quia donavit omnia delicta, delens quod adversum nos erat chirographum decreti (*Coloss. ii, 15, 14*). Cur nos aliorum tenemus chirographa, et volumus exigere aliena, qui nostrorum utimur indulgentia? Qui donavit omnibus, ab omnibus exigit; ut quod unusquisque sibi dimissum meminit, alii ipse dimittat.

9. Vide ne graviores causas incipias habere fenerator, quam debitor: sicut ille in Evangelio, cui Dominus suus dimisit <sup>d</sup> omne debitum, ille postea a conservo suo cepit exigere, quod ipse non solverat; unde iratus dominus ejus de ipso summis exegit injuriis, quod ei ante donaverat (*Matth. xviii, 27 et seq.*). Caveamus ergo ne nobis hoc accidat, ut non remittendo, quæ nobis debentur, incipiamus et illa solvere quæ remissa sunt nobis; ita enim scriptum est, dicente Domino Jesu: *Sic et vobis faciet Pater meus, qui in caelis est, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris* (*Ibid. 34*). Dimittamus ergo pauca, quibus plura donata sunt: et intelligamus eo nos Deo acceptiores fore, quo etiam plura donamus; quia hoc gratiores Deo sumus, quo nobis dimissa sunt.

10. Denique interrogatus a Domino pharisæus: *Quis, inquit, eum plus diligit?* Respondit: *Æstimo quia is cui plus donavit.* Cui Dominus dixit: *Recte*

<sup>a</sup> Præmittit edit. Rom., *Erant duo debitores eundem feneratori*, quod in codice Reg. prætermittitur.

<sup>b</sup> Regius codex, *gravi obligatos ære funereo*; forte melius legas, *fenereo*.

<sup>c</sup> Rom. edit., *obnoxia hæreditas*; non satis recte: at rursus quod legit *obæratu*, ubi scriptus codex præfert, *operatu*, anteponenda est.

*A judicasti* (*Luc. vii, 42, 43*). Laudatur Pharisæi iudicium, sed arguitur affectus. De aliis bene iudicat: sed quod de aliis opinatur, ipse non credit. Audis laudantem Judæum Ecclesiae disciplinam, ejusque veram gratiam prædicantem, honorantem sacerdotes Ecclesiae, <sup>e</sup> hortaris ut credat, renuit; ita quod in nobis laudat, ipse non sequitur. Non ergo plena ejus laudatio est, quia audivit a Christo: *Recte judicasti*; nam et Cain recte obtulit, sed non recte divisit: ideoque dixit illi Deus: *Si recte offeras, non recte autem divides: peccasti, quiesce* (*Gen. iv, 7*). Ergo et hic recte **959** obtulit, quia iudicat Christum a christianis amplius diligendum; quia multa nobis peccata donavit: sed non recte divisit, quia putavit quod peccata hominum posset ignorare, qui hominibus peccata dimitteret.

11. Ideoque ait Simoni: *Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis suis rigavit pedes meos* (*Luc. vii, 44*). Omnes unum corpus Christi sumus, cui caput Deus, membra autem nos sumus (*I Cor. xii, 12*): alii fortasse oculi, ut prophetæ: dentes: ut apostoli, qui Evangelicæ prædicationis cibum nostris infudere pectoribus; meritoque scriptum est: *Oruli ejus hilares a vino, et dentes candidiores lacte* (*Gen. xlix, 12*). Sunt et manus ejus illi, qui videntur executores bonorum operum. Sunt et venter ejus, qui vires alimonie pauperibus largiuntur. Sunt ergo et pedes ejus aliqui: atque utinam merear ejus esse calcaneum! Aquam igitur mittit in pedes Christi, qui etiam ultimis quibusque peccata concedit; et dum plebeios liberat, Christi tamen lavat vestigium.

12. Mittit et ille aquam in pedes Christi, quia peccatorum colluvione mundat conscientiam suam; ambulat enim Christus in pectoribus singulorum. Cave igitur ne pollutam habeas conscientiam, et pedes Christi incipias inquinare. Cave ne spinam in te improbitatis offendant, quia ejus in te deambulantis calcaneum saucietur (*Luc. vii, 44*). Nam ideo aquam pedibus Christi non dedit pharisæus, quia mundum a colluvione perfidiae animum non habebat. Unde enim suam mundaret conscientiam, qui aquam non suscepit Christi? Ecclesia autem et aquam habet, et lacrymas habet: aquam baptismatis, lacrymas poenitentiae. Fides namque, quæ superiora peccata deplorat, nova cavere consuevit. Ergo Simon pharisæus, qui aquam non habebat, utique et lacrymas non habebat. Quomodo enim haberet lacrymas, qui poenitentiam non gerebat; quoniam vero non crederet in Christum, nec habebat lacrymas? Nam si habuisset, lavisset oculos suos; ut Christum videret quem adhuc, cum simul accumberet, non videbat. Nam si vidisset, non utique de ejus potestate dubitasset.

<sup>d</sup> Eadem edit., *omne debitum. Nam quia ille... non solverat, iratus Dominus ejus de ipso exigit, quod, etc.* Sed non erat cur jugaretur summis injuriis; nam jam non semel audivimus per injurias Ambrosium tormenta et cruciatus significare.

<sup>e</sup> Reg. codex, *hortaris ut credat, et quod in nobis; etc.*

13. Non habebat capillos pharisæus, qui Nazaraeum scire non poterat: habebat Ecclesia, <sup>a</sup> quæ Nazaraeum quærebat. Capilli veluti in superfluis corporis aestimantur; tamen si ungantur, bonum reddunt odorem, et ornamento sunt capiti: si non ungantur oleo, ingravant; ita et divitiæ oneri sunt, si his uti nescias, si non aspergas iis Christi odorem. Si vero alas pauperes, laves eorum vulnera, illuviemque detergas; tersisti utique pedes Christi.

14. *Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intravi, non cessavit osculari pedes meos* (Ibid., 45). Osculum utique insigne est charitatis. Unde ergo Judæo osculum, qui pacem non recognovit, qui pacem a Christo non accepit dicente: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* (Joan. xiv, 27)? Non habet Synagoga osculum; habet Ecclesia, **600** quæ expectavit, quæ dilexit, quæ dixit: *Osculetur me ab oculis oris sui* (Cant. i, 4); diurnæ enim cupiditatis ardorem, quem adventus Dominici expectatione adoleverat, osculo ejus volebat stillanter extinguere, hoc explere sitim suam manere. Ideoque <sup>b</sup> sanctus Propheta ait: *Os meum aperies, et annuntiabit laudem tuam* (Psal. l, 17). Qui ergo laudat Dominum Jesum, osculatur eum: qui laudat, credit utique. Denique ipse David ait: *Credidi, propter quod locutus sum* (Psal. cxv, 10); et supra: *Repletur os meum laude tua, et cantem gloriam tuam* (Ps. lxx, 8).

15. De specialis quoque gratiæ Infusione eadem te Scriptura docet, quod osculetur Christum, qui accipit Spiritum, dicente propheta sancto: *Os meum aperui, et attraxi Spiritum* (Psal. cxviii, 131). Osculatur ergo Christum, qui constitetur illum: *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem* (Rom. x, 10). Osculatur vero pedes Christi, qui Evangelium legens, Domini Jesu gesta cognoscit et pio miratur affectu; ideoque religioso osculo velut quedam deambulantis Domini lambit vestigia. <sup>c</sup> Osculamur ergo Christum eommunionis osculo: *Qui legit, intelligat* (Matth. xxiv, 15).

16. Unde hoc Judæo osculum? Qui enim non credidit in adventum ejus, nec in passionem credidit. Quomodo enim credit passum, quem venisse non credidit? Non ergo habebat osculum pharisæus, nisi forte Judæi proditoris. Sed nec Judas habebat, ideoque cum Judæis promissum osculum, tanquam signum proditoris vellet ostendere, dicit ei Dominus: *Judas, osculo Filium hominis tradis* (Luc. xxii, 48). <sup>d</sup> hoc est, osculum offers, qui non habes osculi charitatem: osculum offers, qui nescis osculi sacramentum. Osculum non labiorum quæritur, sed cordis et mentis.

17. Sed dicis: Osculatus est Dominum. Verum osculatus est labiis. Hoc habet osculum populus Ju-

dæorum, ideoque dictum est: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me* (Matth. xv, 8). Ergo non habet osculum, qui fidem et charitatem non habet; osculo enim <sup>d</sup> vis amoris imprimitur. Ubi non est amor, non est fides, non est dilectio; quæ potest esse suavitas osculorum?

18. Ecclesia autem non cessat osculari pedes Christi; et ideo non unum, sed multa in Canticis canticorum exigit oscula (Cant. i, 4), quæ velut sancta Maria ad omnes ejus est intenta sermone, omnia ejus verba excipit; cum legitur Evangelium, vel propheta, et omnia ejus dicta conservat in corde suo (Luc. ii, 51). Sola ergo Ecclesia habet oscula quasi sponsa; osculum enim quasi pignus est nuptiarum, et prærogativa conjugii. Unde Judæo oscula, qui non credit in Sponsum? Unde Judæo oscula, qui Sponsum adhuc venisse non novit?

19. Nec solum oscula non habet, sed nec oleum habet, quo ungat pedes Christi (Luc. vii, 46); nam si haberet oleum, cervicem utique suam ante molliret. Denique Moyses dicit: *Populus hic dura cervix est* (Exod. xxxiv, 9); et Dominus ait quod levita et sacerdos præterierunt, nec quisquam eorum **961** oleum aut vinum illius a latronibus percussis vulneribus infudit (Luc. x, 34, 35): non enim habebant quod infunderent; nam si habuissent oleum, suis quoque vulneribus infudissent. Sed clamat Esaias: *Non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturam* (Esai. i, 6).

20. Ecclesia autem habet oleum, quo suorum vulnera fovet; ne duritia vulneris alte serpat: habet oleum, quod <sup>e</sup> accepit absconse. Hoc oleo Aser pedem suum lavit, sicut scriptum est: *Benedictus filius Aser; et erit acceptus fratribus suis, et intinget in oleo pedum suum* (Deut. xxxiii, 24). Hoc ergo oleo ungit Ecclesia eervices suorum, ut suscipiant jugum Christi: hoc oleo unxit martyres, ut sæcularem ab eis pulverem detergeret: hoc oleo confessores unxit; ne labori celerent, ne succumberent fatigati, ne astu mundi istius vincerentur: ideo unxit eos, <sup>f</sup> ut spiritali ipsos oleo refrigeraret.

21. Synagoga hoc oleum non habet, quæ olivam non habet, quæ non intellexit illam columbam, quæ ramum oleæ detulit post diluvium (Gen. viii, 11). Illa enim columba postea descendit, cum Christus baptizaretur, et mansit super eum, sicut in Evangelio testatur Joannes dicens: *Quia vidi Spiritum descendentem de caelo quasi columbam, et mansit super eum* (Joan. i, 32). Quomodo ergo vidit columbam, qui non vidit eum, super quem Spiritus quasi columba descendit?

22. Ecclesia igitur et lavat pedes Christi, et capillis suis tergit, <sup>g</sup> et oleo ungit, et perfundit un-

manu exaratus... imprimitur, hoc est, non extrinsecus tantum ostenditur, sed etiam transmittitur, ac transfunditur.

<sup>e</sup> Post verbum *accepit*, Rom. edit. adverbium; *absconse* non agnoscit.

<sup>f</sup> Regius codex, *ut his spiritale oleum refrigeraret.*

<sup>g</sup> Rom. edit., *et ideo ungit.*

<sup>a</sup> Rom. edit., *quæ Nazaraeum quærebat.*

<sup>b</sup> Regius codex, *sanctus ait: Os meum aperui, et annuntiavi.*

<sup>c</sup> Idem codex, *Osculemur Christum*, etc., ubi observabimus vestigium religiosi illius silentii, quo Eucharistiæ mysterium a priscais Patribus, quoties coram non initiatis verba faciebant, occultabatur.

<sup>d</sup> Rom. edit., *Vis amoris exprimitur: aptius codex*

guento; quia non solum saucios curat, et lassos fovet; verum etiam suavi gratiæ odore respersit: nec divitibus tantum ac potentioribus, sed etiam plebeïæ familiæ viris eandem transfundit gratiam, æqua omnes lance examinat, omnes eodem sinu suscipit; eodem gremio fovet.

23. Semel mortuus Christus est, semel sepultus est: et nihilominus quotidie vult in pedes suos mitti unguentum. In quos ergo Christi pedes mittimus unguentum? Pedes Christi illi sunt, de quibus ipse dicit: *Quod uni horum minimorum fecistis, mihi fecistis* (*Math. xxv, 40*). Hos pedes illa mulier Evangelica refrigerat, hos lacrymis suis irrigat (*Luc. vii, 38*); quando infirmis peccatum remittitur, culpa lavatur, donatur indulgentia. Hos pedes osculatur ille, qui etiam infimos plebis sacræ diligit. Hos pedes unguento ungit ille, qui etiam tenuioribus mansuetudinis suæ gratiam impertit. In his se martyres, in his apostoli, in his ipse Dominus Jesus honorari indicat.

24. Vides quam moralis Dominus sit, ut exemplo sui te ad pietatem provocet: moralis est etiam, cum arguit. Denique accusans Judæos ait: *Popule meus, quid feci tibi, aut quid contristavi te, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi. Quia e duxi te de terra Ægypti, et de domo servitutis liberavi te* (*Mich. vi, 3, 4*)? Et addidit: *Et misi ante faciem tuam Moysen et Aaron et Mariam* (*Num. xxiii, 2 et seq.*). In mente habeto quid cogitaverit in te Balac, hoc est, ille magicæ artis opem quærens; sed tamen eum tibi non permisi nocere. Deprimebaris utique in peregrinis exulans terris, gravibus **962**<sup>a</sup> urgebaris oneribus: misi ante faciem tuam Moysen et Aaron et Mariam, et primum ille, qui spoliaverat exulem, spoliatus ipse est (*Exod. xiv, 29*). Tu, qui amiseras tua, acquisisti aliena, liberatus ab hostibus circumvallantibus, atque inter aquas medias tutus stragem vidisti inimicorum tuorum, cum eadem unda, quæ te circumfusa provexerat, hostem refusa demergeret. Nonne cum tibi per desertum venienti alimenta deessent, altricem tibi pluviam, et comineatus, quocumque pergeres, circumfluos ministravi (*Exod. xvi, 4 et seq.*)? Nonne te, debellatis inimicis omnibus, in regionem Botryonis induxi (*Num. xiii, 24*)? Nonne ipsum Sehon Amorrhæorum regem (*Num. xxi, 26*), hoc est, superbium, exasperantium<sup>b</sup> ducem: nonne regem Hai viventem tibi tradidi, quem suffixum ligno ac sublatum in cruce maledicto vetere condemnasti (*Josue viii, 23 et seq.*)? Quid dicam cesa quinque regum agmina, quæ debitas tibi terras negare contendebant (*Josue x, 26*)? Et nunc pro his omnibus quid aliud a te quæritur, homo, nisi ut facias iudicium et justitiam, et diligas misericordiam, et paratus sis ire cum Domino Deo tuo (*Mich. vi, 8*)?

<sup>a</sup> Codex manu exaratus, urgebaris fraudibus.

<sup>b</sup> Idem codex, ducem viventem tibi obtuli, quem suffixum, etc.

<sup>c</sup> Reg. codex, ego et sublato illo tuarum partium rege superiore.

<sup>d</sup> Id. Reg. codex, odoribus, sic est qui honorat ultimos.

<sup>e</sup> Quidquid ab hoc numero ad sequentem usque

25. Ad ipsum regem David, illum piæ atque mansuetum, qualis per Nathan prophetam exposulatio? Ego, inquit (*II Reg. xii, 7 et seq.*), te minorem elegi de fratribus tuis: ego te mansuetudinis replevi spiritu: ego te per Samuelem, in quo ego eram, et meum nomen, unxi in regem. <sup>c</sup> Ego te, sublato illo rege superiore, quem malus spiritus exagitabat, ut persequeretur sacerdotes Domini, de exsule feci triumphatorem. Ego de semine tuo in throno tuo non prius hæredem quam consortem locavi. Ego tibi feci etiam alienigenas subditos, ut tibi serviant, qui te impugnabant: et tu servientes mihi in potestatem deduces inimicorum meorum: et tu auferes quod erat servuli mei, in quo et tibi peccatum inuritur, et habebunt de quo mei adversarii glorientur?

26. Ergo imperator, ut jam non solum de te, sed etiam ad te verba convertam; quoniam advertis quam graviter Dominus convenire soleat, quo gloriosior factus es, eo amplius auctori tuo deferendum noveris. Scriptum est enim (*Deut. ix, 4*): Cum te induxerit Dominus Deus tuus in terram alienam et manducaveris fructus alienos, non dicas: Virtus mea et justitia mea hoc mihi dedit; sed Dominus donavit Deus, sed Christus misericordia sua contulit; et ideo corpus ejus, hoc est, Ecclesiam diligendo, aquam da pedibus ejus, osculare pedes ejus (*Joan. xii, 3*): ut non solum absolvas eos, qui in peccatis deprehensi sunt, verum etiam pace tua dones concordiam, et quieti relaxes. Mitte unguentum in pedes ejus, ut tota domus in qua Christus recumbit, tuo repletur unguento, omnes recumbentes cum eo gaudeant tuis<sup>d</sup> odoribus, hoc est, sic honora ultimos, ut eorum absolutione gaudeant angeli, sicut super uno peccatore pœnitentiam agente (*Luc. xv, 10*); lætentur apostoli, delectentur prophetæ. Non enim possunt dicere oculi manui: *Operam tuam non desideramus; aut caput pedibus: 963* Non estis mihi necessarii (*I Cor. xii, 21*). Ergo quia omnes necessarii sunt, tuere omne corpus Domini Jesu; ut ipse quoque regnum tuum celestis sua dignatione custodiat.

27. <sup>e</sup> Ubi descendi, ait mihi: De nobis proposuisti. Respondi: Hoc tractavi, quod ad utilitatem tuam pertineret. Tunc ait: Re vera de synagoga reparanda ab episcopo durius statueram, sed emendatum est. Monachi multa scelera faciunt. Tunc Timasius magister equitum et peditum cœpit adversum monachos esse vehementior. Respondi ei: Ego cum imperatore ago, ut oportet; quia novi quod habeat Domini timorem: tecum autem aliter agendum, qui tam dura loqueris.

28. Deinde cum aliquamdiu starem, dico imperatori: Fac me securum pro te offerre, absolve animum meum. <sup>f</sup> Cum assideret, annueretque, non

comprehenditur, ex ms. reg. restituitur. Et certe præter argumenti seriem, similitudinemque dictionis, etiam quæ Paulinus de sancti Præsulis cum imperatore ac ejus purpuratis colloquio memorat, hæc Ambrosiana esse persuadent.

<sup>f</sup> Regius cod., Cum assideret, non tamen aperte... dixit se emendaturum. Stare cœpi. Lege, Instare cœpi.

tamen aperte polliceretur, atque ego stare, dixit A se emendaturum rescriptum. Statim dicere cœpi, ut omnem cognitionem tolleret; <sup>a</sup> ne occasione cognitionis comes aliqua christianos attereret injuria. Promisit futurum. Aio illi: Ago fide tua; et repetivi: Ago fide tua. <sup>b</sup> Age, inquit, fide mea. Et ita ad altare accessi, non aliter accessurus, nisi mihi plene promisisset. Et vere tanta oblationis fuit gratia, ut sentirem etiam ipse eam Deo nostro <sup>c</sup> commendatorem fuisse gratiam, et divinam præsentiam non defuisse. Omnia itaque ex sententia gesta sunt.

**d** EPISTOLA SYRICII PAPÆ AD MEDIOLANENSEM ECCLESIAM.

*Mediolanenses docet diaboli factum invidia, ut novæ hæreses irreperent in Ecclesiam. Quam perniciosæ illæ sint, prodit; et in conventu ecclesiastico eorum auctores, quorum singillatim nomina recensentur, damnatos refert.*

<sup>e</sup> SYRICIUS <sup>o</sup> Mediolanensi Ecclesiæ.

1. <sup>e</sup> Optarem semper, fratres charissimi, dilectionis et pacis vestræ sinceritati gaudia nuntiare, ita ut vicissim discurrentibus litteris <sup>f</sup> sospitatis vestræ juvaremur judicio. At <sup>g</sup> vero quia **964** non patitur quiete nos vacare ab incursione sua hostis antiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet, se ante decepit, pudicitix adversarius, luxuriæ magister, crudelitatibus pascitur, <sup>h</sup> abstinentia punitur, odit jejunia, ministris suis prædicantibus, <sup>i</sup> dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententiâ reperi-

<sup>c</sup> sus dicentis: *Manducemus et bibamus; cras enim moriemur* (1 Cor. xxv, 52).

2. <sup>e</sup> O infelix audacia! o desperatæ mentis astutia! Jam incognitus sermo hæreticorum intra Ecclesiam cancri more serpebat, ut occupans pectus,

<sup>a</sup> Rom. edit., *ne hujus occasione cognitionis comites aliqua christianos injuria afficerent. Promisit facturum. Magis ardidit lectio ms. quam et sequimur.*

<sup>b</sup> Reg. cod., *Age, inquit. Ita ad altare, etc.*

<sup>c</sup> Idem ms., *commendatorem fuisse, et divinam, etc.*

<sup>d</sup> Scripta exeunte anno 589, vel ineunte 590.

<sup>e</sup> In codice Canonum et Constit. Eccl. Rom. Quesnellii opera primum evulgato hæc et sequens epistola editæ sunt cum variis etiam lectionibus, quæ hic a nobis exhibebuntur. Hæc ergo istius apud illum habetur inscriptio, *ad omnes episcopos Italiæ* (Thuan. ms., *ad diversos episcopos*) *super damnationem Joviniani, et reliquorum hæreticorum virginitati derogantium.* Sed ab edit. Operum Ambr. et Conciliorum Labb. in quibus idem lemma præstigitur, non recedimus.

<sup>f</sup> Quesn., *sospitatis indicio juvaretur.*

<sup>g</sup> Edit. Ambr. et Conc., *quia non patitur nos quietos ab incursione sua vacare.* His accedit edit. Rom. nisi quod pro *non quia* posuit, *numquam.* Lectio Quesn. concinnior est, quam amplectimur.

<sup>h</sup> Ita Rom. edit. et Quesn.; Vet. autem edit. et Conc., *abstinentia puniendus;* quidam Rom. cod., *punitur.* Non male; verum antecedenti membro, si quid conjecturis indulgeremus, pro voce *crudelitatibus*, libentissime reponeremus, *crudelitatibus*, cui mutationi suffragatur et sensus ratio et scripturæ affinitas; unde similes scriptorum lapsus in mss. haud infrequenter deprehendimus.

<sup>i</sup> Rom. edit. sola, *eadem dicit esse superflua. . . . sententiâ percussus.* Per ministros autem diaboli hic

totum hominem præcipitaret in mortem: et nisi Dominus Sabaoth laqueum, quem paraverant, dirupisset, scena tanti mali, et hypocrisis publicata multorum simplicium corda traxisset in ruinam; quia facile ad deteriorem partem mens humana traducitur, <sup>i</sup> malens per spatiosa volare, quam per arctæ viæ iter cum labore transire.

3. <sup>e</sup> Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi, quæ hic gesta sunt, ad vestram conscientiam cognoscenda mandare; ne ignorantia sacerdotis cuiuspiam pessimorum hominum Ecclesiam irrumpentium sub religioso nomine contagio violaret, sicut scriptum est, Domino dicente: *Multi veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos* (Matth. vii, 15, 16).

<sup>k</sup> Hi sunt videlicet, qui sub vestimento christianos sese jactant; ut sub velamento pii nominis gradientes, domum orationis ingressi, sermonem serpentinx disputationis effundant: *ut sagittent in obscuro rectos corde* (Psal. x, 3), atque <sup>l</sup> a veritate catholica avertendo, ad suæ doctrinæ rabiem diabolico more traducant, atque ovium simplicitatem defraudent.

4. <sup>e</sup> Et quidem multarum hæresum malignitatem <sup>m</sup> ab apostolis nunc usque didicimus, et experti probavimus: sed numquam <sup>n</sup> tales canes Ecclesiæ mysterium latratibus fatigaverunt, quales isti nunc subito irrumpentes, doctrina perfidix pullulata, hostes fidei, qui cujus sint discipuli, verborum fructibus prodiderunt. Namque cum alii hæretici singula sibi genera quæstionum male intelligendo proposuerint convellere atque concerpere de divinis institutionibus: isti non habentes vestem nuptialem, sauciant catholicos, novi ac veteris Testamenti, ut dixi, continentiam pervertentes, <sup>o</sup> et **965** spiritu diabolico interpretantes, illecebroso atque ficto sermone indicantur Jovinianus, et ejus asseclæ, adversus quorum errores libros duos, ac tres Apologias conscripsit Hieronymus. In illorum librorum priore, cap. 2, eosdem errores enumerat: quos Augustinus quoque strictim recenset lib. de Hæresibus, cap. 82. Idem præterea variis Operum suorum locis multa, quæ Joviniani hæresim spectent, tradit, ut puta lib. ii de Nupt. et Concup. cap. 23, ac lib. similiter ii, nec non cap. 23 Retract., atque alibi.

<sup>i</sup> Ita vet. edit. atque etiam Rom. nisi quod verbo *volare* substituit *ambulare.* Labb. et Quesn., *volens per spatiosa volitare:* prior in marg., *per spatiosam viam volitare.*

<sup>k</sup> Vet. edit., *ii vid. qui quasi utilitate Christi nosse se jactant;* Rom. et Labb.,... *qui sub Christianos sese jactant:* omnium optime Quesn. ut nos in textu.

<sup>l</sup> Omnes edit. ac Labb. in textu, *veritatem catholicam vertendo,* Rom. *pervertendo:* nobiscum vero faciunt Labb. in margine, et Quesn. in corpore, nisi quod ille legit, *antevertendo.*

<sup>m</sup> Rom. edit. et Labb. in marg., *ab apostolicis nunc usque temporibus.* At continuo post, ubi eadem edit. Rom. cum Labb. et Quesn. habet, *probavimus,* vet. edit. ferunt, *abrogavimus.*

<sup>n</sup> Thuan. cod., *tales Ecclesiæ myst. latratibus fatigaverunt.* Et non multo post, ubi nos cum Quesn., *pullulata,* vet. edit. et Labb. ponunt, *volluta;* Rom., *polluti;* meliuscule.

<sup>o</sup> *Et spiritu diabolico interpretantes* ex Labb. et Quesn. restituimus.



<sup>a</sup> aliquot christianos cœperunt jam vastare, atque suæ dementiæ sociare, <sup>b</sup> non intra se continentes nequitiæ suæ virus : verum electi eorum blasphemias suas conscriptione temeraria prodiderunt ; et desperatæ mentis furore conciti , passim in favorem gentilium publicaverunt.

5. <sup>c</sup> Eorum autem insania a fidelibus christianis, viris genere optimis, religione præclaris, ad incam humilitatem subito per scripturam horrificam videtur esse perlata ; ut sacerdotali iudicio detecta, divini legi contraria spiritali sententia deleatur. Nos sane nuptiarum vota non aspernanter accipimus, <sup>d</sup> quibus velamine intersumus : sed virgines, quas nuptiæ creant, Deo devotas majore honorificentia honoramus.

6. <sup>e</sup> Facto igitur presbyterio, constitit doctrinæ nostræ, id est, christianæ legi <sup>e</sup> esse contrariam eorum sententiam. Unde Apostoli secuti præceptum, quia aliter quam quod accepimus, <sup>f</sup> annuntiabant, excommunicavimus (*Galat. 1, 8*). Omnium ergo nostrum tam presbyterorum et diaconorum, quam totius etiam cleri unam scitote fuisse sententiam, ut Jovinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Prontinus, Martianus, Januarius et Ingeniosus ; qui incentores novæ hæresis et blasphemix inventi sunt, divina sententia et nostro iudicio in perpetuum damnati extra Ecclesiam remanerent.

7. <sup>e</sup> Quod custodituram sanctitatem vestram non ambigens, hæc scripta direxi per fratres <sup>g</sup> et presbyteros meos Crescentem, Leopardum, et Alexandrum, qui religiosum officium fidei spiritu possint adimplere ferventes.

#### <sup>h</sup> EPISTOLA XLII.

*Synodus Mediolanensis laudat Syricium, quod Ecclesiam a lupis defenderet. Hos adversus virginitatem, simulata conjugii defensione, ævire; cum huic illam præferri jubeat Paulus. Idem hæretici e Virgine Christum negantes nasci potuisse, scripturæ testimoniis refelluntur. Paucis additis de laude viduitatis et abstinentiæ, quibus isti infesti erant, ipsos utpote Manichæos anathemate ab se confixos testantur Patres.*

<sup>a</sup> Quesn. solus, aliquantos Romanos cœperunt, etc.

<sup>b</sup> Vel. edit. ommissa negatione non ante intra se post vocem virus, ita prosequuntur: Verum illecti blasphemias suas... passim in furorem gentilium publice a fidelibus, etc. Rom. edit. ommissa similiter negatione, locum ita emendat, præferentes se tanquam electi, blasphemias tamen suas conscriptione temeraria publicaverunt... passim in favorem gentilium se prodiderunt. Labb. priam partem habet, ut vel. edit. Quesn. secundam in hæc verba, passim furorem gentilium publicaverunt : nos vero priorem hujus partem, et illius posteriorem in textu exhibemus.

<sup>c</sup> Ita Quesn. nisi quod ex aliis edit. retinui, divini legi : reliquæ edit. non agnoscunt, Eorum autem insania ; sed leviculæ sunt aliæ illarum varietates, nec sensum reddunt satis congruum.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, qui velamini intersuimus : at eadem simul ac vel., sed virginum nuptias Deo devotas, etc. Melius vero Labb. et Quesn. ut nos in textu. Ceterum de velamine nuptiali, seu flammeo jam alibi diximus.

<sup>e</sup> Edit. omnes Ambr. et Conc., esse contraria. Unde, etc. Quid autem sit, facto presbyterio Nan-

**A** Domino dilectissimo fratri SYRACIO PAPÆ, <sup>i</sup> AMBROSII, SAMBII, BASSIANUS, et cæteri.

1. Recognovimus litteris Sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, <sup>j</sup> qui fideliter commissam **966** tibi januam serves, et pia sollicitudine Christi ovile custodias (*Joan. x, 7 et seq.*), dignum quem oves Domini audiant et sequantur : et ideo <sup>k</sup> quia hosti oviculas Christi, lupos facile deprehendes, et occurras quasi providus pastor, ne isti moribus perfidiæ suæ <sup>l</sup> rali-que ululatu Dominicum ovile dispergant.

2. Laudamus hoc, Domine frater nobis dilectissime, et toto concelebamus affectu. Nec miramur si luporum rabiem grex Domini perhorruerit, in quibus Christi vocem non recognovit. Agrestis enim ululatus est nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem servare, promiscue omnia velle confundere, diversorum gradus abrogare meritorem, et paupertatem quamdam cœlestium remunerationum inducere : quasi Christo una sit palma, quam tribuit ; ac non plurimi abundant tituli præmiorum.

3. Simulant <sup>l</sup> se isti donare conjugio. Sed quæ potest laus esse conjugii, si nulla virginitatis est gloria? Neque vero nos negamus sanctificatum a Christo esse conjugium, divina voce dicente : *Erunt ambo in carne una* (*Math. xix, 5*), et in uno spiritu : sed prius est quod nati sumus, quam quod effecti ; multoque præstantius <sup>m</sup> divini operis mysterium, quam humanæ fragilitatis remedium. Jure laudatur bona uxor, sed melius pia virgo præfertur, dicente Apostolo : *Qui jungit virginem suam, bene facit : et qui non jungit, melius facit ; hæc enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mundi* (*1 Cor. vii, 38*). Illa conjugibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum : illa sub lege, ista sub gratia. Bonum conjugium, per quod est inventa posteritas successione humana : sed melior virginitas, per quam regni cœlestis hæreditas acquisita, et cœlestium meritum reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus evenit. Denique speciale sibi donum virginitatis Christus elegit, et integritatis munus exhib-

nus exponit : Quasi dicas, inquit, habito senatu : est enim *πρεσβυτήριον* seniorum congregatio, et *γεγονία* senatorum apud Lacedæmonios. Erant enim presbyteri in Ecclesia, quod senatores in republica. Utrisque nomen iditum a graviore ætate.

<sup>f</sup> Vel. edit. Ambr. et Conc., annuntiabant omnium nostrum... una suscitata fuit sententia ; Rom. edit. una lata fuit sententia ; Labb. in marg., unam faciem constat esse sententiam : optime Quesn. ut in contextu. <sup>g</sup> Labb. ac Quesn., et compresbyteros... adimplere ferventi.

<sup>h</sup> Scripta circa ann. 389.

<sup>i</sup> Ita Labb. et Quesn. Vel. autem edit., Ambrosius episcopus, Bassianus episcopus, et cæteri ; Rom. vero, Ambrosius episcopus, Bassianus, et cæteri episcopi.

<sup>j</sup> Labb. et Quesn., qui diligenter, etc.

<sup>k</sup> Quesn. solus, quia in ostio contra oviculas, etc. Thuan., quia nos, qui inter te, forte qui in corte, oviculas Christi, et lupos, etc.

<sup>l</sup> Sic. edit. Rom. cum Labb. : Quesn. vero. se ist non damnare conjugia. Sed vel. edit. a voce quasi reliqua vitiosissime ac sine sensu exhibebant.

<sup>m</sup> Quesn. et Oxon., divini operis ministeriam.



buit, atque<sup>a</sup> in se representavit, quod elegit in matre. A

4. Quanta dementia funestorum latiatum, ut iidem dicerent<sup>b</sup> Christum ex Virgine non potuisse generari, qui asserunt ex muliere, editis humanorum pignorum partibus, virgines permanere? Aliis ergo præstat Christus, quod sibi, ut dicunt, præstare non potuit? Ille vero **967**<sup>c</sup> etsi carnem suscepit, etsi homo factus est, ut hominem redimeret, atque a morte revocaret; inusitato tamen, quasi Deus, itinere venit in terras, ut quemadmodum dixerat: *Ecce facio omnia nova* (*Esai. XLIII, 19*); partu etiam immaculatæ Virginis nasceretur, et sicut scriptum est, ut crederetur nobiscum Deus. <sup>d</sup> Sed de via perversitatis produntur dicere: Virgo concepit, sed non virgo generavit. Potuit ergo virgo concipere, non potuit virgo generare; cum semper conceptus B præcedat, partus sequatur?

5. Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis Angelorum dicentium: *Quia non est impossibile Deo omne verbum* (*Luc. I, 37*). Credatur<sup>e</sup> Symbolo apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratam semper custodit et servat. Audivit Maria vocem angeli, et quæ ante dixerat: *Quomodo fiet istud* (*Ibid., 34*)? non de fide generationis interrogans, respondit postea: *Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundum verbum tuum* (*Ibid., 38*). Hæc est Virgo, quæ in utero concepit: virgo, quæ peperit filium. Sic enim scriptum est: *Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium* (*Esai. VII, 14*); non enim concepturam tantummodo virginem, sed et parituram virginem dixit.

<sup>a</sup> Omnes Ambr. edit., in se representavit; optime Labb. et Quesn., in se representavit.

<sup>b</sup> Eam hæresim, qua Mariam post conceptum quidem virginem remansisse profitebantur, non autem post partum, reticet Syriacus in epistola; forte quod illam in Urbe proseminare ausi non fuerant Jovinianistæ. Atqui ejus meminit Augustinus de Hæres. cap. 8 et lib. I in Jul. cap. 2. Hanc infra impugnat Ambrosius iisdem argumentis, quibus utitur non solum in lib. de Institut. Virg. cap. 8 et 9, atque in Luc. lib. II, num. 75; sed etiam in lib. de Mysteriis, et in epist. ad Vercell. Cæterum generatio hic passim usurpatur pro ipso partu, quæ tamen proprie idem est atque conceptio; cum generare non magis fominatum, quam marium sit.

<sup>c</sup> Vet. edit., qui carnem suam suscepit, etsi homo factus est; Labb., qui sic carnem suscepit, etsi, etc. Rom. sic carnem suscepit, sic homo factus; nobis vero Quesn. lectio potior est.

<sup>d</sup> Ita omnes Ambr. edit. Labb. et Thuan. codex: Quesn. vero prætulit, Sed devii a via veritatis.

<sup>e</sup> Symbolum a Græco *συμβάλλειν* dici non ambigitur. Sed hujus verbi duplex significatio est, altera quæ ad animum, altera quæ ad corpus refertur. Primo modo *συμβάλλειν* idem est, ac conjicere seu judicare: atque ita symbolum nihil est aliud, quam indicium et quasi *arrha* quædam, qua se christiani dignoscant, et distinguant ab hæreticis, quemadmodum milites se ab hostibus tessera militari solent distinguere. Secunda ejusdem verbi significatio est, cum sumitur pro conferre ac congerere; unde symbolum ex eo dictum volunt, quod singuli apostolorum post ascensionem Domini ad constituendam fidei formulam convenientes, quod sentiebant, in unum contulerint, atque ita symbolum composuerint. Utramque originem tradit Rufinus: sed in ultima acriter a re-

6. Quæ autem est illa porta sanctuarii, porta illa exterior ad Orientem, quæ manet clausa; et nemo, inquit, <sup>f</sup> *pertransibit per eam, nisi solus Deus Israel* (*Ezech. XLIV, 2*)? Nonne hæc porta Maria est; per quam in hunc mundum redemptor intravit? Hæc porta justitiæ, sicut ipse dixit: *Sine nos implere omnem justitiam* (*Matth. III, 15*). Hæc porta est beata Maria, de qua scriptum est quia *Dominus pertransibit per eam, et erit clausa* (*Ezech. XLIV, 2*) post partum; quia virgo concepit et genuit.

7. Quid autem incredibile si contra usum originis naturalis peperit Maria, et virgo permanet; quando contra usum naturæ mare vidit et fugit, atque in fontem suum Jordanis fluentia remearunt (*Psal. CXXII, 5*)? Non ergo excedit fidem quod virgo peperit, quando legimus quod petra vomuit aquas (*Exod. XVII, 6*), et in muri speciem maris unda solidata est (*Exod. XIV, 22*). Non ergo excedit fidem quod homo exiit de virgine, quando petra <sup>g</sup> fontem profluum scaturivit (*Num. XX, 11*), ferrum super aquas natavit (*IV Reg. VI, 6*), ambulavit **968** homo super aquas (*Matth. XIV, 26*). Ergo si hominem unda portavit, non potuit hominem <sup>h</sup> virgo generare? At quem hominem? De quo legimus: *Et mittet illis Dominus hominem, qui salvos faciet eos, et notus erit Dominus Aegyptiis* (*Esai. XIX, 20*). In veteri itaque Testamento <sup>i</sup> virgo Hebræorum per mare duxit exercitum: in novo Testamento virgo regis, aula cælestis electa est ad salutem.

8. Quid autem? etiam viduitatis attexamus præconia, cum in Evangelio post Virginis celeberrimum

centioribus impugnatur. Horum præcipua argumenta sunt, 1<sup>o</sup> quod symboli mentio in Actis apostol. nulla occurrat, 2<sup>o</sup> quod priorum trium Ecclesie sæculorum Patres de eodem alte sileant, 3<sup>o</sup> denique quod prima symbola in verbis nonnihil dissideant. Unde colligunt non apostolos ipsos, sed priscos episcopos symbolum e præcipuis fidei capitibus conflassisse. Hanc item secare non est nostri officii: sed non possumus quin hic dicamus et vocem symboli et significationem antiquissimas esse in Ecclesia; siquidem non modo apud Augustinum, Serm. 59, 212 et 214, Hieronymum epist. ad Pammach., et Ambrosium, non *hæc* loco, ejus mentio fit; verum etiam apud Tertullianum lib. de Veland. virg. circiter initium, lib. de Præscript. cap. 13, et lib. advers. Praxeam. Non porro dissimulandum ab Hieronymo scribi de hoc symbolo quod ab apostolis traditum non scribitur in charta et atramento, sed in tabulis cordis carnalibus; unde non leve ducitur argumentum adversus eos, qui ab ipsis apostolis compositum et litteris mandatum esse contendunt. Cæterum quod ait Ambros. apostolicum symbolum ab Ecclesia Romana intemeratam custodiri, hoc ipsum eodem plane modo Rufinus asseverat. Quando vero sacra illa tessera olim traderetur competentibus, atque ab eisdem repeteretur, explicatur in epist. ad Marcell. n. 4.

<sup>f</sup> Quesn. solus, *pertransivit eam, sed solus Deus Israel pertransivit eam*. Et infra, *pertransivit eam, et erit clausa; quia virgo*, etc.

<sup>g</sup> Ita edit. Rom. et Quesn., a quibus Labb. non recedit, nisi quod legit, *pro fonte flumen*, etc. Vet. autem edit. corrupte et absurde locum efferebant.

<sup>h</sup> Omnes edit. et Quesn., *virgo generare, atque hominem, de quo*, etc. Multo concinnius Labb. quem hic sequimur.

<sup>i</sup> Rom. edit. et Quesn., *virga Hebræorum*; melius

partum Anna vidua subrogetur, quæ vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua, et hæc vidua annorum octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens die ac nocte (Luc. 11, 36, 37).

9. Et merito ab illis viduitas despicitur, quæ solet observare a jejunia, quibus se dolent isti aliquo tempore esse maceratos, et propriam ulciscuntur injuriam, quotidianis quoque conviviis usuque luxuriæ laborem abstinentiæ propulsare desiderant. Qui nihil rectius faciunt, quam quod ipsi suo se ore condemnant.

10. <sup>b</sup> Sed et metuunt ne in istis illud jejunium reputetur. Eligant quod volunt: si aliquando jejuna-verint, gerant ergo boni facti sui penitentiam: si numquam, suam ergo ipsi intemperantiam et luxuriam consteantur. <sup>c</sup> Et ideo dicunt Paulum luxuriæ magistrum fuisse. At quis erit sobrietatis magister, si fuit ille luxuriæ, qui castigavit corpus suum, et servituti redegit, atque jejuniis multis se debitam Christo observantiam detulisse memoravit (I Cor. 11, 27); non ut se suaque laudaret, sed ut nos quid sequeremur, edoceret? Ille ergo luxuriam docuit, qui ait: *Quid adhuc velut viventes de hoc mundo discernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne gustaveritis, quæ sunt omnia in corruptelam* (II Cor. vi, 5)? Qui etiam ait: *Non in indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem et diligentiam carnis, non in desiderii erroris: sed in Spiritu, quo renovamur, esse vivendum* (Coloss. 11, 19 et seq.).

11. Si parum est quod Apostolus dixit, audiant Prophetam dicentem: *Et cooperui in jejuniis animam meam* (Psal. lxxviii, 11). Ergo qui non jejunat, in-

vet. edit. ac Labb., *virgo Hebræorum*, nimirum soror Moysis. Rursus vero ubi vet. edit., *virgo generis*, et Rom., *virga regis*; Labb. et Quesn. rectius legit, *virgo regis*; ut Ambrosius in Exhort. ad Virgin. et lib. de Instit. Virg. non semel.

<sup>a</sup> Quod Ambrosius Jovinianum ejusque socios jejuniis carnem suam macerasse testificatur, eo respicit, quod aliquamdiu in monasterio Mediolani sanctis illis exercitiis operam dederat, quorum eos jam pœniteret. Hinc est quod Epicureorum nomine subinde appellantur ab Hieronymo et Augustino.

<sup>b</sup> Quesn., *Sed Deum metuunt, ne in istis illud jejunium reputet.*

<sup>c</sup> Idem Quesn., *et iidem dicant Paulum.*

<sup>d</sup> Quesn. solus, *nudus ejectus*. At continuo post vet. edit. ponunt: *Niniven amor jejunii liberavit*; ubi idem Quesn. cum Rom. et Labb. legit, ut in contextu.

<sup>e</sup> Quesn., *dignum pretium... ideo huc quoque venerunt.*

<sup>f</sup> Baronius ad annum 389 hoc sancti Ambrosii loco fretus, Jovinianum his temporibus aliqua ex parte sensisse cum Manichæis affirmat. Verum tamen cum Jovinianus catholicus, ex eo quod Deiparam etiam post partum virginitatem suam conservasse profiterentur, calumniam hæresis Manichæorum conflaret, uti apud Augustinum, lib. 1 in Julian. cap. 2, legere est; multo credibilis videtur non aliud Joviniano hic obijci a sancto Doctore, quam consecutionem ex ejus erroribus, ut in disceptationibus fieri solet. Atque ita crimen quod ille orthodoxis perperam intentabat, in semet jure merito retortum sensit.

<sup>g</sup> Quesn., *ex virgine venerit Christus.*

tectus est, et nudus, et patet vulnere. Denique si Adam se texisset in jejuniis, non fuisset <sup>969</sup> nudus effectus (Gen. 11, 7). Ninive se a morte jejuniis liberavit (Jonæ 11, 5). Et ipse Dominus ait: *Non ejicietur hoc genus dæmoniorum, nisi per orationem et jejunium* (Matth. xvii, 20).

12. Sed quid plura apud magistrum atque doctorem? cum jam <sup>e</sup> dignum præmium retulerint illi perfidiæ suæ, qui ideo usque huc venerunt, ne superesset locus, in quo non damnarentur; qui vere se <sup>f</sup> Manichæos probaverant, non credentes quia <sup>g</sup> ex Virgine utique venisset. Quænam hæc est supparavorum Judæorum amentia? Si venisse non creditur, nec carnem creditur suscepisse: ergo in phantasmate visus est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis in veritate crucifixus est, in veritate redemptor noster est.

13. Manichæus est qui abnegat veritatem, qui carnem Christi negat; et ideo non est illis remissio peccatorum: sed est impietas Manichæorum, quam et <sup>h</sup> clementissimus execratus est imperator, et omnes qui illos viderunt quasi quædam contagia refugerunt; sicut testes sunt fratres et compresbyteri nostri Crescens, <sup>i</sup> Leopardus, et Alexander, sancto ferventes Spiritu, qui eos omnium execratione damnatos, Mediolanensi ex urbe <sup>j</sup> quasi profugos repulerunt.

14. Itaque Jovinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Plotinum, Genialem, Martianum, Januarium, et Ingeniosum, quos sanctitas tua damnavit, scias apud nos quoque secundum judicium tuum esse damnatos. Incolumem te et florentissimum Deus noster tueatur omnipotens, domine dilectissime frater.

<sup>k</sup> Item subscriptio.

<sup>l</sup> Quodnam imperatoris edictum hic indicetur, ambiguum est. Occurrunt quidem tres leges in Cod. Theod. tit. de hæreticis, quarum prima Manichæis, ne conventus ullos faciant, prohibetur: secunda vero et tertia idem hæretici pelli jubentur. Ad primam illam cum a Valentiniano seniore jam ab anno 372 data fuerit, hunc Ambrosii locum non pertinere in confesso est: sed eum ad secundam, quæ 15 kal. Jul. an. 389 fuit constituta, referendum autem Baronium; cum Godofredus e contrario eundem locum de tertia lege, cui annus 391 assignatur, intelligendum esse contendat. Verum tamen hujus firmitatem debilius est, quam ut eo niti possimus: opinionemque Baronii certiorum esse ducimus, ut in Admonitione observatum est. Quod vero idem Cardinalis leg. 1 de Monachis anni 390 contra Jovinianistas latam arbitratur, cum illa solos orientis monachos respiceret, nec multo post fuerit revocata, eam horum hæreticorum causa datam non esse manifestum est. Quod ad leg. 53 de Hæret. anno 412 factam, qua Jovinianum *plumbo contusum* in insulam Boam deportari jubetur, non solum ea videtur Hieronymi, a quo Jovinianus anno 403, quo scribebat in Vigilantium, vita functus significatur, testimonio contraria: verum etiam cum Godofredi, a quo tamen pro legitima habetur, Chronol. in Cod. Theod. aperte pugnat.

<sup>m</sup> Ita omnes edit., Ambr. atque Labb., at præmittitur *Leopardus* a Quesn.

<sup>n</sup> Quesn. solus, *quasi profugos reliquerunt*. Sed paulo post idem Quesn. cum Labb. legit *Plotinum*, ubi Ambrosii edit. exhibebant *Protinum*.

<sup>o</sup> Rom. edit., *Subscriptio. Ego Ambrosius Mediol.*

Eventius episcopus saluto Sanctitatem tuam in A Domino, et huic epistolæ subscripsi.

Maximus episcopus.

Felix episcopus.

Bassianus episcopus.

Theodorus episcopus.

Constantius episcopus.

Ex jussu domini episcopi Geminiani, ipso præ-  
sente, Aper presbyter subscripsi.

970 Eustasius episcopus, et omnes ordines sub-  
scripserunt.

<sup>a</sup> EPISTOLA XLIII.

HORONTIANO roganti cur homo rebus aliis, quibus longe præcellit, conditus fuerit posterior, nec rei hujus vel Ambrosius ipse vel Moyses rationem deprompserit; ubi respondit Moysen conjecturas suas miscere noluisse libris divinis, addit se congruas causas propositurum. Utilitur ergo exemplo convivii, quod hominis causa sit paratum: deinde certaminis, cujus homo athleta futurus varias pugnas inire debeat: demum id in more esse prædicat, ut præstantissima in principio et fine collocentur; unde cum cælum primo loco creatum sit, hominem ultimo creati docuerit. Hujus cum cælo comparatio, postquam dotes eidem concessæ aperiuntur, nec non ipsius in elementa et bestias imperium: ex quibus alias creaturas congrue præmissas elicitur.

AMBROSIUS HORONTIANO.

1. Moveri te insinuasti mihi, lecto Hexaemero, quod ipse scripsi, quia cum tantum divinæ Scripturæ serie, vel stylo sermonis mei collatum adverteres homini, quantum nulli in hac terra animantium, prius omnia vel volatilia, vel terrestria, vel quæ<sup>b</sup> in aquis sunt, produxerit terra vel aqua, quam homo, propter quem illa creata sunt, generaretur; ejusque rei rationem de me requirere, quam et Moyses siverit, et ego non ausurim attingere.

2. Et forte ille oraculi interpretis divini, consilio conticuerit; ne cœlestis dispositionis arbitrum se et consiliarium præstare videretur; aliud est enim loqui quod infundebatur a Dei spiritu, aliud voluntatem Dei interpretari: nos autem non quasi interpretes Dei, sed quasi ex usu humano rationis seminaria colligentes, cæstimamus posse nos ex eo quod hu-

episc. subscripsi. Event. episc. Cenetensis saluto..... D  
Maximus episc. Emonensis, Felix episc. Jadrensis, Bassianus episc. Laudunensis, Theodorus episc. Octodurensis, Constantius episc. Arausicanus, Sabinus episc. Placentinus. Ex jussu.... Eustathius episc. et omnes ordines subscripserunt. Sed cum nomina sedis singulorum episcoporum in Antiq. edit., in Labb. et Quesn. desiderentur, non leve argumentum est ea repetita esse ex concilio Aquil. maxime cum duo episcopi, quibus hic sedes non tribuitur, in eodem concilio non reperiantur. Omnes aliæ edit. satis inter se congruunt, nisi quod Eustasius geminatur in vet. edit. et Labb. ac pro omnes Ordines in eodem Labb. et Quesn. ponitur omnes ordine.

<sup>a</sup> Scripta circa annum 389.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., in aquis sunt, quæ produxerat terra vel aqua, ad quam causam propter quem illa creata sunt, ultimus generaretur. Elegantius vero cæ-

mano usui in cæteris rebus ipse Dominus infuderit, opinari quoniam decuit hominem postremum creari.

3. Etenim qui convivium adornat, ut ille Evangelicus dives (oportet enim (*Luc. xiv, 16 et seq.*) divina divinis conferamus, quo melius colligere possimus), utique omnia prius præparat, tauros et saginata occidit, et tunc amicos ad cœnam invitat. Prius ergo quæ leviora sunt, parantur, et tunc rogatur honoratio. Unde et Dominus homini 971 ante animalium cæterorum præparavit epulas, tunc ipsum quasi amicum ad suum vocavit convivium; et vere amicum, quasi charitatis divinæ participem, et hæredem gloriæ. Denique ipsi dicit: *Amice, quomodo huc venisti ad nuptias (Math. xxii, 12)?* Præcedentia ergo, ministeria sunt; amicus, qui postremus rogatur.

B 4. Accipe aliud. Quid est mundus, nisi quidam agon plenus certaminum? Unde et in Apocalypsi Dominus ait: *Vincenti dubo coronam vitæ (Apoc. II, 10)*; et Paulus ait: *Certamen bonum certavi (II Tim. iv, 7)*; et alibi: *Nemo nisi qui legitime certaverit, coronatur (II Tim. ii, 5)*. Hujus agonis instaurator utique omnipotens Deus est. Qui igitur agonem suscipit in hoc sæculo, nonne omnia præparat quæ agoni sunt necessaria: et tunc athletas vocat, paratis præmiorum infulis, certaturos ad coronam; ne moram patiat qui vicerit, sed præmio donatus recedat? Præmia ergo hominis terrarum fructus sunt, et cœli lumina: illa ad vitæ præsentis usum, hæc ad spem vitæ æternæ.

C 5. Quasi athleta igitur postremus ingreditur in agonem: erigit ad cælum oculos, videt quia et cœlestis creatura vanitati subjecta est non sponte, sed propter eum qui subiecit eam in spe (*Rom. viii, 20*). Videt quia omnis creatura congemiscit, exspectans redemptionem. Videt quia omnis manet labor. Erigit oculos, d videt coronas luminum, lunæ et stellarum globos considerat: *Quoniam justii, qui vicerint, erunt sicut stellæ in cælo (Dan. xii, 3)*; et castigat corpus suum, ne sibi adversetur in certamine: ungit oleo misericordiæ, exercet diurna virtutis palæstra, e pulvere se oblitit, stadii metam currit non quasi in incertum, ictus dirigit, lacertos excutit, sed non in vacuum: percutit adversarium, quem non videt; quia illum solum attendit, cui cedunt omnes, etiam qui non videntur, in cujus nomine potestates aeris di-

teri, et omnes edit. ut in contextu. Cæterum obiter lectorem admonebimus non pauca esse in hac epistola, quæ ex Philonis lib. de Mundi Opificio hauserit Ambrosius. Sed eadem illa in formam pietati et christianæ religioni magis accommodatam convertit sanctus Doctor.

<sup>c</sup> Edit. ac duo mss., existimamus posse.

<sup>d</sup> Vel allusum ad coronam Ariadnes, vel in genere sidera hic illic quasi flores sparsa coronas appellat; nimirum unde coronæ stellantes fieri possunt. Ita Nannius.

<sup>e</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *pulvere se oblitit stadii, currit*, etc.; mss. Belv. et Albin., *pulvere se oblitit, stadio currit*; Lætien., *stadium currit*; Prat. denique ac Gem. ut in textu. Quid porro sit *pulvere se oblinere* diximus ad lib. De Elia et jejuniis, cap. 21, n. 79.

vertebantur. Ille ergo ictum librat, et Christus percussit: ille calcem levat, et Christus in vulnus dirigit. Denique etsi non videbat Paulus quos cæderet, non quasi aeram tamen cædebat (I Cor., ix, 26); quia in Christi prædicatione omnes spirituales nequitias, quæ sibi adversabantur, convulnerabat. Non immerito ergo postremus homo ingressus est stadium, cui parabatur corona; ut enim præcederet cælum, quasi sui præmium.

6. Sed non solum adversus nequitie spiritualia, quæ sunt in cælestibus, sed etiam adversus carnem et sanguinem lucta nobis (Ephes. vi, 12). Lucta adversus satietatem, lucta cum ipsis frugibus terræ, lucta cum vino, quo etiam vir justus inebriatus est (Gen. ix, 21), quo etiam integer Judæorum exercitus supplantatus est (Exod. xxxii, 6): lucta cum feris bestiis, lucta cum volatilibus cæli, quibus caro saginata non redigitur in servitutem: lucta cum periculis itinerum, periculis fluminum, ut ait Paulus (II Cor. xi, 29): lucta cum virgultis arborum, quibus cædebantur apostoli (Act. xvi, 22) **972** Vides quanta certamina. Terra ergo <sup>a</sup> exercitium est hominis, cælum corona. Aut quasi amicum igitur præcedere debuerunt ministeria, aut <sup>b</sup> quasi athletam præmia.

7. Specta aliud. In omnibus rebus præstantiora sunt principia et finis. Si domum consideres, potiora omnibus fundamenta et culmina: si agrum, satio et messis, plantatio et vindemia. Quam jucunda insitiva arborum, quam fructus votivi! Ita ergo et cælum primo est conditum, novissimus homo, quasi quedam cælestis in terris creatura. Nam et si corpore cum bestiis confertur, animo tamen cælestibus **C** annumeratur; sicut enim portavimus imaginem terreni, ita portamus et imaginem cælestis (I Cor. xv, 49). Quomodo non cælestis, qui ad imaginem et similitudinem factus est Dei (Gen. i, 26)?

8. Recte ergo in constitutione mundi primum cælum, et novissimum cælum, in quo quod ultra cælum est, Deus cæli est. Denique de eo magis accipitur: *Cælum mihi thronus* (Esa. Lxvi, 1); non enim Deus supra elementum sedet, sed in corde hominis. Unde et Dominus ait: *Veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus* (Joan. xiv, 23). Principium ergo operis mundani cælum, finis homo.

9. Cælum de mundo, homo supra mundum: illud enim mundi portio, iste paradisi incolæ, Christi possessio. Cælum incorruptibile putatur, et præterit; homo corruptibilis habetur, et incorruptionem induit: illius <sup>c</sup> figura perit, iste quasi immortalis resurgit; utrumque tamen manus Domini fecerunt secundum Scripturæ auctoritatem. Sicut enim de cælis legimus: *Et opera manuum tuarum sunt cæli* (Psal. ci, 26); ita

<sup>a</sup> *Exercitium* idem quod palæstra, inquit Nannius; locus nimirum ubi pugiles sese exercent. Aut alludit ad illud Gen. iii, *Emisit illum Dominus ut exeret terram*. Ille ille.

<sup>b</sup> Itæ omne mss.; at edit. e contrario, *quasi athletam corona et præmia*.

<sup>c</sup> Rom. edit., *illius figura præterit*.

<sup>d</sup> Eadem. Rom. edit., *Et paraverunt me*.

<sup>e</sup> Eadem edit., *De cognitione sua*. Non recte ut superiora illa indicant, *cujus et genus sumus*.

et homo dicit: *Manus tuæ fecerunt me*, <sup>d</sup> et *plasmaverunt me* (Psal. cxviii, 75); similiter quoque: *Cæli enarrant Dei gloriam* (Psal. xviii, 1); et ut cælum stellarum fulget splendoribus, ita et homines meritum luminibus micant, quorum opera coram Patre suo lucent, qui est in cælis (Math. v, 16). Firmamentum cæli supernum illud, hoc quoque non dissimile firmamentum, de quo dictum est: *Super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam* (Math. xvi, 18): illud firmamentum elementorum, hoc virtutum. Jam illud præstantius: suxerunt oleum de firma petra (Deut. xxxii, 13); petra enim caro Christi, quæ cælum et totum mundum redemit (I Cor. x, 3).

10. Quid illa attexam, et quasi toto stadio te urgeam, quod hominem Deus divinæ fecit consortem naturæ, sicut in epistola Petri legimus (II Petr. i, 4)? Unde non immerito quidam ait: *Cujus et genus sumus* (Act. xvii, 28); dedit enim nobis <sup>e</sup> de cognitione sua, et rationalis scilicet naturæ, ut quæramus illud divinum, quod non longe est ab unoquoque nostrum, in quo et vivimus et sumus et movemur.

11. Cum itaque contulisset homini quod est gratiarum maximum, quasi charissimo et domestico amanti concessit ea, quæ in hoc mundo sunt omnia (Gen. i, 28); ut nullius indigeret, quod esset necessarium vel ad vitam, vel ad bonam vitam. **973** Quorum alia ministraret <sup>f</sup> abundantia copiarum terrestrium ad voluptatis perfunctionem: alia cognitio secretorum cælestium, quæ mentem inflammaret hominis amore et desiderio disciplinarum, per quas ad sublime illud divinorum penetralium possumus pervenire. Utrumque igitur præstantissimum, ut et subjectas haberet omnes mundi opes, omnia volatilia, terrestria, etiam pisces, et usum maris, tamquam rex elementorum, ac sine labore, sine indigentia ad imitationem et similitudinem venerandi auctoris abundaret omnibus, atque in summa degeret copia, et vias sibi aperiret, gradusque admoveret, per quos ad cæli ascendat regiam.

12. Cujus difficilis itineris <sup>g</sup> viatorem facile reperies illum virum, qui ita sit animi inductione formatus ac voluntate, ut minima sibi cum suo corpore sit familiaritas, neque in ullum ingrediatur vitiorum contubernium, nullis assentantium <sup>h</sup> pumicetur sermonibus: neque in rotis secundorum temporum positus, humiles fastidiat, mœsta fugiat, sanctorum laudes excutiat atque elevet, neque gloriæ ardore aut pecuniæ præsumptæ, spei omnem exurat cupiditatem. Cujus animum non inlectat mœstitia, non frangat injuria, nulla sollicitet suspicio, <sup>i</sup> libido non excitet, non expugnent passiones corporis, non inquietet ra-

<sup>f</sup> Nonnulli mss., *abundantiam... ad voluntatis perfunctionem, alia cognitionem, etc.*

<sup>g</sup> Omnes edit., *viatorem non facile reperiet*: mss. fere omnes concinnius expungunt negationem.

<sup>h</sup> Metaphora est a lapide pumice, quo artifices ad lævigandum ac poliendum uti solent, quod adulatores blandiendo atque palpando ferme imitantur.

<sup>i</sup> Edit. Eras. ac seq., *non exagitet*. Amerb. et mss., *non excitet*.

nitatum appetentia, voluptatum gratia. Jam si ad jungas virtutes, castimoniam, sobrietatem, ac temperantiam, facile refrenare potens sit immoderatos impetus levium passionum, mensuramque imponat delectationibus suis et cupiditatibus, æquitate ambigua distinguat, tranquillitate mentis dubia componat, et velut compositis omnibus corporis et mentis jurgiis, quasi bonus arbiter inoffensam teneat exterioris hominis atque interioris concordiam, placidans eos in semet ipso, ac si causa exigat, nullus eum malus consiliarius a revocet metu a passionis corona; is plane non solum quasi amicus, sed etiam quasi filius assumetur a patre, ut divitiis gloriæ et hereditatis ejus adipiscatur.

13. Merito ergo postremus, quasi finis naturæ formatus ad justitiam, Inter cætera animantia justus arbiter. Et si licet exemplum arcessere, sicut inter homines finis legis est Christus ad justitiam omnium credenti (Rom. x, 4), et nos tanquam junventa contemplatione Domini; sic enim Propheta ait: κτηνώδης ἐγενήθην παρά σοι, id est, junventum æstinatus sum apud te (Psal. lxxii, 23).<sup>b</sup> Et quæ tamen comparatio, cum ille pereuntes redemerit, nos immolentus? ille servos ad libertatem vocaverit, nos liberis irrogemus captivitatem? Sed quis similis Deo (Psal. lxxxviii, 9)?

974 14. Processit tamen postremus creaturarum omnium homo, specie gratus, mente sublimis; ut omni esset creaturæ miraculo. In quo ad similitudinem æterni Dei<sup>c</sup> ὁὐς esset invisibilis, humana specie amictus. Hic est ὁὐς animæ vigor, principatum animæ et corporis sibi quasi rector vindicans. Quem etiam si non vident animalia cætera, tamen reformidant; sicut nos Deum,<sup>d</sup> quem non videmus, timeamus; et eo plus metuimus, quia non videmus.

15. Namque ut ad imaginem ejus et similitudinem, sicut scriptum est (Gen. i, 26), præsumamus dicere, cum ille se fundat majestatis suæ plenitudine, et videat omnia, cælum, aërem, terram, mare, complectens universa et penetrans per singula; ut eum nihil prætereant, et nihil sit quod non consistat in eo, atque ex ipso pendeat, et ipsius plenum sit, sicut ipse ait: Cælum et terram ego compleo, dicit Dominus (Jerem. xxiii, 24), ita ὁὐς hominis videt omnia et non videtur, habens sui invisibilem substantiam, disciplinis et consiliis ac sensibus comprehendit la-

tentia, penetrat occulta maris atque omnium diffusa terrarum latibula, utriusque scrutator naturæ, ad similitudinem Dei summi quem imitatur et sequitur, cujus imago pro exiguis portionibus in singulis figuratur; elevans quoque se in aërem et ejus nubilosa prætergrediens, ad cæli alta se dirigit studio cognitionis, et ardore sapientiæ; ubi paulisper stupescit admiratione stellarum cælestium, et luminum delectatus claritate, prospiciens desuper mundana ista, conferens quoque se ad hesperum atque arcturum, et cæteros illos ἀκασίς<sup>e</sup> κλαυίτας, et videns quod inoffensus ille sit error, quem sine errore quo magis omnia obeant, intexere atque oberrare videantur; majore se cupiditate attonit ad ipsam gremium Patris, in quo est unigenitus Dei Filius enarrans secreta Dei, et facte ad faciem postea relevanda (Joan. i, 18). Nunc tamen quibus dignatur, ex parte demonstrat, atque in ænigmate simulque de Spiritu et vultu suo splendorem luminis, more torrentis effundit; ut eo illuminatus dicat: Et erat ignis flammigerans in ossibus meis, et dissolutus sum undique et ferre non possum (Jerem. xx, 9). Et David ait: De vultu tuo judicium meum prodeat (Psal. xvi, 2).

16. Hoc igitur mentis vigore, ut revertar inde digressus sum, quo et externa subigit, et separata et distantia videt, et validiora viribus animalia subicit, tantam cæteris venerationem sui infudit; ut certatim quasi regi obediant, voci ejus obsecudent. Et cum sint irrationabilia, rationem agnoscant et disciplinam eam imprimant, quam natura non tribuit. Denique videntes seræ ejus mansuetudinem, ejus imperio<sup>f</sup> mansuescunt. Sæpe suspenderunt morsus suos, revocante bono vocis humanæ. Videmus innoxio canum dente lepores sine vulnere capi, leonés quoque ipsos, si vox hominis resultaverit, prædam dimittere: pardos atque ursos incitari<sup>h</sup> ac revocari vocibus: equos plausu hominum fremere, silentio mollire cursum, denique sæpe sine verbere prætereunt verberatos, ita vehementius illos incitat linguæ flagellum.

17. Quid vero de muneribus loquar? Nutrit aries vellera, ut placeat homini: atque in fluvio mersatur, ut nitorem augeat. Oves quoque meliora pabula legunt, ut suaviore succo lactis feta distendant ubera: subeunt partus dolores, ut homini sua mu-

<sup>a</sup> Quidam mss. et omnes edit., *revocet metus a passionis corona.*

<sup>b</sup> Præt. cod. ac Gem., et *æqua tamen comparatione.*

<sup>c</sup> Miratur Nannius, cur S. Ambrosius Græcam vocem retinuerit. An quia Latini varie hanc effrunt, cum eam modo mentem, modo animum interpretantur? An quod etymon Græcum illi magis placuerit, quod ὁὐς ἀπὸ τοῦ ὄσιν, hoc est, ab intelligendo sit dictus, cum mens a meminisse, animus ὄσινος appellatus sit? quorum verborum vim naturamque ὁὐς probe explet. An quia Anaxagoras omnia dixerit materia et ὄσιν conservari? Verum non erat cur tam anxie disputaret vir eruditus; hic enim locus non alio referendus est, quam ad Philonis imitationem, qui citato libro eodem plane modo philosophatur.

<sup>d</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *quem quia non videmus*; alii plures, ac potiores mss. excludunt *quia*; non enim ideo Deum timeamus, quia eum non videmus, sed quia justum atque omnipotentem scimus.

<sup>e</sup> Præt. et Gem., ἀκασίς, atlantides. Sed hæc ultima vox glôsa est, quæ in textu ejectione locum irrepsit, namque explicat Ambrosius, cur planetæ, id est, stellæ erraticæ, erroris tamen sint immunes, nimirum quia eorum inoffensus (pessime Amerb. cum plerisque mss., *inensus*) ille sit error, etc.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, *quo magis omnia obeant.*

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *et disciplina eam imprimant, supple rationem.*

<sup>h</sup> Nonnulli mss., *ac revocari: vocari vocibus equos; plausu hominum fremere, silentio molliri, cursu denique, etc.:* haudquaquam male.

nera ferant. <sup>a</sup> Tauri depresso sulcis per totum diem A aratro gemunt. Cameli præter subeundi oneris obsequia, tondendos se exhibent, ut arietes; quo velut regi diversa animalia tributum suum conferant, pendantque vectigal annuum. Equus tanto se jactans equite <sup>b</sup> glomerat gressus superbos, atque ad domini ascensum dorsa sinuatus, herili terga substernit sedili. Sed ne forte adhuc moveat quod novissimus homo factus sit, idem equus nos doceat non ad contemptionem referendum esse, sed honorem. Portat posteriorem suum, nec despiciit, sed reformidat, et per diversa eum suo circumfert labore. Uno momento homo longinqua obit, circumerrat distantia, <sup>c</sup> tum equis singularibus, tum quadrigis triumphabilibus.

18. Et quoniam triumphales memoravi quadrigas, B necesse est atque iam iis currus Eliæ, quibus per aera vectus est (IV Reg. II, 11); elephantorum, quibus homo victor assistens, cum sit postremus, priores regit. Sic quoque gubernator navis in puppi sedet, et totam navem gubernat. Unde puto illud non otiosum esse in Evangelio, quod Dominus Jesus in puppi dormiebat: denique excitatus imperavit vento et mari, et sedavit tempestatem (Matth. VIII, 24), ostendens ideo se novissimum venisse, quia gubernator venerit. Unde apostolus ait: *Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale* (I Cor. XV, 45, 46); et addidit: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis* (Ibid., 47).

19. Recte ergo novissimus quasi totius summa operis, quasi causa mundi, propter quem facta sunt omnia; quasi omnium habitator elementorum inter feras vivit, cum piscibus natat, super aves volat, conversatur cum angelis, terram inhabitat, et cælo militat, sulcat mare, aere pascitur, cultor soli, viator profundi, piscator in fluctibus, in aere auceps, in cælo hæres, Christi cohæres. Hæc secundum industriam (Rom. VIII, 17).

20. Accipe etiam quod supra hominis substantiam. Moyses in imo ambulavit mari (Exod. XIV, 29), in **976** summo apostoli (Joan. XXI, 8). Habacuc sine pennis volavit (Dan. XIV, 35). Elias in terra vicit, et in cælo triumphavit (IV Reg. II, 11). Vale, fili, et nos dilige; quia nos te diligimus. D

#### <sup>d</sup> EPISTOLA XLIV.

*Moysem, quæ inter Deum ac mundum distinctio sit,*

<sup>a</sup> Virgilianum esse observat Nannius; ex hoc scilicet Georg.:

Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro  
Ingemere. . . .

<sup>b</sup> Et hoc, inquit idem Nannius, Virgilianum:

Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

Ubi Servius, id est, ut cum disciplina incedat.

<sup>c</sup> Cum scilicet uno equo ad cursum utuntur, quales Græci vocant celetes: non binos trahunt, ut desultores: non jugis innectunt, ut in bigis, et quadrigis fit. Ita Nannius.

<sup>d</sup> Scripta circa annum 389.

*recte indicasse; eum illum impassibilem atque invisibilem, hunc corruptibilem corporeumque significavit. Sex dies orbis creationi non eo attribui, quod tempore Deus indigeat, sed ut dispositio exprimeretur. Declaratur septenarii dignitas, cui tamen octonarius antefertur, ut pote qui sit novi testamenti numerus, ut ille veteris. Exponitur in hanc rem Osee locus, et continuata ejusdem ogdoadis commendatione, in laudes fœderis novi desinit epistola.*

#### AMBROSII HORONTIANO.

1. Divisionem egregie advertisti propheticam, vel potius divinam; non enim sua Moyses, sed infusa et revelata sibi scripsit, ea præcipue quæ sunt de constitutione mundi: quæ divisio operatorem atque opera distinxit (Gen. I, 1 et seq.). Nam cum aliud impassibile esset, aliud passionis receptabile; quod erat impassibile, ad Deum operatorem retulit: quod autem passibile sine anima, sine motu proprio, motum et animam et figuram a creatore accipiens suo, deputavit huic mundo. Quem factum non oportuit sine gubernatore, et quodam patre indefensum relinqui. Et ideo invisibilem Deum visibilis hujus mundi rectorem esse et quasi tutorem, apertissime describit. Quod ergo invisibile, sempiternum: quod autem videtur, temporale (II Cor. IV, 18).

2. Sex itaque diebus factum mundum exprimit, non quod Deus tempore indigerit ad constitutionem ejus, cui intra momentum suppetit facere, quæ velit (dixit enim (Psal. CXLVIII, 5), et facta sunt); sed quia ea quæ sunt, ordinem quaerunt: ordo autem C et tempus et numerum plerumque exigit. Illud quoque præcipue, quoniam nobis ad operandum formam daturus, numerum dierum servavit et tempora: nos enim tempore indigemus, ut aliquid materialius agamus; ne præcipitemus consilia atque opera nostra, ne ordinem prætermittamus. Cum enim Deum legimus, ut Scriptura ostendit (Psal. CIII, 24), cum sapientia et quodam consilio et dispositione omnia fecisse <sup>e</sup> et ordine; consentaneum est rationi, ut primo cælum faceret, quod est pulcherrimum; oportet ut eo primum oculos erigamus, illo nobis contendendum esse arbitremur, illam sedem terrenis omnibus præferendam putemus.

3. Sex itaque diebus mundum creavit, septimo die requievit ab operibus suis (Gen. II, 2). Bonus septimus numerus, <sup>f</sup> quem non Pythagorico et cæterorum philosophorum more tractamus, sed secundum formam, et divisiones gratiæ spiritali; septem

<sup>e</sup> Vet. edit. ac plures mss., et ordine ut primo cælum faceret.

<sup>f</sup> Certum est Pythagoræos, ut observavit Stobæus, lib. I Ecl. Physic. cap. 11, omnium philosophorum addictissimos fuisse scientiæ numerorum. Platonici quoque magnam eorumdem rationem habuisse reperiuntur; unde factum est, ut antiqui Patres, qui fere sectam illam philosophiæ amplectebantur, in explicandis numeris non perfunctorie versari consueverint. Multus in his est Ambrosius, ut ex Indicibus utriusque tomi voce numerus cognoscas licet. Hoc autem unum libet adjicere ipsum et hæc epistola, et aliis locis non pauca imitatum e Philonis libro de Mundi Opific., et lib. I Legis Allegor. circa initium.

enim virtutes principales sancti Spiritus propheta Esaias complexus est (*Esai. xi, 2*). Hæc hebdomas, **977** sicut ipsa Patris et Filii et Spiritus sancti venerabilis Trinitas, sine tempore, sine ordine, auctor numeri, non sub numeri lege devincta. Itaque sicut ad æternæ Trinitatis gratiam cælum, terra, maria formata, sicut sol, luna et stellæ: ita etiam ad illum septenarium virtutum spiritalium circuitum atque orbem operationis divinæ vigore præstantem, septenarium quoddam ministerium planetarum creatum advertimus, quo hic mundus illuminatur. Quorum concurrere fertur militia ad earum numerum, <sup>a</sup> quas inerrabiles ferunt stellas, et, ut Græci dicunt, ἀπλανείς. Septentrio quoque inde latine nomen accepit, quod septem in eo fulgor stellarum irradiet, in quem maxime gubernatores, quasi ducem feruntur intendere.

4. Descendit hæc de cælo in terras prærogativa: nam ut transeam septiformem capitis nostri gratiam, in oculis duobus, auribus et naribus binis, ore quoque per quod magnam suavitatem percipimus; quantum istud miraculi, <sup>b</sup> quod septimo mense in plerisque origo legitima formatur, et qui fuerit editus, vitalis generationis curricula sortitur? Octavo autem mense interdicta naturali lege pariendi cernimus tempora, ac si forte lethalis necessitas partus claustra laxaverit, periculum pariter generantis prope-retur et pignoris.

3. Sed tamen ille septimanus, etsi bene nascatur, ad labores nascitur: qui autem octavo die regenerationis sortitur mysteria, consecratur per gratiam, et ad hæreditatem regni cœlestis vocatur. Magna in virtutibus Spiritus sancti hebdomadis gratia, eadem tamen hebdomadam sonat, ogdoaden consecrat. In illa sonus, in ista fructus est; ideoque octavo die soluta paradiso reddidit Spiritus gratia, quos extorres sua fecerat culpa.

4. Novit ogdoaden istam, quam octavam Latine dicimus, vetus Testamentum; siquidem ait Ecclesiastes: *Da partem illis septem, et illis quidem octo* (*Eccles. xi, 2*). Hebdomas veteris Testamenti est octava novi, quando Christus resurrexit, et dies omnibus novæ salutis illuxit. Ille dies, de quo ait propheta: *Hic dies, quem fecit Dominus, exultemus et lætemur in eo* (*Psal. cxvii, 24*); quo die se fulgor plenæ atque perfectæ circumcisionis humanis peccatoribus infudit. Propterea et vetus Testamentum dedit partem octavæ in circumcisionis solemnitate. Sed illa adhuc in umbra latebat: venit sol

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *quas inenarrabiles*. Non bene, ut subjecta dicitio ἀπλανείς clare demonstrat.

<sup>b</sup> Agellius, lib. III, cap. 16, agens de temporis varietate in puerperiis, ex medicis ac philosophis scribit *gigni hominem septimo rarer, numquam octavo, sæpe nono, sæpenumero decimo mense*. Ipsum consule, sicut et quæ diximus in psal. cxviii, serm. 15, num. 16.

<sup>c</sup> Quidam mss., *quo relexit omnibus, etc.* Non incongrue.

<sup>d</sup> Ms. Prat. in glossa, *æphy*; Gem. in textu, *noe-phy vel rini*. Neutrū commode. Hunc autem locum

A justitiæ (*Malac. iv, 2*), et consummatione passionis propriæ revelavit sui luminis radios: <sup>e</sup> quos relexit omnibus, et vitæ claritatem aperuit æternæ.

5. Isti ergo sunt septem et octo, de quibus et Osee dicit quod eo numero conduxerit sibi, et adquisierit fidei plenitudinem; sic enim habes: *Et abii, et con-duxi mihi quindecim argenteis, et coro hordei, et semicoro hordei, et nevel vini* (*Ose. iii, 2*). **978** Conducendam autem ei meretricem Dominus præceperat in superioribus: itaque manifestum est quod conduxit eam, qui etiam mercedis quantitatem expressit. Quindecim autem argentei ex septem et octo constant: hebdomadam itaque et octavam significant. Duorum igitur Testamentorum, id est, plenæ fidei pretio <sup>e</sup> Prophetia consummationem accepit fidei, Ecclesia plenitudinem; primo enim Testamento Israel acquisitus est populus, secundo nationum et gentium. Fide ergo plena conducitur meretrix, vel ex gentibus copulam sui quærens, vel ex adultero Judæorum populo, qui dominum suum et auctorem virginalis fidei dereliquerat, conventus suos totius orbis spatio diffundens.

6. Quod autem dixit: *In coro et in semicoro hordei*; in coro niensuræ plenitudo est, in semicoro semi-plena mensura. Plenitudo in Evangelio, <sup>f</sup> semi-perfectio in lege; sicut legimus, dicente Domino: *Non veni legem solvere, sed implere* (*Matth. v, 17*). Et alibi, habemus, dicente Domino per Michæam prophetam, *quia tunc pax erit in terra Israel, cum venerit Assyrius in terram ejus, et insurrexerunt in eum septem pastores, et octo morsus hominum* (*Mich. v, 5*). Tunc enim plena pax est fideli populo ab omnibus tentationibus et vanitatibus absoluto, cum mundi hujus vanitatem excluderint de cordibus nostris pax et gratia: pax veteris, gratia novi Testamenti.

7. Septem pastores præcepta legis sunt, quibus grex adhuc quasi irrationabilis in virga Moysi per desertum ductus et gubernatus est (*Exod. iv, 20*). Octo morsus hominum mandata Evangelii et Domini oris alloquia: *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem* (*Rom. x, 10*). Boni morsus, per quos vitæ æternæ munus gustavimus, peccatorum remissionem in Christi corpore devorantes. In veteri Testamento amarus morsus est mortis, propterea dictum est: *Devoravit mors prævalens* (*Esai. xxv, 8*). In novo Testamento suavis morsus est vitæ, quæ merem absorbit, propterea apostolus ait: *Devorata est mors in victoria sua. Ubi*

sic transfert Hieronymus: *Et fodi eam mihi quindecim argenteis, et coro hordei, et dimidio coro hordei*; LXX vero: *Et conduxit eam mihi quindecim argenteis, et gomor hordei, et nevel rini*. Sic Ambrosiana interpretatio ab utroque nonnihil variat. Ubi in glossa ait, gomor et eorum ejusdem esse mensuræ, nimirum triginta modiorum, et nevel esse dimidium cori. Hæc P. Nannius.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *propheta consummationem*. Et infra, *ex adulterino Judæorum populo*

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, *semiplotio in lege*.

est, mors, victoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus (1 Cor. xv, 54, 55)?

8. Atque ut apostolicis utamur testimoniis, ubi hominem fecit Deus, requievit ab omnibus operibus suis in die septima (Gen. ii, 2). Sed quia populus Judæorum per contumaciam contempsit mandata Dei sui, ait Dominus: *Si introibunt in requiem meam* (Hebr. iv, 3). Et ideo aliam dies præfinit diem, de qua dicit: *Hodie si vocem meam audieritis* (Psal. xciv, 8). Duos enim dies comprehendit Scriptura generales, heri et hodie; de quibus dicit: *Imitami fidei Jesu Christi. Heri et hodie ipse est, et in sæcula* (Hebr. xiii, 7, 8). In superiore die promissio est, in consequenti solutio. Sed quia hesternæ die neque Moyses, neque Jesus Nave populum induxit in requiem, hodiernæ die Christus induxit, cui 979 dixit Pater: *Ego hodie genui te* (Psal. ii, 7); per suam enim resurrectionem Jesus populo requiem comparavit. Requies nostra Dominus est Jesus, qui ait: *Hodie tecum eris in paradiso* (Luc. xxiii, 43). Requies enim in cælo, non in terra est.

9. Quid igitur opus est ut explorem<sup>b</sup> ortus signorum atque obitus, quorum ad exortum duris<sup>c</sup> inaratæ vomeribus findantur novales, vel ad occasum læta messis recumbat (Apoc. xxi, 16)? Una mihi stella abundat pro omnibus, stella splendida et matutina: cujus ad exortum seminata est non frugum, sed martyrum seges; quando Rachel ploravit<sup>d</sup> filios suos (Jerem. xxxi, 15), ut lacrymis ablutos suos, pro Christo offerret infantulos. Cujus stellæ obitus<sup>e</sup> non cremiorum insensibilium, sed spirantium defunctorum triumphales manipulos de tumulis resuscitavit.

10. Celebratur itaque hebdomas, eo quod per septem ætatum cursus vita hominum usque ad senectutem transeurritur, sicut<sup>f</sup> Hippocrates, medicinæ magister, scriptis explicuit suis. Prima ætis infantia est, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta juvenus, quinta virilis ætas, sexta ævi matura,

septima senectus. Est ergo infans, puer, adulescens, juvenis, vir, veteranus, senex.

11. Solon autem decem fecit ætatum ordines per annos septenos; ita ut prima ætas infantia usque ad emissionem sit dentium, quibus conficiat cibum, sermonemque distinguat, ut possit<sup>g</sup> effabilis videri: pueritia quoque usque ad annos pubertatis procedit, et genitalia tentamenta: adolescentia usque ad barbæ lanuginem: juvenus usque ad perfectæ virtutis processum: quinta ætas virilis est, apta copulis conjugalibus per totam hebdomadam: sexta quoque hebdomas virili deputatur ætati, et ad prudentiæ processum habili, et ad agendum strenuæ: septima quoque hebdomas, et octava ævi maturum, et<sup>h</sup> sensu vigentem, et sermonem item non insuavis alloquii gratia præditum produunt: nona hebdomas reliquias adhuc habet aliquas virium, lingua ac sapientia mollior: decima vero hebdomas mensuram implet, ad quam is qui pervenire potuerit, non immaturo temporum cursu pulsabit<sup>i</sup> mortis særa vestibula.

12. Ergo Hippocrates et Solon vel septem ætates, vel hebdomadas ætatum norunt. In illis se hebdomas præferat: octava autem unam et 980 perpetuam ætatem invehit, qua excrescimus in virum perfectum, in agnitione Dei, fidei plenitudine, in qua legitime ætatis mensura impletur (Ephes. iv, 13).

13. Est etiam in visceribus nostris hebdomadis explorata gratia; ferunt enim septem quoque esse in nobis interiora viscera, stomachum, cor, pulmonem, lien, hepar, renes duos. Septem quoque exteriora, caput, posteriora, ventrem, binas manus, et binos pedes.

14. Præstantissima hæc, sed obnoxia dolori. Quis autem dubitet majus esse octavæ munus, quæ totum renovavit hominem, ut jam nihil possit dolere? Itaque septima mundi ætas conclusa est; octava illuxit gratia, quæ fecit hominem jam non hujus mundi esse, sed supra mundum. Jam enim non

<sup>a</sup> Ita plerique mss. et vet. edit.: Rom. æro et Thuan. codex: *Quorum imitami fidei: Jesus Christus heri, et hodie, ipse est in sæcula.*

<sup>b</sup> Ex Virgilianis verbis, inquit Nannius, hoc deformatum est:

Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?  
Nec frustra signorum obitus, speculamur et ortus.

<sup>c</sup> Edit., *inaratæ*. . . *novales*; mss. contra, *inaratæ*. . . *novales*; ex illo videlicet libri i Georg.:

Alteras idem terras cessare novales.

<sup>d</sup> Ambrosium libenter sanctorum Innocentium mentioque facere hinc intelligas, quod non solum lib. ii in Luc., num. 49, eorum cum laude meminit; sed et lib. i Offic. cap. 41, num. 213, ubi nonnulla subnotavimus, quæ consulenda.

<sup>e</sup> Rom. edit., *non cremiorum sensibilibus*; cæteræ, et omnes mss., *non cremiorum* (mss. aliquot, *gremiorum*) *insensibilibus*. Quid autem per cremium significetur, Nannius exponit in hæc verba: Cremium a cremando dictum: volunt nonnulli grammatici cremium id esse, quod dum in sartagine cibus frigitur, circa margines combustum adhæret, allegant.

que illum locum psal. ci: *Et ossa mea sicut cremium aruerunt*. Ubi LXX habent, *καὶ τὰ ὀστά μου ὡς κρημνίου συνεφύρασσαν*. Hesiychius autem *κρημνίου ἕλρον ζυρόν*, hoc est, torrem, interpretatur. Illic autem sine omni dubitatione cremia busta significant, hoc est, ossa quæ ex ustrina sepulchrali residua supersunt, quæ aliquando reliquias appellamus.

<sup>f</sup> Quæ de variis hominis ætatibus ex Hippocrate ac Solone hic disseruntur, ea quidem Ambrosius mutuatus est e lib. Philonis de Mundi Opif., sed ita tamen ut ad christianum sensum adaptaret.

<sup>g</sup> Nonnulli mss., *affabilis videri*. Et infra paulo plures, *genitalia testamenta*. Non prorsus male, siquidem testamenta sumi possunt eodem sensu ac signa atque indicia; recepta tamen lectio potior est.

<sup>h</sup> Vet. edit. ac pauci mss., *sensu vigentem, et sermonem non insuavis*, etc. Rom. edit. cum aliis quibusdam mss., *sensu vigentem, sermone, et non insuavis*, etc. Nohiscum vero faciunt reliqui mss. nisi quod pro *sermone* item, nonnulli præferunt, *sermone mitem*, et ante vocem *insuavis* tollunt negationem; haud bono sensu.

<sup>i</sup> Tres mss., *mortifera vestibula*; unus, *mortis severæ vestibula*.



vitam nostram, sed Christum vivimus: *Nobis enim vivere Christus, et a mori lucrum. Itaque jam non in carne, sed in fide vivimus Christi* (Philip. 1, 21). Apostolus dicit: *Unde colligimus quia conclusus est mundi dies* (Galat. 11, 2). Denique novissima hora venit Dominus Jesus, et pro nobis mortuus est, et omnes in illo mortui sumus, ut vivamus Deo (I Joan. 11, 18). Non ergo nos qui eramus, vivimus: sed vivit Christus in nobis (II Cor. v, 15).

15. Abiit ergo hebdomas, venit octava. Abiit heri, venit hodie: illud hodie quod promissum est, quo admoniti sumus vocem Dei audiendam et sequendam. Abiit ergo ille dies Testamenti veteris, venit dies novus, quo Testamentum consummatum est novum, de quo dicit: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et confirmabo domui Israel et domui Juda Testamentum novum: non secundum Testamentum, quod feci patribus illorum in die, qua apprehendi manum ipsorum educere illos de terra Aegypti* (Hebr. viii, 8). Et qua ratione mutatum sit Testamentum adjicit: *Quoniam ipsi non manserunt, inquit, in Testamento meo. et ego neglexi eos, dicit Dominus* (Ibid., 9).

16. Abierunt sacerdotes Legis, Legis tribunalia: accedamus ad sacerdotes novum (Hebr. iv, 14), ad sedem gratiae, visitatorem animarum nostrarum, sacerdotem non secundum Legem mandati carnalis creatum, sed secundum virtutem infatigabilis electum (Hebr. vii, 16). Non enim ipse sibi honorem praeripuit, sed electus a Patre est (Hebr. v, 4), sicut ipse Pater ait: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech* (Psal. cix, 4). Novus ergo sacerdos videmus quid obtulerit. Abi sacerdotes pro se offerebant, **981** et pro populo suo: hic quia non habuit peccatum, ut pro se offerret, pro universo mundo se obtulit, et per sanguinem suum intravit in sancta.

17. Hic est ergo sacerdos novus, et nova hostia non ex Lege, sed supra Legem; advocatus mundi, lux saeculi, qui dixit: *Ecce venio, et venit* (Apoc. xii, 7). Ad quem accedamus in abundantia fidei adorantes et obsecrantes et sperantes in eum, quem non videmus oculis, sed affectu tenemus: cui est omnis honor semper et gloria. Vale, fili, et nos dilige; quia nos te diligimus.

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac mss. non pauci: Rom. autem edit., *mori lucrum. Et alibi itaque, etc.*: mss. vero alii bene *μηδὲ, mori lucrum, a peccato est fuga. Itaque, etc.*

<sup>b</sup> Rom. edit., *et consummabo. . . ut educerem illos, etc.*

<sup>c</sup> Amerb. cum mss non paucis, *mutatum sit tamen, adjicit.*

<sup>d</sup> Cod. Prat. et Gem., *Adierunt sacerdotes Legis; Gem., regis tribunalia.*

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *virtutem insolubilem*; vet. edit. cum mss. aliquot, *virtutem infatigabilem*; reliqui cod. ut in contextu, nisi quod Prat. et Gem. exhibent, *virtutem infatigabilis vitae*; sed in aliis melius subintelligitur *testamenti*, quae vox in antecedenti membro exprimitur, *mandati.*

<sup>f</sup> Scripta circa annum 389.

## EPISTOLA XLV.

Sabino sciscitanti an de paradiso scripsisset Ambrosius, quaeve ipsius de illo esset sententia, respondet; leviterque perstricta secundum historiam loci descriptione, ad mysticam transit expositionem. Itaque ubi docuit in principali animae portione paradisum esse, quid per ea quae illic existerent, significetur; quidve in serpente infirmitas, imitantave edocet; et quanta sit humana infirmitas, imitantave in eum Dei charitas semper fuerit, declarato, nos ad fugiendam sensuum delectationem hortatur.

## AMBROSIUS SABINO.

1. Lecto Hexaemero, utrum paradisum subterxerim, requirendum putasti, et quam de eo haberem sententiam, significandum, idque velle te studiose cognoscere. Ego autem jam dudum de eo scripsi, nondum veteranus sacerdos.

2. Sententias autem de eo diversas esse plurimorum comperi. Nam Josephus (*Lib. 1 Antiqq., cap. 2*), ut pote historiographus, locum dicit refertum arboribus virgultisque plurimis, irrigari etiam flumine, quod dividatur in quatuor fluvios. Collecta etenim in unum congregatione aquarum, non se penitus exinanivit terra, et fraudavit irriguis suis: sed hodieque in fontes prorumpit, et deducit meatus fluminum, quibus pignora sua, quasi pia mater, plenis lactat uberibus.

3. Alii alias, omnes tamen congruunt in paradiso (*Gen. 11, 9*), et lignum vitae radicum, et lignum scientiae, quae discernat bonum et malum, cetera quoque ligna plena vigoris, plena vivificationis, spirantia, et rationabilia. Ex quibus colligitur paradisum ipsum non terrenum videri posse, non in solo aliquo, sed in nostro principali, quod animatur et vivificatur animae virtutibus, et infusione Spiritus Dei.

4. Denique Salomon in spiritu paradisum in homine esse evidenter declaravit. Et quia mysteria exprimit vel animae et Verbi, vel Christi et Ecclesiae, ideo ait de virgine anima, vel Ecclesia quam volebat virginem castam assignare Christo (II Cor. xi, 2): *Paradisus clausus, soror mea sponsa, paradisus clausus, fons signatus* (*Cant. iv, 12*).

5. Paradisus Graece, Latine hortus dicitur. Denique Susanna in paradiso erat, et sic legitur Latine

<sup>κ</sup> Philo Judaeus lib. de Mundi Opific. pag. 35: *κατὰ δὲ τὸ θεῖον παράδεισον ἐμφύχα καὶ λογικά τὰ φυτὰ πάντ' εἶναι συμβέλλει, etc.*

<sup>h</sup> Rom. edit. sola, *paradisum in nostro principali, quod animatur. . . et infusione Spiritus, posse rideri. Denique, etc.* Non est autem dubium quin invecata fuerit isthaec mutatio, ne paradisi terrestri veritatem Ambrosius negare videretur. Verum ea nihil opus fuerat; historiae siquidem veritatem ubique aut agnoscit, aut supponit beatus Doctor: quemadmodum lib. 11 de Paradiso, cap. 2, num. 1, observatum est. Nam alioqui quo pacto hic affirmaret omnes congruere ligna fuisse *spirantia et rationabilia*, si hoc intelligeret excluso naturali sensu, quo a pluribus illud intelligi non ignorabat? Et certe multa sunt sub finem hujus epistolae, quae a sancto Doctore secundum historiam dici obscurum non est.

(Dan. xiii, 7). Et Adam in paradiso erat, et sic legimus (Gen. ii, 8). **982** Ergo non te moveat quod alii codices Latini hortum habent, alii paradisum.

6. Ibi ergo est casta uxor, ubi virgo. Licet virgo excepta habeat claustra et signacula sua, sed utraque in paradiso; ut adversum æstus corporis et carnis flagrantiam refrigeretur virtutum umbraculis.

7. Ergo paradisos in principali nostro est, silvens plurimarum opinionum plantariis: in quo principaliter lignum vitæ constituit Deus, id est, pietatis radicem; ea est enim vitæ nostræ substantia, si Domino et Deo nostro deditus cultus deferatur.

8. Constituit etiam scientiæ boni et mali seminarium; homo enim solus in cæteris animantibus terrenis habet scientiam boni et mali. Alia quoque illic plantaria diversa, quorum fructus virtutes sunt.

9. Sed quia scientiæ capax hominis affectus cognitus est Deo, quod citius ad astutiam inclinaretur, quam ad summum prudentiæ (neque enim iudicem, qui fines certos in anima nostra constituit, operis sui qualitas latere poterat), eliminare voluit astutiam de paradiso, quasi providus auctor nostræ salutis, et vitæ studium, et disciplinam pietatis infundere; ideoque præcepit homini ab omni ligno, quod est in paradiso, esse gustandum, de ligno autem scientiæ boni et mali non esse gustandum (Gen. iii, 2, 3).

10. Sed quia creatura omnis passioni obnoxia, ideo delectatio, sicut serpentine illapsu, humanis irrepsit affectibus. Itaque non immerito sanctus Moyses delectationem serpentis figuravit similitudine; prona est enim in ventrem sicut serpens, non pedibus incedens, aut ullis elevata cruribus, sed sinuoso flexu totius velut corporis sui lubrica. Ei terra cibus est sicut serpenti, quoniam escam nescit cœlestem; corporalibus enim pascitur, atque in varias mutatur species cupiditatum, et <sup>a</sup> tortuosis angulatur anfractibus. Venenum in dentibus habet, quibus unusquisque se eviscerat luxuriosus, belluo internecat, abliguritor perimit. Quantos ruperunt vina, dissolvit ebrietas, distendit cruditas?

11. Nunc intelligo qua causa Dominus Deus insufflavit in faciem hominis: ibi enim sensus omnis, ibi sedes atque illecebra delectationis, in oculis, auribus, naribus, atque in ore; ut sensus nostros adversus delectationem fortiores faceret (Gen. ii, 7). Hæc ergo nobis, sicut serpens astutiam infudit; non enim delectatio, sed labor et diuturna meditatio cum Dei gratia dat perfectam prudentiam.

12. Tamen quia serpentis fraudibus involuta est

<sup>a</sup> Allusum hoc verbo *angulatur* ad etymon anguis, quod se circummagat, et voluminibus implicet, quæ a Prudentio Ciceroneque Meandri appellantur. Ita Nannius.

<sup>b</sup> Germana huic loco reperies In ps. xxxvii, n. 8, et in ps. cxviii, Ser. 6, n. 15.

<sup>c</sup> Ita omnes edit.; contra vero mss. prope ad unum, *cæterorumque concreta*; duo, *cæterarumque*.

<sup>d</sup> Rom. edit., *si magnes lapis*: vet. autem, et cuncti mss., *si magnetis*; quidam, *magnetes, lapis*. Hoc porro exemplo, quod sicut et non pauca alia ex Philonis lib. de Opific. mundi huc translaturum est,

A humani generis hæreditas, <sup>b</sup> in eo astutiam serpentis sequamur; ut caput nostrum non projiciamus in pericula, sed præ cæteris integrum custodiamus: *Caput autem nostrum Christus est* (I Cor. xi, 3). Hoc maneat incolune, ut serpentis venena **983** nobis non possint nocere: *Bona est enim sapientia cum hæreditate* (Eccl. vii, 12), id est, cum fide; quoniam est hæreditas credentibus in Domino.

13. Quod si primus ille homo, qui cum Deo loquebatur in paradiso positus (Gen. ii, 15), labi tam facile potuit, ex terra creatus virgine, quæ ad verbum Dei formata et creata recenti fuerat exortu, nondum ea parricidali <sup>c</sup> cædiūque concreta sanguine, flagitiis et dedecore polluta, nondum carne nostra damnata maledicto obnoxie hæreditatis; B quanto facilius postea lubrica ad peccandum via majus advexit humano generi præcipitium, cum deterior tolerabiliori per vices generationis successerit?

14. Etenim <sup>d</sup> si magnetis lapis tantam naturæ vim habet, ut ferrum ad se trahat, et transfundat se in illius speciem, ita ut plerisque experiri volentibus cum plures annulos ferreos ad eum lapidem admoveverint, omnes pari teneat modo: deinde si ei annulo cui adhæserit lapis, alium admoveas annulum, et rursus per ordinem singulis substituas; licet in omnes penetret per ordinem, ex illo lapide vis naturæ, tamen priores nexu vehementiore constringit, posteriores remissiore: quanto magis humani generis conditio atque natura ex puriore statu in deteriorē lapsa est, <sup>e</sup> quando nequiores attigit!

15. Nam si per eas species minuitur natura, quæ non sunt culpæ capaces; quanto magis per animos atque artus labe pollutos scelerum virtus ejus hebetatur! Unde quia excreverat malitia, abolita innocentia fuerat, non erat qui faceret bonitatem, non erat usque ad unum (Psal. xiii, 1): venit Dominus, qui reformaret naturæ gratiam, immo augetet; ut ubi superabundavit peccatum, superabundaret gratia. Ergo liquet et quia auctor hominis Deus, et quod Deus unus, non multi dii: sed unus qui mundum operatus est; et unum, non multos mundos, sicut dicunt philosophi.

16. Primum igitur mundum creavit, deinde habitatores mundi, cui totus mundus patria foret. Nam si hodie quocumque accesserit sapiens, ubique civis D est, ubique sua intelligit, nusquam se peregrinum, nusquam hospitem judicat; quanto magis ille primus homo totius erat mundi incola, et, ut Græci dicunt, *κοσμοπολίτης*, opus Dei recens, confabulator assiduus,

originalis peccati contagium per concupiscentiæ propagationem transfundi haud ambigue declarat: qua etiam ratione Augustinus funestam illam hæreditatem contra Julianum ubique explicat, ad pactum illud, quod excogitarunt theologi recentiores, nunquam confugiens. Quid etiam quod Philo ipse lib. cit. eandem concupiscentiam omnium humani generis malorum fontem atque originem esse agnoscit? Ipsum consule pag. 35.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *quanto nequiores*: commodius vero alii, et omnes edit., *quando nequiores*.

<sup>f</sup> *κοσμοπολίτης*, id est, mundi civis, inquit Nannius.

civis sanctorum, complantatus virtutibus, prepositus omnibus terrenis animantibus, marinis, volatilibus, totum mundum suam possessionem putabat : quem Dominus tuebatur, ut opus suum, neque ut bonus parens atque auctor deserebat ! Denique eo usque creatum fovit, **984** ut abdicatum redimeret, eliminatum reciperet, mortuum passione Filii sui unigeniti resuscitaret. Est ergo hominis auctor Deus, et diligit opus suum operator bonus, nec derelinquit bonus Pater, quem etiam, sicut dives paterfamilias, censu propriæ hæreditatis redemit.

17. Caveamus ergo ne hominem istum, id est, *σοφύ*, mulier illa, id est, passio sensuum nostrorum delectatione et ipsa decepta atque illusa effeminet, et circumscriptum in leges suas et sententiam trahat. Fugiamus delectationem sicut serpentem : multas artes habet, et maxime in homine. Nam alia animantia cibi aviditate capiuntur ? homo quanto plures sensus oculorum auriumque habet, tanto majora pericula. Vale, et nos dilige, ut facis ; quia nos te diligimus.

**A** EPISTOLA XLVI.

*Ambrosius Sabino scribit maledicum Apollinuristam publice fuisse confutatum : sese cum eo, etsi servilem in Christum formam non admitteret, humaniter egisse : at illa verba, Deum scilicet Patrem Filii esse et Dominum creaturæ, quæ illi comprimis displicebant, cum verbis Davidicis convenire. Post quæ eundem Filium sine injuria divinitatis factum non modo servum, verum etiam maledictum, opprobrium atque peccatum multiplici Scripturæ testimonio demonstrat.*

**B** AMBROSIIUS SABINO.

1. Quem scripsisti maledici sermonis seminatore, <sup>c</sup> levissimus est, qui jam veneni sui mercedem recepit. Siquidem responsum est ei publice ; et quod privatim severat, palam messuit. Ego autem vanum ante et invisorem tantum habebam : at ubi iste sermo ad aures pervenit meas, statim respondi quod eum virus infecerit Apollinaris, qui non potest audire quod Dominus noster Jesus pro nobis servitute suscepit in istius corporis susceptione ; cum Apostolus clamet quod formam servi acceperit (*Phil. ii, 7*). Hoc munimentum, hæc sepes est fidei nostræ ; qui hæc destruit, destruetur ipse, sicut scriptum est : *Quia destruentem sepe mordebit serpens (Eccl. x, 8)*.

2. Equidem primo leniter mandavi ei : Qua ratione bonam rem malo animo facis ? Ego enim bene-

Ita nonnulli philosophi de sua patria responderunt, interrogati cujates essent ; unde et illud poetæ natum est :

Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor.

Porro superioris responsi non alium auctorem indicat Nannius, nisi Socratem, de quo Eras. chil. 2, cent. 2, adag. 93.

<sup>a</sup> Scripta circa ann. 389.

<sup>b</sup> Vet. edit., *Ambrosius Irenæo* ; Rom. cum mss., *Ambrosius Sabino episcopo*, nisi quod ex his multo plures omittunt *episcopo*. Neque tamen minus certum est Sabinum illum ea dignitate ornatum fuisse, cum non alius a Sabino existerit Placentino antistite, qui Synodo Aquileiensi interfuisse reperitur, et cu-

ficio annuero, si quis mea legens scripta, dicat mihi quo videatur moveri. Primum quia et in iis quæ scio, falli possum. <sup>d</sup> Multa aurem prætereunt, multa quibusdam aliter sonant : pulchrum est, si fieri potest, cavere omnia. Deinde quia non debeo moleste ferre, cum de apostolicis et ipsis Evangelicis Dominicisque verbis plerique multas quæstiones serant ; **985** si etiam in meis scriptis reperiant, de quo disputandum putent : plerique enim studio indulgent suo, ut iste qui propterea orbem circuevit, ut quæreret quem reprehenderet, non quem sibi imitandum arbitra-

retur.

3. Hic igitur ut arroderet aliquid de meis scriptis, eam sibi amplam viam reperit, quoniam eo loci ubi dixit Dominus Jesus : *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ (Matth. xi, 25)* ; diximus ideo dictum, ut nos intelligamus <sup>e</sup> patrem filii esse, et dominum creaturæ. Quamquam in psalmo evidenter Dominum dixerit Patrem Filius : *Viderunt me, et moverunt capita sua : adjuva me, Domine, Deus meus (Psal. cviii, 25, 26)*. Etenim secundum formam servi locutus, dominum vocavit, quem Patrem noverat, æqualis in Dei forma, servum secundum carnis substantiam se prædicans ; servitus enim carnis, dominatus autem divinitatis est.

4. Advertis igitur primum pro tua admirabili prudentia ea quæ in Evangelio dicuntur, ad Evangelii tempus referri, quo Dominus Jesus inter homines humana specie conversabatur ; nunc enim secundum hominem jam non novimus Christum (*II Cor. v, 16*). Sit ita visus et cognitus veteribus, jam transierunt vetera, et omnia nova facta sunt (*Ibid.*, 17). Omnia tamen ex Deo, qui nos sibi per Christum reconciliavit ; eram enim mortui, et ideo unus pro omnibus servus factus est (*Philip. ii, 7*). Quid dicam, <sup>f</sup> servus ? Peccatum, opprobrium, maledictum factus est. Dixit enim Apostolus : *Quia pro nobis peccatum factus est (II Cor. v, 21)*, quia *maledictum factus est (Galat. iii, 13)* Dominus Jesus. Dixit quia cum sibi subjecerit omnia, tunc et ipse subjectus erit. Dixit et Petrus : *In nomine Jesu Nazareni surge, et ambula, in Actibus apostolorum (Actor. iii, 6)*. Dixit ibi quia *glorificavit puerum suum Jesum (Ibid.*, 13), et nemo calumniatur de tempore. In Apocalypsi autem et agnus dictus est a Joanne (*Apoc. v, 12*) ; dictus est in psalmo *vermis, et non homo (Psal. xxi, 17)*. Hæc omnia factus est, ut nostræ obtunderet mortis acu-

jus cum Ambrosio familiaritatem hujus ad eum plures testantur epistolæ. Hanc quasi ad Sabinum scriptam citantur Leo Magnus *epist. 134*, alias *97*, et Lcontius Byzantinus.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *verissimus est* ; unus, *scelerissimus, forte sceleratissimus*.

<sup>d</sup> Amerb. et pauci mss., *multæ jure prætereunt* ; Eras. et Gil. cum aliis, *multa aurem* (Rom. edit., *multa autem*) *prætereunt*.

<sup>e</sup> Conferatur hic locus cum alio lib. v de Fide, cap. 8, num. 102, et non difficulter intelligetur eundem indicari ab Ambrosio.

<sup>f</sup> Ita mss. ad unum : edit. autem voci *servus* addunt *factus est* ; et infra post verbum *ambula*, jugulant hæc voces, in *Actibus apostolorum*.

leum, nostram servitutem tolletet, maledicta, peccata, opprobria deleret (I Cor. xv, 55).

5. Hæc et alia, quæ consulenti quidam, et multa plura a te scripsisti relata, cum Scriptura divina habeat (Exod. xvi, 18), quemadmodum quisquam dubitabit dicere<sup>a</sup> quæ pie scripta sunt, quoniam ad gloriam Christi spectant, non ad immutationem? Nam cum de dono ejus, hoc est manna, dictum sit quia et qui minus collegit, non diminuit: et qui plurimum, non ampliavit; num potuit ipse vel minus vel augeri? Quid enim in eo immutatum est, quod nostram servitutem, nostras infirmitates susceperat? Erat humiliatus, erat in servi forma, sed idem in gloria Dei Patris. Erat vermis in cruce, sed idem dimittebat peccata etiam persecutorum suorum. Erat opprobrium, **986** sed idem majestas Domini, sicut scriptum est: *Et videbitur majestas Domini, et videbit omnia caro salutem Dei* (Esai. xl, 5). Quid amisi, cui nihil minus est? Non habebat quidem speciem neque decorem, sed habebat plenitudinem divinitatis. Infirmus aestimabatur, sed non destiterat esse Dei virtus. Videbatur, ut homo, sed fulgebat in terris majestas divina et Patris gloria.

6. Unde pulchre Apostolus ejusdem verbi repetitione usus est, dicens de Domino Jesu: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens* (Philipp. ii, 6, 7). Quid est in Dei forma, nisi in plenitudine divinitatis, in illa perfectionis divinæ expressione? Ergo cum esset in plenitudine divinitatis, exinanivit se, et accepit plenitudinem naturæ et perfectionis humanæ: sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in utraque forma. Unde et David dicit: *Speciosus forma præ filiis hominum* (Psal. xlv, 3).

7. Concluditur Apollinarista, nec quæ se vertat, habet, suis clauditur retibus. Ipse enim dixerat: Formam servi accepit, <sup>b</sup> non servus lectus est. Iterum ergo interroga, quid est in forma Dei? Respondet: In natura Dei. Sunt enim, ait Apostolus, qui non sunt natura dii (Philipp. ii, 7). Quæro quid sit, formam servi accipiens (Galat. iv, 8)? Sine dubio perfectionem naturæ et conditionis, ut dixi, humanæ, ut esset in hominum similitudine. Et pulchre non carnis, sed hominum dixit similitudinem; quia in carne eadem. Sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, in specie hominis videbatur. Unde et propheta ait: *Et homo est, et quis cognoscat eum* (Jerem. xvii, 9)? Homo secundum carnem, sed

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, quia pie scripta sunt: at infra cum aliis, unde potuit; ubi nos cum mss. non potuit. Sed edit. Rom. particulam num transtulit post immutatum est.

<sup>b</sup> Leonis epistola, non servus locutus est; sed melius edit. ac mss Ambrosiani, lectus est. Hoc autem præcipuum fuisse constat erroris Apollinaristarum firmamentum, quod hic validissime ab Ambrosio nostro evertitur. Nec tamen existimandum est Ambrosio contraria docuisse Adrianum papam I in sua ad concilium Francoford. epistola, cum Dominum servi nomine appellandum negat, vel idem concilium,

ultra hominem secundum divinam operationem. Denique cum leprosum tangeret, homo videbatur: sed ultra hominem, cum emundaret. Et cum Lazarum fieret mortuum (Matth. viii, 3), quasi homo sebat: sed supra hominem erat, cum mortuum juberet vincis pedibus exire (Joan. xi, 33, 44). Homo videbatur, cum penderet in cruce: sed supra hominem, cum reseratis tumulis, mortuus resuscitaret (Matth. xxvii, 52).

8. Nec sibi blandiatur virus Apollinaris, quia ita legitur: *Et specie inventus est ut homo* (Philipp. ii, 7); non enim negatus est homo Jesus, cum alibi ipse Paulus de eo dicat: *Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus* (I Tim. ii, 5), sed confirmatus est. In enim est usus et moris Scripturæ: sic significare, sicut et in Evangelio legitur: *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre* (Joan. i, 1). Sicut ergo quasi unigenitus dicitur, et non abnuitur unigenitus Dei Filius; ita ut homo dicitur, et perfectio fuisse in eo hominis non negatur.

**987** 9. Cum esset igitur in forma servi, humiliatus usque ad mortem, erat tamen in Dei gloria. Quid ei igitur obfuit servitus? Servus autem factus legitur, quia legitur factus ex Virgine: et creatus in carne; omnis enim creatura servit, dicente Propheta: *Quia universa creantur tibi* (Psal. cxviii, 91). Unde et Deus Pater ait: *Inveni David servum meum, in oleo sancto unxi eum. Ipse vocabit me: Pater meus es tu, Deus salutis meæ. Et ego primogenitum ponam eum* (Psal. lxxxviii, 27, 28); et in alio psalmo: *Custodi animam meam; quoniam sanctus sum: saluum fac servum tuum* (Psal. lxxxv, 2); et infra in eodem psalmo: *Da potestatem puero tuo, et saluum fac filium ancillæ tuæ* (Ibid., 16). Congessi enim Patris et Filii voces; ut ei non argumenta humana, sed divina responderent oracula.

10. Alibi inquit: *In manus tuas commendo spiritum meum* (Psal. xxx, 6); et: *Statuisti in loco spatio pedes meos* (Ibid., 9); et: *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium* (Ibid., 12). Et in eodem psalmo: *Illustra faciem tuam super servum tuum* (Ibid., 17). Per Esaiam quoque dicit ipse Filius Dei: *Ex utero matris meæ vocavit Dominus nomen meum, et posuit os meum ut gladium acutum, et sub tegumenta manus meæ protexit me. Pasuit me sicut sagittam electam, et pharetra sua texit me; et dixit mihi: Servus meus es tu, Israel* (Esai. xlii, 2, 3). Dicitur enim Dei Filius et Israel, sicut alibi: *Jacob puer meus, Israel dilectus meus* (Esai. xliiv, 1). Solus

ubi ait ex Augustino: *Dominus noster etiam in forma servi non servus, sed in forma etiam servi Dominus fuit.* Et enim sic illa intelligenda sunt, ut opponantur hæresi Elipandj atque aliorum, Christum adoptione tantum Dei Filium, ac proinde non alienam et libere susceptam servitute, sed propria et naturali servum esse blasphemantium. Quod toto cælo ab Ambrosiano mente abjiciet.

<sup>c</sup> Hanc ipsam objectionem cum eodem plane responso reperire est Sermon. 18 in Psalm. cxviii; verum adversarij, quod ibidem impugnat, homini parci.

enim vere Deum Patrem non solum vidit, sed etiam enarravit (Joan. 1, 18).

11. Et sequitur : *In te glorificabor. Et ego dixi : In vacuum laboravi, et in nihilum dedi vires meas ; ideo iudicium meum ante Dominum, et dolor meus ante Deum meum.* Et nunc sic dicit Dominus, qui *fixit me servum ex utero sibi ad congregandum Jacob et Israel (Esai. xlii, 4, 5).* Quis congregavit Dei populum, nisi Christus? Quis glorificatus est ante Dominum? Quis est Dei virtus? Cui dixit Pater : *Magnam tibi est vocari te puerum meum?* Et cui dicit : *Ecce posui te in testamentum generis mei, in lucem gentium ; ut sis in salutem usque ad extremum terræ (Ibid., 6)?* De quo etiam per os Ezechiel locutus est, dicens : *Suscitabo super eos pastorem unum, et regem eos servus meus David, et erit eorum pastor : et ego Dominus ero illis in Deum, et David in medio eorum princeps (Ezech. xxxiv, 23, 24).* David utique rex jam defunctus erat, et ideo verus David, verus humilis, verus mansuetus, verus manu fortis Dei Filius, hoc annuntiatur nomine : qui etiam in Zachariæ prophetæ libro significatur, dicente Deo Patri : *Ecce ego mittam servum meum, Oriens nomen est ei (Zach. iii, 8).* Numquid quia habebat vestimenta sordida, ideo fulgorem divinitatis suæ sol justitiæ non habebat?

12. Et quid plura? An infirmius putamus servitium esse quam peccatum, quam maledictum, **388** quam opprobrium, quam infirmitates, quas pro nobis suscepit, ut a nobis averterentur? Factus est enim hæc omnia; ut universa vacuaret. Sed hæc ideo non recipiunt, quod servus, opprobrium, peccatum, maledictum factus sit; <sup>a</sup> quia Verbum et carnem unus asserunt esse substantiæ, et dicunt: Ergo quia nos redemit, servus dictus est, et peccatum debuit dici. Nec advertunt quod hæc Christi gloria sit, quia servitutem suscepit in corpore suo, ut libertatem omnibus redderet: peccata nostra portavit, ut mundi peccatum tolleret.

13. Servus, peccatum, maledictum factus est, ut tu peccati servus esse desisteres, et te divinæ sententiæ maledicto absolveret. Ille ergo maledictum suscepit tuum: *Maledictus enim omnis, qui pendet in ligno (Galat. iii, 13).* Ille maledictum in cruce factus est, ut tu benedictus esses in Dei regno. Ille dehonestatus et depretiatus est, nec aliquid æsti-

atus. Ille dicebat: *In vacuum laboravi (Esai. xlii, 4);* per quem meruit Paulus dicere: *Non in vacuum laboravi (Phil. ii, 16);* ut honi operis fructum, et Evangelicæ prædicationis gloriam suis conferret servulis, per quam universi sarcina laboris absolventur.

14. His igitur auditis, derelictus est in dimidio dierum suorum perdix, qui clamavit ut congregaret quæ non peperit (Jerem. xvii, 11), et oppressus est voce Domini Jesu. Denique <sup>b</sup> adornat fugam. Vale, et nos dilige; quia nos te diligimus.

#### ° EPISTOLA XLVII.

SABINO cur librum apertius perscriptum ipsi miserit, causam reddens, quamobrem scribere quam dictare malit, explicat. Hinc illum ad mutuum epistolarum usum invitat, quanta inde redeat utilitas, patefaciens.

#### AMBROSIIUS SABINO.

1. Transmisi petitum codicem scriptum apertius atque enodatus, quam ea scriptura est, quam dudum direxi; ut legendi facilitate nullum iudicio tuo afferatur impedimentum. Nam exemplaris liber non ad speciem, sed ad necessitatem scriptus est; <sup>d</sup> non enim dictamus omnia, et maxime noctibus, quibus volumus aliis graves esse ac molesti; tum quia ea quæ dictantur, impetu quodam prouunt, et profluente cursu feruntur.

2. Nobis autem quibus curæ est senilem sermonem <sup>e</sup> familiari usu ad unguem distinguere, et lento quodam figere gradu, aptius videtur propriam manum nostro affigere stylo; ut non tam <sup>f</sup> deflare aliquid videamur, quam abscondere: neque alterum scribentem erubescimus, sed ipsi nobis conscii sine ullo arbitro, non solum auribus, sed etiam oculis ea ponderemus, quæ scribimus. Velocior est enim lingua quam **389** manus, dicente Scriptura: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis (Ps. xlii, 2).*

3. Sed forte dicas, quia velocitatem ad scribentem retulit, Non te fallit tamen id significari, quod scribæ velociter scribentis celeritas sola possit linguæ propheticæ excipere sermones. Apotolus quoque Paulus sua scribebat manu, sicut ipse ait: *Mea manu scripsi vobis (Galat. vi, 11);* ille propter honorificentiam, nos propter verecundiam.

4. Tamen dum adhuc habes de libris iudicium, interludamus epistolis, quarum eju modi usus est,

<sup>c</sup> Scripta circa ann. 390.

<sup>d</sup> Illic satis conveniunt cum illis Paulini verbis: *Nec operam declinabat scribendi propria manu libros, nisi cum aliqua infirmitate attenuaretur.* Quod autem præter curam excolendi styli, aliam causam cur ipse scriberet, subiungit, nimirum et alienæ fatigationi parceret; id quidem eximiam Viri sancti humanitatem pulchre declarat. Hieronymus autem necti se dictare solitum non uno loco testificatur. Neque ignota res est, dictante Origene, plures simul antiquarios, quibus sumptum suppeditabat alius Ambrosius, excipere consuevisse.

<sup>e</sup> Belv. codex, *familiaris: ad unguem, etc.* Minus commode.

<sup>f</sup> *Deflare*, hoc loco idem est, ac subito impetu quidquid in buccam venerit, effundere.

<sup>a</sup> Refellitur hic error ab Athanasio epist. ad Epict., ab Epiphano Hæres. 77, ab ipso etiam Ambrosio lib. de Incarn. Domini. Sacr. cap. 6, nec non ab aliis, quorum ibidem, atque in Admonit. ad eundem librum abunde fecimus mentionem.

<sup>b</sup> Hunc hæreticum postquam Mediolano Placentiam venisset, a Sabino cuiusdam ipsum consulentiæ rogatu consutatum fuisse, atque eam rem ad Ambrosium ab eodem episcopo delatam censet Hieronymus. Atqui series epistolæ indicare potius videtur Apollinaristam Placentiam venisse Mediolanum; et Ambrosium eorum quæ isthic exegerant, a Sabino literis præmonitum, eidem vicissim, quæ in eadem causa Mediolani facta fuerant, rescripsisse. Quam quidem opinionem hæc ultima verba plane confirmant.

ut disjuncti locorum intervallis, affectu adhæreamus: **A** movet, priusquam foras prodeat, unde jam revocandi in quibus inter absentes imago refulget præsentiae, et collocatio scripta separatos copulat: in quibus etiam cum amico miscemus animum, et mentem ei nostram infundimus.

5. Jam si, ut hortaris, aliquid et de veteribus scripturis redoleat in epistolis, non solum animi conglutinari videntur per veræ doctrinæ profectum, sed etiam plenioris colloquii species et forma exprimi, ut inter quærendi et respondendi mutuas vices assumpta concertatio in unum conducere, et coram videatur amicos locare, qui tali se lacessunt et complectuntur munere.

6. Quid autem majorum nostrorum exempla proferam, qui epistolis suis fidem infuderunt populorum mentibus, atque ad integros et confertos scripserunt **B** populos: et præsentem se esse, cum absentes scriberent, significarunt, dicente sancto Apostolo (1 Cor. v, 3), quia absens erat corpore, sed præsens spiritu; non solum cum scriberet, sed etiam cum iudicaret? Denique absens per epistolam condemnabat, et idem absolvebat per epistolam; epistola enim Pauli quædam effligies erat ejus præsentiae, et forma operis.

7. Non enim ut aliorum epistolæ, *graves*, inquit, *et fortes, præsentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis* (II Cor. x, 10); talis et Apostoli: sed talis hujus epistola, ut talis esset forma præcepti, qualis esset operationis substantia: *quia quales sumus*, inquit, *verbo per epistolam absentes, tales et præsentem sumus in opere* (Ibid., 11). Imaginem præsentiae suæ in epistolis expressit, <sup>a</sup> fructum et testimonium in opere significavit. Vale, et nos dilige, ut facis; quia nos et te diligimus.

### 390 <sup>b</sup> EPISTOLA XLVIII.

SABINUM, ut libros suos severo expendat examine, obsecrat, et quæ commoda hinc oriantur, exponit; subiungens tamen duritiem verborum tolerandam esse, dum fidei professio integra sit, suas variis hæresibus fidei professiones opponit: ac demum se in posterum scribendis epistolis maxime operam daturum spondet.

AMBROSIIUS SABINO.

1. Remisisti mihi libellos, quos tuo iudicio probatiores habeo. Ideo nisi alios non iudicii favore delectatus, sed promissa a te, et petita a me veritate illectus: malo enim tuo corrigatur iudicio, si quid **D**

<sup>a</sup> Ita plerique mss.; nonnulli tamen, et omnes edit., *fructum testimonii*, etc.

<sup>b</sup> Scripta circa annum 390.

<sup>c</sup> Hæc verba huc translata sunt ex epist. 9 lib. III, Epist. Cicer., ubi sic habetur: *Longi subsellii, ut noster Pompeius appellat, iudicatio et mora.*

<sup>d</sup> Non sine laude a plerisque memorata sunt verba hæc Ambrosiana, sed in primis a Baronio in Martyr. Rom., ubi de sancto Sabino agitur.

<sup>e</sup> Vet. edit., *sermones vellica*; Rom. cum scriptis cod., *sermones vellica*. Est autem vellicare manu tentare utrum aliquid alicui valide cohæreat, aut facile possit avelli. Unde clarus fit metaphoricus sensus, quo hic ponitur.

<sup>f</sup> Fuit antiquis ea consuetudo, ut qui libros aliorum examinandos acciperent, quid tolli, quidve mu-

ta nulla facultas sit; quam laudari a te, quod ab aliis reprehendatur. Itaque arbitrum te eorum quæ postulas rogavi; neque enim legi a te mea, quæ nonnullam tribuo in vulgus, sed in tuæ calculum venire sententiæ desideravi. <sup>e</sup> Non erit longi subsellii ista iudicatio et mora, ut dictum est antiquitus. Facile est tibi de nostris iudicare.

2. Ego certe huc invitatu tuo prodeundum petavi: tuum est liquido decernere, et scrutanter discutere, quæ corrigas; ne tibi vitio vertant ea, quæ nobis potuerunt obrepere. Nescio quo enim modo præter imprudentiæ caliginem, quæ me circumfudit, <sup>d</sup> unumquemque fallunt sua scripta, et aures prætereunt; atque ut filii etiam deformes delectant, **B** sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant. Incautius plerumque aliquid promittitur, aliquid accipitur malevolentius, aliquid exit ambiguum: tum quia alieno examinanda iudicio, non pro nostra debemus magis, quam pro aliena opinione trutinare, et discutere omnes scrupulos malevolentiae.

3. Assumit igitur benevolentem animo aurem veritatis, et pertractata omnia, <sup>e</sup> sermones vellica; si in iis non forenses blanditiæ, et suaviora verba, sed fidei sinceritas est, et confessionis sobrietas. <sup>f</sup> Notam appone ad verbum dubii ponderis, et falsis stateræ; ne quid pro se esse adversarius interpretetur. Esto ut revincatur, si congrédi cœperit: male se habet liber, <sup>g</sup> qui sine assertore non defenditur. Ipse igitur pro se loquitur, qui procedit <sup>h</sup> sine interprete: noster hic tamen non egredietur a nobis, nisi a te acceperit auctoritatem. Itaque cum eum fide tua prodire jusseris, committetur sibi.

4. Tamen quoniam *non in sermone est regnum Dei* (1 Cor. iv, 20), sed in virtute; verbum si offenderit, virtutem professionis interrogato. Professio autem fidei sententia est, quam adversum Sabellianos et Arianos ita <sup>i</sup> a maioribus traditam tenemus, **391** ut Patrem Deum, et Filium ejus unigenitum, et Spiritum sanctum veneremus: hanc Trinitatem unam esse substantiæ, majestatis, divinitatis: in hoc nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizare nos, quemadmodum scriptum est (*Matth. xxviii, 19*): Filium itaque cœternum Patri suscepisse carnem, natum de Spiritu sancto et Virgine Maria, æqualem **D** Patri secundum divinitatem in Dei forma, id est, in

tari oporteret, appositis quibusdam notis indicarent. Horatius de Arte poet.:

..... Imcomptis allinet atrum  
Transverso calamo signum. ....

<sup>g</sup> Thuan. codex, *qui suo assertore*; Non satis commode.

<sup>h</sup> Interpres hic est, quem vulgo mediatorem dicimus, hoc est, conciliatorem. Cicero in Verrem: *Aut qui sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicii esse solent.* Idem in epistolis: *Quo ego interprete notissimum ad Lepidum usus sum.* Ita Nannius.

<sup>i</sup> Quanti faceret Ambrosius veteres Ecclesiæ traditiones a nobis jam aliquoties observatum est, sed hunc etiam locum indicare non gravabimur. Quod autem spectat ad Sabellianos, Arianos, ac Phouinit-

omni plenitudine divinitatis, quæ in illo habitat, ut **A** Certe pro arbitrio accerso, quos volo, atque adjungo mihi, quos magis diligo, aut quos aptiores arbitror: nemo interpellat, nemo interpolat. Tunc ergo te magis teneo, et de Scripturis confero, et prolixiorem simul sermonem cædimus.

5. Ergo et adversus Photinum hæc nobis sententia est: adversus Apollinarem autem legitima circumspicio; et confiteamur sicut in Dei forma nihil ei defuit divinæ naturæ et plenitudinis, <sup>a</sup> sic in illa forma hominis nihil ei defuisse, quo imperfectus homo judicaretur: qui ideo venit, ut totum hominem salvum faceret. Neque enim decebat, ut qui perfectum opus in aliis consummaverat, hoc imperfectum in se esse pateretur; si enim aliquid ei defuit, non totum redemit: si non totum redemit, fefellit igitur, qui dixit ideo se venisse, ut totum hominem salvum faceret. Sed quia *impossibile est* **B** *mentiri Deo* (Hebr. vi, 18), non fefellit: ergo quia ita venit, ut totum redimeret, et salvum faceret, totum utique suscepit, quod erat humanæ perfectionis.

6. Nostra sententia hujusmodi est, ut meministi. Si verba alicubi movent, non præjudicant fidei; etenim sermonem dubium mens non dubia obumbrat, et defendit a lapsu.

7. Hæc tecum prolusimus, quæ in libros nostrarum epistolarum referam, si placet, atque in numerum reponam; ut tuo commendentur nomine, et tuis ad nos, et nostris ad vos litteris augeatur mutuus amor per Dominum: ut ita legas, quod judices; et quod moverit, scribas ad me: amor enim verus constantia probatur. Placet jam quod senibus usu **C** facilius est, quotidiano et familiari sermone epistolas texere; et si quid de Scripturis divinis obvium inciderit, attexere. Vale, frater, et dilige amantem tui; quia plurimum te diligo.

#### <sup>c</sup> EPISTOLA XLIX.

*Numquam minus se solum esse, quam cum solus sit amico scribens; solitudinis bona exemplis docet; maxime quod tunc liceat præsentem scripturis habere Deum, et ei mentem nostram patefacere.*

#### AMBROSIIUS SABINO.

1. Quoniam tibi quoque complacuit nostrarum usus epistolarum, <sup>d</sup> in quibus quidam inter absentes præsentium sermo est, pergam frequentius te in meis scriptis et cum **992** solus sum, alloqui. <sup>e</sup> Numquam enim minus solus sum, quam cum solus **D** esse videor: nec minus otiosus, quam cum otiosus.

nos, de commentis atque erroribus eorum ad lib. de Fide ac de Incarn. satis diximus.

<sup>a</sup> Apollinaristarum præcipuum hunc errorem fuisse, quod a Christo humanam animam vel susceptam negarent, vel sine mente ac ratione susceptam contenderent, observavimus ad lib. de Incarn. Sacr. cap. 2, num. 11. Quo etiam lib.; cap. 7, Ambrosius illud ipsum, quo hic utitur, adhibet argumentum.

<sup>b</sup> Rom. edit., *mentiri Deum*; Græcè similiter *ψεύσασθαι Θεόν*. Attamen propter mss. ac vet. edit. consensum existimamus hyperbaton ab Ambrosio hic factum esse ita restituendum, Deo impossibile est mentiri.

<sup>c</sup> Scripta circa annum 390.

2. Sola erat Maria, et loquebatur cum angelo (Luc. 1, 28). Sola erat quando supervenit in eam Spiritus sanctus, et virtus Altissimi obumbravit eam. Sola erat, et operata est mundi salutem, <sup>f</sup> et concepit redemptionem universorum. Solus erat Petrus, et totum per orbem consecrandarum gentium cognovit mysteria (Act. x, 10 et seq.). Solus erat Adam (Gen. 11, 9), et non est prævaricatus; quia mens ejus adhærebat Deo. Postquam vero ei mulier adjuncta est, non potuit inhærere mandatis cœlestibus; et ideo se abscondebat, quando Deus deambulabat in paradiso (De Pœnit., dist. 2, cap. Quando Adam).

3. Et nunc deambulat in paradiso Deus (Gen. 11, 8), quando divinas Scripturas lego. Paradisus est Genesis liber, in quo virtutes pullulant patriarcharum: paradisus Deuteronomium, in quo germinant Legis præcepta; paradisus Evangelium, in quo arbor vitæ bonos fructus facit; et æternæ spei mandata diffundit per universos populos.

4. Audiens itaque: *Diligite inimicos* (Matth. v, 44); audiens: *Dimitte omnia tua, et sequere me* (Matth. xix, 21); audiens: *Qui te percutit in maxilla, præbe ei et alteram* (Luc. vi, 29); et hæc non faciens, et vix diligens eum, qui me diligit, non dimittens quæ habeo, injuriam acceptam ulcisci volens, et sublatum mihi extorquere; cum Scriptura dicat etiam aliud, id est, plus quam petatum aut ereptum est, concedendum, video me contra mandata Dei facere. Et aperiens oculos conscientiæ, deambulare mihi Deum præsentem recognosco: cupio me abdere, cupio velare; sed nudus sum Deo, apud quem nuda et intacta sunt omnia (Hebr. iv, 13). Erubescens itaque tegere pudenda facinorum desidero, quasi membra mei corporis: sed quia Deus omnia videt, quia loliis obumbratus, latebris tectus appareo, puto me abscondi; quia corpore amictus sum. Ipsa est tunica pellicea, cum qua Adam de paradiso ejectus est (Gen. 11, 23), nec a frigore tutus, nec tectus ab opprobrio, sed et injuriæ et culpa patens.

5. Liquet igitur ex his, quia soli cum sumus,

<sup>d</sup> Rom. edit., *in quibus quidem*. Minus apposite.

<sup>e</sup> Actum est de hoc paradoxo lib. 11 Offic. cap. 1, num. 2; ubi et nos unde petatum fuit, indicavimus. Non omitemus autem hoc loco Franc. Petraricham lib. 11 de Vita Solit., sect. 3, cap. 2, quam cordi Ambrosio solitudo fuerit, commemorare, ejusque suburbanum secessum describere; ubi hoc ipsum epistolæ hujus testimonium citat.

<sup>f</sup> Ita vet. edit. cum mss. pluribus potioribusque; Rom. vero cum aliis cod. nonnullis, *et concepit Redemptorem*. Sed eodem modo redemptionem concepisse Maria dici utique potest, quo dicitur salutem operata, in quantum scilicet mediatorem ac reparatorem mundo peperit. Qui quidem loquendi modus minime infrequens est apud Ambrosium.

Apocalypsi scriptum est Johannis evangelistæ, dicente Domino Jesu ad Angelum Ecclesiæ Pergami: *Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, manducare immolata, et fornicari; ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.* (Apoc. II, 14, 15). Quo apparet inde Manichæorum sacrilegia Manasse, qui miscet atque adjungunt<sup>a</sup> sacrilegium turpitudini.

15. Ergo nec Deus injustus nec mutabilis ejus sententia: deprehendit enim mentem ejus et occulta cordis; et ideo tentavit eum quasi divinum, non elegit quasi prophetam. Et utique vel tantorum oraculorum gratia et revelationum sublimitate converti debuit: sed animus nequitiae plenus verba prompsit, non fidem detulit, consiliis infirmare cupiens, quod annuntiarat futurum. Et quia oracula fraudare non poterat, consilia fraudulenta subministrabat, quibus<sup>b</sup> levis populus Judæorum tentati quidem sunt, sed non expugnati; unius enim viri sacerdotis justitia solutum est omne facinorosi hominis consilium (Num. xxv, 11), multoque mirabilis per unum hominem potuisse liberari exercitum patrum, quam potuisse decipi.

16. Hoc munusculum sanctæ menti tuæ transmissi; quia vis me aliquid de veterum scriptorum interpretationibus paginare. Ego autem assumpsi epistolas familiari sermone attexere, redolentes aliquid de patrum moribus; quarum gustum si probaveris, post hæc hujusmodi mittere non verecundabor. Malo enim senilibus verbis de supernis rebus hallucinari tecum; **997** quod Græce dicunt ἀδολεσχῆσαι: εἰς ἔληθεν ἄρ' Ἰσαὰκ εἰς τὸ πιδίον ἀδολεσχῆσαι, <sup>a</sup> veniente Rebecca futuræ Ecclesiæ animo videns mysteria: malo, inquam, hallucinari tecum verbis senilibus, ne videar <sup>c</sup> artem deseruisse, quam concitatoribus deflare aliquid jam nec studiis nostris aptum nec viribus. Vale, et nos dilige; quia ego te diligo.

#### † EPISTOLA LI.

*Adventum ejus non ingrato affectu s; declinare, sed ne tacere cogeretur, aut offensionis causam præberet. Iracundum esse Theodosium, sed ex se placabilem: ne igitur eum commoveret, valetudinem excusasse. Ingenuisse episcopos cædem Thessalonicensem, proinde in eluenda illa sanctorum imitandam pœnitentiam,*

<sup>a</sup> Quænam sint turpitudines, quibus adjunctum a Manichæis sacrilegium asserit Ambrosius, explicatur ab Augustino lib. de Hæres. cap. 46.

<sup>b</sup> Edit. cum mss. aliquot, quibus *leves populi Judæorum tentati*. Alii mss. plures ac probatiores, quibus *levis populus Judæorum tentati*; minime male.

<sup>c</sup> Cum imperite et parum distincte Græca verba scribantur in cod. manu exaratis, eam lectionem ex illis expresserat Amerbachius, quæ non modo barbara, sed etiam omni sensu destituta esset. Quapropter ut manifesto ulceri medicinam Erasmus exhiberet, hanc sententiam quasi germanam substituit, Græce dicunt, ἀδολεσχίας γρηραδαίαις περί τῶν ἀνω ἀδολεσχίσθαι. Verum non satisfecit Romanis editoribus; si quidem, non paucis vocibus trucidatis, has tantum nobis exhibuerunt, Græci dicunt ἀδολεσχῆσαι. Cæterum curiosius characteres, queis hic locus in ms. Reg. exaratur, examinantibus vera lectio detegitur, quam restituimus. Porro de voce ἀδολε-

*sine qua peccatum non tollitur. Diabolum qui ei inviderit, vincendum. Non audere se, illo præsale, offerre sacrificium, a quo etiam divinitus fuerit deterritus: at ipsam pœnitentiam sacrificium esse. Quod factum ejus non præverterit, dolere se, quippe qui eum vere diligit.*

Augustissimo imperatori THEODOSIO AMBROSIO episcopus.

1. Et veteris amicitiae dulcis mihi recordatio est, et beneficiorum, quæ crebris meis intercessionibus summa gratia in alios contulisti, gratiæ memini. Unde colligi potest quod non ingrato aliquo affectu adventum tuum semper mihi antebac exoptatissimum declinare potuerim. Sed qua causa hoc fecerim, breviter expediam.

2. Soli mihi in tuo<sup>s</sup> comitatu jus naturæ ereptum videbam audiendi, ut et loquendi privarer munere; motus enim frequenter es quod ad me pervenissent aliqua, quæ in consistorio tuo statuta forent. Ego ergo expers communis usus sum, cum dicat Dominus Jesus nihil esse occultum, quod non manifestetur (Luc. viii, 17). Verecundia igitur, qua potui, satisfeci imperiali arbitrio; et prospexi ne aut ipse causam commotionis habeas, cum id egerim, ne quid ad me de imperialibus deferatur statulis: aut ego cum fuero præsens, aut non audiam per metum omnium, et quasi conviventis famam subibo: aut ita audiam, ut mihi aures pateant, vox intercludatur; ut audita non possim eloqui, ne eos qui in suspicionem conditionis venerint, lædam in periculo.

3. Quid igitur facerem? Non audirem? Sed aures non possem cera veterum fabularum claudere. Prederem? Sed quod in tuis jussis timerem, in meis verbis deberem cavere; ne **998** quid cruentum committeretur. Tacerem? Sed quod miserrimum<sup>b</sup> foret omnium, alligaretur conscientia, vox eriperetur. Et ubi illud? Sed si sacerdos non dixerit erranti, <sup>s</sup> qui erraverit, in sua culpa morietur, et sacerdos reus erit pœnæ, quia non admonuit errantem (Ezechiel iii, 19)?

4. Accipe illud, imperator auguste. Quod habes fidei studium, non possum negare; quod Dei timorem, non diffiteor: sed habes naturæ impetum,

et ejus significatione tractavit Ambrosius lib. de Isaac et anima, cap. 1, num. 1, et in Psal. xviii, num. 13 et 14, atque alibi.

<sup>d</sup> Vet. edit., ut *emittente Rebecca*; Rom. et nonnulli mss., ut *veniente Rebecca*. Sed in aliis mss. concinnius ut omittitur.

<sup>e</sup> Omnes edit. et pauci mss., *artem desisse*; alii alii, *artem dedisse*; melius cæteri, *artem deseruisse*, interpretandi nempe scripturam, ut aliquid proprio Marte lucubraret.

<sup>f</sup> Scripta circa annum 590.

<sup>g</sup> Comitatus, ut Nannius observat, est familia imperatoris, cum officariis et stipulatoribus, quæ olim cohors dicebatur.

<sup>h</sup> Vet. edit., *forte omnium*; Rom. *foret omnium*; multo melius. Quapropter cum in emendanda hac epistola destituamur auxilio mss., nihil potius nobis videtur, quam ut ejus editionis lectionem retineamus, quam præstare aliis arbitrabimur.



quem si quis lenire velit, cito vertes ad misericordiam : si quis stimulet, in majus exsuscitas, ut eum revocare vix possis. Utinam si nemo mitigat, nullus accendat ! Libenter eum committo tibi : ipse te revocas, et pietatis studio vincis impetum naturæ.

5. Hunc ego impetum malui cogitationibus tuis secreto committere, quam meis factis publice fortassis movere. Itaque malui officio meo aliquid deesse, quam humilitati : et requiri in me ab aliis sacerdotis auctoritatem, quam a te desiderari in me <sup>a</sup> amantissime honorificentiam ; ut represso impetu, integra esset consilii eligendi facultas. Prætendi ægritudinem corporis re vera gravem, et nisi a viris mitioribus vix levandam : vel emori tamen maluissem, quam adventum tuum biduo, aut triduo non expectarem. Sed quid facerem, non erat.

6. Factum est in urbe Thessalonicensium quod nulla memoria habet, <sup>b</sup> quod revocare non potui, ne fieret ; immo quod ante atrocissimum fore dixi, cum toties rogarem : et quod ipse sero revocando grave factum putasti, hoc factum extenuare non poteram. Quando primum auditum est, <sup>c</sup> propter adventum Gallorum episcoporum Synodus convenerat ; nemo non ingemuit, nullus mediocriter accepit : non erat facti tui absolutio in Ambrosii communione, in me etiam amplius commissi exaggeraretur invidia, si nemo diceret Dei nostri reconciliationem fore necessariam.

7. An pudet te, Imperator, hoc facere quod rex propheta, auctor Christi secundum carnem prosapia fecit David ? Illi dictum est, quia dives qui haberet plurimos greges, unam pauperis ovem propter adventum hospitis eripuit et occidit ; et cognito quod in hoc ipse argueretur, quia ipse fecisset, ait : *Peccavi Domino* (II Reg. XII, 13). Noli ergo impatienter ferre, Imperator, si dicatur tibi : Tu fecisti istud, quod David regi dictum est a propheta. Si enim hoc sedulo audieris, et dixeris : *Peccavi Domino* ; si dixeris regale istud propheticum : *Venite adoremus, 999 et procidamus ante eum ; et ploremus ante Dominum nostrum, qui fecit nos* (Psal. xciv, 6) ; dicetur et tibi : Quoniam poenitet te, dimittit tibi Dominus peccatum tuum, et non morieris (II Reg. XII, 13).

8. Iterum cum plebem numerari jussisset David, percussus est corde, et dixit ad Dominum : *Peccavi vehementer, quod fecerim hoc verbum, et nunc, Domine, aufer iniquitatem servi tui, quod deliqui vehementer* (II Reg. xxiv, 10). Et missus est iterum ad eum Nathan propheta, qui ei trium optionem conditionum offerret, ut quam vellet, eligeret : famem

A tribus annis in terra, aut tribus mensibus fugere a facie inimicorum suorum, aut triduo mortem in terra. Et respondit David : *Angustiae sunt tria hæc vehementer ; verumtamen incidam in manu Domini ; quoniam nullæ misericordiae ejus nimis : et in manus hominis non incidam* (Ibid., 14). Culpa autem erat, quoniam voluit scire numerum totius plebis, quæ secum erat : quod scire Deo soli debuit reservare.

9. Et cum, inquit, mors fieret in plebe, ipso primo die ad horam prandii cum vidisset David percutientem angelum in plebem, ait David : *Ego peccavi, et ego pastor malignum feci, et hic grex quid fecit ? Fiat manus tua in me, et in domum patris mei* (Ibid., 17). Itaque poenituit Dominum, et jussit angelo ut parceret plebi, sacrificium autem offerret David ; erant enim tunc sacrificia pro delictis, hæc nunc sunt sacrificia poenitentiae. Itaque ea humilitate acceptior Deo factus est : non enim mirandum peccare hominem : sed illud reprehensibile, si non se cognoscat errasse, non humillet Deo.

10. Job sanctus et ipse potens in sæculo, ait : *Peccatum meum non abscondi, sed coram plebe omni annuntiavi* (Job. xxxi, 33). Ipsi immani regi Saul dixit Jonathas filius suus : *Noli peccare in servum tuum David* (I Reg. xix, 4) : et : *Ut quid peccas in sanguinem innocentem occidere David sine causa* (Ibid., 5) ? Quia etsi rex erat, peccabat tamen, si occideret innocentem. Denique etiam David cum jam regno potiretur, et audisset Abner innocentem occisum a Joab duce militiae suæ, ait : *Innocens sum ego et regnum meum amodo et usque in æternum a sanguine Abner filii Ner* (II Reg. III, 28) ; et jejunavit in dolore.

11. Hæc ideo scripsi, non ut te confundam, sed ut regum exempla provocent, ut tollas hoc peccatum de regno tuo : tolles autem humiliando Deo animam tuam. Homo es, et tibi venit tentatio, vince eam. Peccatum non tollitur nisi lacrymis et poenitentia. Nec angelus potest, nec archangelus ; Dominus ipse, qui solus potest dicere : *Ego vobiscum sum* (Matth. xxviii, 20) ; si peccaverimus, nisi poenitentiam deferentibus non relaxat.

12. Suadeo, rogo, hortor, admoneo ; quia dolori est mihi, ut tu qui pietatis inauditæ exemplum eras, qui apicem clementiæ tenebas, qui singulos nocentes non patiebaris periclitari, 1000 tot periisse non doleas innocentes. Etsi in præliis felicissime egeris, etsi in aliis quoque laudabilis ; tamen apex tuorum operum pietas semper fuit. Id tibi invidit diabolus, quod habebas præstantissimum. Vince eum, dum habes adhuc unde possis vincere. Noli peccato tuo aliud

controvertitur. Eam esse autumat Baronius, in qua Jovinianus ejusque sectatores condemnati sunt. Hermannus autem licet in Elucidationibus profiteatur se nihil quo illa opinio vel astruatur vel destruat advertere ; lib. tamen VII, cap. 1, Vita Ambr. censet episcoporum illum conventum propter Ithacianos, et Felicem diocæsi Treverensi ab eis impositum coivisse : sed nec ullum sententiæ suæ firmamentum ipsemet profert. De hac vero ultima synodo iterum a nobis dicendum erit.

<sup>a</sup> Ita omnes edit. sed locus nobis nonnihil suspectus est corruptionis ; forte tamen non difficulter sanandus, si pro *amantissime*, substituat *amantissimo*.

<sup>b</sup> Promiserat Ambrosio Theodosius injuriam suam Thessalonicensibus se donaturum, sed purpuratorum suorum instinctu rursus ad ultionem animum reflexerat, ut docet Paulinus in Ambrosii Vita.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, *cum propter*, etc. Sed sine adverbio *cum* nihilo pejus sensus constare potest. De qua porro Synodo intelligenda sint subjecta verba,

peccatum addere; ut usurpes, quod usurpasse multis A militatem, illa contemptum: Dei enim vox est, quod malit ut fiat mandatum ejus, quam deferatur sacrificium. Clamat istud Deus, ad populum Moyses annuntiat, ad populos Paulus prædicat. Id facio quod intelligis in tempore plus facere. *Misericordiam*, inquit, *malò quam sacrificium* (Matth. ix. 13).

13. Ego certe in omnibus aliis licet debitor pietati tuæ, cui ingratus esse non possum, quam pietatem multis imperatoribus præferebam, uni adæquabam: ego, inquam, causam in te contumaciæ nullam habeo, sed habeo timoris: a offerre non audeo sacrificium, si volueris assistere. An quod in unius innocentis sanguine non licet, in multorum licet? Non puto.

14. Postremo scribo manu meâ, quod solus legas. Ita me Dominus ab omnibus tribulationibus liberet; quia non ab homine, neque per hominem, sed aperte mihi interdictum adverti. Cum enim essem sollicitus, b ipsa nocte qua proficisci parabam, venisse quidem visus es ad Ecclesiam; sed mihi sacrificium B offerre non licuit. Alia prætereo, ut potui cavere: sed pertuli amore tuo, ut arbitror. Dominus faciat ut omnia cum tranquillitate cedant. Multifarie Deus noster admonet, signis cœlestibus, prophetarum præceptis: visionibus etiam peccatorum vult nos intelligere; quo rogemus eum, ut perturbationes auferat, pacem vobis imperantibus servet, fides Ecclesiæ et tranquillitas perseveret, cui prodest christianos et pios esse imperatores.

15. Certe vis probari Deo. Omnis rei tempus, ut scriptum est: *Tempus*, inquit, *faciendi, Domine* (Eccles. iii, 1); et: *Tempus beneplaciti Deus* (Psal. cxviii, 126). Tunc offeres, cum sacrificandi acceperis facultatem, quando hostia tua accepta sit Deo. Nonne me delectaret habere gratiam imperatoris, C ut secundum voluntatem tuam agerem, si causa pateretur? Et simplex oratio sacrificium est: hæc veniam refert, illa offensionem; quia hæc habet hu-

a Illic episcopalem auctoritatem officiosa indulgentia temperat beatus Ambrosius. Alibi vero illum severius egisse animadvertimus cum Valentiniano juniore, dum eum aditu Ecclesiæ prohibendum ab episcopis, ejusque dona rejicienda minitatus est. Immo vero et Theodosium ipsum acerbius increpavit, cum eundem in Ecclesiam per vim ingredi velle suspicatus esset, ut narrat Paulinus in ipsius Vita. Sed sanctis episcopis id moris erat, ut et adversus humiles ac resipiscentes indulgentiam præ se ferrent, et severitatem distringerent in contumaces. Unde Cyprianus, epist. 55, antiq. edit.: *Si qui autem sunt, inquit, qui putant se ad Ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse... pro certo habeant contra tales clausam stare Ecclesiam Domini.*

b Non omnia somnia sive nocturnas visiones rejiciebant antiqui Patres, quin immo non modo Ambrosium de multis apparitionibus tamquam divinitus immixtis subinde loqui animadvertimus, sed etiam Cyprianum pluribus locis, Augustinum in libris de Civit. Dei, atque alibi, Gregorium in lib. iv Dialog. et in Homiliis, aliosque benemultos quos præmittimus.

c Ambigi potest cujusnam Gratiani hic fiat mentio. Et certe vir quidem eruditissimus scripsit non pridem ex hoc Ambrosii loco nec non ex verbis Gregorii Nyss. præter Honorium et Arcadium Theodosii filios par alterum, de quibus auctores ferme sileant, se reperisse, Gratianum scilicet et Pulcheriam. De Pulcheria quidem, quam Baronius

quod malit ut fiat mandatum ejus, quam deferatur sacrificium. Clamat istud Deus, ad populum Moyses annuntiat, ad populos Paulus prædicat. Id facio quod intelligis in tempore plus facere. *Misericordiam*, inquit, *malò quam sacrificium* (Matth. ix. 13). Quare non illi magis sint Christiani, qui peccatum condemnant suum, quam qui defendere putant? *Justus enim in exordio sermonis accusator est mi* (Prov. xviii, 17). Qui se accusat cum peccaverit, justus est, non ille qui se laudaverit.

16. Utinam, Imperator, etiam apte mihi potius credidissem, quam consuetudini tuæ. Cum puto quod cito ignoscis, cito revocas, ut sæpe fecisti; et tu præventus es, et ego non declinavi, quod cavere non debueram. Sed gratias Domino, qui vult servulos suos castigare, ne 1001 perdat. Istud mihi commune est cum prophetis, et tibi erit commune cum sanctis.

17. An ego c Gratiani patrem non oculis meis præferam? Debent veniam sanctis aliq pignora la. Dulce mihi nomen antetuli, quibus amorem communiter detuli. Amo, diligo, orationibus prosequor. Si credis, sequere; si, inquam, credis, agnosce quod Deum præfero. Beatissimus et florentissimus cum sanctis pignoribus fruaris tranquillitate perpetua, Imperator auguste.

#### d EPISTOLA LII.

TATIANQ causam cur in judicio capi nepte subeundo timeat, sublata gratulatus, ei ut facilem se ad componendum præbeat, suadet.

e AMBROSIIUS TITIANO.

1. Venit tibi innocens victoria, ut sine voti abu-

alique multi agnoscent, nulla controversia est: verum de Gratiano haud ita expeditum fuerit pronuntiare. Etenim locus Gregorii, qui sub finem Orationis in funere Flaccillæ habetur, et quo ille auctor quatuor liberos, tres masculos scilicet ac filiam unam, Theodosio diserte attribui sibi persuadet; ita explicari commodè potest, ut e tribus liberis, duos qui virilis sexus essent, marito Flaccilla reliquerit, tanquam ad imperii defensionem idoneos: ipsa vero solam filiam sibi retinuerit. Quod autem Ambrosius hoc loco dicit de Gratiano, non de vero et per sanguinis propagationem nato filio intelligatur, necesse est; cum imperatores ætate proveciores juniorum quamquam alieno semine procreatorum parentes, et juniores eorumdem seniorum principum filios dici consuevisse passim indicetur ab Ambrosio. Sic epist. 17, n. 12, Theodosium Valentiniani secundi patrem appellat; sic epist. 24, n. 7, Maximum tyrannum conquestum refert, quod ad se Valentinianus non venerit quasi filius ad patrem, sed multo clarius epist. 53, num. 5, eundem Valentinianum etsi jam vita functum vocat filium Theodosii. Et hinc collige quomodo Gratiani pater hic dici possit Theodosius.

d Scripta circa annum 392.

e Rom. edit. sola, *episcopus Titiano*. Titianus autem ille, seu Tatianus (ita enim vocatum in Cod. Theod. atque alibi reperimus) magni meriti ac auctoritatis fuit, qui dignitatem præfecti prætorii gessit sub Theodosio imperatore, sub quo etiam filius ejus Proculus sive Proculus præfecti Constantinopolis

ritudine potiaris victoriae securitate; Rufinus enim ex magistro officiorum factus est in consulatu praefectus praetorio: ac per hoc <sup>a</sup> plus posse coepit, sed tibi jam nihil obesse; est enim aliarum praefectus partium. <sup>b</sup> Quam gaudeo vel illi, ut amico; quia honore auctus, invidia levatus est: vel tibi, ut filio; quia liberatus es ab eo, quem tibi graviozem iudicem arbitrabare; ut si de negotio defuiveris cum tua nepe, pietatis tuae sit, non formidinis.

2. Ideoque promptior esto decisioni, cujus et spes potior, et fructus est. Spes, quia pater <sup>c</sup> neptis tuae, qui de illius sententia sibi plurimum blandiebatur, jam quod de eo speret, non habet; ille enim alia curat, praeterita negligit, vel cum illo, quod tunc gerebat, deposuit officio: iste negotii sui meritum, non sententiae patronum considerat. Et fructus jucundior est, ut tibi referatur decisionis gratia, qui potueris jam spernere, et non spreveris, pietatem spectans necessitudinis, non stimulum offensionis. Vale, et nos dilige, ut filius; quia nos te, ut parentes, diligimus.

### 1002 <sup>d</sup> EPISTOLA LIII.

*Causam silentii sui aperiens, VALENTINIANI obitum maxime propter summam ejus in Deum pietatem atque in se benevolentiam laudet. Deinde nuntiato ad ejusdem sepulturam sibi praesto esse marmor, ut ea sororum illius causa maturetur, suadet.*

AMBROSIIUS THEODOSIO imperatori.

1. Silentium meum rupit sermo clementiae tuae; nihil enim in tam tristibus rebus melius facere in animam induxeram, quam si fieri posset, me ipsam oblere. Sed quia in recessu aliquo delitescere et sacerdotio exire non poteram, vel silentio intra me latebam.

2. Doleo enim, fateor, dolore acerbo, non solum quod immatura aetate Valentinianus augustus decesserit, sed etiam <sup>e</sup> quod informatus fide, ac tuis institutis tantam devotionem erga Deum nostrum induerat, atque tanto in me incubuerat affectu, ut quem ante persequebatur, nunc diligeret: quem ante ut adversarium repellebat, nunc ut parentem pu-

munere ornatus est. Verum cum uterque in odium Rufini incidisset, hic patrem in exilium pelli, filium vero capitali supplicio affici curavit, ut narrat Zozimus lib. iv.

<sup>a</sup> Ultimae edit. Paris., plus esse coepit. Quod porro Rufinus ex magistro officiorum praefectus praetorio in consulatu factus dicitur, hinc intellige illum maximis imperii dignitatibus cumulatum fuisse. Bullengerus, lib. i de Imperat. Rom., cap. 18, agit de Consulibus; lib. i de Imperio Rom. cap. 15, de Magistro Offic., et lib. iii, cap. 2, de Praefecto praetorio. Caeterum tot ac tam multiplices ejus honores, quominus facinorum suorum poenas lueret, non prohibuerunt. Qua de re adi Philostorgii lib. xi, et alios.

<sup>b</sup> Edit. Rom., Congaudeo vel illi, etc.

<sup>c</sup> Amerb., et mss. prope ad unum, neptis tuae. Quid de illis sentias. Sibi plurimum, etc. Sed veram lectionem exhibent aliae edit.

<sup>d</sup> Scripta anno 392.

<sup>e</sup> Illis mirum in modum conveniunt, quae ab eo-

laret. Quod ego non pro recordatione injuriae veteris exprompsi, sed pro testimonio conversionis. Illud enim alienum, hoc suum, quod a te infusum sibi ita tenuit, ut matris persuasionem excluderet. Ille se a me nutritum praeferebat, ille ut sedulum patrem desiderabat, ille simulato a quibusdam adventus mei nuntio, impatienter praestolabatur. Quin etiam illis ipsis publici doloris diebus, <sup>f</sup> cum sanctos et summos sacerdotes Domini intra Gallias haberet; ut a me tamen sacramenti baptismatis initiaretur, scribendum arbitratus est: quod etsi non rationabiliter, amabiliter tamen erga me suum studium testificatus est.

3. Hunc ergo nominatim anhelam spiritu, secretisque mentis atque animi visceribus amplectar? Hunc mihi mortuum putem? Immo mihi magis mortuum. Quis ego Domino deferebam gratias, quod ita in me conversus esset, quod ita emendatus, quasi senioris ejusdem aetatis mores induisset: quos clementiae tuae, quod eum non solum regno reddidisses; sed etiam, quod est amplius, instituissem fidei et pietatis tuae disciplinis? Hunc ergo non doleam, avi integram, antequam sacramentorum quae 1003 desideravit, adipisceretur gratiam, repentina obisse morte? Refrigerasti animum, quod etiam ipse dignatus es ferre testimonium meo dolori. Te, Imperator, arbitrum teneo affectus mei, te mea mentis interpretem.

4. Sed fieri tempora alias non doerunt: nunc de sepultura ejus, quoniam scripsit clementia tua ita hic <sup>h</sup> procurandam. Si exors recessit baptismatis, quid cognoverim, nunc repressi. Est hic porphyreticum labrum pulcherrimum, et in usus hujusmodi aptissimum; nam et Maximianus Diocletiani socius ita humatus est. Sunt tabulae porphyreticae pretiosissimae: <sup>i</sup> quibus vestiatur operculum, quo regalia exuviae claudantur.

5. Hoc fuerat praeparatum, sed expectabatur rescriptum clementiae tuae: cujus perceptione recreatae sunt sanctae filiae tuae, filii tui <sup>j</sup> Valentiniani sorores, quae se gravibus afficiunt modis; et amplius exagitantur, quod diu nihil scriberetur sibi. Unde iis non parum accessit solatii, sed dum inhumatae sunt reli-

dem Ambrosio dicuntur in fanebri laudatione hujus ipsius Valentiniani, maxime sub fine orationis. Neque etiam ab his discrepant ea, quae scribit Theodoretus lib. v Hist. cap. 15. Nec non Suidas in Excerpt. Vit. Caesar. ubi de juniore Valentiniano.

<sup>f</sup> In Gallias ea tempestate florebant episcopi vitae sauctimonia eminentissimi, ut patet Martinus Turo-nensis, Delphinus Burdegalensis, Victricius Rotho-magensis, et alii.

<sup>g</sup> Omnes edit., magis vivum; omnes mss., magis mortuum. Haud malo sensu; idem enim est, ac si diceret: Illa omnia efficiunt, ut eum mihi ereptum magis sentiam.

<sup>h</sup> Edit. procurandum. Sed exors.... non repressi; mss. contra ut in textu; nisi quod haud pauci habent cum edit., non repressi.

<sup>i</sup> Ita plerique mss.; edit. vero et alii quidam mss., quibus vestiebatur operculum, labri videbant.

<sup>j</sup> Justa et Grata Valentiniani hujus sorores in virginitate perseverarunt.

quæ, nequaquam sibi parcunt; videntur enim sibi A germani sui quotidianum funus tenere. Et re vera cum sine fletu magno ac sine dolore gravi numquam sint; tamen quotiescumque eo accedunt, exsanguis revertuntur. Et ipsis igitur consulatur, et charissimis exuviis, si acceleretur sepultura, ne æstivo penitus solvantur calore; vix enim superiorem ætatem transegimus.

6. Mandatum tuum servo et commendo Domino. Diligat te Dominus, quia tu Domini servus diligis.

<sup>a</sup> EPISTOLA LIV.

*Remissam apparitori offensam, nec non Faustini tussim recrudescentem Eusebio nuntiat.*

AMBROSIIUS <sup>b</sup> EUSEBIO.

1. Apparitor <sup>c</sup> præfecturæ, qui propter operas Portuenses offensam contraxerat, jam in portu navigat. Opportune autem advenit; nam simul <sup>d</sup> ut accepi litteras tuas, vidi præfectum, rogavi pro eo: ignovit illico, jussit retrahi epistolam, quam de facultatibus ejus publicandis dictaverat. Quod si tardius venisset, nemo magis probasset inexplicabile illud opus esse portus reformandi, quam iste, qui **1004** illic naufragium fecerat, nisi te habuisset gubernatorem; ut aliter non posset inde nisi nudus exire.

2. Faustinus parvulus tussi laborat, <sup>e</sup> ad sanctam sororem curatum venit, et venit sponte; expertus enim est melius sibi ventrem curari. <sup>f</sup> Denique et me medicum putat, exspectat prandium. Itaque hic bis ad diem curatur, et cœperat pulchre valere: sed dum eum nimio amore abstinere gestiunt, tussire de ventre plus cœpit; et laborabit adhuc, nisi ad medicamenta sua revertatur. Vale, et nos dilige; quia nos te diligimus.

<sup>g</sup> EPISTOLA LV.

*EUSEBII SOBOLUM PARTIM APUD SE REMANSISSE, PARTIM AD*

<sup>a</sup> Scripta circa annum 392.

<sup>b</sup> Eusebii Bononiensis episcopi memoria in Martyr. Rom. ponitur vi kal. Octobres. Idem in Aquil. conc. memoratur pag. 801, ubi nos alium non videri ab eo, quem Ambrosius initio lib. de Instit. Virg. laudat, submonuimus. Sed illum, ad quem hæc et subsequens epistola destinantur, ab eo existimamus esse diversum, ut dictum est in Admon. ad lib. de Inst. Virg. Quod ergo in mss. aliquot et edit. in lemmate scribitur *Eusebio episcopo*, id errori eorum ascribimus, qui ex utroque Eusebio unum fecerunt. Certe in sequente epistola episcopus non salutatur, nec in ambarum sine vocatur frater, quo nomine episcopos alloqui solet Ambrosius.

<sup>c</sup> Apparitor, apparere, et apparitum quid sint, quamque varii hujus nominis officiales, et quibus olim paruerint magistratibus, diligenter explicat Bulengerus lib. vi de Imp. Rom. cap. 17. Idemque de apparitoribus præfecti prætorio, e quibus erat is, de quo hic agitur, nonnulla refert. Adverte porro quam lepide ludat Ambrosius noster in proverbiiis a portu derivatis, nimirum accommodando reparandorum portuum redemptori has paræmias, *in portu navigare, et in portu impingere vel naufragium facere*, de quibus Eras. chil. 1, cent. 1 adag. 46, et chil. 1, cent. 5, adag. 76.

<sup>d</sup> Quædam edit. exhibent, *ut accepit... jussi retrahi*. Neutrum apposite.

<sup>e</sup> Ad sanctam sororem, id est, sanctimoniam

*illum profectam esse commemorans, duos Faustinos accommodatis familiæ Noachi benedictionibus exornat; et salutanti Valentiniano Chanaan et Nembro personas aptat.*

AMBROSIIUS <sup>h</sup> EUSEBIO.

1. Faustinus uterque tibi redditus est, nobis utrumque Ambrosium pignus resedit. Ipse habes quod primum in patre, et quod jucundissimum est in filio minore; quia et virtutis apicem tenes, et humilitatis exhibes gratiam: nos quod medium inter patrem et juniorem filium. Tecum summa totius domus, <sup>i</sup> et perpetui vocabuli Jugis successio: apud nos parca mediocritas, quæ et de summo peccat, et in posteriore subsistat. Tecum igitur requies utriusque nostrum, quæ cum invicem nobis refunditur, omnem animi abstergit sollicitudinem. Tecum is qui et moribus et operibus suis et sobole tali invenit gratiam apud Dominum nostrum. Tecum is qui inter mundi hujus procellas <sup>j</sup> spiritalem nutrit columbam, quæ ei fructus afferat pacis (*Gen. viii, 11 et seq.*), uncta olivo integritatis. Tecum is qui ædificavit aram Deo, quem benedixit Deus et filios ejus, dicens: *Crescite, et multiplicamini* (*Gen. ix, 9*); cum quo testamentum pacis statuit suæ; et sit ei et filiis ejus in progeniem æternam.

2. Habes igitur hæredem divinæ benedictionis, consortem gratiæ, <sup>k</sup> participem justitiæ. Sed vide, quæso, ne iste noster Noe agricola, bonus plantator feracis vinæ, cum fuerit amoris **1005** et gratiæ tue inebriatus poculo, tamquam crapulatus a vino, diutius quieti indulgeat: ac si forte indormierit, excitet eum Sem nostri desiderium.

3. Est et ibi Japhet junior ex fratribus (*Gen. ix, 23*), qui pietatis reverentia patrem induat, quem pater et dormiens videat, nec umquam de pectore dimittat suo, quin semper oculis et complexu teneat,

virginem; qua de re dicitur seq. epist.

<sup>f</sup> Omnes mss., *et medicum putat*; sed in omnibus edit. *me* reperitur.

<sup>g</sup> Scripta circa annum 392.

<sup>h</sup> Non est dubium quin hic Eusebius idem placeat, ad quem inscribitur superior epistola, pater Faustini alterius, ejus vero qui tussi laborare nuntiatus est, avus. Utrumque autem hic designari nemo dubitet: verum haud mediocriter erravit P. Nannius, dum *Ambrosium pignus* ita exponit, quasi ipsemet Ambrosius noster cum alio Ambrosio, patre suo nimirum, significetur. Atqui certum est non nisi de Ambrosio puero et Ambrosia virgine, cujus gratia liber de Instit. Virg. editus fuit, hoc dictum esse. Idem etiam non aliter hallucinatur, dum sequentem sententiam perinde accipit, ac si *Vir sanctus per voces in patre patrem suum Ambrosium, et per rō in filio minore Parthenium fratrem suum minorem intelligeret*. Sed quis somniet Ambrosii nostri avum fuisse hunc Eusebium. Hæc apinæ sunt ac meræ nugæ.

<sup>i</sup> Codex Vind., *et perpetua vocabuli*; edit. Rom., *et perpetuitati vocabuli*: melius reliqui mss. ac edit. ut in textu.

<sup>j</sup> Ambrosiam intellige, de qua in Admon. lib. de Inst. Virg. a nobis dictum.

<sup>k</sup> Ita edit. vet. ac plures mss. at Rom. edit. cum aliis quibusdam mss., *principem justitiæ*.

atque evigilans intelligat, quæ ei fecerit filius suus A junior. Qui latitudo Latine dicitur, eo quod in labiis ejus diffusa gratia sit, et in moribus; propter quod benedixit eum Dominus, quia ipse <sup>a</sup> tamquam Bononiam retrorsum rediens patrem texit pio charitatis velamine (*Gen. ix, 26*), et detulit pietati honorem, de quo et pater ait: *Lætificet Deus Japhet in domibus Sem (Ibid., 27)*. Unde et in enumeratione generationum (*Gen. x, 1 et seq.*) præfertur seniori fratri, in benedictione substituitur: præfertur propter honorem nominis, substituitur propter prærogativam senioris ætatis, et honorificentiam naturæ debitam.

4. Sem autem dicitur latine nomen. Et bene hic noster Ambrosius bonum nomen, in cujus domibus <sup>b</sup> dilatetur Japhet; quia potius est nomen bonum super multas divitiarum copias (*Prov. xxii, 1*). Sit ergo et B iste benedictus, et gratia ejus super aurum et argentum, sit in portione ejus semen Abrahæ, <sup>c</sup> sit benedictio omnis in posteritate et omni familia justi viri. Sed maledictus nemo, benedicti omnes; benedictus enim Saræ fructus.

5. Salutant te Ambrosii, salutat Parthenius dulcissimus, salutat Valentinianus paratus ad humilitatem; quod Hebraice Chanaan dicitur, quasi puer fratris sui, <sup>d</sup> cui et nomine suo cessit. Et ideo tamquam Nembroth gemini gigas nominis, venator egregius super terram, de quo dictum est: *Tamquam Nembroth gigas venator ante Dominum (Gen. x, 9)*. Namque ingenio subrusticus, viribus validus, quos ingenio æquare non potest, viribus superat; ut Comacinas rupes gestare secum, <sup>e</sup> et faciem, tauro C propior, vultu videatur exprimere, posthabitu se indignatus, et paterno exutum vocabulo, metropolitanum virum Bononiensi subditum; quia infantia nescit blanditias, et de nutricis gremio se <sup>f</sup> illæsus excussit. Vale, et nos dilige; quia nos te diligimus.

### 1006 § EPISTOLA LVI.

Dolet AMBROSIIUS contentionibus Evagrii ac Flaviani

<sup>a</sup> Vet. edit., *tamquam bonus*; Rom. adjecit, *nepa*, forte quia subjicitur in textu, *retrorsum rediens*, quod nepos seu cancro convenit. Vera tamen lectio est mss., *tamquam Bononiam*, quidam *Bononia*, non satis recte, cum hic agatur de Faustino puero qui una cum patre rediit Bononiam. Et continuo pro *lætificet*, eadem Rom. edit. posuit *lætificet*: quod non displiceret, si vel unus ms. suffragaretur.

<sup>b</sup> Ita Rom. edit. cum mss. multo pluribus: vet. autem cum uno vel altero, *lætetur Japhet*.

<sup>c</sup> Edit. vet. ac pauci mss., *sint benedictione*; Rom. edit. *sit benedictus omnis*; mss. magnò numero, ut in textu.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *cui et nomine successit*.

<sup>e</sup> Edit. quædam Paris., *et faciem tauri proprio vultu*. Sensus quidem apertus, sed mss. et aliis edit. contrarius. Et sane vera lectio est, quam amplectimur; alluditur enim ad illud Virg. lib. iii Georg.:  
Et faciem tauro propior; quæque ardua tota.

faciem autem posuit Ambrosius pro externa regionis specie, atque asperitatis imagine. Porro *Comacinas rupes* Nannius eam Alpium partem esse conjicit, quæ Como imminet, quo coloniam Pompeius Strabo deduxit, pater Pompei Magni: sed hæc, inquit, divinatio est.

*Capuanum concilium finem afferre non potuisse. Flavianum, quod imperatori preces obtulerit, incusat: sed ita tamen ut hoc ipsius juri nolit officere. Postremo Theophilum quomodo judicium hoc a Capuana synodo illi commissum exercent, monet; ut ea de re imprimis ad Romanum pontificem referat suadens.*

AMBROSIIUS THEOPHILO.

1. Non habet quod urgeat <sup>a</sup> Evagrius, et habet quod metuat Flavianus, ideoque refugit examen. Dent fratres veniam dolori justo; quia propter ipsos universus orbis concutitur, et illi tamen nostro non compatiuntur dolori. <sup>i</sup> Perstringi saltem se æquanimiter ferant ab iis, quos vident sua per tantorum curricula temporum vexari intentione. Inter hos etenim duos nihil, quod ad Christi pacem pertineat, eligentes gravis toto orbe stabat discordia.

2. Cui bonæ pacis naufragio sancta synodus Capuensis tandem obtulerat portum tranquillitatis; ut omnibus per totum Orientem daretur communio catholicam consentientibus fidem, et duobus istis tuæ sanctitatis examen impertiretur, fratribus et sacerdotibus nostris Ægyptiis pariter consentientibus; quia hoc verum judicium futurum arbitrati sumus, quod neutri parti sociata communione, aliquo favore propenderet.

3. Cum ex his igitur <sup>j</sup> æquissimis synodi constitutis sperarem jam remedium datum, sinemque allatum discordiæ, scribit sanctitas tua iterum fratrem nostrum Flavianum ad precum auxilia, et imperialium rescriptorum suffragia remeavisse. Frustra ergo tantorum sacerdotum fusus labor, iterum ad hujus sæculi judicia revertendum, iterum ad rescripta, iterum vexabuntur sacerdotes senes, transfretabunt maria, iterum invalidi corpore patriam peregrino mutabunt solo, iterum sacrosancta altaria deserentur, ut in longinqua proficiscamur, iterum pauperum turbæ episcoporum, quibus ante onerosa

<sup>f</sup> Ita omnes edit. ac plures mss., aliorum autem nonnulli, *in ultus*; nonnulli, *inultus*, magis apposite.

<sup>g</sup> Scripta anno 392.

<sup>h</sup> De dissidio Ecclesiæ Antiochenæ ob Meletii atque Paulini ordinationes moto, deque pacto novum antistitem in alterius demortui locum non sufficiens per Flaviani consecrationem violato Ambrosius aliquid jam delibavit epist. 13, num. 4, et epist. 14, num. 3, ubi nos etiam nonnihil annotavimus. Earumdem autem turbarum continuatione factum est, ut Paulinus antequam moreretur, Evagrius sibi successorem adoptaret, et nullo alio adjutus episcopo inauguraret; qua utraque re cum in sacros canones peccatum sit, non mirum est utrumque sibi diffidisse, in æmuli autem vitiosa ordinatione spem collocasse. Consulendi porro de hoc schismate Socrates lib. v, cap. 5 et 15, Sozomenus lib. ii, cap. 31, atque alibi; sed hic ultimus apertius Flaviani fautorem se proficitur.

<sup>i</sup> Mss. aliquot, *Præstringi saltem*. Infra vero intentione idem significari ac contentione et pervicacia commode Nannius observavit.

<sup>j</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *æquissimæ synodi... finemque oblatum discordiæ*; alii cod. magno numero, ut in textu, nisi quod pro *allatum*, in mss. quibusdam habetur, *ablaturum*; non recte.

paupertas non erat, \* externæ opis egentes, compelluntur inopiam gemere, aut certe victum inopum itineris usurpare.

**1007** 4. Interea solus exlex Flavianus, ut illi videtur, non venit, quando omnes convenimus. Fenerator et debitor invicem sibi occurrunt, isti sibi non possunt occurrere: solus exsors Flavianus, ut ipse vult, sacerdotalis consortii, qui nec imperialibus decretis, nec sacerdotum conventul præsentiam faciat sui.

5. Nec tamen etiam hoc moti dolore, fratri Evagrio donamus speciem bonæ causæ, qui eo defensibilior sibi videtur, quod eum refugit Flavianus, aut quod habere se alterum arbitratur æqualem, uterque alienæ magis ordinationis vitiis, <sup>b</sup> quam suis fretus. Quos tamen nos in meliorem vocamus viam; ut nullum eos suis potius bonis, quam alieno vitio defendi.

6. Qua de re quoniam propriis texulsti litteris posse typum reperiri aliquem, quo possit auferri fratrum discordia, cum sancta Synodus cognitionis jns unanimi tui, cæterisque ex Ægypto consacerdotibus nostris commiserit: iterum oportet fratrem nostrum Flavianum convenias; ut si in eo perseveraverit, quo veniendum non putet, salvis concilii Nicæni, sed etiam synodi Capuensis statutis, illibata pace universorum ita consulas, ut non videamur

\* Ultimæ edit. Paris., *externæ opis egentes*. De sequenti porro sententia Nannius ita scribit: « Rectum ne sit valde mecum ambigo, ut hic sensus, collatione pauperum viaticum conquirunt; nihil enim hic victus itineris, nisi viaticum. Quid si legas pro *inopum* inopem; ut aut cogantur inopiam gemere, aut si non gemant, ferre? Eo descendere; nisi *usurpare* proprie diceretur, cum quæ nostra non sunt, occupamus: quod tum fit, cum sacerdotes pauperibus victum in sui usum detrahunt. Bene autem emendavit Costerius pro *gerere gemere*. » Hæc ille.

<sup>b</sup> Ita omnes edit. et quidam mss. alii autem plures, *quam sui fretus*. At nobis utrumque haud parum suspectum est. Quis enim *suis* aut *sui* vitiis fretus dici possit. Sed hic etsi nullum sub-idium afferant mss., omissam tamen a scriptoribus vocem *bonis*, quæ proxime sequitur, sententia satis declarat.

\* Adverte quam antiquum sit majores causas ad pontificis Romani judicium remittere, et consule super hoc Innocentii primi, ac Leonis item primi epistolæ, sicut et Marcæ Concordiam, atque alios.

<sup>d</sup> Paris. quædam edit., *adipiscantur*; cardinalis de Cosa, *comprobamus*; reliquæ edit. ac mss., *adipiscamur*.

<sup>e</sup> Huic epistolæ in cunctis edit. præfigebatur, *Ambrosius Theophilo et Anysio*, in Rom. additur, *episcopis*: at horum loco ponitur in mss. omnibus, *De Bonoso episcopo*. Excipe tamen Carolik. ac Thuan. in quibus subjungitur, *Ambrosius Theophilo*. Quærendam igitur an hæc eadem epistola vere Ambrosii sit, et ad quos data. Et primo quidem præter omnium edit. duorumque mss. ut diximus consensum, doctrinæ et argumentorum, quæ hic proponuntur, perfecta cum indubitatis quibusdam Ambrosii scriptis affinitas eam sancto Antistiti videtur astruere. Verumtamen cum multo pleriumq. mss. consensus opponatur edit. auctoritati, cumque in his litteris Doctoris nostri mentio fiat in hæc verba, *cum Bonoso.... misisset ad fratrem nostrum Ambrosium*, veri multo similis est ad alio quopiam scriptis fuisse.

A destruere quod ædificatum est: *Si enim quod ædificavi, destruo, prævaricatore me ipse constituo; ac si quæ destruxi, iterum ædificem* (Gal. II, 18). Servetur ergo impertitæ pacis gratia inter universos, et nihilominus declinatio partis alterius frustrandi effectum habere non possit.

7. Sane referendum arbitramur \* ad sanctum fratrem nostrum Romanæ sacerdotem Ecclesiæ; quoniam præsumimus ea te judicaturum, quæ etiam illi displicere nequeant. Ita enim utile erit consultam sententiæ, ita pacis et quietis securitas; si id vestro statuatur consilio, quod communioni nostræ dissensionem non afferat; **1008** ut nos quoque, accepta vestrorum serie statutorum, cum id gestam esse cognoverimus, quod Ecclesia Romana haud dubie comprobaverit, læti fructum hujusmodi examinis <sup>d</sup> adipiscamur.

### EPISTOLA DE CAUSA BONOSI

EX CAPUANE SYNODI DECRETO JUDICANDA.

*Sciscitantibus quid in Bonosi causa esset statuendum respondet auctor suum jam non esse de illa iudicium, sed eorum ipsorum, ut pote quibus illud a Capuano consensu demandatum sit. Addit tamen Bonosum merito reprehensum de Mariæ filiis eique unicum fuisse paucis astruit.*

1. \* De \* Bonoso direxistis episcopo, quibus vel

Quapropter non temere fecerunt illi, qui illas Ambrosio adjudicarunt. Atqui non mediocriter iidem inter se dissentiunt in ipsarum auctore deliniendo. Holstenius in *Collatione Romana* illa ascribit Syricio: sed utrum mss. aliorum auctoritatem, an vero Baronii conjecturam secutus, ei propriam quoque adjectam voluerit, incertum manet. Easdem quasi a Damasci profectas citat Jac. Almainus in lib. de Auctor. Ecclesiæ, nec in hoc ab eo Cajetanus in Apologia libri de comparat. auctor. Papæ et Conc. discrepat. Atqui utrumque chronologiæ ratio falsi convincit; non secus ac Nic. de Cusa lib. II de Concordia Cath. cap. 18, ubi multis ex eadem epistola propositis, subjungit: *Fuit, credo, ille papa* (cujus nomen in ms. suo non reperiri supra testatur) *S. Damasus, qui hæc rescripsit, quoniam ut ex immediate sequenti epist. 75 habetur, tunc Damasus illis temporibus fuit*. At illa verba, quæ ibidem hic auctor laudat, cum petita sint ex epist. 17, n. 10, quam datam constat an. circ. 384, ejus conjecturæ haudquaquam favent. Non ergo etiam audiendus Rob. Cocus, qui lib. III, cap. 14, illam eidem pontifici addidit, et ita affirmatam in conc. Basil. ex Eneæ Silvii lib. I memorat. Quid vero si quis memoratam epistolam alterius ejusdem ex Italia metropolitani esse voluerit? Quid si ipsiusmet Ambrosii, sed scribentis nomine aliejus synodi post Capuanam habitæ, cui præfuerit? Nos sane in tam densis tenebris nihil definimus. Quod porro ad eos quibus destinata est eadem epistola, quamvis Theophilus in omnibus edit. jungatur Anysio; et in duobus mss. solus ponatur; cum tamen in cæteris, nec non a Cesano et Almaino retineatur, manifestum est illius nomen non alio re præmissum esse a librariis, quam quia superior inscripta est ad Theophilum. Et certe ejus diocesis erat remotior, quam ut commode Bonosi causam ipse decideret. Sed neque ad Anysium solam datam arbitramur illam epistolam, alioqui quomodo ad eum de ipso scriberetur, qui cum episcopo Thessalonicensi, etc.? Non male igitur inscriptionem eidem

pro veritate, vel pro modestia nostram sententiam A sciscitari voluistis. Sed cum hujusmodi fuerit concilii Capuensis iudicium, ut finitimi Bonoso atque ejus accusatoribus iudicēs tribuerentur; et præcipue Macedones, qui cum episcopo Thessalonicensi, de ejus factis<sup>a</sup> vel scriptis cognoscerent, advertimus quod nobis iudicandi forma competere non posset. Nam si integra esset hodie Synodus, recte de iis, quæ comprehendit vestrorum scriptorum series, decerneremus. Vestrum est igitur, qui hoc recepistis iudicium, sententiam ferre de omnibus, nec refugiendi vel elabendi, vel accusatoribus, vel accusato copiam dare; vicem enim Synodi recepistis, quos ad examinandum Synodus elegit.

2. † Denique cum Bonosus episcopus post iudicium vestrum misisset ad fratrem nostrum Ambrosium, qui ejus sententiam consuleret, interdixit sibi Ecclesiam irumpere atque ingredi; responsum est ei, quod nihil temerandum foret, sed omnia<sup>b</sup> modeste, patienter, ordine gerenda, neque contra sententiam vestram tentandum aliquid; ut quod videretur vobis iustitiæ convenire, statueretis, quibus hanc Synodus dederat auctoritatem. Ideo primum est, ut si **1009** iudicent quibus iudicandi facultas est data; vos enim totius, ut scripsimus, † Synodi vice decernitis; nos quasi ex Synodi auctoritate iudicare non convenit.

3. † Sane non possumus negare de Mariæ filio iure reprehensum, meritoque vestram sanctitatem abhoruisse, quod ex eodem utero virginali, ex quo secundum carnem Christus natus est, alius partus effusus C sit. Neque enim elegisset Dominus Jesus nasci per virginem, si eam iudicasset tam incontinentem fore, ut illud genitale Dominicæ corporis, illam aulam regis æterni, concubitus humani seminis coinquinaret. Qui enim hoc astruit, nihil aliud nisi perfidiam Judæorum astruit, qui dicunt eum non potuisse nasci ex Virgine. Jam si hanc accipiant a Sacerdotibus auctoritatem, ut videatur Maria partus fuisse plurimos, majore studio veritatem fidei expugnare contendunt.

4. † Et ubi est illud, quod scriptum est, dicente Domino ad matrem de Joanne Evangelista: *Mulier,*

fecit citatus Holstenius: *Dilectissimis fratribus Anyasio et cæteris episcopis per Illyriam constitutis*: Casanus vero et Almainus asserunt responsum esse ad eorum scripta, quibus Bonosi iudicium a Capuano concilio fuerat demandatum. Postremo hæc epistola in edit. omnibus ita incipit: *Accepi litteras vestras de Bonoso episcopo*: contra vero in cunctis mss. hoc illius initium est: *De Bonoso direxistis*, nimirum epistolas; plures tamen legunt, *direxit*, sed isti male.

<sup>a</sup> Omnes edit. ac mss., vel cognoscerent: alii vero nonnulli expungunt *et vel*: at Long. vocem scriptis solus retinet. Quod autem ad hunc Bonosum spectat, de illo fuse a nobis dictum est ad lib. de Instit. Virg. cap. 5, num. 33, et cap. 10, num. 65, ejus rei monuisse lectorem hic sufficiat.

<sup>b</sup> Non pauci mss., *modeste, patienter ordine*; alii atque edit. ut in textu. Hic autem forte mirabitur aliquis iudicium Bonosi eisdem iudicibus, a quibus jam damnatus fuerat, a Capuana synodo remissum esse. Verum credibile est priorem sententiam non fuisse, ut vocant, defi-

*Ecce filius tuus*; et rursus ad Joannem de Maria: *Ecce mater tua* (Joan. xix, 26, 27)? Quid sibi istud vult, quod cum in cruce Dominus positus peccatum mundi tolleret, pronuntiavit etiam de integritate materna? Aut quid aliud dicitur, nisi ut claudat sua ora perfidia, et obmutescat; ne matrem Domini aliquo audeat temerare convicio? Testis est ergo idem arbiter, idem materni pudoris assertor, quod desponsata fuerit viro tantummodo Joseph; nulla tamen conjugalis coitus consuetudine thori jura cognoverit (Matt. i, 18): neque enim eam suscepturam ex Joseph filios a viri consortio separare voluisset.

5. † Sed si hoc parum est, addidit testimonium Evangelista, dicens quod *suscepit eam Discipulus*<sup>d</sup> in sua (Joan. ix, 27). Numquid ergo divortium fecit? Numquid a viro abduxit atque abstulit? Ergo qui hoc legit in Evangelio, quomodo quasi naufragus titubat et fluctuat?

6. † Hoc ergo testamentum filii est de matris integritate, hæc Mariæ locuples integri pudoris hæreditas, hic totius finis consummationis. Denique hoc dixit, et *emisit spiritum* (Ibid., 30), consummans omne mysterium bono fine pietatis.

7. † Legimus etiam et omnia percurramus, vel de eo quod fratri nostro et coepiscopo Basso in consortium regendæ Ecclesiæ datus est Senecio, vel de cæteris, unde vestræ normam exspectamus sententiæ. †

## 1010 † EPISTOLA LVII.

EUGENIO cur eum Mediolani non exspectaverit, expliat: deinde iis quæ sub Valentiniانو et Theodosio relationis Synmachii occasione facta fuerant, retentis, eundem tyrannum quod sumptus idololatriæ templis concedendo, nec Dei timorem, nec aliorum de se existimationem ante oculos habuerit, libere obtulit; oppositoque ipsius prævaricationi Hebræorum exemplo, hanc ait fuisse causam cur ad eum non rescripserit; se tamen in posterum libertate, quam apud alios principes adhibuerit, cum eodem usuram.

Clementissimo Imperatori EUGENIO AMBROSIIUS episcopus.

1. † Secessionis mihi causa timor Domini fuit, ad

nitivam. Et potuit etiam fieri ut primis iudicibus alios synodus adjungeret. Sed cum ejusdem synodi acta exciderint, nihil nisi hæsitanter proponi potest. At tamen multa Launois tomo I, epistola ad Sambævium de illo concilio disputat, nimirum indigna quæ consulantur.

<sup>c</sup> Mss. nonnulli, *Synodi vice discernitis*.

<sup>d</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *in suam*, subintellige matrem: at alii plures potioresque, *in sua*, ex Græco scilicet *εἰς τὴν ἑαυτῆς*; quomodo non semel in Ambrosio citari jam ante vidimus. Non ingratum autem fuerit argumenta quibus hic perpetua Mariæ integritas vindicatur, cum iis quibus eandem citatis locis libri de Instit. Virg. propugnat Ambrosius, sedulo componere; sic enim facile advertetur non tantopere allucinatos illos, qui utramque scriptionem eidem auctori adjudicant.

<sup>e</sup> Scripta sub unum anni 392, vel initium 393.

<sup>f</sup> Ambrosium, audito Eugeni adventu, Bononiam se recepisse, indeque causam secessus sui eidem significasse auctor est Paulinus in ejus vita, et nos in

quem omnes actus meos, quantum queo, dirigere, A neque umquam ab eo mentem deflectere, nec pluris facere cujusvis hominis, quam Christi gratiam consuevi. Nemini enim facio injuriam, si omnibus Deum præfero; et confidens in ipso, non vereor vobis imperatoribus dicere, quæ pro meo captu sentio. Itaque quod apud alios imperatores non tacui, nec apud te, clementissime Imperator, tacebo. Atque ut ordinem rerum custodiam, strictim recensebo, quæ ad hoc spectant negotium.

2. Retulerat vir amplissimus <sup>a</sup> Symmachus, cum esset præfectus Urbis, ad Valentinianum augustæ memoriæ imperatorem juniorem, ut templis, quæ sublata fuerant, reddi juberet. Functus est ille partibus suis pro studio et cultu suo. Utique etiam ego episcopus partes meas debui recognoscere. Dedi libellos <sup>b</sup> imperatoribus duos, quibus significarem sumptus sacrificiorum christianum virum non posse reddere: et non fuisse quidem me auctorem, cum tollerentur; auctorem tamen fieri, <sup>c</sup> quominus decernerentur: deinde quia dare eos ipse simulacris videretur, non reddere. Quod enim ipse non abstulerat, non quasi ipse reddebat: sed arbitrato proprio largiebatur ad superstitionis impensas. Postremo si fecisset, aut non veniret ad Ecclesiam, aut si veniret, futurum ut aut sacerdotem non inveniret, aut inveniret sibi in Ecclesia resistantem. Nec ad excusationem obtendi posse, quod esset catechumenus; cum non liceat etiam catechumenis sumptus idolis subministrare.

3. Lecti sunt libelli mei in consistorio, aderat amplissimus honore magisterii militaris <sup>d</sup> Bauto comes, et Rumoridus, et ipse ejusdem dignitatis gentilium nationum cultui inserviens a primis pueritiæ suæ annis. Valentinianus tunc temporis audivit suggestionem meam, nec fecit aliud, nisi quod fidei nostræ ratio posebat. Acquisierunt etiam comiti suo.

**1011** 4. Postea etiam <sup>e</sup> clementissimo imperatori Theodosio coram intimavi, atque in os dicere non dubitavi, cui intimata senatus legatione hujusmodi, licet non totus senatus poposcerit, insinua-

Admonitione. ad Exhortat. Virgin. observavimus.

<sup>a</sup> Hujus Relationem col. 823, et sequentibus editam habes.

<sup>b</sup> Rom. edit., *imperatoribus duos*; Reg. codex, in quo uno invenimus hanc epistolam, *imperatoribus duos*. Forte an quod eorumdem libellorum exempla Theodosio quoque deferri curaverit, aut certe quod ea quæ uni imperatori offerebantur, ejus collegis etiam censebantur oblata, quemadmodum a nobis alibi observatum est. Hi porro duo libelli nihil aliud sunt quam epistolæ 17 et 18 supra exhibitæ.

<sup>c</sup> Eadem edit., *quominus decernerentur debere, quia dare pretia sacrificiorum*; cod. Reg. ut in textu. Rationes autem quibus apud Valentinianum, epist. 17, usus reperitur, hic quasi in fasciculum revocat.

<sup>d</sup> Bauto nem idolorum cultui addictum fuisse hic non liquido indicat S. Ambrosius; annotavimus tamen ad epist. 24, num. 4, laudes quibus eum Zoizimus prosequitur, ferme suspicionem injicere alienum eum fuisse a christianis sacris. Quod si verum non sit, ejus virtutem singularem exstitisse dicendum erit, quæ a tanto christianorum obtracatore

tionis meæ tandem assensionem detulit, et sic aliquibus ad ipsum non accessi diebus, nec moleste tulit; quia non pro meis commodis faciebam, sed quod et ipsi, et animæ meæ proderat, in conspectu regis loqui non confundebam (*Psal. cxviii, 46*).

5. Iterum Valentiniano <sup>f</sup> augustæ memoriæ principi, legatio a senatu missa intra Gallias, nihil extorquere potuit: et certe aberam, nec aliquid tunc ad eum scripseram.

6. Sed ubi clementia tua imperii suscepit gubernacula, compertum est postea donata illa esse <sup>g</sup> præcellentibus in republica, sed gentilis observantiæ viris; et fortasse dicatur, Imperator auguste, qui ipse non templis reddideris, sed bene meritis de te donaveris. Verum nosti pro Dei timore agendum esse constanter, quod etiam pro libertate frequenter fit non solum a sacerdotibus; sed etiam ab his qui vobis militant, aut in numero habentur provincialium. Te imperante, petierunt legati, ut templis redderes, non fecisti: iterum alteri postulaverunt, renisus es; et postea ipsis, qui petierunt, donandum putasti.

7. Etsi imperatoria potestas magna sit, tamen considera, Imperator, quantus sit Deus: corda omnium videt, conscientiam interiorum interrogat, novit omnia, antequam fiant, novit interna pectoris tui (*Act. 1, 24; Dan. xiii, 42*). Ipsi falli vos non patimini, et Deum <sup>h</sup> vultis celare quidquam? Hoc non cecidit in animum tuum? Quamvis enim illi agebant tam perseveranter, nonne tuum fuit, Imperator, pro Dei summi et veri et vivi veneratione perseverantius obsistere, et negare, quod erat in injuria sacræ legis?

8. Quis invidet, quoniam quæ voluisti, aliis donavisti? Non sumus scrutatores vestræ liberalitatis, nec aliorum commodorum invidi; sed sumus interpretes fidei. Quomodo offeres dona tua Christo? Pauci æstimabunt quid feceris; omnes, quid volueris: quidquid illi fecerint, tuum erit: quidquid non fecerint, suum. Etsi es imperator, Deo subditus magis esse debes. Quomodo sacerdotes Christi tua munera dispensabunt?

9. Fuit hujusmodi quæstio temporibus superiori-

fuerit approbata.

<sup>e</sup> Id Baronius conjicit evenisse anno 388, cum post Maximum devictum rediit Mediolanum Theodosius, ad ethnicorum postulata benigne audienda post tantam victoriam, ut ipsi sibi persuadebant, magis paratus.

<sup>f</sup> Theodosio in Orientem regresso, novos libellos circ. an. 592 Valentiniano, cujus adolescentiam tandem expugnatos sese credebant, obtulerunt; sed casu conatu, ut hic, et in ejusdem imperatoris funebri laudatione testatur Ambrosius. Et hinc agnoscinus diversissimos hosce libellos a Paulino in Ambrosii vita male confundi.

<sup>g</sup> Flaviani atque Arbogastis comitum precibus atque auctoritati ab Eugenio concessa esse privilegia illa scribit Paulinus.

<sup>h</sup> Reg. cod., *vultis celare? Non cecidit in animum tuum quidquam. Si illi agebant, etc.* Sed hoc etiam modo idem hic locus a Paulino refertur, a quo alia similiter nonnulla ad verbum ex hac epistola descripta sunt.



bus; et tamen fidei patrum ipsa cessit persecutio, et gentilitas detulit. Nam (II *Mach.* iv, 18 et seq.) cum ageretur a agon quinquennalis in civitate Tyro, et ad spectandum venisset Antiochiæ rex sceleratissimus, Jason b ordinavit sacrorum procuratores, ut ab Hierosolymis Antiochenses ferrent 1012 drachmas argenti trecentas, et illas darent ad sacrificium Herculis: verum patres non gentilibus dederunt pecunias, sed viris fidelibus missis, c protestantur non erogari ad deorum sacrificium, quia non congruebat, sed in alios sumptus dari. Et pronuntiatum est, quia ille ad sacrificium Herculis missum dixerat argentum, suscipi quidem debere in id, quod erat missum: sed quia illi, qui detulerant, resistebant pro studio et cultu suo; ut non sacrificio proficerent, sed aliis necessitatibus, traditæ sunt pecuniæ ad constructionem navium: etsi coacti miserunt, d non tamen ad sacrificium, sed ad alios sumptus reipublicæ.

10. Denique e qui attulerant, utique potuissent tacere: sed lædebant fidem, quia sciebant quo deferrentur; et ideo miserunt viros timentes Deum, qui agerent, ut non templo, sed ad impensas navium, quæ missa fuerant, deputarentur. Ipsi enim crediderunt pecunias, qui causas agerent sanctæ legis: iudex rerum effectus fuit, qui absolvit conscientiam. Si positi in aliena potestate, sic præcavebant, quid te oportuerit facere, o Imperator, dubitari non potest. Tu utique quem nemo cogebat, nemo habebat in potestate, debuisti ab sacerdote consulere.

11. Ego certe quando tunc restiti, etsi solus restiti, tamen non solus volui, nec solus id suasi. Quoniam igitur meis vocibus et apud Deum et apud omnes homines teneor; aliud mihi non licere intellexi, aliud non oportere, nisi ut consulerem mihi; quia non potui tibi credere inodeste. Certe diu pressi, diu tibi dolorem, nulli quidquam intinandum putavi; dissimulare mihi nunc non licet, tacere liberum non fuit. Ideo etiam in primordiis imperii tui scribenti non rescripsi, quia istud prævidebam futurum. De-

a Olympicos ludos intellige olim in Græcia celeberrimos, qui propterea quinquennales appellabantur, quod celebrarentur quinto quoque anno. Hos autem non solum in Elide, sed alibi etiam institutos ex Eusebio, Xiphilino atque aliis discere est.

b Reg. cod., *ordinavit spectatores Antiochenos, qui ab Hierosolymis ferrent drachmas. Et ille quidem misit ad sacrificium, etc.*

c Idem cod., *expostularunt non erogari ad sacrificium.... licet ille ad sacrificium Herculis missum dixerit.... debere quod erat missum.*

d Non tamen ad sacrificium, deest in cod. Reg.

e Ita edit. Rom. ms. autem Reg., *Denique et obtulerunt, utque potuerant tacere, etc.*

f Scripta circa annum 393.

g Paulinum Burdigalæ in Aquitania natum pauci ambigunt, nec Baronius ipse refragatur. Unde nihil erat, cur hujus loci verba magnus Cardinalis a scriptoribus transposita fuisse suspicaretur, atque adeo sic ordinanda: *Paulinum splendore generis nulli secundum, in partibus Aquitaniæ venditis facultibus. Sed sincerum esse locum non modo consensus mss. atque edit. evincit, verum etiam ipsamet verborum sententia. Non enim iste negatur eundem Paulinum tam*

niq̄ue reposcenti litteras, cum ipse non rescriberem, dixi: Hæc causa est, quod extorquendum ei arbitror.

12. Tamen ubi causa emersit officii mei, pro his qui sollicitudinem sui gerebant, et scripsi et rogavi; ut ostenderem in causis Dei timorem mihi justum inesse, nec pluris me facere adulationem, quam animam meam: in his vero, in quibus vos rogari decet, etiam me exhibere sedulitatem potestati debitam, sicut et scriptum est: *Cui honorem, honorem: cui tributum, tributum* (Rom. xiii, 7). Nam cum privato detulerim corde intimo, quomodo non deferrem imperatori? Sed qui vobis deferri vultis, patimini ut deferamus ei, quem imperii vestri vultis auctorem probari.

### 1013 f EPISTOLA LVIII.

PAULINI et THERASIE post distributas egenis suas facultates secessum narrat, nec non futuras ob eam causam paganorum criminationes, quorum superstitionem ac cæcitatem luget. Tum nihil pro religione turpe ducendum exemplis probans, saltationem Davidis, Eliæque nuditatem mystice explicat, et defendit.

AMBROSIIUS SABINO episcopo.

1. Paulinum splendore generis in partibus e Aquitaniæ nulli secundum, venditis facultatibus tam suis, quam etiam conjugalibus, in hos sese induisse cultus ad fidem comperi; ut ea in pauperes conferat, quæ rededit in pecuniam: et ipse pauper ex divite factus, tamquam deoneratus gravi sarcina, domui, patriæ, cognationi quoque valedicat, quo impensius Deo serviat. Elegisse autem secretum affirmatur Nolanæ urbis, ubi tumultum fugitans ævum exigit.

2. Matriona quoque virtuti et studio ejus proxime accedit, neque a proposito viri discrepat. Denique transcriptis in aliorum jura suis prædiis, virum sequitur, et exiguo illic conjugis contenta cespite h solabitur se religionis et charitatis divitiis. i Soboles eis nulla, et ideo meritorum posteritas desiderata.

3. Hæc ubi audierint j proceres viri, quæ loquen-

paterno quam materno genere ex majoribus Romanis ortum duxisse, cum senatorii ordinis utrimque esset: sed ei propriam patriam assignat Ambrosius. Si tamen ex mente Baronii exponendus esset hic idem locus, hyperbaton in eo admitteremus, figuram scilicet auctori nostro minime insolentem.

h Rom. edit. cum paucis mss., *solatur se religionis et simplicitatis divitiis*; vet. edit. cum reliquis cod. ut in contextu, nisi quod pro *charitatis*. Long. habet, *castitatis*. Per cespitem autem indicat sanctus Doctor exiguum aliquod prædium Paulino et conjugi ejus alendis vix idoneum.

i Paulinus natum sibi in Hispania filium, sed eundem die octavo e vivis raptum, Compluti in Mariyrum basilica sepultum esse in poem. 52 testificatur.

j Non levis augur hoc loco fuit Ambrosius. Paulini secessum invidiosissime traduxerunt profani homines, quemadmodum vel ex Ansonii epistolis ad Paulinum hac de re scriptis, nec non ex hujus ad illum responsis intelligimus. Verum e contrario generosum illud hujusce tanti viri propositum summis laudibus extulerunt Ambrosius, Hieronymus, Augustinus atque alii.

tur? Ex illa familia, illa prosapia, illa indole, tanta A præditum eloquentia ingrassæ a senatu, interceptam familiæ nobilis successionem: ferri hoc non posse. Et cum ipsi a capita et supercilia sua radant, si quando Isidis suscipiant sacra; si forte christianus vir attentior sacrosanctæ religioni, vestem mutaverit, B indignum facinus appellant.

4. Eundem doleo tantam esse a in mendacio observantiam, in veritate negligentiam; ut confundantur plerique attentiores ad sacrosanctam religionem videri, non considerantes vocem dicentis: *Qui me confusus fuerit coram hominibus, confundar et ego eum coram Patre meo, qui est in cælis* (Marc. viii, 38). Sed non confusus est Moyses, qui cum esset ascitus in domum regiam, thesauris Ægypti opprobrium Christi præferendum putavit. Non confusus est David, qui ante Arcam testimonii coram omni populo saltavit (II Reg. vi, 20). Non confusus est Esaias, qui nudus et discalceatus ibat per populos, oracula clamans cælestia (Esai. xx, 2).

5. Quid utique tam deformæ visibili spectaculo, 1014 quam histrionicis sinuare gestas, et femineo usu mollire membra? Deliciarum comes et luxuriæ ludibrium est lascivæ saltatio. Quid illud quod ipse cecinit dicens: *Omnes gentes, plaudite manibus* (Psal. xlvii, 2)? Nempe si corporalia consideremus, tamquam muliebribus intermixtum choreis putamus eum concrepare manibus, et turpi plaudere. Nam et de Ezechiel dictum est: *Plaudite manu, et percutite pede* (Ezech. vi, 11).

6. Sed hæc quæ corporeo aspectu sunt turpia, sacrosanctæ religionis contemplatione d reverenda sunt; ut qui ista reprehendant, ipsi in laqueis reprehensionis animas suas inducant. Denique reprehendit Michol saltantem David, et ait ad eum: *Quid honorificatus est hodie rex Israel; quia denudatus est hodie ante oculos puellarum suarum? Et respondit ei David: Coram Domino ludam, qui elegit me pro patre tuo, et pro universa domo ejus; ut constitueret me regem super populum suum Israel. Et ludam coram Domino, et denudabor adhuc sic, et ero nugax ante oculos tuos, et cum puellis, quibus dixisti me denudatum, honorificabor* (II Reg. vi, 20 et seq.).

7. Non erubuit igitur David femineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecundatus est. Ludebat enim Domino D puer sous; et ideo amplius placuit, quia ita se hu-

a Isidis, quæ aliis Io, aliis Ceres dicitur, cultus olim in Ægypto, maxime autem Alexandria celebrabatur. Ejus sacra cum Romam inde translata essent, Urbe tandem ob cultus ac ceremoniarum turpitudinem expulsa fuerunt Pisone atque Gabinio coss. sed postmodum iterum revocata, ut discimus ex Apolog. Tertulliani cap. 6. Non solum autem capitis ac superciliorum, sed etiam totius corporis crines abradebant, ut deæ Osiridis conjugis mortem lugenti dolorem testarentur suum: quæ res in causa fuit, cur christiani imperatores, ne mulieres decalvarentur, multis legibus prohibuerint. Plura de Iside habentur apud Diodorum Sic. lib. 1, Apuleium Milesiar. cap. ultimo, Plutarchum lib. de Iside et Osiride, et alios.

b Mss. aliquot, indignum facinus clamant.

milliavit Deo, ut regale posthaberet fastigium, et altitudin exhiberet Deo quasi servulus ministerium. Denique illa quæ saltationem hujusmodi reprehendit, sterilitatis damnata, non dedit sobolem regiam, ne superbos crearet: et quod verum est, nullam est adeptæ posteritatis suæ meritorumque successionem.

8. Quod si quis adhuc dubitat, accipiat Evangelicum testimonium; dixit enim Dei Filius: *Cantabimini vobis, et non saltastis* (Math. xi, 17). Derelicti sunt itaque Judæi, qui non saltaverunt, qui nescierunt manibus suis plaudere: adscitæ sunt gentes, quæ spiritalem Deo plausum dederunt. *Stultus enim complexus est manus suas, et devoravit viscera sua* (Eccles. iv, 5), id est, corporalibus se implicavit negotiis, et devoravit viscera suâ, sicut mors prævalens; et ideo non inveniet vitam æternam: sapiens autem attolens opera sua, ut lucerent coram Patre suo, qui in cælis est (Math. v, 16); non absumpsit, sed elevavit viscera sua usque ad resurrectionis gratiam. Hæc gloriosa sapientis saltatio, quam saltavit David; et ideo usque ad 1015 sedem Christi sublimitate spiritalis saltationis ascendit, ut videret atque audiret dicentem Dominum Domino suo: *Sede a dextris meis* (Psal. cii, 1).

9. Ergo si non absurde a cecidisse nobis hanc de saltatione interpretationem judicas, non supersedes adhuc lectionis labore (Esai. xx, 2); ut etiam de Esaiâ mecum recenseas, quod benetibi cognitum est illum non ludibrose, sed gloriosissime denudatum esse in conspectu populorum occurrentium, utpote quæ oracula Domini ore proprio resultabat.

10. Sed forte aliquis dicat: Non igitur erat turpe, ut vir f nudus per omnia iret per populos; cum ei et virilis sexus et muliebris occurreret? Non ipsa spectes offendebat oculos omnium, et maxime mulierum? Nonne ipsi nos inspicere nudos plerumque reveremur? Denique idcirco indumentis operiantur genitalia hominum, ne deformi visu obtutum, aciemque perstringant oculorum intuentium.

11. Acquiesco et ego: sed considera quæ figura sit facti hujus, quidve prætendat species hujusmodi; eo quod ita nudi ambulabant pueri Judæorum et virgines in captivitate deducti: *Sicut puer, inquit, meus Esaias, vadit nudus et excalciatus* (Ibid., 3). Potuit quidem hoc et sermone exprimere, a sed exemplo acerbare maluit; b ut species ipsa plus incuteret

c c Mendacium hic vocat idolum aut cultum idoli, phrasi ecclesiastica: quod alio nomine vanitatem appellant. Reg. xvi: *Provocantes Deum in vanitatibus suis*. Psal. iv: *Ut quid diligitis vanitatem et queritis mendaciam*. Hier. viii: *Quare ad iracundiam me provocaverunt in sculptilibus suis et vanitatibus*. h Nannius.

d Nonnulli mss., revelanda sunt.

e Mss. aliquot, cecinisse nobis, minus concinne.

f Omnes edit. et pauci mss., nudus omnino iret.

g Quidam mss., sed exemplo acerbare.

h Species, inquit Nannius, ipsius rei conspectus visioque est, ab antiquo verbo specere, quod videre significat.

horroris, et quod in prophetæ corpore aversabantur, A in se pertimescerent. In quo igitur horror gravior turpitudinis, in corpore prophetæ, an in perfidorum peccato, quod tantam meritis suis ærumnam incidit captivitatis?

12. Quid si in prophetico corpore nihil opprobrii? Ille enim corporalibus non intendebat, sed spiritalibus. Namque in excessu mentis non dicit: *Audiam quid loquar; sed, quid loquatur in me Deus* (Psal. lxxxiv, 9). Neque attendit utrum nudus, an vestitus sit. Denique Adam ante peccatum nudus erat (Gen. ii, 25), sed nudum se nesciebat, quia erat indutus virtutibus: posteaquam vero peccatum commisit, nudum se esse vidit, et texit. Noe nudatus erat (Gen. ix, 21), sed non erubescibat, quia erat plenus futunditatis, et spiritalis lætitiæ. Denique qui eum risit ut nudum, ipse mansit perpetuæ obnoxius opprobrio turpitudinis. At vero Joseph ne turpiter nudaretur, vestem reliquit, et nudus aufugit (Gen. xxxix, 12). Quis igitur turpis, illa quæ vestem alienam tenuit, an is qui suam exiit?

13. Sed ut plenius liqueat quia non se, neque quæ juxta pedes sunt, prophetæ aspiciunt, sed cœlestia; lapidabatur Stephanus, et videbat cœlos apertos, et Jesum ad dexteram Dei stantem (Act. vi, 55): et ideo lapidum ictus non sentiebat, corporis non considerabat vulnera; sed oculis erat Christo affixus, illi adhærebat. Ergo et Esaias nudum se non conspicebat, sed divinæ vocis organum se præbebat (Esa. xx, 2); ut promeret quod in eo loquebatur Deus.

**1016** 14. Sed esto ut se videret, poterat non facere quod jubebatur? Poterat turpe arbitrari, quod imperabat Deus? Sara quia risit, incredulitatis coarguta est (Gen. xviii, 2): Abraham laudatus; quia fir verbo Dei non hæsitavit: et donatus remuneratione maxima, quia jubentis Deo pie posse fieri credidit etiam a parricidio (Gen. xv).

15. Illic igitur quid verecundiæ esset prophetæ, ubi aliud gerebatur, et aliud figurabatur? Judæi propter flagitia sua destituti a Domino Deo, cœperant vinci ab adversariis suis, conferre se volebant ad Ægyptios; ut sibi essent præsidio adversum Assyrios, qui redire magis ad fidem, si boni consulerent, debuissent. Iratus Dominus significat vanam illos spem gerere, qui offensam Domini putarunt majore peccato levandam; cum illi ipsi vincendi forent, in D quorum auxiliis populus Judæorum consideret: hoc secundum historiam.

<sup>a</sup> Id est, ut Mannius observat, illi mactationem; omnis enim cædes in cognatos parricidium dicitur, et in eos qui titulum patris patriæ emeruerunt.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *immerserit volutabris; unns etiam, immerserit voluptatibus.*

<sup>c</sup> Scripta circa annum 393.

<sup>d</sup> Severi Neapolitani episcopi nomen sanctorum albo inscribitur pridie kal. Maii, cujus etiam perhonorificæ mentio fit apud Symmachum quamvis ethnicum, lib. vi, epist. 51. Hunc autem ipsum esse ad quem Ambrosiana hæc epistola destinatur, post Baronium tradidit Ughellus tom. VI. *Italiæ sacræ*, æ Bollandistæ ad memoratam diem; ubi ejusdem sancti

16. Figurâ autem illa, quia in Ægyptiis confidit qui luxuriis deditus est, mancipatus lasciviæ. Nemo autem se luxui committit, nisi qui recedit a præceptis Dei veri. Ubi autem cœperit quis luxuriari, incipit deviare a fide vera. Ita duo committit maxima crimina, opprobria carnis, et mentis sacrilegia. Ergo qui non sequitur Dominum Deum suum, ingurgitat se luxuriæ ac libidini, pestiferis corporis passionibus. Qui autem se ingurgitaverit atque immerse- rit hujusmodi volutabris, perfidiæ laqueos incurrit: *Sedit enim populus manducare et bibere* (Exod. xxxii, 6), et fieri sibi deos poposcit. Unde docet Dominus quoniam qui duobus istis flagitiorum generibus dederit animam suam, exiit indumento, non vestis lætæ, sed vividæ virtutis; cujus amictus non temporalis, sed æternus est. Vale, et nos dilige; quia nos te diligimus.

### EPISTOLA LIX.

*Nuntiatio Jacobi presbyteri recessu ex Perside in Campaniam, hujus plagæ tranquillitatem laudat, tumultus quæ Mediolanum agitabatur, illi opponens.*

AMBROSIIUS <sup>d</sup> SEVERO episcopo.

1. Ex ultimo <sup>e</sup> Persidis profectus sinu Jacobus frater et compresbyter noster, Campaniæ sibi ad requiescendum littora, et vestras elegit amœnitates. Advertis quibus in locis <sup>f</sup> quasi ab hujus mundi vacuum tempestatibus suppetere sibi posse præsumserit securitatem, ubi post diuturnos labores reliquum vitæ exigat.

2. Remota enim vestri ora littoris non solum a C periculis, sed etiam ab omni strepitu tranquillitatem infundit sensibus, et traducit animos a terribilibus, et sævis curarum artibus ad honestam quietem; ut illud commune omnium specialiter vobis videatur congruere et convenire, quod ait David de sancta Ecclesia: *Ipsa 1017 super maria fundavit eam, et super flumina præparavit eam* (Psal. xliii, 2). Et nimia liber animus a barbarorum incursibus, et præliorum acerbitatibus, vacat orationibus, inservit Deo, carat ea quæ sunt Domini, fovet illa quæ pacis sunt et tranquillitatis.

3. Nos autem objecti <sup>g</sup> barbaricis motibus, et bellorum procellis, in medio versamur omnium molestarum freto, et pro his laboribus et periculis graviora colligimus futuræ vitæ pericula. Unde de nobis propheticum illud concinere videtur: *Pro laboribus vidi tabernacula Æthiopum* (Habac. iii, 7).

4. Etenim in istius mundi tenebris, quibus obum-

episcopi vitam edidere.

<sup>e</sup> Utrum hæc verba de quadam ipsiusmet sinu Persici ora, an de remotiore Persidis regione intelligenda sint, non liquet.

<sup>f</sup> Plerique mss., *quasi ad hujus mundi vacuum.*

<sup>g</sup> Baronius, quem in hoc Ughellus alique recentiores, nec non etiam Bollandi continuatores secuti sunt, hunc locum ad Maximi tyranni bellum pertinere contendit, contra vero auctor vitæ Ambrosii vernacula lingua editæ, eadem verba ad Eugenii adventum in Italiam referenda defendit. Quæ de re satis diximus in Admonitione.

bratur veritas futuræ perfectionis; <sup>a</sup> cum annum tertium et quinquagesimum jam perduxerim in hoc corpore situs, in quo tam graves jamdudum sustinemus gemitus, quomodo non in tabernaculis Æthiopum tendimus, et habitamus <sup>b</sup> cum habitantibus Madian? Qui propter tenebrosi operis conscientiam dijudicari etiam ab homine mortali reformidant (*Psal. cxix, 5*): *Spiritualis enim dijudicat omnia, ipse autem a nemine dijudicatur* (I Cor. II, 15). Vale, frater, et nos dilige, ut facias; quia nos te diligimus.

• EPISTOLA LX.

PATERNUM filio neptem ex filia uxorem tradere cogitantem a proposito ipsa nominum consideratione deterret. Id legi divinæ congruum negat, itemque pietati ac Cæsareis constitutionibus: tum solutis quibusdam objectiunculis, easdem nuptias non expedire confirmat.

AMBROSIIUS PATERNO.

1. Paterni quidem unanimi mei salutationem legi, <sup>d</sup> sed consultationem haudquaquam paternam; ut velis filio neptem copulare ex filia: sed nec avo te, nec patre dignam. Itaque quid consulueris, considera; omne enim quod agere volumus, prius nomen facti ejus interrogemus, et tunc utrum laude an vituperatione dignum sit, æstimabimus. Verbi gratia, misceri mulieri quibusdam voluptas est, <sup>e</sup> medicorum etiam pueri corporibus utile ferunt: sed considerandum utrum conjugii, an extraneæ; deinde nuptæ, an innuptæ. Si quis **1018** desponsata sibi et tradita utatur, <sup>f</sup> conjugium vocat: qui alienæ expugnat pudorem, adulterium facit, cujus vel solo nomine reprimatur plerumque tentandi audacia (27, q. 2; c. *Quis desponsata*). Hostem ferire victoria est, reum æquitas, innocentem homicidium: quod si quis <sup>g</sup>

<sup>a</sup> Nonnulli mss., cum ad annum.... jam produxerim.

<sup>b</sup> Rom. edit., cum tabernaculis Cedar.

<sup>c</sup> Scripta circa annum 393.

<sup>d</sup> Non pauci mss., consolationem, haud satis recte. Hujus autem epistolæ propositum Nannius exponit in hunc modum: «Olim licebat patrum filiam ex fratre in uxorem ducere, ut patet ex fragmentis Ulpiani, cujus verba hæc sunt: *Inter cognatos autem ex transverso gradu olim quidam usque ad quartum gradum matrimonium contrahi non poterant, nunc autem ex tertio gradu licet uxorem ducere; si tamen fratris filia, non etiam sororis filia, aut amita, aut matertera, quamvis eodem gradu sit. Hoc genere connubii primus inter Romanos usus est Cl. Cæsar Agrippina fratris filia in uxorem ducta.* Nunc autem Paternus in pari gradu idem jus putavit, quæsitivque quod licitum erat patruo, num idem liceret avunculo: si incestæ nuptiæ non erant cum fratris filia, non videri etiam incestas cum sororis filia. Quod S. Ambrosius hac epistola refellit.» Hæc ille. Sed nihil est in tota epistola, unde colligere liceat istam Paterno fuisse dubitationis causam: contra vero omnes series clamant Doctorem nostrum haud minus illicitas habuisse nuptias patruo cum fratris filia, quam avunculo cum sororis.

<sup>e</sup> Edit. aliquot Paris., medicorum etiam periti, non bene; medicorum enim pueri a Græcis ipsi medici appellantur; ut jam alicubi observavimus.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, conjugio vacat: verum nulla causa est, cur ab aliis ac mss. omnibus recedatur.

<sup>g</sup> Edit. ac. mss. nonnulli, percipiat animo; Bely.,

A perscipiat animo, revocat manum. Ergo etiam tu quid consulas, quæso tecum retractes.

2. Conjugium vis inter filios nostros componere. Quæro utrum pares copulandi, an impares sint? Sed, nisi fallor, compares appellari solent. Boves qui jungit ad aratrum, equos ad currum, pares eligit, et ut ætas conveniat et forma, nec natura <sup>b</sup> discrepet, nec decoloret diversitas. Tu copulare paras filium tuum, et neptem ex filia, hoc est, ut accipiat sororis suæ filiam, diversa licet matre quam socrus editus. Interroga nominum religionem: nempe avunculus iste illius, illa hujus <sup>i</sup> neptis vocatur. Nec ipse te revocat sonus nominum; cum hic avum resonet, illa hoc nomen ad avunculum, quod ad avum referat? Quanta deinde etiam reliquorum confusio vocabulorum?

B Idem avus et socer vocabere, ea quoque tibi neptis et nurus diverso nomine nuncupabitur. Mutuabuntur etiam fratres diversa vocabula, ut illa socrus fratris sit, iste gener sororis. Nubat avunculo suo neptis, et immaculorum pignorum charitas illecebrosus amore mutetur.

3. Super hoc igitur meam a sancto viro episcopo vestro <sup>i</sup> expectari sententiam dicis. Non opinor, neque arbitror. Nam si ita esset, et ipse scribendum putasset: non scribendo autem significavit quod nequaquam hinc dubitandum arbitraretur. Quid enim est, quod dubitari queat; cum lex divina etiam <sup>k</sup> patruales fratres prohibeat convenire in conjugalem copulam, qui sibi quarto sociantur gradu? Hic autem gradus tertius est, qui etiam civili jure a consortio conjugii exceptus videtur.

4. Sed prius sacræ legis scita interrogemus; præterdis enim in tuis litteris, quod permissum hoc divino jure connubium hujusmodi pignoribus existimetur, eo quod non sit prohibitum. Ego autem et probi-

præcipiat animo: Colb., præcipiat amicum; reliqui, ut in textu.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, discopulet, nec discoloret. Non absurde autem monet Nannius Ambrosium allusisse ad illud Ovidii:

Quam male inæquales veniunt ad aratra juvenci,  
Tam premitur magno conjuge nupta minor.

<sup>i</sup> Observat Casaubonus in *Spartianum* pag. 6, num. 12, vocem *neptis* ab Ambrosio in hac epistola positam et pro filii filia veteri significato, et pro filia fratris recenti usurpatione, quæ tandem sola invaluit apud Italos et Gallos. Addimus vero Præsulem nostrum, dum nominum consideratione propositum conjugium dissuadet, imitatum videri Sophoclis ac Senecæ tragedias, in quibus Oedipi cum Jocasta matre conjugium, propositis affinitatum quæ hic confundebantur, vocabulis, execratione dignum ostenditur. Priorem consule Oedipi Tyranni ultimo actu, posteriorem autem Thebaidis primo.

<sup>j</sup> Omnes edit., expectari sententiam non opinor; omnes mss. e contrario, ut nos in textu.

<sup>k</sup> Qui ex duobus fratribus nascuntur, fratres patruales, sororesque patruales appellantur. Cicero in Philip. Sed enim si alter sit masculus, altera sit femina, qui ex duobus fratribus, sive altero fratre, sive altera sorore nascuntur, æque fratres patruales vocantur, a digniore transumpta significatione; et sic etiam maritos vocamus, cum et uxorem, vi- rumque ejus intelligimus. Ita Nannius. Cæterum quæ lex divina hic indicetur ab Ambrosio, nobis non succurrit.

bitum assero; quia cum leviora interdicta sint de patruelibus fratribus, **1019** multo magis hoc quod arctioris est plenum necessitudinis, interdictum arbitror. Qui enim leviora astringit, graviora non solvit, sed alligat.

5. Quod si ideo permissum putas, quia specialiter non est prohibitum; nec illud prohibitum sermone Legis reperies, ne pater filiam suam accipiat uxorem. Numquid ideo licet, quia non est prohibitum? Minime; interdictum est enim naturæ jure, interdictum est lege, quæ est in cordibus singulorum: interdictum est inviolabili præscriptione pietatis, titulo necessitudinis. Quanta hujusmodi invenies non esse interdicta lege per Moysen edita, et tamen interdicta sunt quadam voce naturæ!

6. Multaque sunt, quæ licet facere, sed non expedit; omnia enim licent, sed non expediunt (I Cor. vi, 12): omnia licent, sed non ædificant. Si ergo etiam ab iis nos revocat Apostolus, quæ non ædificant; quomodo faciendum putamus, quod et non licet Legis oraculo, et non ædificat, discrepante pietatis ordine? Et tamen illa ipsa vetera, quæ fuerant duriora, temperata sunt per Evangelium Domini Jesu: *Transierunt vetera, ecce facta sunt nova* (II Cor. v, 17).

7. Quid tam solemne quam <sup>a</sup> osculum inter avunculum et neptem, quod iste quasi filix debet, hæc quasi parenti? Hoc igitur inoffensæ pietatis osculum suspectum facies de talibus cogitando nuptiis, et religiosissimum sacramentum caris pignoribus eripies.

8. Sed si divina te prætereunt, saltem imperatorum præcepta, a quibus <sup>b</sup> amplissimum accepisti honorem, haudquaquam prætereire te debuerunt. Nam Theodosius imperator etiam patruelles fratres et consobrinos vetuit inter se conjugii convenire nomine, et severissimam pœnam statuit, si quis temerare ausus esset fratrum pia pignora; et tamen illi invicem sibi æquales sunt: tantummodo quia propinquitatis necessitudine et fraternæ societatis ligantur vinculo, pietati eos voluit debere, quod nati sunt.

<sup>a</sup> Romanis olim moris fuisse, ut cognati cognatas suas, nisi si quæ famosæ erant, osculo salutarent, ex Cicerone observat Adrianus Turnebus lib. xxix Adversar. cap. 27.

<sup>b</sup> Paternum hunc magnis dignitatibus ornatum fuisse isthæc Ambrosii verba declarant. Quapropter non absurde conjectant ii, qui eundem hunc esse putant, ad quem cum titulo comitis Sacri Largit. destinata est lex 14 Theodosii de *Metallis*, necnon epistolæ quinque Symmachi in ejus libro v inscribuntur. Excidit porro quæ hic indicatur, Theodosii constitutio: sed ejus mentio sit in duabus filiorum ejus legibus, quarum altera quæ est 3 de incestis nuptiis, ab Arcadio lata est, altera, *Si nuptiæ ex rescripto petantur*, ab Honorio. Sed et alii quoque ejusdem prohibitionis meminerunt: nimirum Libanius orat. de Angariis edita a Godefredo, August. lib. xv de Civ. Dei cap. 16, Paulus Diac. lib. xiii, et alii.

<sup>c</sup> Hoc scilicet objiciebatur et citata lege Honorii, cujus verba sunt, *exceptis his, quos.... supplicare non vetuit*. Hujus certe relaxationis exemplum habes apud Symmachum lib. x, epist. 11 seu 14, Jureti Auctuarii. Vide similiter Cassiod. lib. vii Variar. Form. 46.

9. Sed dicis <sup>e</sup> alicui relaxatum. Verum hoc legi non præjudicat; quod enim <sup>d</sup> in commune statuitur, ei tantum proficit, cui relaxatum videtur, longe diversa invidia. Illud tamen licet in veteri Testamento legimus, ut aliquis uxorem suam sororem diceret; istud inauditum, ut quisquam neptem suam in uxorem accipiat, et conjugem dicat.

**1020** 10. Jam illud pulcherrimum, quod negasti neptem tuam avunculo suo tuo filio <sup>e</sup> propinquo semini convenire; quia non agnationis copuletur necessitudine. Quasi vero et uterini fratres, id est, diverso patre, sed eadem matre geniti, possint diverso sexu inter se in conjugium convenire; cum et ipsi agnationis jus habere non queant, sed cognationis tantum sibi titulo connexi sint.

B 11. Unde oportet ab ea discedas intentione, quæ etiamsi liceret, tamen tuam familiam non propagaret: debet enim <sup>f</sup> tibi filius noster nepotes, debet etiam neptis charissima pronepotes. Vale cum tuis omnibus.

#### ¶ EPISTOLA LXI.

*Cur Mediolano secesserit, ac mature eodem redierit, declarato, gratisque Deo propter opem THEODOSIO præstitam actis, voluntati ejusdem principis obsecraturum se pollicetur. Cujus pietatem summe commendans, ut clementia utatur petit.*

<sup>h</sup> AMBROSIIUS THEODOSIO imperatori.

1. Arbitratus es, beatissime imperator, quantum ex augustis litteris tuis comperi, me longe abesse ab urbe Mediolanensium; <sup>i</sup> quia res tuas crederem a Deo destitui. Sed non ego ita imprudens, aut virtutis et meritorum tuorum immemor abfui, ut non præsumerem cœleste auxilium pietati tuæ adfore, quo Romanum imperium a barbari latronis immanitate et ab usurpatoris indigni solio vindicares.

2. <sup>j</sup> Festinavi igitur illico reverti, posteaquam illum, quem jure declinandum putaveram, jam abesso cognovi; non enim ego Ecclesiam Mediolanensem

<sup>d</sup> Paris. quædam edit., *in communione*; aliæ et cuncti mss., *in commune*. Verum neutra vox satis probatur, nisi verbo *statuitur* præfigatur negatio. Iterum autem ubi omnes edit., *diversa injuria*; ex omnibus mss. restituimus, *diversa invidia*.

<sup>e</sup> Omnes edit. *propinquo semine*: mss. vero partim, *propinqui semini*, partim, *propinqui semine*, alii demum complures, *propinquo semini*. At continuo post cum legeretur in edit. Eras. et seq., *agnationis ei legitimo jure, sed cognationis copuletur*, etc., Amerb. cum omnibus mss. efferunt, ut in textu.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, *tibi filia et filius noster*, etc.

<sup>g</sup> Scripta circa annum 394.

<sup>h</sup> Ita codex Reg., edit. autem Rom., *Augustissimo imperatori Theodosio Ambrosius episcopus*.

<sup>i</sup> *Quia res tuas destitui*, hoc desideratur in cod. Reg., sed cum videatur sententiæ integrali necessarium, et satis frequenter in omittendo peccent librarii, loco movendum neutiquam duximus. At vero sequenti versu pro *ita impudens*, aptius e mss. restituitur, *ita imprudens*.

<sup>j</sup> Reg. codex, *Festinavi reverti.... declinandum putaveram, Mediolano abisse cognoveram*.

dereliqueram Domini iudicio mihi commissam: <sup>a</sup> sed ejus vitæ præsentiam, qui se sacrilegio miscuisset. Redii itaque circiter kalendas Augustas, ex illo die hic resedi. Hic me, Augusto, clementiæ tuæ apices repererunt.

3. Gratias Domino Deo nostro, qui fidei tuæ pietati que respondit; et formam <sup>b</sup> veteris restituit sanctitatis; ut videremus nostro tempore, quod in Scripturarum lectione miramur, tantam in præliis divini auxilii fuisse præsentiam, ut nulli vertices montium adventus tui cursum retardarent, non hostilia arma impedimentum aliquod afferrent.

**1021**<sup>d</sup>. Pro his gratias me censes agere oportere Domino Deo nostro: faciam libenter conscius meriti tui. Certum est placitam Deo esse hostiam, quæ vestro offertur nomine, et hoc quantæ <sup>e</sup> devotionis et fidei est! Alii imperatores in exordio victoriæ arcus triumphales parari jubent, aut alia insignia triumphorum: clementia tua hostiam Deo parat, oblationem et gratiarum actionem per sacerdotes celebrari Domino desiderat.

5. Etsi ego indignus atque impar tanto munere et tantorum votorum celebritati; tamen quid fecerim scribo. Epistolam pietatis tuæ mecum ad altare detuli, ipsam altari imposui, ipsam gestavi manu, cum offerrem sacrificium; ut fides tua in mea voce loqueretur, et apices Augusti sacerdotalis oblationis munere fungerentur.

6. Vere Dominus propitius est Imperio Romano; quandoquidem talem principem et parentem principum elegit, cujus virtus et potestas in tanto imperio constituta culmine triumphali, tanta sit humilitate subnixæ, ut virtute imperatores, humilitate vicarit sacerdotes. Quid exoptem? quidve desiderem? <sup>d</sup> Omnia habes: ex tuis itaque summam votorum capessam, pius es, Imperator, clementiam habes maximam.

7. Opto tamen tibi etiam atque etiam incrementa pietatis, qua nihil Dominus præstantius dedit; ut per tuam clementiam Ecclesia Dei sicut innocentium pace et tranquillitate gratulatur, ita etiam <sup>e</sup> reorum absolute lætetur. Ignosce maxime his, qui non ante

<sup>a</sup> Eugenium significat post concessam instaurandi sacrilegis paganorum ceremonias licentiam adventantem Mediolanum, de quo adventu vide epist. 57, ad eundem Eugenium, quæque nos illuc e Paulino in Ambrosii vita observavimus.

<sup>b</sup> Rom. edit., *veteri restituit sanctitati*. Hoc autem loco designat Ambrosius miracula prorsus insolita, quibus Theodosii victoriam de Eugenio tyranno Deus illustravit: de quibus agitur apertius sequenti epistola.

<sup>c</sup> Ita codex Reg., at edit. Rom. *devotionis et fidei indicium est... in commemorationem victoriæ*: minus elegant.

<sup>d</sup> Rom. edit.; *Omnia habes, et ut summam, etc.*

<sup>e</sup> Ultimæ edit. Paris., in *eorum absolute*. Non recto sensu. Infra vero ubi edit. Rom. perquam apposite, *qui non ante peccarunt, id est, qui antea cum Maximo non rebellarunt*; Reg. cod. habet nihil deterius, *qui etiam in te peccarunt*. Et his quidem verbis desinit epistola in eo codice; non displicet tamen exitus, quo fitur in edit. si modo voculam *amen*

peccarunt. Dominus clementiam tuam conserveat, Amen.

### † EPISTOLA LXII.

*Quod pridem ad Theodosium non scripserit, excusat; seque ad eum mittere diaconum significans, ut ipsius preces pro quibusdam in Ecclesiæ asylum receptis admittat velit.*

<sup>a</sup> Annosio Theodosio imperatori.

1. Quamvis proximè scripserim augustæ clementiæ tuæ etiam secundo, mihi tamen non satis fuit velut pari vice sermonis officium reddidisse; cum beneficiis clementiæ tuæ tam frequentibus oppugneris anim, ut nullis officiis possim compensare quæ debeo, beatissime atque augustissime Imperator.

2. Itaque ut prima occasio non prætermittenda **B** fuit, qua per cubicularium tuum clementiæ tuæ gratias agerem, et alloquii mei officium **1022** repræsentarem; maximè ne desidiæ putaretur fuisse potius quam necessitatis, quod tempore superiore non scripserim. Itaque requirenda mihi causa fuit, qua pietati tuæ deferrem debitum salutationis obsequium.

3. Merito autem ad præferendam epistolam meam alium manum <sup>b</sup> Felicem diaconum misi, simul ut mei vicem officii <sup>i</sup> repræsentaret, memoratum quoque pro his qui ad matrem pietatis tuæ Ecclesiam, petentes misericordiam, confugerunt; quorum lacrymas sustinere non potui, quin adventum clementiæ tuæ meis obsecrationibus prævenirem.

4. Grande est quod petimus, sed ab eo cui Dominus inaudita et admiranda concessit, ab eo cujus clementiam novimus, et obsidem pietatem tepemus. Unde plus exspectare nos confitemur; quoniam ut te virtute vicisti, ita etiam tua te vincere debes pietate. Victoria enim tua antiquo more vetustisque miraculis, qualis sancto Moysi, et sancto Jesu Nave, et Samueli, atque David, non humana æstimatione, sed cœlestis gratiæ <sup>k</sup> effusione tibi collata censetur: hic pietatem æqualem poscimus, cujus merito tanta victoria ipsa quæsitæ est.

### † EPISTOLA LXIII.

*Vercellensem Ecclesiam episcopo propter intestinas contentiones diutius orbatam dolens, concordiam*

inde amoveas.

<sup>f</sup> Scripta sub fine anni 394.

<sup>g</sup> Ita codex Reg.; edit. autem Rom., *Clementissimo principi, ac beatissimo imperatori Theodosio augusto Ambrosius episcopus*.

<sup>h</sup> Felicem huic eundem esse, qui postea ad regendam Bimonensium Ecclesiæ clavum adscitus fuit, communis nec parum probabilis opinio est.

<sup>i</sup> Rom. edit., *repræsentaret et memoriam*.

<sup>j</sup> Reg. cod., *qui adventum clementiæ tuæ nostris obsecrationibus prævenirent*. Sed edit. lectio potior est.

<sup>k</sup> Idem cod., *effusione censetur*. Victoriæ parvo illam de Eugenio tyranno relatam a Theodosio imperatore his Ambrosii litteris causam dedisse narrat Paulinus, ut in Admon. observatum est. Ceterum cum de prodigiis, quæ Theodosianis partibus subsidio fuerunt, nonnihil ad Expos. Psal. xxxvi. num. 25, notaverimus hoc loco nihil addimus.

<sup>l</sup> Scripta anno 396.

qua Eusebius olim fuerat electus, laudat; utque A Christum in medio sui stantem habere eadem Ecclesia studeat, suadet. Hinc invocatur in Sarmationem et Barbatianum, qui e monasterio profugit, abstinentiam ac virginitatem quas abjecerant, aliis inuidebant. Addit reparatum esse mundum abstinentia; et hæreticos illos Epicuro ipso detriores: horumque doctrina hominem converti in pecudem, immo infra nonnulla animalia dejici. Laudantur memoratæ virtutes, et observandæ proponuntur. Quæ dotes in eligendo episcopo considerandæ: quantumve periculum si vel eligatur indignus vel digno non obediatur? Divinam esse debere electionem, electum vero alienum ab iracundia et continentia præcellentem. Quam eximius requiratur in Vercellensi Ecclesia, ubi cum vita clericali monastica conjuncta B fuerit ab Eusebio. Hujus ac Dionysii laus et clericali monasticæque vitæ comparatio. Post quæ Vercellensibus pulcherrima virtutum præcepta dantur.

<sup>a</sup> AMBROSIIUS servus Christi vocatus episcopus Vercellensi Ecclesiæ, et his qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi. Gratia vobis a Deo Patre et unigenito Filio ejus adimpleatur in Spiritu sancto.

1. Conficior dolore quia Ecclesia Domini, quæ est in vobis, <sup>b</sup> sacerdotem adhuc non habet, ac sola nunc ex omnibus Liguriæ **1023** atque Æmiliæ <sup>c</sup> Venetiarumque vel ceteris finitimi Italiae partibus hujusmodi eget officio; quod ex ea alia sibi Ecclesiæ petere solebant, et quod verecundius est, mihi ascribitur <sup>d</sup> vestra intentio, quæ affert impedimentum. Nam cum sint in vobis dissensiones, quomodo possumus aliquid aut nos decernere, aut vos eligere, aut quisquam acquiescere; ut inter dissidentes suscipiat hoc munus, quod inter convenientes vix sustinetur?

2. Hæc illa est confessoris institutio, hæc justorum soboles patrum, qui sanctum <sup>e</sup> Eusebium quem nunquam ante cognoverant, posthabitis civibus, simul ut viderunt et probaverunt: tantumque interfuit, ut probaretur; quantum, ut videretur? Merito vir tantus evasit, quem omnis elegit Ecclesia: me-

<sup>a</sup> Hæc inscriptio abhorreere videtur ab Ambrosii consuetudine, quem alia simili nusquam alibi usum reperias. Et hanc quidem facile tribueremus audaciæ librariorum, nisi in omnibus omnino cod. inveniretur. Quamobrem verius existimamus eam idcirco a sancto Præsule adhibitam, quod Ecclesiæ sibi subditæ pastoralis modo scribendum putaverit.

<sup>b</sup> Non Eusebii jam diu defuncti, sed Limenii, quem una cum Ambrosio Aquileiensi concilio subscripsisse vidimus, obitu tunc temporis vacabat sedes Vercellensis.

<sup>c</sup> Qui ex his verbis epistolam hanc Ambrosio adjudicandam censent, nihil sane vident; non enim illa de Venetiis urbe, quæ nondum constructa erat, intelligenda: sed de Venetiis regione, quam non solum scriptoribus multo antiquioribus cognitam constat, verum etiam commemorat ipsemet Ambrosius epist. 18, num. 21.

<sup>d</sup> Intentio, ut Nannius observat, hic nihil aliud est quam contentio, id est, animorum in sua ejusque opinione pertinacia. Hæc autem Ambrosio imputabatur, quod pro sua metropolitani auctoritate illam

rito creditum quod divino es-et <sup>f</sup> electus judicio, quem omnes postulavissent. Convenit igitur ut sequamini exemplum parentum, præsertim cum a sancto confessore institutos tanto meliores patribus esse oporteat, quanto vos <sup>g</sup> melior doctor instituit atque erudit; modestiæque vestræ et concordie insigne edere, ut congruat assensu ad postulandum sacerdotem.

3. Etenim si juxta Dominicam sententiam, quod duobus convenerit super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet, inquit, illis a Patre meo, qui in cælis est; ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum (Matth. xviii, 20): quanto magis ubi plena est in nomine Domini congregatio, ubi universorum postulatio congruit, dubitare nos nequaquam oportet, ibi Dominum Jesum et voluntatis auctorem, et petitionis arbitrum fore, et ordinationis præselem, vel largiorem gratiæ!

4. Facite ergo vos dignos videri, quorum in medio Christus sit. Ubi enim pax, ibi Christus; quia pax Christus (Ephes. ii, 14): ubi justitia, ibi Christus; quia Christus justitia (I Cor. i, 30). Sit in medio vestrum, ut videatis eum: ne dicatur et vobis: *Meditus autem vestrum stat, quem vos non videtis* (Joa. i, 26). Non illum viderunt Judæi, in quem non crediderunt: nos illam devotione conspiciamus, fide cernimus.

5. Stet igitur in medio vestrum, ut aperiantur vobis cæli, qui enarrant gloriam Dei, ut voluntatem ejus faciatis, et operemini opus ejus (Psal. xviii, 2). Qui videt Jesum, cæli ei aperiantur, sicut aperti sunt Stephano dicenti: *Ecce video cælos apertos, et Jesum stantem ad dexteram Dei* (Act. vii, 55). Stabat Jesus quasi advocatus: stabat quasi sollicitus, ut **1024** Stephanum athletam suum certantem juvaret: stabat quasi paratus, ut coronaret suum martyrem.

6. Stet igitur et vobis, ut eum non timeatis sedentem; sedens enim judicat, sicut Daniel dicit: *Throni positi sunt, et libri aperti sunt, et antiquus dierum*

sopire et componere teneretur.

<sup>e</sup> Vercellensium episcoporum, qui quidem pervenerint ad nostram memoriam, primum esse hunc Eusebium Ughellus lib. iv Ital. sac. litteris prodit. Cujas fuerit non dicitur ab Ambrosio, sed Hieronymus Sardum fuisse testificatur in hæc verba: *Eusebius natione Sarduus, et ex lectoris urbis Romanæ Vercellensis Ecclesiæ episcopus, ob confessionem fidei a Constantio principe Scythopolim et inde in Cappadociam relegatus, sub Juliano imperatore ad Ecclesiam reversus... mortuus est Valentiniano et Valente regnantibus*. Hunc ipsum obitum idem in Chronicis ponit anno 6 eorundem imperatorum, quem incidere in annum repar. sal. 574 docet Baronius.

<sup>f</sup> Hic electionem et postulationem apte distinguit sanctus noster; ut nimirum illam cleri, hanc populi fuisse significet; quemadmodum epist. 15, num. 12, utramque liquido separavit, de sancto Acholio ita loquens: *a Macedonibus obsecratus populis, electus a sacerdotibus*.

<sup>g</sup> Codex Gem., melior auctor instituit.

*sedit* (Dan. vii, 9). In octogesimo autem et primo psalmo scriptum est: *Deus stetit in congregatione deorum: in medio autem deos dijudicat* (Psal. LXXXI, 1). Sedens igitur iudicat, stans dijudicat; et iudicat de imperfectis, inter deos autem dijudicat. Stet vobis ut defensor, ut bonus pastor; ne vos lupi incursent graves.

7. Quo non otiose nostra admonitio deflectit; audio enim venisse ad vos <sup>a</sup> Sarmationem et Barbatianum vaniloquos homines, qui dicant nullum esse abstinentiæ meritum, nullam frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æstimari pretio, delirare eos qui jejuniis castigant carnem suam, ut menti subditam faciant. Quod numquam fecisset, numquam scripsisset ad instituendum alios Paulus apostolus, si deliramentum putasset. Gloriatur itaque dicens: *Sed castigo corpus meum, et servituti redigo; ne aliis prædicans, ipse reprobus inveniar* (I Cor. ix, 27). Ergo qui non castigant corpus suum, et volunt prædicare aliis, ipsi reprobi habentur.

8. An quidquam tam reprobum, quam quod ad luxuriam, ad corruptelam, ad lasciviam provocat; quam incitamentum libidinis, illecebra voluptatis, incontinentiæ fomes, incendium cupiditatis? Quæ istos Epicureos nova schola misit? Non philosophorum, ut ipsi aiunt, sed imperitorum, qui voluptatem prædicent, delicias suadeant, castimoniam nulli usui esse ducant. Fuerunt nobiscum, sed non fuerunt ex nobis (I Joan. ii, 20); neque enim pudet dicere, quod dicit evangelista Joannes. Sed hic positi primo jejunabant, intra monasterium continebantur: nullus erat luxuriæ locus, interdicta ludibriose disputationi licentia.

9. Hoc delicati non potuerunt ferre. Abierunt foras: deinde volentes redire, non sunt recepti; <sup>b</sup> pleraque enim audieram, quæ deberem cavere: monueram, nihil profeceram. Effervescentes itaque disseminare talia cœperunt, quibus incentores essent vitiorum omnium miserabiles. Perdiderunt utique quod jejunaverunt: perdididerunt quod se aliquo continuerunt tempore. Nunc itaque diabolico studio invident aliorum operibus bonis, quorum ipsi fructu exciderunt.

10. Quæ virgo audiat nullum præmium esse

<sup>a</sup> Duos hosce apostatas monachos jam perstrinxit sanctus Ambrosius Enarr. in psal. xxxvi, num. 49, ubi tacito eorum nomine, quam simillima iis, quæ hic dicuntur, in illos scribit. Eorum autem hæresis ex tetro Joviniani fonte ortum ducebat, de cujus erroribus agit, epist. 42 ad Syricium.

<sup>b</sup> Ita vet. edit. et mss. nisi quod horum nonnulli habent *plerumque* pro *et pleraque*: illæ vero pro *deberem* ponunt *deberent*; sicut etiam Rom. edit. quæ præterea effert, *caveri. Monueram, nihil profeci.* Intelligitur autem ex istis verbis Ambrosium per se hujus monasterii, in quo vixerant Sarmation ac Barbatianus, curam gerere, tametsi ei sacerdotem quoque præfecisset, ut testatur Augustinus lib. de Moribus Eccl. Cath. cap. 33, quocumque idem lib. viii Confess. c. 6 de eodem asceterio memorat, conferranda sunt.

<sup>c</sup> Edit. omnes, ac pauci mss., *cum conceperit*: alii

**1025** integritatis, et non ingemiscat; absit enim ut facile credat, certe ut non studia deponat, et intentionem suæ mentis inflectat? Quæ vidua <sup>c</sup> cum compererit nullum esse fructum viduitatis, mallet servare fidem conjugii, et in tristibus degere, quam se credere lætioribus? Quæ conjugii districta vinculo, si audiat quod nullus honos castitatis sit, non possit incuriosa tentari corporis aut mentis facilitate? Et ideo Ecclesia quotidie in lectionibus sacris, in sacerdotum tractatibus laudem pudicitiae, gloriam integritatis personat.

11. Frustra ergo dicit Apostolus: *Scripti vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis* (I Cor. v, 9). Et ne forte <sup>d</sup> dicant: Non de omnibus mundi nos dicimus fornicariis, sed dicimus quod qui fuerit in Christo baptizatus, haberi jam non debeat fornicarius; sed qualiscumque vita ejus accepta sit Deo; et ideo addidit Apostolus: *Non utique fornicariis hujus mundi*; et infra: <sup>e</sup> *Si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idolis serriens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum ejusmodi nec cibum quidem sumere. Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare* (Ibid., 10-12)? Et ad Ephesios: *Fornicatio autem, et omnis immunditia, et avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos* (Ephes. v, 3). Et statim subinfert: *Hoc enim scitote quod omnis impudicus, aut immundus, aut avarus, quod est idololatria, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei* (Ibid., 5). De baptizatis utique dictum liquet; ipsi enim accipiunt hæreditatem, qui baptizantur in morte Christi, et consepeliuntur cum ipso, ut cum ipso resurgant (Rom. vi, 3). Ideo hæredes Dei, cohæredes Christi sunt: hæredes Dei; <sup>f</sup> quia transcribitur in eos Dei gratia: cohæredes Christi; quia renovantur in vitam ipsius: hæredes quoque Christi; quia datur illis per mortem ipsius tamquam testatoris hæreditas.

12. Isti igitur magis sibi debent attendere, qui habent quod possint amittere, quam qui non habent. <sup>h</sup> Isti majore agere custodia, isti cavere vitiorum illecebras, erroris incitamenta debent, quæ maxime ex cibo potaque oriuntur. Denique *sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere* (Ezod. xxxii, 6).

13. Ipse quoque Epicuru quem isti sibi magis

mss. elegantius, *cum compererit*. Et infra cod. Reg. *fidem conjugii.... aut mentis fragilitate.*

<sup>d</sup> Rom. edit., *dicant non de omnibus mundi nos dicere fornicariis, sed quod qui fuerit.... non debeat fornicarius, qualiscumque, etc.*; omnes vero aliæ, ac mss. ut in contextu. Hic autem error, quo qui baptizatus semel fuisset, negabatur peccare posse, etiam a Joviniano defendebatur, quemadmodum cognoscimus ex August. lib. de Hæres. cap. 82.

<sup>e</sup> Rom. edit., *si qui frater nominatur, est fornicator.*

<sup>f</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *quod est idololatria*; reliqui magno numero, *quod est idololatria.*

<sup>g</sup> Rom. edit., *quia transmittitur*; aliæ cum mss. prope ad unum, *quia transcribitur.*

<sup>h</sup> Ita vet. edit. cum mss. pluribus potioribusque: at Rom. cum aliis nonnullis, *egere custodia.*



sequendum quam apostolos putant, assertor voluptatis, etsi neget <sup>a</sup> invetricem mali esse voluptatem, non negat tamen ex ea fieri quædam, ex quibus generentur, mala: denique nec luxuriosorum vitam reprehensibilem videri, quæ repletur delectationibus; nisi vel doloris, **1026** vel mortis quatiatur metu. Atque hic quam alienus a vero sit, etiam hinc deprehenditur, quod voluptatem in homine Deo auctore creatam asserit principaliter, sicut <sup>b</sup> Philomarus ejus sectator in epitomis suis disputat, et hujus <sup>c</sup> allegat Stoicos esse auctores sententiæ.

14. Sed hoc divina Scriptura redarguit, quæ serpentis insidiis atque illecebris <sup>d</sup> infusam Adæ atque Evæ voluptatem docet (*Gen. iii, 1 et seq.*). Siquidem ipse serpens voluptas sit, et ideo variæ ac lubricæ, et velut veneno quodam corruptelarum infectæ passionibus voluptatis sint. Appetentia igitur voluptatis constat deceptum Adam excidisse a mandato Dei, et fructu gratiæ. Quomodo igitur voluptas ad paradysum revocare nos potest, quæ sola nos paradiso exiit?

15. Unde et Dominus Jesus volens nos adversus diaboli tentamenta fortiores <sup>e</sup> reddere, certaturus jejunavit (*Matth. iv, 2*); ut sciremus quia aliter illecebras mali non possumus vincere. Denique ipse diabolus primum tentamentorum suorum spiculum de voluptate intorsit, dicens: *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant* (*Ibid., 3*). Unde ait Dominus: *Non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo Dei*, et noluit facere cum posset, ut magis lectionis studio quam voluptati intendere nos salutari præcepto doceret. Et quia isti jejunandum negant, qua causa Christus jejunaverit, astruant; nisi ut nobis exemplo esset ejus jejunium. Denique in posterioribus docuit non facile malum posse, nisi nostro vinci jejunio, dicens: *Hoc genus dæmoniorum non ejicitur, nisi in oratione et jejunio* (*Matth. xvii, 20*).

16. Quid etiam sibi vult Scriptura, quæ docet jejunasse Petrum, et jejunanti atque oranti de baptizandis gentibus revelatum mysterium (*Act. x, 10*); nisi ut ostenderet etiam ipsos sanctos, cum jeju-

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *inventricem mali*. Cæterum de eo quod Epicurus ab aliis philosophis, maxime vero a sanctis patribus corporeæ voluptatis patronus habeatur, licet acriter defendatur a multis auctoribus, dictum a nobis est ad lib. i *Offic. cap. 13, num. 50*. Hic autem illud unum adjicietur Ambrosium quiddid hoc loco de Epicuri opinionibus memorat, id ex ejus epistola ad Menæceum a Diogene Laert. lib. x proposita, vel, ut Gassendus existimat, e Demarcheli libro esse mutuatum.

<sup>b</sup> Mira est in hoc nomine scribendo varietas: edit. vet. præferunt *Philuminaris*, Rom. *Philomarus*; mss. vero *Filominus*, nonnulli *Filuminus*. Cum porro inter Epicureos nullum sic appellatum reperire sit, haud in viti crederemus eundem esse, quem Diogenes Laert. initio Philodemum nominat, et cujus etiam meminit Cicero lib. ii de *Frib.*, at similiter non sine aliqua diversitate; cum ipsius edit. ac mss. quidam habeant *Polydemum*; alii vero *Philodamum*: quem Gædareum illum esse arbitratur Gassendus, cujus apud Strabonem lib. xvi mentio exstat.

<sup>c</sup> Edit. vet., *allegat historicos*; Rom. et omnes mss., *allegat Stoicos*.

PATROL. XVI.

nant, tunc fieri præstantiores? Denique Moyses cum jejunaret, Legem accepit (*Exod. xxxiv, 28*). Et ideo Petrus cum jejunaret, edoctus est novi Testamenti gratiam. Daniel quoque jejunii merito ora clausit leonem, futurorumque temporum vidit negotia (*Dan. xiv, 32; ix, 2 et seq.*). Aut quæ nobis salus esse potest, nisi jejunio eluerimus peccata nostra; cum Scriptura dicat: Jejunium, et eleemosyna <sup>f</sup> a peccato liberat (*Tob. xii, 8*)!

17. Qui sunt ergo hi præceptores novi, qui meritum excludant jejunii? Nonne gentilium vox ista est dicentium: *Manducemus et bibamus*. Quos bene irridet Apostolus dicens: *Si secundum hominem pugnavi Ephesi ad bestias, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus **1027** et bibamus; cras enim moriemur* (*I Cor. xv, 32*), hoc est: Quid mihi profuit usque ad mortem contentio, nisi ut hominem <sup>g</sup> redimerem meum? Quia frustra redimitur, si nulla est spes resurrectionis. Ac per hoc, spe omni resurrectionis amissa, manducemus et bibamus: non amittamus fructum præsentium, qui futurorum nullum tenemus. Illorum præ est cibus et potibus indulgere, qui nihil post mortem suam sperant.

17. Denique Epicurei dicunt assertores voluptatis, <sup>h</sup> quia mors nihil ad nos; quod enim dissolvitur, insensibile est: quod autem insensibile, nihil ad nos. Quo demonstrant corpore se tantum, non mente vivere: nec animæ fungi, sed carnis solius munere, qui secessionem animæ corporisque dissolvi munus suæ vitæ omne existiment, perire merita virtutum, atque animæ omnem vigorem, totos se deficere cum corporis sensu, nihil reliquiarum superesse animæ, cum ipsum corpus non statim resolvatur. Prius ergo dissolvitur anima quam corpus; cum secundum suam opinionem vel carnem et ossa considerare debeant, quæ post mortem supersunt: secundum veram autem assertionem negare non debeant resurrectionis gratiam?

18. Merito ergo hos redarguens Apostolus, monet nos ne talibus labamur opinionibus, dicens: *Nolite seduci, corrumpunt mores bonos colloquia mala.* <sup>i</sup> So-

<sup>d</sup> Mss. aliquot partim, *infusam illatamque Evæ voluptatem*, partim, *infusam illam tamquam Evæ voluptatem*; cæteri, et omnes edit. ut in contextu. Infra vero ubi edit. et quidam mss., *voluptatis sint*. *Appetentia igitur voluptatis*; complures mss. exhibent, *voluptatis sint appetentia*. *Igitur voluptate*, etc.

<sup>e</sup> Nonnulli mss., *reddere certaturos, jejunavit*.

<sup>f</sup> Gem. codex, *a pœna liberat*.

<sup>g</sup> Ita omnes, edit. ac pars mss. reliqui autem mss. *redimerem eum, qui frustra*. Iterum vero, ubi nos cum mss. aliquot, et Rom. edit., *resurrectionis amissa*; vet. edit. cum mss. aliis præferunt, *redemptionis amissa*.

<sup>h</sup> Habetur ista sententia in Epicuri epist., ad Menæceum, et adhuc liquidius in ejus *Ratis sententiis*; unde hanc ipsam refert Laertius. Cæterum de opinione hujus philosophi circa mortalitatem animæ, idem plane quod Ambrosius, testantur etiam Hieronymus lib. ii contra Jovin. et Augustinus lib. vi Confess. cap. 16, atque alii bene multi.

<sup>i</sup> Septem. mss. *Sobrii estote et justi*; cæteri et omnes edit., *Sobrii estote juste*. Melius, quandoquidem habetur in textu Apostoli, *ἐπιψαρι δικαίως*.

brii estote iuste, et nolite peccare (I Cor. xv, 33); ignorantiam enim Dei quidam habent. Bonum ergo sobrietas; quia peccatum ebrietas est.

19. Quid quod ille ipse Epicurus defensor voluptatis, cuius ideo frequentem facimus mentionem, ut hos aut gentilium discipulos, et epicuream probeamus sectam sequi: aut illum ipsum, quem ipsi philosophi a suo excludunt consortio tamquam patronum luxuriae, tolerabiliorem his esse doceamus? Clamat ergo ille, ut <sup>a</sup> Demarchus asserit, quia non potationes, neque comensationes, nec filiorum soboles, nec feminarum copulae, nec piscium copia aliorumque huiusmodi, quae splendido usui parantur convivii, suavem vitam faciunt, sed sobria disputatio. Denique addidit quod in copiis convivii moderate utantur, qui non immoderate eas quaerunt. Succo solo et pane vel aqua qui libenter utitur, despuit deliciarum epulas; quia multae ex his generantur molestiae. Etiam alibi dicunt: Non immoderatae epulae, non potationes voluptatis suavitatem generant, sed continens vita.

**1028** 20. Cum igitur illos abdicaverit philosophia, hos non excludit Ecclesia? Si quidem et illi, <sup>b</sup> quod malae causae habent, se assertionibus suis impugnant frequenter. Nam etsi principalis eorum sententia sit quod nullam suavitatem voluptatis putent, nisi quae cibo potuque percipiatur; tamen intelligentes in tam reprehensibili definitione versari se sine summo dedecore non posse, ac deseri ab omnibus, furo quodam probabilium disputationum eam colorare voluerunt; adeo ut diceret quidam ex iis: Dum studemus delectationi per epulas et cautus, amisimus eam quae per verbi, quo solo salvi esse possumus, infunditur perceptionem.

21. Nonne isti dispares, discolores in hac multiformi disputatione nobis videntur? Quos adeo Scriptura condemnat, <sup>c</sup> ut non praeterierit eos, quos Apostolus redarguebat, dicente Luca in Actibus apostolorum, qui eum librum historico stylo scripsit: Quidam autem epicurei et stoici philosophi disputabant cum eo, et quidam dicebant: *Quid sibi vult hic*

<sup>a</sup> Quod e Demarcho hic refert Ambrosius, legitur quoque in epist. ad Menaeum jam non semel citata. Id a Gassendo lib. iii de Vita episc. observatum est, ubi ejusdem Demarchi mentio negatur alibi, quam apud Doctorem nostrum, usquam fieri. Sed oppido quam probabile est non alium hunc esse ab Hermacho Epicuri discipulo, qui eidem in secta et disciplina successit, et plures libros edidit in Platonem et Platonicos, ut ex Diog. Laertio cognoscere est. Et certe non ita inter se discrepant Hermachus atque Demarchus, ut non unum pro alio facile a scriptoribus accipi possit.

<sup>b</sup> Eras. et seq. edit., *quod malam causam habeat*; Amerb. et omnes mss., *quod malae causae habent*. Non incommode; idem enim signat, ac quod in malis causis sit, solet, etc.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *praeterierit quod eos Apostolus*. Infra vero ubi omnes edit. et mss. longe plurimi, *historico stylo*; nonnulli habent, *stoico stylo*. Perperam, alibi enim ab Ambrosio stylum beati Lucae historicum esse observatum est.

<sup>d</sup> Ita omnes edit. ac plures mss. excepta Rom. edit. ubi habetur *muliere sua*; mss. alii etiam non pauci pro *Damari* legunt partim *Damali*, partim *Da-*

*seminiverbius? Alii autem: Novorum damniorum videtur pronuntiator esse (Act. xvii, 18).*

22. Ex hoc tamen numero non immunis gratia abiit Apostolus. Siquidem etiam Dionysius Areopagites <sup>d</sup> cum Damari uxore sua, aliisque multis creditur. Itaque illi doctissimorum et eloquentium caetus simplici disputatione victos se esse credentium exemplo manifestarunt. Quid igitur sibi isti volunt, qui tentant eos pervertere, quos acquisivit Apostolus, quos redemit Christus sanguine suo? <sup>e</sup> Quod asserunt baptizatos intendere non debere virtutum disciplinis, nihil illis obesse comensationes, nihil voluptatum affluentiam, insipientes esse eos qui iis careant: virgines oportere nubere, filios facere; similiter et viduas iterare, quod semel male virili admixtione expertae sint; etiamsi se continere possiunt, errare eas quae nolint iterare copulam.

23. Quid ergo? Placet ut hominem exuentes, induamus pecudem: et expoliantes Christum, vestiamur aut supervestiamur amicus diaboli? Sed cum ipsi doctores gentium ne honestatem quidem cum voluptate copulandam putaverint, eo quod pecudem viderentur cum homine includere: <sup>f</sup> nos ut beluinos usus humano insudamus pectori, et rationabili menti inscribamur irrationabiles ritus ferarum?

24 et 25. Quamquam multa genera sint animarum, **1029** <sup>g</sup> quae amissio pari, concubitu indulgere nesciant, et tanquam solitariae vitae ævum exigant: plurima quoque herbis vescantur simplicibus, <sup>h</sup> nec alias nisi fonte puro sitim restinguere noverint: canes quoque videas frequenter interdicto cibo temperare solitos; ut jejuna fame ora suspendant, si imperetur abstinencia. Ab hoc igitur revocantur homines, quod didicerunt per hominem etiam quae non praerariari bestiae?

26. Quid autem pulchrius abstinencia, quae facit etiam juventutis annos senescere; ut fiat morum spectus? Namque ut redundantia ciborum ac temulentia etiam maturior ætas calescit; ita mitigatur juventutis ferocitas epularum parcimonia, <sup>i</sup> irrigo-

*male*. Adeo librariis proclive erat in propriis nominibus peccare. Non hic solum solum, sed alibi quoque Damarii Dionysii areopagitae conjugem facit Ambrosius.

<sup>e</sup> Omnes edit., *Quid est quod asserunt*; cum mss. omittunt, *quid est*, ac nonnulli pro *quod asserunt*, habent, *qui asserunt*. Infra vero ubi omnes edit. et plures mss., *virili admixtione*, in quibusdam cod. legitur, *virili omissione*. Non malo sensu.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, *nos et beluinos usus humano insudamus pectori, et rationabili menti inscribemus*. Non male quidem, sed haud minus elegans est nostra lectio; quippe quae exclamatio cum quadam stomachatione exprimitur.

<sup>g</sup> Turturem indicat sanctus Praesul, quam toto cap. 19 lib. i Mexae. ob tam insignem continentiam pulchre commendat, strictius vero Serm. 19 in Psal. cxviii. num. 13. et alibi.

<sup>h</sup> Edit. Amerb., *nec alias nisi fonte*; Eras. et seq., *nec alio*, etc.; mss. vero prope ad unum, ut in textu. Infra etiam ubi omnes edit. et quidam mss., *canesque videamus*; mss. multo plures nobiscum faciunt.

<sup>i</sup> Omnes edit., *irrigoque fontis: et exterior (Rom., Etsi exterior) ignis aquae infusione*; mss. nonnulli;

que fontis. Exterior ignis aquæ infusione extinguitur, non mirum si etiam interior æstus corporis fluviali potu <sup>a</sup> refrigeratur; cibo enim flamma alitur ac deficit. Siquidem fenum, stipula, lignum, oleum, atque hujusmodi alimenta ignis sunt, quibus pascitur: ea si detrahas, vel non suggeras, etiam ignis sopitur. Similiter ergo vapor corporis cibo alitur aut minuitur: cibo excitatur, cibo solvitur. Luxuria igitur mater libidinis est.

27. Quid quod naturæ conveniens temperantia est, atque illi divinæ legi, quæ in ipso rerum ortu omnium fontes potui, fructus arborum essi dedit? Vinum post diluvium justus ad tentationem sui reperit (*Gen. ix, 20*). Utamur ergo temperantiæ naturali cibo, utinamque possimus! Sed quia non omnes fortes, ideo Apostolus ait: *Vino modico utere propter frequentes tuas infirmitates* (*I Tim. v, 23*). Non ergo propter voluptatem bibendum est, sed propter infirmitatem. Pro remedio igitur parcus, non pro deliciis redundantius.

28. Denique Elias, quem Dominus ad virtutis erudiebat perfectionem, ad caput suum <sup>b</sup> collyridam et vas aquæ reperit, et ideo in virtute escæ illius quadraginta diebus jejunavit (*III Reg. xix, 6*). Patres nostri, cum mare transirent pedibus, aquam, non vinum bibebant (*Exod. xvii, 6*). Daniel et Hebræi pueri patrio cibo, et aquæ potu, ille furorem leonum repressit, illi ardentem ignem innocio videre tactu circa membra sua pasci (*Dan. i, xiv, iii*).

29. Et quid de viris loquar? Judith luxurioso <sup>c</sup> Holophernis haudquaquam inflexa convivio, solo titulo sobrietatis desperatum lacertis virilibus reportavit triumphum, patriam obsidione exiit, ducem militiæ suis manibus occidit (*Judith xiii*). Exemplum evidens, quod et illum terribilem populis bellatorum virum luxuria sua emollivit, et hanc feminam temperantia cibi fortiolem **1030** viris fecit. Non hic in sexu suo victa est natura, sed in cibo suo vicit. Esther regem superbum suis inclinavit jejuniis (*Esth. iv, 16*). Anna <sup>d</sup> octoginta quatuor annos in viduitate sua jejuniis et obsecrationibus in templo die ac nocte serviens, Christum agnovit (*Luc. ii, 37*), quem Joannes abstinentiæ magister et quidam novus terrarum angelus annuntiavit (*Matth. iii, 4*).

30. O stultum Elisæum <sup>e</sup> qui silvestribus grumis

irriguoque fonte exterior ignis atque infusione; alii <sup>d</sup> nobis patrocinantur.

<sup>a</sup> Læt. codex, refrigeratur, ac deficit; cibo enim flamma alitur, siquidem, etc.

<sup>b</sup> Græcis κολύριον et κολύριον, panis est subcinericius, de quo vide Vossii Etym. in voce Collyrium.

<sup>c</sup> Vet. edit. et mss. aliquot, Holopherni haudquaquam inflexit, (mss., inflexi) convivio; ceterorum aliqui, Holophernis haudquaquam infelici delectata convivio; alii ac Rgw. edit. ut in textu. Sed et pro lacertis virilibus, in quibusdam legitur, lacerti viribus. Non ita male.

<sup>d</sup> Codex Remig. et Reg., octoginta tres.

<sup>e</sup> Vet. edit. ac mss. nonnulli, qui sylvestribus ramis. Rom. edit. .... glumis; optime cæteri mss., qui sylvestribus grumis. Nam quiddid minutum est grumus dicitur, unde ipsemet Ambrosius lib. de Elia et

et amaris pascebat prophetas (*IV Reg. iv, 39*)! immemorem Scripturarum Esdras, qui memoria Scripturas reddidit (*II Esdr. viii, 2*)! insipientem Paulum, qui gloriatur in jejuniis (*II Cor. xi, 27*); si nihil prosunt jejunia!

31. Sed quomodo non prosunt, quibus vitia purgantur? Quæ si deferas cum humilitate, cum misericordia, ut Esaias Spiritu divino locutus est, ossa tua pinguescent, et eris sicut hortus ebrius (*Esai. lviii, 41*). Pinguescit igitur anima tua, virtutesque ejus spiritali adipe jejunii, et fructus tui multiplicantur ubertate mentis tuæ; ut sit <sup>f</sup> in te sobrietatis ebrietas, sicut illud est poculum, de quo ait Propheta: *Et poculum tuum inebrians quam præclarum est* (*Psal. xxii, 5*)!

32. Sed non illa solum laudabilis, quæ parca est ciborum temperantia, sed etiam illa quæ concupiscentiæ. Denique scriptum est: *Post concupiscentiæ tuæ ne eas, et a voluptate tua vitare. Si dederis animæ tuæ concupiscentiam, gaudere eris inimicis tuis* (*Eccl. xviii, 30*); et infra: *Vinum et mulieres apostatæ faciunt etiam sapientes* (*Eccl. xix, 2*). Unde et Paulus etiam in ipsis conjugii temperantiam docet (*I Cor. vu, 2 et seq.*); est enim velut quidam adulter incontinens in matrimonio, qui legem Apostolicam prævaricatur.

33. Quid autem loquar quanta sit <sup>h</sup> virginitalis gratia, quæ meruit a Christo oligi, ut esset etiam corporale Dei templum, in qua corporaliter, ut legimus (*Coloss. ii, 9*), habitavit plenitudo divinitatis? Virgo genuit mundi salutem, virgo peperit vitam universorum. Sola ergo non debet esse virginitas, quæ omnibus in Christo profuit? Virgo portavit, quem mundus iste capere ac sustinere non potest. Qui cum ex Mariæ nasceretur utero, <sup>i</sup> genitalis tamen septum pudoris, et intemperata virginitalis conservavit signacula. Itaque in Virgine Christus reperit, quod suum esse vellet, quod sibi omnium Dominus assumeret. Per virum autem et mulierem carq̄ ejecta de paradiso, per virginem juncta est Deo.

34. Quid de altera Moysi sorore Maria loquar, quæ feminei dux agminis, pedes transmisit pelagi freta (*Exod. xv, 20*)? Quo munere autem venerabilis Thecla etiam leonibus fuit; ut ad pedes **1031** prædæ suæ stratiæ impastæ bestiæ <sup>j</sup> sacrum deferrent jejunium; nec proci oculi virginem, nec ungue viola-

Jejun. cap. 6, num. 18, in eandem sententiã ait: *Vitis agrestis grumulis mensas onerabat.*

<sup>f</sup> Edit., in te sobria ebrietas.

<sup>g</sup> Cod. Læt., Gem. et Big., a voluptate tua avertere.

<sup>h</sup> Omnes edit., virginitalis gloria; omnes mss., virginitalis gratia.

<sup>i</sup> Ita mss. prope universi; nonnulli tamen et edit., genitale tamen, etc; obiter autem animadvertit quam aperte pronuntiet de Mariæ post partum integritate etiam corporea, et consule quæ nos ad lib. ii in Luc. num. 57, nec non ad epist. 42, n. 4, observavimus.

<sup>j</sup> Rom. edit., sacro deferrent jejunio; reliquæ ac mss., sacrum deferrent jejunium, quidam differrent, minime male, cum idem hic esset, ac producerent. Theclæ porro exemplum, sicut et subjecta ratiocinia quæ sint Ambrosio in causa simili familiaria, supervacaneum putamus admonere.

rent aspero; quoniam et ipso aspectu virginittatis violatur sanctitas.

35. Denique qua reverentia virginittatis locutus est sanctus Apostolus: *De virginibus praeceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino* (I Cor. vii, 25). Praeceptum non habet, consilium habet; non enim praecipitur, quod supra legem est: sed magis dato suadetur consilio. Nec auctoritas praesumitur, sed demonstratur gratia: nec a quocumque demonstratur, sed ab eo qui misericordiam Domini meruit. Horum ergo meliora quam apostolorum consilia? Apostolus <sup>a</sup> dicit: *Consilium do; isti dissuadendum putant, ne qua studeat virginittati.*

36. Cujus quantam laudem brevi versiculo propheta expresserit, vel potius Christus in propheta, debemus cognoscere. *Hortus, inquit, clausus soror mea Sponsa, hortus clausus, fons signatus* (Cant. iv, 12). Christus hoc dicit ad Ecclesiam, quam vult esse virginem, sine macula, sine ruga. Bonus hortus virginittas, quae plurimos boni ferat fructus odoris. *Hortus clausus*; quia undique vallata est muro castittatis. *Fons signatus*; eo quod virginittas sit fons et origo pudicitiae, quae inviolata custodiat integritatis signacula: in quo fonte imago Dei luceat; quia cum munditia corporis congruit etiam puritas simplicitatis.

37. Nec potest dubitare quisquam quod Ecclesia virgo sit, quam etiam in Corinthiis despondit apostolus Paulus (I Cor. vii, 26), virginem castam assignare Christo. In superiore igitur epistola dat consilium, et existimat bonum esse munus virginittatis; ut nullis instantis saeculi turbetur necessitatibus, nulla illuvie coinquinetur, nullis exagitetur procellis: in posteriore sponsor est Christo, quod virginittatem Ecclesiae in illius plebis consignare possit integritate (II Cor. xi, 2).

38. Responde mihi nunc, Paule, qua ratione propter instantem necessitatem des consilium (I Cor. vii, 26)? Quoniam *qui sine uxore est, sollicitus, inquit, est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo* (Ibid., 32). Et addidit: *Et mulier innupta et virgo cogitat quae sunt Domini; ut sit sancta corpore et spiritu* (Ibid., 34). Habet igitur murum suum adversus mundi hujus turbines, et ideo septo divinae <sup>b</sup> munita protectionis nullis saeculi flabris inquietatur. Bonum ergo consilium; quia in consilio utilitas est, in praeepto laqueus. Consilium invitat voluntarios, praeeptum astringit invitos. Si qua ergo secuta fuerit consilium, et eam non poenituerit, acquisivit utilitatem: si quam vero poenituerit, non habet quod accuset Apostolum; ipsa enim de infirmitate sua judicare debuit: et ideo sibi voluntatis suae rea est, cujus graviore quam ferre posset, laqueo se ac nodo ligavit.

39. Itaque tamquam bonus medicus, qui et fortibus stabilitatem virtutis conservare cupiat, et infirmis salubritatem dare, aliis dat consilium, aliis demon-

<sup>a</sup> Mss. non pauci, dicit: *Consilio, isti dissuadendum.*

strat remedium: *Qui infirmus est, 1032 olera manducet* (Rom. xiv, 2), accipiat uxorem: qui validior est, fortiorem <sup>c</sup> virtutis cibum expetat. Meritoque adjunxit: *Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis; et hoc judicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit. Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: et qui non jungit, melius facit. Mulier vincla est legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanserit, secundum meum consilium; puto enim, et ego Spiritum Dei habeo* (I Cor. vii, 38 et seq.). Hoc est consilium Dei habere, explorare diligenter omnia, et quae meliora sunt, suadere; quae tiora, demonstrare.

40. Providus ductor multas ostendit vias, ut qua vult unusquisque, quam sibi accommodam arbitrat, incedat; dummodo occurrat, quo possit in castris praetendere. Bona virginittatis via, sed sublimis et ardua validiores requirit. Bona etiam viduitatis, non tam difficilis, ut superior: sed confragosa et aspera cautiore exigit. Bona etiam matrimonii, plana et directa longiore circuitu ad castra sanctorum pervenit, ea plurimos recipit. Sunt ergo virginittatis praemia, sunt merita viduitatis, est etiam conjugali pudicitiae locus. Gradus singularum sunt et incrementa virtutum.

41. State igitur in corde vestro, ne quis vos subruat, ne quis possit subvertere. Docuit nos Apostolus quid sit stare, hoc est, quod Moysi dictum est: *Locus enim in quo tu stas, terra sancta est* (Exod. iii, 5); nemo enim stat, nisi qui fide stat, nisi qui fixus stat sui cordis sententia. Alibi quoque legimus: *Tu autem hic sta mecum*. Utrumque ad Moysen a Domino dictum est, et: *Ubi tu stas, terra sancta est* (Deut. v, 31); et: *Hic sta mecum*, hoc est, mecum stas, si stes in Ecclesia. Ipse enim locus est sanctus, ipsa terra secunda sanctittatis, et optima virtutum messibus.

42. Sta ergo in Ecclesia, sta ubi tibi apparui, ibi ego tecum sum. Ubi est Ecclesia, ibi firmissima statio tuae mentis est: ibi fundamentum animi tui, ubi tibi de rubo apparui. Tu rubus, ego ignis: ignis in rubo, ego in carne. Propterea ignis, ut tibi luceam, ut tuas spinas, ut tua peccata consumam, et meam tibi demonstrarem gratiam.

43. Stantes ergo in corde vestro lupos fugate ab Ecclesia quarentes praedam tollere. Non sit in vobis desidiu, non sit pravum os, lingua amarior. Nolite in concilio vanitatis sedere; scriptum est enim: *Non sedi in concilio vanitatis* (Psal. xxv, 4). Nolite audire detrahentes de proximis; ne dum auditis alios, provocemini; ut et ipsi derogetis proximis, et dicatur unicuique vestrum: *Sedens adversus fratrem tuum detrahebas* (Psal. xlix, 20).

44. Sedentes detrahunt, stantes autem Dominum

<sup>b</sup> Paris. quaedam edit., *munita perfectionis.*

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *virtutis cibum expectet.*

benedicunt, quibus dicitur : *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini, qui statis in domo Domini (Psal. cxxxiii, 1)*. Qui sedet, ut de corporeo usu loquar, <sup>a</sup> quasi otioso resolvitur corpore, atque **1033** intentionem mentis relaxat. Stat autem speculator providus, explorator impiger, pervigil custos, qui prætendit in castris. Bellator quoque strenuus <sup>b</sup> ante exspectatum stat in agmine, qui vult adversarii consilia prævenire.

45. Qui stat, *videat ne cadat (I Cor. x, 12)*. Qui stat, obtreclare nescit; otiosorum etenim fabulæ sunt, quibus obtreclatio seritur, malignitas proditur. Unde ait Propheta : *Odio habui congregationem malignorum, et cum impiis non sededo (Psal. xxv, 5)*. Et in trigesimo sexto psalmo, <sup>c</sup> quem præceptis refert moralibus, in principio statim posuit : *Noli B malignari inter malignantes, neque æmulatus fueris facientes iniquitatem (Psal. xxxvi, 1)*. Malignitas plus nocet quam malitia; quia malignitas nec puram simplicitatem habet, nec apertam malitiam: sed absconditam malevolentiam. Difficilius autem caventur occulta, quam quæ sunt cognita. Unde et Salvator noster <sup>d</sup> a spiritibus malignis cavendum admonet, quod nos blandarum specie voluptatum capiant, carterarumque rerum simulatione; cum ad ambitionem, honorem, avaritiam, divitias, ad superbiam potentiae lenocinia prætendunt.

46. Itaque cum in omni actu, tum maxime in episcopi petitione abesse debet malignitas, in quo vita formatur omnium; ut placido et pacifico iudicio præferatur vir omnibus, qui eligatur ex omnibus, et C qui medeatur omnibus: Etenim *mansuetus homo, cordis medicus est (Prov. xiv, 30)*. Cujus se medicum etiam Dominus in Evangelio locutus est, dicens : *Non opus est sanis medicus, sed iis qui male habent (Matth. ix, 12)*.

47. Bonus medicus, qui infirmitates nostras suscepit, sanavit ægritudines; et tamen iste, sicut est scriptum, non se honorificavit fieri summum sacerdotem: sed qui locutus est ad eum, Pater dixit : *Filius meus es tu, ego hodie genui te (Hebr. v, 5 et seq.)*. Sicut et alibi dicit : *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Qui quoniam typus futurus erat sacerdotum omnium, ideo carnem suscepit; *ut in diebus carnis suæ preces et supplicationes Deo Patri cum magna voce et lacrymis offerret: et ex D iis quæ passus est, quamvis esset Filius Dei, discere videretur, obedientiam, quam nos doceret, ut nobis fieret auctor salutis (Ibid.)*. Denique consummatis

passionibus, tanquam consummatus ipse, sanitatem dedit omnibus, peccatum tulit omnium.

48. Ideo et Aaron sacerdotem ipse elegit (*Num. xvii, 8*), ut non humana cupiditas in eligendo sacerdote præponderaret, sed gratia Dei, non voluntaria oblatio: nec propria assumptio, sed celestis vocatio; ut is offerat munera pro peccatis, qui possit affici pro peccantibus: quia et ipse, inquit, gestat infirmitatem. Non sibi quis honorem debet sumere, sed vocari a Deo, sicut et Aaron; et ita Christus non exegit, sed accepit sacerdotium (*Hebr. v, 2, 3*).

**1034** 49. Denique cum ab Aaron per genus ducta successio, generis magis teneret hæredes, quam Justitiæ consortes; propterea ad typum illius Melchisedech, quem in veteri testamento legimus, verus Melchisedech, verus rex pacis, verus rex justitiæ venit; hoc enim habet nominis interpretatio, *sine patre, sine matre, sine generationis enumeratione, neque initium dierum, neque finem vitæ habens (Hebr. vii, 2, 3)*: quod et ad Filium Dei refertur, qui matrem in illa divina generatione nescivit, patrem in hoc virginis Mariæ partu ignoravit; ex Patre solo natus ante sæcula, ex Virgine sola ortus in hoc sæculo, initium dierum habere utique non potuit, qui erat in principio. Quomodo autem vitæ finem haberet, qui vitæ auctor omnibus est? *Ipse principium et finis omnium (Apoc. i, 8)*. Sed refertur et ad exemplum, ut tamquam sine patre et sine matre sacerdos esse debeat; in quo non generis nobilitas, sed morum <sup>f</sup> eligatur gratia, et virtutum prærogativa.

50. Sit in eo fides, et morum maturitas: non alterum sine altero, sed utrumque in uno cum bonis operibus conveniat et factis. Unde nos apostolus Paulus eorum vult esse imitatores, qui per fidem, inquit (*Hebr. xi, 9 et seq.*), et patientiam possident re-promissiones Abraham, qui per patientiam promissæ sibi benedictionis meruit accipere et possidere gratiam. Imitatores nos sancti Aaron David propheta debere esse admonet, qui eum inter sanctos Domini ad imitandum nobis constituit, dicens : *Moses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter invocantes nomen ejus (Psal. xcvi, 6)*.

51. Dignus plane vir qui sequendus proponatur omnibus; nam cum dira mors propter contumaces in plebem serperet, medium se inter viventes morientesque objecit; <sup>g</sup> ut mortem statueret, nec plures perirent (*Num. xvi, 48*). Vere vir mentis et animi sacerdotalis, qui se pro Domini grege quasi

<sup>a</sup> Edit. vet. cum paucis mss., quasi otio resolvitur corpore; Rom. . . . corporis; alii mss. partim, quasi otio resolvitur corpora; partim ut nos in textu.

<sup>b</sup> Rom. edit., ante exspectatum prælium. Minus commode; ibi enim intelligitur tempus, estque manifesta imitatio versus Virg. e lib. iv Georg.:

Ante exspectatum positus stat in ordine castris.

quem jam retulimus ad locutionem isti similem lib. de Fuga sæculi cap. 8, num. 47.

<sup>c</sup> Ita omnes edit. ac mss. aliquot; alii vero, quem

præceptis, nonnulli, in præceptis refert moralibus.

<sup>d</sup> Mss. Big. et Gem., a spiritualibus malignis.

<sup>e</sup> Non pauci mss., sine generatione (Reg., sine genealogia) sine enumeratione; alii cod. scripti ac editi, ut in textu.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, eligatur, gratia virtutum. Prærogativa sit in eo fides, etc.

<sup>g</sup> Edit. Eras. et seq., ut sisteret; Amerb. et mss. maximo numero, ut statueret: qua locutione Ambrosiun etiam alibi non semel usum vidimus.

pastor bonis pio obiectet affectu. Itaque infregit aculeum mortis, impetum tenuit, transitum negavit. <sup>a</sup> Pietas meritum adjuvit, quia pro ipsis se obtulit, qui resistebant.

52. Discant igitur dissidentes <sup>b</sup> timere Domini commotionem, sacerdotes placare. Quid? Dathan et Abiron et Core nonne propter dissensionem hiatus terræ absorbit ( *Ibid.*, 35 )? Nam cum instigassent Core et Dathan et Abiron ducentos <sup>c</sup> quinquaginta viros adversus Moysen et Aaton, ut separarent se ab iis, insurrexerunt illi dicentes: *Satis sit vobis quod tota Synagoga, omnes sancti, <sup>d</sup> et in ipsis Dominus* ( *Ibid.*, 3 ).

53. Unde iratus Dominus locutus est ad omnem Synagogam. Consideravit et novit Dominus qui sunt ejus ( *H Tim.* II, 19 ), et sanctos adduxit ad se: et quos non elegit, non adduxit ad se. Et jussit Dominus, ut eligerent sibi arulas, et incensum ponerent Core et omnes, qui cum eo insurrexerant adversum Moysen et Aaron sacerdotes Domini; ut qui electus esset a Domino, ipse **1035** sanctus confirmaretur inter levitas Domini.

54. Et dixit Moyses ad Core: *Audite me, filii Levi, numquid hoc pusillum est vobis, quod separavit vos Deus a synagoga Israel, et adduxit vos ad se, ut ministraretis ministeria Tabernaculi Domini* ( *Num.* XVI, 9 et seq. )? Et infra: *Queritis sacerdotio fungi, sic tu et omnis synagoga tua congregata ad Deum? Et Aaron quid est, quia murmuratis de eo?*

55. Consideratis igitur, quæ offensionis causæ exstiterint, quod sacerdotio fungi indigni vellent, et propterea dissiderent, quod immurmurarent improbantes in sacerdotis sui electione iudicium Dei: propterea totum populum metus ingens corripuit, præcæ terror <sup>b</sup> involvit universos. Obsecrantibus tamen omnibus, ne paucorum insolentia omnes perirent, designantur sceleris rei, et a totius populi corpore ducenti quinquaginta cum auctoribus suis separantur viri, immugiens terram in medio plebis scinditur, aperitur in profundum sinus, abripiuntur noxii, et ita ab omnibus mundi hujus ablegantur elementis; ut nec aerem haustu, nec cælum visu, nec mare tactu, nec terram continentarent sepulcro.

56. Cessavit poena, non cessavit malitia: et hoc ipso immurmuratio exorta populi, quod per sacerdotes perisset populus. Qua indignatione Dominus perdidisset omnes, nisi Moysi et Aaron primo precibus inflexus, post etiam objectu sacerdotis sui Aaron maluisset ingratos majorè veniæ pudore donare iis, quorum abnuebant gratiam.

57. Ipsa prophetissa Maria, quæ cum fratribus pede transiret veram terram mris, quia Æthiopiæ myste-

rum adhuc nesciens, immurmuraverat adversus fratrem Moysen, sepræ maculis inhorruit; ut vix tanto esset absoluta contagio; nisi Moyses rogasset ( *Num.* XII, 10 et seq. ). Quamvis ad typum Synagoge illa refertur admurmuratio, quæ Æthiopiæ istis, id est, Ecclesiæ ex gentibus sacramentum ignorans; quoditiano immurmurat convicio, et invidet ei plebi, cuius fide etiam ipsa exuatur a perfidiæ suæ lepra, secundum quod legimus, quia *cæcitas ex parte in Israel contigit, donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret* ( *Rom.* XI, 25 ).

58. Et ut advertamus quia in sacerdotibus divina magis quam humana operatur gratia, una ex multis, quas Moyses per Tribus acceperat et reconsiderat virga Aaron floruit: atque ita divini iudicii manus spectandum in sacerdote populus advertit, ac desinit parem sibi humano iudicio vindicare gratiam, qui ante parem sibi prærogativam competere arbitratur. Virga autem illa quid aliud ostendit, nisi quod numquam sacerdotalis marcescat gratia, et in summa humilitate habeat in suo munere commissæ sibi aurem potestatis, vel quia id quoque ad mysterium refertur? Nec otiose prope exitum vitæ Aaron sacerdotis hoc factum putamus. Declarari videtur populus senior, sacerdotalis longævæ infidelitatis vetustate cæriosus, quod ultimis temporibus imitatione Ecclesiæ **1036** reformatus <sup>f</sup> in studia fidei et devotionis, emortuum jam tot sæculis reditiva gratia florem remittat.

59. Quid autem illud significat, quod post defectum Aaron non universo populo, sed soli Moysi qui est in sacerdotibus Domini, imperavit Deus ut exuviis Aaron sacerdotis stictum ejus indueret Eleazarum ( *Num.* XX, 26 ); nisi ut cognosceremus <sup>g</sup> quod sacerdos sacerdotem consecrare debeat, et ipse eum induere vestimentis, hoc est, virtutibus sacerdotibus: ac tunc si nihil ei deesse indumentorum adverterit sacerdotalium, et apte quadrare omnia, sacris eum adhibeat altaribus? <sup>h</sup> Supplicatorum enim pro populo, eligi a Domino, et probari debet a sacerdotibus; ne quid sit, quod in ipso graviter offendant, cuius officium est pro aliorum offensa intervenire. Neque enim medioeris virtus sacerdotalis est, cui cavendum non solum ne gravioribus flagitiis sit affinis, sed ne minimis quidem; ut sit promptus ad misericordiam, promissum non remordeat, lapsum revocet, compatiatur dolori, mansuetudinem teneat, pietatem diligat, iram repellat vel decoquat: sit quidam stivus plebis excitandæ ad devotionem, mirificandæ ad tranquillitatem.

60. Vetus dictum est: *Assuesce unus esse; ut vita tua quamdam picturam exprimat, eandem ser-*

<sup>a</sup> Non pauci mss., *pietatis meritum*.

<sup>b</sup> Mss. etiam complures, *timere Domini, commotionem sacerdotis placare*.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *quadraginta viros... omnes sancti et ipse Dominus*.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *et ipse Dominus*.

<sup>e</sup> Codex Gem., *invasit universos*.

<sup>f</sup> Quidam mss., *in studia fidæ devotionis*.

<sup>g</sup> Episcopalem consecrationem non nisi, a sacerdotibus, hoc est ab episcopis fieri oportere expressis verbis ostendit sanctus Doctor, nec ambigue etiam quam parum juris populo in episcopali electione semper fuerit, dum nullas illius partes hic commemorat, satis innuit.

<sup>h</sup> Pauci mss., *Supplicator enim pro populo*.

vans semper imaginem, quam acceperit. Quomodo potest unus esse, qui nunc iracundia inflammatur, nunc indignatione gravi exæstuat, nunc vultu excandescit, nunc pallore immutatur, per momenta varius et discolor? Sed esto, sit naturæ irasci, aut plerumque causæ; hominis est tamen temperare iracundiam, non leonino a raptari furore, ut non norit mansuescere, clamores non serere, nec acerbare familiæ jurgium; scriptum est enim: *Vir iracundus effodit peccatum* (*Prov. xv, 18*). Non est unus duplici corde, non est unus qui se cohibere nescit in iracundia, de quo pulchre David ait: *Irascimini, et nolite peccare* (*Psal. iv, 5*). Non iram imperat, sed indulget naturæ: quam homo prævenire non potest, mitigare potest. Ergo etsi irascimur, affectus noster motum recipiat secundum naturam, non peccatum præter naturam. Quis enim ferat, si ipse se gubernare nequeat, qui alios gubernandos receperit?

61. Ideoque Apostolus formam dedit, quia et episcopum esse oportet irreprehensibilem (*1 Tim. iii, 2*); et alibi ait: *Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundam, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum* (*Tit. i, 7 et seq.*). Nam quomodo conveniunt sibi dispensantis misericordia, et cupientis avaritia?

62. Hæc posui, quæ cavenda acceperim: virtutum autem magister Apostolus est, qui cum patientia redarguendos doceat contradicentes, qui unius uxoris virum (*Ibid.*) præcipiat esse, non quo exsortem excludat conjugii (nam hoc supra legem præcepti est), sed ut conjugali castimonia servet b ablutionis suæ gratiam: neque iterum **1037** ut filios in sacerdotio creare Apostolica invitetur auctoritate; habentem enim

<sup>a</sup> Ita omnes inss., at contra omnes edit., *raptari furore, non norit assuescere clamore, non serere, etc.*  
<sup>b</sup> Codex Vall., *absolutionis gratiam.*

<sup>c</sup> Big. cod., *unius uxoris dici potest baptismum habitæ, rectius alii, ut nos in textu. Operæ autem pretium fuerit, quæ hic de monogamia et continentia sacerdotali traduntur, cum his quæ disputantur lib. 1 Offic. cap. 50, num. 257 et 258, componere, nec non observationem a nobis illic subjectam consulere.*

<sup>d</sup> Rom. edit. et pauci mss., *in concilio Nicæni tractatu*; alii mss. aliquot, *in concilio Nicæno tractatus*; reliqui, et vet. edit., *in concilio Nicæni tractatus*; sic ut etiam legitur in ant. edit. Gratiani, et aliorum. At vero quoquo modo legimus hunc locum, difficultate sua non carebit. Etenim cum canones concilii Nicæni tantum 20 habeantur, in quorum nullo de bigamis ad clericatum non admittendis quidquam dicitur, quid his verbis indicet Ambrosius, incertum est. Baronius et qui eum sequuntur, cuneum sibi videntur huius modo invenisse, dum præter hos 20 canones dicunt alios quosdam ab eadem synodo conditos esse, qui ad ætatem nostram non pervenerint. Verumtamen, pace tantorum virorum, inquisitio Alrorum antistitum qui temporibus Bonifacii ac Zozimi, missis Alexandriam atque Antiochiam ad querendos eosdem canones legalis, tantum 20 receperant: vetera ejusdem synodi exemplaria, in quibus totidem inventiuntur, nam quod 22 habet Rufinus, nihil est, cum ille 4 e duobus divisis effecerit: postremo testimonia Theodoretii lib. 1, cap. 8, et Hincmarii Rhemensis epist. ad Laudunensem non plures Nicænos canones fuisse quam 20 palam faciunt. Quare nonnulli

A dixit filios, non facientem neque conjugium iterare.

63. Quod ideo non prætermisi, quia plerique ita argumentantur e unius uxoris virum dici post baptismum habitæ; eo quod baptismo vitium sit ablutum, quo afferbatur impedimentum. Et vitia quidem atque peccata diluantur omnia; ut si quis contaminaverit suum corpus cum plurimis, quas nulla conjugii lege sociaverit, remittantur ei omnia: sed conjugia non resolvuntur, si quis iteraverit; culpa enim lavacro, non lex solvit: nulla enim culpa conjugii; sed lex est. Quod legis et igitur non remittitur, quasi culpa: sed tenetur, quasi lex. Ideo et Apostolus legem posuit, dicens: Si quis sine crimine est, unius uxoris vir (*Dist. 26, cap. Qui sine*). Ergo qui sine crimine est, unius uxoris vir, tenetur ad legem sacerdotii suscipiendi: qui autem iteraverit conjugium, culpam quidem non habet coinquinati, sed prærogativa exiit sacerdotis.

64. Diximus quid legis sit, dicamus etiam quid rationis. Sed prius cognoscamus non solum hoc Apostolum de episcopo et presbytero statuisse, sed etiam Patres d in concilio Nicæni tractatus addidisse, neque clericum quemquam debere esse, qui secunda conjugia sortitus sit. Quomodo enim potest consolari viduam, honorare, cohortari ad custodiendam viduitatem, servandam marito fidem, quam ipse priori conjugio non reservaverit? Aut quid interesset inter populum et sacerdotem, si iisdem astringerentur legibus? Debet præponderare vita sacerdotis, sicut præponderat gratia; nam qui alios præceptis suis ligat, C debet ipse legitima præcepta in se custodire.

65. Quam resistetiam ne ordinarer! Postremo cum cogerer, saltem ordinatio protelaretur! Sed non valuit e præscriptio, prævaluit impressio. Tamen or-

quidem de numero eorum non dissentiant, sed ii negant agi de canonibus a Doctore nostro, quem tractatus tantum, hæc de re in Nicæno concilio habitus, non autem canones conditos testari dicunt. At vero cum præmiserit Ambrosius, quid Apostolus de episcopo et presbytero statuerit, manifestum est eum quid in memorata synodo de diacono et subdiacono decretum fuerit, subjecisse: neque hunc locum alio sensu posse intelligi. Nobis igitur nihil occurrit verisimilius, quam si dicamus canonem illum ex alio concilio Nicæni canonibus in eo codice, quo utebatur sanctus Antistes, additum esse, quo ille in fraudem inductus fuerit, sicut in simili re alii non pauci. Sed neque ullum movere debet, quod habetur, *neque clericum quemquam, etc.*; vocem enim clericum, ad diaconos et subdiaconos restringi constat, quemadmodum verba quoque Leonis Magni ex epist. 12, ad Anastas., cap. 4, ubi scribitur: *Nam cum extra clericorum ordinem constituitis nuptiarum societati... nec subdiaconis quidem connubium carnale conceditur.* Quibus verbis subdiaconos ac superiores ordines intra clericorum classem includere voluit sanctus Papa, non autem inferiores; cum his uxorum copula permitterentur.

<sup>e</sup> *Præscriptio* idem hic sonat ac ecclesiastica seu canonica constitutio: *impressio* autem vis est atque impetus popularis. Frequenter porro de electione sua conqueri solet Ambrosius, exempli causa lib. 1 de Offic. cap. 1, num. 4, lib. 11 de Pœnit. cap. 8, num. 72, et alibi. Quod autem adjunctum ordinationem suam ab orientalibus episcopis excipio lo fuisse comprobata, Baronius et alii post eum intelligendum censent de



dinationem meam occidentales episcopi iudicio, orientales etiam exemplo probarunt. Et tamen neophytus (*Dist. 61, cap. Neophytus*) prohibetur **1038** ordinari, ne extollatur superbia. Si dilatio ordinationi defuit, vis cogentis est; si non deest humilitas competens sacerdotio, ubi causa non hæret, vitium non imputatur.

66. Quod si in aliis Ecclesiis tanta suppetit ordinandi sacerdotis consideratio, quanta cura expetitur in Vercellensi Ecclesia, ubi duo pariter exigi videntur ab episcopo, monasterii continentia, et disciplina Ecclesiæ? <sup>a</sup> Hæc enim primus in occidentis partibus diversa inter se Eusebius sanctæ memoriæ conjunxit; ut et in civitate positus instituta nonachorum teneret, et Ecclesiam regeret jejunii sobrietate. Multum enim adjumenti accedit ad sacerdotis gratiam, si ad studium abstinentiæ, et ad normam integritatis juventutem astringat, et versantes intra urbem <sup>b</sup> abdicet usu urbis et conversatione.

67. Hinc illi processerunt viri, Elias, Elisæus, <sup>c</sup> Joannes, Elisabeth, qui pelliceis tunicis et caprinis exuviis induti, inopes atque egentes, angustiis et doloribus afflicti, in solitudinibus errabant, inter alta et condensa montium, in via rupium, <sup>d</sup> speluncarum horrida, fovearum vadosa, quorum conversatione dignus orbis terrarum non erat. Hinc illi Daniel, Ananias, Azarias, Misael, qui in aula regia pascebantur, jejunio alebantur tamquam in desertis, cibo aspero, potuque obvio. Meritoque regii servuli <sup>e</sup> regnis prævaluerunt, et captivitatem decusso jugo contempserunt, potestates subegerunt, elementa vicerunt, naturam ignis exstinxerunt, hebetarunt flammæ, obtulerunt aciem gladii, strinxerunt leonum ora; et ubi infirmiores fieri æstimabantur, ibi fortiores reperiebantur: non fugiebant ludibria humana, quia cœlestia sperabant præmia: non horrebant tenebras carceris, quibus æterni luminis gratia refulgebat.

68. Hos secutus Eusebius sanctus exivit de terra sua, et de cognatione sua, et domestico otio peregrinationem prætulit. Pro fide quoque **1039** exsilii

Nectario Constantinopolitano, de quo satis abunde a nobis dictum ad epist. 13, num. 3.

<sup>a</sup> Hanc institutionem Baronius ad an. 328 ab Eusebio tum factam censet, cum ab Ægypto, quo legatus a Romano Pontifico missus fuerat, ad suos rediit. Sed cum Ambrosius non monachorum Ægyptiorum, ut Baronius asserit, sed Eliæ, Elisæi ac Baptistæ exemplis Eusebium ductum memoret, ut monasticam vitam conjungeret cum clericali, nihil prohibet quominus conjunctionem hanc ea legatione priorem arbitremur.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *abducatur usu urbis*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, et edit. Rom. omittunt *Elisabeth*: at omissionis causam putamus esse, quod eam vocem in gignendi casu positam non adverterunt; phrasi enim Græca dicitur, *Johannes Elisabeth, supple filius*.

<sup>d</sup> Mss. nonnulli, *speluncarum horrea*.

<sup>e</sup> Edit. Amerb. atque Eras., *regis prævaluerunt*. Gill. ac Rom., *regi prævaluerunt*: mss. vero ut in textu.

<sup>f</sup> Quemadmodum Eusebius Vercellensis ac Dionysius Mediolanensis propterea in exsilium a Valente imperatore pulsati fuerint, quod in Mediolanensi

A dura præoptavit atque elegit, conjuncto sibi sanctæ memoriæ <sup>f</sup> Dionysio, qui posthabuit imperatoris amicitiam exsilio voluntario. Itaque memorabiles viri circumdati armis, vallati exercitu, cum raperentur de Ecclesia majore, triumphabant de imperio: quia contumelia terrestri mercabantur mentis fortitudinem, regni potentiam, quibus <sup>g</sup> militaris manus armorum strepitus extorquere non potuit fidem, süberunt bestialis animi feritatem, quæ nocere sancis nequivit. Ira enim regis, ira leonis, ut in Proverbiis habes (*Prov. xix, 12*).

69. Confessus est victum se esse, qui rogabat ut mutarent sententiam: sed illi validiorem calamum suum ferreis gladiis arbitrabantur. Denique vulnerata est perfidia, ut occideret, non est vulnerata sanctorum fides: non desiderarunt patrium sepulcrum, quibus reservabatur cœleste domicilium. Erraverunt toto orbe, ut nihil habentes, et possidentes omnia (*II Cor. vi, 10*). Quocumque missi essent, locus deliciarum putabatur; neque enim illis quidquam deerat, quibus fides locuples abundabat. Denique locupletabant alios, ipsi inopes ad sumptum opimi ad gratiam. Tentabantur, sed non mortificabantur, in jejuniis, in laboribus, in custodiis, in vigiliis. Evaserunt de infirmitate fortes (*Hebr. xi, 34*). Non expectabant deliciarum illecebras, quos saginabat fames: non adurebat eos torrida æstas, <sup>h</sup> quibus refrigerabat æternæ spes gratiæ: non frangebant glacialis plagæ frigida, quibus ferventi spiritu vernabat devotio: non verebantur vincula hominum, quos Jesus solverat: non desiderabant redimi a morte, qui præsumebant a Christo resuscitari.

70. Denique sanctus Dionysius exegit votis, ut in exsilio vitam poneret; ne regressus confusa institutis seu usu infidelium studia plebis aut cleri inveniret: meruitque hanc gratiam; ut pacem Domini tranquillo affectu secum referret. Itaque ut Eusebius sanctus prior levavit vexillum confessionis; ita beatus Dionysius in exsilii locis <sup>i</sup> priori martyribus vitæ vitam exhalavit.

71. Hæc igitur patientia in sancto Eusebio me-

concilio recusaverint Athanasii subscribere condemnationi, explicat Athanasius ipse in epist. ad Solitarios, Hilarius extrema epist. ad Constant., Socrates, Sozomenus, Sulp. Severus, et alii.

<sup>g</sup> Ita mss. prope ad unum: edit. vero dictionem manus non agnoscebant.

D <sup>h</sup> Rom. edit. et mss. aliquot, *quos.... gloriæ.... plagæ frigora*; vet. edit., *quos.... gratiæ.... plagæ frigiditas*. mss. autem magno numero, ut in contextu.

<sup>i</sup> Omnes edit. et mss. nonnulli, *propiori martyribus* (quidam, *martyrii*) *titulo*; alii multo plures, *priori*, etc., quod magis videtur huic loco congruere, ut cruento sed brevi martyrio diuturni exsilii labores ac molestiæ, in quibus vitam finivit Dionysius, præferatur. Ejus porro obitum in civitate Retroiensi provinciæ Cappadociæ anno 371 vel 374 VIII kal. Jun. contigisse memorant Baronius ad annum 375, Ughellus tomo IV, et Bollandi continuatores. Quod autem ad Eusebium, is in sermonibus duobus Ambrosii nomine hactenus divulgatis, quos Ughellus ex ms. allegat ante annos 1000, ut putat, scripto, dicitur inter cruciatum ab Arianis ipsi adhibitos exspirasse. Atta-



nasterii coaluit usu, et durioris observationis consuetudine hausit laborum tolerantiam. Namque hæc duo in attentiore christianorum devotione præstantiora esse quis ambigat, clericorum officia, et monachorum instituta? <sup>a</sup> Ista ad commoditatem et moralitatem disciplina, illa ad abstinentiam assuefacta atque patientiam: hæc velut in quodam theatro, illa in secreto: spectatur ista, illa absconditur. Ideo **1040** bonus athleta ait: *Spectaculum facti sumus huic mundo et angelis* (I Cor. iv, 9). Dignus sane qui spectaretur ab angelis, cum luctaretur, ut ad Christi bravium perveniret; cum certaret, ut in terris vitam angelorum institueret, in cælo nequitiam angelorum refelleret: colluctabatur enim nequitiis spiritualibus. Merito mundus eum spectabat, ut mundus imitaretur.

72. Hæc ergo vita in stadio, illa in spelunca: hæc adversus confusionem sæculi, illa adversus carnis appetentiam: hæc subjiciens, illa refugiens corporis voluptates: hæc gratior, illa tutior: hæc se ipsam regens, illa semet ipsam coercens: utraque tamen se abnegans, ut fiat Christi; quia perfectis dictum est: *Qui vult post me venire, abneget se ipsum sibi, et tollat crucem suam, et sequatur me* (Matth. xvi, 25). Sequitur ergo Christum, qui potest dicere: *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus* (Gal. ii, 20).

73. Negabat se Paulus, cum sciens quia vincula et tribulationes eum manerent in Hierusalem, voluntarius se offerret periculis, dicens: *Nec facio animam meam chariores mihi, dummodo consummam cursum meum, et ministerium verbi, quod accepi a Domino Jesu* (Act. xx, 24 et seq.). Denique circumstantibus plurimis, plorantibus et obsecrantibus, non reflexit animum: ita fides prompta dura sui censor est!

74. Hæc ergo dimicat, illa se removet: hæc illecebras vincit, illa refugit: huic mundus triumphatur, illi exsulat: huic mundus crucifigitur (Gal. vi, 14), vel ipsa mundo, illi ignoratur: huic plura tentamenta, et ideo major victoria; illi infrequentior lapsus, facilius custodia.

75. Denique ipse Elias, <sup>b</sup> ut confirmaretur verbum oris ejus, missus est a Domino, ut se ad torrentem absconderet Chorath (III Reg. xvii, 3). Minabatur Achab, minabatur Jezabel, timuit Elias et exsurxit, et iterum in virtute escæ intelligibilis quadraginta diebus ambulavit, et quadraginta noctibus usque ad montem Dei Choreb, et introivit in speluncam,

men verisimile, ut Baronius ad ann. 371 observat, minime videtur Ambrosium hoc loco id vel prætermisurum, vel secundum vet. edit. lectionem Dionysii priores in Eusebium delatum fuisse, si hujus exsilium cruentus exitus coronasset. Sed alibi de iisdem illis sermonibus ac de utroque sancto confessore dicturi sumus.

<sup>a</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *ad comitatem*; alii vero mss., majori numero, *ad commoditatem*, nimirum ut proximorum necessitatibus inserviat, et se accomodet: sic etiam moralitas Ambrosio idem est ac morum facilitas.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *ut infirmaretur verbum*, etc.

<sup>c</sup> Ita vet. edit. pluresque mss. Rom. autem edit.

et requievit ibi; et sic postea missus est, ut ungeret reges (III Reg. xix, 8, 9). Duratus igitur ad patientiam est solitudinum incolatu, et tamquam pastus ad virtutis adipalem agrestis alimento processit fortior.

76. Joannes quoque in deserto adolevit, <sup>c</sup> et Dominum baptizavit (Luc. iii, 2, 19); et constantiam illic prius exercuit, ut postea regem increparet.

77. Et quia de sancti Eliæ habitatione deserti nomina locorum non otiosa quasi feriati præterivimus, quid significant repetendum videtur. Missus est Elias ad torrentem Chorath, ibi eum corvi elebant, mane panem afferebant, **1041** ad vesperam carnes. Non immerito mane panis afferebatur; quia confirmat cor hominis (Psal. ciii, 15). Quo enim cibo nisi mystico aleretur propheta? Ad vesperam <sup>B</sup> caro ministrabatur. Intellige quæ legis, quia <sup>d</sup> Chorath intellectus est; Choreb omne cor, vel quasi cor dicitur, Bersabee quoque puteus septimi, aut juramenti Latina interpretatio est.

78. Primum Elias in Bersabee concessit ad sanctæ legis mysteria, divinique juris sacramenta: postea ad torrentem mittitur, ad illum fluminis impetum, qui lætificat civitatem Dei (Psal. xlv, 5). Utrumque advertis unius auctoris Testamentum: vetus Scriptura quasi puteus profunda atque obscurior, unde cum labore haurias: non plena; quia adhuc qui implet eam, non venerat. Denique postea ait: *Non veni Legem solvere, sed implere* (Matth. v, 17). Ideo ad fluvium transire sanctus a Domino jubetur (III Reg. xvii, 3); quoniam qui de novo Testamento biberit, <sup>C</sup> non solum flumen est, sed etiam flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ (Joan. vii, 38), flumina intellectus, <sup>e</sup> flumina cogitationis, flumina spiritualia: quæ tamen perfidiæ aruerunt tempore, ne sacrilegi biberent, potarent perfidi.

79. Ibi prophetam Domini agnoscebant corvi, quem non agnoscebant Judæi. Pangebant corvi, quem genus regale illud et nobile persequabatur. Quæ est Jezabel, quæ persequabatur (III Reg. xvii, 6), nisi Synagoga, vane fluens, vane abundans Scripturis, quas neque custodit, neque intelligit? Qui corvi pangebant, nisi quorum pulli eum invocant, quorum jumentis dat escam, ut legimus, *pullis corvorum invocantibus eum* (Psal. cxlvi, 9)? Sciebant illi corvi, quem pascerent: qui juxta intellectum erant, et ad <sup>D</sup> illum cognitionis sacræ fluvium escam vehebant.

80. Pascit prophetam, qui intelligit, qui custodit

cum aliis cod. nonnullis omittunt, et Dominum baptizavit.

<sup>d</sup> In lib. de Fuga sæculi cap. 6, num. 34, Chorath exponitur *cognitio*; sed *Oreb* vel, ut scribitur in mss., *Choreb*, in eodem libro dicitur *exsiccatio*, et vulgo etiam explicatur *siccitas, desertum, destructio et gladius*, a quibus interpretationibus hoc loco non parum Ambrosius recedit, sed haud dubie alius ejuspiam scriptoris auctoritatem secutus. Quod vero ad vocem *Bersabee* seu *Betsabee*, illam ejus explicationem omnes proponunt.

<sup>e</sup> Ita mss. prope ad unum: omnes vero edit., *flumina cognitionis*.

quæ scripta sunt. Dat ei succum fides nostra, dat ei A alimentum noster profectus: <sup>a</sup> mentes ille nostras sensusque pascitur, in nostro sermo ejus intellecta epulatur. Damos ei mane panem, qui in lumine Evangelii positi, conferimus ei nostri firmamenta cordis. His alitur, his viget, his jejulantium replet ora, quibus Judæorum perfidia nullum fidei cibum subministrabat. Jejunus est illic omnis sermo propheticus, cujus adipem interiorem non vident, exesus et tenuis, qui impinguare eorum fauces non potest.

81. Fortasse ideo deferebant ad vesperam carnes, quasi fortiores tibos, quos infirmi ingenio Corinthii non poterant sumere; et ideo lacte potabantur Apostolico (1 Cor. iii, 2). Esca ergo fortior ad vesperam mundi hujus deferebatur, mane panis. Et ideo quia Dominus hanc ministrari mandavit **1042** B allomoniam, bene illud propheticum dici ei hoc loco convenit: <sup>b</sup> *Exitu matutino et vespere delectabis*; et infra: *Parasti cibum illorum; quia ita est præparatio ejus* (Psal. lxxiv, 9, 10).

82. Sed satis de magistro dictum puto, nunc discipulorum vitam persequamur, qui in illam se laudem induerunt, hymnis dies ac noctes personant. Hæc nempe angelorum militia est semper esse in Dei laudibus, orationibus conciliare crebris, atque exorare <sup>c</sup> Dominum: student lectioni, vel operibus continuis mentem occupant, separati a cœtu mulierum, sibi ipsi invicem tutam præbent custodiam. Qualis hæc vita, in qua nihil sit quod timeas, et quod imiteris plurimum adest? Jejunii labor compensatur mentis placiditate, levatur usu, sustentatur otio, nec fallitur negotio: non oneratur mundi sollicitudine, non occupatur alienis molestiis, non urgetur urbanis discursibus.

83. Huic vel servando, vel edocendo mœneri advertitis qualis adhibendus magister sit, quem reperire possumus, si vestra unanimitas aspiret, si vos doneis invicem vobis (Ephes. iv, 32), si quis ab altero <sup>d</sup> se læsum putat. Non enim hæc sola est forma justitiæ, ut non lædas eum, qui te non læserit; sed etiam illa, ut etiam ei remittas, qui te læserit. Lædimur plerumque fraude alterius, dolo proximi: nunquid hoc virtutis putamus, ut dolum dolo ulciscamur, fraudem referamus fraudibus? Etenim si justitia virtus est, crimine debet <sup>e</sup> vacare, nec improbitatem improbitate refellere. Quæ enim virtus hæc a te fieri, quod in altero ipse punias? Contagio ista improbitatis non ultio est: nihil autem interest

A cui malefacias, utrum justo, an injusto, cum te malefacere non oporteat. Neque distat quomodo malignas sis, utrum <sup>f</sup> vindicandi studio, an voto nocendi; cum malignitas in utroque genere non careat reprehensione. Nam malignum esse ab injusto nihil distat: ideoque tibi dictum est: *Noli malignus esse inter malignantes, neque æmulatus fueris facientes iniquitatem* (Psal. xxxvi, 1); et supra idem ait: *Odio habui congregationem malignantium* (Psal. xxv, 5). Omnes utique complexus est, nullum excepit: malignitatem tenuit, non causam interrogavit.

84. Quæ autem melior forma quam justitiæ divinæ? Dicit enim Dei Filius: *Diligite inimicos vestros* (Matth. v, 44). Et iterum dicit: *Orate pro persequentibus et calumniantibus vos*. Eousque perfectis studium adimit ultionis, ut lædentium <sup>g</sup> charitatem imperet. Et quoniam in veteri Scriptura dixerat: *Mihi vindictam, et ego retribuam* (Deut. xxxii, 35), in Evangelio ait orandum pro iis qui læserint; ne in eos vindicet, qui vindicandum promisit: vult enim ex tua dimittere voluntate, in quo **1043** ex tua convenitur promissione. Quod si vindictam requiris, habes quia injustus amplius suis punitur opinionibus, quam judicariis severitatibus.

85. Et quoniam nemo potest esse sine aliquibus adversis, id agamus, ne nobis <sup>h</sup> nostro vitio adversa accidant. Nemo enim gravius alieno condemnatur judicio, quam insipiens suo, qui sibi auctor est malorum. Unde molesta et plena contentionis declinamus negotia, quæ neque fructum habent, et impedimentum afferunt. Quamquam id agere debemus, ne nos arbitrii nostri pœniteat, aut facti: prudentis est enim prospicere, ne frequenter eum pœniteat sui; numquam enim pœnitere solius est Dei. Quis vero justitiæ fructus, nisi mens tranquillitas? Aut quid est juste vivere, nisi cum tranquillitate vivere? Qualis forma fuerit domini, talis totius domus est status. Quod si domui quærentur ista, quanto magis in Ecclesia, *ubi et dives et pauper, servus et liber, Græcus et Scythia, honoratus et plebeius, omnes in Christo unum sumus* (Colos. iii, 11)?

86. Nemo præsumat, quia dives est, plus sibi deferendum (Prov. xvii, 5). Ille est dives in Ecclesia, <sup>i</sup> qui fide dives est; fidei enim totus mundus ditiarum est. Quid mirum si mundum fidelis possidet, qui possidet Christi hæreditatem, quæ pretiosior est <sup>j</sup> mando? *Sanguine pretioso redempti estis* (1 Petr. i, 19). omnibus utique non solis pecuniosis dictum est. Sed

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *ille sensu nostro pascitur*. At eadem cum aliis non post multa, *his jejuna diu*: mss. autem utrobique ut nos in textu.

<sup>b</sup> Sic omnes edit. ac mss. nonnulli: alii vero plures, *exitu matutino et vespere*: quidam etiam, *exitu matutini et vespere delectabis*.

<sup>c</sup> Omnes edit. et quidam mss., *Dominum student, oratione vel operibus*, etc. mss. autem plures ac probatores nobiscum faciunt.

<sup>d</sup> Eras. et seq. edit., *se læsum non putat*; sed abest negatio ab Amerb. et cunctis mss. nec eam quoque sensus admittit. Nam qui se læsum non putat, quod alteri remittat, nihil habet.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *vacare, probitate improbitatem refellere*: in quibusdam etiam omittitur vox *probitate*.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, *justo vindicandi studio*. Cæterum videtur Ambrosius varias causas, quibus dissidium in Ecclesia Vercellensi nutritur, ac episcopi retardabatur electio, hic perstringere.

<sup>g</sup> Mss. aliquam multi, *charitatem impleret*. Non satis recte.

<sup>h</sup> Omnes edit., *nostro judicio*. . . *condemnari potest*; optime vero prophetodum omnes mss., *nostro vitio*. . . . *condemnatur*.

<sup>i</sup> Ita mss., edit. verò, *qui pauperi non sibi dives est. In Ecclesia fidelis dives est; fidelis enim, etc.*

si vultis divites esse, sequimini dicentem: *Sancti in A omni conversatione estote* (*Ibid.*, 15). Non solum divitibus dicit, sed omnibus; quia sine discrimine personarum iudicat, ut bonus testis ejus Apostolus dicit: Et ideo non in remissione, non in fastidio, non in exaltatione cordis: sed in timore, inquit, hoc incolatus vestri tempore conversamini (*Ibid.*, 17). Tempus accepistis hæc in terra, non perpetuitatem: ipsi tempore utamini, qui sciatis vos migraturos.

87. Nolite in divitiis confidere; quia omnia ista hic relinquuntur, sola vos comitabitur fides. Erit sane etiam justitia comes, si fides prævia sit. Quid vos palpant divitiæ? Non auro vel argento, non possessionibus, non serficeis vestibus, de vana vestra conversatione redempti estis: sed præfuso sanguine Christi *Jesu* (*Ibid.*, 18, 19). Ille ergo dives est, qui fuerit heres Dei, Christi coheres. Noli pauperem contemnere, ille te divitem fecit. Noli egentem fastidiare: *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum* (*Psal.* xxxiii, 6). Noli inopem refutare: et Christus pauper factus est, cum dives esset: sed propter te pauper factus est; ut te inopia sua divitem faceret. Noli quasi dives te attollere: sine pecunia misit apostolos suos.

88. Denique primus eorum dixit: *Argentum et aurum non habeo* (*Act.* iii, 6). Gloriat in paupertate, quasi refugiat contaminationem. *Argentum*, inquit, et aurum non habeo: non, aurum et argentum. Nescit ordinem, qui nescit usum. *Argentum et aurum non habeo*, sed fidem habeo. Satis dives sum **1044** in nomine Jesu, quod super omne nomen est (*Philip.* ii, 9). *Argentum non habeo, sed nec requiro; aurum non habeo, sed nec desidero: sed habeo quod vos divites non habetis, habeo quod plures esse etiam vos arbitramini, et dono pauperibus; ut in nomine Jesu dicam: Convalescite, manus remissæ, et genua dissoluta* (*Esai.* xxxv, 3).

89. Sed si vultis divites esse, estote pauperes. Tunc eritis per omnia divites, si fueritis pauperes spirita: Non census divitem, sed animus facit (*Matth.* v, 3).

90. Sunt qui se humiliant in multis divitiis, et recte, ac prudenter; satis enim dives omnibus naturæ lex est, cui cito inveniar, quod abundet: cupiditatibus autem omniis divitiarum abundantia inopia est. Denique nemo pauper nascitur, sed fit. Non ergo naturæ paupertas, sed opinionis est; ideoque cito invenitur dives naturæ, difficile cupiditati. Etenim quo plus unusquisque acquiserit, plus sinit, et quasi quadam inardescit ebrietate cupiditatem suam.

91. Quid quasi necessarium queritis cumulum divitiarum? Nihil tam necessarium, quam cognoscere

quid non sit necessarium. Quid in carnem retorquetis excusationem? Non corporis venter insatiabilem, sed mentis avaritia facit. Numquid caro spem futuri abstulit? Numquid caro spiritalis gratiæ suavitatem ademit? Numquid caro fidem impedivit? Numquid caro aliquid tamquam seriosis dominis, vanis opinionibus adjudicavit? Plus amat caro moderatam frugalitatem, quæ exiit onere, induitur sobrietate; quia sollicitudinem deponit, assumit tranquillitatem.

92. Sed nec ipsæ divitiæ vituperabiles. Denique *redemptio animæ viri, divitiæ ejus* (*Prov.* xii, 8); quoniam qui pauperi donat redimit animam suam. Est ergo et his materialibus divitiis virtutis locus. Quasi gubernatores estis in magno mari. Si quis bene gubernat suum navigium, cito transit fretum, ut perveniat ad portum; qui autem nescit regere suum censuram, onere suo mergitur. Ideo scriptum est: *Possessio dñi civitas firmissima* (*Prov.* x, 15).

93. Quæ est ista, nisi Hierusalem, quæ in cælo est, in qua regnum est Dei? Bona hæc possessio, quæ fructus perpetuos facit. Bona possessio, quæ non hic relinquatur, sed illic possideatur. In hac possessione qui fuerit, dicit: *Portio mea Dominus* (*Psal.* cxviii, 94). Non dicit: Portio mea ab illis usque ad illos porrecta et diffusa terminos. Non dicit: Portio mea inter illos vicinos, nisi forte inter apostolos, inter prophetas, inter sanctos Domini; hæc est enim iusto portio. Non dicit: Portio mea in pratis, non in silvis, non in campis; nisi forte in campis silvæ, in quibus invenitur Ecclesia, de qua scriptum est: *Invenimus eam in campis silvæ* (*Psal.* cxxxi, 6). Non dicit: Portio mea greges equorum: *Mendax enim equus ad salutem* (*Psal.* xxxii, 17). Non dicit: Portio mea armenta boam, **1045** asini, oves; nisi forte inter illa se numerat armenta, quæ agnoscunt possessorem suum: et in illa asina vult consortium habere, quæ non refugit præsepe Christi (*Esai.* i, 3): et illa ovis sibi portio est, quæ ad immolandum ducta est, et ille *Agnus coram tondente sine voce, qui non apernit os suum* (*Esai.* lxi, 7); ejus in humilitate iudicium exaltatum est. Bene ait: *Coram tondente*, quia superflua, non propria in illa deposuit cruce: qui corpus exiit, non divinitatem amisit.

94. Non quicumque ergo dicit: *Portio mea Dominus*. Non avarus dicit; quia venit avaritia, et dicit: Mea portio es, ego te subditum habui, mihi servisti, mihi te in illo auro vendidisti, mihi te in illa possessione adjudicasti. Non dicit luxuriosus: Portio mea Christus; quia venit luxuria, et dicit: Mea portio es, ego te in illo mihi mancipavi con-

<sup>a</sup> Edit. Amerb. atque Eras., et *Christus pauper factus est, ut te inopia*, etc. Rom., et *Christus pauper factus est; cum esset dives: ut te inopia*, etc. Gill. autem et mss. optime locum restituant, ut in corpore.

<sup>b</sup> Sic mss. magno numero: edit. autem Gill. ac Rom., *non habeo. Aurum et argentum nescit ordine, qui nescit usu*: at in Amerb. ac Eras. nec non in mss. quibusdam lacuna est.

<sup>c</sup> Codex Colb. unus, *Non corporis cura*.

<sup>d</sup> Quidquid hoc et seq. num. dicitur, tantam afinitelem habet cum expositione hujus ipsius versiculi Berni. 12 in *Psal.* cxviii, num. 38 et 39, ut negari nequeat idem hic factum ab Ambrosio, quod ei subinde usum venire sæpe advertimus; nimirum ipsam quæ alicubi commode a se tractata arbitrarer, alio etiam pro se nata et argumento transferre constetuisse.

vivio, illis te cepi epularum retibus, ego te additum teneo gulæ tuæ chirographo. An ignoras quia charius fuit mensæ tuæ quam vitæ pretium? Tuo te iudicio revinco: nega, si potes, sed negare non potes. Denique nihil ad vitam reservasti, totum ad mensam expendisti. Non potest dicere adulter: *Portio mea Dominus*; quia venit libido, et dicit: Ego sum tibi portio, mihi te in illius adolescentulæ addixisti amore, in illius nocte meretricis in meas leges, in mea jura migrasti. Non dicit proditor: *Portio mea Christus*; quia statim <sup>a</sup> irruit in eum nequitia mali, et dicit: Fallit te, Domine Jesu, meus est iste.

95. Habemus exemplum (*Joan. xiii, 2*), quia cum Judas panem a Christo accepisset, immisit se in cor ejus diabolus, quasi possessionem suam vindicans, quasi portionis suæ jus retinens, quasi dicens: Non est tuus iste, sed meus: meus certe minister, tuus proditor; meus plane iste est. Denique tecum recumbit, et mihi servit: tecum epulatur, et tecum pascitur: a te panem accepit, a me pecuniam: tecum bibit, et mihi tuum sanguinem vendidit. Quam vera diceret, probavit. Denique Christus recessit ab eo, ipse quoque Judas reliquit Jesum, secutus diabolum.

96. Quam multos dominos habet, qui unum refugerit! Sed nos non refugiamus. Quis refugiat eum quem sequuntur alligati vinculis, sed vinculis voluntariis, quæ solvunt, non alligant, quibus vincti vinculis gloriantur dicentes: *Paulus vinculus Jesu Christi, et Timotheus (Philem., 4)*. Gloriosius ab hoc stringimur, quam aliis absolvimur et relaxamur. Quis igitur fugiat pacem? quis fugiat salutem? quis fugiat misericordiam? quis fugiat redemptionem?

97. Videtis, filii, quales evaserint, qui hæc secuti sunt, quomodo operentur defuncti? Quarum virtutum laudem miramur, earum studeamus adipisci industriam: et quas prædicamus **1046** in aliis, eas in nobis taciti recognoscamus. Nihil molliculum, nihil infractum ad laudem pervenit: *Regnum cælorum cogitur, et cogentes diripiunt illud (Matth. x1, 12)*. Festinantes patres agnum manducabant. Festina est fides, alacris devotio, spes impigra: contradictiones animi non amat, sed translationem ab infructuoso otio ad fructum laborum. Quid in crastinum differs? Potes et hodiernum diem lucrari; cavendum est enim ne et illum non teneas: et hunc amittas. Non exiguum detrimentum est vel horæ unius: et una hora totius vitæ portio est.

98. Sunt juvenes, qui cito volunt ad senectutem

<sup>a</sup> Colb. cod., *irruit in eum malus dolus*.

<sup>b</sup> Omnes edit., *primatus benedictionem*; omnes mss., *primatus benedictionis*.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, *removere culpam secedendo*. Potes imitari, etc. Monebimus autem obiter Ambrosio nostro insolitum non esse, ut cum agitur de pacanda iracundia, Rebecca ac Jacob exemplum in medium afferat. Vide lib. II de Jacob, etc., cap. 4, num. 14, et lib. I Offic. cap. 21, num. 91.

<sup>d</sup> Ita mss. prope ad unum; omnes contra edit., *Amabat mater contra affectum pii amoris dimitti filium*. Et rursus ubi nos cum omnibus edit. ac mss.

pervenire; ne subiceant diutius seniorum arbitrio: sunt etiam senes, qui velint, si possint, ad juventutem redire. Quorum studium neutrum probō; quia juvenes fastidiosi præsentium, quasi ingrati mutationem vivendi requirunt, senes dilationem; cum possit et juvenus senescere moribus, et senectus virere operibus. Neque enim emendationem morum magis ætas affert, quam disciplina. Quanto ergo magis nos oportet spem attollere ad regnum Dei, ubi vitæ novitas, ubi gratiæ erit, non ætatis commutatio?

99. Non otio, non somno merces paratur. Nullum opus dormientis est, nullus fructus otii: immo magis dispendium. Otiosus Esau amisit <sup>b</sup> primatus benedictionis; quia maluit cibum accipere, quam querere (*Gen. xxvii, 35*). Laboriosus Jacob apud utrumque parentem invenit gratiam.

100. Et tamen cum superior esset Jacob virtute et gratia, cessit fratris indignationi, qui sibi prælatum fratrem juniorem dolebat. Ideo scriptum est: *Date locum iræ (Rom. xii, 19)*; ne alterius indignatio te quoque in peccatum trahat, dum vis resistere, dum vis vindicari. Potes et ab illo et a te <sup>c</sup> removere culpam, si cedendum putes. Imitare patriarcham, qui de consilio matris longinqua petiit (*Gen. xxvii, 43*). Et cujus matris? Rebecca utique, hoc est, patientiæ. Cujus enim nisi patientiæ hoc consilium esse poterat? <sup>d</sup> Amabat mater filium; maluit enim sibi eum exulare quam Deo. Et ideo quia bona mater, utrique detulit, juniore tamen filio benedictionem, quam conservare poterat, dedit; non enim filium filio, sed impigrum otioso prætulit, fidelem infido. Sed etiam filio ipsi seniori non parum contulit amandando minorem filium, ne parricidium faceret.

101. Itaque quoniam ob pietatem non propter improbitatem exsulabat a parentibus, loquebatur cum Deo, augebatur censu, liberis, gratia. Neque isis elatus est, cum fratri occurreret: sed humilitas adoravit, non utique illum imitem, illum furibundum, illum degenerem; sed eum quem in fratre considerabat. **1047** Ideoque adoravit septies, <sup>e</sup> numero scilicet remissionis; quia non hominem adorabat, sed eum, quem in carne hominis esse venturum prævidebat spiritu, ut tolleret peccata mundi (*Joan. i, 29*). Quod tibi ex Petri responsione aperitur mysterium, dicente eo: *Si peccaverit in me frater meus, quoties remittam ei? Usque septies (Matth. xviii, 21)*? Vides quoniam peccatorum remissio, ty-

nonnullis, *Et ideo quia*, etc.; alii multo plures cod. expungunt voculas *ideo . . . tamen*, et verbum *dedit*. Non malo sensu, modo verborum trajectionem ita restituas: *Et quia bona mater (supplendum erat) utrique filio detulit benedictionem, quam juniore poterat reservare*.

<sup>e</sup> Septenarium remissionis numerum propter salubati diem ac Jubilæi annum vocat S. Doctor: et mysticam hanc ejusdem numeri explicationem tot locis tractat, ut apud eum vix quidquam aliud occurat frequentius.

pus est illius magni sabbati, illius quietis perpetuæ gratiæ; et ideo contemplatione donatur.

102. Sed quid sibi vult quod et uxores, et filios, et omnes disposuit suos, et præcepit ut et ipsi adorarent super terram (*Gen. xxxiii, 6*)? Non utique ut elementum, quod plerumque repletur sanguine, in quo officina est scelerum, aut vastis plerumque horret cautibus, aut præruptis rupibus, aut sterili et jejuno solo: sed ut carnis præsidium nobis futuram. Et fortasse hoc illud est mysterium, quod te docuit Dominus dicens: *Non solum septies, sed etiam septuagies septies* (*Matth. xviii, 22*).

103. Et vos igitur donate injurias vestras, ut sitis filii Jacob (*Coloss. iii, 13*). Nolite exasperari sicut Esau. Imitamini sanctum David, qui tamquam bonus magister reliquit nobis quod imitaremur, dicens: *Pro eo ut diligenter me, detrahebant mihi: ego autem orabam* (*Psal. cviii, 4*); et cum malediceretur, orabat. Bonum scutum oratio, qua contumelia excluditur, maledictum repellitur, et in ipsos qui maledixerint, frequenter retorquetur; ut suo telo vulnerentur: *Maledicent, inquit, et tu benedices* (*Ibid., 28*). Ambienda hominum maledictio, quæ acquirit Dominicam benedictionem.

104. Quod superest, charissimi, considerate quia Jesus extra portam passus est (*Heb. xiii, 12*), et vos egredimini de hac terrena civitate; quia civitas vestra superior est Hierusalem. Ibi conversamini, ut dicatis: *Nostra autem conversatio in cælis est* (*Philip. iii, 20*). Ideo Jesus exivit de civitate, et vos exeuntes de hoc mundo, supra mundum sitis. Moyses solus qui Deum videbat, extra castra habebat tabernaculum, quando loquebatur cum Deo (*Exod. xxxiii, 7 et seq.*): et hostiarum, quæ pro peccato fiebant, sanguis quidem altaribus inferebatur (*Exod. xxix, 12, 13*), corpora autem extra castra, comburebantur; quia nemo intra mundi hujus vitia positus peccatum deponit, nec sanguis ejus acceptus est Deo, nisi de corporis hujus exeat inquinamento.

105. Hospitalitatem diligite, per quam sanctus Abraham invenit gratiam (*Gen. xviii, 3 et seq.*), Christum hospitio suscepit, filium Sara meruit effeta jam senectute: Lot quoque Sodomitani excidii evasit ignem (*Gen. xix, 2 et seq.*). Et tu potes suscipere angelos, si advenientibus hospitium tuum offeras. Quid de Rahab dicam, quæ hoc munere invenit salutem (*Josue ii, 1 et seq.*)?

106. Compatimini iis qui alligati tenentur vinculis, tamquam simul alligati. Consolanini in luctu positos: *Melius est enim ire in domum luctus, quam in domum gaudii* (*Eccl. vii, 3*). Illic officii meritum boni, hic vitium lapsus refertur. Postremo illinc mercedem sperans, hic recepisti. Sentite laborantibus tamquam simul laborantes.

<sup>a</sup> Mss. aliquot, ut nos.... *supra mundum simus.*  
<sup>b</sup> Vet. edit., *invenit gratiam. Hospitio suscipere filium Sara meruit*; mss. aliquot, *invenit Christum, hospitio suscepit, filium Sara meruit*; cæteri vero mss. ac Rom. edit. ut in contextu.

<sup>c</sup> Quidquid hoc toto numero, et prima sequentis

107. Mulier viro deferat, non serviat. regendam se præbeat, non coerendam. Indignus est conjugio, quæ digna est jurgio. Vir quoque uxorem tamquam gubernator dirigat, tamquam consortem vite honoret, participet ut coheredem gratiæ.

108. Matres, ablacte filios, diligite eos: sed orate pro iis ut longævi super terram sint, non in terra, sed super terram; nihil enim longævum in hac terra; et quod est diu, breve est et magis lubricum. Monete eos ut magis crucem Domini tollant, quam hanc vitam diligant.

109. Maria mater Domini ante crucem filii stabat: nullus me hoc docuit, nisi sanctus Joannes evangelista (*Joan. xix, 25*). Mundum alii concussum in passione Domini conscripserunt, cælum tenebris obductum (*Matth. xxvii, 45*), refugisse solem, in paradysum latronem, sed post piam confessionem receptum (*Luc. xxiii, 43*). Joannes docuit quod alii non docuerunt, quemadmodum in cruce positus matrem appellaverit, pluris putans quod victor suppliciorum pietatis officia matri exhibebat, quam quod regnum cæleste donabat. Nam si religiosum est, quod latroni donatur venia; multo uberius pietatis est, quod a filio mater tanto affectu honoratur: *Ecce, inquit, filius tuus.... Ecce mater tua* (*Joan. xix, 27*). Testabatur de cruce Christus, et inter matrem atque discipulum dividebat pietatis officia. Condebat Dominus non solum publicum, sed etiam domesticum testamentum, et hoc ejus testamentum signabat Joannes, dignus tanto testatore testis. Bonum testamentum non pecuniæ, sed vitæ æternæ: quod non attramento scriptum est, sed Spiritu Dei vivi, qui ait: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis* (*Psal. xlii, 2*).

110. Sed nec Maria minor, quam matrem Christi decebat. Fugientibus apostolis, ante crucem stabat, et piis spectabat oculis filii vulnera; quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem. Aut fortasse quia cognoverat per filii mortem mundi redemptionem aula regalis, etiam sua morte putabat se aliquid publico addituram muneri. Sed Jesus non egebat adjutore ad redemptionem omnium, qui omnes sine adjutore servavit. Unde et dicit: *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber* (*Psal. lxxxvii, 5*). Suscepit quidem affectum parentis, sed non quæsit alterius auxilium.

111. Hanc imitamini, matres sanctæ, quæ in unico filio dilectissimo tantum maternæ virtutis exemplum edidit; neque enim vos dulciores liberos habetis, neque illud Virgo quærebat solatium, quod alium posset generare filium.

112. Domini servis imperate non quasi conditione subditis, sed ita ut naturæ ejusdem cujus vos estis, consortes eos esse meminertis (*I Petr. ii, 18*). Servi

parte continetur, ex lib. x in Luc. num. 129, ac tribus sequentibus totidem pene verbis desumptum fuit.

<sup>d</sup> Non pauci mss., *neque ullum Virgo, etc.*

<sup>e</sup> Rom. edit., *consortes esse vos*. Fortasse hic sit operarii lapsus, sed in omnes seq. edit. propagatus est.

quoque dominis servite cum voluntate; etenim unusquisque quod natus est, patienter **1049** debet suscipere: nec solum bonis, sed etiam asperis obedite dominis. Nam quæ est vestræ servitutis gratia, si bonis serviatis sedulo? Sed si etiam asperes promereamini; nam liberi quoque nullam habent mercedem, si peccantes puniantur a iudicibus: sed illa merces est, si etiam non peccantes. Et vos ergo contemplatione Domini Jesu etiamsi difficilibus serviatis dominis cum patientia, mercedem habebitis. Siquidem ipse Dominus justus ab injustis passus est, et patientia mirabili peccata nostra suæ affixit

<sup>a</sup> Vel. edit. cum mss. non paucis, *sobrietas doctrinæ fidelis sine hæresis temulentia*; quibus verbis terminant epistolam: at Rom. edit. cum reliquis

cruci: et qui illum imitatus fuerit, **1050** peccata sua sanguine suo diluat.

**113.** Ad summam, convertimini omnes ad Dominum Jesum. Sit in vobis vitæ hujus delectatio in bona conscientia, patientia mortis cum spe immortalitatis, confirmatio resurrectionis cum Christi gratia, veritas cum simplicitate, fides cum confidentia, abstinentia cum sanctitate, industria cum sobrietate, conversatio cum modestia, eruditio sine vanitate, sobrietas doctrinæ, fidelitas sine hæresis temulentia. Gratia Domini Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

cod. nobiscum faciunt, nisi quod in quibusdam: Christi non habetur.

## SECUNDA CLASSIS.

### **1049** EPISTOLA LXIV.

**IRENÆO** roganti cur manna quod olim pluit Israelitis, Christianis non pluat; respondet manna Dominici corporis typum fuisse, ac proinde ubi hoc præsens datum est, illud evanuisse. Addit insuper in eodem extitisse figuram sapientiæ, quæ versus animarum cibum est, et cujus subtilitas ex variis Scripturæ locis commendatur.

**AMBROSIO** IRENÆO salutem.

1. Quæris a me cur Dominus Deus manna pluerit populo patrum, et nunc non pluat. Si cognoscis, pluit, et quotidie pluit de cælo manna servientibus sibi. Et corporeum quidem illud (*De Consec., dist. 2, cap. Corporeum*) manna hodie plerisque in locis invenitur, sed nunc non est tanti res miraculi; quia venit quod perfectum est. Perfectum autem panis de cælo, corpus ex Virgine, de quo satis Evangelium te docet. Quanto præstantiora hæc superioribus?

<sup>a</sup> Illud enim manna, hoc est, panem illum qui manducaverunt, mortui sunt: hunc autem panem qui manducaverit, vivet in æternum (*Joan. vi, 5*).

2. Sed est spiritale manna, hoc est, pluvia spiritalis sapientiæ, quæ ingeniosis et quærentibus de cælo infunditur, et irrorat mentes piorum, et obdulcat fauces eorum. Qui igitur intellexerit infusionem divinæ sapientiæ, delectatur, nec alium cibum requirit, nec in solo pane vivit, sed in omni verbo Dei (*Matth. iv, 4*). <sup>b</sup> Qui curiosior fuerit, quærit quid sit istud quod melle dulcius sit. Respondet illi minister Dei: *Hic est panis, quem c dedit tibi Deus manducare* (*Exod. xvi, 15, 16*). Quid sit iste panis, **D** audi: *Sermo, inquit, quem ordinavit Deus.* Hæc ergo

<sup>a</sup> Quidquid a primis hujus epistolæ verbis usque ad vocem superioribus comprehenditur, ad probandam substantialem Christi in eucharistia præsentiam citatur a Lanfranco lib. de Corp. et Sang. Dom. cap. 18.

<sup>b</sup> Multæ edit. Paris., *Qui gloriosior fuerit.*

<sup>c</sup> Rom. edit., *dedit vobis Dominus.... Verbum, inquit, quod, etc.*

<sup>d</sup> Illis verbis præmittit Rom. edit., *Ecce super superficiem deserti minutum ut coriandrum; quod in*

**B** ordinatione Dei, hæc alimonia alit animam sapientis, et illuminat atque obdulcat, resplendens veritatis corusco, et mulcens tamquam favo quodam, ita diversarum virtutum suavitate et sermone sapientis: *Favi enim mellis sermones sunt boni*, sicut scriptum est in Proverbiis (*Prov. xvi, 24*).

3. <sup>d</sup> Cur autem minutum sit, causam accipe: **1050** quia et granum sinapis minutum est, quod comparatur regno cælorum (*Luc. xiii, 19*): et fides quæ sicut granum est sinapis, potest montes tollere, et jactare in mare (*Luc. xvii, 6*). *Et fermento simile est regnum cælorum, quod abscondit mulier in farina mensuris tribus, donec fermentetur totum* (*Luc. xiii, 21*). Et Moyses caput vituli aurei comminuit sicut pulverem, et misit in aquam, et dedit populo bibere (*Exod. xxxii, 20*); incrassatum epim erat eorum perfidiæ immanitate, <sup>e</sup> ut emolliretur, et fidei sumeret subtilitatem. Denique illa mulier, quæ bene emoluerit, assumetur; ea autem quæ male emoluerit, derelinquetur.

4. Emole ergo et tu fidem tuam, ut sis sicut illa anima quæ Christi in se charitatem excitat, quam mirantur ascendentem virtutes cælorum; quod sine offensione ascendat, et ex hoc mundo ascendat cum lætitia et jucunditate: sicut vitis propago, et sicut fumus se ad superna subrigat, flagrans odorem resurrectionis piæ, et suavitatem fidei, sicut habes scriptum: *Quæ est hæc, quæ ascendit a deserto, sicut vitis propago f fumo incensa, odorificata myrrha et thure ab omnibus pulveribus unguenti* (*Cant. iii, 6*).

5. Pulchre subtilitatem ejus expressit pulveris comparatione et unguenti commemoratione; <sup>e</sup> quia aliis, et mss. desideratur.

<sup>e</sup> Malletus scriptum, ut emolueretur; nam subtilitas comminendo potius, quam emolliendo efficitur, et subjectum mulieris, quæ bene moluerit, exemplum lavet: attamen reclamant mss. et edit.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, *fumo incensi odorificata.*

<sup>g</sup> Rom. edit. sola, *quia in Kædo legimus compositum subtile thymiana: illud vero est incensum propheticum.*

in Exodo subtile legimus ( *Exod.* xix, 8 ), et ex A multis compositum thymiana illud esse incensum propheticum, quod est sanctorum oratio ; ut dirigatur in conspectu Domini, sicut et David dicit : *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo* ( *Psal.* cxl, 2 ). Denique Græcus καθυψυθῆναι ἢ προσοψῆναι μου ὡς θυμίανα θυσιῶν σου dixit. Et in Apocalypsi Joannis legimus quia *stetit angelus ante altare, habens thuribulum aureum, et data sunt ei thymiamata multa de orationibus sanctorum omnium. Et ascendit, inquit, fumus thymiamatum orationum sanctorum de manu angeli in conspectu Dei* ( *Apoc.* viii, 3, 4 ).

6. Et umbilicus animæ ac venter subtilis est illius, quæ ascendit ad Christum ; ideoque laudatur voce sponsi dicentis : *Umbilicus tuus 1051 crater tornatilis, non deficiens mixto, venter tuus cervus* B *triticum minutum inter idia* ( *Cant.* vii, 2 ). Est enim in omni doctrina toratus, et potus spiritualis non deliciens plenitudine, et cælestium secretorum cognitione. Venter quoque animæ mysticæ, sicut umbilicus, quo ventre non solum sortem cibum sumit, quo corda firmanantur ; sed etiam suavem ac ferulentum, quo delectantur. Et fortasse hoc docuit Moyses multis orationibus, et piis illud mitigandum sacrilegium.

7. In libro quoque Regneram cum se Dominus sancto revelaret Eliæ, vox auræ tenuis præcessit, et statim se ei Dominus revelavit ( *III Reg.* xix, 12 ) ; ut cognoscans ea, quæ corporea sunt, crasso esse et pingua : ea quæ spiritalia, mollia et subtilia, ut non possint comprehendi oculis. Denique et spiritus sapientiae subtilis et mobilis legitur in libro Sapientiae ( *Sap.* vii, 22 ), quia est in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, et mobilis : qui sermones suos molat prius, ne quid offendant vel in sensu, vel in alloquio. Denique Babyloni illi, cum b destrueretur, dicitur ? *Et vox molæ non audietur in te amplius* ( *Apoc.* xviii, 22 ).

8. Hoc igitur manna subtile erat, et ad diem col-

ligebatur, in diem alterum non servabatur ; eo quod inventa sapientiæ in tempore sint gratiora, nec tam miranda quæ spatio temporis reperiuntur, quam illa quæ presentis funduntur ingenii vivacitate : sive quia futura revelantur mysteria, eo quod servatum manna usque ad solis exortum, esui jam esse non posset, id est, usque ad Christi adventum habere gratiam : oriente autem justitiæ Sole, et splendidioribus Christi corporis et sanguinis sacramentis refulgentibus, cessarent inferiora, perfecta illa sumenda populo forent. Vale, et nos dilige, quia nos quoque te diligimus.

#### EPISTOLA LXV.

SIMPLICIANUM cur hostiarum sanguis partim super altare, partim in crateras infunderetur, scire cupientem Ambrosius honorifice allocutus, per cruoris partem qua perfundebatur altare mysteriorum cognitionem : per eam vero, quæ in crateras immittebatur, morum scientiam significari docet. Subdit insuper adventum Christi, qui utraque disciplina nos erudit, quique proprio sanguine omnes redemit, in eodem sacrificio figuratum.

AMBROSIIUS SIMPLICIANO salutem.

1. Motum te, cum legeres, significasti mihi, quid sibi velt, quod Moyses 1052 post oblatum sacrificium, et immolatas Domino salutares hostias, dimidiam partem sanguinis in crateras miserit, dimidiam autem ad altare effuderit ( *Exod.* xxiv, 6 ). c Sed quid est, quod ipse dubites, et a nobis requiras ; cum fidei et acquirendæ cognitionis divini gratia totum orbem peragraveris, et quotidianæ lectioni nocturnis ac diurnis vicibus omne vitæ hujus tempus deputaveris, acri præsertim ingenio etiam intelligibilia complectens, et pote qui etiam philosophiæ libros, quam a verisint devii demonstrare soleas et plerosque tam inanes esse, ut prius scribentium in suis scriptis sermo, quam vita eorum defecerit.

2. Tamen quia collatio sermonis, ut pecuniæ, magno est usui, atque ea maximus in commune emolumentum negotiationis profectus paratur, quam mi-

sub Constantio degisse, atque ad Victorini rhetoris conversionem operam contulisse discamus ex Augustini Confess. lib. viii, cap. 2, non tamen inde colligi potest eum aut Romæ natum, aut Romanæ Ecclesie presbyterum fuisse, multo etiam minus ipsam a Damaso destinatum ad Ambrosium instituendum. Deinde ut daremus Simpliciani epistolam ad sanctum nostrum initio episcopatus sui scriptam fuisse, at nequaquam hinc sequeretur eundem Simplicianum docendi consilio eam scripsisse ; cum similiter Augustino recens ad eandem dignitatem electo quaestiones proposuerit, nec propterea doctoris partes erga eum suscipere constituerit. Hæc ergo de sancto illo sene tantum certa sunt, eum a primis annis Deo servisse, ac doctissimum fuisse in litteris divinis, quarum cognitionem ut compararet, regiones diversas peragrasset, postremo eundem Ambrosio in accipienda gratia parentem existitisse, seu quod ipsum Romæ primis fidei elementis imbuerit, sive quod Mediolani, cum adhuc catechumenus in episcopatu esset consecrandus, ipsum ad consecrationem rite pieque suscipiendam præparaverit. Quomodo autem in episcopatu eidem successerit, narrat Paulinus in Ambrosii Vita.

a Eadem Rom., edit. *triticum muniti* ; cui lectioni suffragantur sacræ pagine : at ex adverso non solum mss. ac edit. Ambrosii refragantur, verum et ipsius quoque sensus ratio. Etenim Sponsæ venter non probaretur subtilis esse, quod acervo tritici muniti similis diceretur, sed quod acervo tritici minuti ac tenuis.

b Ita vet. edit. ac plerique mss. Rom. autem edit. sola, *quæ destruetur* : at eam aut. edit. ac mss. non nullis, *dicitur*.

c His potissimum verbis niti videtur Baronius in Ambrosii Vita, ut doceat Simplicianum a Damaso Rom. Pont. Mediolanum statim atque Ambrosii ordinationem rescivit, missum fuisse, qui novo episcopo et a provinciæ administratione ad episcopale munus adseito patris ac præceptoris vices præberet : eum autem cum esset dignitate inferior discipulo, hanc ad illum erudiendum viam inivisse, ut non doctorem ageret, sed quasi discipuli sui discipulum, se exhiberet, propositis de sacra Scriptura quibusdam questionibus ipsam ad probandas ingenii vires excitans, et quasi aquila pulum suum ad volandum provocans. Hæc ipsa idem Cardinalis in Annalibus ad annum 375 et 383 eodem prope modo reperit : in quo eam secuti sunt Ughellus, Ripamontius et alii. Verum tamen licet Simplicianum Romæ

rabilis sit ista sanguinis divisio, reticere non queo. A Pars enim ejus moralem sapientiae disciplinam videtur significare, pars mysticæ. Illa quæ in crateras mittitur, moralis est : hæc quæ ad altare effunditur, mystica ; eo quod divino munere et aspiratione quadam humanis infundatur mentibus, ut convenientia et fidei plena de Deo sentiant.

3. Denique qui locuti sunt de ejus majestate, et de cœlestibus, vel apostoli, vel sancti prophetæ, non nisi ex revelatione demonstrata sibi loqui ausi sunt. Unde Paulus et raptum se in paradysum, et audisse se verba, quæ non licet homini loqui, in epistola sua testificatus est (II Cor. xi, 4) : Stephanus quoque vidit cœlos apertos, et Jesum ad dexteram Dei stantem (Act. vii, 55) : <sup>a</sup> et David propheta vidit sedentem (Psal. cix, 1). Nam de Moysse quid loquar, de quo dicit Scriptura, quod non surrexit amplius propheta in Israel, sicut Moyses, qui scivit Dominum facie ad faciem, in omnibus signis et prodigiis, quæ fecit in terra Ægypti (Deut. xxxiv, 10, 11).

4. <sup>b</sup> Mystica ergo Deo libatur, qui splendore divinæ sapientiae, cujus pater et genitor est, inflammat animæ vigorem ac mentem illuminat. Sapientia autem Dei Christus, in cujus pectore recumbebat Joannes (Joan. xiii, 25), ut de principali illo secretoque sapientiae hausisset divina proderetur mysteria. Denique ipse conscius muneris hoc scripsit, qui sibi, quod acceperat, vindicare, et suo assignare ingenio reformidabat. Sed et ipse Dominus dicebat apostolis, os suum aperiens : *Accipite Spiritum sanctum* (Joan. xx, 22) ; quo declaravit **1053** se esse, qui Moysi dixerat : C *Ego aperiam os tuum, et instruam te quid debeas loqui* (Exod. iv, 12). Ergo hæc sapientia divina, inenarrabilis, impermixta atque incorrupta sanctorum animis sui infundit gratiam, et cognitionem revelat, ut speculentur ejus gloriam.

5. Illa autem moralis sapientiae disciplina est, quæ mittitur in crateras, et ex illis percipitur atque hauritur. Crateres igitur sensuum receptacula. Crateres oculi sunt duo, aures sunt, nares sunt, os quoque, et aliae partes convenientes muneri ; oculi enim visum recipiunt et ministrant, auditum aures, odorem nares, ora gustatum, et cætera. In istos crateres Verbum illud, in quo est principatus sacerdotii vel prophetiae, effundit sanguinis sui partes, ut vivificet atque animet irrationabiles portiones, et faciat rationabiles.

6. Denique ubi Legis præcepta enumeravit atque annuntiavit populo, theoriam postea intelligibilis illius arcæ testimonii, vel candelabri, <sup>c</sup> vel thymiamaterii locuturus, immolavit hostias et libavit, sanguinis partem effundens altaribus sacris, partem autem infundens crateribus (Exod. xxv, 31 et seq.).

<sup>a</sup> Ita mss. prope ad unum : edit. autem e contrario, et *Esaias propheta*. Sed verisimilius est editores ideo posuisse τὸ *Esaias*, quod apud eum prophetam vi, 1, clare habeatur, *Vidi Dominum sedentem*, etc. quam a scriptoribus pro *Esaiâ* substitutum *David*, ad quem scilicet obscurius refertur Ambrosii locus.

<sup>b</sup> Omnes edit., *Mystica ergo Deo libantur* ; codex

7. Fit ergo divisio mysticæ illius, hoc est, divinæ moralisque sapientiae. Δόλος enim divisor est animarum atque virtutum : λόγος autem verbum Dei validum et acutum, quod pertransit ac penetrat usque ad divisionem animæ, virtutes quoque distinguit et dividit (Hebr. iv, 12) ; cujus minister Moyses divisione sanguinis virtutum genera distinxit.

8. Et quia nihil præ cæteris in Lege, nisi Christi adventus annuntiatur, atque ejus præfiguratur passio: vide ne ista sit hostia salutaris, quam Verbum Deus in semetipso obtulit, atque in suo immolavit corpore : quod primo in morale in Evangelio, sed etiam in Lege docuit disciplinam, et in sua patientia atque in ipso actu et opere monstravit, tamquam in crateras, ita in mores nostros sensusque transfundens velut substantiam quandam et vitalia ipsa sapientiae, quibus mentes hominum vivificavit ad virtutis seminarium, et instituta pietatis : deinde accedens ad altare, effudit hostiæ suæ sanguinem.

9. Itaque sive ita hæc accipias, pius, ut arbitror, sensus est : sive secundum Salomonem velis, concurrat æque, ut quia sanguinem misit in crateras Moyses propheta, cognoscas ipsum esse sanguinem, de quo scriptum est quia sapientia miscuit in cratere vinum suum (Prov. ix, 2), dicens ut relinquerent insipientiam, et quærerent sapientiam. Hauritur ergo de cratere sapientia, hauritur disciplina, hauritur intellectus, hauritur correctio, hauritur vitæ emendatio, hauritur morum et consiliorum temperatio, pietatis gratia, virtutis incrementum, fons ubertatis.

10. Quod vero ad altare effundit sanguinem, <sup>d</sup> ut intelligas licet ablationem mundi, remissionem **1054** omnium peccatorum. Etenim sanguinem illum ad altare quasi hostiam effundit ad multorum exhaurienda peccata. Agnus enim hostia est, sed agnus non irrationabilis naturæ, sed divinæ potentiae, de quo dictum est : *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* (Joan. i, 29). Non solum enim mundavit sanguine delicta universorum, sed etiam divina potestate donavit. An non tibi videtur effudisse sanguinem suum, de cujus latere supra ipsum passionis altare aqua cucurrit et sanguis (Joan. xix, 34) ? Vale, et nos parentis affectu dilige, ut facis.

#### EPISTOLA LXVI.

D *Præmissa laude epistolarum, maxime quæ de re utili instituuntur, docet per id quod Aaron mulierum in aures in vituli caput conflaverit, significari ereptum serpentinis fatibus fidei signaculum, ac præmonstratam Judæorum idololatriam : per id vero quod fractis tabulis Moyses vitulum comminuit, indicari delendam superbiam ac perfidiam : per illud tandem quod in proximum jussit sævire, nos admoneri, ut consanguini-*

Læt., *Mystica pars ergo*, etc. ; sed elegantius in reliquis mente suppletur, *disciplina* ; in paucis autem ms. pro *libatur* legimus *libat*.

<sup>c</sup> Nonnulli mss. et vet. edit., *vel thymiamatis* ; alii et Rom. edit., *vel thymiamaterii*.

<sup>d</sup> Ita mss. ; edit. vero, *intelligere licet*.



neon posthabeamus religioni, et quidquid Deo in nobis A resistit, præcidamus.

AMBROSIIUS ROMULO.

1. Epistolarum genus propterea repertum, ut quidam nobis cum absentibus sermo sit, in dubium non venit : sed fit hoc usu exemploque pulchrius, si inter parentem ac filios crebra et jucunda <sup>a</sup> alloquia cædantur; ut vere inter disjunctos corpore quædam imago referatur præsentia: his enim adolescit officii amor, <sup>b</sup> sicut tuis ad me, aut meis ad te augetur litteris. Sed hoc multo locupletius proximis tuæ dilectionis experiri cœpi affatibus, quibus me consulendum putasti, quid sibi vellet quod Aaron aurum detraxerit populo poscenti sibi fieri deos, et quod eo auro figuratum sit vituli caput, vel quod Moyses tam dure indignatus sit, ut iuberet proximum quemque insurgere gladiis in necem proximi sui (*Exod. xxxii, 2 et seq.*). Magnum est enim nullum pati absentibus damnum irrepere, non solum suavitatis, sed etiam collationis et liberalis scientiæ. Quid igitur de eo sentiam, quoniam exposcis, conferendi magis quam exponendi studio loquar.

2. Cum Moyses in monte Sina legem acciperet, populus erat cum Aaron sacerdote; et quamvis frequenter ad culpam lubricus, tamen quamdiu lex dabatur, sacrilegium errasse non proditur. Verum ubi divinum conticuit oraculum, peccatum irrepit, ut peterent sibi fieri deos. <sup>c</sup> Coactus Aaron petiit annulos eorum, et inaures mulierum: quæ tradita in ignem misit, et conflatum est vituli caput.

3. Neque excusare tantum sacerdotem possumus, neque condemnare audemus. Non imprudens tamen, qui annulos Judæis et inaures abstulit; etenim qui sacrilegium moliebantur, nec fidei signaculum habere poterant, nec ornamenta aurium. Denique et patriarcha Jacob **1055** abscondit inaures cum simulacris gentium, quando in Sichimis abscondit (*Gen. xxxv, 4*); ut nullus audiret superstitiones gentilium. Pulchre autem dixit: *Deponite annulos et inaures aureas*, <sup>d</sup> quæ sunt inaures mulierum vestrarum (*Exod. xxxii, 2*); non quo virorum inaures relinque-

ret, sed quod viros non habere manifestaret. Congruè quoque inaures auferuntur mulieribus, ne iterum Eva vocem serpentis audiret.

4. Et ideo quia sacrilegium audierant, conflatis earum inauribus, conflata est imago sacrilegii; qui enim male audit, conflare sacrilegium solet. Cur autem caput vituli exierit, sequentia docent: quia significabatur futurum quod Hieroboam posteriore tempore hoc genus sacrilegii induceret; ut populus Hebræorum adoraret <sup>e</sup> vitulas aureas (*III Reg. xii, 30*): sive quod omnis perfidia similis immanitatis atque insipientiæ bestialis sit.

5. Cujus rei indignitate percitus fregit tabulas Moyses, et comminuit vituli caput, atque in pulverem redegit; ut omnia impietatis aboleret vestigia.

<sup>f</sup> Fractæ sunt enim primæ tabulæ; ut repararentur secundæ, quibus per Evangelii prædicationem perfidia comminuta evanuit. Sic Moyses <sup>g</sup> typhum illum dissipavit Ægyptium, et altitudinem extolentem se compressit æternæ legis auctoritate. Unde et David ait: *Et confringet Dominus cedros Libani, et comminuet eas tamquam vitulum Libani* (*Psal. xxviii, 5, 6*).

6. Itaque absorbit populus omnem perfidiam ac superbiam, ne eum absorberet impietas et arrogantia. Melius est enim, ut unusquisque prævaleat carni et vitiiis ejus, ne dicatur de eo quia devoravit eum mors prævalens (*Esai. xxv, 8*), sed dicatur magis: *Devorata est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? Ubi est, mors, aculeus tuus* (*I Cor. xv, 54, 55*)? Et de Domino dictum: *De torrente in via bibet* (*Psal. cxix, 7*); quia acetum accepit, ut absorberet universorum tentationes.

7. Quod autem occidi fecit a proximis proximos, filios a parentibus, a fratribus fratres, præceptum evidens, quia præferenda est religio necessitudini, pietas propinquitati: ea est enim vera pietas, quæ præponit divina humanis, perpetua temporalibus. Unde et ipse Moyses <sup>h</sup> ad filios Levi dixit: *Qui paratus est a Domino, veniat ad me. Et dixit illis: Hæc dixit Dominus Deus Israel: imponite unusquisque gladium suum in femore suo, et pertransite* (*Num. xviii, 6*);

gura insignitis, de quibus consule Grotium ad eundem locum.

<sup>e</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *vitulos aureos*: alii vero plures et potiores *vitulas aureas*. Hanc porro insaniam adorandi boves retulerant Israelitæ ex longo Ægyptiorum usu Apin sive Serapidem sub bovina figura venerantium.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, *Dicit enim: Iratus ira Moyses projecit de manibus suis duas tabulas et confregit sub monte, et accipiens vitulum quem fecerant, combussit illum igne, et contrivit, etc. Fractæ sunt ergo.*

<sup>g</sup> Typhus apud auctores ecclesiasticos pro superbia et fastu sumitur. Nam vox τυφος, unde oritur, proprie fumum significat.

<sup>h</sup> Ita vet. edit. cunctique mss. nisi quod pro *a Domino*, in quibusdam legitur *ad Dominum*: at Rom. edit. totum locum refinxit in hanc formam: *Moses dixit: Si quis a Domino, veniat ad me. Et congregati sunt ad eum omnes filii Levi; et dixit... et pertransite, et redite a porta in portam per castra: et occidite unusquisque fratrem suum, et unusquisque proximum suum, etc.*

<sup>a</sup> Nonnulli mss. et quædam Paris. edit., *alloquia cædantur*; Rom. sola, *alloquia conferantur*; alii mss. frequentissimi, ac vet. edit., *alloquia cædantur*. Qua quidem locutione jam usum videas Ambrosium epist. 57, num. 1, estque imitatio, ut Nannius advertit, Terentiana: *Verum, inquit Comicus, interea dum sermones cædimus*; ubi etiam aliqui legunt, *D cædimus*. Hæc ille.

<sup>b</sup> Mss. non pauci, *si aut tuis.... augetur litteris*, unus, *augetur litteris*: quod non displicet.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, *Sic enim dicunt: Surge et fac nobis deos, qui præcedant nos. Coactus ergo.*

<sup>d</sup> Ita vet. edit. ac plures mss., nonnulli vero tantum exhibent, *quæ sunt mulierum*; at Rom. edit. maluit, *quæ sunt in auribus mulierum*. Ad hunc autem locum loquitur Nannius in hæc verba: Sæpius me male habuit, cur inaures ab idololatriæ cultu diversissimas sepelierit Jacob una cum idolis. Sed hunc scrupulum mihi eripuit Hebræus noster Andræas Balensis, qui respondit inaures ibi vocari, quo sacerdotes in cultu numinis aures tegunt, quales fuere apud Romanos infulæ. At tamen malleus intelligere de inauribus alicui numini dicatis, ejusque aut siderali fi-

ut contemplatione atque amore reverentiæ divinæ A  
perimeretur omnis affectus necessitudinis. Et 1056  
occisa quidem scribuntur tria millia hominum, nec  
numeri invidia movemur; quia melius est paucorum  
supplicio universos exui, quam in omnes vindicari.  
Neque vero aliquid durum videtur pro vindicta inju-  
riæ celestis.

8. Denique sanctiora cæteris ad hoc munus eli-  
guntur ministeria levitarum, quorum portio Deus:  
nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum norunt;  
quoniam sanctis omnia Deus est. Est etiam ille le-  
vita verus ultor et vindex, qui carnem interimit, ut  
servet spiritum; qualis erat ille qui ait: *Castigo cor-  
pus meum, et servituti redigo* ( I Cor. ix, 27 ). Quid  
autem tam proximum, quam caro animæ? Quid tam  
proximum, quam sunt passiones corporis? Eas in se B  
levita bonus interimit spiritali gladio, qui est ver-  
bum Dei bis acutum et validum ( Hebr. iv, 12 ).

9. Est et gladius spiritus, qui pertransit animam,  
sicut ad Mariam dictum est: *Tuam ipsius animam  
pertransibit gladius, ut reveleantur multorum cordium  
cogitationes* ( Luc. ii, 35 ). Nonne caro animæ fra-  
terno quodam copulatur consortio? Nonne etiam  
menti nostræ affinis et propinquus sermo est? Cum  
igitur comprimimus sermonem, ne multiloquio pec-  
catum incidamus, jus germanitatis abrumpimus, et  
fraternæ vinculum propinquitatis dissolvimus; irra-  
tionabile quoque suum anima tamquam cognatum  
rationabili vigore dissociat.

10. Sic ergo Moyses docuit populum insurgere in  
proximos suos, per quos a fides revocaretur, et vir- C  
tus impediretur; ut desecaretur in nobis quicquid a  
virtute devium foret, confusum erroribus, vitiis in-  
nexum. Hac institutione populi meruit, ut non so-  
lum deliniret indignationem divinam, atque offensam  
averteret, verum etiam conciliaret gratiam.

11. Pro captu itaque nostro quid sentiremus,  
quoniam consulisti, expressimus. Ipse si quid mel-  
lius habes, nobiscum participato; ut ex te et ex  
nobis discamus quid potius eligendum et sequendum  
sit. Vale, et ut filius nos dilige; quoniam et nos te  
diligimus.

### 1057 EPISTOLA LXVII.

Ubi ostensum est, quod Aaron filios excusans Moyses  
acquieverit, invari sententiam cujusque circa proprium D  
munus antecellere, idem locus consideratur. Inde  
colligitur raram esse veram pœnitentiam; ei enim

a Duo mss., *fidei revocaretur virtus*; alii totidem,  
*fide revocaretur et virtus*: at cum hi quatuor, tum alii  
prope ad unum omittunt, ut *desecaretur*; quæ tamen  
verba et in cunctis edit. inveniuntur, et ad sententiæ  
concinnitatem aliquid addunt.

b Omnes edit., *nobis participato*; omnes mss.,  
*nobiscum participato*. At infra ubi omnes mss. et  
prope omnes edit., *potius eligendum*, Paris. quædam  
effert, *potius diligendum*. Dum vero ita cum Ro-  
mulo se gerit Ambrosius, ut eum filium appellet, et  
tamen in Scripturis peritum significet, haud ægre  
nobis in mentem inducimus eum vel diaconum vel  
potius sacerdotem quempiam fuisse, cui Ecclesia ali-  
qua ruri administranda commissa esset. Certe in se-

*officere naturam ac verecundiam, necnon affectum  
velocitatem: ad hæc eam agi non posse, nisi ex-  
stinctæ sint cupiditates, et vigeat amor justitiæ;  
propterea cassam fuisse Judæ respicientiam; nullam  
enim Deo acceptam, nisi sinceram; quæ res sub fi-  
gura trium hircorum designabatur.*

AMBROSIIUS SIMPLICIANO salutem.

1. Quantum sit unusquisque in suo munere, exem-  
plo debet esse lectio, quæ jure te movit, quod Moyses  
ille, quo nemo præsentius Deum vidit ( Num. xii, 8 ),  
neque surrexit amplius in Israel propheta, qui Deum  
facie ad faciem, sicut Moyses videret ( Deut. xxxiv,  
10 ): ille qui quadraginta diebus et noctibus jugiter  
cum Domino fuit, cum Legem acciperet in monte  
( Exod. xxxiv, 28 ): ille, inquam, cui Deus dedit,  
quos loqueretur, sermones ( Exod. iv, 12 ), invenitur  
magis Aaron fratris consilium quam suum probasse.  
Fuit ergo quisquam hominum Moysæ prudentior d et  
instructor? Atqui ipsum Aaron postea cum Maria  
circa Æthiopissæ personam legimus errasse.

2. Sed hoc ipsum diligenter discute, ubi Moyses  
scientia præponderet, ubi Aaron consilio ( Num. xii,  
1 ). Moyses magnus propheta, qui de Christo dixit:  
*Sicut me ipsum audietis* ( Deut. xviii, 15 ). Et de quo  
ipse Dominus ait: *Si Moysen et prophetas non au-  
diunt, nec si quis ex mortuis ad illos abierit, creden-  
ti* ( Luc. xvi, 31 ). Ergo in causa prophetiæ præfertur  
Moyses sicut propheta: ubi autem causa, et munus,  
et officium sacerdotii est, præfertur Aaron sicut sa-  
cerdos. Tractemus ergo ipsum locum.

3. Immolatus erat hircus pro peccato, et oblatas  
in holocaustum. Quæsitivus eum postea Moyses, et  
combustus fuerat: *Et iratus est Moyses ad filios Aa-  
ron Eleazar et Ithamar, qui supersuerant, dicens:  
Quare non manducastis, quod pro peccato immolatum  
est in loco sancto? Quoniam quidem sancta sanctorum  
sunt, hoc vobis dedi manducare; ut auferatis peccatum  
Synagogæ: et intus manducandum esse, sicut mihi præ-  
ceptum est*, ait. Cum ergo iratus eum vidisset Aaron,  
placide respondit ei: *Si hodie obtulerint pro peccato  
suo holocausta sua contra Dominum, et acciderint viti-  
talia; manducabo quod pro peccato obtulerunt hodie?  
Numquid placebit Domino? Et audivit Moysæ, et pla-  
cuit illi* ( Levit. x, 16, et seq. ). Quid ista significant,  
consideremus.

4. Nihil peccare solius est Dei: emendare sa-  
pientis est, et corrigere erratum, et pœnitentiam ge-

cunda ad ipsum epistola ruri habitare aperte dicitur.

c Rom. edit. sola, *sicut Moyses Deum nosset*.

d Omnes edit. et mss. nonnulli, *et instructor? Atque  
ipsum*: alii magno numero, ut in textu: *solutus autem  
Belv., et instructor atque? Ipsum, etc.*

e Plerique mss., *quod pro peccato est in loco, etc.*

f Rom. edit., *sancta sanctorum est, hæc vobis....  
manducandum est in loco sancto*. Et infra, *holocausta  
coram Domino*.

g Philo Judæus lib. de Profugis, τὸ μὲν μὲν δὲν ἀνα-  
τὲν ἕξον Θεοῦ, τὸ δὲ μετανοεῖν, σοφοῦ παρὰ δὲ τὸν  
καὶ διὰ τὸ ὑπερὸν τοῦτο γὰρ. Alia non pauca ex eodem li-  
bro in hæc epistolam translata reperias.

rere peccati. Id tamen est difficile in hac vita hominum. Quid enim tam rarum, quam ut invenias virum qui seipsum coarguat, et factum condemnet suum? Rara itaque confessio de peccato, rara pœnitentia, rara in hominibus verbi ejus assertio. Repugnat enim natura, repugnat verecundia: natura, quia omnes **1058** sub peccato; et qui carnem gerit, culpæ obnoxius est. Ergo repugnat natura carnis et illecebra sæculi innocentiae integritatique. Repugnat etiam verecundia; quia erubescit unusquisque propriam culpam fateri, dum præsentiæ magis, quam futura cogitat.

5. Studebat autem Moyses peccati vacuum reperire animam, ut exuvias erroris deponeret, et nulla culpæ sine ullo sui pudore discederet: sed non invenit, quia cito impetus irrationabilis prævenit, et flamma quædam cœlerrimi motus animam depascitur, atque exurit ejus innocentiam; præponderant enim futuris præsentia, et violenta moderatis, et plura potioribus, et jucunda seriis, et asperis mollia, et tristibus læta, et illecebrosa rigidioribus, et præpropera tardioribus. Velox enim est iniquitas, quæ ad nocendum occasiones suggerit; quia *veloces pedes ejus ad effundendum sanguinem* (Psal. xiii, 3): lenta autem virtus omnis et diuturna cunctatrix, ante judicat, et adorienda inspicit. Ita mens boni speculatrix consiliorum suorum est, priusque examinat quid decorum atque honestum: iniquitas vero a opere cogitationi antevertit. Pigra igitur et verecunda est pœnitentia; quia premitur, et revocatur præsentium pudore; solis enim intendit futuris, quorum spes sera, tardior fructus, et ideo petitio ipsa tardior.

6. Inter hæc spei et virtutis molimina præcurrit impudentia, et specie præsentium pœnitentia excluditur, et tamquam exurit affectus ejus, et hujusmodi aboletur intuitus. Quærit eam Lex, et non invenit; ambusta est enim fervore et fumo iniquitatis, et indignatio quædam legis movetur. Dicit Moyses devorandam fuisse pœnitentiam in sanctis sanctorum, sacerdotes quasi segniores increpat. Respondit Aaron providum debere esse judicium sacerdotale, nec facile malesanæ conscientiae committendum id muneris; ne fiat error priore deterior. Vase enim fetido vel oleum vel vinum facile corrumpitur ac deterioratur.

7. Quomodo autem poterat, ubi ignis alienus erat, peccatum exuri; et hoc sub conspectu Domini, cui et occulta sunt cognita? Numquid potest placere Domino, si quis cum adhuc versetur in iniquitatibus, et injustitiam corde inclusam teneat, dicat se agere pœnitentiam? Simile est ac si quis æger se sanum simulet, magis ægrotabit: quia nihil ei prodesse potest simulatio sanitatis; cum verbo adumbretur, non ullo fulclatur virtutis subsidio.

8. Ignis itaque alienus est libido, ignis alienus est omne injustæ iacendum cupiditatis, ignis alienus

A est omnis ardor avaritiæ. Hoc igni nemo mundatur, sed exurit. Nam ubi iste ignis alienus est, si quis in conspectu se offerat Domini, ignis eum cœlestis absumit, sicut Abiud et Nadab, quos exussit ignis cœlestis pariter cum iis quæ pro peccato sacris fuerant oblata altaribus. Qui ergo vult mundare peccatum suum, **1059** ignem a se removeat alienum. Illi soli igni se offerat, qui culpam, non hominem exurit.

9. Qui sit iste ignis, audi dicentem quia *Jesus baptizatus in Spiritu sancto et igni* (Matth. iii, 11). Hic est ignis, qui siccavit hæmorrhœissæ per duodecim annos sanguinem profluentem (Matth. ix, 20). Hic est, qui peccatum Zachæi abstulit dicentis quod dimidium bonorum suorum daret pauperibus, et si cui quidquam abstulit, redderet quadruplum (Luc. xix, 8). Hic est ignis, qui abstersit culpam latronis; ignis enim consumens est, qui dixit ei: *Hodie mecum eris in paradiso* (Luc. xxiii, 43). Illos itaque sanavit, in quibus simplicem et puram reperit confessionem, nihil malignum, nihil fraudulentum.

10. Denique Judas ad remedium pervenire non potuit, cum diceret: *Peccavi quod tradiderim sanguinem justum* (Matth. xxvii, 54); quia alienum ignemolvebat in pectore suo, qui eum inflammavit ad laqueum. Indignus enim remedio fuit, quia non in intimo mentis conversus ingemuit, nec sedulo gessit pœnitentiam; tantæ enim pietatis est Dominus Jesus, ut et ipsi donaret veniam, si Christi expectasset misericordiam.

11. Hanc ergo culpam sacerdotes non auferunt, neque peccatum ejus, qui in dolo se offert, et adhuc in studio delinquendi est. Non enim possunt epulari in eo, quod plenum fraudis, et serpentis interius cicatricis est; cibus enim sacerdotis est in peccatorum remissione. Unde ait princeps sacerdotum Christus: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei, qui in cœlis est* (Joan. iv, 34). Quæ est voluntas Dei, nisi ea: *Cum conversus ingenueris, tunc salvus eris* (Isai. xxx, 15)? In illo ergo subdolo cibus nullus est. Denique nec ipse epulandi suavitatem capere potest, in quo non sincera et pura conscientia est; amaritudo enim fraudis epulandi suavitatem obducit: nec permittit mala conscientia, ut reficiat et pascat obnoxium animum pœnitentia.

12. Ideo ergo talis affectus, talis petitio, talis pœnitentia non est usui aut voluptati sacerdotibus. Meritoque hircus ille, qui pro peccato oblatus est in holocaustum, quia non fuit sincera hostia, exustus est (Levit. xvi, 27); quia in ejus sacrificio ignis alienus repertus est. Non est itaque complacitum et acceptum sacrificium Deo; non est enim acceptum, nisi quod fuerit in divitiis sinceritatis et veritatis probatum.

13. Ideo et alibi legis duos hircos, unum in quo sors Domini, alterum transmissionis; illum in quo sors

<sup>a</sup> Omnes edit., *opere cogitationem*: mss. vero partim *opera*, partim *opere cogitationi antevertit*.

<sup>b</sup> Edit. vet. et plures mss., *aboletur in vitis*; Rom. et alii mss. aliquot, *aboletur in vitis*; melius vero Boyer. et Colb. unus, *aboletur intuitus*.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *qui culpam in homine exurit*.

<sup>d</sup> Adverte hic Ambrosium et sinceram animi conversionem in peccatoribus ad consequendam veniam exigere, et veram auctoritatem in sacerdotibus ad remittendum bene dispositis peccatum agnoscere.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *voluntatem ejus, qui misit me*.

Domini offerri atque immolari pro peccato : illum vero in quo sors transmissionis, dimitti in desertum ; ut accipiat populi iniquitates, vel alicujus peccatoris (*Levit. xvi. 8 et seq.*). Sicut enim duo sunt in agro, et unus eorum assumetur, et alius derelinquetur (*Math. xxiv. 40*) ; ita sunt duo hirci, unus qui ad sacrificium est utilis, alius qui in desertum dimittitur. Hic nulli usui, neque edendus, neque **1060** epulandus est sacerdotum filiis. Sicut enim ex iis, quæ alimentorum sunt, quod bonum est, editur : quod inutile aut malum, projicitur ; ita et bona opera epulatoria dicimus, <sup>a</sup> quia sunt esui.

14. Non placebit ergo Domino, si manducet sacerdos sacrificium, in quod <sup>b</sup> fraus sit oblationis, non sedulæ confessionis sinceritas. Et ideo hircus iste in desertum dimittendus est, ubi erraverunt patres nostri, erraverunt in eo, et non potuerunt <sup>c</sup> ad resurrectionis terram pervenire, sed interiit a terra memoria eorum. Denique quæ sint epulatoria opera, audi : *Et erunt sabbata terræ vobis escæ* (*Levit. xxv. 6*). Epulatoria enim et refectoria requies in Deo, quæ facit animi tranquillitatem. Unde et nos etiam in sermone requiescamus. Vale, et nos, ut diligis, dilige ; quia nos te diligimus.

#### EPISTOLA LXVIII.

*Quidnam Deus Judæis interminatus fuerit, dicens : Ponam cælum æreum, et terram ferream.*

AMBROSIIUS ROMULO.

1. Cum sis in agro, miror qua ratione de me querendum putaveris, cur dixerit Deus : <sup>d</sup> *Ponam cælum æreum, et terram ferream* (*Deut. xxviii. 23*). Nam species ipsa agri, et præsens fertilitas docere nos potest quanta clementia sit aeris, et cæli indulgentia, quando dignatur Deus ubertatem dare : quando autem sterilitas, quemadmodum clausa omnia, spissus aer, ut in rigorem æris solidatus putetur. Unde alibi habes quia in diebus Eliæ clausum est cælum annis tribus et mensibus sex (*III Reg. xvii. 1*).

2. Significatur igitur clausum cælum æreum esse, usum sui terris negare. Terra quoque ferrea est, cum proventus abnuat, et jacta sibi semina tamquam hostili duritia genitali <sup>e</sup> excludit arvo, quæ gremio solet blandiæ matris fovere. Quando enim ferrum fructificat ? Quando æs imbres relaxat ?

3. His igitur miserandam famem minatur impiis, ut qui pietatem filiorum communi omnium domino et patri exhibere nesciunt, careant nutrimento pa-

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac plures mss. ; at Rom. edit. et alii cod. etiam non pauci, *quæ sunt usui.*

<sup>b</sup> Boyer. cod., *fraus sit adulationis.*

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *ad repromissionis terram.*

<sup>d</sup> Rom. edit., *Ponam vobis cælum sicut æneum, et terram vestram sicut ferream.*

<sup>e</sup> Omnes edit., *excludit alvo* ; omnes mss., *excludit arvo.*

<sup>f</sup> Eras. et seq. edit., *et quod plerumque inopia habet.* Amerb. et perique mss., *ut quod plerumque inopia habebat* ; mss., *habeat* : cod. vero Belv. et alii nonnulli ut in contextu. Sed ut locus hic planius a lectore intelligatur, ita videtur esse construendus : discordias serat, tamquam id quod plerumque inopia habeat.

A ternæ indulgentiæ, sit illis cælum æreum, concreto aere, et solidato in metalli rigorem, sit illis terra ferrea, partus suos nesciens, <sup>f</sup> ut quod plerumque inopia habeat, discordias serens. Rapto enim utuntur, qui victu indigent ; ut alienis dispendiis famem suam ablevent.

4. Jam si et offensa inhabitantium hujusmodi sit, ut divina commotione iis inferantur prælia, vere terra est ferrea, <sup>g</sup> telorum segetibus inhorrens, et suis nuda fructibus, secunda ad pœnam, sterilis ad alimoniam. Ubi autem abundantia ? *Ecce ego plus vobis panes, dicit Dominus* (*Exod. xvi. 4*). Vale, et nos dilige ; quia nos te diligimus.

#### 1061 EPISTOLA LXIX.

*Roganti quare Lex viros veste muliebri, ac mulieres virili uti prohibeat ; respondet a natura id abhorret, ut ex brutis ipsis intelligitur ; feminas tamen virorum, quam viros seminarum cultum sumere tolerabilis : at legem potius esse de moribus, quam de vestibus. Post quæ in eos, qui capillos crispant, invehiunt.*

AMBROSIIUS IRENÆO, salutem.

1. Pertulisti ad me quasi filius quæsisisse aliquos de te, quid sibi velit quod tam severe Lex immundos eos dixerit, qui alieni sexus uterentur vestibus, vel viros scilicet vel mulieres ; sic enim scriptum est : <sup>h</sup> *Non erit res viri super mulierem, neque induetur vir stolam muliebrem ; quia immundus est Dominus omnibus, qui fecerit hæc* (*Deut. xxii. 5*).

2. Et si vere discutias, incongruum est, quod ipsa etiam abhorret natura. Cur enim homo non vis videri esse, quod natus es ? cur alienam tibi assumis speciem ? cur mentiris feminam : vel tu, femina, virum ? Suis unumquemque sexum induit natura indumentis. Denique diversus usus, diversus color, motus, incessus, <sup>i</sup> diversæ vires, diversa vox est in viro et femina.

3. Sed etiam in reliqui generis animantibus alia species leonis, alia lænæ, <sup>j</sup> alia vis, alius sonus : alia tauri, alia vitulæ. In cervis quoque quantum distat sexus, tantum discrepat species ; ut eos etiam eminus possis discernere. In avibus vero etiam propius ad vestitum est inter eos et homines comparatio ; in illis enim sexum naturalia ipsa indumenta discernunt. Pavi mares speciosi, feminæ non item pennarum vario pinguntur decore. Fasianis quoque diversus color, qui distinguat sexus discretionem. Quid in pullis ? Quam canora vox galli, <sup>k</sup> nocturnis

<sup>g</sup> Allusionibus Virgilii, ait Nannius, hæc verba constant :

Horrescit strictis seges ensibus, æraque fulgent.

<sup>h</sup> Rom. edit., *Non erit vestitus viri super mulierem, neque induetur vir stola muliebri ; quoniam immundus est Domino Deo tuo, etc.*

<sup>i</sup> *Diversæ vires*, ab hisce verbis hiat ingens lacuna in mss. fere omnibus et edit. Amerb. quam nisi supplevisset Erasmus, nobis ad eam restituendam solus Læt. codex auxilium suppeditasset.

<sup>j</sup> Ita Eras. et seq. edit., at Læt. codex, *vel alia vis, alius sensus.*

<sup>k</sup> Eras. et seq. edit., *nocturnisque vicibus... et atendum ? Numquid, etc.* Læt. codex, ut in textu.

vicibus solemne munus ad excitandum et canendum A ministrans? Numquid illa mutant speciem suam? Cur nos mutare desideramus?

4. Et quidem Græco more influxit ut feminæ virilibus quasi succinctioribus tunicis utantur. <sup>a</sup> Esto tamen ut illæ imitari videantur melioris sexus naturam, quid viri inferioris sexus mentiri speciem volunt? Mendacium et in verbo turpe est, nedum in habitu. Denique in templis, ubi mendacium fidei, ibi mendacium naturæ. Illic assumere viros muliebrem <sup>b</sup> vestem, gestumque femineum, sacrum putatur. Unde Lex dicit quia immundus est Domino omnis vir qui stolam muliebrem induerit.

5. Arbitror autem quod non tam de veste, quam de moribus dixerit, vel de usibus nostris atque actibus, quo alius virum, alius feminam deceat actus. B Unde et Apostolus ait, quasi interpretis Legis: *Mulieres vestræ in Ecclesia taceant* 1062. *Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut Lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent* (I Cor. xiv, 35, 36). Et ad Timotheum: *Mulier in silentio discat* <sup>c</sup> *cum omni subjectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum* (I Tim. ii, 11, 12).

6. Quam deforme autem virum facere opera muliebria? Ergo et pariant, ergo parturiant, qui crispant comam sicut feminæ. Et tamen illæ velantur, isti belligerantur. Verum habeant excusationem, qui patrios usus sequuntur, sed tamen barbaros, ut Persæ, ut Gothi, ut Armenii: major quidem est natura, quam patria.

7. Quid de aliis dicemus, qui hoc ad luxuriam derivandum putant: ut calamistratos et torquatos habeant in ministerio, ipsi promissa barba, illos remissa coma? Merito illic non servatur castimonia, ubi non tenetur sexus distinctio; in quo evidentia naturæ magisteria sunt, dicente Apostolo: *Decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipsa natura docet vos quod vir quidem* <sup>d</sup> *si comam nutriat, ignominia est illi: mulier vero si capillos habeat, gloria est illi; quoniam quidem capilli pro velamine ei dati sunt* (I Cor. xi, 13-15). Hæc sunt quæ referas requirentibus. Vale, et nos ut filius dilige; quia nos te ut parentes diligimus.

#### EPISTOLA LXX.

Quemadmodum fortis animæ est in bono stare, ita de-

<sup>a</sup> Multa concilia virilium vestium usu feminis interdicit, ut Gangrense can. 15, et alia. Quod vero similis mutatio viris non item prohibita reperitur, illud inde est, quod rari qui sexus sui dignitatem hæc infamia dehonestarent, futuri crediti sunt.

<sup>b</sup> Læt. codex, *vestem gestiunt, quæ femineum sacrum putetur*: melius vero edit. At interjectis tribus vocibus sola Rom. edit. habet: *Quoniam immundus est Domino Deo tuo omnis, qui fecerit hæc, hoc est, vir, etc.*

<sup>c</sup> *Cum omni subjectione*, in mss. lacuna desinit ad hæc verba, quibus Amerbachius ista præmittit: *Apostolus inquit: Mulier in silentio discat.*

<sup>d</sup> Edit. et plures mss., *si comam habeat*. Et infra, *pro velamine ei sunt*; alii nonnulli utrobique melius, ut in textu.

*bilis tibi, ac resurgere. Quocirca cum in Canticis processus animæ robustioris describantur, in Michæa vero prophetia lapsæ conversio; eam considerandam proponit. Præmissa igitur nominis Michæa interpretatione, miseriam peccatricis animæ exponit, internas correptiones narrat, addit exhortationes ac paratum Domini auxilium, felicem ejusdem immutationem aperit, et quam ei Christus largitur, secunditatem ac tranquillitatem. Deinde ubi repetit non pauca ex superioribus, subjungit ejusdem animæ pro sua liberatione gratiarum actiones. Post quæ Horontianum ad perseverantiam exhortatur.*

#### AMBROSIIUS HORONTIANO.

1. Prophetæ quidem congregationem gentium, atque Ecclesiæ annuntiarunt ædificationem futuram; sed tamen quia in Ecclesia non solum fortium animarum jugis profectus, verum etiam infirmarum lapsus, et rursus conversio est: ideo possumus ex prophetis libris colligere quemadmodum aut præclara illa et fortis anima sine ulla gradiatur offensione, aut infirmior labatur, aut lapsa reparat, ac reformet gradum.

2. Itaque sicut in <sup>e</sup> Canticis canticorum beatæ illius animæ continuos processus legimus, ita in Michæa, de quo nobis propheta sermo 1063 exortus est, consideremus lapsæ conversionem. Non enim otiose te movit: *Et tu, Bethleem, domus Ephrata* (Mich. v, 2), quod dictum est ab hoc propheta. Quomodo enim potest domus furoris esse, ubi Christus natus est? Hoc enim exprimunt locorum vocabula, sed illustrant operationum mysteria.

3. Ac primum consideremus quid interpretationis in Latino habeat Michæas. Significat autem, Quis a Deo: vel; ut alibi invenimus, Quis iste, <sup>f</sup> Morathi filius, id est, hæredis (Mich. i, 1). Quis autem hæres, nisi Filius Dei, qui ait: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo* (Matth. xi, 27); et cum ipse esset hæres, nos esse voluit cohæredes? Merito quis iste, non e populo unus, sed electus ad gratiam Dei, in quo loquitur Spiritus sanctus, qui prophetare cœpit in diebus Joathan, et Achaz, et Ezechii regum Juda (Mich. i, 1). Quo ordine significatur visionis profectus; a malis enim regibus ad boni regis pervenit tempora.

4. Et ideo quoniam <sup>g</sup> anima afflicta sub malis ante

<sup>e</sup> Progressus animæ in Canticis cant. obscure adumbratos in lib. de Isaac et anima exponit atque illustrat Ambrosius. Quod autem hic ait sibi cum Horontiano sermonem de Michæa exortum esse, satis indicat causam huic epistolæ non aliunde quam ex eodem colloquio fuisse profectam.

<sup>f</sup> Ita vet. edit. ac mss. Rom. autem edit., *Morasthi filius, hæres*. Alludit porro Ambrosius ad prima hujus prophete verba: *Verbum Domini... ad Michæam Morasthitem*; quibus quidem non ipsius pater, sed patria terra significatur: atque adeo *Morasthi*, seu *Morathi filius*, utroque enim modo recte scribitur, idem est ac Morasthi natus. De vocis autem significatione Ambrosius cum Hieronymo in Prologo ad eundem Michæa prophetiam plane convenit.

<sup>g</sup> Innuuntur alii nominis Michææ significatus. Nam

laborabat regibus, quem processum conversionis A suæ habeat, considerandum videtur. Destructa erat quasi infirmior, et omnis muvitio ejus facta erat via transeuntium, et incursus passionum, luxuria resoluta, ac deliciis, contrita erat, ac relegata a facie Domini: *Turris ejus squalida erat*, quæ posita est, ut in *Esaiæ* cantico legimus (*Esai. v, 2*), in medio florentis vineæ. Squallet etenim turris, quando vitis arescit, <sup>a</sup> et ovis sua errat: regrediente autem vitis viriditate, vel ove, resplendet; nihil enim squalidius iniquitate, nihil splendidius justitia.

5. Ad hanc turrim revocatur ovis, quando anima revocatur a lapsu, et in illa ove Christi regnum reddit, quod est initium: quia ipse est initium et finis (*Apoc. i, 8*), vel initium salutis; sed tamen corripitur prius, eo quod tam graviter erraverit, et dicitur ei: *Ut quid cognovistis mala? numquid rex non erat tibi (Mich. iv, 9)?* Hoc est, habebas regem, qui te regeret, et tueretur, deviare a justitiæ tramite non debuisti, nec relinquere vias Domini, qui tibi rationabiles sensus impertivit. <sup>b</sup> Ubi erant cogitationes tuæ, ubi consilia, quibus prævidere injustitiam, propulsare iniquitates insito tibi vigore potuisti? *Cur comprehenderunt te dolores ut parturientis (Ibid.)*; ut parturires iniquitates, et pareres injustitias? Nullus enim major est dolor, quam is qui peccati mucrone vulnerat conscientiam: neque ullum gravius est onus, quam peccatorum sarcina, et pondus flagitiorum. Deprimit animam, curvat usque ad terram, ne se erigere possit. Gravia, filii, gravia nimis delictorum pondera. Denique illa in Evangelio mulier, quæ curvata erat, speciem prætendens animæ laborantis, a Christo potuit solo erigi (*Luc. xiii, 11*).

6. Huic ergo animæ dicitur: *Viriliter age, 1064* <sup>c</sup> *et appropinqua, filia Sion, ut parturias (Mich. iv, 10)*. Dolores enim parturientis tribulationem operantur, *tribulatio patientiam, patientia probationem, probatio spes, spes autem non confundit in æternum (Rom. v, 3, 4)*. Simul egerit atque excludit omne quod adversum est bonis moribus; ne residentia ejus frutescant semina, atque in novos iterum germinent partus.

7. <sup>d</sup> Næc otiose dantur ei cornua et unguæ; ut conterat omnes manipulos aræ, sicut vitulum Libani (*Mich. iv, 13*). Nisi enim manipuli contriti fuerint, paleæ ventilatæ, fructus apparere interiores et absolvi nequeunt. Comminuat igitur atque excutiat prius anima proficiens passionum superflua; ut fructus suos demonstrare possit in ipsa segete. Quanta adversa sunt, quæ partus impediunt bonos!

præterquam quod exponi potest, *quis a Deo*, vel *quis tute*, quæ quidem interpretationes, modo tamen primam scripseris *quis a Deo*, non *quis a Deo*, haud ita recedunt ab eo quod Hieronymus loco supra citato dicit: *« Michæas, ὅτις οὐν... apud nos sonat, quis quasi, vel, quis vetus; »* præter has igitur expositiones etiam explicatur Michæas humiliatus, percutus, etc.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *et uva sua torret*; et infra, *viriditate utæ resplendet*. Atque ita in sequentibus semper

Hæc prius extirpanda sunt; ne his fructu fera intereantur animæ sata.

8. Tunc etiam illud prospicit providus animæ coactor, ut concludat eam in voluptatibus suis, atque intercludat ejus cupiditates, ne in iis delectetur. Utiles enim sunt correptiones parentis, qui non parcit virgæ; ut obedientem præceptis salutaribus præstet animam filii sui (*Prov. xiii, 24*). Virga enim visitat, sicut legimus: *Visitabo in virga iniquitates eorum (Psal. lxxxviii, 35)*. Itaque qui virga maxillam percutit Israeliticæ animæ, erudit eam ad disciplinam patientiæ Dominica correptione. Nemo enim desperare debet, quicumque corripitur atque arguitur; qui enim diligit filium, corripit (*Eccii. xxx, 1*). Nemo de remedio diffidat.

9. Ecce tibi ubi domus furorem videntis erat, ibi domus panis est: ubi crudelitas, ibi pietas: ubi pena innocentium, ibi universorum redemptio, sicut scriptum est: *Et tu, Bethleem, domus Ephrata, non es minima inter principes Juda; ex te enim exiit Princeps in Israel (Mich. v, 2)*. Bethleem domus panis est, Ephrata domus furorem videntis. Hoc habet interpretatio istorum nominum. In Bethleem natus est de Maria Christus: eadem autem Bethleem, quæ Ephrata (*Luc. ii, 6*). In domo igitur furoris generatus est Christus: et ideo jam non domus furoris, sed domus panis, quia panem recepit eum, qui descendit de cælo (*Joan. vi, 50*). Domus autem furorem videntis est Ephrata; quia illic Herodes dum Christum requirit, perimi statuit infantulos; unde *Vox in Rama audita est Rachel plorantis filios suos (Math. ii, 18)*.

10. Sed jam nemo timeat, quia requies illa quam quærebat David (*Psal. cxxxii*), audita est in Ephrata, inventa est in campis silvæ. Tunc adhuc silva erat nationum congregatio: sed posteaquam in Christum credidit, fructuosa facta est (*Luc. i, 42*), quia benedicti ventris fructum recepit. Mortua est ergo Rachel parturiens (*Gen. xxxv, 10*); quia jam tunc quasi patriarchæ uxor furorem Herodis videbat, qui nec minusculæ ætati pepercit. Simul quia in Ephrata peperit Benjamin specie superiorem, **1065** mysterio posteriorem, Paulum scilicet, qui antequam generaretur, non minimos dolores matri præstitit, cujus filios persequebatur. Et illic mortua et sepulta est; ut nos commortui et consepulti cum Christo, in Ecclesia resurgamus. Inde enim alia interpretatione, vel secundata, vel repleta fructibus, Ephrata significatur.

11. <sup>e</sup> Hic tamen, id est, in libro prophetico invenimus ὀλιγοστός αἶ, id est, in paucioribus es. In uva substituitur, sed minus recte.

<sup>b</sup> Rom. edit., *Aut consilium tuum perit? quasi dicat: Ubi sunt, etc.*

<sup>c</sup> Eadem edit., *et dole, filia Sion, ut parturires.*

<sup>d</sup> Rom. edit., *Cornua tua ponam ferrea, et unguas tuas ponam æneas. Non otiose, etc.*

<sup>e</sup> Absoluta præcipua difficultate, nimirum qua ratione domus furoris vocari possit illud oppidum, in quo Christus nasci voluit, Ambrosius ad variam lectionem qua propositus textus apud Michæam atque

Matthæo autem: *Et tu Bethleem, domus Juda, non es in paucioribus* (Mich. v, 2). Ibi<sup>a</sup> domus Juda, hic domus Ephrata: in quo verborum discrepantia, non sensuum est. Nam et Judæa interior vidit furorem, et exterior pertulit. Et in paucioribus est; quia pauci sunt, qui intrant in domum panis per angustam viam. Et non est in paucioribus, id est, de proficientibus, quæ Christum non agnovit. Nec minima est, quæ est domus benedictionis, et divinæ gratiæ receptaculum: et in eo minima, cui is qui aliquid confert Christo, videtur deferre. Et qui appetit Ecclesiam, Christum appetit; in quovis minimo enim Christus aut læditur, aut honoratur, secundum quod ipse ait: *Quod enim uni horum minimorum fecistis, mihi fecistis* (Matth. xxv, 40).

12. Ipsam autem Bethleem esse quæ est Ephrata, docet lectio Genesis, ubi ait: *Mortua est autem Rachel, et sepulta est in via Ephrata, ipsa est Bethleem* (Gen. xxxv, 19). In via<sup>b</sup> sepultura est sanctæ Rachel, quæ typus fuit Ecclesiæ, ut transeuntes dicant: *Benedictio Domini super vos* (Psal. cxxviii, 8); et: *Veniens veniet in exultatione* (Psal. cxxv, 6).

13. Omnis itaque anima, quæ recipit panem illum descendente de cælo, domus panis est, hoc est, panis Christi, quæ habitantis in se panis cœlestis firmamento alitur, et corde confirmatur. Unde et Paulus ait: *Omnes enim unus panis sumus* (I Cor. x, 17). Omnis anima fidelis Bethleem est, sicut Jerusalem dicitur, quæ pacem et tranquillitatem habet superioris Jerusalem, quæ in cælo est. Verus panis est, qui fractus et comminutus<sup>c</sup> satiavit universos.

14. Quinta autem traditio habet, Domus panis. Beth enim domus est, leem panis dicitur. De aliorum traditionibus propter perfidiam Judaicam, ne ipsi se redarguerent, vel ab ipsis præteritum putamus, vel sublatum ab aliis.

15. De Juda quoque tribu esse Bethleem docet lectio in Judicum libro, quia vir ille levita accepit sibi concubinam de Bethleem Juda, et irata est ei concubina ejus, et rediit in domum patris sui in Bethleem Juda (Judic. xix, 2).

16. Egressus itaque Christus a diebus sæculi; tunc enim nobis incipit sæculum, quando dies salutis, et egressus ad currendam viam dedit Israel. 1066

Matthæum sibi contrarius videtur, transit. Verum utriusque verborum sensum pulchre sibi congruere, nedum sibi repugnare ubi declaravit, de aplibus, in quibus solis repugnantiam esse contendit, conciliandis minime laborat: Hieronymus vero in eundem Michææ locum, ejus prout in LXX atque in Hebræo legitur, cum ipsius citatione, apud Matthæum contrarietatem animadvertit; ad tantæ diversitatis causas inquiri. Ipsum consule non solum in eundem prophetam, sed etiam epistolam ad Pamphilum, de optimo genere interpretandi, aliosque interpretes.

<sup>a</sup> Edit. et quidam mss., domus Judæ; nonnulli, domus Judææ.

<sup>b</sup> Ita mss. plures potioresque; alii nonnulli, et omnes edit., sepulta est sancta Rachel.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, satiavit universos. Quinta autem editio . . . de aliorum editionibus. Alibi quoque in eadem edit. vox traditio similiter mutata reperitur.

Usque ad tempus patientis (Psal. xviii, 7). Cui advenit Christus, advenit fecunditas, advenit partus (Mich. v, 3); sicut advenit Ecclesiæ, quæ peperit plures, quam quæ illos habebat: et peperit septem, id est, legitimos, tranquillos, pacificos. Incipit ergo concipere anima, et formari in ea Christus, quæ receperit adventum ejus, et pasclitur in divitiis ejus; ut nihil ei desit, ut videntes etiam eam aliæ animæ revertantur ad viam salutis.

17. Et erit ei pax (Mich. v, 5), sed non potest probari nisi tentationibus. Tunc enim pax ejus estimabitur et tranquillitas; cum excluserit vanas cogitationes, vel compresserit, cum motus omnes edomuerit passionum insurgentium, cum increbuerint angustiae, persecutio, fames, periculum, gladius.

Tunc erit, inquit, pax; quia in his omnibus superamus propter eum, qui nos dilexit, quoniam confidimus in eo quia neque mors, neque vis tentationum nos ab ejus divellat charitate et separet (Rom. viii, 35). Tunc ergo dabit tentationes, ut justis probentur. Et Dominus quidem dat tentationes ea voluntate, ut neminem decipi velit: sed quia plerique vincuntur infirmi tentationibus, qui fortes sunt, probantur.

18. Tunc illis erit ros a Domino (Mich. v, 7), tunc requies: tunc erit anima justis, sicut *calulus leonis* in ovilibus pecorum (Ibid., 8). Quod Evangelico exemplo ad Christum referre non dubitaverim; quia ipse dixit: *Tunc justis fulgebunt sicut sol in regno Patris sui* (Matth. xiii, 43). Comprimentur enim quadrigæ ejus irrationabiles scilicet impetus et motus istius corporis (Mich. v, 10); sedabitur illud: *Fortis pugnae, intus timores* (II Cor. vii, 5); sed ubique, id est, intus et foris, tranquillitas erit: et non erit qui respondeat et resistat bonæ voluntati; quia obedientia carnis, sublato pariete maceriæ, cum fuerint utraque unum, omnes abolebit discordias (Ephes. ii, 14).

19. Si qua autem anima infirma, sicut ille secundum carnem Israel, titubaverit, et ab illa Christi charitate persecutionibus turbata se aliquantulum separarit, et corripitur atque arguitur quasi infida, quasi ingrata, quasi incredula, quæ liberata a vanitatibus sæculi, in eas respiciendo reciderit: a qua non munerata, non taurorum sacrificia; sed tantummodo ut

Advertendum autem est illis locis agi ab Ambrosio de Hexaplis atque Octaplis Origenis, de quibus dum Hieronymus in cap. iv Michææ loquitur, eam quintæ editionis vocem usurpat. Sed et eodem sensu dicitio ἔκδοσις posita est ab Epliphanto lib. de Pond. et Mensur. num. 9; et alibi. Verumtamen quin Ambrosio vox traditio magis arridere potuerit, nihil prohibet. Porro de Hexaplis Octaplisque Origenianis consulere licet Eusebium lib. vi, cap. 17, et Valium ad eundem locum, item Huetium lib. iii Origen., § 4, atque alios.

<sup>d</sup> Rom. edit., *Et egressus ejus ab initio, a diebus sæculi.*

<sup>e</sup> Omnes edit. et mss. aliquot, *neque quidvis tentationum*; alii mss. majori auctoritate, *neque vis tentationum.*

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, *in gregibus pecorum.*

<sup>g</sup> Mss. nonnulli, *corripitur atque corrumpitur.*

bonum cognosceret, justitiam faceret, postulatam est. *Renuntiatum est* (inquit) *tibi, homo, quid sit bonum, aut quid Dominus exquirat a te, nisi ut facias iudicium et justitiam, et diligas misericordiam, et paratus sis ire cum Domino tuo* (Mich. vi, 8). Sed quia non servavit hæc illa infirmior anima, ideo Dominus ait: *Heu me, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, et sicut racemum in vindemia* (Mich. vii, 1)? Audiens ergo hæc propheta, in quo loquebatur Deus, ait ad illam animam: *Heu me anima!* <sup>1067</sup> *quod non est plenus timoris a terra.* Vel si ipse Dominus dicit, miseratus futuras pro peccatis ultiones, atque pro nostris erroribus ingemiscens.

20. Audiens hæc anima, quia seminum suorum fructus non colliget, nullum, messe amissa, firmamentum inveniet sui, premet olivam, et unctionem lætitiæ non habebit, neque bibit vinum jucunditatis. Cognoscens etiam in operibus carnis omnia plena sanguinis, plena circumscriptionis, fraudum, fallaciæ, ficta officia pietatis, compositas simulationes, et inimicos sibi omnes qui in domo sunt; ideoque proximi sibi corporis motus cavendos, qui sunt graves animæ nostræ adversarii; convertitur, et de Deo sperare incipit, et intelligens vere inimicam sibi carnem existere, ait ad eam: *Noli supergaudere mihi, inimica mea, quia cecidi: sed resurgam; quia si sedero in tenebris, Dominus illuminabit me* (Ibid., 8).

21. Considerans etiam insultare sibi aliquam potestatem, quæ resistebat sibi; ne meliorem sequeretur viam: <sup>b</sup> et inequitare, quod tradita esset in interitum carnis (I Cor. v, 5); ut diversis attereretur malis, quæ vel a Domino propter peccatorum solutionem decernerentur, vel ab iniquo propter invidiam conversionis; ut ad se revocaret afflictam, dicit adhuc: *Iram Domini sustinebo*; qui vel lapsam castigat, vel tibi potestatem affligendi dedit: *quia peccavi, sustinebo tamen, donec justificet ipse causam meam* (Mich. vii, 9). Nisi enim confessa fuero, et exsolvero pretia iniquitatum mearum, non potero justificari. Cum autem fuero justificata, solvens duplicita peccata: <sup>c</sup> *Educat iudicium meum, deponens indignationem; quia satisfactum sententiæ est. Educat me ad lumen, ut videam justitiam ejus* (Ibid.), et aspiciam delectationem ejus. Videbit hoc

<sup>a</sup> Rom. edit., *Væ mihi anima; quia periit timor a terra*; cæteræ ac mss. omnes, ut in textu. Quod autem Græce habetur, ἀπόλασεν εὐσεβίης, non male vertitur ab Ambrosio, *periit plenus timoris*, supple divini.

<sup>b</sup> Quidam mss.; *et inquietare*; sed *inequitare* magis videtur Ambrosianum.

<sup>c</sup> Rom. edit., *Faciet iudicium meum.*

<sup>d</sup> Cod. Carol., *sicut Ægyptium populum.* Et continuo post Prat. et Gem., *et reddidisti misericordiam.*

<sup>e</sup> Observa non dicere sanctum Doctorem tegi peccata per extrinsecam, ut Calvinistæ volunt, justitiæ Christi imputationem, sed per bona opera e gratuita ipsius gratia promantia. Quam perpetuam Ambrosii doctrinam esse facile agnosces, si hunc locum et ea quæ lib. de Noe et Arca, cap. 31, num. 117 nec non Apol. David cap. 13, num. 62, atque alibi in eundem sensum disseruntur, inter se conferas.

<sup>f</sup> Rom. edit., *impietates ad misericordiam; eo*

lumen reconciliationis meæ *inimica mea, id est, diaboli nequitia; et operietur confusione, quæ nunc dicit: Ubi est Dominus Deus tuus* (Ibid., 10)? Videbit in me misericordiam ejus, videbit pietatem ejus.

22. Et ideo non audiamus eum, quando sumus in adversis aliquibus sæculi; cum aut dolor corporis est, aut filiorum amissio, vel cæterarum necessitudinum: non audiamus, inquam, dicentem: *Ubi est Dominus Deus tuus?* Tunc ejus tentationes cavendæ sunt, cum gravis urget dolor, tunc animam ægram avertere studet.

23. Ergo anima, quæ illum non audierit insidiatem sibi, videns postea mirabilia Dei, videns se in cælo, diabolum autem sicut colubrum reptantem in terrestribus, gratulabitur dicens: *Quis Deus sicut tu, auferens peccata, et* <sup>1068</sup> *transferens impietates* (Ibid., 18)? Qui non fuisti memor indignationis tuæ: sed sicut in mari mersisti omnes iniquitates nostras, <sup>d</sup> sicut Ægyptium plumbum, et redisti ad misericordiam voluntarius, quam gemino contulisti munere, dimittens peccata, atque abscondens, secundum quod scriptum est: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* (Psal. xxxi, 1)! Alia enim sanguine Filii tui abluis, alia donas nobis: <sup>e</sup> ut bonis operibus et confessionibus nostros errores tegamus. Quod ergo ait: *Auferens peccata, ad remissionem pertinet*; quia penitus ea tollit, ita ut non sint quorum memor non erit. Quod vero ait: *Transferens <sup>f</sup> iniquitates*; eo quod consentientibus nobis lapsus nostros, et obumbrantibus eos bonæ operationis fructu referantur in auctorem culpæ, et peccati incentorem. Quid enim aliud agit, qui culpam fatetur, nisi ut adversantis nequitie spiritualis dolose et malitia transductum probet?

24. In eo itaque gratias agit anima ista; quia et aufert Dominus peccata, et transfert iniquitates, et demergit in profundo maris. Quod potest et ad baptismum referri, quo Ægyptius mergitur, Hæbræus resurgit: et quo altitudine sapientiæ, et bonorum operum abundantia tegantur peccata superiora, per divitias misericordiæ Dei nostri, qui memor promissionis suæ, quam dederat Abraham, hæredem ejus animam non est passus perire.

25. Et illa quidem anima hoc revocatur modo. <sup>g</sup> *Tu quod, etc.*

<sup>h</sup> Nonnulla in hujus epistolæ calcem Ambrosius noster conjecit, quæ spectant Horontiani cognitionem. Primo enim illum ab ipsa pueritia significat educatum atque institutum fuisse inter clericos, quemadmodum olim pueros ad ecclesiasticam militiam destinatos consuevisse, ad lib. II de Pœnit., cap. 8, num. 72, observavimus. Deinde cum eum impositione manuum suarum sacratum dicit, Mediolanensem clericum fuisse satis declarat. Postremo eandem fidem suam demonstrasse in diaconatu, indeque ad altiorum pervenisse gradum testificatur; quandoquidem ut quam fidem prius in ministerio sacro, id est, diaconatu, præ se tulerat, eam quoque in hoc gradu quo tunc eminebat, haud dubie sacerdotio exhibeat, ab eo exigitur. Et hinc conjecturam non leve ducas, ipsum Ecclesiæ cujuspiam extra Mediolanum positæ regimini ab Ambrosio nostro fuisse præfectum.



autem, filii, qui a primo flore pueritiae es haeres A  
Ecclesiae, quae te suscepit et tenet, perseverato in  
proposito, memor gratiae Dei et muneris, quod per  
impositionem suscepisti manuum mearum; ut et in  
hoc gradu, sicut in ministerio sacro, fidem tuam dem-  
onstres atque industriam, et expectes remunera-  
tionem Domini Jesu. Vale, et nos ut filius dilige;  
quia nos te diligimus.

## EPISTOLA LXXI.

Post varios gradus, quae anima lapsa sese reparat,  
supra descriptos, hic animae fidelis a Christo suscep-  
tio, eruditio et consummatio considerantur; ostendi-  
turque in Christi itineribus diversos ejusdem animae  
progressus designari.

## AMBROSIIUS HORONTIANO.

1. Superiore epistola de ea <sup>a</sup> anima sermonem con- B  
tulimus, quae itineris sui devios aliquos habuerit  
anfractus, ut vetus Israel secundum carnem fluctuans;  
quia et ipse liberabitur per Domini nostri Jesu Christi gratiam,  
cum intraverit plenitudo gentium (Rom. xi, 25): licet ista leviore 1069 <sup>b</sup> errore  
conversione sese reformaverit. Hac vero epistola de  
Ecclesiae filia nobis sermo sit, quam Dominus Jesus quemadmodum  
primo suscepit, erudierit, consummaverit in suo Evangelio,  
consideremus.

2. Suscepit itaque eam primo tuendam in confu-  
sione positam; exsul enim paradisi (Gen. iii, 23) ubi  
nisi in confusione degeret anima uniuscujusque hominis?  
deduxitque eam in Bethleem (Math. ii, 1). Jam profectus  
susceptae animae significatur, quod ascendit ad domum panis,  
in qua famem fidei et sterilitatem nesciat. De nostrarum  
animarum genere et ordine loquor, quibus nos vivimus et  
movemur, non de aliqua specialiter; non enim de proprietate  
et specie alicujus, sed de genere, ut dixi, animarum  
disputandum putamus.

3. Descendit in Aegyptum Christus (Ibid., 14),  
patrocinium et ductum nostrae animae ferens, inde  
rediit in Judaeam. Fuit in deserto (Math. iv, 1), fuit  
in Capharnaum, fuit juxta fines Zabulon, circa mari-  
timita, transivit per sata, fuit in Bethphage, fuit in  
Ephraem, in Bethania; inde transivit in paradysum,  
ubi se capiendum dedit, passus est in Golgotha.

4. Omnes isti processus animae nostrae sunt, per  
quos exercitata gratiam pie institutionis invenit. Nam  
posteaquam exclusa de paradiso conditio humana in Adam  
et Eva, in castellum <sup>c</sup> relegata est, vagari coepit huc atque  
illuc, errabunda circumferens vestigia sine ullo delectu:  
sed tempore complacito sibi exinanivit se Dominus Jesus,  
ut exsulem in

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, sermonem confecimus. Infra vero, ubi eadem, leviore ab errore, et nos cum ant. edit. ac plerisque mss., leviore errore; mss. nonnulli habent, leviore erroris, etc.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, erroris conversione; Rom. edit., ab errore conversione.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, religata est. Rursus autem pro, sine ullo delectu, quae lectio est cunctarum edit. ac plurimum mss. in quibusdam horum legitur, sine ullo dilatu, in paucis delicto, sed male.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, inventam recursu, anfractu, etc. In-

se susciperet, et veteri reformaret gratiae. Itaque <sup>d</sup>  
inventam recurso anfractu erroris revocavit ad  
paradisum, ut Evangelii docet lectio.

5. Per sata eam duxit, ut jejunam pasceret, pri-  
mum in deserto, deinde in Capharnaum, agri non  
urbis incolatu: deinde juxta fines Zabulon, circa  
nocturna profluvia, id est, prophetarum obscuriora  
aenigmata; ut disceret praetendere ad fines gentium,  
quo omnes convenirent, nec timeret fluctus vitae  
hujus et procellas; quia habet Christus naves Thar-  
sis (III Reg. x, 22), intelligibiles scilicet, quae per-  
currant mare, et ad templi constructionem pias  
merces advehant. In hujusmodi navibus navigat  
Christus, et in puppi tamquam bonus gubernator  
tranquillo quiescit mari: commoto excitatur, et in-  
crepat ventos, ut suis tranquillitatem refundat  
(Math. viii, 26). Transiens quoque ad gentes, hanc  
animam liberat, quae Legis vinculis tenebatur; ne  
transiret ad nationum consortia.

6. Venit in Bethaniam, in locum obeditionis,  
1070 ideo ibi mortuus suscitatur: cum enim caro  
subdita fuerit animae, tunc jam non quasi mortua  
jacet in sepulcro suo conditio humana, sed resusci-  
tatur per gratiam Christi: ibi etiam se pro Dei no-  
mine passioni discit offerre (Joan. xi, 17 et seq.). De  
loco obeditionis, ut Joannes docet (Joan. xii, 1), in  
Ephraem ducitur, id est, ad honorum fructuum fecunditatem:  
inde in Bethaniam reducitur, id est, obeditionem;  
semel enim quae pie subjectionis fructum gustaverit,  
servare eam, et in ea probari saepius nequaquam recusat.

7. Unde jam probata Hierosolymam venit, digna  
quae sit in templum Dei, <sup>e</sup> in qua Christus habitaret.  
Denique sedens super pullum asinae Dominus Jesus  
cum gratulatione et gaudio innocentis suscipitur arti-  
stis (Ibid., 14).

8. Postea in paradiso verba vitae aeternae docentur;  
unde etiam Dominus se peruisit capi, sicut Joannes  
scribit evangelista (Joan. xviii, 8), significans ani-  
mam nostram, vel potius conditionem humanam,  
solutis erroris vinculis, eo unde ejecta erat in Adam,  
per Christum regressam. Unde et latroni illi con-  
fidenti dicitur: Amen dico tibi, hodie mecum eris  
in paradiso (Luc. xxiii, 42, 43). Ille dixerat: Me-  
mento mei, cum veneris in regnum tuum; Christus  
non de regno respondit, sed ad causam: Hodie me-  
cum eris in paradiso, id est, reformandum est ante  
quod amissum est, postea conferendum id quod  
augendum est, ut per <sup>f</sup> paradysum ad regnum per-  
veniat, non per regnum ad paradysum.

terjectis vero tribus vocibus Rom. edit. sola posuit, ut Evangelicae lectionis docet assertio.

<sup>e</sup> Belv. codex, in qua Spiritus habitaret.

<sup>f</sup> Admonuimus ad lib. de Lapsu Virg. cap. 8, num. 36, nonnullos esse, qui cum ex verbis quibusdam illic exaratis, tum ex hoc ipso epistolae istius loco, eam Ambrosio affingerent opinionem, qua inter caelestem beatitudinem infernique supplicia medius quidam status ab aliquibus admittebatur. Sed praeterquam quod ex citato libro, cujus auctor non plane compertus est, de Ambrosii hac in re sententia nihil

9. Servatur discipulis, quod plus conferatur pro laboribus, ideoque incolatum promisit, regnum distulit. Itaque is qui sub ictu mortis convertitur, et contitetur Dominum Jesum, mereatur incolatum paradisi: qui vero multo ante se exercuit, et Christo militavit, acquisivit populorum animas, pro Christo se obtulit, habeat paratum stipendii suis Dei regnum, cuius se remuneratione donatum gaudeat. Ideoque Petro dicitur: *Tibi dabo claves regni caelorum* (Matth. xvi, 19). Ex latrocinio conversus requiem habet, in apostolatu probatus accepit potestatem.

10. Hæc est anima Evangelica, hæc est de gentibus, hæc filia Ecclesiæ, longe melior e cursu, quam illa ex Judæa projecta, ad Dominum Jesum, et ad superiora se bonis consiliis et operibus attollens, quam suscepit in Golgotha Christus. \* Ibi Adæ sepulcrum; ut illum mortuum in sua cruce resuscitaret. Ubi ergo in Adam mors omnium, ibi in Christo omnium resurrectio. Vale, fili, et nos dilige; quia nos te diligimus.

### 1071 EPISTOLA LXXII.

*Rogabant aliqui cur Deus cum in Testamento veteri circumcisionem instituerit, eam abrogaverit in novo? cur etiam de illa omnino legem tulerit, cum ipsa parum in discrimen adduceret? cur tandem in ea corporis parte fieri voluerit? Primum igitur ut illis satisfaciat, qui erant a fide alieni; reponit circumcisionem a sapientibus viris, plurimisque populis usurpatam esse, nec deesse rationem, cur octavo die celebraretur. Deinde christianos docet in illa signum fuisse redemptionis, ac proinde ubi pretium hujus solutum est, illam omitti jam debuiss. Tum hæreticos legem de fundendo sanguine calumniantes ostendit passionem Domini simul damnare. Hinc eos refellit qui fidei circumcisionem obfuisse criminabantur, sicut et illos, qui partem corporis, quæ naturalis esset, arguabantur non esse recidendam. Postremo pluribus de occulta christianorum circumcisione disputatis, eos ad externam probat non obligari.*

AMBROSIIUS CONSTANTINO.

1. Non mediocrius plerosque movet quæstio, qua causa circumcisio et veteris Testamenti auctoritate quasi utilis imperetur, et novi testamenti magisterio quasi inutilis repudietur (Act. xv, 10); cum præser-

certi colligi potest, qui attentius proposita ejusdem libri ac epistolæ hujus verba discussisset, ex eis non difficulter sensum eruet commodiorem. Etenim advertendum est illic sermonem fieri de illa puella, quæ, amissis continentia aliquamdiu servatæ nec non aliorum bonorum operum meritis, gravissimorum criminum veniam per continuæ poenitentia labores dicitur esse impetratura: hic vero eum qui tantum sub ictu mortis convertitur, cum illo comparari, qui virtutum ac piorum operum meritis cumulatus, a vivis excesserit. Unde nullo negotio intelligitur illam poenæ vacationem, illam requiem, illum paradysum, quo perventuros hujusmodi poenitentes Ambrosius promittit, nihil aliud esse, nisi ultimam in domo Patris mansionem, hoc est infimum beatitudinis gradum: regnum vero quod sanctis et apostolici meriti viris assèrit destinatum, de summo gloriæ cœlestis

atque lim Abraham primus oraculum circumcisionis celebrandæ acceperit (Gen. xvii, 10), qui diem Domini Jesu vidit, et gavisus est (Joan. viii, 56). Quod utique in evidenti est, quia non corporalibus, sed spiritualibus legis divinæ intenderit; et ideo veram Dominici corporis passionem in agni conspexit immolatione.

2. Quid ergo dicemus secutum patrem Abraham, ut id primus institueret, quod ejus non sequeretur hæreditas? aut qua ratione circumciduntur infantulorum corpora; et in ipso ortu subjiciuntur periculis, et hoc imperari oraculo; ut discrimen salutis fiat de mysterio religionis. Quid hoc significat? Latet enim causa veri, et oportuit aut aperto aliquid mysterio significari, aut non periculoso mysteriorum indicio mandari.

3. Cur vero signum Testamenti divini in ea datur parte membrorum, quæ visu inhonestior aestimatur? aut qua gratia ipse operator corporis nostri in ipsa nostræ generationis exordio circumcidi voluit opus suum, et vulnerari, et cruentari, et abscidi partem, quam velut necessariam, qui omnia disposuit ordinate, cum cæteris membris faciendam putavit? Aut enim præter naturam est hæc portio corporis nostri, et non oportuit habere omnes homines, quod esset præter naturam: aut secundum naturam est, et non decuit amputari, quod secundum naturam perfectionem creatum foret; cum præsertim alieni a portione Domini Dei nostri, id præcipue irridere soliti sint. Deinde eum propositum sit Deo, ut frequenter ipse testificatus est, plures ad sacræ observantiam provocare religionis, quanto magis invitarentur, si non 1072 aliqui circumcisionis ipsius aut periculo, aut opprobrio revocarentur.

4. Ergo ut ad prima redeamus, et propositum persequamur ordinem, de ipsa circumcisionis qualitate dicendum videtur. Cujus gemina debet esse defensio, quia duplex est accusatio: una quæ irrogatur a gentilibus, altera quæ ab iis, qui de populo Dei sunt, æstimatur. Vehementior autem gentilibus, qui viros circumcisione signatos etiam opprobrio et illusionem dignos arbitrantur. Sed etiam ipsorum sapientissimi quique ita circumcisionem approbant, ut electos suos erga cognoscenda et celebranda mysteria circumcidendos putent.

apice intelligendum. Optime igitur ait: *per paradysum ad regnum pervenitur*; quia prius est ut quis admissorum veniam obtineat, quam ut thronum mereatur sublimiorem. Idem quoque leges lib. de Fide Resurr. de quo nos ibi.

\* Illic materia: suæ Ambrosius Hebræorum quorundam et aliorum veterum opinionem accommodat. de qua lib. x in Lucam, num. 444, idem loquitur, ad quem locum a nobis etiam aliquid observatum est.

b Rom. edit., *in arietis*; alia et cuncti mss. in agni. Sed per agnum aries significatur, ut in Exodi cap. xxxii, et superiori epist. per vitulam bos sive taurus.

c Mss. nonnulli, *et in ipso actu*.

d Judæos propter abscisum præputium a profanis per ludibrium curtos, verpos, ac recutios appellari solitos deprehendimus.

5. Denique *Ægyptii*, qui et geometriæ, et colli-  
gendis siderum cursibus <sup>a</sup> operam intendunt suam,  
impium judicant sacerdotem, qui nequaquam habeat  
circumcisionis insigne. Nam neque magis carminis  
sapientiam, nec geometriam, nec astronomiam ju-  
dicant <sup>b</sup> vim suam obtinere aliq̄ circumcisi-  
onis signaculo. Et ideo ut impetrandi vim operationi adhi-  
beant suæ, purgationem quamdam vatum suorum  
circumcisionis arcano celebrandam existimant.

6. Reperimus autem in historia veterum non so-  
lum <sup>c</sup> *Ægyptios*, sed etiam *Æthiopum*, et *Arabum*,  
et *Phœnicum* aliquos circumcissione erga suos usos.  
Et hanc putant se adhuc probandæ viam servare  
rationis; eo quod sui corporis primitiis et sanguinis  
initiati, insidias dæmonum, quas illi generi nostro  
moliuntur, exiguæ partis arbitratu consecrationibus  
destruendas; ut qui totius hominis saluti nuntiant nocere,  
infirmari operationem suam putent circumcisi-  
onis sacræ vel lege, vel specie. Arbitror enim quod  
in præteritum ipse dæmonum princeps cessare suas  
artes erga noxiæ operationis effectum æstimaverit,  
si ei nocere conaretur, quem signaculo circumcisi-  
onis sacræ initiatum adverteret, aut ei qui videretur  
in hoc saltem munere legi divinæ obtemperare.

7. Jam qui singulorum membrorum officia dili-  
genter expendit, non otiosam causam in hac mem-  
bri hujus portiuncula æstimare poterit, qua ratione  
non solum circumcidatur puer, verum etiam octavo  
circumcidatur die; quando incipit mater pignoris nati  
in sanguine esse poro, quæ ante octavam diem fer-  
tur in sanguine immundo sedere (*Gen. xvii, 12*). Hæc  
adversum eos dicta sint, qui nulla nobis antate fidei  
sociantur; et ideo tamquam adversum dissidentes  
difficilior disputandi locus.

8. Responsum autem sibi hujusmodi habeant, qui  
credant in Dominum Jesum, quod nudare noluimus,  
cum adversum opiniones gentilium disputaremus.  
Nam si redempti sumus non corruptilibus argento  
et auro, sed pretioso sanguine Domini nostri Jesu  
Christi (*1 Petr. i, 18, 19*); quo utique **1073** ven-  
dente, nisi eo <sup>d</sup> qui nostrum jam peccatricis succes-  
sionis ære quesitum servitium possidebat: sine dubio  
ipse fingitabat pretium, ut servitio exueret, quos  
tenebat obstipatos. Pretium autem nostræ liberatio-  
nis erat sanguis Domini Jesu, quod necessario sol-

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac mss. prope ad unum: edit. au-  
tem Rom. operam impendunt suam. Cæterum de  
peritiis *Ægyptiorum* in mathematicis disciplinis non  
semel alibi loquitur Ambrosius.

<sup>b</sup> Vet. edit. et mss. nonnulli, viam suam; Rom.  
edit. ac plures mss., vim suam.

<sup>c</sup> Apud *Ægyptios* non solum mares, sed feminas  
etiam circumcidi solitas ex testimonio quorundam  
refert sanctus Doctor lib. ii de *Abram.* cap. 11,  
num. 78. De illis vero cæterisque nationibus, a qui-  
bus usurpatam circumcissionem idem hoc narrat, cen-  
sulit possunt *Josephus Antiq. lib. i, cap. 13*, et lib. viii,  
cap. 4, *Epiphanius Hæres. 30*, num. 30, et *Polydo-  
rus* cap. 3, ubi inter alios auctores *Cyprianum* citat,  
sed sermone eidem Patri in antiquis ejus editionibus  
perperam attributo deceptus.

<sup>d</sup> Amerb. et Rom. edit. cum paucis mss., qui nos-  
tro jam. Eras. ac Gill. cum reliquis cod. qui nostrum

vendum erat ei, cui peccatis nostris venditi eramus.

9. Donec igitur hoc pretium pro omnibus solveretur  
hominibus, quod Domini sanguinis effusione pro  
omnium fuit solvendum: absolute, opus fuit sin-  
gulorum sanguine, qui Lege et consuetudinis ritu,  
sacræ præcepta sequerentur religionis. Sed quia  
pretium pro omnibus solutum est, posteaquam pas-  
sus est Christus Dominus, jam non opus est, ut  
virtutem sanguis singulorum circumcissione fundatur;  
cum in sanguine Christi circumcissio universorum  
celebrata sit, et in illius cruce omnes simul crucifixi  
simus cum eo, et consepulti in ejus sepulcro, com-  
plantati similitudini mortis ejus, ut ultra non ser-  
viamus peccato: *Qui enim mortuus est, justificatus  
est a peccato* (*Rom. vi, 7*).

10. Quod si quis, <sup>e</sup> ut *Marcion* et *Manichæus*, re-  
prehendendum Dei putat esse iudicium, quia vel  
oraculum de circumcissione celebranda edendum  
putavit esse, vel legem qua sanguinis effusio man-  
datur; necesse est ut is etiam Dominum Jesum re-  
prehendendum arbitretur, qui non exiguum, sed  
multum sanguinem pro hujus mundi effudit redemp-  
tione, et hodieque nos fundere jubet sanguinem  
nostrum pro tanto religionis certamine, dicens: *Qui  
vult me sequi, tollat crucem suam, et sequatur me*  
(*Matth. xvi, 24*). Si autem nequaquam justa est  
accusatio, cum aliquis totum se pro pietate offerat,  
et multi sanguinis se mundet effusione; quomodo  
legem possumus reprehendere, exigui stillam exi-  
gentem sanguinis, cum prædicemus Dominum Jesum  
multæ effusionem sanguinis, et totius corporis mor-  
tem imperantem?

11. Nec ipsum circumcissionis signaculum et spe-  
cies feriabatur, quo populus Dei velut quodam si-  
gillo signatus corporis, discernebatur a cæteris  
nationibus. Nunc autem Christi donatus nomine  
signum corporis nequaquam requirit, qui præroga-  
tivam divinæ meruit nuncupationis. Quid autem  
absurdum si propter pietatem aliquid doloris vel la-  
boris inferri videbatur, quo plus devotio per hæc cer-  
tamina probaretur? Pulchrum etiam ut ab ipsis vitæ  
incunabulis insigne religionis adolesceret, et puderet  
unumquemque ætatis provectoris vel labori, vel dolo-  
ri cedere, quorum utrumque tenera infantia vicisset.

12. Sed jam levæ circumcissionis dolore non opus  
jam. Observabis autem obiter his paucis verbis clare  
primigenii peccati successionem insinuari.

<sup>e</sup> Cum isti hæretici, ut jam a nobis observatum  
est, totum antiqui fœderis instrumentum rejicerent,  
immo etiam Deum Legis auctorem, ut *Augustinus*  
lib. de *Hæres.* cap. 4, de *Manichæis* testificatur, non  
Deum bonum, sed unum e principibus tenebrarum  
esse crederent, consequens erat ut circumcissionem  
proscriberent, ut pote in Lege veteri constitutam.  
Sed cum hæreticorum sit excessus omnes sanæ doc-  
trinæ oppositos semper tueri, non desinere, qui reti-  
nendam etiam sub Evangelio carnalem hanc ampu-  
tationem profiterentur. Hujusmodi fuisse *Ebionitas*  
ac *Symmachianos* litteris mandarunt *Epiphanius*  
*Hæresi 30*, *Augustinus* lib. de *Hæres.* cap. 9 et 10,  
lib. i contra *Crescon.* cap. 31, et lib. xix contra  
*Faust.* cap. 18, *Philastrius* atque alii.

est Christiano populo, qui mortem Domini circumferens, <sup>a</sup> per momenta singula fronti propriæ mortis contemptum inscribit, utpote **1074** qui sciat sine cruce Domini salutem se habere non posse. Quis enim acu utatur ad præliandum, cum telis instructus sit validioribus?

13. Jam illud quivis facile refellendum advertit, quia propositum est plerosque potuisse ad sacræ religionis provocari obsequium, nisi essent doloris timore, vel laboris contuitu revocati. Et potuit hoc terrere majorem, quod infantuli plerique sustinebant sine periculo? Esto tamen aliquos infantulos Judæorum, cum dolorem circumcisi corporis plagæque ferventis sustinere non potuerint, defunctos fuisse: sed hoc nec cæteros deterreat proveciori ætate robustos, et laudabiliorum faciebat eum, qui præceptis B obediisset cælestibus.

14. Quod si hoc in exiguo dolore arbitrantur confessionis fuisse obstaculum, quid de martyrio dicunt? Nam si reprehendunt circumcisionis dolorem, reprehendant et martyrum mortem, per quos cumulata, non minuta religio est. In tantum autem abest nocuisse fidei circumcisionis dolorem, ut probabiliorem fidem faciat dolor; major enim fidei gratia, si quis pro religione contemnat dolorem: et hic magis habet præmium quam ille, qui ideo dolorem voluit circumcisionis subire, ut gloriaretur in Lege et laudem ex hominibus magis quam ex Deo quæreret.

15. Oportuit igitur circumcisionem ex parte fieri ante ejus adventum, qui totum circumcideret hominem; ex parte enim debuit assuescere humana conditio, quemadmodum in id, quod perfectum est, C crederetur. Si autem oportuit circumcidi, in qua magis parte membrorum oportuit circumcisionem fieri quam in ea, quæ quibusdam videtur inhonestior? *Ut iis quæ putarentur ignobiliora esse membra corporis nostri, honestatem abundantiorum circumdarent: et quæ inhonesta sunt nostra, honestatem abundantiorum haberent* (I Cor. xii, 23). Ubi enim magis vir sanguinis sui admoneri debuit, quam in ea parte, quæ ministerium errori exhibet.

16. Nunc tempus est ut et illis respondeamus qui dicunt, si ea pars corporis nostri secundum naturam est, nequaquam eam amputari oportuisse: si non est secundum naturam, non debuisset simul nasci. Qui quoniam tam arguti sunt, et ipsi mihi respondeant, utrum secundum naturam successio humana sit, quæ generationibus adolescit, an contra naturam. Si enim secundum naturam, nunquam igitur intermittenda est: et quomodo integritas viro-

<sup>a</sup> Eodem sensu lib. de Fide Resurr., *Morte ejus signatur, inquit, mortem ejus orantes annuntiamus*, etc. Tertullianus etiam de Corona Milit. cap. 3, hanc frontis muniendæ expressa crucis imagine religionem, quam ex apostolica traditione manasse docet, ad singulos quosque actus ætate sua iterati consuevisse auctor est. Qua de re adi similiter. Hieron. epist. 22, ad Eustoch., Cyrill. Hieros. Catech. 13, et alios.

<sup>b</sup> *Ex anima et corpore constamus et spiritu*, inquit sanctus Doctor lib. ii de Cain et Abel, cap. 2, num. 6.

A rum, virginitas puellarum, abstinencia viduarum, continentia conjugum prædicatur? Nullum ergo studium quærendæ successione ferri debuit. Sed ipse auctor naturæ non utique generationi obsecutus est, qui de se, cum esset in corpore constitutus, præbuit magisterium, **1075** et hortatus est discipulos ad integritatem, dicens: *Sunt spadones, qui se castrant propter regnum cælorum; qui potest capere, capiat* (Matth. xix, 12).

17. Cum sit autem homo compositus ex corpore et anima (satis est enim interim hoc dicere, <sup>b</sup> et silere de spiritu) <sup>c</sup> non est in utroque idem secundum naturam: sed quod est secundum corporis naturam, id contra naturam est animæ; et quod secundum naturam est animæ, id contra naturam est corporis; ut si dicam quod secundum naturam est visibili, id contra naturam est ei, quod non videtur; et quod secundum naturam est ei, quod non videtur, id contra naturam est visibili. Nihil ergo incongruum <sup>d</sup> in hominibus Dei, si fiant aliqua contra naturam corporis, quæ sint secundum animæ naturam.

18. Qui autem dicunt quoniam plures credidissent, si circumcisio non fuisset, si sibi responsum hoc habeant, quoniam plures crederent, si martyria non fuissent: sed præstantior est fortitudo paucorum, quam remissio plurimorum. Sicut autem plurimas baptismatum genera præmissa sunt, quia secutum erat verum illud unum in spiritu et aqua sacramentum baptismatis, quo totus redimitur homo: ita plurimorum <sup>e</sup> circumcisio præmittenda fuit; quia secutura erat circumcisio Dominicæ passionis, quam pertulit Jesus quasi Agnus Dei, ut tolleret peccata mundi (Joan. i, 36).

19. Hæc ideo scripsimus, ut ostenderemus quia et debuit præmitti circumcisio, quæ foris est, ut et jam post adventum Domini jure videatur exclusa. Nunc autem circumcisio est necessaria, quæ in occulto est, sicut Judæus præstantior, qui in occulto, in spiritu, non littera; quoniam cum sint in uno homine duo homines, de quibus dictum est: *Et si in qui foris est, homo noster corrumpitur secundum desideria erroris, sed qui intus est, renovatur de die in diem* (II Cor. iv, 16); et alibi: *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem* (Rom. vii, 22); interior est homo noster, qui est ad imaginem et similitudinem Dei factus, exterior qui figuratus est limo. Sic denique et in Genesi duas tibi creaturas hominis ostendit (Gen. i, 27), secundo creatum hominem significans (Gen. ii, 7).

20. Sicut ergo duo homines, ita et gemina co-

Quam quidem hominis definitionem passim apud eum advertere est.

<sup>c</sup> Rom. edit., *non est utrique idem secundum naturam; sed quod est corpori..... id contra naturam est corpori*.

<sup>d</sup> Ultimæ edit. Paris., *in operibus Dei*. Sunt etiam aliqua toto hoc numero mutata in Rom. edit. sed quæ alium sensum minime inducant.

<sup>e</sup> Eadem edit. Paris., *circumcisio præmittenda fuit*. Et infra, *debet præmitti circumcisio*. Neutrum commode.

versatio est : una interioris hominis, altera exterioris. Et quidem plerique actus interioris hominis perveniunt ad exteriorem hominem, quemadmodum castimonia interioris hominis transit etiam ad castitatem corporis. Qui enim adulterium cordis ignorat, idem utique nescit corporis adulterium : non tamen etiam illud est consequens, ut qui non adulteravit corpore, non adulteraverit etiam corde, secundum illud : *Quoniam qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulteravit eam in corde suo* (Matth. v, 28). Nam etsi adhuc <sup>a</sup> non sit adulter corporis, tamen jam affectu adulter est. Ergo est interioris hominis circumcisio : nam qui circumciditur, **1076** totius carnis illecebras tanquam præputium exiit ; ut sit in spiritu, non in carne, et spiritu mortificet corporis sui actus.

21. Et hæc est, quæ in occulto est circumcisio, sicut Abraham ante in præputio erat, postea factus est in circumcissione (Rom. iv, 14). Sic interior homo noster, quando est in carne, tanquam in præputio est ; quando autem jam non est in carne, sed in spiritu, incipit esse in circumcissione, non in præputio. Sicut autem qui circumciditur, non totam carnem exiit, sed solum præputium, ubi corruptela frequentior ; ita qui in occulto circumciditur, carnem illam exiit, de qua scriptum est : *Omnis caro fenem, et omnis gloria ejus, ut flos feni. Aruit fenem, et flos ejus decidit : verbum autem Domini manet in æternum* (Esai. xl, 6, 7). Et remanet caro, quæ videbit salutare Dei, sicut scriptum est : *Et videbit omnis caro salutare Dei* (Luc. iii, 6). Quæ sit ista caro, munda

aures, ut intelligas.

22. Talis ergo debet esse in occulto circumcisio, ut nullam habeat comparisonem cum ea, quæ foris est, circumcissione. Et ideo qui in occulto Judæus est, ipse præstat ; qui est a Juda, cujus manus supra cervicem inimicorum ejus, qui recubans requievit ut leo, et ut catulus leonis, quem laudant fratres ejus (Gen. xlix, 8). Ab hoc Juda non deficit princeps ; quia sermo ejus principes facit, qui non subjiciantur illecebris sæcularibus, et captiventur voluptatibus istius mundi. Et quia ipse Judas in hanc generationem venit, <sup>b</sup> ideo plurimi qui postea generati sunt, præferuntur ; ut virtutum principatu gaudeant. Habeamus itaque circumcissionem in occulto, et in occulto Judæum, qui est spiritalis : spiritalis autem, utpote princeps, dijudicat omnia, ipse autem a nemine dijudicatur (1 Cor. 2, 15).

23. Debit ergo <sup>c</sup> Legis mandata præscripto circumcisio, quæ ex parte erat, cessare, posteaquam venit qui circumcissionem faceret totius hominis, et impleret circumcissionem Legis. Quis autem est iste, nisi qui dixit : *Non veni legem solvere sed implere* (Matth. v, 17) ?

<sup>a</sup> Edit., non sit adulter corpore.

<sup>b</sup> Ita Rom. edit. et mss. aliquot : vet. autem et mss. nonnulli, ideo plurimi... proficiunt ut virtutem : cæt. cod., ideo plurimis... præfertur, ut, etc. Minus commode.

<sup>c</sup> Omnes edit. ac pauci mss., Legis mandato præ-

24. Quamquam si diligenter intendas, et illa sit ratio, quam jam cessare debuerit præputii circumcisio ; quia plenitudo gentium venit. Non enim gentibus circumcisio mandata est, sed semini Abraham ; sic enim habes in primo oraculo : *Et dixit Deus ad Abraham : Tu autem Testamentum meum observabis, tu et semen tuum post te in progenies eorum. Et hoc est Testamentum meum, quod observabis inter me et vos, et semen tuum post te in progenies eorum. Circumcidetur vestrum omne masculinum, et circumcidetis carnem præputii vestri, et erit in signo Testamenti inter me et vos. Infans octo dierum circumcidetur vobis, omne masculinum in progenies vestras. Vernaculus domus tuæ et pecunia emptus ab omni filio alterius, qui non est ex semine tuo, circumcissione circumcidetur :*

<sup>B</sup> *et erit Testamentum meum in carne vestra, in Testamentum æternum. Et incircumcisus masculus qui non circumciderit carnem præputii sui octava die, 1077 exterminabitur anima illa de generatione illa ; quia Testamentum meum transgressus est* (Gen. xvii, 9 et seq.). Hebræus quidem negatur habere de octavo die, sicut <sup>o</sup> Aquila significat. Sed non in Aquila omnis auctoritas, qui quasi Judæus in littera præterit, nec posuit octavum diem.

25. Interim et octavum diem, et in signo datam circumcissionem audisti : signum autem rei majoris indicium est, indicium veritatis futuræ ; et datum Testamentum Abraham et semini ejus, cui dictum est : *In Isaac erit semen tuum* (Gen. xxi, 12). Ergo circumcidi licuit Judæum, vel domi ejus natum vel pecunia ejus emptum. Non possumus derivare hoc ad alienigenam, aut proselytum, nisi fuerint in domo Abraham nati, aut pecunia ejus empti, vel seminis ejus. Denique nihil dixit de proselytis, de quibus quando voluit dicere, nominavit eos, sicut habes : *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens : Loquere ad Aaron, et ad filios ejus, et ad omnes filios Israel, et dices ad eos : Homo, homo a filiis Israel, et a proselytis, qui sunt appositum vobis, quicumque fecerit holocaustum* (Gen. xvii, 12). Ubi ergo comprehendit eos, ibi Lex eos tenet : ubi oraculo non significantur, quomodo astringi videntur ? Sic habes denique : *Dic filiis Aaron* (Levit. xvii, 1 et seq.), quando de sacerdotibus dicit. Habes, quando et de levitis dicit.

26. Ergo omnifariam claret etiam secundum litteram Legis, quamquam Lex spiritalis sit, et secundum ipsam tamen litteram ad circumcissionem teneri non potuisse nationum populos : sed ipsam circumcissionem in signo fuisse, donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret, circumcisus corde, non exigua membri unius parte. Ergo satis et excusata a nobis, et exclusa est Judæorum manens hodieque circumcisio.

27. Quod autem reprehensioni eam dicunt fuisse, scripta ; reliqui mss. ut in contextu.

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, et erit pactum meum.

<sup>e</sup> Quam familiare sit Ambrosio varias Aquilæ lectiones in medium proferre, tum aliunde, tum ex psalms cxviii, expositiōne quivis agnoscat,

vel esse gentilibus, primum non habent reprehendere ipsi, vel irridere, <sup>a</sup> quod alii consortes faciunt sui. Esto tamen, fuerit quod irriderent; quid hoc nos movere debet, cum ipsa crux Domini Judæis scandalum, Græcis stultitia, nobis autem virtus Dei sit, atque sapientia (I Cor. I, 23, 24)? Et ipse Dominus dixerit: <sup>b</sup> *Qui me confusus fuerit coram hominibus, confundar et ego eum coram Patre meo, qui est in cælis* (Luc. IX, 26); docens nos iis, quæ ridentur ab hominibus, non commovendos, si qua pro religionis obsequio deferuntur.

### EPISTOLA LXXIII.

*Interroganti cur lata sit Lex, cum eam obesse Paulus indicet; respondetur inutilem eam futuram, si naturalis, quæ inscribitur cordibus nostris, et in infantibus deprehenditur, servata esset: hac soluta, illam fuisse necessariam, ut excusationem tolleret peccatum manifestando, quod postmodum Christi gratia sublatum est.*

AMBROSIUS IRENÆO.

1. Decursa lectione Apostoli, non perfunctorie motus es; quia audisti hodie lectum: *Lex enim iram operatur: ubi autem non est Lex, nec prævaricatio* (Rom. IV, 5). Unde et consulendum arbitratus es cur lata sit Lex, si nihil proderat; **1078** innoberat, quæ operaretur iracundiam, et prævaricationem introduceret.

2. Et quidem secundum interrogationem tuam certum est non fuisse Legem necessariam, quæ per Moysen data est. Nam si naturalem legem, quam Deus creator infudit singulorum pectoribus, homines servare potuissent, non fuerat opus ea lege quæ, in tabulis scripta lapideis, implicavit atque inuodavit magis humani generis infirmitatem, quam elaqueavit atque absolvit. Esse autem legem naturalem in cordibus nostris etiam Apostolus docet, qui scripsit quia plerumque *et gentes naturaliter ea, quæ Legis sunt, faciunt; et cum Legem non legerint, opus tamen Legis scriptum habent in cordibus suis* (Rom. II, 14).

3. Ea igitur lex non scribitur, sed inuascitur: nec aliqua percipitur lectione, sed proflo quodam naturæ fonte in singulis exprimitur, et humanis ingenis hauritur. Quam debuimus vel futuri iudicii metu servare, cuius testis conscientia nostra tacitis cogitationibus apud Deum ipsa se prodit, quibus vel redarguitur improbitas, vel defenditur innocentia. Itaque cum semper pateat Domino, tum maxime in die iudicii manifestabitur; quando occulta cordis in examen venient, quæ putabantur latere. Quorum tamen proditio, occultorum scilicet, nequaquam noceret, si lex naturalis inesset pectoribus humanis; est enim sancta, sine versutia, sine fraude, consors iustitiæ, expers iniquitatis.

4. Denique interrogemus infantiam, videamus si quod in ea crimen reperitur, si avaritia, ambitio,

<sup>a</sup> Gentiles illos intelligit, apud quos circumcisionem in usu fuisse supra num. 5 et 6 memoratum est,

<sup>b</sup> Quatuor mss. *Qui me confessus ..... confitebor et*

dolus, ævritia, insolentia. Nihil suum novit, nullos honores sibi arrogat, præferre se alteri ignorat, fraudem necit, vindicare sese nec vult, nec potest. Insolentia quid sit pure ac simplici nequit animo comprehendere.

b. Solvit hanc legem Adam, qui voluit sibi arrogare quod non acceperat, ut esset sicut creator et conditor suus, sic ut divinum honorem affectaret. Itaque per inobedientiam offensam traxit, et culpam incidit ex insolentia. Qui si non rupisset imperium, et obediens fuisset mandatis celestibus, prærogativam naturæ atque ingentis sibi innocentis hæredibus propriis reservasset. Ergo quia per inobedientiam prærogativa naturalis legis corrupta atque interita est, ideo scriptum legis existimatum est necessarium; ut vel partem haberet, qui universum auiserat: et cui perierat quod nascendo assumpserat, discendo saltem cognosceret et custodiret. Simul quia causa dejectionis ejus superbia fuit, superbia autem orta est ex prærogativa innocentis; debuit ea Lex ferri quæ subditum Deo et subjectum redderet (Rom. VII, 8). Nam sine Lege peccatum nesciebatur, et minor erat culpa, ubi erat culpæ ignorantia. Unde et Dominus ait: *Si non venissem, et locutus non fuissim iis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato* (Joan. XV, 22).

6. Lata est ergo Lex, primum ut excusationem tolleret, ne quis diceret: *Peccatum nescivi*; quia præscriptum non erat quid caverem. **1079** Deinde ut omnes subditos faceret Deo agnitione peccati (Rom. II, 19). Omnes autem subditos fecit, quia non solum Judæis data est, sed etiam gentes vocavit; proselyti enim ex gentibus sociabantur. Neque vero exceptus videri potest, qui vocatus defuit; Lex enim quos vocavit et alligavit. Universorum itaque culpa operata est subjectionem, subjectio humilitatem, humilitas obedientiam. Itaque quia superbia culpam contraxerat, e contrario culpa obedientiam generavit. Unde lex scripta, quæ videbatur superflua, facta est necessaria; ut peccatum peccato solveret.

7. Sed ne rursus aliquis deterreatur, et dicit incrementum peccati factam esse per Legem, et Legem non solum non profuisse, sed etiam obfuisse arbitretur; habet quo solari suam possit sollicitudinem, quia *etsi per Legem superabundavit peccatum, D superabundavit et gratia* (Rom. V, 20). Quid sit hoc intelligamus.

8. Superabundavit peccatum per Legem quia per Legem agnitione peccati (Rom. VII, 7), et cepit mihi obesse scire id, quod per infirmitatem vitare non possem; ad cavendum enim prodest præscisse: sed si cavere non quæram, obfuit nosse. Versa ergo Lex in contrarium, tamen ipso peccati incremento facta est mihi utilis; quia humiliatus sum. Unde et dixit David: *Bonum est mihi, quod humiliatus sum* (Psalm. CXVIII, 71). Humiliando autem me, solvi vinculum

ego. Haud apposite.

<sup>c</sup> Codices Prat. ac Gem., *cur ita sit, Lex nihil*, etc.

erroris superioris, a quo Adam et Eva nexuerant A omnem propriæ seriem successionis. Unde et Dominus quasi obediens venit; ut Inobedientiæ et prævaricationis humanæ laqueus solveretur. Itaque sicut per inobedientiam peccatum intravit, ita per obedientiam peccatum solutum est. Unde et Apostolus ait: *Quia sicut per inobedientiam unus hominis peccatores constituti sunt plurimi; ita et per obedientiam unus hominis iusti constituentur multi* (Rom. v, 19).

9. Habes igitur unum, quia Lex et superflua fuit, et facta est non superflua: superflua in eo, quia non fuisset necessaria, si illam legem naturalem servare potuissemus: sed quia non servavimus, ista lex per Moysen necessaria facta est; ut doceret me obedientiam, et laqueum illum solveret prævaricationis Adæ, qui laqueus totam astrinxit hæreditatem. Crevit B quidem culpa per Legem, sed et culpæ auctor superbia soluta est, idque mihi profuit; superbia enim culpam invenit, culpa autem gratiam fecit.

10. Accipe aliud. Non fuit necessaria lex per Moysen. Denique subintravit (*Ibid.* 20): quod utique non ordinarium, b sed velut furtivum significare videtur introitum; eo quod in locum naturalis legis intraverit. Itaque si illa suum servasset locum, hæc lex scripta nequaquam esset ingressa: 1080 sed quia illam legem excluserat prævaricatio, ac propemodum c aboleverat pectoribus humanis, regnabat superbia, inobedienciaque sese diffuderat; ideo successit ista, ut nos scripto conveniret, et omne os obstrueret, ut totum mundum faceret Deo subditum (*Rom.* iii, 19) Subditus autem mundus eo per Legem factus est, quia ex præscripto C Legis d omnes conveniuntur, et ex operibus Legis nemo justificatur; id est, quia per Legem peccatum cognoscitur, sed culpa non relaxatur, videbatur Lex nocuisse, quæ omnes fecerat peccatores.

11. Sed veniens Dominus Jesus, peccatum omnibus, quod nemo poterat evadere, donavit, et chirographum nostrum sui sanguinis effusione delevit. (*Coloss.* ii, 14). Hoc est quod ait: Superabundavit peccatum per Legem: superabundavit autem gratia per Jesum (*Rom.* v, 20); quia postquam totus mundus subditus factus est, totius mundi peccatum abstulit, sicut testificatus est Joannes, dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi* (*Joan.* i,

29). Et ideo nemo gloriatur in operibus, quia nemo factis suis justificatur: sed qui justus est, donatum habet, quia per lavacrum justificatus est. Fides ergo est, quæ liberat per sanguinem Christi (*Rom.* iv, 6); quia beatus ille cui peccatum remittitur, et venia donatur. Vale, fili, et nos dilige; quia nos te diligimus.

## EPISTOLA LXXIV.

Quod multi Legem, utpote quam Deus condidisset, negabant abrogandum: aut ex eius abrogatione utrumque Testamentum ab eodem Deo non esse colligebant, id solvi ex illo Apostoli: Lex pædagogus noster fuit, etc., non enim nisi pueris pædagogum necessarium; Judæis igitur tanquam infirmis positam Legem, cujus præcepta imperfecta fuerunt, sed perfectiorum prænuntia. Postremo ubi obiter in avaritiam disputatum est, subjicitur ad utrumque Testamentum, quod per bovem et asinum ab Esaia designatur, suscipiendum exhortatio.

e AMBROSIIUS IRENÆO.

1. Audisti, f fili, hodie lectum in Apostolo quia Lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur (*Gal.* iii, 24). Quo uno absolutus arbitrator quæstiones, quæ plerosque movere consueverunt. Sunt enim qui dicant: Cum Legem Deus Moysi dederit, quid causæ est ut pleraque in Lege sint, quæ per Evangelium jam vacuata videntur? Et quomodo unus utriusque conditor Testamenti, cum id quod licebat in Lege, per Evangelium cæperit non licere; ut est circumcisio corporalis, quæ licet etiam g tunc signo data sit, ut circumcisionis spiritualis veritas teneretur; tamen qua ratione vel in ipso signo fuit? Cur ista diversitas æstimatur, ut tunc circumcidi pietas crederetur, nunc 1081 impietas judicaretur (*Num.* xv, 35)? Deinde sabbati diem feriatum esse debere observabatur ex Lege; ita ut si quis onus aliquod lignorum portasset, mortis fieret reus: nunc autem diem ipsum et oneribus subeundis, et negotiis obeundis sine pœna advertimus deputari. Et pleraque præcepta sunt Legis, quæ præsentis tempore cessare videntur.

2. Quid ergo causæ sit consideremus; non enim otiose dixit Apostolus quia Lex pædagogus noster fuit in Christo (*Galat.* iii, 24). Pædagogus h cuius est, maturioris, an adolescentis? Utique aut adolescen-

\* Vel. edit. ac mss. aliquot, quo Adam et Eva nexuerant. D Rom. et alii mss. melius, ... nexuerant. Cæterum peccati originalis ab Adamo in omnem ejus propaginem derivatio tam clare tamque distincte explicatur in hac epistola, ut eam ab Augustino lectam non fuisse intelligamus, quando ejusdem testimonium in Pelagianos nusquam adhibet.

b Ita Rom. edit. ac plures mss., vel. autem edit. et quidam mss., sed velut fortuitum.

c Omnes edit. et mss. nonnulli, aboleverat, pectoribus (*Rom.* edit., in pectoribus) humanis regnabat superbia; reliqui mss. qui etiam melioris notæ, ut in textu. Continuo vero post ubi eadem edit. ac plures mss., inobedienciaque; duo mss. legunt, inobediencia quæ, totidem, per inobediencia quæ.

d Rom. edit. sola, omnes convincuntur.

e Ita vel. edit. et cuncti mss. quorum nonnulli etiam addunt: Sermo sancti Ambrosii ad plebem; quæ

inscriptio in libris sermonariis Corb., Big., Germ. et Ful., in quibus eandem invenimus epistolam, sola reperitur. At edit. Rom. eidem huic epistolæ præfixit: Ambrosius episcopus Clementianus. Dubium autem non est quin Clementianum idcirco substituerit pro Irenæo; quia hanc et sequentem epistolam ad eundem scriptas fuisse ex sequentis initiationis manifestum sit. Veruntamen cum in utrius inscriptione vitium resideat, non tam expedite statui possit, a mss. et ant. edit. duximus non esse recedendum.

f Cod. Laud., Corb., Germ. et Ful., Audisti, frater, hodie lectum, etc.

g Idem cod., tunc in signo data sit, ut circumcisio spiritualis in ipso signo fuit. Cur ista diversitas æstimatur? Deinde, etc.

h Mss. aliquot, cuius est? Maturioris, an adolescentis, aut pueri.

tis, aut pueri, hoc est, ætatis infirmæ. Pædagogus enim, sicut etiam interpretatio Latina habet, <sup>a</sup> doctor est pueri : qui utique imperfectæ ætati non potest perfecta adhibere præcepta, quæ sustinere non queat. Denique per prophetam Deus Legis ait : *Dabo vobis præcepta non bona* (*Ezech. xx, 25*), hoc est, non perfecta ; quod enim bonum, utique perfectum. Idem autem Deus Evangelio perfectiora servavit ; siquidem ait : *Non veni Legem solvere, sed implere* (*Matth. v, 17*).

3. Quæ igitur istius causa distantiae, nisi humana varietas? Sciebat duræ cervicis populum Judæorum, <sup>b</sup> lapsu mobilem, humilem, perfidiæ promptiorem, qui aure audiret et non audiret, oculis videret, et non videret, lubrico quodam infantiae levem et immemorem præceptorum ; et ideo Legem tamquam pædagogum mobili plebis ingenio et menti adhibuit infirmæ, ipsaque Legis præcepta moderatus, aliud legi voluit, aliud intelligi ; ut insipiens saltem quod legeret, custodiret, et a præscripto litteræ non recederet : sapiens intelligeret divinæ mentis sententiam, quam littera non resonaret : imprudens servaret Legis imperium, prudens mysterium. Ideo Lex severitatem gladii habet tamquam pædagogus baculum ; ut imperfectæ plebis infirmitatem pœnæ saltem denuntiatione deterreat : Evangelium autem indulgentiam habet, quo peccata donantur.

4. Jure ergo ait Paulus, quia *littera occidit, spiritus autem vivificat* (*II Cor. iii, 6*). <sup>c</sup> Littera igitur circumcidit exiguum corporis portionem : spiritus intelligens circumcisionem totius animæ corporisque custodit ; ut, superfluis amputatis (quid enim tam superfluum, quam avaritiæ vitia, libidinisque peccata, quæ natura non habuit, culpa quæsivit), castimonia teneatur, frugalitas diligatur. Signum igitur circumcisio corporalis : veritas autem circumcisio spiritualis est : illa membrum amputat, ista peccatum. Nihil imperfectum in homine natura generavit, nec tamquam superfluum jubebatur auferri : sed ut adverterent, qui partem sui corporis amputabant, multo magis amputanda peccata, recidendo eos, qui delicta suadeant, etiamsi quadam unitate corporis connecterentur, sicut habes scriptum : *Si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, et projice abs te ; expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum* **1062** *corpus tuum eat in gehennam* (*Matth. v, 30*). Ergo sicut pueris, ita Judæis mandata sunt non plena præcepta, sed ex parte, et velut unam membri sui partem mundam servare præcepti sunt, qui totum corpus suum mundum servare non poterant.

5. Sabbati quoque ferias uno die in hebdomada celebrare jussi sunt (*Exod. xxxi, 15*), ut nulli oneri subderentur, qui mundanis operibus absoluti utinam sic abiissent ; ut in illud perpetuum futurorum sabbatum sæculorum nulla secum gravium veherent onera delictorum. Sed quia lubricum populum Deus

<sup>a</sup> Nonnulli mss. *ductor est pueri, cui utique, etc.*

<sup>b</sup> Edit. vet., *lapsum humilem, perfidiæ promptiorem* ; Rom., *lascivum, mobilem, perfidiæ promptiorem* ; mss. quoque nonnulli omittunt *humilem*, quidam etiam *mobilem* : reliqui vero ut in contextu, nisi quod pro *perfidiæ* in aliquibus legitur *perfidia*, non

A noverat, partem infirmioribus diei unius observatione præscripsit, plenitudinem fortioribus reservavit : Synagoga diem observat, Ecclesia immortalitatem. In Lege igitur portio, in Evangelio perfectio est.

6. Populus Judæorum ligna portare prohibetur (*Num. xv, 33*), hoc est, illa quæ consumuntur incendio. Umbram tenet, qui solem refugit. Tibi sal justitiæ umbram impedimento esse non passus, apertum gratiæ suæ lumen infundens ait : *Vade, et amodo vide ne pecces* (*Joan. viii, 14*). Tibi æterni illius solis imitator ait : *Si quis autem superædificaverit super fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam ; uniuscujusque opus manifestum erit. Dies enim Domini manifestabit, quoniam in igne revelabitur. Et uniuscujusque opus quale sit,* **B** *ignis probabit* (*I Cor. iii, 12 et seq.*). Et ideo illud superædificemus supra Christum (Christus enim nostrum est fundamentum) quod non exuratur, sed melioretur. Aurum melioratur igne, melioratur argentum.

7. Audisti aurum et argentum, putas hoc materiale, congregare desideras : sed ludis operam. Hoc aurum et argentum onus habet, fructum non habet. Onus quærentis est sumptus hæredis. Hoc aurum sicut lignum exuritur, non perpetuatur : hoc argentum in die illo detrimentum vitæ tuæ, non lucrum afferet. Aliud aurum, aliud argentum a te quæritur, hoc est, sensus bonus, <sup>d</sup> verbum optimum, de quibus dicit Deus quia dat vasa aurea et argentea (*Prov. xxvii*). Hæc sunt munera Dei : *Eloquia Domini, eloquia casta : argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplo* (*Psal. xi, 7*). Gratia sensus tui, **C** nitor casti sermonis exigitur : splendor fidei, non tinnitus argenti. Hoc manet, illud perit : hoc mercedem habet, et migrat nobiscum ; illud detrimentum habet, quod hic relinquitur.

8. Si quis divitum putat quod illud argentum repositum et reconditum ei suffragari possit ad vitam, onus inane portat, quod iudicii ignis absumat. Hic relinquit ligna vestra, divites, ut onus vestrum futuro incendio incrementa non addat. Si erogaveris, minuetur onus : et quod remanserit, onus non erit. Noli, avare, recondere ; ne fias nudo quidem nomine Christianus, opere Judæus : cum adverteris onus tua tibi esse supplicio. Dictum est enim tibi non per umbram, sed in sole : *Si cujus opus manserit,* **D** **1063** *mercedem accipiet : si cujus arserit, detrimentum patietur* (*I Cor. iii, 14*).

9. Et ideo tamquam perfectus eruditus in Lege, confirmatus in Evangelio, utriusque fidem suscipere Testamenti : *Beatus enim qui seminat super omnem aquam, ubi bos et asinus calcat* (*Esai. xxxii, 20*), sicut hodie lectum est, hoc est, qui seminat super populos, qui sequuntur Testamenti utriusque doctrinam ; <sup>e</sup> bos est ille aratorius, Legis jugum portans, de quo lex dicit : *Bovi trituranti os non alligabis* malo sensu.

<sup>c</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *Littera igitur occidit ; reliqui in quibus et probatissimi, ... circumcidit.*

<sup>d</sup> Rom. edit. sola, *verbum optimum. Hæc sunt munera Dei, de quibus dicit David : Eloquia Domini, etc.*

<sup>e</sup> Ultimæ edit. Paris., *bos est illis aratoribus.*



(Deut. xxv, 4); qui habet scripturarum cornua divinarum. Pullum autem asinæ Dominus in Evangelio in figura populi gentilis ascendit (Luc. xix, 33).

10. Puto autem quoniam dives est verbum Dei, quod etiam illud intelligere debeamus, quia bos habet cornua plena terroris, taurus ferociam habet, asinus mansuetudinem: quod bene ad præsentia derivatur, quia beatus qui et severitatem et mansuetudinem tenet; ut altero disciplina servetur, altero innocentia non opprimatur: nimia enim severitas extorquet plerumque terrore mendacium. Deus diligere maluit, quam timeri: Dominus autem charitatem exigit, servus timorem; cum perpetuus in homine terror esse non possit; quia scriptum est, sicut hodie lectum est: *Ecce in timore vestro ipsi timebunt, quos timebatis.* <sup>a</sup>Vale, fili, et nos dilige: quia nos te diligimus.

#### EPISTOLA LXXV.

*Proposita eruendi Paulini sensus difficultate, subjungit textum ejusdem Apostoli, hæredem nullum fieri, nisi per fidem, affirmantis. Deinde Judæos hæreditatem propter vetus Testamentum sibi debitam contententes refellit, cujusmodi hæredes habendi sint, patefaciens.*

AMBROSIIUS <sup>b</sup> CLEMENTIANO.

1. Etsi sciam quod <sup>c</sup> nihil difficilius sit, quam de Apostoli lectione disserere; cum ipse Origenes longe minor sit in novo, quam in veteri Testamento: tamen quoniam superiori epistola visus tibi sum, cur pedagogus Lex diceretur, non absurde explicavisse; hodierno quoque sermone vim ipsam Apostolicæ disputationis meditabor aperire.

2. Superiora enim lectionis ejus hoc habent, eo quod ex operibus Legis nemo justificetur, sed ex fide; *Quoniam qui ex operibus Legis sunt, sub maledicto sunt..... Christus autem redemit nos de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum (Galat. iii, 10, 13).* Non ex Lege igitur hæreditas data est, sed ex reprobatione. *Etenim Abraham dictæ sunt reprobationes, et semini ejus..... quod est Christus (Ibid., 16).* Lex itaque prævaricationum gratia posita est, donec veniret semen, cui reprobationis est (Ibid., 19); et ideo conclusa sunt **1084** omnia sub peccato, ut reprobationis ex fide Jesu Christi daretur creditio..... *Postquam autem venit fides, jam non sub Lege (Ibid., 25),* hoc est, <sup>d</sup> sub pedagogo sumus; et quia sumus filii Dei, et omnes sumus in Christo Jesu. Si autem omnes sumus in Christo Jesu, ergo Abraham semen sumus,

<sup>a</sup> *Vale, fili, etc. in cod. Corb., Germ. et Ful. prætermissa sunt.*

<sup>b</sup> *Cod. Long. ac Læt. Ambrosius Irenæo. Et certe si ad Irenæum data est superior epistola, hanc quoque ad Irenæum datam fuisse manifestum est. Sed in tam perplexa difficultate nihil potius videtur, quam omnium edit. ac plurium mss. lectionem loco non movere.*

<sup>c</sup> *Verisimile est Ambrosium, ut in Apostolico textu edisserendo tantum inesse difficultatis profiteatur, duabus illis causis, quas epistola 57, num. 4, in medium profert, adductum esse; nimirum quod in explicandis consiliis divinis tam profundus sit, ut eum vix assequi possit humanus intellectus: contra vero ita se ipse exponat quibusdam locis, ut interpreti præter grammaticam enarrationem, quod adji-*

secundum promissionem hæredes. Hæc est Apostolicæ conclusio sententiæ.

3. Sed occurrit adhuc ei, qui poterat etiam Judæus dicere: Et ego hæres sum: quoniam sub Lege sum: Lex autem vetus dicitur Testamentum: ubi autem testamentum, ibi hæreditas. Et licet ad Hebræos ipse dixerit (Hebr. ix, 17), quia testamentum non valet, nisi mors intercedat testatoris, id est, quoniam testamentum non valet quamdiu vivit testator, sed ejus morte firmatur; tamen quia in Hieremia Dominus locutus est de Judæis, et ait: *Facta est hæreditas mihi sicut leo (Jerem. xii, 8);* hæredes eos negare noluit. Sed sunt hæredes sine re, sunt et cum re: et dicuntur hæredes testatore vivente, qui scripti sunt, sed sine re.

4. Sunt etiam hæredes parvuli, qui nihil differunt a servulo, quoniam sub curatoribus sunt <sup>e</sup> et actoribus: *Ita, inquit, et nos eramus Judæi sub elementis mundi hujus servientes. Postquam vero venit plenitudo temporis, et Christus advenit (Galat. iv, 3);* jam non sumus servi, sed liberi, si credamus in Christum. Ergo <sup>f</sup> dedit illis speciem hæreditatis, possessionem negavit. Habent nomen hæredis, usum non habent; quia sicut parvuli hæredes nomen nudum hæreditatis, non auctoritatem usurpant, jubendi jus et utendi non habent; quia plenitudinem suæ ætatis expectant, ut a curatoribus liberentur.

5. Sicut ergo parvuli, ita et Judæi sub pedagogo sunt. Lex pedagogus est: pedagogus ad magistrum ducit; magister noster solus est Christus: *Nolite dicere vobis dominum et magistrum; quia dominus et magister vester unus est Christus (Matth. xxiii, 10).* <sup>g</sup> Pedagogus timetur, magister viam salutis ostendit. Timor ergo ad libertatem perducit, libertas ad fidem, fides ad charitatem: charitas acquirit adoptionem, adoptio hæreditatem. Ergo ubi fides, ibi libertas; servus enim sub metu, liber ex fide. Ille sub littera, iste sub gratia: ille in servitute, iste in spiritu. Ubi autem *spiritus Domini, ibi libertas (II Cor. iii, 17).* Si igitur ubi fides, ibi libertas; ubi libertas, ibi gratia; ubi gratia, ibi hæreditas: Judæus autem littera non spiritu in servitute est; qui non habet fidem, non habet spiritus libertatem. Ubi autem nulla libertas, nulla gratia; ubi nulla gratia, nulla adoptio; ubi nulla adoptio, nulla successio.

6. Tamquam clausis ergo tabulis, <sup>h</sup> cernit **1085** hæreditatem, non possidet, auctoritatem non habet

ciatur, nihil relinquat. Quod autem ad Origenem, hanc Ambrosii de illo sententiam verissimam esse agnoscit Huetius lib. iii Origen., cap. 2, § 1, num. 7. Sed alias duas hujus rei causas subjicit, videlicet quod jam pluribus commentariis, traditionibus, dissertationibus illustrata fuerat vetus scriptura, quæ ei potuerant esse auxilio: deinde quod ibidem abrogatis priscis ceremoniis, ipsi in allegoriis liberius stylo indulgere liceret.

<sup>d</sup> *Rom. edit., sub pedagogo, hoc est, sub Lege sumus.*

<sup>e</sup> *Mss. nonnulli, et auctoribus; quidam etiam, et actoribus. Minus apposite.*

<sup>f</sup> *Rom. edit., dedit illis spem hæreditatis.*

<sup>g</sup> *Nonnulli mss., Magister instruit, magister viam salutis ostendit.*

<sup>h</sup> *Nannius in hæc verba sic annotabat: « Cernere*

lectionis. Nam quomodo dicit : *Pater noster* (Matth. vi, 9), qui verum Dei Filium negat, per quem adoptivus acquiritur? Quomodo testamentum nuncupat, qui mortem testatoria negat? Quomodo libertatem usurpat, qui negat sanguinem, quo redemptus est? Ille enim est nostræ pretium libertatis, sicut Petrus dicit : *Sanguine pretioso redempti estis* (1 Pet. 1, 19), non agni utique, sed ejus qui mansuetudine et humilitate, tamquam agnus advenit, et totum mundum una sui corporis hostia liberavit, sicut ipse ait : *Sicut agnus ductus sum ad immolandum* (Isai. LIII, 7). Unde et Joannes ait : *Eccce agnus Dei, ecce qui tulit peccatum mundi* (Joan. 1, 29).

7. Ergo Judæus hæres in littera, non spiritu (Galat. iv, 3), tamquam parvulus est sub curatoribus et actoribus : christianus autem, qui plenitudinem temporis agnovit, qua Christus advenit factus ex muliere, factus sub Lege ; ut omnes qui sub Lege erant, redimeret : christianus, inquam, per unitatem fidei, et agnitionem Filii Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis exurgit plenitudinis Christi (Ephes. iv, 13). Vale, filii, et nos dilige; quia nos te diligimus.

#### EPISTOLA LXXVI.

*Rogatus ab INNENZO AMBROSIIUS epistolæ ad Ephesios summam exhibet. Scribit igitur illic nobis proponi cœlestem hæreditatem, et solii cœlestis consortium cum Christo, per quem in libertatem sumus asserti : finem vero fidei charitatem, qua Christo connectimur, ostendi : nullam aliam epistolam pluribus referam esse benedictionibus, quas singularem breviterque prosequitur.*

AMBROSIIUS INNENZO salutem.

1. Popescisti ut summam epistolæ quæ ad Ephesios scripta est, inculcarem tibi, quæ obscurior videtur, nisi ejus distinctiones colligas, quibus persuadendum putavit Apostolus de Dei regno nobis non desperandum (Ephes. 1, 5 et seq.).

2. Proposuit itaque primum, quod bonis maximum solet esse <sup>a</sup> ad studia virtutis incitamentum, præmiorum spem, et promissorum cœlestium hæreditatem, quæ in passione Christi et resurrectione appropinquaverint.

3. Deinde subiecit non solum in paradysum reditum nobis reformatum esse per Christum : sed etiam cœlestis solii honorem per consortium Christi corporis carni huic esse imperitum ; ut de ascendendi possibilitate jam non dubites, qui consortia tua in carne Christi regno cœlesti adherere cognoscas, per sanguinem ejus reconciliationem factam omnium, hæreditatem est adire hæreditatem ; sic enim vulgo præceptum : sed ex fragmentis Ulpiani et ex cod. Theod. quarto tit. i cretio id temporis est, quod datur hæredi liberum ad cernendum, hoc est. consulendum, velint adire hæreditatem. Sed hic cernere hæreditatem idem est quod aspicere : quoniam non sicut, qui aspicit, cernit : ille enim cernit qui rem agnoscit, nec minus animo quam visu perustrat, ut ex illo propheta : *Ut audientes non audiant, et videntes non cernant.*

<sup>a</sup> Long. eod., *ad justitiam virtutis, etc.*

<sup>b</sup> Eras. et seq. eod., *qui ideo descendit, ut captivitatem nostram averteret : ideo ascendit, ut impleverit omnia per apostolos. ... gentium consummaret. Finem*

quæ vel in terra, vel in cœlo sunt <sup>b</sup> (qui ideo descendit, ut impleverit omnia), per ejus apostolos, prophetas, sacerdotes, confirmationem universorum, et congregationem gentium : finem autem spei nostræ charitatem ipsius, ut augeamur in ipso per omnia ; quia ipse est caput universorum, ad quem omnes secundum mensuram operationis in **1000** unum corpus ædificatione charitatis assurgimus (Ephes. iv, 15 et seq.).

4. Non ergo desperandum quod capiti suo membra adhæreant ; præsertim cum in adoptionem filiorum Dei ab initio sinus prædestinati per Jesum Christum in ipso : quam prædestinationem probavit, asserens illud quod ab initio prænuntiatum est, quia *relinquet homo patrem et matrem, et adheret uxori suæ, et erunt duo in carne una* (Gen. ii, 23 ; Ephes. v, 31) ; sacramentum esse Christi et Ecclesiæ. Si ergo Adæ et Evæ copula sacramentum magnum est in Christo et in Ecclesia, certum est quod sicut Eva os de ossibus viri fuit, et caro de carne ejus ; et nos membra sinus corporis Christi, os de ossibus, et caro de carne ejus.

5. Nulla autem epistola tantum benedictionis increpuit in plebe Dei, quantum ista, in qua (Ephes. 1, 1 et seq.) non solum benedictos nos a Deo, sed in omni benedictione benedictos et spiritali et in cœlestibus significavit <sup>c</sup> divinæ locuples gratiæ testis, et prædestinatos nos in adoptionem filiorum, in Filio quoque Dei nos emulatos gratia, abundasse ea ad cognoscendum mysterium æternæ voluntatis : tum præterea in plenitudine temporum cum pacificarentur <sup>c</sup> omnia in Christo, et quæ in terra sunt, et quæ in cœlo, sorte nos in ipso constitutos ; ut quæ Legi sunt implerentur in nobis, et quæ gratiæ : cum etiam secundum Legem electi videremur in juventutis ætate, quæ est vita immaculata, nihil habemus lasciviæ puerilis, et senilis infirmitatis : docti quoque præbium non solum adversus carnem et sanguinem, sed etiam <sup>d</sup> adversus omnem militiam spiritalis nequitiae, quæ est in cœlestibus, vividis gerere virtutibus (Ephes. vi, 12).

6. Itaque sicut illis sortito obliquo captarum et hoste terrarum possessio ; ita nobis cecidit sors gratiæ, ut simus possessio Dei, qui renes possidet nostros (Psal. exxxviii, 13), id est, seminarium castitatis et temperantiæ. Quæris hanc sortem agnoscere? Recordare illum quæ cecidit super Matthiam, ut in duodecimium apostolorum numerum subrogaretur (Act. i, 26). Sed etiam propheta David *autem ; Rom., omnia, et per apostolos. ... gentium consummaret. Finem autem ; nobiscum vero facient* mss. et Amerb. Adverte porro loci hujus difficultatem in hyperbato et ellipsi esse positam, quæ commode hic explanabis : per sanguinem ejus (qui ideo descendit, ut impleverit omnia) reconciliationem factam omnium, quæ vel in cœlo vel in terra sunt : per ejus apostolos. ... congregationem gentium factam cognoscas : finem autem cognoscas, etc.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *divinæ locupletatos gratiæ, etc. ; alii plures, divinæ locupletes gratiæ testes ; etiam demum, omnesque edit. ut in textu, ubi per voces dicuntur locuples, etc. Paulus designatur.*

<sup>d</sup> Non pauci mss., *adversus omnem militiam.*

ait : *Si dormiatis inter medias sortes (Psal. lxxvii, 14)*; A  
eo quod is qui medius inter veteris sortem et novi  
Testamenti est, recumbens in utroque, ad regni cœ-  
lestis tranquillitatem adasciscitur. Hanc sortem filie  
Salphæ petebant hæreditatis paternæ, et earum petitio  
divine iudicio probata est (*Num. xxvii, 1 et seq.*).  
Sed illæ petebant in umbra; Salphæ enim umbra-  
oris significatur : in umbra ergo sermonis petebant,  
loquēbantur quod non revelabatur. Paternæ itaque  
hæreditatis petitio Salphæ filiabus in umbra sermo-  
nis erat; nobis autem est in Evangelii splendore, et  
revelatione gratiæ.

7. Simus itaque nos possessio Dei, et ille nobis  
partio, in quo sunt divitiæ gloriæ et hæreditatis ejus.  
Quis enim dives, nisi solus Deus, qui omnia creavit?  
Sed multo magis dives misericordiæ, qui omnes red- B  
demit, et nos, secundum 1087 carnis naturam, iræ  
filios et a commotioni obnoxios mutavit quasi auctor  
naturæ, ut simus filii pacis et obaritatis (*Ephes. ii,  
4 et seq.*). Quis enim naturam mutare potest, nisi qui  
creavit naturam? Itaque suscitavit mortuos, et vivi-  
ficavit in Christo sedere fecit in cœlestibus in ipso  
Domino Jesu (*Ibid., 8*).

8. Non quo quisquam hominum prærogativam se-  
dendi meruerit in illa sede Dei, de qua Pater soli  
Filio dixit : *Sede a dextris meis (Psal. cix, 1)*; sed  
quia in illa carne Christi, per consortium ejusdem  
naturæ, caro omnis humani generis honorata est.  
Nam sicut ille in nostra carne subditus legitur (*Luc.  
ii, 51*), per unitatem carnis et obedientiam corporis,  
in quo fuit obediens usque ad mortem (*Philip. ii, 8*); C  
sic et nos in illius carne consedimus in cœlestibus.  
Non ergo sedimus, sed in Christo consedimus, qui  
solus sedet ad dexteram Dei Filii hominis, sicut ipse  
dixit : *Amodo videbitis Filium hominis sedentem ad  
dexteram Dei (Matth. xxvi, 64)*. In eo enim abunda-  
vit gratia ejus et bonitas super nos in Christo Jesu,  
ut operibus mortuos, per fidem redemptos, salvatos  
gratia, tantæ donaret libertatis munere, in quo  
velut resuscitata etiam ipsa natura, novæ sensit crea-  
turæ gratiam : ut in bonis operibus ambulemus crea-  
ti in Christo, qui ante b obnoxie hæreditatis vitio  
degeneravimus.

9. Etiam, sublatis inimicitiiis quæ erant ante in  
carne, pax facta est universitatis in cœlo (*Ephes. ii,  
14*); ut essent homines sicut angeli in terra, ut es- D  
sent gentes unum atque Israëlita, ut in homine uno  
et novus homo et vetus, sublato pariete maceriæ,  
qui utrumque dissidioso obice dividebat, inter se  
convenirent. Nam cum hujus naturæ carnis, iram et  
discordias ac dissensiones excitavisset, Lex nos  
damnatorum nexuisset vinculis, Christus Jesus insolentiam  
atque intemperantiam carnis, mortificatione  
compressit, legem mandatorum in decretis evacua-

vit, in quibus ostendit non secundum litteram inter-  
pretanda legis spiritalis dogmata; cum et sabbati  
ignava otia, et corporalis superflua destrueret cir-  
cuncisionis, atque omnibus accessum ad Patrem in  
uno reseraret spiritu. Quomodo enim potest discordia  
esse, ubi una vocatio, unum corpus, et unus spiritus est?

10. Quid enim aliud descendens operatus est Do-  
minus Jesus (*Ephes. iv, 8*), nisi ut de captivitate nos  
in libertatem vindicaret, et illam captivitatem vinc-  
tam perfidie vinculis sibi captivam faceret, alliga-  
tam sapientiæ compedibus, mittente unoquoque  
prudente pedes suos in compedes ejus, sicut scrip-  
tum est (*Ibid.*): et cum descendisset, et ascenderet,  
ut impleret omnia (*Joan. i, 10*), et nos omnes de plen-  
titudine ejus acciperemus?

11. Ideoque primum repletos Spiritu sancto posuit  
in Ecclesia apostolos, prophetas alios, alios evan-  
gelistas, alios autem pastores et doctores, ut eorum  
adhortationibus consummaretur 1088 profectus  
credentium, et ministerii fidelis c opus cresceret  
(*Ephes. iv, 11*). Edificatur unusquisque ædificatione  
virtutum in mensuram ætatis interioris, quæ men-  
sura perfectior vitæ immaculatæ (*Ibid., 13*), id est,  
perfecti viri, accipiens de plenitudine Christi recep-  
it gratiæ plenitudinem.

12. Quis autem vir perfectus est, nisi ille qui ab-  
solutus infantia puerilis ingenii, atque adolescentiæ  
incerto ac lubrico, et immoderato juventutis calore,  
in viri perfecti firmitatem successerit, atque ad il-  
lam morum maturitatem adoleverit; ut non facile  
devisi disputatoris alloquio flectatur, et quasi quadam  
doctrinæ irrationabilis turbidore in scopulos jac-  
tetur procella, ad erroris remedia se conferens : et  
qui veritatem non solum in sermone, sed etiam in  
operibus sequatur suis, et ædificationem charitatis in  
se suscipiat; ut in unitate fidei et agnitionis occurrat,  
et quasi membrum non desit capiti suo, id est Christo,  
qui est caput omnium, ex quo totum corpus fidelium  
et sapientium per harmoniam rationabilem Verbi,  
hoc est enim d συναρμολογούμενον, ἀρμονία τοῦ λόγου  
δεδομημένον (*Ibid., 16*), id est, harmonia Verbi compa-  
ginatum et compactum atque connexum, per omnem  
juncturam ministracionis, in mensuram uniuscujus-  
que partis augmentum corporis facit, in ædificatio-  
nem sui, in charitate; ut assurgat unum templum  
Dei in omnibus, et unum domicilium cœlestis habita-  
culum in spiritu universorum.

13. In quo non solum sanctorum hominum, sed  
omnium credentium, omnium etiam superiorum ra-  
tionabilium Virtutum ac Potestatum, connexionem  
fidei, spiritusque accipiendam arbitror; ut per har-  
moniam quamdam virtutum ac ministeriorum, cor-  
pus unum ex omnibus rationabilis naturæ spiri-  
tus adhæreat capiti suo Christo, ita ædificationis

a *Κραα. ne seq. edit., et morti obnoxios; Amerb. obnoxiosque msa., et commotioni obnoxios.*

b *Msa. aliquot, obnoxii hereditatis vitio eramus; melius cæteri, et omnes edit., obnoxie, etc., ubi et primigenii peccati apertissime exprimitur propagatio.*

c *I. a. msa. magno numero: nonnulli autem, et*

Amerb. pro ædificatur legunt ædificatus: Eras. vero et seq. edit., opus cresceret, ædificaretur, etc.

d Rom. edit. jugulaverat, ἀρμονία τοῦ λόγου δεδομημένον, quod etiam abest a mss. non paucis. Verum cum librariis satis familiare Græcum omittere, locum ex aliis codicibus, et edit. duximus restituendum.

compage connexa, ut ne tactu quidem junctura singulorum adhaerentium discrepare videatur. Hoc est enim <sup>a</sup> quod ἀφὴν dixit Græcus, τῆς χορηγίας καὶ ἐνέργειας ἐν μήτρῳ: quod non difficile erit tanto architecto secundum mensuram uniuscujusque meritum ac fidei convenientem sibi connectere; cum ædificatio charitatis <sup>b</sup> rimam offensionis excludat, atque obstruat. Non est ergo dubitandum cœlestium potestatum adhæsura ad hoc templum ædificandum consortia; incongruum quippe intelligi quod ita assurgat humanæ charitatis ædificatio in templum Dei, ut fiat in nobis habitatio Dei in spiritu, non sit autem in cœlestibus potestatibus.

14. Cujus rei gratia, ut maturius in nobis ædificatio hujusmodi procederet, hortatur nos Apostolus aperire oculos cordis, elevare ad superiora, agnitionem Dei impense querere, veritatem discutere, abscondere in corde mandata Dei, deponere erroris desideria, dedecori **1089** occulta, renovari per gratiam sacramentorum, temperare iracundiam, commotionem ante occasum solis relaxare, cavere ne superiora tua occupet adversarius, spiritus ille habens potestatem, qui se immersit in cor Judæ (Joan. xiii, 12), et comminuit animæ ejus januas; ne posset resistere, furem excludere, mendacem avertere, exsurgere a mortuis, sobrietatem assumere: uxorem viro, ut Ecclesiam Christo, debere esse subditam; virum pro uxore animam suam offerre, sicut se pro Ecclesia tradidit Christus (Ephes. v, 25): postremo quasi bonum bellatorem sumere arma Dei, ac prætereundum semper, non solum adversus carnem et sanguinem, sed etiam adversum spirituales nequitiâs (Ephes. vi, 12); ne a suis emolliri, ab extraneis capi possit. Hæc breviter comprehensa, ut potui, perstrinxi. Vale, fili, et nos dilige; quia nos te diligimus.

#### EPISTOLA LXXVII.

*Roganti quæ hæreditas illa sit, pro qua mortem oppetere plerique non dubitant; respondet hanc ipsam esse quam ex repromissione quasi liberi adipiscimur; nos enim cum Deo ex charitate serviamus, vera potiri libertate. Hoc in Esau benedictione signatum docet; unde colligit ex Lege per quam servitus fuit, etiam libertatem esse, ut quæ ad fidem nos adduxerit: addit non Christum, sed Moysen accusaturum; atque adeo Judæos desipere, a quibus accusator præ bono iudice eligitur.*

#### AMBROSIIUS HORONTIANO.

1. Non otiose querendum putasti quæ sit rei divinæ hæreditas; et cur <sup>c</sup> tanto æstimetur nomine, ut propter eam plerique etiam mortem suam offerant. Verum si consideres quia et in usu humano hæreditatis pecuniariæ gratia facit, ut venerabiliora

<sup>a</sup> Sic. Amerb. et mss. aliquot, a quibus Eras. hoc solv differt, quod verba transposuit in hunc modum, quod dixit Græcus ἀφὴν τῆς, etc. Edit autem Rom. reposuit quod dixit Græcus διὰ πάσης ἀφῆ; τῆς, etc. In pluribus vero mss. Græca sententia desideratur.

<sup>b</sup> Edit. vet. ac mss. nonnulli, *ruinam offensionis*: Rom. et alii scripti cod., *rimam offensionis*, quidam *confessionis*. Absurde.

<sup>c</sup> Rom. edit., *cur æstimetur tanti*; vet., *cur tanto*

A fiant jura pietatis; quia hoc quoque plus defertur parentibus, ne læsa pietas patris ulciscatur se <sup>d</sup> exhæredatione, vel abdicatione contumacis pignoris: mirari profecto desines quæ sit tanta divinæ hæreditatis appetentia.

2. Est autem hæreditas proposita christianis omnibus; sic enim dicit Esaias: *Est hæreditas credentibus in Domino* (Esai. liv, 17): quæ speratur ex repromissione, non ex Lege. Quod veteris Testamenti exemplo probatur, dicente Sarra: *Expelle ancillam, et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cui filio meo Isaac* (Gen. xxi, 10). Filius Sarra Isaac, filius ancillæ Ismael; hi ante Legem sunt: ergo antiquior repromissio quam Lex. Nos secundum Isaac filii per repromissionem, Judæi secundum carnem filii ancillæ (Galat. iv, 28). Nobis mater libera, quæ non parturiebat, et postea ex repromissione effusa, peperitque masculum: illis mater Agar, generans in servitutem. Liber est, cui gratia promittitur; servus, cui jugum Legis imponitur: prius ergo nobis repromissio quam illis Lex; et secundum naturam antiquior libertas, quam servitus. Libertas igitur ex repromissione, ex Lege servitus. Sed licet repromissio ipsa ante Legem sit, ut diximus, ex repromissione autem libertas, in libertate charitas; secundum **1090** Legem tamen est charitas, <sup>e</sup> quæ major libertate est.

3. Non ergo servi? Et quomodo scriptum est: *Laudate, servi, Dominum* (Psal. cxxxiv, 1). Quomodo ipse Apostolus ait: *Sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate* (Ephes. vi, 6)? Verum est et servitus libera, quæ est voluntaria, de qua Apostolus ait: *Qui liber vocatus est, servus est Christi* (1 Cor. vii, 22). Hæc est servitus ex animo, non ex necessitate. Itaque nos servi quidem sumus Creatoris nostri: sed libertatem habemus, quam per gratiam Christi accepimus, generati ex repromissione secundum fidem. Unde quasi ex libera geniti, libertatis sacrificium deferamus, signati in fronte, sicut liberos decet; ut non confundamur, sed gloriemur, signati spiritu, non carne. Quibus recte dicitur: *State, et nolite iterum jugo servitutis contineri* (Galat. v, 1). Non dixit: *Nolite servire, sed nolite jugo servitutis contineri*; est enim gravius jugum servitutis, quam servitus.

D 4. Denique Isaac filio suo Esau petenti benedictionem ait: *Ecce ab ubertate terræ erit tibi habitatio, et a rore cæli summo: et super gladium tuum vivas, et servies fratri tuo. Erit autem cum deposueris et solveris jugum illius a collo tuo* (Gen. xxvii, 39, 40). Quomodo istud convenit, ut serviat, cum solverit jugum fratris a collo suo, nisi distantiam esse intelligi *æstimetur*; omnes vero mss. addunt nomine; non male cum hic idem sonet ac pretio.

<sup>d</sup> Latini exhæredant, Græci abdicant: hoc discriminis inter utrunque, quod abdicamus in vita, exhæredamus in morte. Abdicato statim gratia parentum jusque liberorum denegatur: exhæredato successu bonorum. Per pignora autem hic intelligimus liberos. Ita Nannius.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *quæ major libertas est*. Et alii non

gamus servitutis? Quæ igitur sit differentia, ipsa nobis exponat lectio. Bonus Isaac, et bonus nobis, qui secundum ipsum in libertatem nascimur: et bonus pater utrique filio. Denique quod utrumque diligeret, circa alterum affectu probavit, circa alterum benedictione; seniori enim filio dixerat, ut cibum deferret sibi, et acciperet benedictionem: sed dum ille moram facit, et cibum agrestem et forensem requirit, frater junior domesticum delulit ex ovium grege.

5. Bonus cibus omnium Christus est, bonus cibus est fides, suavis cibus misericordia, jucundus cibus gratia. Hos cibos epulatur populus Ecclesiæ sanctæ. Bonus cibus spiritus Dei, bonus cibus peccatorum remissio. At vero ille prædurus cibus rigor Legis, terrorque pœnarum: agrestis cibus observantia litteræ potius quam gratia indulgentiæ. Denique ille B populus sub maledicto, nos in benedictione. Velox cibus fides: *Prope est enim verbum in ore tuo, et in corde tuo (Deut. xxx, 14)*: tardior cibus Legis. Denique dum Lex expectatur, populus erravit (*Exod. xxxii, 1 et seq.*).

6. Contulit igitur benedictionem pater impigro et fideli filio: sed quia bonus pater erat, servavit et seniori filio benedictionem; ut eum servum faceret fratris sui: non quo familiam suam a degeneri vellet servituti addicere, sed quia is qui regere se non potest et gubernare, servire debet, et subditus esse prudentiori; ut ejus regatur consilio, ne sua stultitia præcipitetur, et labatur temeritate. Pro benedictione igitur hujusmodi confertur servitus. Denique inter bona annumeratur, inter collatam terræ 1091 C ubertatem, et rorem cœli a summo. Sed quia dixerat: *Super gladium tuum vives*; ne ei fortitudinis aut potestatis noceret præsumptio, addidit: *Servies fratri tuo*; ut et carnis fructus uberes, et divinæ rorem adipiscaris gratiæ, et eum sequaris, qui de suo gubernaculo regat.

7. Sed tunc erit istud, cum deposueris jugum ejus a collo tuo; ut voluntariæ servitutis mercedem habeas, non injuriam subeas necessitatis. Inhonorata enim hujusmodi servitus, quæ necessitate cogitur: honorata autem, quæ pietate deservit. Unde apostolus: *Si volens hoc ago, mercedem habeo: si invidius, dispensatio mihi credita est (1 Cor. ix, 17)*. Melius utique mercedis præmium, quàm dispensationis obsequium est. Nos igitur non contineamur servitutis D jugo, sed charitate spiritus serviamus; quia dicit apostolus: *Per charitatem spiritus servite invicem (Galat. v, 13)*. Timor legis est charitas Evangelii. Denique: *Initium sapientiæ timor Domini, plenitudo autem legis charitas (Eccles. i, 16)*. Tamen et ipsa lex dicit: *Et in hoc verbo omne mandatum instauratur (Rom. xiii, 8)*, et in isto uno, inquit, sermone impletur: *Diliges proximum tuum (Galat. v, 14)*.

8. Hoc est igitur quod proposuimus, quia etsi ex lege servitus, tamen secundum legem libertas; cha-  
nulli pro *Non ergo servi*, legunt: *Nunc ergo serviet?*  
Non pauci miss., *degenerari vellet, ac servituti ad-  
ducere.*

A ritas enim libertatis, timor servitutis est. Est igitur et charitas legis, et servitus charitatis: sed lex charitatis prænuntia est, charitas Evangelii piæ servitutis arbitra est.

9. Non superflua itaque lex, quæ tamquam pædagogus prosequitur infirmiores. Infirmiorem dico morum, non corporum; infantes enim sunt, qui fari verbum Dei nesciunt, qui ejus opera non recipiunt (*Galat. iii, 24*). Nam si ætas senectutis vita immaculata (*Sap. iv, 9*), utique ætas adolescentiæ est vita maculosa. Lex ergo pædagogus fuit, id est νόμος, donec fides veniret. *Et quasi infirmi*, inquit, *custodiebamur a lege, conclusi in eam fidem, quæ revelanda foret (Galat. iii, 23)*. Postquam autem fides advenit, non dicit Evangelium, sed fidem; ea est enim sola fides, quæ est in Evangelio. Nam licet justitia Dei in eo revelatur, quæ est ex fide in fidem (*Rom. i, 17*); tamen sic illa Legis est fides, si ei accedat fidei plenitudo. Merito ergo fides ista quasi sola dicitur; quia illa sine hac fides non est, in hac confirmatur. Denique ubi hæc fides venit, plenitudo advenit, advenit filiorum adoptio, cessavit infirmitas, abiit infantia, in virum perfectum assurgimus, Christum induimus. Quomodo igitur infirmus et parvulus esse potest, in quo Christus est Dei virtus? Ergo ad perfectionem venimus, perfectionis præcepta accepimus.

10. Audisti hodie e lectum: *Non possum ego a me facere quidquam: sicut audio, judico (Joan. v, 30)*. Audisti lectum: *Ego non accuso vos, ego non judico. Ego non accuso, Moyses vos accusat, in quem speratis (Ibid., 45)*. Audisti lectum: *Si ego testimonium perhibuero de me ipso, testimonium meum non est verum (Ibid., 31)*. Didici qualis iudex, qualis testis esse debeam. Non enim quasi infirmus dicit: *Non 1092 possum ego a me facere quidquam*: sed infirmus ille, qui sic intelligit. Nihil quidem sine Patre facit Filius; quia communis operatio, et unitas potestatis est: sed hoc loco quasi iudex loquitur, ut cognoscamus homines in judicando, quod non ex voluntate nostra et potestate, sed ex æquitate debeamus formare sententiam.

11. Constitue aliquem reum coargutum et convictum criminis, non astruentem defensionis genera, sed deprecantem et advolentem se ad genua iudicis; respondet ei iudex: *Non possum a me facere quidquam*; justitia in judicando, non potentia est in judicando. Ego non judico, sed facta tua de te iudicant: ipsa te accusant, et ipsa condemnant. Leges te adjudicant, quas iudex non converto, sed custodio. Nihil ex me ego profero, sed ex te forma iudicii in te procedit. Secundum quod audio, judico, non secundum quod volo; et ideo iudicium meum verum est, quia non voluntati indulgeo, sed æquitati.

12. Consideremus itaque quæ sit iudicandi religio. Dominus cœli atque terrarum iudex omnium dicit: *Non possum a me facere quidquam: sicut audio,*

<sup>b</sup> Rom. edit., *νόμος ergo, id est, Lex pædagogus fuit.*

<sup>c</sup> Lectionem hanc in Ecclesiæ synaxi factam esse dubium non est. An vero Mediolani, minime liquet.

et judico; et homo dicit Domino suo: *Nescis quoniam potestatem habeo dimittere te, et potestatem habeo crucifigere te (Joan. xix, 10)?* Quare Dominus non potest? *Quia iudicium, inquit, a meum verum est. Non enim quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me (Joan. v, 30),* id est: Non voluntatem hominis, quem videtis: non arbitrium hominis, quem vos hominem tantummodo judicatis: non voluntatem carnis; quia spiritus promptus, caro autem infirma (*Matth. xxvi, 41*): sed voluntatem divinam, quæ auctor legis, arbitraque iudicii est. Similiter et testis verus est, qui non sibi, sed alii fert testimonium; scriptum est enim: *Laudet te proximus tuus, et non os tuum (Prov. xxvii, 2).*

13. Pulchre autem dicitur Judæis mystice: Ego vos non judico, id est, ego universorum redemptio, ego peccatorum remissio, vos non judico; quia me non recepistis. Non judico, qui libenter indulgeo. Ego non judico, qui sanguine meo redimo peccatores (*Esai. xliii, 25*). Ego non judico, qui deleo iniquitates, et memor non ero. Ego non judico, qui malo vitam quam mortem peccatoris (*Ezech. xviii, 25*). Ego non judico, qui non damno, sed justifico confidentes. Moyses vos accusat, ille vos arguit, in quem speratis: ille accusat vos; quia iudicandi non habet potestatem, quæ ejus debetur auctori. Ille ergo in quem speratis accusat: iste in quem sperare noluitis, absolvit.

14. Magna Judæorum <sup>b</sup> imprudentia! Merito accusantur in criminibus suis; quia accusatorem elegerunt, et bonum iudicem refutaverunt: ideoque <sup>c</sup> deest illis absolutio, pœna non deest.

15. Recte ergo, filii, <sup>c</sup> a lege corpisti, in Evangelio confirmatus es, a fide in fidem, sicut **1093** scriptum est: *Justus enim ex fide vivit (Rom. i, 17).* Vale et nos dilige; quia nos te diligimus.

#### EPISTOLA LXXVIII.

*Abrahæ instar nos ex fide justificari, qua sumus filii liberæ: circumcisionem tantum per Christum vim habuisse, quam ipse in semet passus antiquavit: justitiam ergo non expectandam nisi ex fide, quæ, si perfecta sit, numquam charitate destituitur.*

<sup>d</sup> AMBROSII HORONTIANO.

1. Si Abraham credidit Deo, et reputatum est ei ad justitiam (*Gen. xv, 6*), quod autem reputatur ad justitiam, ex incredulitate ad fidem est: utique ex fide justificamur, non ex operibus legis. Abrahæ autem ipsi duo filii Ismael et Isaac, unus de ancilla, alter de liberâ (*Gal. iv, 22 et seq.*). Et responsum hujusmodi, ut expelleret ancillam, et filium ancillæ; non enim hæredem fore ancillæ filium; et ideo non an-

ncillæ nos filios esse. sed liberæ, qua libertate nos Christus liberavit. Unde colligitur quod ii magis Abrahæ filii, qui ex fide; præstant enim fidei quam generationis hæredes. Lex pedagogus est, fides libera: abjiciamus ergo opera servitutis, tememus gratiam libertatis: <sup>e</sup> deseramus umbram, solem secuti: ritus Judaicos deseramus (*Galat. iii, 24*).

2. Circumcisio membri unius nihil prodest. Denique ait Apostolus: *Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit (Galat. v, 2).* Non quia non possit, sed quia indignos beneficiis suis iudicet, qui via: ejus deserant.

3. Et quidem ante Sephora circumcidit filium suum, et periculum depulit, quod imminebat (*Exod. iv, 25*): sed tunc profuit Christus, cum adhuc perfecta differret. Cum parvulus esset populus credentium, venit non parvulus, sed perfectus in omnibus Dominus Jesus. Circumcisus est primo secundum legem, ne legem solveret: postea per crucem, ut legem impleret (*I Cor. xiii, 10*). Cessavit ergo quod ex parte est, quia venit unum perfectum est; erus enim in Christo non unum membrum, sed totius circumcidit superfluas corporis voluptates.

4. Fortasse adhuc queritur qua ratione circumcidi ex parte voluerit, qui venerat perfectam circumcisionem demonstraturus. De quo non puto esse diutius deliberandum. Nam si peccatum factus est, ut nostra peccata mundaret (*II Cor. v, 21*): si maledictum pro nobis factus est, ut legis maledicta vacuaret (*Galat. iii, 13*); ea ratione et circumcisus pro nobis est, ut circumcisionem Legis auferret, daturus salutem crucis.

5. Spiritu igitur ex fide spem justitiæ expectandam nobis asserit apostolus (*Galat. v, 5*), etiam libertatem vocatos, libertatem nostram in occasionem carnis non debere conferre. Siquidem *neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur (Ibid., 6).* Et ideo scriptum est: *Diliges Dominum Deum tuum (Deut. vi, 4).* Qui autem diligit, **1094** utique credit, et credendo unusquisque diligere incipit. Denique Abraham creditit, et sic diligere cepit: et credidit non ex parte, sed per omnia. Aliiter enim plenam non poterat habere charitatem; quia scriptum est: *Charitas credit omnia (I Cor. xiii, 7).* Si non credit omnia, non videtur charitas esse perfecta. Ergo perfecta charitas omnem fidem habet.

6. Non tamen facile dixerim, quod continuo omnia fides perfectam charitatem habeat; quia Apostolus dixit: *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi pro-*

instituto proposita, ad quam exsolvendam has litteras direxit Ambrosius.

<sup>d</sup> Rom. edit., *Ambrosius episcopus Horontiano: vox episcopus in vet. edit. cunctisque mss. desideratur, nec non in horum aliquot inscriptio omnino prætermissa est.*

<sup>e</sup> Mss. quatuor, *deseramus umbram solis, sicuti ritus judaicos: deseramus circumcisionem membri unius, quæ nihil prodest.*

<sup>a</sup> Rom. edit. sola, *meum justum est.*

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *Judæorum prudentia. Male.*

<sup>c</sup> Hermannus his verbis ductus, Horontianum hunc <sup>e</sup> Judaismo conversum existimat: neque nos ab eo hac re dissidemus. Addimus vero non eundem illum videri, ad quem destinatae sunt superiores ad Horontianum epistolæ. Hunc enim a teneris Ecclesiæ oblatum a parentibus constat, nec videtur ea quaestio a Diacono et a viro ecclesiasticis disciplinis

dest (I Cor. XIII, 2). Etenim cum tria sint maxime in A viro christiano, spes, fides, charitas: major his est charitas (Ibid., 13).

7. Sed arbitror <sup>a</sup> propositi gratia hoc dixisse Apostolum; neque enim videtur mihi qui habeat omnem fidem, ita ut montes transferat, charitatem non habere; quomodo et illud, si habeat aliquis omnia mysteria, et omnem scientiam; quomodo non habeat charitatem, praesertim cum dicat Joannes: Quia omnis qui credit quia Jesus Christus est, de Deo natus est (I Joan. IV, 7); et supra ipse dixerit: Quoniam qui de Deo natus est, non peccat (Ibid., III, 9)? Unde colligitur, si his qui credit quia Jesus Christus est, de Deo natus est; et qui de Deo natus est, non peccat: utique his qui credat quia Jesus Christus est, non peccat. Si quis autem peccat, non credit: qui autem <sup>b</sup> non credit, nec diligit: qui autem non diligit, peccato obnoxius est. Ergo non diligit, qui peccat; charitas enim multitudinem operit peccatorum (I Pet. IV, 8). Quod si charitas peccantem excludit affectum, quandoquidem etiam timorem excludit foras, plena est utique perfectæ fidei charitas.

8. Denique apostoli, qui futuri erant amici, dixerunt: Adauge nobis fidem (Luc. XVII, 15), petentes a bono medico, ut infirmantem in se fidem sanaret. Infirmabatur adhuc fides in iis, cum audiret etiam Petrus: Minimæ fidei, quare dubitasti (Matth. XIV, 32)? Ergo fides velut prævia charitatis occupat animam, et præparat semitas venturæ dilectioni. Sic omnis fides est, ubi perfectio charitatis.

9. Ideo puto dici quia charitas credit omnia (I Cor. C XIII, 7), hoc est, facit fidem omnia credere, <sup>c</sup> et habere hujusmodi animam omnem fidem. Ac per hoc ubi perfecta charitas, ibi omnis fides: sicut ubi perfecta charitas, ibi spes omnis. Denique sicut omnia credit, ita scriptum est quia sperat omnia (Ibid.). Ideo major, quia spem, fidemque complectitur.

10. Hanc charitatem habens, nihil timet; quia charitas timorem excludit foras; et ideo <sup>d</sup> ablegato et exuto timore, omnia suffert, omnia sustinet. <sup>e</sup> Qui ergo per charitatem omnia sustinet, non potest timere martyrium. Et ideo quasi victor, alibi in fine ait: Mihi enim mundus crucifixus est, et ego mundo (Galat. VI, 14). Vale, fili, et nos dilige; quia nos te diligimus.

### 1095 EPISTOLA LXXIX.

Bellicio, qui cum credidisset in Christum, e morbo con-

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *proposita gratia*; melius alii, et omnes edit., *propositi gratia*, id est, argumenti sui gratia, sive ut argumento serviat suo; vult enim sanctus Doctor Apostolum hypothesim impossibilem proposuisse, ut charitatis necessitatem explicaret.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *non credit, peccato obnoxius est*.

<sup>c</sup> Et habere hujusmodi animam omnem fidem, isthæc in mss. quatuor jugulata sunt; nec non sequenti versu illa similiter, *ibi omnis fides, sicut ubi perfecta charitas, ibi*.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *obligato et excluso timore*.

<sup>e</sup> Hæc verba, *Qui ergo per charitatem omnia sustinet*, sicut et illa: *Vale, fili, etc.*, in mss. Corb., Laud., Ful. et Colb. desiderantur.

<sup>f</sup> Codex Boyer., *Maclatum te, etc.*

valuerat, asserit et morbum et sanitatem ejusdem Christi tribuenda visitationi; atque ut ipsum retineat, et ad alia sacramenta properet, illud hortatur.

AMBROSIIUS BELLICIO salutem.

1. Jactatum <sup>f</sup> te gravi ægritudine significasti mihi credidisse in Dominum Jesum, et jam cœpisse revalescere. Ad salutem igitur ea infirmitas fuit, <sup>g</sup> plus æulei quam periculi ferens; quia diu promissum remorabaris. Hoc est quod ait: Percussit infirmitate, sanavit fide. Vidit enim interiorem affectum tuum non vacuum piæ cupiditatis, sed excuti dilationibus; et ideo admonere maluit, ita ut salutem non læderet, devotionem excitaret.

2. Quomodo enim saluti noceret, qui solet dicere, ut legimus in Evangelio: *Ego veniam, et curabo eum* (Matth. VIII, 7)? <sup>h</sup> Ergo et cum a tuis invitaretur, ut inviseret domum tuam, sine dubio dixit: *Ego veniam, et curabo eum*. Et si non audisti eum, ille tamen quasi Deus insensibiliter locutus est: et si non vidisti eum, ille tamen quod te incorporaliter inviserit, dubitari non potest.

3. Sed vidisti eum, qui credidisti ei; vidisti eum, qui recepisti eum hospitio tuæ mentis: vidisti eum spiritu, vidisti eum oculis interioribus. Tene ergo hospitem novum, diu expectatum, sed sero susceptum: in quo et vivimus, et sumus et movemur (Act. XVII, 28). <sup>i</sup> Gustasti igitur fidei prima exordia, non fiat verbum occultum in corde tuo. Hæc omnis gratia est, hoc est omne munus. Nemo enim penetralia domus de ingressu æstimat, siquidem <sup>j</sup> omnis fructus in interioribus est; neque enim sapientis est a fenestra respicere in domum, et stultitia hominis audire per ostium.

4. Alia sunt sacramentorum perfectiorum mysteria; quia *Oculus non vidit, nec auris audivit, quæ præparavit Deus diligentibus eum*, ut dixit Scriptura (I Cor. II, 9). Alia sunt illa, quæ de gloria futura annuntiarunt prophete, quibus revelatum est, et evangelizarunt sancti (Ibid.), *Spiritu Dei missio de celo, in quem concupiscunt et angeli videre*, ut ait apostolus Petrus (I Pet. I, 12). Alia sunt illa, in quibus est <sup>k</sup> mundi redemptio, peccatorum remissio, gratiarum divisio, sacramentorum participatio: quæ cum acceperis, tunc mirabere tantum donatum esse homini, ut illud manna, quod miramur fluxisse de celo

<sup>g</sup> Idem cod., *plus auxilii*: magis scilicet alii et omnes edit., *plus æulei*, ut morbo scilicet ad fidem extimularetur. At sequenti versu cum legitur in cunctis edit. ac prope omnibus mss., *promissum remordebas*; e solo cod. Albin. restitimus, *promissum remorabaris*.

<sup>h</sup> Boyer. cod., *A tuis ergo expectavit, ut invitaretur*.

<sup>i</sup> Mss. Long., *Gusta igitur fidei, etc.*

<sup>j</sup> Cod. Boyer., *omnis factus*. Minime male.

<sup>k</sup> Videtur indicare sacramenta baptismi, confirmationis atque eucharistiæ: sed in hoc ultimo paulo diutius immoratur, eaque de illo obscurius proponit, quæ distinctius atque accuratius lib. de Mysteriis cap. 8 disputantur.

Judæis (*Exod. xvii, 15 et seq.*), <sup>a</sup> nec tantæ gratiæ nec tantæ operationis iudices ad salutem fuisse. Illud enim quicumque acceperunt in deserto, mortui sunt, præter Jesum Nave, et Caleb (*Num. xxxii, 12*): **1096** hoc sacramentum quicumque gustaverit, non morietur in æternum. Sanet te Dominus Jesus. Vale.

EPISTOLA LXXX.

*Ubi curationem cæci a natiuitate ostendit diuinæ fuisse potestatis, discipulorum interrogationem reprehendit; atque nonnullas ejusdem historiæ partes memorat et paucis edisserit.*

<sup>b</sup> AMBROSIIUS BELLICIO.

1. Audisti, frater, lectionem Evangelii, in qua decursum est quod præteriens Dominus Jesus vidit <sup>c</sup> a generatione cæcum. Ergo si Dominus vidit, non eum præterivit (*Joan. ix, 1*): quare nec nos quidem præterire debemus, quem prætereundum Dominus non putavit; præsertim cum a generatione cæcus fuerit, quod non otiose est positum.

2. Est enim cæcitas, quæ plerumque vi ægritudinis aciem obducit oculorum, eademque temporis spatium mitigatur: est cæcitas, quæ humorum infusione generatur; ea quoque, vitio plerumque sublato, medicinæ arte depellitur; ut cognoscas quia quod iste sanatur, qui a generatione sua cæcus est, non artis est, sed potestatis. Donavit enim Dominus sanitatem, non medicinam exercuit; eos enim sanavit Dominus Jesus, quos nemo curaret.

3. <sup>d</sup> Quam stolidi autem Judæi, qui interrogant: *Hic peccavit, an parentes ejus* (*Ibid., 2*)? debilitates corporum referentes ad merita delictorum. Et ideo Dominus ait: *Neque hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestarentur opera Dei in illo* (*Ibid., 3*). Quod enim naturæ defuit, creatori competit reformare, qui auctor naturæ est. Unde addidit: *Cum in hoc mundo sum, lux sum hujus mundi* (*Ibid.*); hoc est, omnes <sup>e</sup> possunt videre, qui cæci sunt, si me lumen requirant. Accedite et vos, et illuminamini, <sup>f</sup> ut videre possitis (*Psal. xxxiii, 6*).

4. Deinde quid sibi vult quod is, qui vitam refundebat imperio, salutem præcepto dabat, dicens mortuo: *Exi foras* (*Joan. xi, 44*), et egressus est Laza-

rus de sepulcro; dicens paralytico: *Surge, tolle grabatum tuum* (*Marc. ii, 11*); et surrexit paralyticus, et cœpit grabatum ipse portare, in quo <sup>g</sup> solutus membris omnibus, portabatur: quid, inquam, sibi vult, quod exspuit et fecit lutum, et superunxit oculos cæci, et dixit ei: *Vade et lava in Siloam, quod interpretatur missus; et abiit, et lavit, et videre cœpit* (*Joan. ix, 7*)? Quæ ista ratio est? Magna, ni fallor; plus enim videt, quem Jesus tangit.

5. Simul et divinitatem et sanctificationem ejus adverte. Quasi lux tetigit, infudit: quasi sacerdos per figuram baptismatis, mysteria gratiæ spiritalis implevit. Exspuit, **1097** ut adverteres quia interiora Christi lumen sunt. Et vere videt <sup>h</sup>, qui Christi mandatur internis. Lavat saliva ejus, lavat sermo ejus, sicut habes: *Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis* (*Joan. xv, 3*).

6. Quod autem lutum fecit, et superunxit oculos cæci (*Joan. ix, 6*), quid aliud significat, nisi ut intelligeres quia ipse hominem, luto illito, reddidit unitati, qui de luto hominem figuravit (*Gen. ii, 7*): et quod hæc caro luti nostri per baptismatis sacramenta æternæ vitæ lumen accipiat? Accede et tu ad Siloam, hoc est, ad eum qui missus est a Patre, sicut habes: *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui me misit* (*Joan. vii, 16*). Diluat te Christus, ut videas. Veni ad baptismum, tempus ipsum adest: veni festinus, ut tu dicas: *Abii, et lavi, et videre cœpi* (*Joan. ix, 11*); ut et tu dicas: <sup>i</sup> *Cæcus eram, et videre cœpi*; ut tu dicas, sicut iste refuso lumine ait: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit* (*Rom. xiii, 12*).

7. Nox erat cæcitas. Nox erat, cum Judas accepit buccellam a Jesu, et introivit in eum Satanus. Judæ nox erat, in quo diabolus erat: Joanni dies erat, qui in Christi pectore recumbebat (*Joan. xiii, 27*). Petro quoque dies erat, cum lumen Christi videret in monte (*Matth. xvii, 2 et seq.*). <sup>j</sup> Nox erat aliis, sed Petro dies erat. At vero ipsi Petro nox erat, quando Christum negabat. Denique gallus cantavit, et flere cœpit (*Matth. xxvi, 70 et seq.*), ut emendaret errorem; jam enim dies appropinquabat.

8. Interrogabant Judæi cæcum: *Quomodo videri* (*Joan. ix, 10*)? Grandis amentia! interrogabant quod

<sup>a</sup> Nec tantæ gratiæ additum est e solo cod. Boyer. D quod in aliis et cunctis edit. non sine concinnitatis detrimento prætermittitur.

<sup>b</sup> Ita mss. nonnulli, ac vet. edit.: Rom. autem inseruit, τὸ Ἐπίσκοπος; mss. Læt., Long. et Gem. per correctionem Ambrosii *Irenæo*; idem Gem. I manu, *Horontiano*; alii quinque salutationem omnino repudiant, cujus loco in tribus aliis substituitur: *Prædicatio de cæco nato*. Sed hanc epistolam ad Bellicium esse inscribendam ex superiori manifestum est.

<sup>c</sup> Vet. edit. ac mss. quidam, a generatione cæcum. Ergo ne nos quidem præterire debemus. Et infra, ut cognoscas quia quod iste sanatur, qui a generatione sua cæcus est, non artis est, etc.

<sup>d</sup> Rom. edit., *Quam stolidè autem discipuli interrogant*; aliæ vero, et mss. ut in textu, nisi quod in paucis stulti ponitur pro *stolidi*. Eodem etiam sensu hanc ipsam discipulorum interrogationem Chrysostomus absurdam vocat.

<sup>e</sup> Vet. edit., *possunt videre, quia cæci sunt*.

<sup>f</sup> Codices Laud., Corb., Germ., Colb. ac Ful., ut *videri possit Deus*.

<sup>g</sup> Mss. aliquot, *solutus*; nonnulli, *solutis membris* jacebat.

<sup>h</sup> Corb. codex, qui a Christo mundatur in terra. Observatu porro dignum est in hac cæci nati curatione Patres egregiam baptismi figuram deprehendisse. Adisis inter alios Augustinum in hunc Joannis locum, et discipulum præceptoris vestigia legere animadvertes. Hic etiam annotandum est hoc ipsum Evangelium olim in Ecclesia sub extremam quadragesimam legi solitum, ut hæc verba testificarent: *Veni ad baptismum, tempus ipsum adest*. Ex quibus verbis etiam constat e catechumenis necdum excessisse hunc Bellicium.

<sup>i</sup> Mss. Corb., Laud., Colb., Germ. ac Ful., *In tenebris eram*.

<sup>j</sup> Idem mss., *Nox erat, sed lumen videbat. Nox erat aliis, etc.*



videbant : interrogabant causam, cum factum vi- A et non operuistis me (Matth. xxv, 45). Laborat, ut me derent. jacentem erigat.

9. Et maledixerunt ei, dicentes : Tu sis discipulus ejus (Joan. ix, 28). <sup>a</sup> Maledictio eorum benedictio est ; quia benedictio eorum , maledictio est. Tu sis, inquit, discipulus ejus. Tunc prosunt, quando <sup>b</sup> nocere se credunt. Vale, fili, et nos dilige, ut facis ; quia nos te diligimus.

## EPISTOLA LXXXI.

Quosdam clericos propter laborem ac difficultatem animo despondentes, verbis erigit, eisque non modo futuram mercedem ponit ob oculos, sed etiam paratum Christi præsidium. Eam ob rem explicatis aliquot Scripturæ locis, admonet ne se divelli ab illo patiantur.

## AMBROSIIUS clericis.

1. Plerumque humanis obrepat mentibus, ut aliqua levi præstricti offensione, si non illis cedant pro studio voluntaria, officio desistant : quod in alio genere hominum tolerabile, in iis vero qui rei divinæ intendunt, plenum doloris.

2. Sunt enim aliqui in clericorum munere, quibus inimicus obrepere studet, si alias eos non poterit circumvenire, ut læsis hujusmodi **1098** inserat cogitationes. Quid mihi prodest in clero manere, subire injurias, labores perpeti, quasi non possit <sup>c</sup> ager meus me pascere, aut si ager desit, quasi aliter exercere sumptum non queam ? Itaque hujusmodi cogitationibus etiam boni mores ab officio retrahuntur : quasi vero hoc solum sit in clerico, ut sumptum expediat suum, et non ut divinum sibi post mortem potius subsidium locet ; quamquam ille post mortem abundet, qui tutus hic poterit decernere adversum tot inimicorum insidias.

3. Unde Ecclesiastes ait : *Optimi duo super unum, quibus est merces bona in labore ipsorum ; quoniam <sup>d</sup> si ceciderit, unus erigit socium suum* (Eccles. iv, 9, 10). Ubi sunt duo optimi super unum, nisi ubi Christus est, et is quem Christus tuetur ? Quia si ceciderit, qui cum Domino est Jesu, erigit eum Jesus.

4. Sed qua ratione dixit : *In labore ipsorum* ? Ergo et Christus laborat ? Utique laborat, qui ait : *Laboravi clamans* (Psal. lvm, 4). Laborat, <sup>e</sup> sed in nobis : denique ad puteum fatigatus sedebat (Joan. iv, 6). Sed quomodo labore, docuit nos Apostolus minore <sup>d</sup> exemplo, dicens : *Quis infirmatur, et ego non infirmor* (II Cor. xi, 29) ? Docuit et ipse Dominus sua voce : *Æger eram, et non visitastis me : nudus eram,*

<sup>a</sup> Maledictio eorum... discipulus ejus, in mss. non paucis, et apud Amerb. desideratur.

<sup>b</sup> Hæc epistola cum ea, quam 26 loco collocavimus, una serie in mss. aliquot ita compingitur : *nocere se credunt. Semper quidem decantata quæstio, etc.*

<sup>c</sup> Indicatur hoc loco in clericorum ordine alios fuisse, qui facultates aliquas possiderent, alios qui nullas : qua de re diximus ad lib. I Offic. cap. 36, num. 184.

<sup>d</sup> Vet. edit. hic, et nos cum Rom. ac mss. lib. de Instit. Virg., cap. 11, si ceciderit unus, alter eriget : *de qua lectione videsis Nobilium. Vet. autem edit.*

et non operuistis me (Matth. xxv, 45). Laborat, ut me jacentem erigat.

5. Unde et in Elisæo figura Domini præcessit, qui projecit se, ut mortuum erigeret (IV Reg. iv, 34) : in quo symbolum est, quod nobis Christus commortuus sit, ut nobis resurgeret. Projecit itaque se usque ad nostram Christus fragilitatem, ut nos erigeret. Projecit se, non cecidit, sed erexit consortem. Ipse enim consortes nos sibi fecit, ut scriptum est, quia unctus est <sup>f</sup> oleo justitiæ præ consortibus suis (Psal. xlv, 8).

6. Unde pulchre ait Ecclesiastes : *Quoniam qui ceciderit, erigit socium suum* (Eccles. iv, 10), non ipse erigitur ; Christus enim non alterius auxilio, atque ope erectus est, sed ipse se resuscitavit. Denique *solvite, inquit, hoc templum, et in triduo illud resuscitabo. Hoc autem dixit de templo corporis sui* (Joan. ii, 19). Nec immerito erectus non est ab alio, qui non cecidit ; nam et ille qui a secundo erigitur, cecidit : et qui cecidit, indiget auxilio, ut erigatur. Quod et subjecta docent, dicente Scriptura : *Væ illi uni, cum ceciderit, et non est secundus qui eum erigat ! quia et si dormierint duo, est calor illis* (Eccl. iv, 10, 11). Commortui enim sumus Christo, et ideo convivimus (Rom. vi, 8). Christus nobis commortuus est, ut nos calefaceret, qui ait : *Ignem veni mittere in terram* (Luc. xii, 49).

7. Mortuus eram, sed quia in baptisate commortuus Christo sum, accepi lumen vitæ a Christo. Et qui in Christo moritur, per Christum calefactus vitæ et resurrectionis vaporem accipit. **1099** Frigidus erat puer, calefecit eum Elisæus spiritu suo, dedit ei vitæ calorem (IV Reg. iv, 34). Condormivit ei, ut eum calor quietis ejus, qui in symbolo consepultus ei fuerat, excitaret. Frigidus itaque est, qui non moritur in Christo : calefieri non potest, cui ignis ardens non appropinquat : <sup>g</sup> incalecere non potest alteri, qui secum non habet Christum.

8. Et ut cognoscas secundum mysterium dictum, non secundum numerum ; quia *optimi duo quam unus*, subjecti mysticum : *Et spartum triplex ; <sup>h</sup> non corrumpetur*. Tria enim, quæ non sunt composita, non corrumpuntur : Trinitas itaque incompositæ naturæ corrumpi non potest ; quia Deus unum et simplex, et incompositum est, quidquid est : quod <sup>d</sup> autem est, permanet, non subjicitur.

10. Bonum est itaque adherere alteri, et inserere collum in torques ejus, et subjicere humerum, et portare illum, nec lædiare ad vincula ; quia de domo

citato lib. de Instit. Virg. et Rom. hic, si ceciderit unus, eriget. Nos vero cum mss. virgulam præmittimus voci unus, at sine illis pro ceciderit non audeamus restituere si ceciderint ; quod tamen Ambrosium scripsisse conjicimus e Græcis verbis τὸν πέρωσι, ὁ εἷς ἕγρει, vel ἕγρει, etc.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, sed non in nobis. At pravo sensu.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola, oleo lætitiæ.

<sup>g</sup> Ita Rom. edit. cum parte mss. ; vet. autem edit.

cum reliquis mss., incalescere non potest.

<sup>h</sup> Rom. edit. sola, non cito rumpitur.

alligatorum exivit, qui regnet, puer ille qui super A regem seniore[m] et stultum est. Ideoque qui eum sequuntur, alligati vinculis sunt. Denique Paulus victus Jesu Christi (Ephes. iii, 1). Unde et ipse Jesus captivam duxit captivitatem (Ephes. iv, 8). Non satis visum est ei solvere captivitatem, quam diabolus imposuerat; ne iterum a liberis vagantesque invaderet: sed perfecta absolutio astimata est sub Christo degere, et injicere pedes in compedes sapientiae, ipsius captivum esse, ut sis liber ab adversario.

11. Recte puer, quoniam *puer natus est nobis* (Esai. ix, 6); et vere optimus puer, cui dictum est a Patre Deo: *Magnum tibi est vocari puerum meum* (Esai. xlix, 5). Sapiens quoque, ut Evangelium docet; quia *proficiebat aetate et sapientia* (Luc. ii, 52). B Convenienter etiam pauper: *quia cum dives esset, pauper factus est; ut nos sua inopia ditaret* (II Cor. viii, 9). Et ideo non fastidit in regno suo pauperem, sed exaudivit eum, et liberat ex omnibus angustiis et molestiis.

12. Sub hoc ergo vivamus, ut rex ille senior et stultus, b nullam habeat potestatem supra nos. Qui dum vult regnare quasi voluntatis suae dominus, nec sub vinculis esse Domini Jesu, inveteratus in peccatis, stultitiae incidit deformitatem. Quid enim stultius; quam, relictis caelestibus, ad terrena intendi-se, et posthabitis perpetuis, elegisse ea quae caduca sunt et fragilia?

13. Nemo ergo dicat: Non est nobis c portio in Jacob, neque haereditas in Israel (III Reg. xii, 16). Nemo dicat: Non sum in clero; quia scriptum est: *Date Levi clericos ejus* (Deut. xxxiii, 8). Et iterum David ait: Quia is qui inter clericos duos medius requiescit, ipse ad superna alis evolat spiritalibus (Psal. lxxvii, 14). Non dicas de Deo tuo: *Gravis mihi est* (Sap. ii, 12); nec de loco tuo: *Inutilis est mihi*; quia scriptum est: *Locum tuum noli relinquere* (Eccles. x, 4). Vult enim auferre cum adversarius, vult te abducere; quia invidet spei tuae, invidet muneri.

14. Sed tu quicumque in clero es Domini, 1100 portio ejus et possessio, noli recedere de Domini possessione, ut dicas Domino: *Possedisti renes meos: suscepisti me ex utero matris meae* (Psal. cxxxviii, 23); et ille tibi quasi bono servo dicat: *Transi, recumbe* (Luc. xvii, 7). Valet, filii, et servite Domino; quia bonus Dominus.

#### EPISTOLA LXXXII.

Quomodo in MARCELLI, Laeti et amborum sororis causa

a Omnes edit. ac mss. nonnulli, *liberos vacantesque*; alii plures, et notae melioris, *liberos, vagantesque*. Et hoc aptius opponitur sequentibus his, *injicere pedes in compedes sapientiae*.

b Edit. Rom. hic inseruit, *qui non novit praecavere ultra*.

c Eadem edit. sola, *portio in David, neque haereditas in filio Jesse*.

d Formam sacrae praereptionis vocat Ambrosius leges imperiales, ut Thaumass. Discipl. Eccl. p. i, l. ii, c. 42, tradit. Nec forte alia constitutio hic in-

*constitutus sit iudex, et quare illam cognitionem susceperit, ut maluerit arbitrum agere, commemorat, litis exponit statum, ac Marcello damnatum non agere ostendit. Hinc eum laudat, quod arbitrum se ipse praestiterit longe aequissimum. Cur tamen in ejus arbitrio non nihil mutaverit, docet: ac demum qua ratione singuli sine Ecclesiae damno vicerint, declarat.*

#### AMBROSIIUS MARCELLO.

1. Apud me decursus est tui textus negotii, quod non intulisti, sed recepisti; quia erat et pietatis necessitas, et probanda in pauperes liberalitatis voluntas. Cognovi autem d secundum sacrae formam praereptionis, in quam me induit et beatissimi Apostoli auctoritas, et tuae doctrinae ac vitae forma et disciplina. Nam cum ipse arguerem quod adhuc inter vos maneret veterosum jurgium, cognoscendi mihi necessitatem partes imposuerunt.

2. Erubui recusare, fateor, cum praesertim e togati utriusque partis invicem se lacesserent, dicentes ut meo sub examine liqueret, cui parti majoris juris vel justitiae suffragia forent. Quid plura? Cum jam conclusi essent dies, et paucorum horarum superesset spatium, quibus tamen alia audiret praefectus negotia; petierunt causae patroni prorogari paucorum dierum tempora, ut ego residerem cogitator. Tantus ardor erat christianis viris, ne praefectus de episcopi judicaret negotio. Aiebant praeterea nescio quae gesta indecore, et pro suo quisque studio jactabat, quae episcopo potius iudice, quam praefecto C examinari oporteret.

3. His confusus, simul admonitus Apostolice praereptionis, quae arguit, dicens: *Nonne de iis qui inter sunt, vos judicatis* (I Cor. v, 12)? Et iterum: *Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sum in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad reverentiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum: sed frater cum fratre iudicio contendit, et hoc apud infideles* (I Cor. vi, 4); recepi cognitionem, ita tamen ut compositionis essem arbiter. Videbam enim quod si pro tuis iudicarem partibus, posset ille non acquiescere: si pro illo ferretur sententia, obediret tua et sanctae sororis defensione. Erat ergo iniqua discernendi conditio. Posset etiam illis videri suspecta necessitudinis sacerdotalis gratia. Quando enim victus quemvis alium quam se aequiorem putat? Et quod verum est, erant vetusti jurgii intolerabiles utrique parti dispendia; si finis ejus aut 1101 f fructu careret, aut liberalitatis solatio.

dicatur, nisi celebris illa cujus a Constantino magno promulgatae meminit Sozomenus lib. i Histor. cap. 9. e Togati, ait Nannius, ex habitu cultaque, quae causas agebant, patroni litium et causidici appellati coepti sunt.

f Sic omnes edit. ac mss. aliquot: alii autem plures, *furti caret, vel careret*; quidam etiam, *fructu caret*; unde non absurde quis conjiciat Ambrosium scripsisse *fructu careret*: nam *fructu* in genitivo sunt Terentius atque alii. Quod autem supra not. semel, et infra quoque loco litis vocem *jurgii* adhibet

4. Cum igitur anceps iudicium, jus controversum, A multiplices ab utraque parte actiones cernerem, invidiæ<sup>a</sup> plenas supplicationes, rescriptorum quoque obreptiones obtexerent: adverterem etiam gravi conditione illum, si vicisset, acturum<sup>b</sup> de duplis fructibus, et de sumptibus aunosæ litis: tuo autem officio non convenire, ut expensas iurgii posceres: nec competere, ut quidquam de fructibus possessor ageres, quos percepisses; malui iurgium<sup>c</sup> compositione cædere, quam pronuntiatione acerbare. Alia enim habebant excitari iurgia: tum, quod est gravissimum, etsi iurgia sublata forent, erant tamen odia mansura, quæ apud bonos mores dispendii sunt.

5. Inter hos æstus positus, cum me persona sacerdotis, femine sexus, viduæ gravitas, amici quoque contemplatio, trino quodam non perfunctorio conveniret nomine, illud sequendum putavi; ut neminem vinci vellem, et omnes vincere. Nec sefellit sententia; vicistis enim omnes germanitati, vicistis naturæ, vicistis, Scripturæ dicenti: *Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini* (1 Cor. vi, 7)?

6. Sed putas te gravatum iactura juris, damno pecuniæ. Meliora utique sacerdotibus damna, quam lucra sæculi sunt: *Beatius est enim dare, quam accipere* (Act. xx, 35). Sed forte dicas: Fraudem non debui pati, injuriam non debui perpeti, damnum subire. Quid ergo? Inferre velles? Sed etsi tu non inferres, ille se passum diceret. Itaque vide quid dicat Apostolus: *Quare non magis fraudem patimini?* C Ut prope videatur, qui non patitur, fecisse; tolerare enim debet, qui fortior est.

7. Verum quid ego ita tecum ago, quasi hoc meum, et non tuum sit? Tu enim obtulisti, quasi arbiter litis, ut soror<sup>d</sup> in diem vitæ suæ possideret partem prædii, post obitum ejus fratri cederet omnis possessio. Neque quisquam enim vel tuo, vel Ecclesiæ conveniret nomine: sed sibi haberet, si ita mallet, ut nihil dispensaret Ecclesiæ. Hoc cum ego prædicarem, et præferrem tantam animo tuo infusam liberalitatis gratiam, respondit germanus tuus placere sibi oblationem, si metus deteriorandæ poses-

sans sanctus Præsul, hoc inde esse Nannius docet, quia D iurgium dicitur, quod jure agatur.

<sup>a</sup> Id est, libelli principibus ab uno litigantium oblatis.

<sup>b</sup> Lege 1 de Fruct. et lit. imp. a Valentiniano seniore an. 369, lata edicitur, ut qui rem injuste possederit, non modo ejiciatur illius possessione, sed etiam duplos fructus justo domino restituat, additis et litis sumptibus. Hoc tamen ultimum postea Honorii lege temperatum est an. 425 promulgata, qua quidem ne de impensis litis novâ institueretur actio, prohibetur.

<sup>c</sup> Eras. et seq. edit. cum paucis mss., *compositione sedare*: Amerb. cum aliis multo pluribus, *comp. cædere*. Ita porro dicere licet litem cædere, quemadmodum litem secare atque dirimire.

<sup>d</sup> Huic locum Casaubonus in *Spartianum* num. 26, allegat, ut ea formula demonstrat apud Latinos in diem mortis significari.

<sup>e</sup> Possessionem tributariam dici putat Nannius,

tionis decederet. Quemadmodum enim femina, et quod est amplius, vidua<sup>e</sup> possessionem reget tributariam? Quid sibi profuturum, quod sibi<sup>f</sup> jura possessionis cederes; si majora ex incultu agri subeunda sibi damna arbitraretur?

8. Movebat hoc utriusque partis togatos. 1102 Itaque omnium conspirante assensu, placuit ut Lætus v. c. agrum susciperet, et certum numerum frumenti, vini, olei, sorori quotannis pensitaret. Ergo sanctæ germanæ tuæ non jus, sed sollicitudo decessit: non fructus, sed culturæ labor: non redditus, sed incerti eventus quædam, ut dicitur vulgo, alea. Si tempestates ventorum graves proventum impedierint, sorori tamen tuæ sua ubertas manebit. Si nimia siccitate aruerint locorum gignentia, <sup>g</sup> sorori tamen tuæ sata non minuetur fecunditas. Sibi ascribet Lætus conditionem oblationis suæ: si necessitates temporum et extraordinariis incubuerint exactiones, germana tua beneficio tuo, ut in dispendio Læti, immunis erit: Lætus autem se proprietate locorum solabitur.

9. Vicistis ergo omnes: Lætus, quia jus loci adeptus est, quod non tenebat: soror, quia annuis potietur fructibus jam sine lite, sine iurgio; nemo tamen plenius, nemo gloriosius quam tu vicisti, qui dum erga sororem confirmari vis liberalitatem tuam, in utrumque eam fraternæ consortem necessitudinis contulisti. Nam et fratri concessisti proprietatem, et sorori<sup>b</sup> usus fructum: nihil autem adimitur Ecclesiæ, quod pietati acquiritur; charitas enim non damnum, sed lucrum Christi est; denique charitas fructus Spiritus sancti est (Galat. v, 22). Apostolico igitur caractere cognitio decursa est. Dolebamus ante quod litem haberes: profuit iurgium, ut formam indueres apostolicæ vitæ et præceptionis. Illud sacerdotio non congruebat, hæc transactio et apostolicam docet normam.

10. Nec vereare ne immunis sit atque exors Ecclesia liberalitatis tuæ. Habet et illa fructus tuos et quidem uberiores, habet fructus doctrinæ tuæ, habet tuæ vitæ stipendium; habet fecunditatem, quam tuis institutis rigasti. His dives redditibus, non querit temporalia; quia æterna possidet. Addidisti au-

quod tributa dependat, quæ si suo die non repræsentetur, magna multa involvunt proprietarium. Sed hinc etiam videtur hujusmodi possessionis administratio viduæ difficillior, quod illæ soleant in tributorum aliorumque onerum distributione atque exactione magis vexari; quippe quæ ab injustitia defendere se minus valeant.

<sup>f</sup> Mss. Long., *jura possessionis crederes; Gem., jure possessionis decederes.*

<sup>g</sup> Eras. et seq. edit., *sorori tamen tuæ stata; Amerb. et mss.,.... sata; Long., sanctæ.* Quod autem subditur: *sibi ascribet Lætus, etc.*, Nannius explicat in hunc sensum: Id est, suo periculo, inquit, pensitationem sustinebit, eamque ab oneribus extraordinariis expediet, et inde muniam persolvat.

<sup>h</sup> Nonnulli mss., *usus fructuum.* Adverte autem ex sequentibus quantum a moribus Ambrosianis id abfuerit, ut Ecclesiam e familiarum ruina vel perturbacione vellet ditescere.

tem ei non solum apostolicos, sed etiam evangelicos A fructus; Dominus enim dixit: *Facite vobis amicos de iniquo mammona* (Luc. xvi, 9). Fecisti et tu amicos, et quod mirabile est, ex dissidentibus. Fecisti in jus germanitatis redire fratres, fecisti eos hac charitate, hac gratia securos esse, quod suscipiantur in æterna tabernacula.

11. Christo igitur auctore et duobus arbitris sacerdotibus, te qui formam prior dedisti, me qui sententiam prompsi, facta pax non claudicabit; quando tanta fidei convenerunt suffragia, ut perfidia non possit esse sine pœna.

12. Arabit Lætus sorori, cui antea alienos invidabat labores: messem Lætus sorori colliget, **1103** in qua ante ferre non poterat alienas donationes: deferet fructus ad sororis horrea, et hoc <sup>a</sup> lætus B faciet, recepta etiam jam nominis sui proprietate.

13. Tu interea conformatus in apostolum Christi, assumens prophetica auctoritatem, dices ad Dominum: *Possedisti renes meos* (Psal. cxxxviii, 15). Hæc melius possessio Christum decet; ut virtutes sacerdotis possideat sui, hos fructus capiat, qui sunt integritatis et continentia, et quod est amplius, charitatis et tranquillitatis. Vale, et nos dilige; quia nos te diligimus.

#### EPISTOLA LXXXIII.

SISINNIIUM propter veniam filio, qui se inconsulto uxorem duxerat, datam commendat; et commodis quibusdam quæ ille ex eo relaturus erat, memoratis, eundem hac ignoscendi facilitate sanctorum vestigiis instituisse ostendit.

AMBROSII SISINNIO.

1. Quod filio nostro remisisti meo rogatu, quia te

<sup>a</sup> Hoc est, inquit Nannius, hilaris id faciet, proprietatisque et etymologiae sui nominis, quod lætitiæ sonat, respondebit. Ita ille. Cæterum Ambrosio huiusmodi allusiones non displicuisse ex epistolis ad Paternum, Irenæum et Priscum intelligimus. Sed hoc ipsum illi commune est cum aliis multis auctoribus, quorum nonnullos Casaubonus in Lampridium num. 23 memorat, ubi hæc ipsa Doctoris nostri verba duriuscula, ipse forsitan hoc loci paulo delicatior, existimat.

<sup>b</sup> Eras. et seq. edit., *quam cujusquam*; Amerb. cum mss., *quam cujusce*. Sed hic exceptorum error est ortus e soni similitudine, qua eodem modo veteres pronuntiabant *cujusce* et *cujusque*, *coce* et *quoque*; unde notus Ciceronis jocus in filium Coci candidatum: Ego tibi, *coce*, favebo. Hic enim in ambigua pronuntiatione acumen erat.

<sup>c</sup> *Φλοστοργίαν* significat, inquit Nannius, nimirum eam propensionem, qua parentes adversus liberos suos vergunt: allusum nonnihil, quod ex sequentibus magis patebit, ad illud Terentii: Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri.

<sup>d</sup> Utrumnam matrimonium a liberis initum, in scis nec assentientibus parentibus, ratum ac firmum habendum sit, disceptatur a theologis. Qui negantem partem defendunt, auctoritatem Ambrosii proferunt lib. 1 de Abraham cap. 9, num. 94, huiusmodi matrimonia non in filiis familiis tantum, sed etiam in junioribus viduis condemnantis. Quod autem ad locos e lib. 1 de Virgin. cap. 10, num. 5, nec non e lib. de Virginit. cap. 5, num. 25, qui primo testimonio videntur contrarii, eos illi hoc sensu explicant, ut puellæ ad nubendum invitæ cogi non possint, si procos a parentibus propositos illis displicere forte con-

inconsulto, uxorem acceperat, pietati magis tribuo, quam nostro amori; plus est enim pietatem ipsam de te impetravisse, <sup>b</sup> quam cujusque petitionem. Certe sacerdos tunc magis impetrat, cum virtus praevalet; sacerdotis enim petitio doctrina pietatis est. Impetravit igitur natura, impetravit filius eo plenius, quia postulati contemplatio temporalis solet esse: virtutis autem diuturnus habitus, et jugis <sup>c</sup> animorum inductio.

2. Pulchre itaque gestum, ut te patrem recognosceres: simul quia justa indignatio fuit; malum enim culpam fateri, ut plus laudetur paterna indulgentia: sed et ipsa paterna offensio fuit, <sup>d</sup> quoniam venturam in locum filiae tuo debuisti eligere iudicio, cui fieres pater. Namque aut natura filios suscipimus, aut electione; <sup>e</sup> in natura casus est, in electione iudicium: magisque in adoptatis offendimus, quam in genitilibus filiis; quia genitales filios esse degeneres, ad naturam refertur: adscitos vel adoptione vel copula dedecores esse nostro errori ascribitur. Fuit ergo quod succenseret filio, sed fuit **1104** etiam quod remitteres; quia sibi uxorem elegit. Acquisisti filiam sine electionis periculo. Si bonam duxit, tibi acquisivit gratiam: si erravit, recipiendo meliores facies, refutando deteriores.

3. Maturiore quidem consilio puella filio a patre traditur: sed majore obsequii proposito a filio ad patrem ducitur, et a viro lecta ingreditur soceri domum; dum metuit et filius displicere iudicium suum, et nurus ministerium. Illam paternæ electionis prerogativa attollit atque erigit; istam offensionis humiliat metus, inclinatur verecundia. Non habebit filius, quod in uxorem referat, quasi exors culpæ, si qui-

lingat. Contra vero qui consensum parentum ad validitatem conjugii contendunt non esse necessarium, ii Doctorem nostrum in libris de Virginibus id aperte definire affirmant, in libro autem de Abraham parentum voluntatem requirere, non quod sit absolute necessitatis, sed tantum honestatis atque decori. Advertendum est autem Gratianum, P. Lombardum ac D. Thomam, qui huius opinionis duces fuerunt, et ævi sui disciplina mentem Ambrosii esse interpretatos. Constat siquidem eorum temporibus clandestina matrimonia ab Ecclesia pro legitimis habita esse, ut a Tridentinis quoque Patribus definitum est. Verum non ita obtinebat ætate Ambrosii. Etenim ambigere non licet, quin Ecclesia disciplinam suam principum, quorum est conditiones ad legitimum contractum necessarias constituere, legibus tunc temporis accommodaverit. Cum igitur multæ leges imperiales, quas et in Codice et apud cl. Spencrum in tractatu de hac materia edito reperire est, huiusmodi furtiva connubia proscripserint, hinc colligimus eadem illa ætate nec ab Ecclesia nec ab Ambrosio admissa esse. Certe quidem multis retro annis filios sine parentum consensu *rite et jure* nubere negaverat Tertullianus lib. ii ad Uxorem, c. 9. Quapropter locos lib. de Virgin. ita exponimus, ac si legatur: Quamobrem filias vestras a servanda virginitate prohibere tentatis, quæ illas ad nubendum non potestis cogere, nisi eisdem non invisos, sed quos amare velint, procos offeratis.

<sup>e</sup> Ms. Thuan. et Carol., *in natura causa est*. Non recte. Porro eodem plane sensu de generationis atque adoptionis discrimine loquitur Plinius junior in Panegyrico, ubi de Traiano a Nerva imperatore in filium allecto sermonem habet.

fortasse offensum sit, quod habet usus; immo amplius elaborabit, ut in utroque suum possit probari, et in uxore iudicium, et in se obsequium.

4. Fecisti igitur quod boni parentes, ut cito ignosceres, sed obsecratus; nam antequam rogare-  
ris, non erat ignoscere, sed factum probare. Deinde diutius differre veniam, et tibi acerbum, et illis inutile; neque enim paterna viscera diutius tolerare possent.

5 et 6. Summæ devotionis proposito Abraham filium suum secundum oraculum Dei offerebat in holocaustum; et quasi exors naturæ, exerebat gladium, ne mora sacrificium decoloraret; tamen ubi abstinere a filio iussus est, gladium libenter recondit: et qui immolare unigenitum, fidei intentione properabat, majore pietatis studio festinavit ovem subrogare B sacrificio (*Gen. xxii, 6 et seq.*).

7. Joseph quoque (*Gen. xlii, 15 et seq.*), ut fratrem juniorem teneret, simulabat iracundiam fratribus, et a compositam furti fraudem; indignatus tamen, cum advolveretur ad genua ejus unus ex fratribus Judas, flerent alii, fraterno victus et compassus affectu, diutius tenere non potuit simulationem severitatis: remotisque arbitris, aperuit fratribus quod germani sui essent, et ipse esset Joseph, quem vendidissent: nec se memorem suæ esse injuriæ, et fraternæ venditionis acerbiterne fraterne excusare, atque id b quod posset arguere, ad altiores causas referre; eo quod ita oportuisset fieri, procurante Deo; ut 1105 transiret in Ægyptum, qui gentem suam frugis externæ egentem pasceret, ut sterilitatis tempore alendis patri et filiis subsidio foret. C

8. Quid autem de sancto David loquar, qui degenerem filium, c et fraterno oblitum sanguine, ad unius mulieris petitionem paternis visceribus mentem emollitus domo recepit (*II Reg. xiv, 12*)?

9. Ipse ille Evangelicus pater adolescentiorem filium, qui prodegerat omnem substantiam a patre acceptam vivendo luxuriose, regredientem tamen unius sermonis inflexus humilitate, quod in patrem peccasse se fatebatur, occursu pio fovit, supra collum ejus cecidit, primam illi stolam, annulum et calceamenta deferri jussit; atque honoratum osculo, donatum munere, admirabili suscepit convivio (*Luc. xv, 22*).

10. Horum te imitatore præbui pietate patria, D qua proxime ad Deum accedimus; et ideo ego prompte filiam nostram adhortatus sum, ut etiam hiemali tempore viæ laborem exciperet, commodius

a Rom. edit., *composita a se furti fraude indignatus est*: vet., *compositam a se*, etc.; mss. omittunt a se.

b Mss. non pauci, *quod oportuisset*; aliqui, *quod potuisset, arguere*.

c Complures mss., *fraternum oblitum sanguinem*; melius tamen alii, et omnes edit., *fraterno*, etc.

d Vet. edit. ac mss. nonnulli, *Quinegio* seu *Quinigio*: Rom. edit. et mss. cæteri, *Cynegio*. Ilunc autem Paterni filium illum fuisse, quem is cum nepte jungere matrimonio cogitabat, hujus epistolæ cum ea quæ ad eundem Paternum inscribitur, comparatio videtur ostendere. Adde præterea quod hæc

hibernatura non solum in hospitio, sed etiam in affectu paterno, cum jam successerit indignationi gratia: quandoquidem ut plene te ad similitudinem atque imitationem sanctorum referres, eos accusavisti, qui compositis mendaciis animum tuum adversum filios excitandum arbitrati sunt. Vale, et nos dilige; quia nos te diligimus.

#### EPISTOLA LXXXIV.

CYNEGIUM de consultatione sua commendat.

AMBROSIIUS d CYNEGIO.

1. Quam ingenuo commendasti pudore, quia de eo consuleres, quod non probares, sed morem generes parenti; ut pietatem non læderes, securus quod non aliud a me posset referri, nisi quod sanctas deceret necessitudines.

2. Ego vero libenter tua in me onera suscepi, et avo neptem, ut opinor, refudi. Quam nescio plane qua opinione nrum sibi fieri desiderabat, ut avum socero mutaret. Plura non opus est, ne hoc quoque accedat ad verecundiam. Vale, fili, et nos dilige; quia nos quoque te diligimus.

#### EPISTOLA LXXXV.

SYRICIO gratiis actis, quod litteras ad se miserit per Syrum presbyterum, celerem hujus redditum laudat, et de sequendo Christo quædam subjungit.

AMBROSIIUS SYRICIO.

1. Gratum est mihi cum litteras accipio tuas. At cum de conservitio nostro 1106 aliquos dirigis, ut fratrem nostrum et compresbyterum Syrum tuis es prosecutus litteris, geminatur lætitia. Sed utinam fructus fuisset iste diuturnior! Nam statim ut venit, recurrendum putavit: quod quidem desiderium meum plurimum minuit, ad sui gratiam multum addidit.

2. Nam ego diligo eos e vel presbyteros vel diaconos, qui cum aliquo processerint, nequaquam se patiuntur a suo diutius abesse munere. Dicit enim propheta: *Non laboravi sequens post te (Jerem. xvii, 16)*. Quis autem potest laborare sequens Jesum; cum ipse dicat: *Venite ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego vos reficiam (Matth. xi, 28)*? Sequamur ergo Jesum semper, nec desinamus. Quod si semper sequamur, numquam deficimus; dat enim vires sequentibus se. Itaque quo propior virtuti fueris, eo fortior eris.

3. Plerumque cum sequimur, dicitur nobis ab adversariis: *Ubi est verbum Domini? Veniat (Jerem. xvii, 15)*. Sed nos non fatigemur sequendo, non avertamur subdolæ interrogationis impedimento.

illi subjungitur in ant. edit. ac pene omnibus mss.; ad quem ordinem si quis eam in hac etiam edit. redactam oportuisse contenderit, non admodum repugnabimus.

e Ex his verbis, nec non ex iis quibus epistola 12, num. 7, Ambrosius tam suo quam aliorum Italiæ antistitum nomine imperatoribus ut legatos a se ad Comitatum destinatos maturius dimittant, supplicat, atque ex aliis similibus locis intelligitur, quam ab ecclesiastico officio sancti præsules alienum judicaverint sacros ministros a suis sedibus ac stationibus diu abesse.

Dicabatur hoc prophetæ, cum mitteretur in carcerem, cum demergeretur in voragine[m] luti: *Ubi est verbum Domini? Veniat (Jerem. xxxvii, 15)*. Sed ille multo magis secutus est, et ideo ad bravium pervenit, ideo accepit coronam; quia non laboravit, qui sequebatur Jesum: *Non est enim labor Jacob, nec dolor videbitur in Israel (Num. xxiii, 21)*. Vale, et nos dilige; quia et nos amantem nostri, <sup>a</sup> et parentem, diligimus.

## EPISTOLA LXXXVI.

*De litteris a Prisco utrinque perlatis.*

AMBROSIIUS STRICIO.

1. Prisco amico <sup>b</sup> et æquævo meo dedisti adveniēti litteras, ego quoque revertenti reddidi, quas et pro officio et pro amore debui. Utrumque igitur nostrum suo officio remuneratus est, qui et mihi tuas, et meas tibi restituit; ideo ejus officii pretium incremento debet adipisci gratiæ. Vale, et nos, frater, dilige; quia nos te diligimus.

## EPISTOLA LXXXVII.

*Laudat Polybium, cujus rogatu se binas ad Segatium at Delphinum epistolas scripsisse significat.*

AMBROSIIUS <sup>c</sup> SEGATIO et DELPHINO episcopis.

1. Polybius filius noster cum de Africa regressus partibus, in quibus proconsularem jurisdictionem egregie representavit, aliquantulos nobiscum exegisset dies, summa gratia se meis visceribus infudit.

**1107** 2. Deinde eum abire hinc et demerare vellet, proposuit ut utriusque vestrum scriberem. Promisi futurum. Itaque dictavi epistolam, et utriusque conscriptam nomine dedi. Postulavit alteram. Dixi ad utrumque vestrum datam <sup>d</sup> more, usque nostro; eo quod sancta mens vestra non epistolarum numero, sed conjunctione nominum delectaretur: nec perpeti posset, ut fieret vocabulorum separatio, quorum affectus conveniret; itaque præscriptam nostro muneri, ut uteremur charitatis compendio.

3. Quid plura? Exegit alteram, dedi; ut neque illi negarem, quod posceret: nec mihi immutarem, quod in usum venerat. Ita et ille habet quod utriusque reddat; quia id solum prætendit, ne cum alteri

<sup>a</sup> Edit., *ut parentem*; mss., *et parentem*. Quem autem hic isto dignatur vocabulo, ab eo quem sequenti epistola fratrem appellat, diversum non putamus, sed nec forsitan a Syricio Romano pontifice.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *et æquali meo*.

<sup>c</sup> Vet. edit. ac duo mss., *Fægadio*; Rom. *Fygadio*; cæteri mss. *Segatio*; excipe tamen Albin. ubi scribitur, *Segariano*. Non dubitatur autem quin is ipse sit, de quo Hieronymus lib. ii de Script. Eccles. cap. 119, *Sabadus*, inquit, *Agenni Galliarum episcopus edidit contra Arianos librum. Dicuntur et ejus esse alia opuscula, quæ necdum legi*. Ejus quoque meminit Sev. Sulpitius lib. ii sub nomine *Sæquadii*, sicut et concilium Cæsaraugustanum, *Figadii*. Quod autem ad Delphinum, is procul dubio non alius erat a Burdigalensi episcopo, qui baptisate regeneravit sanctum Paulinum, et ad quem hujus exstant aliquot epistolæ; et in aliis crebra mentio. Sanctorum albo inscriptum est ejusdem nomen ix kal. Januariarum.

<sup>d</sup> Epistolas, quarum hic mentio fit ab Ambrosio,

A reddidisset, alteri vacuus foret. Et ego vobis indivisæ gratiæ munus sine ullo dependam offensivis periculo, et divisionis scrupulo; cum præsertim etiam hæc forma descriptionis Apostolicæ sit, ut et unus ad plures, ut Paulus ad Galatas: et duo ad unum possint scribere, sicut scriptum est: *Paulus vinotus Jesu Christi, et Timotheus frater, Philimoni (Philim., 1)*. Salutem vobis dico: diligite nos, et orate pro nobis; quia ego vos diligo.

## EPISTOLA LXXXVIII.

*Priscus litterarum utriusque bajulum laudat.*

AMBROSIIUS ATTICO.

1. Prisco meo dedisti litteras. Priscus meus mihi reddidit, et ego Prisco. Tu Priscum, ut soles, dilige; et plus etiam quam soles: quod eo suadeo, quia et ipse Priscum meum facio plurimi. Est enim ep eum priscus hic noster amor, qui a pueritia jam inde nobiscum ætate accrevit simul: sed cum melis post vidi tempore; ut vere mihi non solem meminisse, sed etiam tanti intervallo temporis priscus advenit. Vale, et nos amantes tui dilige; quia nos te diligimus.

## EPISTOLA LXXXIX.

*De ALYPI ad se, deque suis ad cum litteris agit.*

AMBROSIIUS ALYPIO.

1. Antiochus vir <sup>f</sup> consularis reddidit mihi civilitatis tuæ litteras, nec supersedi respondendi munere; nam per meos homines dedi litteras, et mi fallor, alia oborta copia, **1108** geminavi epistolam. Sed quia non tam remedienda amicitia munia, quam cumulanda arbitror: oportuit ipso præsertim repediente, qui me tanto litterarum tuarum <sup>g</sup> affectu munio, referri aliquod officium sermonis mei; ut ep utriusque vestrum, et ille tibi absolveretur, qui debet referre quod acceperat. Vale, <sup>h</sup> et diligentes te dilige.

## EPISTOLA XC.

*ANTONII amorem in se, suumque vicissim in illum commemorat.*

AMBROSIIUS ANTONIO.

1. Numquam es tacitus mihi, nec unquam in

in librum epistolarum suarum, si nullus ex illis ab eo unquam compactus est, relatas esse dubitari non potest. Unde cum jam nullibi exstant, interitus necesse est eundem librum. Sed ex sequentibus etiam epistolis alias pariter ad nos non pervenisse intelligimus.

<sup>e</sup> Plerique mss., *et Timotheus fratri Philimoni*.

<sup>f</sup> Rom. edit. cum mss. aliquot, *vir clarissimus*; vet. edit. cum cæteris mss., *vir consularis*. Fatendum tamen est inter illius sæculi consules hujus nominis nullum occurrere. Sed eum honoris titulum præfata provinciarum et aliis quibusdam attribui solitum intelligimus ex Paulino in Ambrosii Vita, Rufino Hist. lib. ii, cap. 11, ubi de Ambrosio ipso loquitur, et Cod. Theod., etc.

<sup>g</sup> Ita mss. magno numero, et cum his Rom. edit.: vet. autem edit. cura mss. monnullis, *quam cumulum meliam non cumulandam*.

<sup>h</sup> Rom. edit. sola, *affectu munera*.

<sup>i</sup> Codex Gem., *Vale, frater, et nos dilige; qui nos quoque te diligimus; Prati., Vale, frater. Explicit, etc.*

me transmissum silentio querar, qui sciam quod tuo non desim pectori. Nam cum id pendas, quod pluris est; qui potes etiam id negare, quod sæpe etiam in multos defluit, non tam amoris usu, quam officii vicissitudine?

2. Ego vero etiam ex meo animo tuam vicem æstimo, ut numquam me tibi, et te mihi absentem putem; quoniam semper animis adheremus: nunquam tuas litteras mihi deesse opiner, aut meas tibi; eum te quotidie coram alloquar, in te oculos, studia, atque omnia officia mea dirigam.

3. His tecum delectat congrēdi; nam litteræ tuæ, ut aperio eum individuū pectoris mei loquar, verēdandi me faciunt. Unde peto ut superēdeas gratiarum relatu; mihi enim mei in vos officii summa

A merees est, si me debito erga vos muneri non defuisse arbitrarer. Vale, et nos dilige, quia ego quoque te diligo.

### EPISTOLA XCII.

CANDIDIANUM laudat, ac se deprimit.

AMBROSIIUS CANDIDIANO fratri.

1. Summus quidem splendor in sermone est tuo, sed magis in affectu elucet mihi; nam in epistolis mentis tuæ aspicio fulgorem, dilectissime frater ac beatissime. Dominus te benedicat, et det tibi suam gratiam; nam et ipse in epistolis tuis vota magis, quam mea merita recognosco. Quæ enim merita mea tanta tuis æquantur seruanibus? Dilige nos, frater; <sup>a</sup> quia nos te diligimus.

<sup>a</sup> Mss. aliquot, non defuisse arbitraris.

<sup>b</sup> Non pauci mss., quia et ego te diligo.

## IN LIBROS DUOS DE EXCESSU FRATRIS SATYRI ADMONITIO.

Ambrosio præter Marcellinam sororem, quam perpetuum virginitalis votum professam, Romæ ut plurimum habuisse, libri *de Virginitate* et Ambrosianæ ad eam epistolæ palam faciunt, fuit etiam germanus frater, cujus obitus hisce opellis causam præbuit. Huic nomen Satyro inditum constat, quo eum sancti Doctoris auctoritate Romanum Martyrologium ad xv Kal. Octob. sanctorum numero inseruit. Sed ipsum insuper Uranium cognominatum esse ex ejus epitaphio, quod tamquam ab ipsomet Ambrosio scriptum refert Dungalus (*De cultu Imag. tom. iv Bibl. PP. part. n*), intelligitur; nisi malueris quæ Uranio non cognominis rationem attribuere, sed tantum epitheti quo Satyri, jam in cælum recepti, beatitudo significetur. Nos quidem in medio rem relinquimus, epitaphium vero subiciemus his præsentibus.

Satyrus itaque primum in foro causas oravit (*Lib. 1, num. 40*), deinde provinciarum administrationi præfectus fuit (*Num. 58*), quod utrumque commune habuit cum Ambrosio. Sed multo plura in illis emicuerunt quam simillima, et usque adeo alter alteram vultu, corporis habitu, valetudine, ingenio, moribus referebat (*Num. 58, 59, 70*), ut aliud fratrum par tam perfecte sibi consentiens vix unquam existerit. Hinc nata illa, quæ arctius quam natura ipsa eos colligabat, intima et mutua charitas (*Num. 21, 22*); ex qua factum est, ut cum inuis ac reluctans Ambrosius onus subiisset episcopale, Satyrus omnem rerum domesticarum atque temporalium curam in se reciperet (*Num. 20 et seq.*), hæc saltem laboris ac sollicitudinis parte fratrem levaturus. Contigit autem ut Prosper quidam in aliqua provinciarum Africæ degens, debitam fratribus pecuniam solvere detrectaret (*Num. 21*). Eo proficisci, hec fratre admodum refragante ac frequentibus litteris etiam revocante (*Num. 23*), consultit Satyrus. Verum soluta in ipso cursu nave qua ferebatur, non sine ultimo periculo (*Num. 27, 27*) appuit ad oram destinatam. Rem ex animi sententia transegit cum Prospero. At in Italiam atque adeo Mediolanum reversus, vix fraternis amplexibus redditus fuerat, cum in gravissimum incidit morbum, cujus vi et atrocitate extinctus est (*Num. 47*).

Quantum doloris ex ejus morte cepit Ambrosius, facile quis ex utriusque amore ac suavissima vitæ societate intelligat. Verumtamen hoc casu frangi se nequaquam passus, non modo exanimi corporis oculos manu sua claudere (*Num. 19*), atque fœtore humeros subicere sibi imperavit (*Num. 4*): sed etiam consensu ambone basilicæ, audiente innumera populi frequentia, et palente presentis cadaveris facie (*Num. 78*), eum laudavit priorum orationum, cujus summam hic exhibemus. Principio (*Num. 1 et seq.*) gratias agit quod Ecclesiæ periculum in familiam suam conversum videatur; et non tam sibi dolendum quod fratrem amisit, quam gratulandum quod eum quandoque habuerit, proficitur; maxime autem id sibi esse solatio, quod lacrymas suas prosequantur omnium lærymæ (*Num. 5*), quodque jam ne a fratre unquam divellatur (*Num. 6*), minime timeat. Hinc ubi multiplicem, quæ sibi cum fratre intercedebat, conjunctionem tenerrimo amoris sensu commemoravit (*Num. 7 et seq.*), dolorem suum ita excusat, ut erum temperandum potius, quam deledum asserat. Colligit tamen quasdam consolationis causas, et potissimum (*Num. 17 et seq.*) quod fratri ex Africa reduci ultima pietatis officia reddere sibi licuerit. Tum repetitis ejusdem fratris in se meritis, timorem suum ob ejus absentiam, fallacemque ex ipsius reditu lætitiā describit (*Num. 20 et seq.*). Sub hæc, instituta inter fratris atque Tabithæ luctum comparatione, cor illi reuocitari non conduisset, exponit (*Num. 28 et seq.*). Ubi sua et fratris convulsione inter se compa-

ratis (*Num. 31 et seq.*), denuo ad ea quæ sibi ejusdem exasperent desiderium, redit (*Num. 34 et seq.*). Deinde ad cardinales virtutes sermonem convertens, quantam in Eucharistia fiduciam reposuerit, quantæ prudentia caverit, ne a schismatico baptismum acciperet, prædicat (*Num. 42 et seq.*). Illic ejus eloquentia, fortitudine, simplicitate, castitate, temperantia, et liberalitate erga pauperes commendatis, qualem se in fratres præbuerit, ex eo quod nec patrimonium dividere, nec uxorem ducere, nec testamentum condere substituerit, demonstrat (*Num. 49 et seq.*). His licet augeatur conceptus dolor, cur tamen moderandus sit, rationes proponit; seque promittit illius memoriam numquam positurum (*Num. 63 et seq.*). Ultimo nonnullis ad Marcellinæ consolationem interjectis, postremum vale fratri amantissime dicit, atque orationem fuis pro ejus pace ac quiete precibus claudit (*Num. 76 et seq.*).

Cum dies septem elapsi essent (*Lib. II, num. 2*), rediit ad Satyri monumentum populus, ceremonias precesque consuetas celebraturus. Hic alteram harum orationum Ambrosius, quamvis ad meditando eam temporis angustiis coactatus, admodum fusam pronuntiavit hoc ferme sensu. Postquam præmisit priori libro nonnihil dolori indultum esse, in hoc magis omnium hominum conditionem consideraturum se pollicetur (*Num. 1 et seq.*). Inde proponit tria tractanda, mortem scilicet communem esse, nos ejus operi sæculi ærumnis tutos effici, ac demum per eam ad resurrectionem aditum dari (*Num. 3*). Ut persuadeat communem hanc legem ferendam esse, varia exempla in medium affert, puta eorum qui nativitatem placent, obitum autem plausu prosequerentur: nec non Lyciorum apud quos viri in luctu vestem induere muliebrem legibus cogebantur (*Num. 4 et seq.*). Dehinc, adjectis rationibus nonnullis, feminarum in maritorum funebribus impotentiam graviter castigat (*Num. 8 et seq.*): et patientiam in amicorum morte, quam in diuitiarum absentia difficiliorem non esse docet (*Num. 15 et seq.*). Mox ad secundam partem accedens (*Num. 18 et seq.*), multiplices exponit humanæ vitæ calamitates, ex quibus nos nisi per mortem non liberari, sanctorum virorum exemplis probat (*Num. 23 et seq.*). Ubi vero quantum iidem passi fuerint, amplificavit; metuendam inde colligit (*Num. 44 et seq.*) mortem non esse, quod requies, lucrum, remedium, ac decus in ea ipsa reperiantur. Transit denique ad postremum membrum, ad quod astruendum triplici genere argumenti utitur, nimirum *ratione, universitatis exemplo, testimonio rei gestæ* (*Num. 50, 52*). Rationem exigit ut corpus et anima simul aut pœnis aut præmiis afficiantur, paucis perstringit. At vero in secunda parte dicitur moratus (*Num. 53 et seq.*), pulchre de naturæ generationibus ac mutationibus philosophatur: post quæ, dubiis quibusdam prudenter exsolutis, resurrectionem Phœnicis, atque humanæ generationis exemplo, firmat (*Num. 58, 60*): expositoque ejusdem resurrectionis ordine ac ratione, indignum esse ait, ut ea non creditur, cum philosophicis de animarum in varia corpora transmigratione deliriis, ac poeticis de serpentiorum dentium in homines conversione ineptis fides habeatur (*Num. 61, 65, 70*). Unde colligit prophetarum testimoniis, quorum locos proponit, atque edisserit, magis credendum (*Num. 66 et seq.*). Postremo venit ad rei gestæ testimonia, ubi exposita trium mortuorum a Christo ad vitam revocatorum historia, nec ii qui ab Elia, Petro et in passione Dominica resuscitati sunt, prætermittuntur (*Num. 77 et seq.*). Contra philosophos sanctus Præsul rursus insurgens, resurrectionem rationi consonam esse luculenter monstrat (*Num. 86 et seq.*). Adjicit (*Num. 90, 91*) Deo et Christo, qui causa est resurrectionis, fidem præbeant, et quomodo rapiendus sit in æera Paulus, explanans (*Num. 92*), patriarchas vivere docet, de quorum virtutibus pie disputat (*Num. 95 et seq.*). His qua ratione Christus *inter mortuos liber* dicatur, ubi subjungit, quæ de tubis Moses præcepit, spiritali enarrat sensu (*Num. 95, 117*); quibus expositionem quorundam Canticis et Apocalypsi locorum addit (*Num. 118 et seq.*). Contracta demum tamquam in manipulum tota oratione, votisque ut fratrem brevi sequatur, palam conceptis, sermonem absolvit (*Num. 150 et seq.*).

Extra dubium est hos duos libros constare totidem orationibus, quas in unum opus, indito librorum titulo, et forte etiam nonnullis adjectis aut immutatis, conjungi voluit ipsemet Ambrosius; unde statim initio secundi libri hæc verba ponit: *Superiore libro aliquid indulsimus, etc.* Eadem operi præfigitur in manuscriptis hæc inscriptio: *Incipiunt libri sancti Ambrosii episcopi de Excessu Satyri fratris sui, et de Resurrectione mortuorum.* In quibusdam tamen codicibus aliqua varietas est; exempli causa, in nonnullis hoc modo inscribitur: *Flebilis querimonia beati Ambrosii antistitis de excessu charissimi sui fratris*; sed in similibus libris maxima licentia usos reperimus. Majoris auctoritatis est, quod Augustinus (*Lib. II de Pecc. Orig. cap. 41*) librum secundum his verbis allegat: *In opere quod scripsit de Resurrectione*; utrumque autem Ambrosius (*Enarr. Psal. 1, n. 51*) isto lemmate: *In libris Consolationis et Resurrectionis.* De priore hujus inscriptionis parte dicemus in Admonitione ad Orationem de Obitu Valentini, nunc vero tantum monebimus communi titulo sermonis argumentum liquidius efferri. Quod ad titulum secundi libri, fere is concipitur in illam formam: *De Fide Resurrectionis, vel de Resurrectione mortuorum*; et eum aptum esse atque congruum præmissa analysis ejusdem libri plane convincit.

Illud operis eo ipso anno compositum fuisse, quo Satyrus migravit ad superos, inficias iverit nemo; sed quoto anno hæc eadem mors inciderit, obscurius est. Baronius eundem illi, quem cædi Gratiani, tribuendum putat, id est 385; suamque opinionem inde communit, quod belli atque barbarorum timorem, de quo hic agitur, alio referri posse non existimat, nisi ad irruptionem, quam extincto memorato principe, Maximus Italiæ minitabatur. Verumtamen præterquam quod neque Maximus, neque Eugenius



barbaros quales priore libro describit sanctus Præsul, secum adduxisse usquam leguntur; quomodo idem Ambrosius aut mentionem tam recentis doloris prætermisisset, aut tam fidenter in domum suam, quidquid timebatur omnibus, fraterna morte conversum esse atque expiatum pronuntiasset? Accedit quod cum Satyri navigationem Ambrosiani pontificatus initio susceptam esse illud suadeat, quod in occasionem non solvendi debiti eandem Ambrosii dignitatem trahebat Prosper, cumque Satyrum in ipso ætatis flore Ambrosius sublatum narret (*Lib. 1, n. 31*); ex his clarum fit bellicos illos motus ac Barbarorum minas cum exito Valentis imperatoris anno 378, iv kal. Sept. in tugurio combusti, magis quadrare; hæc enim tempestate ingens a Barbaris metus Italiam ac vicinas provincias invasit. Quapropter utrumque hunc librum anno insequenti, hoc est, 379 scriptum esse nulli dubitamus; idque sub ætatis initium contigisse argumento est, quod Ambrosius fratrem et per hiberna frigora navigasse, et paucis a reditu mensibus exspirasse testatum facit.

Antiqui moris fuit apud Athenienses, ut qui pro patria fortiter dimicando occubuissent, publica laudatione honorarentur, quemadmodum Plato auctor est in *Menæxeno*: Romani vero illustres viros atque feminas eodem honore prosequerentur, quam consuetudinem a P. Val. Publicola consule, qui Junium collegam publice laudavit, exortam esse observant historici. Sed antiquiora adhuc ejusdem ritus vestigia exstant in libris sacris. Nam vel Davidis planctus super Saule ac Jonatha, qui libro II Regum capite I describitur: vel Jeremiæ lamenta super Josia rege, de quibus libro II Paralipomenon, quid aliud sunt, nisi funebres laudationes? Non igitur mirum videri debet, si tot orationes in laudem eorum, sive qui pro Christi fide ac nomine sanguinem profudissent, sive qui virtutum singularium splendore christianum nomen illustravissent, habitæ reperiantur apud Patres Ecclesiæ Græcæ ac Latinæ; sed illud forte videbitur insolentius, quod fratris laudes frater ipse celebrare aggressus fuerit. Verum clarissima exempla habet Ambrosius, quibus se defendat. Namque ut omitamus illud profanis usu venisse, ut magni viri mortuorum sibi arctissimo conjunctionis nexu copulatorum encomiastas se præbuerint, quod factum legitur a Julio Cæsare, qui Juliam amitam et Corneliam uxorem laudavit *e more pro rostris*, ut ait Suetonius in ejus Vita; unus Gregorius Nazianzenus, cujus orationes in patris, fratris ac sororis funeribus dictæ supersunt, Ambrosio sufficere posset ad patrocinium: postea vero et Gregorium et Ambrosium Bernardus in laudando Girardo fratre imitatus est.

Admonebimus, antequam de tabula manus tollatur, Dungalum a librariis quibusdam, qui ob nonnullam argumenti affinitatem librum de Paradiso his duobus libris una descripserunt, deceptum, eundem librum tamquam tertium de Morte Satyri allegavisse, in quo ipsum graviter allucinasse nemo non videat. Quod autem ad epitaphium ab eo memoratum, hæc ejus verba sunt Ambrosio nostro (*Loc. sup. cit.*) non plane indigna:

Uranio Satyro supremum frater honorem  
 a Martyris ad lævam detulit Ambrosius.  
 Hæc meriti merces, ut sacri sanguinis humor  
 Finitimas penetrans alluat exuvias.

a Sancti Victoris videlicet.

# SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## DE EXCESSU FRATRIS SUI SATYRI

LIBRI DUO<sup>a</sup>.

LIBER PRIMUS.

1113<sup>a</sup>. Deduximus, fratres dilectissimi, hostiam meam, hostiam incontaminatam, hostiam Deo pla-

centem, <sup>b</sup> domnum et fratrem meum Satyrum. Memineram esse mortalem, nec sefellit opinio,

<sup>a</sup> Scripti anno 379.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *dominum et fratrem*; alii mss. plures et potiores, *domnum et fratrem*. Observat autem Menardus noster in cap. 70 Regulæ S. Bened. vocem *Dominum* regiam et imperatoriam

esse, nec ea salutari voluisse Augustum Cæsarem: postea autem a scriptoribus, ut humiliori vocabulo uterentur, ex τὸν *dominus* factam esse vocem *domnus* per syncopen. Quod ubi exemplis e Sev. Sulpitio, et aliunde petitis probavit, addit apud Græcos

sed superabundavit gratia. Itaque nihil habeo quod querar, et habeo in quo Deo gratias agam; quia semper optavi, ut si quæ perturbationes vel Ecclesiam vel me manerent, in me potius ac meam deciderent domum. Deo igitur gratias, quia in hoc omnium meo, cum omnia motibus sint suspecta Barbaricis, communem maerorem privato dolore transegi, et in me conversum est <sup>b</sup> quidquid timebam omnibus. Atque utinam hic consummatum sit, ut dolor meus publici doloris redemptio sit!

2. Nihil quidem habui, fratres charissimi, in rebus humanis tanto fratre pretiosius, nihil amabilius, nihil charius; sed præstant privatis publica. Ipsius quoque sententiam si quis sciscitaretur, <sup>c</sup> mallet occidi pro aliis, quam sibi vivere; propterea enim pro omnibus secundum carnem Christus est mortuus, ut nos non solis nobis vivere disceremus (1<sup>a</sup> Cor. v, 15).

3. Accedit illud quod ingratus divinitati esse non possum: lætandum est enim magis quod talem fratrem habuerim, quam dolendum quod fratrem amisserim; illud enim munus, hoc debitum est. Itaque <sup>d</sup> perfunctus sum, quamdiu licuit, **1114** commissio mihi fenore: qui deposuit pignus, recepit. Nihil interest utrum abjures depositum, an dolens restitutum. In utroque fidei ambiguum, <sup>e</sup> vitæ periculum est. An si pecuniam neges, culpa est: si hostiam neges, <sup>f</sup> pietas est? cum pecuniæ fenerator illud possit, naturæ auctor, et necessitudinis creditor fraudari non queat. Itaque quanto uberior fenoris summa, tanto gratior sortis usura.

4. Unde ingrati de <sup>g</sup> fratre esse non possumus; quia quod naturæ communis fuit, reddidit: quod gratiæ singularis est, meruit. Quis enim communem conditionem recuset? Quis doleat sibi proprium pignus ereptum, cum ad solatium nostri <sup>h</sup> Fratris sum unicum pro nobis Pater tradiderit ad mortem (Rom. viii, 32)? Quis exceptum se putat esse debere a conditione moriendi, qui non sit exceptus a conditione nascendi? Magnum pietatis mysterium, ut mors corporis nec in Christo esset ereptus; <sup>i</sup> ~~et licet~~ naturæ Dominus, carnis tamen quam susceperat, legem non recusaret. Et nihil necesse est mori, nisi necesse non fuit. <sup>j</sup> ~~Ant qui de servo dicit: Si cum volo sic manere, donec venio, quid ad te~~ (Joan. xxi,

idem contigisse in dictione *κρίπος* ex qua *κῆρος* facta est a recentioribus. Vide Hephien in eandem *Regul.*, Cangium in Glossar., etc.

<sup>a</sup> Codex Vallis., *Sed ubi abundavit peccatum, superabundavit*, etc.

<sup>b</sup> Ita mss. non pauci, a quibus non dissidet Rom. edit. nisi quod habet, *omnibus timebam*; cæteri autem mss. ac vet. edit., *quidquid timebam omnes*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot *mellioris notæ*, *mallet* (quidam, *malis*) *occidere*.

<sup>d</sup> Non pauci mss., *perfructus sum*; reliqui et omnes edit., *perfructus sum*. At infra ubi mss. prope ad unum, et vet. edit., *commisio mihi fenore*, reposuit edit. Rom., *consecro*, etc.

<sup>e</sup> Nannius variis significationibus quibus *vita* modo pro munus, modo pro victu, modo pro vivendi spatio, modo pro moribus usurpatur, in medium al-

22)? Non potuit ipse sic manere, si vellet? Sed perpetuitate vitæ hujus sibi pretium, mihi sacrificium perdidisset. Quod igitur majus est solatium nostri, quam quod secundum carnem et Christus mortuus est? Aut cur ego vehementius fleam fratrem, cum sciam illam mori non potuisse pietatem?

**1115** 5. Cur solus præ cæteris fleam, quem fleitis omnes? Privatum dolorem communi dolore digessi, præsertim cum meæ lacrymæ nihil prosint, vestræ autem lacrymæ fidem astruant, consolationem afferant. Fletis divites, et flendo probatis nihil opulari repositas divitias ad salutem; cum pecuniæ pretio mors differri non queat, et pari usu divitem, inopemque dies supremus eripiat. Fletis senes, quod in hoc liberorum <sup>1</sup> sortem pavetis; et ideo quia vitam corporis producere non potestis, insititiae <sup>B</sup> liberos non ad usum corporis, sed ad virtutis officium. Fletis et juvenes, quod naturæ finis non sit maturitas senectutis. Fleverunt et pauperes, et quod multo est pretiosius, multoque uberius, lacrymis suis ejus delicta laverunt. Hæc sunt lacrymæ redemptrices, hinc genitus qui dolorem mortis abscondunt, illic dolor qui, perpetuæ ubertate fertilitatis, veteris <sup>1</sup> sensum doloris obducit. Itaque licet privatum funus, fletus tamen est publicus; et ideo non potest fletus esse futuranus, qui universorum est affectibus consecratus.

6. Nam quid te, mi frater amantissime, fleam, qui mihi sic ereptus es, ut esses omnium? Non enim perdidistam tui, sed commutavi: ante corpore inseparabilis, nunc individuis affectu; manes enim <sup>C</sup> mecum, ac ~~occupat~~ manebis. Et quidem cum viveres nobiscum, nunquam te patria eripuit mihi, nec ipse mihi unquam patriam prætulisti: et nunc alteram præstitisti: cæpi enim jam hic non esse peregrinus, ubi melior meo portio est. Nunquam enim ~~trahe~~ me fui, sed in altero nostri pars major amborum: uterque autem eramus in Christo, in quo et summa universalitatis, et portio singularum est. Hic mihi tamulus genitali solo gratior, in quo non naturæ, sed <sup>D</sup> gratiæ meæ fletus est; in isto enim corpore, quod nunc exanimium jacet, præstantior vitæ meæ functio; quia in hoc quod quod gero corpore, uberior tui portio.

7. Atque utinam ut memoriæ, ut gratiæ; ita etiam

latis, hoc ultimo sensu eam vocem hic ab Ambrosio positam dicit. Nihilominus, licet hoc non omnino a nobis respuatur, simplicius tamen pro salute æternæque vita sumi putamus.

<sup>f</sup> Ita cuncti mss. tribus exceptis, ubi legitur, *impietas est*; pro quo posuerunt omnes edit., *impietas non est*.

<sup>g</sup> Omnes edit. cum paucis mss., *de fratris morte*; cæteri majori numero, et meliori sensu, *de fratre*.

<sup>h</sup> Mss. aliquot, *dicit*: *Sic cum volo manere*.

<sup>i</sup> Non pauci mss., *liberam sortem*. Non male, cum ea sors vere sit libera, quæ pro libito quoscumque sive senes sive juvenes carpit. Potuit tamen error esse scriptorum, a quibus *liberam* pro *liberam* extractum sit.

<sup>j</sup> Quidam mss., *consecro dolorem obducas*.

vite tuæ hoc quidquid est, <sup>a</sup> quod spiramus, spirare A possemus, dimidiumque meorum decideret temporum, quod ad tuorum proficeret usum! Par enim erat, ut quibus indivisum semper fuit patrimonium facultatum, <sup>b</sup> non esset vite tempus divisum: vel certe qui indistincta semper habuimus vivendi consortia, non haberemus <sup>c</sup> distincta moriendi.

8. Nunc vero, frater, quo progrediar, quoque converter? Hos bovem requirit, seque non totum putat, et frequent! mugitu pium testatur amorem, si forte defecerit cum quo ducere collo aratra consuevit: et ego te, frater, non requiram? Aut possum umquam oblivisci tui, cum quo vite hujus semper aratra sustinui? Labore inferior, sed amore conjunctior: non tam mea virtute habilis, quam tua patientia tolerabilis, **1116** qui pio semper sollicitus affectu latus B meum tuo latere solebas: charitate, ut frater: cura, ut pater; sollicitudine, ut senior: reverentia, ut junior. Ita in unius necessitudinis gradu complurium mihi necessitudinum officia impendebas; ut in te non unum, sed plures amissos requiram, in quo uno ignorata adulatio, expressa est pietas. Neque enim habebas quod simulatione adleres, qui totum pietate comprehenderes, ut nec incrementa receptoris, nec vicem expectaris.

9. Sed quo immemor officii, memor gratiæ, immo dico dolore progredior? Revocat Apostolus, et tamquam frenos mœrori inducit, dicens sicut nuper audistis: *Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus; ut non tristes sitis, sicut et ceteri qui spem non habent* (I Thess. iv, 12). Date veniam, fratres charissimi. Neque enim omnes possumus dicere: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (I Cor. ix, 16); sed ad imitandum si auctorem queritis, habetis quem possitis imitari. Non omnes ad docendum idonei, utinam omnes ad discendum habiles!

10. At non gravem lacrymis contraximus culpam: non omnis infidelitatis aut infirmitatis est fletus. Alius est nature dolor, alia est tristitia diffidentia: et plurimum refert desiderare, quod habueris; et lugere, quod amiseris. Non solus dolor lacrymas habet, habet et lætitia lacrymas suas, et pietas fletum excitat, et oratio stratum rigat, et <sup>d</sup> precatio, juxta Propheticum dictum (Psal. vi, 7), lectulum levat. *Fecerunt et fletum magnum sui cum patriarchæ sepellirentur.* Lacrymæ ergo, pietatis indices, non illi-

ces sunt doloris. Lacrymavi ergo, fateor, etiam ego, sed lacrymavit et Dominus. Ille alienum, ego fratrem (Joan. xi, 35): ille in uno lacrymavit omnes, ego in omnibus lacrymabo te, frater.

11. Ille nostro, non suo lacrymavit affectu; neque enim divinitas lacrymas habet: <sup>e</sup> sed lacrymavit eo, quo tristis fuit (Math. xxvi, 38): lacrymavit eo, quo crucifixus est, quo mortuus, quo sepultus est: lacrymavit in eo, de quo hodie nobis insinuavit propheta, dicens: *Mater Sion dicet: Homo, et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus* (Psal. lxxxvi, 5). Eo lacrymavit, quo matrem Sion dixit, genitus in Judæa, susceptus ex Virgine. Matrem autem secundum divinitatem habere non potuit, quia auctor est matris. Ille factus est non divina generatione, sed humana; quia homo factus est, <sup>f</sup> Deus natus est.

12. Sic et alibi habes: *Puer natus est nobis, Filius datus est nobis* (Esaï. ix, 6). In puero enim nomen ætatis, in Filio plenitudo divinitatis est. Factus ex matre, natus ex Patre; idem tamen et natus est et datus: non diversum, sed unum putat. Unus enim Dei Filius, et natus ex Patre, et ortus ex Virgine, distanti ordine, <sup>g</sup> sed in unum concurrante nomine, sicut et præsens lectio docet, quia *et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus* (Psal. lxxxvi, 5), homo utique corpore, altissimus potestate. Et si Deus et homo diversitate nature; idem tamen non alter in utroque. Aliud ergo speciale nature suæ, aliud commune nobiscum: sed in utroque unus, et utroque perfectus.

13. Non igitur mirandum est, quia et Dominum cum et Christum fecit Deus. Fecit ergo Jesum, eum utique qui ex corpore nomen accepit; fecit eum de quo etiam patriarcha scribit David: *Mater Sion dicet: Homo, et homo <sup>h</sup> factus est in ea.* Homo autem factus dissimilis utique est non divinitate, sed corpore: nec discretus a Patre, sed exceptus in univere: manens in consortio potestatis, segregatus in mysterio passionis.

14. Plura loci hujus <sup>i</sup> tractatus exposcit, quibus possimus ostendere auctoritatem Patris, proprietatem Filii, Trinitatis totius unitatem: <sup>j</sup> sed consolandi hodie, non tractandi partes recepit; quamquam abducere a mœrore animum intentione tractandi consolationis sit usus. <sup>k</sup> Sed temperandus mihi ma-

tus et datus, iidem habent, et factus et datus.

<sup>g</sup> Plerique mss., sed in uno concurrunt nomine. Et infra pro in utroque perfectus, iidem exhibent, utrinque perfectus.

<sup>h</sup> Mss. aliquot, factus est in ea. Dissimilis utique, etc.

<sup>i</sup> Tractatus quandoque idem est ac simplex expositio: hic vero idem sonat, ac disceptatio seu polemica disputatio. Nec absurdum videri debet quod hinc loco controversiam fidei perstringere neutiquam alienum putavit Ambrosius. Hoc namque attribendum est Ariariorum improbitati, qui cum adhuc frequentes essent Mediolani, crebrè catholicos versutis verbis exagitant.

<sup>j</sup> Nonnulli mss., sed consulendi hodie, etc.

<sup>k</sup> Pauci mss., sed imperandus est mihi mœror.

<sup>a</sup> Mss. nonnulli, quod speramus (quidam, spe paramus) sperare possumus.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., non esset vita et tempus dirisum.

<sup>c</sup> Codex Turon., *Distincta moriendi contubernia.*

<sup>d</sup> Rom. edit., et lacrymas, juxta propheticum, etc.

<sup>e</sup> Ita mss. plures, ac probatores, a quibus vet. edit. non recedunt, nisi quod pro lacrymavit, obique præferunt lacrymalus est: nonnulli autem mss. et Rom. edit., sed lacrymavit in eo, qui tristis fuit: lacrymavit in eo, qui crucifixus est, qui mortuus est, qui sepultus est..... In eo lacrymavit, quod matrem Sion dixit.

<sup>f</sup> Codex Remig. et Beniga., *Deus homo natus est:* melius alii, et edit., *Deus natus;* hic enim temporali generationi æterna opponitur. Infra etiam pro, et na-

gis mœror, quàm alienandus affectus; ut mulceantur magis desideria, quam sopiantur. Non libet enim abire a fratre longius, et occupatione subduci; cum velint comitandi ejus gratia hic sermo susceptus sit, ut diutius sensu prosequar proficiscentem: et quem oculis teneo, mente complectar. In illo enim totam oculorum aciem figere libet, cum illo totis animorum officiis immorari, illum toto blanditiarum ambire obsequio; dum stupet animus, nec amissum credo, quem adhuc cerno præsentem: nec mortuum puto, cujus adhuc officia non requiro, quibus ego vitæ meæ usum et spirandi omne munus addixeram.

15. Quid enim referam tantæ gratiæ, tanto labori? Ego te, frater, hæredem feceram, tu me hæredem reliquisti: ego te superstitem optabam, tu me superstitem dimisisti. Ego pro muneribus tuis, ut compensarem beneficia, vota referebam: nunc et vota perdidisti, sed tamen tua beneficia non amisisti. Quid agam, mei successor hæredis? quid agam, meæ vitæ superstes? quid agam, exsors hujus, quod capio luminis? quas grates, quæ munera referam tibi? Nihil a me præter lacrymas habes. Aut fortasse securus meriti tui, quas solas superstites habeo lacrymas, non requiris. Nam etiam cum adhuc viveres, flere prohibebas: mœroremque magis nostrum, quam tuam mortem tibi esse testaberis dolori. Prohibent ulterius prodire lacrymæ, **1118** flatusque revocant. Prohibet etiam tui gratia; ne dum nostra deflemus, de tuis meritis desperare videamur.

16. At certe nobis <sup>a</sup> tu etiam mœroris istius minus acerbitatem: non habeo quod timeam, qui timebam tibi; non habeo quod mihi jam mundus eripiat. Etsi sancta supersit soror, integritate venerabilis, æqualis moribus, non impar officiis; tibi tamen ambo plus timebamus, in te vitæ hujus jucunditatem repositam putabamus. Propter te vivere delectabat, propter te mori non pigebat; te enim ambo superstitem precabamur, tibi nos supervivere non juvabat. Quando <sup>b</sup> non cohorrui animus, cum metus hujusmodi titillaret? Quomodo consternata mens erat ægritudinis tuæ nuntio!

17. Væ miseræ opinioni! Putabamus redditum,

<sup>a</sup> Ita mss. prope ad unum: edit. vero, ut nobis etiam mœroris istius minus. Rom., *minuisti*.

<sup>b</sup> Mss. haud pauci, non coartavit animus; alii aliquot, non corrui animus; elegantius cæteri ac edit. ut in textu.

<sup>c</sup> Quam antiquus ac frequens in ecclesia votorum usus existat, et quam efficax tam depellendis periculis, quam beneficiis a Deo impetrandis sanctorum patrocinium, locupletissimus testis est Ambrosius. Confer cum hoc loco alium quam simillimum in Exhort. Virgin. cap. 3, num. 15. Quibus addesis etiam quæ de invocatione eorundem sanctorum lib. de Viduis cap. 9, traduntur a beato Doctore.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *commeatum impetrare vivendi*. Minus commode.

<sup>e</sup> Vet. edit. ac plures mss., *flatus meos inspirasse*; melius Rom. edit. cum aliis mss., *flatus in os inspirasse*. In hunc porro locum observat Nannius Ambrosium hic decertare cum Virgillii luctu, et in prosa ipsa superare carminis gratiam. Quod autem addit eundem sanctum non secutum hic esse errores

A quem videmus dilatam; <sup>e</sup> tuis enim votis apud sanctum martyrem Laurentium impetratum esse nunc cognoscimus commeatum. Atque utinam non solum commeatum, sed etiam prolixum vitæ tempus rogasses! Potuisti annos plurimos impetrare vivendi, qui potuisti commeatum <sup>d</sup> impetrare veniendi. Et quidem tibi, omnipotens æterne Deus, gratias ago, quod vel hæc nobis suprema solatia non negasti, quod anantissimi fratris ex Siculis Africanisve regionibus exoptatum nobis redditum contulisti; ita enim mature, postquam venit, ereptus est; quasi propter hoc solum videretur esse dilatatus, ut ad fratres rediret.

18. Habeo plane pignus meum, quod nulla mihi peregrinatio jam possit avellere: habeo quas complectar, reliquias: habeo tumulum, quem corpore tegam; habeo sepulcrum, super quod jaceam; et commendabiliorum Deo futurum esse me credam, quod supra sancti corporis ossa requiescam. Utinam sic potuissem adversus mortem quoque tuam meum corpus objicere! Si gladiis petitus esses, me pro te potius suffigendum dedissem: si exeuntem potuissem revocare animam, meam potius obtulissem.

19. Nihil mihi profuit ultimos hausisse anhelitus, <sup>\*</sup> nihil flatus in os inspirasse morienti; putabam enim quod aut tuam mortem ipse susceperem, aut meam vitam in te ipse transfunderem. O infelicia illa, sed tamen dulcia suprema osculorum pignora! O amplexus miseri, inter quos exanimus corpus obrigit, halitus supremus evanuit! Stringebam quidem brachia, sed jam perdidisti! Stringebam, quem tenebam; et extremum spiritum <sup>f</sup> ore relegebam, ut consortium mortis **1119** haurirem. Sed nescio quomodo vitalis ille mihi halitus factus est, et majorem gratiam <sup>g</sup> in ipsa morte redolebat. Atque utinam si tuam requivi meo spiritu vitam producere, vel ultimi anhelitus tui vigor transfundi potuisset in meam mentem, et illam tui animi puritatem atque innocentiam nos ter spirasset affectus! Hanc mihi hæreditatem, frater charissime, reliquisses, quæ non lacrymabili dolore <sup>h</sup> percuteret affectum, sed memorabili gratia commendaret hæredem.

gentilium, qui ex Pythagorica metempsychosi morientis animam exceptabant hianti ore, quasi ejus spiritu posthac victuri: nihil sane verius illa Nannii opinione, cum alias causas Ambrosius confestim subdat. Virgilliana vero carmina quæ ille refert, sequentia sunt e lib. iv Æneid.:

.....Et extremus si quis super halitus errat,  
Ore legam.

Subjungit et alios Statii versus e lib. II Sylvar., sed eandem sententiam plane efferentes. Si quis autem alios veterum ritus circa morientes avet cognoscere, adeat Jos. Laurentii Polymathiam lib. III, synopsi 9, sicut et auctores ab eodem illic citatos.

<sup>f</sup> Mss. aliquot, *ore religabam*; cæteri atque edit., *ore relegebam*, Rom. ex Virg. supra citato, *legebam*. Infra vero ubi omnes edit. ac pauci mss., *morte redolebat*; reliqui mss. magno numero præferunt, *morte redolebam*.

<sup>g</sup> Mss. non pauci, in ipsa morte redolebam.

<sup>h</sup> Nonnulli mss., *percuteret aspectum*. Haud male sensu.

20. Quid igitur nunc agam, cum omnes vitæ istius A  
suavitates, cuncta solatia, cuncta denique orna-  
menta amiserim? Tu enim mihi unus eras domi so-  
latio, foris decori: tu, inquam, in consiliis arbiter,  
curæ particeps, deprecator sollicitudinis, depulsor  
mœroris: tu meorum assertor actuum, cogitatio-  
numque defensor: tu postremo unus, in quo do-  
mestica sollicitudo resideret, publica cura requiesce-  
ret. Testor sanctam animam tuam, me in <sup>a</sup> fabricis  
Ecclesiæ id sæpe veritum esse, ne displicerem tibi.  
Denique ubi rediisti, objurgasti moram: ita domi  
forisque eruditior quidam et arbiter sacerdotis, ut  
domestica cogitare non sineres, publica curare cense-  
res. At non verear, ne videar arroganter dicere; hæc  
enim laudis tuæ portio est, quia sine offensione  
ulla et gubernasti fratris domum, et commendasti B  
sacerdotium.

21. Sentio equidem quod repetendis officiis tuis,  
recensendisque virtutibus, afficiatur animus: sed  
tamen in ipsa mei affectione requiesco, atque hæc  
mihi recordationes etsi dolorem renovant, tamen  
afferunt voluptatem. An ego possum aut non cogi-  
tare de te, aut umquam sine lacrymis cogitare? Et  
potero umquam aut tanti non meminisse fratris,  
aut sine lacrymabili quadam meminisse gratia? Quid  
enim mihi umquam jucundum, quod non esset ex  
te profectum? Quid, inquam, mihi sine te, aut tibi  
umquam sine me voluptati fuit? Quis non usus no-  
bis, et prope visus ipse, somnusque communis?  
Quæ discreta umquam voluntas? Quod non com-  
mune vestigium? <sup>b</sup> fere ut cum gradum tollerem, vel C  
tu meum, vel ego tuum corpus videremur attollere.

22. Quod si quando sine altero prodeundum fuit,  
intectum latus putares, <sup>c</sup> affectum vultum cernereres,  
mœstum animum judicares: non assueta gratia, non  
vigor solitus prænitebat: suspecta omnibus solitudo  
metum alicujus ægritudinis afferebat. Ita novum vi-  
debatur omnibus nos dividi! Ego certe fraternæ  
<sup>d</sup> impatiens et non oblitus absentia, quasi præsentem  
reflexa sæpius cervice quærebam, et coram alloqui  
atque aspicere videbar mihi: sed tamquam suspensio  
collo jugum, ubi speratis excideram, **1120** tra-  
here me putabam, difficilis progredi, verecundus  
videri, et redire properans, quod sine te procedere  
non liberet.

<sup>a</sup> Omnes edit., in publicis ecclesiæ; Paris. quæ-  
dam, Ecclesiis: optime vero mss. prope ad unum,  
in fabricis Ecclesiæ. Infra etiam pro, Ut vereor quod  
erat in omnibus edit. ac mss. quibusdam, alii mss.  
frequentissimi legunt, ut non verear. Quod autem  
præmittitur de fabricis basilicæ, quam Vir sanctus  
Mediolani construxit, et eandem esse ad epistolam  
22 annotavimus, cujus ab eo ibidem fit mentio. Ejus  
etiam meminit Gregorius Turonensis lib. 1 de Gloria  
Martyr. cap. 47, sicut et Ughellus Tomo IV Ital.  
sacræ, pag. 34. Neque officit, quod hac in Oratione  
Ambrosius testatur curam rerum temporalium a fra-  
tre Satyro susceptam esse; quidquid enim ad Eccle-  
siæ decus pertinet, ab episcopali officio non esse  
alienum ipsemet profitetur lib. II Officior. cap. 21.  
<sup>b</sup> Non pauci mss., Vere, ut cum gradum, etc.

23. At vero ubi ambobus prodeundum fuit, non  
plura in itinere vestigia, quam verba; nec incessus,  
quam sermo crebrior: nec ambulandi cura, sed  
colloquendi gratia; uterque enim nostrum ex alte-  
rius ore pendeat. Non intento aspectu legere iter,  
sed mutuo <sup>e</sup> sollicitos experiri sermones, haurire  
oculorum gratiam, spirare fraternæ imaginis volup-  
tates. Quam virtutes tuas tacitus mecum ipse mira-  
bar! quam plaudebam mihi, quod tali me Dominus  
fratre donaverat, tam pudico, tam <sup>f</sup> efficaci, tam  
innocenti, tam simplici; ut cum tuam innocentiam  
cogitarem, efficaciam desperarem: cum efficaciam  
cernerem, innocentiam non putarem! Sed utrum-  
que mira quadam virtute jungebas.

24. Denique ea quæ ambo nequiveramus conclu-  
dere, solus implesti. Plaudebat sibi, ut audio, Pro-  
sper, quod sacerdotii mei occasione redditurum se,  
quæ abstulerat, non putabat: sed vehementiorem  
tuam unius efficaciam expertus est, quam duorum.  
Itaque solvit omnia, nec moderationi ingratus tuæ,  
nec illudens pudori: sed et modestiæ gratus, nec  
insolens efficaciam. Sed cui, frater, illa quæstisti?  
Nos enim idem volebamus laborum tuorum esse præ-  
mium, quod documentum erat. Peregisti omnia, et  
ubi perfunctus omnibus revertisti, tu solus nobis,  
qui omnibus es præferendus, eriperis; quasi ideo  
mortem distuleris, ut consummares pietatis offi-  
cium, palmam efficaciam reportares.

25. Quam nec ipsi nos, frater charissime, sæculi  
hujus delectabant honores, quod nos a nobis invi-  
cem dividebant! Quos ideo adepti sumus, non quia  
fuit <sup>g</sup> eorum expetenda perceptio, sed ne vilis dissi-  
mulatio videretur. Aut fortasse ideo sunt tributi, ut  
quia immaturo tui obitu nostræ futurus eras volupta-  
tis occasus, sine nobis jam vivere disceremus.

26. Et quidem præ sagæ mentis agnosco formidi-  
nem, dum repeto sæpe, quæ scripserim. Revocabam  
te, frater, ne ipse Africam peteres, ac potius ali-  
quem destinares. Timebam te committere viæ, flu-  
ctibus credere, et solito metus major incesse-  
ret animum: sed et peregrinationem explicuisti, et rem  
ordinasti, et veteri <sup>h</sup> et sentinoso, ut audio, navigio  
iterum te fluctibus credidisti. Namque cum celeri-  
tatem aucuparis, cautelam prætermisisti, avidus  
nostræ gratiæ, dissimulans periculi tui.

<sup>e</sup> Codex Tur. solus, affectum multatum. Sequenti  
autem versu multi cod. simul, non ad sanctam gra-  
tiam vigor solitus pœnitebat: melius tamen alii, ac  
omnes edit. ut in textu.

<sup>d</sup> Mss. aliquot omittunt, fraternæ oblitus absentia.  
Non pravo sensu.

<sup>e</sup> Non pauci mss., solitos excipere sermones.

<sup>f</sup> Ideo efficaces, id est, ad agendum acres atque  
habiles, innocentibus ac simplicibus hic opponun-  
tur, quia cum illis plus insit sanguinis et calor, faci-  
lius affectibus cupiditatis aut odii abripiuntur, quam  
alii.

<sup>g</sup> Mss. aliquot, eorum expectanda perceptio. Et  
infra partim, maturo tui obitu, partim maturiori  
obitu: alii vero, et edit. ut in textu.

<sup>h</sup> Sentinosa, id est, in cujus sentinam aqua multa  
per fatiscentes rimas influebat.

27. O fallax lætitia! o incerta humanarum rerum A curricula! Ex Africa redditum, ex mari restitutum, ex naufragio servatum, putabamus jam nobis non posse eripi: sed graviora naufragia 1121 in terris positi sustinemus; nam quem non potuerunt naufragia maris ad mortem deducere, strenuis natalibus evitata, ejus mors cœpit nobis esse naufragio. Quid enim superest suavitatis, quibus tam prædulcè decus, tam clarum in his mundi tenebris lumen extinctum est: in quo non nostræ solum familiæ, sed totius patriæ decus occidit?

28. Habeo sane vobis, fratres dilectissimi, plebs sancta, maximam gratiam, quod non alium dolorem meum, quam vestrum putatis; quod vobis accidisse hanc nostri a creditis solitudinem, quod fletum totius civitatis, ætatem omnium, ordinum omnium B vota, nova quadam pietate desertis. Non enim misericordiæ privatæ dolor, sed quoddam publicæ officium et mœnus est gratiæ: aut si qua vos mei tangit misericordia, quod talem fratrem amissem, habeo fructum uborem, habeo vestri pignus affectus. Mallem fratrem viventem; sed tamen publicum officium in secundis rebus jucundius est, in adversis gratius.

29. Neque vero mihi medioere meritum tanti videtur officii. Neque enim otiose vel in Actibus apostolorum (Act. ix, 39), Thabita mortua, fletus viduæ describuntur, vel in Evangelio (Luc. vii, 42) mota lacrymis viduæ prosequens turba funus adolescentis inducitur, cui resurrectio debebatur; illam tamen Thabitam viduæ, hunc tota civitas flevit. Non ergo dubium est b vestris lacrymis apostolorum patrociniū comparari: non, inquam, dubium est Christum misericordiā motum, cum vos fletus videret. Etsi hunc non tetigit luctum, c suscepit tamen commendatum spiritum: et si non appellavit corporis voce defunctum; divinæ tamen potestatis auctoritate a cruciatibus mortis, et a nequitiae spiritalis incursionibus ejus animam liberavit: et si non resedit in loculo, qui erat mortuus; tamen requievit in Christo: et si non locutus est nobis; tamen ea quæ supra nos sunt, cernit: et quæ potiora sunt nobis, jam se videre lætatur. Per ea enim quæ in

Evangelio legimus, quæ futura sunt intelligimus: et præsentium species indicium est futurorum.

30. Non opus fuit ei d resurrectio temporalis, cui æterna debetur. Quid enim in hanc miseram et ærumnosissimam recideret labem, atque in hanc flebilem vitam rediret, quem raptum magis 1122 esse ex tam imminentibus malis urgentibusque periculis gaudere debemus? Nam si pacato sæculo, bellisque cessantibus, raptum Enoch (Gen. v, 24) nemo delevit, sed magis propheta laudavit, sicut de illo Scriptura dixit: *Raptus est, ne malitia e mutaret cor ejus* (Sap. iv, 11); quanto magis nunc jure dicendum est, cum ad sæculi lubricum, vitæ accedat ambiguum! Raptus est, ne in manus incideret Barbarorum: raptus est, ne totius orbis exidia, mundi finem, propinquorum funera, civium mores, ne postremo sanctarum virginum atque viduarum, quod omni morte acerbius est, colluvionem videret.

31. Ego vero te, frater, cum vitæ tuæ flore, lum mortis commoditate beatum arbitror. Non enim nobis ereptus es, sed periculis: non vitam amisisti, sed Ingruentium acerbis formidine caruisti. f Nam qua eras sanctæ mentis misericordiā in tuos, si nunc urgeri Italiam tam propinquo hoste cognosceres, quantum ingemisceres, quam doleres in Alplum vallo summam nostræ salutis consistere, e lignorumque concædibus construi murum pudoris! Qua afflictione mœreres tam tenui discrimine tuos ab hoste distineri, ab hoste impuro atque crudeli, qui nec pudicitiae parceret, nec saluti!

32. Quonam, inquam, hæc modo ferres, quæ nos b perpelli, et fortasse (quod gravos est) spectare cogemur, rapi virgines, et avulsos a complexu parentum parvulos liberos supra tela jactari, incestari sacra Deo corpora, et sentiem viduæ majoris uterum in usus desuetos onerum redire, non pignorum? Quonam, inquam, modo ista tolerares, qui etiam ultimo spiritu tui jam fortassis oblitus, et adhuc nostri non immemor, de cavenda Ineursionem Barbarorum nos sæpius admonebas, commemorans non frustra te dixisse fugiendum. Fortasse ideo quod nos destitui tua morte cernebas: quod non infirmitate animi, sed pietate faciebas; et si

<sup>a</sup> Edit. quædam Paris., *creditis sollicitudinem*; D reliquæ ac mss. melius, *creditis solitudinem*; solitudo enim et orbitas de morte dicuntur proximorum. Tertio autem versu deest in mss. pluribus *vox vota*, qua quidem exēpta, sensus adhuc integer constat, sed tamen aliquid admittitur concinnitati.

<sup>b</sup> Eodem sensu fletus pauperum supra vocabat *lacrymas redemptrices*. Sed et passim in hac Oratione quam efficaciam vivorum pro defunctis suffragia, nec non sanctorum pro utrisque subsidia jam a primis Ecclesiæ sæculis crederentur, manifestum sit.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *suscipit tamen datum: et si non appellavit... non resedit in lectulo*.

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *resurrectio corporalis*.

<sup>e</sup> Mss. nonnulli, *mutaret intellectum ejus, aut fictio deciperet animam ejus*.

<sup>f</sup> Plures mss. et Amërb., *Nam qui eras... misericordiā in tuos; quidam meliuscule, pronus in tuos: elegantius tamen alii, atque edit. ut in contextu*.

<sup>g</sup> Nannius ubi annotavit in aliis cod. pro *concedi-*

*bus haberi congeribus* (in quibusdam scribitur *congeriebus*), in aliis vero *aggeribus*, id est, stragibus dejectarum arborum, ut itinera hostibus intercluderentur: subjungit, quid sit melius, aliis divinandum se relinquere; cum voce *concedibus* intelligi possint multa ligna quasi communi cæde ac simul strata. Et certe non aberravit a scopo hæc conjectura; eadem enim voce hæc ipso sensu Tacitum lib. i usum reperias. Consequenter autem, ubi nos cum Gill., Rom. edit. ac mss. aliquot, *tam tenui discrimine*, etc., edit. Amërb. et Eras. cum mss. nonnullis præferunt, *in tanto teneri discrimine tuos ab hoste impuro: alii vero mss. non parvo numero, tam tenui ab hoste discrimine tuos esse, ab hoste impuro*, etc. Minime male.

<sup>b</sup> Cod. Remig. et Benign., *perpelli: atque [quod gravius est] ferre cogemur*. Minus commode. Adverte autem hic perpelli idem sonare ac non impedire, quod sane levius est quam si spectare turpitudinem quis cogereur.

infirmus pro nobis, tamen firmus tibi. Qui cum a viro nobili revocareris a Symmacho tuo parente, quod ardere bello Italia diceretur, quod in periculum tenderes, quod in hostem incurreres; respondisti hanc ipsam tibi causam esse veniendi, ne nostro deesses periculo, ut consortem te fraterni discriminis exhiberes.

33. <sup>b</sup> Felix igitur tam opportuno obitu, quia non est in hunc servatus dolorem. Certe felicior **1123** quam sancta soror, quæ tuo solatio destituta, de suo pudore sollicita, duobus nuper beata germanis, nunc ex duobus fratribus ærumnosa, neque alterum sequi potest, neque alterum derelinquere: cui tumulus hospitium tuus, et corporis tui sepulcrum est domus. Atque utinam vel hoc tutum diversorium! Cibum in fletibus, potus in lacrymis; cibum etenim dedisti nobis panem lacrymarum, et potam dedisti nobis in lacrymis in mensura, aut fortasse ultra mensuram (*Psal. lxxix, 6*).

34. Nam quid de me loquar, cui neque mori licet, ne sororem relinquam: æque vivere libet, ne a te avellam? Quid enim mihi sine te potest esse jucundum, in quo omnis semper fuit nostra jucunditas? aut quid diutius in hac vita degere juvat, atque in terris morari, in quibus tamdiu jucunde viximus, quamdiu simul viximus! Etsi esset quod hic delectare nos posset, sine te delectare non posset: et si quando voluissemus impense vitam producere, jam tamen sine te esse nollemus.

35. Hæc intolerabilia. Quid enim tolerabile sine te tanto vitæ comite, tanto laborum meorum officiorumque consorte? Cujus ego casum quo esset tolerabilior, nec præmeditari potui; ita pavebat animus de illo tale aliquid cogitare! non quo conditionem ignorarem, sed quidam votorum usus sensum communis fragilitatis obduxerat; ut de illo nisi secunda omnia cogitare nescirem.

36. Denique proxime cum gravi (quodam atque utinam supremo!) urgerer occasu; hoc solum dolebam, quod non ipse assideres lectulo, ac votivum mihi cum sancta sorore partitus officium, e morientis oculos digitis tuis clauderes. Quid optaveram! Quid re-

<sup>a</sup> Ambrosius eodem modo Symmachum Satyri parentem hoc loco vocat, quo ab eodem epist. 47 num. 42, epist. 52 num. 47, et epist. 63 num. 5, Theodosius Valent. minoris et Gratiani parens dicitur, et quo etiam in bene multis Codicibus Theod. legibus superiores imperatores licet sanguine prorsus alieni eodem titulo a successoribus ornantur suis, nimirum honoris ac venerationis gratia, et forte hic etiam animi acceptorum beneficiorum non immemoris testimonio. Hinc autem conficimus Satyrum in reditu ex Africa Roma transiisse.

<sup>b</sup> Hic aperta, ut advertit Nannius, imitatio est hujusce loci Virgiliani:

.....Tuque, o sanctissima conjux,  
Felix morte tua, nec in hunc servata dolorem.

<sup>c</sup> Ab antiquis petita fuit ea consuetudo, qua morientium oculi conjunctissimorum manibus claudbantur. Ejus meminit ac rationem reddit Plinius lib. xi, cap. 37, et alii multi mentionem faciunt.

<sup>d</sup> Hoc etiam in usu positum apud Romanos, ut cadavera parentum a filiis, cognatorum a consanguini-

A pendo! Quæ vota deficiunt! Quæ ministeria succedunt! Aliud præparabam, aliud exhibere compellor; non jam ipse ministerium funeris, sed minister. O dara oculorum lumina, quæ potuistis fratrem videre morientem! O immites et asperæ manus, quæ clausistis oculos, in quibus plus videbam! <sup>d</sup> O durior cervix, quæ tam lugubre onus, consolabili licet obsequio, gestare potuisti!

37. Hæc tu, frater, mihi justius exhiberes. Hæc ego a te exspectabam, hæc ego officia desiderabam. Nunc vero ipsæ meæ vitæ superstes, quod sine te solatium capiam, qui solus moerentem solari solebas, excitare lætitiâ, mœstitudinem propulsare? Qualem te nunc ego, frater, aspicio, jam nulla mihi verba referentem, **1124** jam nulla offerentem oscula!

B Quamquam ita mutui semper utrique nostrum incederit amor, ut interiore potius foveretur affectu, quam forensi blanditiâ divulgaretur; neque enim aliorum quærebamus testimonium, qui tantam nostri gratiam tenebamus. Ita virilis se utrique nostrum germanitatis succus infuderat, ut non blanditiis probare amorem, sed conscia mente pietatis interno amore contenti, solum blanditiarum non requirere videremur, quos et ipsa in amorem mutuum imago formaret; nescio <sup>e</sup> enim qua expressione mentis, qua corporis similitudine alter in altero videbamur.

38. Quis te aspexit, qui non me visum putaret? Quoties aliquos salutavi, qui quoniam te prius consalutaverant, se a me jam dicerent salutatos! Quanti tibi dixerunt aliquid, qui se mihi dixisse memorarent! Quæ mihi hinc gaudia, quanta frequenter oborta lætitiâ, quod eos errare in nobis cernerem! <sup>f</sup> Quam gratus error, quam jucunda prolapsio, quam religiosâ fallacia, quam suavis calumniâ! Neque enim de tuis erat aliquid aut factis aut sermonibus, quod timerem, qui mihi tua lætabar ascribi.

39. Tamen si vehementius contenderent, quod se mihi aliquid intimasse memorarent, respondebam ridens et gaudens: Videte ne fratri dixeritis. Nam cum omnia nobis essent nostra communia, individuus spiritus, individuus affectus; solum tamen commune non erat secretum amicorum: non quo-

neis, imperatorum a principibus senatus efferrentur ad rogum vel ad tumulum. Sic posterioribus quoque saculis divum Ludovicum Philippi filii ac successoris cervide portatum ad majorum sepulchra cognoscimus. Sed hæc obvia.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *expressiore mentis quam corporis similitudine*. Non satis recte. Ex hoc autem loco intelligamus licet episcoporum vestes ab aliorum cultu potius simplicitate ac modestia, quam forma vel colore fuisse diversas. Hoc pulchre confirmatur epistola Cælestini I ad episcopos Viennensis provincie ita scribentis: *Discernendi a plebe vel cæteris sumus doctrina, non veste; conversatione, non habitu; mentis puritate, non cultu*, etc. Vide similiter quæ de vestimentis, quibus Augustinus indui solebat; tradit Possidius. Nonnulli mss., *nescio quam expressiore mentis quam corporis similitudinem habere videbamur*.

<sup>f</sup> Et hoc quoque, inquit Nannius, aliqua ex parte a Virgilio mutuo sumptum est:

Daucia, Laride, Tymberque, simillima proles,  
Indiscreta suis, gratuque parentibus error.

et accepit desideratam, et servavit acceptam. Nihil igitur ea prudentia sapientius, quæ divina et humana secernit.

49. Nam quid spectatam in stipendiis forensibus ejus facundiam loquar? Quam incredibili admiratione in auditorio a prefecturæ sublimis emicuit! Sed malo illa laudare, quæ perceptis mysteriis Dei duxit humanis esse potiora.

50. Fortitudinem quoque ejus si quis plenius spectare volet, consideret quoties post naufragium invicto quodam contemptu vitæ hujus, maria transfretaverit: diffusasque regiones obeundo peragravit: postremo quod hoc ipso tempore periculum non refugerit, sed ad periculum venerit, patiens injuriæ, negligens frigoris, atque utinam sollicitus cautionis! Sed hoc ipso beatus, quod dum licuit vigore uti corporis, inoffenso ad exsequenda quæ vellet, functus **1128** juventutis officio, vitam vixit, debilitatem ignoravit.

51. Qua vero prosecutione simplicitatem ejus edisseram? Ea est enim quædam morum temperantia, mentisque sobrietas. Date, quæso, veniam, et permitte dolori meo; ut de eo mihi paulo uberius liceat loqui, cum quo jam non conceditur colloqui. Certe et vobis proficit, ut advertatis b non fragilitate quædam vos hoc officium, sed judicio detulisse: nec misericordia mortis impulsus, sed virtutum honorificentia provocatos; anima enim benedicta omnis simplex (*Prov.*, xi). Tanta autem simplicitas erat, ut conversus in puerum, simplicitate illius ætatis innoxia, perfectæ virtutis effugie, c et quodam innocentium morum speculo eluceret. Intravit igitur in regnum cælorum, quoniam credidit Dei verbo; quoniam sicut puer artem repulit adulandi, injuriæ dolorem clementer absorbuit, quam inclementius vindicavit: querelæ quam dolo promptior, satisfactioni facilis, difficilis ambitioni, sanctus pudori; ut frequenter in eo superfluum magis verecundiam prædicares, d quam necessariam quæreret.

52. Sed nunquam superflua fundamenta virtutis; pudor enim non revocat, sed commendat officium. Itaque velut quædam virginali verecundia suffusus ora, cum vultu affectum proderet, si forte aliquam subito veniens e offendisset parentem, velut depres-

immaturiori adhuc ætate accessisset. Admonitus porro naufragii discrimine, quod evaserat, ad baptismum ea, quam vidimus, cautione properavit. Neque vero ad solitos catechumenorum gradus observandos adactus fuit; nam quoties urgeret periculum, illos omitti consuevisse intelligimus ex eorum baptismo, qui sontico morbo exagitati eodem sacramento initiabantur. Quod ad locum ubi tinctus fuit Satyrus noster, cum Ambrosius silentio eum præterierit, confidentiam justo majorem præferunt *Decreti* correctores, quippe qui ab Ambrosio narrari scribant Satyrum, cum in Sardiniam appulisset, ad se episcopum Sardum advocasse, etc. Veruntamen etsi Rufinus dum lib. 1. cap. 30. scribit de Luciferiano schismate, quod licet per paucos adhuc volvitur, quodammodo videatur illis favere; nihil tamen vetat, quin minus illud non tantum usque in Siciliam, sed etiam usque ad viciniores Africæ oras serpere poterit.

▲ sus et quasi demersus in terram, licet in ipso æquæquam dissimilis cœtu virorum, rarus attollere se, elevare oculos, referre sermonem: quod pudico quædam mentis pudore faciebat, cum quo castimonia quoque corporis congruebat. Etenim intemerata sacri baptismatis dona servavit, mundus corpore, purior corde: non minus adulterini sermonis opprobrium, quam corporis perhorrescens: non minorem talis pudicitie reverentiam deferendam integritate verborum, quam corporis castitate.

53. Denique in tantum castimoniam dilexit, ut **1129** nec uxorem expeteret; licet in eo non solum castitatis appetentia fuerit, sed etiam pietatis gratia. Miro autem modo et conjugium dissimulabat, et jactantiam declinabat: tantaque erat dissimulatio, ut nobis quoque urgentibus, differre magis consortium, quam refugere videretur. Hoc unum itaque fuit, quod nec fratribus crederet: non aliqua contentationis hæsitantia, sed virtutis verecundia.

54. Quis igitur non miretur virum inter fratres duos alterum virginem, alterum sacerdotem, etæque medium, magnanimitate non impare, ita inter duo maxima munera præstitisse; ut alterius muneris castitatem, alterius sanctitatem referret, non professionis vinculo, sed virtutis officio? Ergo si libido atque iracundia reliquorum vitiorum educatrices sunt, jure castitatem atque clementiam dixerim quasdam virtutum parentes; quamquam pietas quoque ut omnium principatus honorum, ita etiam seminarium virtutum est cæterarum.

55. Nam de parcimonia quid loquar, et quædam habendi castitate? Is enim non querit aliena, quæ sua servat: nec inflatur immodico, qui contentus est proprio. Nihil ergo aliud nisi proprium recuperare voluit; magis ne fraudaretur, quam ut ditaretur. Nam eos qui aliena quærerent, recte accipitres pecuniæ nominabat. Quod si radix malorum omnium avortita est; utique vitia exiit, qui pecuniam non requirit (*1 Tim.* vi, 10).

56. Non unquam accuratioribus epulis aut congestis ferculis delectatus est, nisi cum amicos rogaret: quantum naturæ satis esset, non quantum voluptati superesset, requirens. Et certe erat non pauper opibus, sed tamen f pauper spiritu. De istius be-

a Sublimis idcirco prefectura dicitur, quia tribunal erat præfecti prætorio, cujus dignitas aliarum omnium apex habebatur. Ad hunc provocatio erat a præsidibus provinciarum: et in ejus foro advocati centum, saltem in Oriente, causas agebant, qui clarissimi et spectabiles dicti, varia donabantur immunitate, ut docet Jul. Cæsar Buleng. lib. iii de Imperio Rom. cap. 4.

b Quidam mss., non fragilitate quædam nos, etc.

c Nonnulli mss., et quædam innocentium morum specula.

d Pauci mss., quam necessarium crederes.

e Ideo parentis, id est, matris familias, non autem virginis occursum memoratur, quod his raro ex ædibus parentum in publicum prodire, nec unquam nisi velata facie, concederetur. Quanto minus sermones in compitis necere cum adolescentibus!

f Pauper spiritu; his verbis additur in ant. edit. ac mss. non paucis, quoniam isororum est regnum cæ-



titudine (*Math. v, 3*) nequaquam utique dubitare debemus, qui neque ut opulens, exultavit in divitiis: neque ut pauper, exiguum quod habuit, iudicavit.

57. Superest ut ad conclusionem cardinalium virtutum, etiam iustitiæ partes in eo debeamus advertere. Nam etsi cognatæ sint inter se, concretæque virtutes; tamen singularum quædam <sup>a</sup> forma expressior desideratur, maximeque iustitiæ. Ea enim sibi parior foris tota est, et quidquid habet quadam inclementia sui, dum rapitur amore communi, transfundit in proximos.

58. Sed hujus multiplex est species. Alia erga propinquos, alia erga universos, alia erga Dei cultum, vel adjumentum inopum. Itaque qualis in universos fuerit, provincialium, quibus præfuit, <sup>b</sup> studia docant: qui parentem magis fuisse proprium, quam iudicem loquebantur: gratum piæ necessitudinis arbitrum, constantem æqui juris disceptatorem.

59. Inter fratres autem qualis fuerit, licet **1130** omnè hominum genus benevolentia complecteretur, indivisum patrimonium docet: <sup>c</sup> nec distributa aut delibata, sed reservata hæreditas. Etenim pietatem sibi causam esse negavit testandi. Nam hoc quoque ultimo sermone signavit, cum ques dilexerat, commendaret; sibi nec uxoris arbitrium fuisse ducendæ, ne a fratribus divelleretur: nec testamenti faciendi voluntatem, ne nostrum in aliquo arbitrium læderetur. Denique et oratus et obsecratus a nobis, nihil tamen condendum putavit: non oblitus tamen pauperum, sed tantum obsecrans esse tribuendum, <sup>c</sup> quantum nobis iustum videretur.

60. Quo uno satis et divini timoris expressit indicium, et humanæ edidit religionis exemplum. Nam quod pauperibus contulit, Deo detulit; quoniam *largitur pauperi, Deo fenerat* (*Prov. xix, 17*): et postulando quod iustum est, non exiguum, sed totum reliquit, illæ enim est summa iustitiæ, vendere quæ habeas, et conferre pauperibus. Qui enim *dispersit, dedit pauperibus, iustitia ejus manet in æternum* (*Psal. cxi, 9*). Ergo dispensatores nos, non hæredes reliquit; nam hæreditas successori quæritur, dispensatio pauperibus obligatur.

61. Unde non immerito quantus fuerit, hodie quoque per vocem <sup>d</sup> lectoris parvuli, Spiritus sanctus expressit: *Innocens manibus, et mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam, nec fecit proximo*

*torum; sed illa in Rom. edit. reserata sunt, et in multis etiam mss. desiderantur. Et sane assumentum scriptoris cujusdam nobis videtur, quod non apte cum antecedentibus et consequentibus cohereret.*

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac plures mss.; Rom. autem edit. cum mss. nonnullis, *forma et expressio desideratur.*

<sup>b</sup> *Studia*, id est, favor ac benevolentia. Nam alioqui satis usitatum erat, ut defunctis provinciæ administratione præfectis detraherent provinciales; imò æpe etiam eos accusarent repetundarum.

<sup>c</sup> Mss. non pauci, *nec distributa aut delibata: regendum forte... aut delibata, hoc est, immixta et ecorticata.*

<sup>d</sup> Veteris ejus consuetudinis, qua pueri ad offi-

*suo dolum: hæc est generatio requirentiam Deum* (*Psal. xxiii, 4, 6*). Illic ergo et in montem Domini ascendet, et in tabernaculo habitabit Dei; quia *ingressus sine macula, operatus est justitiam, locus est veritatem, non decepit proximum* (*Psal. xiv, 2, 3*); nec pecuniam feneratus est suam, qui semper voluit recuperare hæreditariam. Agnosco oraculum; quod enim <sup>e</sup> nulla ordinavit dispositio, Spiritus revelavit.

62. Quid vero illud recenseam, quod supra ipsam iustitiam pietate progressus; cum quædam <sup>f</sup> incubatori communium fructuum mei contemplatione muneris putasset esse tribuenda, largitatis me jactabat auctorem, portionis suæ lucrum ad commune consortium conferebat.

63. Ilæc et alia, quæ mihi tunc <sup>g</sup> erant voluptati, maxime nunc recordationem doloris exasperant. Manent tamen, eruntque semper, nec umquam velut umbra prætereunt, neque enim virtutis gratia cum corpore occidit, nec idem naturæ meritorumque finis; licet ipsius naturæ usus non in æternum occidat, sed temporali quadam vacatione requiescat.

64. Talibus igitur perfunctum virtutibus, ereptum periculis desiderio magis quam amissione flebo. Suadet enim ipsa opportunitas mortis, ut prosequendum magis gratia, quam dolendum **1131** putemus; scriptum est enim in communi dolore proprium vacare debere (*IV Esdr. x, 11 et seq.*). Neque enim prophetico sermone uni illi mulieri, quæ figuratur, sed singulis dicitur, cum Ecclesiæ dictum videtur.

65. Dicitur ergo et ad me, et dicit Scriptura cælestis: *Hocine doces, sic instituis Dei plebem? An nescis quid exemplum tuum periculum cæterorum est? Nisi forte exaudium non esse te quereris. Primum istud arrogantis est impudentiæ, mereri solum velle, quod multis etiam sanctis negatum noveris; cum scias, quia non est personarum acceptor Deus* (*Act. x, 34*). Nam etsi misericors Deus, tamen si semper exaudiret omnes, non jam ex voluntate libera, sed ex quadam velut necessitate facere videretur. Deinde cum omnes rogent, si exaudiret omnes, nemo moreretur. Pro quantis ergo quotidie rogas! Numquid constitutio Dei contemplatione solvenda est tui? Cur ergo non impetratum aliquando doles, quod non semper impetrabile esse cognoscis?

etiam lectoris assumebantur, jam admonuimus non uno loco.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *nulla ordinavit dispensatio.*

<sup>f</sup> Incubatorem hic enim dicit, qui præsidia Satyri atque Ambrosii occupabat, observat Namius; add. ns insuper Dionysium Siculiæ incubatorem aulæ a Macrobio vocitatum.

<sup>g</sup> Omnes edit., *erant voluptati maximæ, cum recordatione doloris exasperavi*; Gill., *exasperavi*; Rom., *exasperant*; mss. vero ut nos in textu, nisi quod præ *exasperant*; non pauci legunt, *afferunt*; et nonnulli etiam, *recordatione dolore exasperant*.

<sup>h</sup> Mss. duo, *sic et instruis Dei plebem*: alii totidem, *siccine Dei Ecclesiam instituis?*

F 66. <sup>a</sup> Stulte, inquit, super omnes mulieres, nonne A vides luctum nostrum, et quæ nobis contigerunt, quoniam Sion mater nostra omnium tristitia contristatur, et humilitate humiliata est. Lugete validissime et nunc, quoniam omnes lugemus; et tristes sitis, quoniam omnes contristati sumus: tu enim contristaris in fratre. Interroga terram et dicet tibi, quoniam hæc est quæ debeat lugere, tantorum superstes germinum: et ex ipsa, inquit, ab initio omnes nati, et alii venient, et ecce pene omnes in perditionem ambulat, et in exterminium fit multitudo eorum. Et quis ergo debet lugere magis, nisi quæ tam magnam multitudinem perdidit, quam tu qui pro uno doles (IV Reg. x, 6 et seq.)?

67. Absorbeat igitur nostrum dolorem communis dolor, et acerbitem proprii mœroris excludat. Non enim dolere debemus eos, quos cernimus B liberatos; neque enim otiose tam sanctas hoc tempore animas corporeis vinculis reminiscimur absolutas. Namque velut divino iudicio tam <sup>b</sup> graves viduas, ita uno tempore defunctas videmus, ut profectionis quidam videatur excessus, non mortis occasus; ne veterana emeritis stipendiis pudicitia in dubium diu servati pudoris incideret. Quos gemitus mihi, quos dolores tam acerba excitat recordatio! Et si mœroribus non vacabam; tamen in ipso dolore privato, in ipso tantorum amisso flore meritorum, communis quædam naturæ me conditio solabatur: defixusque in uno dolor acerbitem publici funeris, domesticæ specie pietatis obduxerat.

68. Repeto ergo, sacra Scriptura, solatia tua; juvat enim tuis præceptis, tuis sententiis immorari. C Quam facilius est cælum et terram præterire, quam de Lege unum apicem cadere (Luc. xvi, 17)! Sed jam audiamus quæ scripta sunt: Nunc, inquit, retine apud te met ipsam dolorem tuum, et **1132** fortiter fer, qui tibi contigerunt, casus. Si enim justificaveris terminum Dei, et filium tuum recipies in tempore, et in mulieribus collaudaberis (IV Esdr. x, 15, 16). Si hoc ad mulierem, quanto magis ad sacerdotem? Si de filio, non utique absurdum etiam de fratrum amissione talia posse memorari; quanquam si mihi fuisset filius, numquam eum amplius dilexissem. Nam sicut in obitu liberorum effusi labores, suscepti frustra dolores mœrorem videntur augere; ita etiam in fratribus consuetudinis usus atque collegii acerbitem doloris accendunt.

69. Sed ecce dicentem Scripturam audio: Noli facere hunc sermonem, sed consenti persuaderi. Qui enim casus Sion? Consolare propter dolorem Hierusalem. Vides enim quia sancta nostra contaminata sunt, <sup>d</sup> et

<sup>a</sup> Rom. edit., Stulta, inquit . . . omni tristitia contristatur . . . et luget validissime. Et nunc quoniam omnes lugemus: et tristes sumus, quoniam omnes contristati sumus: tu vero contristaris in filio. Interroga terram . . . lugere tantorum casum super eam germinantium: Vet. autem edit. ac mss. ut in textu, nisi quod Eras. et Gill. legunt etiam stulta; sed potius esse ut retineamus vocem stulte, ex eo quod habetur infra, contristaris in fratre, intelligimus.

<sup>b</sup> Ambrosius viduarum vitæ ac morum gravitate

nomen quod nominatum est super nos, pene profanatum est, et illi nostri contumeliam passi sunt, et sacerdotes nostri succensunt, et levitæ nostri in captivitate fuerunt, et mulieres nostræ contaminatæ sunt, et virgines nostræ vim passæ, et iusti nostri rapti, et parvuli nostri perditii sunt, et juvenes nostri servierunt, et fortes nostri in illi facti sunt. Et quod omnium majus, signaculum Sion quoniam resignata est de gloria sua, nunc et tradita est in manibus eorum, qui nos oderunt. Tu ergo excaletam multam tristitiam, et depone abs te multitudinem dolorum; quæ tibi repropitiatur fortis, et requiem faciat tibi Altissimi requietione dolorum (Ibid., 20 et seq.).

70. Cessabunt igitur lacrymæ, parendum est enim remediis salutaribus, quia debet aliquid inter bonos et perfidos interesse. Fleant ergo qui spem resurrectionis habere non possunt, quam non sententia Dei eripit, sed fidei inclementia. Intersit inter Christi servulos, idolorumque cultores; ut illi fleant sicut quos in perpetuum existimant interiisse: illi nullis habeant lacrymarum ferias, nullam tristitiæ requiem consequantur, qui nullam putant requiem mortuorum. Nobis vero quibus mors non naturæ, sed vitæ istius finis est; quoniam in melius ipsa natura reparatur, fletus omnes casus mortis abstergat.

71. Certe si illi sibi aliqua solatia repererunt, quæ finem sensus, defectumque naturæ mortem arbitrii sunt; quanto magis nos, quibus meliora post mortem præmia honorum factorum conscientia pollicetur? Habent gentiles solatia sua, quia requiem malorum omnium mortem existimant: et ut vitæ fructu carerent, ita etiam caruisse se putant omni sensu et dolore penarum, quas in hac vita graves et assidue sustinemus. Nos vero ut erectiores præmio, ita etiam patientiores solatio esse debemus; non enim amittunt sed præmitti videntur, quos non assumptura mors, sed æternitas receptura est.

72. Cessabunt ergo lacrymæ: aut si cessare non poterunt, in communibus lamentis flebo te, frater, et sub dolore publico domesticos gemitus **1133** legas. Nam cessare qui poterunt, cum ad omnem sonum nominis tui lacrymæ subrepant, vel cum usibus ipse recordationem excitat, vel cum affectus imaginem repræsentat, vel cum recordatio dolorem renovat. Quando enim dees, qui tantis officiis repræsentaris? <sup>e</sup> Ades, inquam, et semper offunderis, et toto te amice D ac mente complector, aspicio, alloquor, osculo, comprehendo vel in ipsa quiete nocturna, vel in luce clara; cum revisere et consolari dignaris mœrorem. Denique ipsæ jam noctes, quæ quasi molestiores, vivente te, videbantur; quod mutui conspectus

præcellentium mortem sibi dolorem singularem offerre consuevisse non uno loco testificatur.

<sup>e</sup> Mss. non pauci, Quia facilius est . . . ratio apud temetipsum.

<sup>d</sup> Ita mss. et edit. nisi quod Rom. edit. sola profert, et nomen quod invocatum est: sequenti autem versu eadem edit. cum vet. edit. ac mss. nonnullis et juvenes nostri, ubi mss. longe plurimi habent, et illi nostri, forte legendum, et filii nostri.

<sup>e</sup> Quidam mss., Ades enim, et semper offeris.

copiam denegarent: ipse jam somnus colloquiorum nostrorum dudum interruptor inamabilis, dulcis esse jam cœpit; quia te mihi reddidit. Non igitur miseri, sed beati; quorum nec præsentiâ deficit, nec cura minuitur, et augetur gratia. Etenim <sup>a</sup> somni similis imago mortis.

73. Quod si in quiete nocturna vinculis adhuc corporeis inhærentes, et quasi inter carceraria religatæ claustra membrorum; possunt tamen animæ altiora et discreta perspicere: quanto magis spectant hæc, cum jam puro æthereoque sensu nulla corporeæ labis impedimenta patiuntur! Meritoque mihi conquærenti, <sup>b</sup> vergente quodam jam in occasum die, quod non reverseres quiescentem, totus omni tempore individuus adfuisti; ita ut illo perfusus sopore membrorum, cum ego vigilarem tibi, tu viveres mihi, dicerem: Quid est mors, frater? Nam certe nullis a me separabare momentis; ita enim ubique præsto eras, ut quam in istius vitæ usu habere nostri copiam nequibamus, nunc nobis semper et ubique præsto sit. Nam tunc utique omnia præsto esse non poterant; nec enim complexionibus nostræ, conspectusque et osculorum corporalium suavitates locis omnibus et omnibus temporibus suppetebant. Animorum imagines semper nobiscum erant, etiam quando non eramus una: quæ ne nunc quidem occiderunt, assiduoque advolant, quo majore desiderio, eo majore copia.

74. Teneo igitur te, frater, nec mihi te aut mors aut tempus avellet. Ipsæ dulces lacrymæ sunt, ipsi fletus jucundi, quibus restinguitur ardor animi, et quasi relaxatus evaporat affectus. Neque enim sine te esse possum, aut tui non meminisse unquam, aut meminisse sine lacrymis. O amari dies, qui interruptam copulam prodidisti! O flebiles noctes, quæ tam bonum consortem quietis, et individuum mihi comitem perdidisti! Quas ederetis cruces, nisi se offunderet imago præsentis, nisi visiones animi repræsentarent, quem species corporis denegaret!

75. Jam jam, frater animo meo charissime, quamquam tu immaturo decesseris obitu; beatus tamen, qui ista non sustines, nec amissum fratrem mœrere compelleris, quem absentem diu ferre non poteras, sed recursu celeri revisebas. **1134** Quod si tunc solitudinis meæ tædia repellere, mœstitiam fraternæ mentis ablevare pererabas; quanto nunc crebrius afflictum animum debes revisere, et ex te conceptum, per te lenire mœrorem!

76. At mihi tamen dat aliquas officii usus inducias, et obsequii sacerdotalis intentio abducit animum: sanctæ vero sorori quid fiet, quæ licet divino

metu pietatem temperet; rursus tamen ipsum pietatis dolorem studio religionis accendit, strata humi et totum gremio sui complexa tumulum, laborioso fessa incessu, tristis affectu, dies noctesque mœrorem integrat? Nam licet fletum plerumque sermone suspendat, <sup>c</sup> in oratione renovat: et quamvis Scripturarum memoria consolationes serentibus præcurrat; fletu tamen desiderium precandi assiduitate compensat, lacrymarum ubertatem tunc præcipue, quando nemo interrompere possit, instaurans. Ita quod miserearis; habes: quod reprehendas, non habes; flere enim in oratione virtutis est. Et quamquam istud familiare virginibus, quibus mollior sexus, tenerior affectus, contuitu communis fragilitatis in lacrymas etiam sine domestici sensu doloris exuberat; tamen cum major causa mœrendi est, finis mœroribus excluditur.

77. Deest igitur consolandi via, quia suppetit excusandi gratia. Neque enim possis prohibere, quod doceas; præsertim cum religionis astruat lacrymas, non doloris; et communis seriem deplorationis metu pudoris obtexat. Consolare ergo qui potes adire animum, penetrare mentem. Cernat te esse præsentem, sentiat non esse defunctum; ut cujus secunda de merito, ejus functa solatio, discat pro eo non graviter dolere, <sup>d</sup> qui se admonuerit non esse dolendum.

78. Sed quid ego te morer, frater? quid expectem, ut nostra tecum commoriatur, et quasi consepiatur oratio? Licet <sup>e</sup> ipsa species et exanimis corporis forma soletur, oculosque manens gratia et permanens figura demulceat; nihil, inquam, moror, procedamus ad tumulum. Sed prius ultimum coram populo <sup>f</sup> vale dico, pacem prædico, osculum solvo. Præcede ad illam communem omnibus et debitam, sed jam mihi præ cæteris <sup>g</sup> desiderabilem domum. Para hospiti consortium; et quemadmodum hic omnia nobis fuere communia, ita illic quoque jus divinum nesciamus.

79. Ne, quæso, cupientem tui diu differas, properantem expecta, festinantem adjuva, et si diutius morari tibi videbor, accersere. Neque enim unquam prolixius abfuimus a nobis, tu tamen solebas revisere. Nunc quoniam tu redire jam non potes, nos ad te ibimus: æquum est ut officium rependamus, subeamus vicem. Numquam nobis fuit vitæ conditio discretior: semper aut sanitas aut ægritudo communis; ut cum alter ægresceret, alter in morbum incurreret: **1135** et cum alter revaleretur, uterque consurgeret. Quomodo jus nostrum amisimus? Et nunc consortium ægritudinis fuit, quomodo mortis consortium non fuit?

<sup>a</sup> Videtur Ambrosius respicere ad Platonis locum in Apologia Socratis non longe a fine, ubi mortem lucrum esse disputans eam placidissimo somno assimilat. Hinc eandem comparisonem verisimile est cum alios mutatos esse, tum Ciceronem lib. de Senectute, sicut et prima Quæst. Tuscul.

<sup>b</sup> Ita cuncti mss. ac vet. edit. nisi quod pro *vergente*, in quibusdam mss. legitur, *urgente*; at Rom. edit. proprio Marte sic immutavit, *urgente jam in diem quodam noctis occasu*; sed audacior est ea correctio, quam ut a nobis admitti queat.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *in oratione revocat . . . precandi assiduitatem lacrymarum ubertate*.

<sup>d</sup> Nonnulli mss., *qui se admonuerit non dolenti*.

<sup>e</sup> Hinc intelligas apertam fuisse Satyri cadaveris faciem.

<sup>f</sup> Cognati demortuo ter *vale* ideo conclamabant, ut non modo testarentur affectum suum, sed præterea ut si forte spiritus, qui putabatur exclusus, adhuc in eo delitesceret, istis vocibus excitaretur.

<sup>g</sup> Idem mss., *desiderabilem domum, hospitii consortium . . . cupientem decessas*.

80. Tibi nunc, omnipotens Deus, innoxiam <sup>a</sup> com-  
mendo animam, tibi hostiam meam offero : cape  
propitius ac serenus fraternum munus, **1136** sa-  
crificium sacerdotis. Hæc mei jam libamina præ-  
mitto, in hoc ad te pignore venio, non pecuniæ, sed

<sup>a</sup> Et hic quoque testimonium redditur catholicorum  
ferri solitis.

A vitæ pignore; ne me diutius residere facias tanti  
noris debitorem. Non mediocri est fraterni amoris  
usura, nec vilis naturæ sors, quam cumulant incre-  
menta virtutis. Possum ferre, si cito cogar exol-  
vere.

precibus pro mortuorum subsidio et liberatione ef-  
ferri solitis.

## LIBER SECUNDUS. DE FIDE RESURRECTIONIS.

**1135** 1. Superiore libro aliquid indulimus de-  
siderio, ne tamquam ferventi plagæ austeriora adhi-  
bita medicamenta exasperarent magis, quam lenirent  
dolorum : simul quia fratrem sæpius allocuti sumus,  
et oculis tenebamus, absurdum non fuit relaxare  
paulisper affectum naturæ, qui lacrymis magis pascit-  
tur, fletibus delinitur, stupore desigitur. Mollis enim  
et tenera species est forma pietatis, nihil insolens  
amat, nihil inmitte, nihil durum : ferendo autem  
magis probatur patientia, quam resistendo.

2. Ergo quia dudum dies mortis inter lacrymabiles  
aspectus debuit <sup>a</sup> animum declinare fraternum, quia  
totum tenebat; nunc quoniam <sup>b</sup> die septimo ad se-  
pulcrum redimus, qui dies symbolum futuræ quietis  
est, a fratre paululum ad communem humani gene-  
ris cohortationem juvat derivare mentem, intentionem-  
que transfundere; ita ut neque toti sensibus de-  
ligamur in fratre, ne obrepat affectus : neque tantæ  
exules pietatis et gratiæ eum, quem diligimus, de-  
seramus; et vere ipsi nobis tanti doloris augeamus  
injuriam, si hodie nobis et <sup>c</sup> in sermone mori-  
ariatur.

3. Uade, proposuimus, fratres charissimi, solari  
nos communi usu, nec durum putare, quidquid uni-  
versos maneret; et ideo mortem non esse lugendam :  
primum, quia communis sit, et eunctis debita : dein-  
de, quia nos sæculi hujus absolvat ærumnis : pos-  
tremo, quia somni specie ubi <sup>d</sup> ab istius invidi labore  
requietum sit, vigor nobis vivacior refundatur. Quem  
dolorum non soletur resurrectionis gratia? quem non  
excludat mœrorem, si credas nihil perire morte;  
immo ipsius mortis celeritate fieri, ut plus perire

B non possit? Erit ergo, fratres charissimi, ut in al-  
hortatione communi, etiam fratri nostrum pendamus  
affectum : nec ab eo longius deviasse videamur, si  
per resurrectionis spem, et futuræ **1136** gloriæ  
suavitatem, etiam in sermone nobis hodie retine-  
cat.

4. Ordiamur igitur ab eo, ut lugendum nobis  
trorum obitum non esse doceamus. Quid enim absur-  
dus, quam ut id quod scias omnibus esse præscrip-  
tum, quasi speciale deploras? Hoc est animum super-  
conditionem extollere, legem non recipere commu-  
nem, naturæ <sup>e</sup> consortium recusare, mortem carnis  
inflari, et carnis ipsius nescire mensuram. Quid ab-  
surdus, quam nescire qui ais, affectare quod non  
scias? Aut quid imprudentius, quam quod futurum  
scias, id cum acciderit, ferre non posse? Natura ipsa  
nos revocat, et ab hujusmodi mœroribus quædam  
sui consolatione subducit. Quis est enim tam gravis  
luctus, aut tam acerbus dolor, in quo non interdum  
relaxetur animus? Habet hoc natura, ut quantis  
hominibus in tristibus rebus sint; tamen si modo  
hominibus sunt, a mœrore inextremum paulisper abde-  
cant.

5. Fuisse etiam quidam feruntur populi, <sup>f</sup> qui  
tus hominum lugerent, obitusque celebrarent. Nec  
imprudenter; eos enim qui <sup>g</sup> in hæc vitæ salutem  
nissent, mœrendos putabant : eos vero qui ex istius  
mundi procellis et fluctibus emersissent, non hujus  
gaudio prosequendos arbitrabantur. Nos quoque ipsi  
h natales dies defunctorum obliviscimur, et cum quo  
D obierunt diem, cælesti solemnitate renovamus.

6. Non est ergo gravis subeundus mœror secundum  
vitæ cursum; alii nonnulli, in hoc vitam salutem. Sed  
rectius alii, et omnes edit, in hoc vitam salutem, id est  
in hoc mare; salutem enim dicitur vel a salutem, vel  
salus, quod est aqua dulcedinis : vel a salis; quo et  
mare et jactatio significatur.

<sup>h</sup> Natales dies defunctorum, intellige non tantum  
martyrum, de quibus Cyprianus epist. paræti. et alii  
plurimi meminerunt; sed etiam aliorum christianorum,  
quorum obitus quotannis precibus atque sacrifi-  
ciis celebrari consueverat, ut discere est ex Tertul-  
liano lib. de Monog. cap. 10. Denique natales dies  
ac natalitia præterquam quod martyribus accommo-  
dabantur, quo sensu in Paulini carminibus de sancto  
Felice non semel posita sunt, aptabantur etiam aliis  
rebus. Sic Ambrosius lib. viii in Luc., num. 75, et  
epist. iv, ad Felicem Com., num. 2, sacerdotii sui  
natalium dicit : quo ultimo loco etiam de natali a  
bis observatum est.

<sup>a</sup> Mss. aliquot, animum inclinare fraternum.

<sup>b</sup> His verbis non solum indicatur hæc orationem  
habitam esse die septimo a sepultura ejusdem Satyri,  
verum etiam eundem diem in funebribus peculiariter  
quædam ratione coli solitum. Quod etiam tam  
circa illum, quam circa tertium, nonnulli de trigesi-  
mo aliquatenus retinetur. Sed de hoc in Orat. de  
Obit. Theod.

<sup>c</sup> Plerique mss., et in sermone moriamur.

<sup>d</sup> Non pauci mss., ab istiusmodi labore.

<sup>e</sup> Quidam mss., consortium relutare.

<sup>f</sup> Herodotus, quem Cicero in Consolatione de filie  
obitu laudat, populos apud quos obtinebat ea con-  
suetudo, memorat lib. v, cui licet adicias Val. Maxi-  
mum lib. ii, cap. 6, Solinum, Pomp. Melam, et alios.  
Vide similiter Tullium sub suam primam Tuscanam.  
ubi eandem illius remissionem, que ab Ambrosio hic  
subjicitur, ex Euripidis versibus promittit.

<sup>g</sup> Mss. aliquot, in hoc vitam cursum; unus, in hunc

dum naturam; ne aut excellentiorem aliquam naturam A exceptionem nobis arrogare videamur, aut communem recusare. Etenim mors æqualis est omnibus, indiscreta præperitis, inextepta divitibus. Et ideo licet per unius peccatum, in omnes tamen pertransi- vit (Rom. v, 18); ut quem generis non refugimus auctorem, non refugiamus et mortis: et sit nobis sicut per unum mors, ita per unum etiam resurrectio; nec recusemus ærumnam, ut perveniamus ad gratiam: Venit enim, **1137** ut legimus, *Christus sal- vum facere, quod perierat* (Luc. xix, 10): et *ut non solum vicorum, sed etiam mortuorum dominetur* (Rom. xiv, 9). Lapsus sum in Adam, de paradiso eiectus in Adam, mortuus in Adam; quomodo revocet, nisi me in Adam invenerit, et in illo culpæ obnoxium, morti debitum, ita in Christo justificatum (S. Aug. de Pecc. B orig., cap. 41)? Si ergo debitum est mortis, solutum debet esse tolerabilis. Sed hic locus posterioribus partibus reservandus.

7. Nunc propositum est asserere mortem graviorem non debere esse meritori, quod eum natura ipsa respuat. Denique a Lyciorum feruntur esse præcepta, quæ viros jubeant mulierum vestem induere; si mar- rorū indulgeant; eo quod mollem et effeminatum judicaverint in viro luctum. Deforme est enim eos qui pro fide, pro religione, pro patria, pro æquitate judicii, atque intentione virtutis obvium morti debent pectus offerre, mœrere in alio gravius, quod in se, si causa exegerit, sit expetendum. Nam quemadmodum potes in te non refugere, quod impatientius alii doleas accidisse? Depone mœrorem, si potes: inclu- C de, si non potes.

8. Aut absorbendus omnibus, aut premedus est dolor. Cur enim b mœstitiam tuam non ratio potius, quam dies leniat? Non quod obliteratura est tem- poris series, melius prudentia nistigabit. Quin etiam hoc ipsum irreligiosum puto erga ipsorum memo- riam, quos dolemus amissos; ut oblivisci eorum ma- limus, quam consolatione mulceri: aut cum horrore reminisci, quam meminisse cum gratia: recordationem timere, quorum imago debeat esse voluptati: dissidere potius quam sperare de meritis defunctorum: et pœnæ addictos, quam immortalitati debitos, quos dilexeris, æstimare.

9. Sed dicis: Quos diligebamus, amissimus. Nonne hæc nobis cum ipso mundo elementisque communia D

a *Hujusmodi legis, quæ in Lycia minoris Asiae provin- cia circa Iugendi modum observabatur, mentio reperitur apud Val. Maximum lib. II, cap. 6, atque Plutarchum lib. de Consolat. ad Apollonem.*

b *Hanc sententiam Nannius ætenuat deformatam esse ex illis Terentianis in Heauton. : Aut ego pro- pecto ingenio egregie ad miseriam natus sum; aut illud alsium est, quod vulgo audio dici, diem adimere agri- culturn hominibus. Item ex istis Ciceronianis lib. XII, d Atticum epist. 5: Consolationum autem multa via, ed illa rebusissima: impiret ratio, quod dies impetra- ura est.*

c *Non inepte eum hoc loco concinit, quod Martia- nis voluntariam Fanni mortem vituperans, epigram- nati hunc finem ponit.*

Hic, rogo, non furor est, ne mori, mori?

sunt; quia ad tempus credita in perpetuum tenere non possumus? Gemit terra sub aratris, imbribus cæditur, tempestate concutitur, stringitur frigore, sole torretur: ut fructus annuos feta parturiat: et cum se vario flore vestierit, proprio exiit et spoliatur ornatu. Quantos hæc raptores habet? Nec fructum suum queritur amissum, quem ideo generavit, ut amitteret: nec imposterum negat, quem sibi meminit auferendum.

10. Cælum ipsum non semper stellarum micantium globis fulget, quibus quasi quibusdam insignitur coronis. Non semper ortu lucis albescit, radiis solis ir- rutilat: sed assiduus vicibus ille quidam mundi vultus gratissimus, humenti noctium caligat horrore. Quid gratius luce? quid sole jucundius? quæ quotidie occi-idunt; **1138** decessisse tamen hæc nobis non molesse ferimus, quia eum redire præsumimus. Doce- ris in his quam in tuis debeas exhibere patientiam. Si superiora tibi occidunt, nec dolori sunt; cur si occiderint humana, dolentur?

11. Sit tamen patiens dolor, sit in tristibus modus, qui exigitur in secundis. An si immoderate gaudere non convenit, lugere convenit? Non enim medioere malum est immoderatio doloris, aut metus mortis. Quantos ad laqueum impulit, armavit ad gladium; ut in eo ipso amentiam suam proderent, c mortem non ferentes, et mortem appetentes: et quod pro malo fugerent, pro remedio adsciscerent? Qui quoniam consentaneum naturæ suæ ferre ac perpeti nequiverunt, contrarium voto incidunt; ut ab his in perpetuum separantur, quos sequi desideraverint. Sed hæc rara: quoniam natura ipsa revocat, etsi præcipitet amentia.

12. Illud vero frequens in mulieribus, d ut clamores publicos serant, quasi metuant ne earum ignoretur ærumna: ut illuviem vestis affectent, quasi in ea sit sensus dolendi: ut impexum sordibus imadident caput: ut postremo, quod plerisque in focis vulgo fieri solet, discisso amictu, diloricata veste, secreti pudoris nuda prostittuant, quasi ipsum ferocientur pudorem, quia pudoris sui præmia perdiderunt. Sic procaces oculi provocantur, ut concupiscant, ut amare incipiant membra nudata: quæ si non aspicerent, non amarent. Atque utinam sordidata illa tegumenta corporis non speciem, sed mentem obnu- berent! Latet plerumque sub tristi amictu mentis

d *Cicero lib. III Tuscul. Quæst. illam mulierum in- luctibus intemperantiam vocat varia et detestabilis genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes, genuorum, pectoris, feminum, capitis percussiones, et his similiter describens et condemnans. At vix quisquam in turpitudinem illam gravius aut vehementius invecus est, quam Chrysanostomus Rom. 64 in cap. XI Joannis, Rom. 4 in cap. II ad Hebræos, et Rom. 3 in cap. I ad Philippenses. Atqui nihilidam tibi viderant aut audierant, quale in regionem hanc pri- dem detectarum Relationibus memoratur, ubi in barbaras Narsingani regni feminas cum mariti cada- vere turmatim aut vivas humari, aut cremati pro dignitate conjugis.*

lascivia : et deformis horror vestis obtexitur ; ut secreta petulantium tegantur animorum.

13. Satis pie virum luget, quæ servat pudorem, non deserit fidem. Hæc bene defunctis officia impenduntur, ut vivant in mentibus, in affectibus perseverent. Non amisit virum, quæ exhibet castitatem : non est viduata conjugio, quæ non mutavit nomen mariti. Nec tu perdidisti hæredem, quæ adjuvas cohæredem : sed pro successore corruptibilem, <sup>a</sup> mutasti consortem immortalium. Habes qui tibi repræsentet hæredem : solve pauperi, quod debetur hæredi ; ut non solum maternæ aut paternæ senectutis, sed etiam vitæ propriæ sit superstes. Plus successoris tuo relinquis, si portio ejus non ad luxum præsentium proficiat, sed ad pretium futurorum.

14. Sed desideramus amissos. Duo sunt enim quæ maxime angunt, aut desiderium eorum, quos amiserimus, sicut meo exemplo melior : <sup>b</sup> aut quod eos vitæ suavitate privatos, ereptos laboris sui fructibus arbitremur. Tenera enim **1139** amoris est titillatio, quæ improvisum affectum excitat, ut sedandi magis, quam excludendi doloris facultas relinquatur : simul quia pium videtur desiderare quod amiseris, et specie virtutis adolescit infirmitas.

15. Sed cur tu putes patientiorem illam esse debere, quæ dilectum ad peregrina dimiserit, et militiæ gratia, vel susceptæ administrationis officio, vel negotiandi usu transfretasse compererit ; quam te qui non fortuito arbitrio dereliqueris, aut studio pecuniæ, sed lege naturæ ? At recuperandi tibi interclusa spes : quasi cuiquam certa sit redeundi. Et plerumque dubia plus fatigant, ubi periculi metus integer, graviusque est timere, ne acciderit, <sup>c</sup> quam tolerare quod jam noveris accidisse. Aliud enim summam formidinis coacervat, aliud finem expectat doloris.

16. An dominis jus est, <sup>d</sup> quo decreverint, transferre mancipia, Deo non est ? Sed non suppetit expectare remeantem ; suppetit tamen præcedentem sequi. Et certe brevis vitæ usus nec illi multum videtur eripuisse, qui ante præcessit : nec te differre diutius, qui remanseris.

17. Quod si desiderium tuum mitigare non possis ; nonne tamen videtur indignum pro desiderio tui studio rerum ordinem velle converti ? Amantium ardentior utique desideria sunt, et tamen necessitatis contuitu temperantur : <sup>e</sup> et si dolent deseri, lugere tamen non solent : destituti amare impatientius erubescunt. Ita patientia desiderii plus probatur.

18. Quid autem de his loquar, qui defunctos putant vitæ suavitate privari ? Nulla potest esse jucunditas inter has vitæ nostræ amaritudines aut do-

<sup>a</sup> Plerique mss., *mutasti consortium immortalium.*

<sup>b</sup> Tullius lib. 1 Tusc. Quæst. : *Quis est, qui suorum mortem primum non eo lugeat, quod eos orbatos vitæ commodis arbitretur ? Tolle hanc opinionem, luctum sustuleris, etc.*

<sup>c</sup> Mss. prope ad unum, *quam dolere quod jam, etc.*

<sup>d</sup> Ita omnes edit.; mss. autem magno numero, *que non creaverint.*

lores, quæ vel ex corporis ipsius infirmitate, vel extrinsecus accidentium incommoditate generantur. Anxii enim semper, et ad ipsa lætiorum vota suspensi, quodam fluctuamus incerto, sperantes dubia pro certis, incommoda pro secundis, caduca pro solidis : nihil habentes potestatis in arbitrio, nihil firmitatis in voto. At si aliquid contra voluntatem acciderit, perditos nos putamus ; plusque adversorum dolore frangimur, quam secundorum fructu potimur. Quibus igitur carent bonis, qui magis eripiuntur incommodis ?

19. Valetudo, credo, bona plus adjuvat, quam affligit mala : aut opulentia plus delectat, quam ætatis afficit : aut filiorum magis amabilis gratia, quam lugubris amissio : aut adolescentia jucundior, quam senectus tristior. Quam plerumque suorum tædet rectorum et optati pœnitet ; ut doleat impetratum, quod non impetrare metuebat. Exsilia vero, et cæterarum pœnarum acerbitates, quæ potest compensare patria ? quæ voluptates ? Quæ etiam cum adsunt, debilitantur tamen, aut non utendi affectu, aut amittendi metu.

20. Esto tamen : maneat inoffensus, immunis a doloribus, perpes in voluptatibus vitæ cursus **1140** humanæ ; quid tamen commoli consequi possit anima in istiusmodi corporis inclusa compagibus, et quibusdam membrorum angustiis coarctata ? Si caro nostra carcerem fugit, si detestatur omne quidquid evagandi facultatem negat ; quæ utique parvis ultra se audiendi videndique excurrere videtur sensibus : quanto magis anima nostra corporeum istud evadere gestit <sup>f</sup> ergastulum, quæ motu aereo libera, nescius quo vadat, aut unde veniat (*Joan. III, 8*) !

21. Scimus tamen quod corpori supervivat, et ea jam depositis proprii sensus repagulis expedita, libero cernat obtutu, quæ ante sita in corpore non videbat. <sup>g</sup> Quod exemplo dormientium possumus æstimare (quorum animi velut sepulto quieti corpore, ad altiora se subrigunt, et renuntiant corpori) rerum absentium, vel etiam cœlestium visiones. Ergo si mortis carnis ex sæculi nos absolvit ærumnis, utique malum non est, quæ libertatem restituit, excludit dolorem.

22. Hinc igitur nobis adoriendus disputandi locus mortem malum non esse ; quia ærumnarum omnium malorumque perfugium est, et fida statio securitatis, ac portus quietis. Nam quid in hac vita non experimur adversi ? Quas non procellas, tempestatesque perpetimur ? quibus non exagitamur incommodis : cujus parcitur meritis ?

23. Sanctus patriarcha Israel profugus patria, tre, parentibus, domum mutavit exsilio (*Gen. XXVII.*

<sup>e</sup> Complures mss., *etsi dolent discedere.*

<sup>f</sup> Ergastulum est, inquit Nannius, ubi servi vitæ tenentur *πρός τὰ ἔργα*, id est, ad opera faciendâ.

<sup>g</sup> Rom. edit. sola, *Quod exemplum.* Infra vero ab eadem edit. cum vet. ac mss. aliquot, *velut sepulto quiete corpore ;* Amerb. et mss., *quieti corpore ;* in major numero mss. tantum exhibet, *velut sepulto et altiora.*

5), stuprum filiae (Gen. xxxiv, 2), generi necem flevit (Gen. xlix, 5), famem pertulit, sepulturam defunctus amisit; transferri enim ossa sua, ne vel mortuus requiesceret, obsecravit.

24. Sanctus Joseph odia fratrum, insidias invidorum, servulorum obsequia, mercatorum imperia (Genes. xxxvii, 4 et seq.),<sup>a</sup> dominæ petulantiam, mariti inscitiam, carceris quoque est expertus ærumnam (Gen. xxxix, 12 et seq.).

25. Sanctus David filios amisit duos: unum incestum (II Reg. xiii, 29), alterum parricidam (II Reg. xviii, 14). Illos habuisse pudoris est, doloris est perdidisse. Amisit et tertium, quem amabat, parvulum. Hunc viventem adhuc flevit, mortuum non desideravit. Sic enim legimus (II Reg. xii, 18) quod, ægro tante puero, deprecabatur David Dominum pro eo, et jejunavit, et in cilicio jacuit, et astantibus majoribus natu, ut excitarent eum de terra, nec surgendum sibi, nec cœnandum putavit. Ubi vero defunctum puerum comperit surrexit de terra, lavit illico, unctus est, vestimenta mutavit, adoravit Dominum, cibum sumpsit (*Ibid.*, 20). Cum hæc miranda pueris suis viderentur, respondit eis recte se, infante vivente, jejunasse et plorasse; quia jure arbitrabatur Dominum posse misereri, nec dubitandum quod vitam posset servare viventis, qui posset vivificare defunctos: jam vero, obita morte, quid jejunaret, qui jam non posset reducere mortuum exanimemque revocare: *Ego, inquit, ibo ad eum: ipse autem non revertetur ad me (Ib. 23).*

**1141** 26. O maximum solatium desiderantis! O verum<sup>b</sup> sapientis iudicium! O miram sapientiam servientis! ut nemo sibi adversi aliquid accidisse indigne ferat, et contra meritum suum se queratur afflictum. Quis enim tu es, qui de tuo merito ante pronunties? Cur prævenire desideras cognitorem? Cur eripis sententiam iudicaturus? Nec sanctis istud permissum est, nec a sanctis impune unquam est usurpatum. David se propterea flagellatum suo carmine confitetur: *Ecce ipsi peccatores et abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias. Ergo sine causa justificavi cor meum, et lavi inter innocentes manus meas: et fui flagellatus tota die, c et index meus in matutinum (Ps. lxxii, 12 et seq.).*

27. Petrus quoque quamvis plenus fide devotionis; tamen quia nondum conscius nostræ infirmitatis præsumptive dixerat Domino: *Animam meam pro te po-*

*nam (Joan. xiii, 37);* tentationem præsumptionis antequam tertio gallus cantaret incurrit (*Joan. xviii, 27*). Licet illa tentatio documentum fuerit ad salutem; ut discamus non contemnere carnis infirmitatem, ne contemnendo tentemur. Si Petrus tentatus est, quis præsumat, quis astruat se non posse tentari? Atque haud dubie pro nobis tentatus est Petrus, ut in fortiore non esset tentamenti periculum: sed in illo disceremus quemadmodum in persecutionibus resistentes, etsi vitæ studio tentaremur; tentationis tamen aculeum patientiæ lacrymis vinceremus.

28. Idem tamen David, ne quem fortassis Scripturarum tenacem moveat factorum diversitas: idem, inquam, David parricidam mortuum flevit, qui non flevit innocentem. Denique cum ploraret et lugeret, dixit: *Filius meus Absalon, filius meus Absalon; quis dabit mihi mortem pro te (II Reg. xviii, 33)?* Non solus ergo fletur Absalon, fletur parricida, fletur Ammon (II Reg. xiii, 36). Non solum fletur incestus, sed etiam vindicatur: alter contemptu regni, alter fratris exsilio. Fletur sceleratus, non fletur dilectus. Quæ causa? quæ ratio? Non mediocris igitur in prudentibus deliberatio, sapientibus confirmatio; magna enim prudentiæ in tanta factorum diversitate constantia, una fides. Et illos mortuos flevit, et flendum infantem mortuum non putavit; illos enim sibi periisse credebat, hunc resurrecturum sperabat.

29. Sed de resurrectione posterius, nunc ad proposita revertamur. Præmisimus enim etiam sanctos viros gravia in hoc mundo et multa perpressos sine suffragatione meritorum, cum ærumna laborum. Unde regressus ad se David, in posterioribus dicit: *Memento, Domine, quia pulvis sumus, homo tamquam fœnum, dies ejus (Ps. cii, 15);* et alibi: *Homo vanitati similis factus est, dies ejus sicut umbra prætereunt (Ps. cxxiii, 4).* Quid enim nobis **1142** miserius, qui tamquam spoliati et nudi projicimur in hanc vitam, corpore fragili, corde lubrico, imbecillo animo, anxii ad sollicitudines, desidiosii ad labores, proni ad voluptates?

30. Non nasci igitur longe optimum, secundum sancti Salomonis sententiam. Ipsum enim etiam illi qui sibi visi sunt in philosophia excellere secuti sunt. Nam ipse illis anterior, e nostris posterior, ita in Ecclesiaste locutus est: *Et laudavi ego omnes de-*

<sup>a</sup> Mss. non pauci, *reginæ petulantiam, regis inscitiam.*

<sup>b</sup> Pauci mss., *sapientis iudicium.*

<sup>c</sup> Omnes edit. ac mss. nonnulli, *et vindex meus; alii mss. aliquot, quibus accedit Psalt. Rom. Quinc., et iudex meus; Renvig. cum Vulg., et castigatio mea, in quo non discrepat ab Hebr. ubi legitur, et increpatio mea; cæteri denique mss. cum Rom. psalt. comm., et index meus, xai ó δειγχός μου. Quod autem Rom. edit. cum paucis mss. pro in matutinum, posuit in matutinis, illic a mss. longe pluribus, ab ant. edit. nec non etiam ab Aug. lectione aberravit.*

<sup>d</sup> Augustinus lib. iv, contra Jul., cap. 12, eadem propemodum citat e lib. iii, Ciceronis de Republ.: unde Ambrosius etiam hunc locum videtur imitatus.

<sup>e</sup> Ita edit. ac mss. exceptis quibusdam Paris. edit. in quibus, *nobis posterior;* et mss. nonnullis, qui legunt, *nostris posterior;* Remig., *non posterior fuit.* Haud incommode potest nihilominus communis lectionis hic sensus esse, ut Salomon qui dicitur profanis sapientibus antiquior, idem tamen multis nostrorum posterior sit, ut puta Job, Moysæ et aliis. Quod autem ad auctorem cui ab ethnicis memorata sententia tribuitur, Aristoteles Plutarcho teste, eam, in Eudemo sive lib. de Anima, Sileno adjudicat. Idem quoque tradit Cicero lib. i Tuscul. Quest. et in lib. de Consolatione. Vide quoque Theognidis in hanc rem epigramma, Sophoclem in Ædip. Colon. Lactantium lib. iii, cap. 18, et Ausonium Ecloga de Vita humana.

*functos qui jam mortui sunt, magis quam viventes, quicumque vivunt neque adhuc. Et optimus super hos duos, qui nondum natus est, et qui non vidit hoc opus malum, quod factum est sub sole. Et vidi ego universum laborem, et omnem virtutem operis hujus; quia æmulatione vivo ab altero ejus. Et quidem hoc vanitas, et præsumptio spiritus (Eccles. iv, 2 et seq.).*

31. Et quis hoc dixit, nisi ille qui sapientiam poposcit et impeiravit (Sap. vii, 7); ut sciret compositionem orbis terrarum, et virtutem elementorum, anni cursus, et stellarum dispositiones, non ignoraret naturas animalium, et iras colligeret bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum deprehenderet? Quem igitur non latuerunt cœlestia, quemadmodum laterent mortalia? Qui cogitationem mulieris investigavit sibi infantem vindicantis alienum (III Reg. iii, 27), qui naturas animalium, quas non acceperat, divina tamen gratia aspirante cognovit (Sap. vii, 20): hic de suæ conditione naturæ, quam in se expertus est, errare aut mentiri potuit?

32. Sed non solus hoc sensit, etsi solus expressit. Legerat sanctum dixisse Job: *Pereat dies ille, in quo natus sum (Job. iii, 3)*; et cognoverat nasci malorum omnium esse principium: et ideo diem quo natus est, perire optavit; ut tolleretur origo incommodorum: et optavit perire diem generationis suæ; ut diem resurrectionis acciperet. Audierat etiam Salomon dixisse patrem suum: *Notum fac mihi, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum; ut sciam quid desit mihi (Ps. xxxviii, 5)*. Noverat enim David non posse id quod perfectum est, hic comprehendere, et ideo ad ea quæ sunt futura, properabat. Nunc enim ex parte scimus, et ex parte cognoscimus: tunc autem id quod perfectum est, poterit comprehendere; cum revelata facie nobis speculanda: majestatis æternitatisque divinæ cœperit relucere non umbra, sed veritas (I Cor. xiii, 12).

33. Nemo tamen festinaret ad finem, nisi vitæ istius fugeret incommoditatem. Et ideo etiam David quare ad finem festinet, exposuit dicens: *Ecce veteres posuisti dies meos, et habitudo mea tanquam nihil ante te: verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens (Ps. xxxviii, 6)*. Quid igitur moramur **1143** fugere vanitatem? aut quid nos delectat in hoc sæculo vane conturbari, thesaurum pecuniarum con-

<sup>a</sup> Rom. edit. cum paucis mss., *et substantia mea*; vet. edit. ac mss. multo plures, *et habitudo mea*. Græco, καὶ ὑποστασις μου, id est, natura, constitutio, etc.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *remigandum*; melius alii, atque edit., *remigrandum*.

<sup>c</sup> Mss. complures, *neque profuit mihi quidquam*; alii, et omnes edit. propius ad prophetæ verba, ... *mihi quicquam*. Totum vero locum non nihil diverse citat Philo Judæus lib. de Confus. Ling. in hunc modum: Ὁ μαθηρ, ἤλικον με ἕτακας ἀνθρώπου μάχης, καὶ ἀθρώπων ἀφείας πάσης τῆς γῆς οὐκ ἀπέλησα, οὐδὲ ἀπέλησάν με.

<sup>d</sup> Cicero Tuscul. Quæst. sententiam hanc Platoni acceptam refert, et revera in hujus Phædone illa reperias, quæ in Tusculana citantur ab Oratore.

A dere, et ignorare cui congregamus hæredi? Petamus amoveri a nobis plagas, eripi nos ex insipienti sæculo, carere peregrinatione diuturna, ad illam redire patriam et naturalem domum. In hac enim terra ævenæ sumus atque peregrini (Ephes. ii, 19): <sup>b</sup> remigrandum eo, unde descendimus: ambiendum et obsecrandum non perfunctorie, sed obnixè; ut a dolis et ab iniquitate loquacium liberemur. Et ille qui remedium noverat, profongatum tamen suum ingemit incolatum, et cum peccatoribus et iniquis se habitare deplorat (Ps. cxix, 5). Quid ego faciam, qui et peccatum habeo, et ignoro remedium?

34. Hieremias quoque quod generatus sit, et ipse deplorat his verbis, dicens: *Hæu me, mater! ut quid me peperisti virum causam dicentem iudicii in omni terra? Non profuit, c neque profuit mihi quisquam: virtus mea defecit (Jerem. xv, 10)*. Si igitur sancti viri vitam fugiunt, quorum vita etsi nobis utilis, sibi tamen inutilis æstimatur; quid nos facere oportet, qui nec aliis prodesse possumus, et nobis vitam hanc quasi fenebrem pecuniam usurario quodam cumulo gravescentem onerari in dies peccatorum ære sentimus?

35. Quotidie morior, Apostolus dicit (I Cor. xv, 31). Melius utique, quam illi, <sup>d</sup> qui meditationem mortis philosophiam esse dixerunt: illi enim studium prædicarunt, hic usum ipsum mortis exercuit. Et illi quidem propter se: Paulus autem ipse perfectus moriebatur non propter suam, sed propter nostram infirmitatem. Quid autem est mortis meditatio, nisi **C** quædam corporis et animæ segregatio; quia mors ipsa non aliud quam <sup>e</sup> corporis atque animæ secessio definitur? Sed hoc secundum communem opinionem.

36. Secundum Scripturas autem <sup>f</sup> triplicem esse mortem accipimus. Una est cum morimur peccato, Deo vivimus (Rom. vi, 10). Beata igitur mors, quæ culpæ refuga, Domino dedita, a mortali nos separat, immortalis nos consecrat. Alia mors est vitæ hujus excessus, qua mortuus est patriarcha Abraham, patriarcha David, et sepulti sunt cum patribus suis: cum anima nexu corporis liberatur. Tertia mors est, de qua dictum est: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos (Matth. viii, 22)*. Ea morte non solum caro, sed etiam anima moritur: *Anima enim quæ **D** peccaverit, ipsa morietur (Ezech. xviii, 4)*. Moritur

Attamen non primum auctorem istius effati Platonem esse, sed Pythagoram discimus ex Hieronymi Apologia adv. Rufin. lib. iii.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, *corporis atque animæ secessio*, quidam *secessio*, meliuscule: at pliorum, et omnium edit. vera lectio est, quam retinemus. Mortis autem definitio, quam indicat sanctus Aristoteles, in proponitur in Platonis Gorgia: Ὁ θάνατος τὸ ἄλλο ὄν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδὲν ἄλλο ἢ θυσίαν πραγμάτων δούσης, τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. Cui definitioni hæc absimiles in Phædone pluribus locis inveniuntur.

<sup>f</sup> Triplex mortis esse genus definierat Ambrosius noster lib. de Bono. Mortis cap. 9, nec non in Luc. lib. vii, num. 35, quibus cum locis et hæc componere lectori non erit injucundum.



enim Domino, non naturæ infirmitate, sed culpæ. A Sed hæc mors non a perfunctio hujus est vitæ, sed lapsus erroris.

37. Una ergo est mors spiritalis, alia naturalis, tertia pœnalis. Sed non quæ naturalis, eadem pœnalis; non enim pro pœna Dominus, sed pro remedio dedit mortem. Denique Adæ peccanti præscriptum est aliud pro pœna, aliud **1144** pro remedio; pro pœna, cum dicitur: *Quoniam audisti vocem uxoris tuæ, et manducasti de ligno, de quo præceperam tibi ab eo solo ne manducares, maledicta terra in operibus tuis: in tristitia manducabis fructum ejus omnibus diebus vitæ tuæ. Spinas et tribulos germinabit tibi, et edes pabulum agri. Cum sudore vultus tui manducabis panem tuum, donec revertaris in terram, de qua assumptus es (Gen. iii, 17 et seq.).*

38. Habes pœnarum ferias, quia adversus spinas sæculi hujus et sollicitudines mundi, voluptatesque divitiarum, quæ Verbum excludunt, pœnam includunt (*Luc. viii, 12*); mors pro remedio data est, quasi finis malorum. Non enim dixit: Quoniam audisti vocem mulieris, revertaris in terram; hæc enim esset pœnalis sententia, quemadmodum est illa: *Maledicta terra spinas et tribulos germinabit tibi*; sed dixit: *Manducabis panem tuum in sudore, donec revertaris in terram*. Vides mortem magis metam esse nostrarum pœnarum, qua cursus hujus vitæ inciditur?

39. Ergo mors non solum malum non est, sed etiam bonum est. Denique pro bono quæritur, sicut scriptum est: *Quærent homines mortem et non invenient eam (Apoc. ix, 6)*. Quærent enim illi qui dicituri sunt montibus: *Cadite super nos, et collibus: Operite nos (Luc. xxiii, 30)*. Quæret etiam anima illa, quæ peccat. Quærit dives ille positus in inferno, qui vult digito Lazari refrigerari linguam suam (*Luc. xvi, 24*).

40. Videmus itaque quod et mors hæc lucrum est, et vita pœna est. Unde et Paulus ait: *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum (Phil. i, 21)*. Quid est Christus, nisi mors corporis, spiritus vitæ? Et ideo commemoramur cum eo, ut vivamus cum eo. Sit quidam quotidianus usus in nobis, affectusque moriendi; ut per illam, quam diximus, segregationem a corporeis cupiditatibus anima nostra se discat extrahere, et tamquam in sublimi locata, quo terrenæ D adire libidines, et eam sibi glutinare non possint, suscipiat mortis imaginem, ne pœnam mortis incurrat. Repugnat enim lex carnis b legi mentis, et

a Nonnulli mss., non perfunctoria hujus est vitæ.

b Nonnulli mss., legi Dei.

c Mss. aliquot, non desideremus jura naturæ.

d Vet. edit. non plures mss., sicut semen justorum: rectius tamen edit. Rom. et alii mss. ut in contextu. Etenim ubi Hebr. et Vulg., et fiant novissima mea eorum similia; LXX, interpret. effecerunt, καὶ γίνωσκω τὸ σπέρμα μου ὡς σπέρμα τούτων.

e Mss. aliquot, neque peccati in se recipiat iniquitatem.

f Omnes edit. ac mss. non pauci, nec gratiosa divitiibus, quod quidem licet per se verum sit, ab hoc

eam legi erroris addicit, sicut Apostolus revelavit, dicens: *Video enim legem carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati (Rom. vii, 23)*. Omnes impugnamur, omnes sentimus: sed non omnes liberamur. Et ideo infelix ego homo, nisi remedium quæram.

41. Sed quod remedium? *Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum (Ibid., 24, 25)*. Habemus medicum, sequamur remedium. Remedium nostrum Christi gratia est, et corpus mortis corpus est nostrum. Ergo peregrinemur a corpore, ne peregrinemur a Christo: etsi in corpore sumus, tamen quæ sunt corporis non sequamur, c nec **1145** deseramus jura naturæ, sed dona gratiæ præoptemus: *Dissolvi enim, et cum Christo esse multo melius: permanere autem in carne magis necessarium propter vos (Phil. i, 23, 24)*.

42. Sed non omnibus necessarium, Domine Jesu: non mihi, qui nulli utilis sum; nam mihi lucrum est mori, ne plura peccem. Lucrum mihi est mori, qui ipso libro quo affos consolor, quasi vehementiore monitore ad desiderium amissi fratris impellor; quoniam me ejus non sinit oblivisci. Nunc magis amo, et vehementius desidero. Desidero cum loquor, desidero cum relego; et ideo hoc potius scribendum arbitror, ne quando ab ejus recordatione divellar. Quod non contra Scripturas facio, sed cum Scripturis sentio; ut patientius dolcam, impatientius desiderem.

C 43. Præstitisti mihi, frater, ne mortem timerem, atque utinam moriatur anima mea in anima tua; hoc enim sibi Balaam pro maximo bono optat, donatus Spiritu prophetandi: *Moriatur, inquit, anima mea in animis justorum, et fiat semen meum d sicut semen istorum (Num. xxiii, 10)*. Et verè hoc secundum prophetiam optat; qui enim viderat ortum Christi, vidit ejus triumphale, vidit mortem, vidit in eo perennem hominum resurrectionem; et ideo mori non timet resurrecturus. Non moriatur ergo anima mea in peccato, e neque peccatum in se recipiat: sed moriatur in anima justi: ut ejus recipiat æquitatem. Denique qui moritur in Christo, sit ejus gratiæ particeps in lavacro.

44. Non ergo formidabilis mors, nec amara egentibus, f nec gravior divitibus, nec injusta senioribus, nec ignava fortibus, nec perpétua fidelibus, nec improvisa sapientibus. g Quam multi enim vitam solo mortis titulo consecrarunt, quantos vitemen loco prorsus alienum. Optime igitur Benig., Remig. et alii codices quamquam non multi, nec gravior divitibus.

g Nannius in eorum numerum, qui vitæ suæ turpitudinem honesta morte velaverunt, Catonis filium et Othonem imperatorem refert: de quorum etiam posteriore Ausonii versus, ac Suetonii testimonium promit. Sed alios addere potuisset haud paucos, qui sibi, ut Ambrosius indicat, famam facili sanguine redemerunt, quosque passim in litterarum monumentis offendas. Quod autem subjicitur de populis unius morte liberatis, adire licet, f. xposit. in

vere pudit, mori profuit? Morte unius plerumque accepimus maximos populos liberatos: morte imperatoris fugatos exercitus hostium, quos vivus vincere nequivisset.

45. Morte martyrum religio defensa, cumulata fides, Ecclesia roborata est: vicerunt mortui, victi persecutores sunt. Itaque quorum vitam nescimus, horum mortem celebramus. Unde et David propheticè gloriatus in suæ mentis excessu: *Pretiosa*, inquit, *in conspectu Domini mors sanctorum ejus* (Psal. cxv, 15). Mortem maluit præferre, quam vitam. Ipsa mors martyrum præmium vitæ est. Morte etiam inimicorum odia solvuntur.

46. Quid plura? Unius morte mundus redemptus est. Potuit enim Christus non mori, si voluisset: sed neque refugiendam mortem quasi ignavam putavit, neque melius nos quam **1146** moriendo servasset. Itaque mors ejus vita est omnium. <sup>a</sup> Morte ejus signamur, mortem ejus orantes annuntiamus, mortem ejus offerentes prædicamus: mors ejus victoria est, mors ejus sacramentum est, mors ejus annua solemnitas mundi est. Quid præterea de ejus morte dicamus, cum divino probemus exemplo, quia immortalitatem mors sola quæsit, atque ipsa se mors redemit? Non igitur mœrenda mors, quæ causa salutis est publicæ: non fugienda mors, quam Dei Filius non dedignatus est, non relugit. Non solvendus ordo naturæ; quod enim commune est omnibus, exceptum in singulis esse non potest.

47. Et mors quidem in natura non fuit, sed conversa est in naturam; non enim a principio Deus mortem instituit, sed pro remedio dedit. Et consideremus ne videatur esse contrarium. Nam si bonum est mors, cur scriptum est, quia *Deus mortem non fecit: sed malitia hominum mors introivit in orbem terrarum* (Sap. i, 13; ii, 24). Revera enim mors divino operi necessaria non fuit, cum in paradiso positus bonorum omnium jugis successus afflueret; sed prævaricatione damnata in labore diuturno, gemituque intolerando vita hominum cœpit esse miserabilis: debuitque dari finis malorum, ut mors restitueret, quod vita amiserat. <sup>b</sup> Immortalitas enim oneri potius quam usui est, nisi aspiret gratia.

48. Et si bene discutias, non naturæ mors ista est, sed malitiæ; manet enim natura, malitia moritur. Resurgit quod fuit: atque utinam ut jam peccandi liberum, ita vacuum culpæ prioris! Sed hoc ipsum indicio est mortem non esse naturæ, quia iidem erimus, qui fuimus. Itaque aut peccatorum

A nostrorum supplicia pendemus, aut bene gestorum gratiam consequemur. Resurget enim natura eadem, jam stipendiis mortis honoratior. Denique *mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde et nos qui vivimus*, inquit, *simul cum illis rapiemur in nubibus obviam Christo in aera; et ita semper cum Domino erimus* (I Thess. iv, 15, 16). Illi primi, viventes autem secundi. Illi cum Jesu, viventes per Jesum. Illis dulcior vita post requiem: viventibus etsi grata compendia, tamen ignota remedia.

49. Nihil est igitur quod in morte timeamus, nihil quod debeamus dolere; si aut naturæ repenti vita, quæ accepta est, rependatur: aut penenti impendatur officio, in quo religionis cultus, aut virtutis usus est. Neque enim quisquam sibi, ut sic mæneret, optavit. <sup>c</sup> Joanni promissum æstimatum est, sed non est creditum. Verba tenemus, sententiam derivamus. Ipse in libro negat sibi, quod non moretur, esse promissum; ne quem vana spes exemplo incesset. **1147** Quod si id velle spes insolens; quanto insolentius, quod non præter modum acciderit, ultra modum dolere?

50. Gentiles plerumque se consolantur viri, <sup>d</sup> vel de communitate ærumnæ, vel de jure naturæ, vel de immortalitate animæ. Quibus utinam sermo constaret, ac non miseram animam in varia portentorum ludibria formasque transfunderent! Quid igitur nos facere oportet, quorum stipendium resurrectio est? cujus gratiam quoniam negare plerique non possunt, fidem abnuant. Et ideo eam non uno argumentum aliquo, sed pluribus modis, ut possumus, astruamus.

51. Et quidem omnia aut usu, aut ratione, aut exemplo, aut eo quia decorum sit ea esse, ideo esse creduntur; et ad fidem singula suffragantur. Usus, quia movemur: ratio, quia quod movet, virtutis alterius convenit æstimari: exemplum, quia generavit ager fruges, et ideo generaturum esse præsumimus: decorum, quia et ubi fructum non putamus, decere tamen credimus, ut virtutis opera minime deseramus.

52. Singula igitur singulis astruuntur. Tribus tamen evidentius colligitur resurrectionis fides, quibus omnia comprehenduntur: ratione, universitatis exemplo, testimonio rei gestæ; quia plurimi surrexerunt. Ratio evidens est; quia cum omnis vitæ nostræ usus in corporis animæque consortio sit, resurrectio autem aut boni actus præmium habeat, aut pœnam improbi; necesse sit corpus resurgere, cujus actus expenditur. Quomodo enim in iudicium

Luc. lib. vi, num. 108, et nostram ad eum locum notationem.

<sup>a</sup> Hoc loco et usum frontis ac pectoris cruce consignandorum indicatum voluit, et a precibus sacrificium non ambigue distinxit. Sed utrumque frequens esse apud Ambrosium sæpius ante observavimus.

<sup>b</sup> Alludere videtur ad fabulam Tithoni, quem cum ei Teiynos beneficio concessum esset immortalitatis donum, vitæ tantum fastidium cepit, ut mallet

in vile animalculum transformari, quam diutius humanis molestiis, atque ærumnis esse obnoxium.

<sup>c</sup> In psal. cviii serm. 20, num. 12, quosdam de Joannis morte dubitasse ita memorat, ut se de illa certum fuisse liquido prodant.

<sup>d</sup> Hic paucis contrahitur, quidquid prophani auctores de mortis æquanimitè ferendæ causis tradidere. Qua de re consuli possunt Cicero lib. i Tusc. Quæst. et in Consolatione super obitu filii, Plutarchus de Consolat. ad Apoll., aliique.

vocabitur anima sine corpore, cum de suo et A corporis contubernio ratio præstanda sit?

53. Resurrectio omnibus attributa est: sed ideo difficile creditur, <sup>a</sup> quia non nostrum meritum, sed Dei munus est. Prima igitur resurrectionis fides usus est mundi, rerumque status omnium, generationum series, successionum vices, obitus ortusque signorum, diei et noctis occasus, eorumque quotidie tamquam rediviva successio. Temperamenti quoque genitalis hujus terræ aliter ratio subesse non posset, nisi humoris ipsius quo omnia terrena generantur, quantum diurni solis æstus excoqueret, tantum rore nocturno dispositio divina repararet. Nam quid de fructibus loquar? Nonne tibi videntur occidere, cum decidunt: resurgere, cum revirescunt? Quod satum est, resurgit: quod mortuum est, resurgit; et in eadem genera, in easdem species reformatur. Hos terra primum reddidit fructus, in his primum natura nostra speciem resurrectionis imitata est.

54. Quid dubitas de corpore corpus resurgere? Granum seritur, granum resurgit: pomum decedit, pomum resurgit; sed flore granum induitur, folliculoque vestitur: *Et hoc mortale 1148 oportet induere immortalitatem, et hoc corruptibile induere incorruptionem* (I Cor. xv, 53). Flos resurrectionis immortalitas est, flos resurrectionis incorruptio est. Quid enim uberius quiete perpetua? quid locupletius securitate diuturna? Hic est multiplex fructus, cujus proventu pullulat fecundior hominum natura post mortem.

55. Sed miraris quemadmodum putrefacta solidentur, dispersa coeant, absumpta reparentur, non miraris quemadmodum semina vapore et compressu terræ soluta viridescant. Nam utique etiam ipsa terreno coalitu putrefacta solvuntur, et cum <sup>b</sup> occæcata et mortua soli genitalis succus animaverit, quodam calore vitali spiritum quemdam herbæ viridantis exhalant. Deinde paulatim teneram spicæ adolescentis ætatem culmo erigit, et vaginis quibusdam natura tamquam sedula mater includit; ne pubescentem glacies adurat aspera, atque a nimio solis defendat ardore: frugem quoque ipsam adhuc quasi primis erumpentem cunabulis, mox adultam ne pluvia decutiat, ne aura dispergat, ne avium minorum morsus interimat, vallo aristarum sepire J) consuevit.

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *quia supra nostrum meritum Dei munus est.*

<sup>b</sup> Vet. edit. *occata soli*; Rom., *occata et mortua soli*; omnes mss. e contrario, *occæcata*, etc. Minime male: sit enim frumenti occatione, ut ipsum quasi tenebris occæcatum atque oppressum, sub gleba moriatur. Infra vero pro *herbæ viridantis*, quod est in cunctis edit. ac mss. quibusdam, alii mss. multo plures efferunt, *herbæ viridantes*, quidam, *virides*. Cæterum hujus loci cum iis, quæ lib. III Hexæm. cap. 8, num. 34, traduntur de germinatione herbarum, studiosis non erit ingrata comparatio.

<sup>c</sup> Allusio fit ad Virgilii versum e lib. II Georg.:

Pars autem posito surgunt de semine; etc.

56. Quid igitur miraris si homines, quos acceperit, terra restituat; cum seminum corpora quæcumque susceperit, vivificet, erigat, vestiat, muniat, atque defendat? Desine ergo dubitare quod depositum generis humani terræ fides reddat, quæ commendata sibi semina usurario quodam fenore multiplicata restituat. Nam quid de generibus arborum loquar, <sup>c</sup> quæ posito surgunt de semine, fructusque resolutos rediviva fecunditate resuscitant, et formæ veteri atque imagini suæ reddunt, multasque ætates quædam arborum corpora reparata transmittunt; ut ipsa durando vincant sæcula? Putrescere videmus acinum, vitem resurgere: surculus inseritur, arbor renascitur. An de reparandis arboribus divina est providentia, de hominibus nulla cura? Et qui ea quæ ad usus hominum dedit, perire non passus est; hominem perire patietur, quem ad imaginem sui fecit?

57. Sed incredibile tibi videtur, ut mortui reviviscant: *Insipiens tu ipse quod seminas, nonne prius moritur, ut vivificetur* (*Ibid.*, 36)? Sere quemlibet fructum arenam, resuscitatur. Sed habet succum. Et nostrum corpus habet sanguinem suum, habet humorem suum. Hic nostri succus est corporis. Unde illud quoque <sup>d</sup> explosum arbitror, quod arenam surculum quidam reviviscere negant, idque ad præjudicium carnis derivare nituntur. Non enim caro arida, cum caro omnis e limo sit, limus in humore, humor e terris. Denique multa gignentia quamvis jugi serenitate <sup>e</sup> humo arida arenosaque nascuntur; quoniam ipsa sibi terra humorem sufficit. **1149** <sup>f</sup> Num igitur in hominibus terra degenerat, quæ omnia regenerare consuevit? Unde claret non esse dubitandum quod secundum naturam magis, quam contra naturam est; ex natura enim est resurgere nascentia omnia, contra naturam est interire.

58. Sequitur illud quod gentiles plerumque perturbat, quomodo fieri possit ut quos mare absorberit, <sup>g</sup> feræ dilaceraverint, bestiæ devoraverint, terra restituat. Quo ita demum veniatur necesse est, ut non de fide resurrectionis, sed de parte dubitetur. Esto enim ut laceratorum corpora <sup>h</sup> non resurgant, resurgunt cæteri: nec resurrectio destruitur, si conditio excipitur. Miror tamen cur vel de his dubitandum putent, quasi non omnia quæ ex terris sunt, in terram redeant, et in terram resolvantur (*Eccles.* III, 20). Mare quoque ipsum quæcumque

<sup>d</sup> Mss. aliquot, *exemplo sumendum arbitror.*

<sup>e</sup> Ita vet. edit. ac plures mss., Rom. autem edit. ac mss. nonnulli, *humo arido, arenosaque*, quomodo etiam legendum contendit. Nannius, adducta Prisciani auctoritate. At contra Latinius reponendum censebat, *humis arido arenosaque*, cui lectioni mss. nullus suffragatur, licet habeatur in quibusdam, *humis arida, arenosaque*.

<sup>f</sup> Mss. non pauci, *Non igitur id hominibus terra denegat*; quidam, *denegaret*.

<sup>g</sup> Codex Remig., *aves dilaceraverint*. Et non multo post idem mss. cum aliis aliquot, *quod ita demum inveniantur*.

<sup>h</sup> Haud pauci mss., *non resurgant*; cæterum nec resurrectio destruitur, commodo sensu.

corpora humana demorserit, vicinīs exspuit uada plerumque littoribus. Quod ni ita esset, <sup>a</sup> difficile credo, Deo foret dispersa connectere, dissipata sociare; qui mundus obtemperat, muta obsequuntur elementa, servit natura: quasi non majoris miraculi sit limum animare quam jungere?

59. Avis in regione Arabiæ, cui nomen est phœnix, redivo suæ carnis humore reparabilis, cum mortua fuerit, reviviscit; solos non credimus homines resuscitari? Atqui hoc relatione crebra, <sup>b</sup> et scripturarum auctoritate cognovimus memoratam avem quingentorum annorum spatia vitalis usus habere præscripta; eamque cum sibi finem vitæ adesse præsaga quadam naturæ suæ æstimatione cognoverit, thecam sibi de thure et myrrha, et cæteris odoribus adornare, completoque opere pariter ac tempore, intrare illo, atque emori: ex cujus humore oriri vermem, paulatimque eum in avis ejusdem figuram con crescere, usumque formari, subnixam quoque necigio pennarum, renovatæ vitæ officia munere pietatis ordiri. Nam thecam illam, vel tumulum corporis, vel incunabulum resurgentis, in qua deficiens occidit, et occidens resurgit, ex Æthiopia in Lycaoniam vehit: atque ita resurrectione avis hujus, locorum incolæ completum quingentorum annorum tempus intelligunt. Ergo isti avi quingentesimus resurrectionis annus est, <sup>c</sup> nobis millesimus: illi in hoc sæculo, nobis in consummatione mundi. Plerique etiam opinantur quod avis hæc regum sibi ipsa succedat, et rursus **1150** de favillis suis et cineribus reviviscat.

60. Sed fortasse natura discretior, fidei quoque discretionem videatur afferre: in originem principumque hominis procreandi mens nostra redeat. Viri estis, femineæ cæcis quæ humana sunt, non ignoratis: et si qui ignoratis, ex nihilo putatis esse, quod nascimur. <sup>d</sup> Quam ex parvo quanti exurgimus! Et si non exprimimus, intelligitis tamen quid

<sup>a</sup> Quidam mss., *difficile Deo non foret.*

<sup>b</sup> Rom. edit., *et scriptorum auctoritate*; cæteræ, ac mss. omnes, *et scripturarum auctoritate*. Non tamen existimandum est Ambrosium quæ *apud auctores vel ethnicos vel certe ecclesiasticos de phœnice legerat, ea Scripturis sacris imputare*, quemadmodum cavillatur Dallæus lib. II de Usu Patrum cap. 3. Nam cum lib. V Hexæm. cap. 23, num. 79, phœnicem declarans figuram esse resurrectionis, de Scriptura nihil plane dicat; quod tamen apud christianos, quibus scribebat, maximum habuisset momentum: hic ubi agit adversus ethnicos, cur scripturæ divinæ mentionem faceret apud eos nullam auctoritatem habituræ? *Scripturarum* igitur vocem adhibet, ut auctorum sive profanorum, sive ecclesiasticorum designet scripta, eaque cum relatione crebra, id est, vocali sermocinatione componat. Neque vero mirum videri debet, si phœnicis exemplo ad probandam corporum resurrectionem usi fuerint veteres Patres, Tertullianus lib. de Resurr. cap. 13, Cyrillus Hier. Catech. 18, Clemens Rom. Epist. I ad Corinth., Basilius hom. 8 in Hexæm., Epiphanius in Ancorat. num. 85 et in Physiolog. cap. 11, pluresque alii; nam cum de eadem ave, ut poetas omittamus, historici cæteratim scripserint, ut puta Herodotus in Euterpe, Corn. Tacitus Annal. lib. VI, Plinius

velimus, vel potius quid nolimus dicere. Unde hoc caput, et vultus iste mirabilis, cujus artificem non videmus, opus videmus, in varia officia unoquo formatur? Unde forma erectior, status excelsior, faciendi vis, sentiendi vivacitas, gradiendi facultas? Ignota certe nobis sunt naturæ organa, <sup>e</sup> sed nota ministeria. Et tu semen fuisti, et tum corpus semen est resurrecturi. Audi Paulum, et discite quia semen est: *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surgit in gloria: seminatur in infirmitate, surgit in virtute, seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale* (I Cor. XV, 42 et seq.). Et tu ergo seminaris ut cætera. quid miraris si resurges ut cætera? Sed illa credis, quia vides: ista non credis, quia non vides: *Beati qui non viderunt, et crediderunt* (Joan. XX, 29).

61. Tamen antequam tempus veniat, nec illa creduntur; non enim omne tempus accommodum ad resuscitanda semina. Alio triticum seminatur, alio nascitur: alio vitis inseritur, alio gemmantia samenta pubescunt, luxuriat pampinus, uva formatur: alio plantatur olea, alio velut alvo gravis et onusta prole baccharum, fructus sui <sup>f</sup> ubertate curvescit. Ante vero quam suum cuique tempus adveniat, letura restrictior est: nec generationis ætatem habet in potestate generandi ipsa, quæ generat. Nunc inarrem situ, nunc fetu nudam, <sup>g</sup> nunc virentem floribus, nunc arentem ipsam omnium cernas parentem. Quæ utique vellet omnibus se vestire temporibus, set unquam aurea segetum aut viridantia prætorum indumenta deponere: ipsa sui egens, et proventuum suorum, quæ in alios transfuderit, indotata compendit.

62. Ergo et nostram resurrectionem et si non credis fide, non credis exemplo, usu es crediturus. Et aliis quidem fructibus, ut viti, oleæ, pomisque diversis anni ætas extrema habilis maturandis: nobis quoque mundi consummatio tamquam extremus anni finis accommodam resurgendi præscripsit æ-

lib. II Nat. Hist. cap. 2, et alii, quorum nonnulli visam etiam signato tempore et loco esse testati sunt; prudenter sane pii illi viri ad explicandam asserendamque resurrectionem, rem capti in primis dilectilem, communi persuasione uti voluerunt. Cæteram jam in fabularum numerum phœnix reponitur, ut videre est apud recentiores scriptores Ornithologie. Sed illud apud eos a debita sanctis Patribus veneratione plane alienum, quod eos qui credant phœnicem existere, contra Scripture auctoritatem sentire pronuntiant.

<sup>e</sup> Eodem sensu hic loqui videtur Ambrosius noster, quo scripsit Augustinus lib. XX de Civit. Dei cap. 7, *aut certe mille annos pro annis omnibus hujus sæculi posuit, ut perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo*. Favet quidem huic expositioni, quod infra num. 63 subjicitur: *Mundi tempora annus noster est*, etc. Si quis tamen malit in opinione Chilianarum hæc dicta esse, adeat quæ nos priore tomo in Exposit. Psalm. I, num. 54, annotavimus.

<sup>d</sup> Rom. edit et mss. aliquot, *cum ex parvo tanti exurgamus*.

<sup>e</sup> Non pauci mss., *sed nota mysteria*.

<sup>f</sup> Nonnulli mss., *onustate curvescit*.

<sup>g</sup> Idem mss., *nunc informem situ, nunc secundam; nunc virentem floribus, nunc arentem*.

tem. Et bene in consummatione mundi **1151** resurrectio mortuorum est; ne post resurrectionem in hoc malum nobis esset sæculum recidendum. Ideo enim Christus est passus, ut nos ex hoc malo sæculo liberaret; ne iterum nos hujus sæculi tentamenta subruerent et obsesset renasci, si renascemur ad culpam.

63. Et rationem igitur resurrectionis, et tempus tenemus: rationem quia in omnibus sibi fetibus æque natura respondet, nec in sola hominum successione degenerat: tempus, quia omnia in anni fine generantur. Mundi tempora annus unus est. Et quid miram si annus unus est, quando dies una est? Una enim die Dominus operarios conduxit ad vineam, dicens: *Quid hic statis tota die otiosi (Matth. xx, 6)?*

64. Causæ originum semina sunt. Semen esse corpus humanum Doctor asseruit (I Cor. xv, 42). Est ergo substantia resurgendi, quando est series seminandi. Quod si substantia aut causa non esset, arduum quisquam putaret Deo unde vellet, vel quomodo vellet, homines regenerare, qui mundum ex nulla materia, nulla substantia esse jusit, et factus est? Cælum aspice, terram intære. Unde stellarum ignes? unde orbis solis et radii? unde lunæ globus? unde montium vertices, dera saxorum, nemorosa silvarum? unde vel diffusus aer, vel infusæ vel superfusæ aquæ? Sed si hæc omnia Deus fecit ex nihilo (*Ipsæ enim (Psal. cXLVIII, 5) dixit et facta sunt: ipsæ mandavit, et creata sunt*), cur miremur renasci posse, quod fuerit; cum videamus natum esse, quod non fuit?

65. Illud miram, quod cum resurrectionem non credant, tamen ne genus pereat hominum, clementi quadam benignitate respiciunt; et ideo transire ac demigrare in corpora dicunt animas, ne mundus intereat. Sed quid sit difficultas, ipsi asserant, transire animas an redire: sua repetere, an nova querere.

66. Sed ini dubitent, qui non didicerunt: nos vero qui legimus Legem, prophetas, apostolos; Evangelium, dubitare fas non est. Quis enim dubitet, cum legit: *Ei in tempore illo salvabitur omnis plebs tua, quæ scripta est in libro: et multi dormientium in terræ fossis, una apertione exsurgent, hi in vitam æternam, et hi in opprobrium et in confusionem perpetuam: et intelligentes splendebunt ut splendor firmamenti, et ex justis multi sicut stellæ in sæcula (Dan. xii, 1 et seq.)?* Bene itaque dormientium dixit quie-

<sup>a</sup> Duo sunt quam diversissima immortalitatem animarum credere, et corporum resurrectionem. Primam partem multi philosophi tenuerunt, quorum omnium ducem existisse Phericidem, à quo eam sententiam Pythagoras, Plato, aliique hauerint, literis prodidere Tullius lib. i Tusc. Quæst. non longe ab initio, Lactantius lib. vii de Vita Beata num. 8. Augustinus epist. 137, ad Volus., num. 11, et multi alii. Quod autem ad secundam veritatem, cum illam ii soli haberent cognitam, qui verum Deum non ignorabant, ethnici philosophi de animæ a corporeis vinculis absolutæ statu gravissime inter se dissidebant. Celeberrima eorum fuit opinio, qui e corporibus in alia corpora demigrare animas existimabant. Hanc edoctum ab Ægyptiis Pythagoram fuisse auctor est

tem, ut intelligas mortem non esse perpetuam, quæ semni vice initur ad tempus, et ad tempus excluditur: melioremque profectum vitæ ejus ostendit, quæ futura post mortem est, quam ejus quæ ante mortem **1152** morere ac dolore transigitur. Siquidem illa stellis comparatur, hæc ærumnæ addicitur.

67. Nam quid illa contexam, quæ alio loco scripta sunt: *Suscitabis me et confitebor tibi? Quid etiam illud, quod Job sanctus vitæ istius expertus injurias, et adversa omnia patientia virtutis exsuperans, compensationem sibi malorum præsentium de resurrectione promisit dicens: *Suscitabis corpus meum hoc, quod multa mala passum est (Job. xx, 26)?* Esaias quoque resurrectionem populis annuntians, Dominici se nuntium dixit esse responsi; sic enim habes: *Os enim Domini locutum est, et dicent die illa (Esai. xxv, 8).* Quid igitur os Domini locutum sit populos esse dicturos, in posterioribus declaratur, ubi scriptum est: *Propter timorem tuum, Domine, in utero accepimus et parturivimus spiritum salutis tuæ, quem effudisti super terram. Cadent qui inhabitant terram, resurgent qui in monumentis sunt (Esai. xxvi, 18):* ros enim qui abs te, sanitas est illis, terra verò impiorum peribit. Ambula, populus meus; et intra in recessus tuos. Abcondere aliquantulum; donec transeat ira Dei.*

68. Quam bene recessus esse signavit tantis mortuorum, quibus paucillimum absconditur; et in iudicium Dei, quod pro nostris sceleribus jus debite indignationis assamet, tolerabilius transire possumus! Vivit igitur qui absconditur et quiescit, quæ e medio se subtrahens et recedens; ne cum aretibus mundi hujus involvat ærumna, quibus reposiam resurrectionis esse lætitem, sanitatemque corporum solutorum divino rotæ reparabilem; cælestia oracula prophetiis verbis pollicentur. Et bene ros significatur, quo genitalia omnia terrarum semina suscitantur. Quid igitur mirum si factis cineribus corporis nostri cineres ac favillæ pinguedine cælestis roris exuberant, et accepto humore vitam in compaginem suam membrorum nostrorum habitus reformantur?

69. Docet etiam sanctus Ezechiel propheta, et plena expositione describit, quemadmodum arenæ vigor ossibus refundatur, sensus redeat, motus accedat, nervisque redeuntibus, corporis compago rigescat humani: quemadmodum Nivis arida renasit

Herodotus in Euterpe: Platonem vero eidem quoque amentia nomen dedisse Ambrosius hoc libro, et Augustinus lib. x de Civit. Dei, cap. 30, testificantur. Multi tamen nobiliorem animæ post solutionem corporis conditionem attribuerunt, quæ de re consule Ciceronem lib. de Somnio Scip. atque alibi, Plotarchum lib. v de Placitis Philosoph. cap. 7, immo Platonem ipsum in Phædone, et alibi.

<sup>b</sup> Ita GILL. ROM. edit. et pars una mss. pars autem alia habent, in terris defossi, cujus loco Amerb. atque Eras. legunt, in terræ fossos, quod nove dictum non monuisset Nannius, si mss. consuleret non neglexisset.

<sup>c</sup> Rom. edit. sola, patientiæ virtute exsuperans.

ossa <sup>a</sup> visceribus vestiantur, venarumque hiatus, et sanguinis rivulos extentæ cutis velamen obducat. In ipsis, dum legimus, prophetis sermonibus humanorum videtur seges corporum rediviva consurgere, atque ipsa spatia diffusa camporum novis videas pululare seminibus.

70. Quod si veteres sapientes <sup>b</sup> satis hydri dentibus **1153** in regione Thebana inhorruisse armatorum segetem crediderunt: cum utique alterius naturæ semina certum sit in naturam verti alteram nequivisse, nec partum suis discordem fuisse seminibus; ut ex serpente homines nascerentur, ut caro ex dentibus gigneretur: quanto magis utique credendum est, quæcumque sunt seminata, in suam naturam resurgere, nec a satiatione sua segetes discrepare, nec duris mollia, nec mollibus dura viviscere, nec in sanguinem venena converti; sed carnem de carne, os de ossibus, sanguinem de sanguine, humorem de humore reparari. Potestis ergo, gentiles, reformationem negare naturæ, qui mutationem potestis asserere? Potestis non credere oraculis, non Evangelio, non prophetiis, qui fabulis inanibus creditis?

71. Sed jam ipsum audiamus prophetam; sic enim ait: *Et facta est super me manus Domini, et educit me in spiritu Dominus, et posuit me in medio campo, et hic erat plenus ossibus humanis: et circumduxit me per gyrum eorum, et ecce ossa multa valde in facie campi, arida nimis. Et ait ad me: Fili hominis, si vivent ossa ista? Et dixi: Domine tu scis. Et ait ad me: Prophetiza super ossa ista, et dices illis: Ossa arida hæc, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus ossibus istis: Ecce ego induco in vos spiritum vitæ, et dabo in vos nervos, et adducam super vos viscera, et extendam super vos cutem, et dabo Spiritum meum in vos; et vivetis, et scietis quod ego sum Dominus. Et prophetavi sicut mandavit mihi. Et factum est cum prophetarem hæc omnia, ecce factus est terræ motus magnus (Ezech. xxxvii, 1 et seq.).*

72. Vide nunc quemadmodum et auditum in ossibus, et motum prius ostendat esse, quam vitæ spiritus refundatur. Nam et supra ossa arida jubentur audire, quasi sensum habeant audiendi: et hic accessisse eorum unumquodque ad suam compaginem prophetico sermone signatur; sic enim habes: *Et accedebant ossa, unumquodque ad suam compaginem. Et vidi, et ecce super illa nervi et viscera nascebantur, et ascendebat super ea cutis desuper, et spiritus in his non erat (Ibid., 7 et seq.).*

<sup>a</sup> Visceribus carnem significari alibi jam diximus, quo sensu eadem vox hic et infra semel atque iterum usurpatur.

<sup>b</sup> Non obscura allusio est ad hæc Virg. carmina ex lib. ii Georg.:

Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem  
Invertere, satis immanis dentibus hydri,  
Nec galeis, densisque virum seges horruit hastis.

Innuat porro Ambrosius ea quæ a poetis memorantur de Cadmo Thebarum conditore, de quo adisis Ovid. lib. iii Metamorph., fab. 4, et Nat. Comitem lib. viii Mythol. cap. 23, et lib. ix, cap. 14. Paria quoque de Jasone canit Ovidius lib. vii, fab. 4, et alii, a

**A** 73. Magna Domini gratia, quod futuræ resurrectionis propheta testis adhibetur, ut nos quoque eam illius oculis videremus. Neque enim omnes testes adhiberi poterant, sed in uno omnes testes sumus: quia nec in virum sanctum cadit mendacium, nec in tantum error prophetam.

74. Nec nimis verisimile debet videri, quia jubente Deo, ossa in suam compaginem reformantur; cum utique innumera habeamus exempla, quibus natura rerum cælestibus est obsecuta præceptis; ut terra pabulum gignere juberetur, et gigneret (Gen. 1, 11); ut ad virgæ tactum sitientibus populis petra vomeret aquam (Num. xx, 11), atque æstu **1154** torridis miseratione divina undarent fluentia dura saxorum (Exod. iv, 3). Virga in serpentem versa **B** quid aliud indicavit, nisi volente Deo ex insensibilibus sensibilia posse generari? An vero incredibilis putas quod ossa, cum jubentur, accedunt (Ezech. xxxvii, 7); quam quod retrorsum fluenta vertantur, maria fugiunt? Sic enim propheta testatur: *Mare vidit et fugit, Jordanis conversus est retrorsum (Psal. cxiii, 3).* Nec super hoc ambigi potest, quod duorum populorum <sup>c</sup> alterius salute, alterius obitu comprobatum est, aquarum cursus stetit frenatos eodemque aliis circumfusos, aliis ad mortem refusos, <sup>d</sup> ut alios mergerent, alios reservarent (Exod. xv, 22 et seq.). Quid in ipso Evangelio? Nonne ibi probavit Dominus, quod verbo unda mitescat (Matth. viii, 26), fugentur cæli nubila, cedant flabra ventorum, placidisque littoribus muta Deo famulentur elementa?

**C** 75. Sed persequamur cætera, ut quemadmodum spiritu vitæ animentur defuncti, surgant jacentes, sepulcra reserentur, possimus advertere. *Et ait ad me: Prophetiza, fili hominis, et dic spiritui: Hæc dicit Dominus: A quatuor ventis cæli veni, spiritus, et insuffla in mortuos istos, et vivant. Et prophetavi sicut mandavit mihi, et intravit in eos spiritus vitæ, et vixerunt, et steterunt in pedibus suis congregatio nimis multa. Et locutus est Dominus ad me, dicens: Fili hominis, ossa hæc omnis domus Israel. Ipsi enim dicunt: Arida facta sunt ossa nostra, perit spes nostra, interibimus. Propterea prophetiza et dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego aperio vobis monumenta vestra, et educam vos de monumentis vestris in terram Israel, et scietis quod ego sum Dominus, cum aperiam sepulcra vestra, et educam de sepulcris populum meum, et dabo Spiritum meum in vobis, et vivetis, et ponam vos super terram vestram, et scietis <sup>e</sup> quia ego sum Dominus: quibus actum est de Argonautis, quibus additur Nat. Comes lib. vi, cap. 8.*

<sup>c</sup> Plerique mss., alterius salus, alterius obitus comprobatur. Non bene, nisi ante duas voces pro quod legere volueris quo, ubi facilis error librorum esse potuit.

<sup>d</sup> Mss. non pauci, ut alios alliderent; nonnulli, læderent... Nonne tibi probavit, etc.

<sup>e</sup> Ita mss. longe plurimi cum LXX interpr.; alii vero cod. et cunctæ edit. cum Vulg., quod ego Dominus locutus sum, et faciam. Sequenti autem sensu pro in artus resumatur, quod exstabat in ant. edit. duo mss. legunt, commercia reparantur, cæteri, ac florent edit. ut in contextu.

locutus sum, et faciam, dicit Dominus (Ezech. xxxvii, A 9 et seq.).

76. Advertimus quemadmodum <sup>a</sup> vitalis spiritus commercia resumantur, cognovimus quemadmodum debiscentibus tumultis, mortui suscitentur. An vero mirandum est jussu Domini mortuorum sepulcra reserari, cum tota suis terminis uno tonitruo terra quatiatur, mare suis exundet sinibus, idemque suarum cursus refrenet undarum? Denique ille <sup>b</sup> qui credit quia in momento, in ictu oculi, in novissima tuba (canet enim tuba) mortui resurgent (I Cor. xv, 52); cum primis rapietur in nubibus obviam Christo in aera (I Thess. iv, 16); qui non credit, relinquetur, et perfidia sua subdet se ipse sententiae.

77. Ostendit tibi Dominus etiam in Evangelio, ut jam ad exempla veniamus, quemadmodum resurgas. Non enim unum Lazarum, sed fidem omnium suscitavit: quod tu si credas, cum legis, mens quoque tua, quae mortua fuerat, in illo Lazaro reviviscit. quid enim sibi vult quod Dominus ad monumentum accessit, magna voce clamavit: *Lazare, exi foras* (Joan. xi, 44)? nisi ut **1155** futuræ resurrectionis <sup>c</sup> specimen præstaret, exemplum ederet? Cur voce clamavit, quasi spiritu non soleat operari, quasi tacitus <sup>d</sup> non soleat imperare? Sed ut illud ostenderet, quod scriptum est: *Quoniam in momento, in ictu oculi, in novissima tuba, et mortui <sup>e</sup> resurgent incorrupti* (I Cor. xv, 52); tubarum enim crepitus vocis meliùr elatio. Et clamavit: *Lazare, exi foras*. Cur etiam nomen additur; nisi forte ne alius resuscitatus pro alio videretur, aut fortuita magis resurrectio, quam imperata?

78. Audivit ergo defunctus, et exivit foras de monumento, ligatus pedes et manus <sup>f</sup> institis, et facies ejus orario colligata erat (Joan. xi, 44). Comprehende, si potes, quemadmodum clausis oculis iter carpat, vinetis pedibus gradum dirigat, inseparabili gressu, <sup>g</sup> separabilique progressu. Manebant vincula, nec tenebant: tegebantur oculi, sed videbant. Videbat denique qui resurgebat, qui ambulabat, qui deserebat sepulcrum. Virtute enim divinæ præceptionis operante, natura suum non requirebat officium; et tamquam in excessu posita, non jam suo ordini, sed divino nutui serviebat. Rumpebantur prius mortis quam sepulturæ vincula: agebatur priusquam parabatur incessus.

<sup>a</sup> Mss. quidam, *vitalis spiritus commercia rimentur*.

<sup>b</sup> Omnes edit., *qui crediderit quia... in novissima tuba mortui resurgent, cum primis rapietur*: mss. vero nobiscum faciunt, nisi quod in quibusdam emittitur, *canet enim tuba, et habetur, mortui resurgent primi, rapiuntur*. Non satis recte. At infra ubi Rom. edit., *et perfidiae subdet*, vel. ac mss. aliquot, *et perfidiae suæ subdet*: melius reliqui mss., *et perfidia sua*, etc.

<sup>c</sup> Amerb. et mss. aliquot, *speciem præstaret*; Remig. et Benign. *spem præstaret*.

<sup>d</sup> Pauci mss., *non soleat imperari*.

<sup>e</sup> Mss. nonnulli, *resurgent in incorruptione; tubarum enim strepitus*.

<sup>f</sup> Institæ hoc loco fasciæ sepulcrales sunt, quæ dicuntur a Joanne *κρίβια*, aut melius *κρίβια* a nomine *κρίβ*, mors sive fatum. Ad eas a Davide allusum

79. Si miraris hæc, discite quis imperaverit, ut mirari desinas. Jesus Christus Dei virtus; <sup>h</sup> vita, lux, resurrectio mortuorum: virtus erexit jacentem, vita gressum extulit, lux fugavit tenebras, reparavit obtutum, resurrectio vivendi gratiam reformavit.

80. Fortasse moveat quod Judæi lapidem tollunt, Judæi institas solvunt; ne forte et tu sollicitus sis, quis lapidem de monumento tuo tollat (*Ibid.*, 41). Quasi vero qui spiritum refundere poterat, lapidem remove non poterat: aut vincula rumpere, qui vincium fecerat ambulare: aut deoperire faciem, qui opertis oculis lumen infuderat: aut findere petram, qui poterat reformare naturam? Sed ut vel oculis suis crederent, qui credere mente nolebant, removeant lapidem, vident cadaver, fetorem sentiunt, **B** institas rumpunt. Non possunt negare defunctum, quem aspiciunt resurgentem, vident signa mortis, et vitæ munera. Quid si dum conantur, labore ipso emendantur? quid si dum audiunt, vel auribus suis credunt? quid si dum intuentur, vel oculis suis corriguntur? quid si dum rumpunt vincula, mentes suas solvunt? quid si dum Lazarus exiit, populus liberatur? dum Lazarum abire permittunt, ipsi ad Dominum revertuntur? Denique multi qui venerant ad Mariam, videntes quæ facta sunt, crediderunt (*Ibid.*, 45).

81. Nec hoc solum exemplum edidit Dominus **1156** noster Jesus Christus; sed alios quoque resuscitavit, ut nos vel exemplis uberioribus crederemus. Resuscitavit adolescentem fletu viduæ matris **C** inflexus, quando accessit et tetigit loculum, dicens: *Adolescens, tibi dico surge: et resedit qui erat mortuus, et cepit loqui* (Luc. vii, 14). Statim ut audivit, statim resedit, statim locutus est. Alia ergo virtutis gratia, alius ordo naturæ.

82. Nam quid de archisynagogi filia loquar, in cujus obitu flebant turbar, tibicines personabant? Et enim ad fidem mortis pompa funeris exhibetur. Quam cito ad vocem Domini convertitur spiritus, redivivum corpus erigitur, cibus sumitur; ut vitæ testimonium crederetur.

83. Et quid miremur ad vocem Dei refundi animam, redire ossibus viscera; cum meminerimus prophetici tactu corporis inortuum suscitatum (IV Reg. 13, 21)? Elias oravit, et defunctum suscitavit infantem (III Reg. xvii, 22): Petrus in nomine

Nannius putat, ubi legitur: *Prævenierunt me laquei mortis: funes inferi circumdederunt me*; his enim cadavera unguentis delibuta, ne corruptione solverentur, Judæi obligabant. Attamen per institas etiam communes fasciæ intelliguntur; immo et genus quoque vestis muliebris hujusmodi fascia seu limbo prætextum, sicuti observat idem Nannius, nec non Vossius ad eandem vocem.

<sup>g</sup> Pauci mss. *separet gressum*. Verum in recepta lectione non vitii quidquam, inquit Nannius, sed obscuritas magna. Est autem sensus: Quomodo vincitis pedibus iter dirigat, cruribus inter se revinctis, tamen quasi divaricatis, alterno motu pedum incedens. Ita ille.

<sup>h</sup> Ita omnes edit. et mss. aliquot: alii vero plures, *via, lux.... via gressum extulit*.

Christi Tabitham surgere atque ambulare præcepit, et redditam sibi pauperes gratulati crediderunt pro allinentis (Act. ix, 40); et nos adhuc pro salute non credimus? Illi resurrectionem alienam suis lacrymis redemerunt, nos nostram nec Christi credimus passione? Qui cum emitteret spiritum, ut ostenderet pro nostra resurrectione se mortuum, seriem ipsam resurrectionis exercuit; simul enim ut *clamans iterum voce magna emisit spiritum; et terra mota est, et petrae scissæ sunt, et monumenta aperta sunt, et exeuntes de monumento post resurrectionem ejus venerunt in sanctam civitatem, et multis apparuerunt* (Matth. xvii, 51, 52).

84. Si hæc facta sunt, cum emitteret spiritum, cur incredibilia putamus, cum redire coperit ad judicium? præsertim cum hæc resurrectio documentum illius resurrectionis, et futuræ sit veritatis exemplum: minus autem exemplum est, quam veritas. Quis igitur in Domini passione monumenta aperuit, manum resurgentibus dedit, viam qua civitatem sanctam peterent, demonstravit? si nemo fuit, fuit utique vis divina, quæ operaretur in corporibus mortuorum. Hominis tu quæris auxilium, ubi opus Dei cernis?

85. Non egent<sup>b</sup> humani divini ministeriis. Cælum Deus fieri jussit, et factum est: terram creari statuit, et creata est (Gen. 1, 6 et seq.). Quis humeris saxa convexit? quis congegit impensas? quis laboranti Deo suam operam ministravit? In momento hæc facta sunt. Vis scire quam brevit<sup>c</sup> *Dixit, et facta sunt* (Psal. cxliii, 5). Si dicto elementa consurgunt, cur dicto mortui non resurgant? Qui licet mortui sint, tamen aliquando vixerunt, habuerunt spiritum sentiendi, habuerunt vires agendi; plurimumque refert capax animi non fuisse, **1157** et exanimum remansisse. Diabolus dixit: *Dic lapidi huic, ut fiat panis* (Luc. iv, 3). Confitetur, jubente Deo, converti posse naturam; tu non credis, jubente Deo, reformari posse naturam?

86. De solis cursu cœlique ratione philosophi disputant, et sunt qui putant his esse credendum; cum quid loquantur, ignorant. Neque enim cælum ascenderunt, axem dimensi, mundum oculis perscrutati sunt; quia nullus eorum cum Deo in principio fuit, nullus eorum de Deo dixit: *Cum pararet cælum, cum ipso eram, et eram cum eo componens, ego eram cui adgaudebat* (Prov. viii, 27, 30). Si ergo illis creditur, non creditur Deo, qui ait: *Quemadmodum cælum novum, et terra nova, quæ ego factio manere coram me, dicit Dominus, sic stabil nomen vestrum, et semen vestrum: et erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato: et veniet omnis caro in conspectu meo,*

*ut adorent in Hierusalem, dicit Dominus Deus: et cibus, et videbunt membra hominum, qui prævaricati sunt in me. Nam vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur, et erunt in aspectum misericordiae carni* (Ezai. lxvi, 22 et seq.).

87. Si terra renovatur et cælum, cur debemus hominum posse renovari, propter quem terra facta et cælum est? Si prævaricator servatur ad penam, cur justus non perpetuatur ad gloriam? Si vermis non moritur peccatorum, quemadmodum interibit caro justorum? Hæc est enim resurrectio, sicut verbi ipsius sonus exprimit; ut quod cecidit, hæc resurgat: quod mortuum fuerit, reviviscat.

88. Et hæc est series et causa justitiæ, ut quantum corporis animique communis est actus (quæque animus cogitavit, corpus effecit) utramque in judicium veniat, utrumque aut penæ dedatur, aut gloriæ reservetur. Nam propemodum absurdum videtur, ut cum animi legem lex carnis impugnet, et mens plerumque quod odit, hoc faciat, quando inhabitans in homine peccatum carnis operatur; nimis<sup>d</sup> subdatur injuriæ alienæ reus culpæ, cum quiete potius auctor ærumam: et solus alteratur, qui non solus erravit: aut solus gloriam referat, qui non solus<sup>e</sup> gratiæ militavit.

89. Plena, ni fallor, et justa ratio: sed ego rationem a Christo non exigo. Si ratione vincor, fidem abnuo. Credidit Abraham Deo (Gen. xv, 6), et nos credamus; ut qui sumus generis, etiam sanctissimi hæredes. Credidit et David, propter quod et locutus est (Psal. cxv, 40): et nos credamus, ut possimus loqui, scientes quoniam, *qui suscitavit Dominum Jesum Christum, et nos cum Joanne suscitavit* (II Cor. iv, 14). Hoc enim promissit, qui nunquam mortuus, Deus (Tit. 1, 2): hoc promissit veritas in Evangelio suo, dicens: *Hæc est autem voluntas ejus qui misit me, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resuscitem illud in notissimo die* (Joan. vi, 39). Nos æstis putavit semel dixisse, sed etiam<sup>f</sup> repetita expressione signavit; sic enim sequitur: *Hæc est enim voluntas Patris mei, qui misit me, ut omnis qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam æternam, et ego resuscitabo eum in notissimo die* (Ibid., 40).

90. Quis hoc dicit? Utique is qui mortuos plurimum defunctorum corpora suscitavit. Si Deo non credimus, nec exemplo credimus? Non credimus quod promissit; quando etiam quod non promissit, effecit! Ipse autem quam causam moriendi habuisset, nisi habuisset et causam resurgendi? Etenim<sup>g</sup> quoniam Deus mori non poterat, mori non poterat sapientia: resurgere autem non poterat, quod mortuum non

<sup>a</sup> Hunc locum plerique mss. contractum efferunt in hanc formam, *non credimus? Ipse etiam Dominus noster Jesus Christus seriem ipsam resurrectionis exercuit*. Melius tamen alii, et cunctæ edit. ut in textu.

<sup>b</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *humanis divina mysteria*; reliqui mss., *humanis divina ministeriis*, quod cum sequentibus aptius cohæret manifestum est.

<sup>c</sup> Mss. complures, *cui adplaudebat*; nonnulli, et

edit., *adgaudebat*.

<sup>d</sup> *Subdatur injuriæ, hoc est, penæ ac supplicii*.

<sup>e</sup> Nonnulli mss., *gloriæ militavit*.

<sup>f</sup> Omnes edit., *repetita expressione firmavit*; omnes mss., *signavit*.

<sup>g</sup> Vel. edit. ac mss. aliquot, *quoniam Dei mori non poterat sapientia*; Rom. edit. cum reliquis mss. ut in corpore.



erat; assumitur caro, quæ mori posset; ut dum moritur, quod solet, quod mortuum fuerat, hoc resurgeret. Neque enim poterat esse nisi per hominem resurrectio; quoniam *sicut per hominem mors, ita et per hominem resurrectio mortuorum* (1 Cor. xv, 21).

91. Ergo resurrexit homo, quoniam homo mortuus est: resuscitatus homo, sed resuscitans Deus. Tunc secundum carnem homo, nunc per omnia Deus: nunc enim secundum carnem jam non novimus Christum, sed carnis gratiam tenemus; ut ipsum primitias quiescentium, ipsum primogenitum ex mortuis noverimus. Primitiæ utique ejusdem sunt generis atque naturæ, cujus et reliqui fructus<sup>a</sup> quorum pro lætiore proventus primitiva Deo munera deferuntur, sacrum munus pro omnibus, et quasi reparatæ quædam libamina naturæ. Primitiæ ergo quiescentium Christus. Sed utrum suorum quiescentium, qui quasi mortis exsortes dulci quodam sopore teneantur, an omnium mortuorum? Sed *sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur* (1 Cor. xv, 22). Itaque sicut primitiæ mortis in Adam, ita etiam primitiæ resurrectionis in Christo.

92. Omnes resurgunt, sed nemo desperet, neque justus doleat commune consortium resurgendi; cum præcipuum fructum virtutis exspectet. *Omnes quidem resurgent, sed unusquisque*, ut ait Apostolus, *in suo ordine* (Ibid., 23). Communis est divinæ fructus clementiæ, sed distinctus ordo meritorum. Dies omnibus lucet, sol omnes populos fovet, pluvia possessiones omnium uberiore imbre fecundat.

93. Omnes nascimur, omnes resurgemus: sed in utroque vel vivendi, vel reviviscendi gratia dispar, diversa conditio. *In momento enim, in ictu oculi, in novissima tuba mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur* (Ibid., 52). Quinetiam in ipsa morte<sup>b</sup> quiescunt alii, vivunt alii. Bona quies, sed vita melior. Denique Paulus ad vitam excitat quiescentem, dicens: *Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit tibi Christus* (Ephes. v, 14). Ergo hic excitatur, ut vivat, ut similis Pauli sit, ut possit dicere: *Quia nos qui vivimus, non præveniemus eos qui dormierunt* (1 Thess. iv, 14). Non enim communem hunc vivendi loquitur usum, spirandique commercium, sed meritum resurgendi. Nam cum dixisset. *Et mortui qui in 1159 Christo sunt, resurgent primi* (Ibid., 15); subjecti deinde: *Et nos qui vivimus, simul cum illis rapiemur in nubibus obviam Christo in æera*.

94. Utique mortuus est Paulus, et passione venerabili vitam corporis cum immortalis gloria commu-

lavi: num sefellit ergo qui se viventem scripsit in nubibus obviam Christo esse rapiendum? Hoc enim de Enoch legimus (Gen. v, 24), aut Elia (IV Reg. ii, 11); sed et tu rapieris in spiritu. Ecce currus Eliæ, ecce igues, etsi non videntur, parantur; ut justus ascendat, innocens transferatur, et tua vita mori nesciat. Denique apostoli mori nescierunt; unde et dictum est: *Amen, amen dico vobis, multi ex his stantibus non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo* (Math. xvi, 28). Vivit enim qui non habet, quod moriatur in eo, qui non habet ex Ægypto calceamentum aliquod aut vinculum: sed exiit illud priusquam corporis hujus deponat officium. Non solus itaque Enoch vivit, quia non solus est raptus: rapitur et Paulus obviam

B Christo.

95. Vivunt etiam patriarchæ; neque enim aliter Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, nisi mortui viverent, diceretur; Deus enim mortuorum non est, sed viventium (Luc. xx, 38). Vivemus et nos, si gesta moresque majorum voluerimus imitari. Miramur patriarcharum præmia, imitemur obsequia: prædicamus gratiam, sequamur obedientiam, non es-cis inducti, sæculi laqueos incidamus. Arripimus oportunitatem temporis, præscriptum Legis, clementiam vocationis, desiderium passionis. Exierunt de terra sua patriarchæ, et nos exeamus proposito de corporis potestate; nos exeamus proposito, illi exsilio: sed exsiliium non putarunt, quod devotio obiret, non necessitas imperaret. Illi terram solo mutarunt, nos terram cælo mutemus: illi habitatione, nos spiritu. Illis illuminatum stellis cælum<sup>c</sup> ostenderit sapientia, nostri cordis oculos illuminet. Sic typus veritati, et veritas concurret typo.

96. Abraham paratus excipiendis hospitibus (Gen. xviii, 2), fidelis Deo, impiger ministerio promptus officio, Trinitatem in typo vidit, hospitalitatem religione cumulavit, tres suspiciens, unum adorans; et personarum distinctione servata, unum tamen Dominum nominabat, tribus honorificentiam muneris deferens, et unam significans potestatem. Loquebatur enim in eo non doctrina, sed gratia: et melius credebatur ille, quod non didicerat, quam nos qui didicimus. Nemo enim typum falsaverat veritatis, et ideo tres videt, sed unitatem veneratur. Tres mensuras similaginis promit, unum immolat vitulum; satis credens unum esse sacrificium,<sup>d</sup> trium munus: unam hostiam, trium gratiam. Nam in quatuor regibus (Gen. xiv, 1 et seq.) quis non intelligat quod materialis elementa naturæ, præfigurata Do-

quendi formulas minore invidia traduxisset lib. 2 de Usu Patrum cap. 4.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *ostendit sapientia, nostri cordis oculos illuminet ejusdem sapientiæ vera cognitio.*

<sup>d</sup> Ita omnes edit. ac plures mss. alii vero exhibent, *trinum munus: unam hostiam trium gratiarum.* At post præceos versus, ubi nos cum Rom. edit. cunctisque mss., *abstemius in triumpho, unum tamen excipimus in quo, ac strenuus in triumpho; in ant. edit. habebatur, abethons in triumpho.*

<sup>a</sup> Mss. aliquot, *quorum prolixiore pro ventu.*

<sup>b</sup> *Quies et vita, poenarum immunitas et thronus in regno ubique apud Ambrosium eodem sensu intelligenda sunt, quo accipi debere in epist. 71, ad Honorant., admonuimus. Et certe frustra sanat, qui ex hujusmodi locutionibus opinionem de medio inter gloriam ac poenas statu affingunt sancto Antistiti: namque infinitis locis immortalitatem supplicii ἀμίστως opponit, ut in hac ipsa oratione num. 8 poenæ additis immortalitati debitas. Quod quidem si Joan. Dallius attentius considerasset, eandem lo-*

minicæ passionis indicio, et omnia sibi mundana subjecerit? Fidelis in bello, abstemius in triumpho, qui donis non hominum ditescere, sed Dei mallet.

**1160** 97. Generare se posse filium senex credit, immolare posse se filium pater judicavit (*Gen. xxii, 14*): nec patrius trepidavit affectus, cum scis dexteram pietas adjuvaret; sciebat enim acceptiorem Deo filium immolatum esse, quam sanum. Ergo adducit ad sacrificium filium dilectissimum; et quem sero susceperat, cito obtulit: nec paterni nominis appellatione revocatur, cum ille patrem vocaret, hic filium. Chara quidem nominum pignora, <sup>a</sup> sed amabiliora Dei præcepta. Itaque licet compaterentur corda, vota durabant. Distrinxit super filium gladium paterna manu, <sup>b</sup> et patrio percussit affectu, ne periret pœna: trepidavit, ne ictus erraret, dextera deficeret. Sensit pietatis affectum, sed non omisit devotionis negotium: et properabat obsequium, etiam cum audiret oraculum. Unde nos quoque Deum omnibus, quos diligimus, præferamus, patri, fratribus, matri; <sup>c</sup> ut possit nobis servare dilectos, sicut in Abraham uberiores remuneratores, quam ministrum videmus.

98. Obtulit quidem filium pater, sed Deus non sanguine, sed pietate placatur. Ovem pro homine demonstravit in ligno; ut et filium patri redderet, nec periret hostia sacerdoti. Itaque nec Abraham parricidio cruentatus est, nec Deus sacrificio defraudatus. Vidit propheta, nec affectavit jactantiam, nec tenuit pertinaciam: ovem pro homine mutavit. Quo magis ostenditur, quam religiose obtulerit, quem tam libenter recepit. Et tu si Deo munus tuum offeras, non anituis. Sed avari sumus. Deus unicum Filium morti pro nobis obtulit (*Rom. viii, 32*), nos nostros negamus. Vidit hoc Abraham, et agnovit mysterium, salutem nobis in ligno futuram: nec latuit in uno eodemque sacrificio aliud esse quod videretur offerri, aliud quod posset occidi.

99. Imitemur ergo Abraham devotionem, imitemur Isaac bonitatem, imitemur castimoniam. Bonus plane et pudicus vir, devotus Deo, castus uxori: qui injuriam non reddidit, excludentibus cessit, pœnitentes eosdem recepit, nec protervus contumaciæ, nec durus gratiæ. Litium fugitans, cum recederet: facilis veniæ, cum reciperet: profusior bonitate, cum ignosceret. Petebatur societatis consortium, adjungit convivium voluptatis.

100. Imitemur etiam in Jacob typum Christi, sit ejus in nobis aliqua similitudo factorum. Erimus consortes, si fuerimus imitatores. Matri obedivit, fratri cessit, socero servivit, mercedem de lucris, non de gregis divisione quæsit. Non avara divisio, ubi lucrativa portio. Nec illa otiosa significatio, scala

<sup>a</sup> Rom. edit., sed ampliora præcepta; reliquæ, ac mss., sed amabiliora præcepta; Benig., Dei præcepta.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., et patrio percussus affectu, pene trepidavit, etc.

<sup>c</sup> Eadem Rom. edit., ut possit nobis servari dilectus; vet. autem, ac mss. invicem consentiant, nisi quod illæ præferunt, nos servari, ubi nos cum mss.

A de cœlo (*Gen. xxviii, 12*), quod per crucem Christi angelorum atque hominum futura consortia viderentur. Cui obstupefactum est femur (*Gen. xxxii, 29*), ut in femore suo agnosceret generationis hæredem, et obstupefactio femoris passionem prophetaret hæredis.

**1161** 101. Videmus igitur cœlum patere virtuti. nec hoc esse paucorum: *Multi enim venient ab Oriente, et ab Occidente, et Aquilone et Austro, et recumbent in regno Dei* (*Matth. viii, 11*), delectationem perpetuæ quietis sepultis animorum motibus exprimentes. Sequamur Abraham moribus, ut nos recipiat in gremium suum, et tamquam Lazarum suæ humilitatis hæredem (*Luc. xvi, 23*) propriis circumfusum virtutibus pio foveat amplexu. <sup>d</sup> Non enim nos in gremio corporali, sed in quodam honorum factorum amictu sancti patriarchæ probata Deo successio fovet. *Nolite, inquit, seduci, Deus non deridetur* (*Galat. vi, 7*).

102. Advertimus quam grave sit sacrilegium resurrectionem non credere; si enim non resurgimus, ergo Christus gratis mortuus est, ergo Christus non surrexit (*I Cor. xv, 13*). Si enim nobis non surrexit, utique non surrexit, qui sibi cur resurgeret, non habebat. Resurrexit in eo mundus, resurrexit in eo cœlum, resurrexit in eo terra; erit enim cœlum novum et terra nova (*Apoc. xxi, 1*). Sibi autem ubi erat necessaria resurrectio, quem mortis vincula non tenebant? Nam etsi secundum hominem mortuus, in ipsis tamen erat liber infernis.

C 103. Vis scire quam liber? *Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber* (*Psal. lxxxvii, 5*). Et bene liber, qui se poterat suscitare, juxta quod scriptum est: *Solvite hoc templum, et in triduo resuscitabo illud* (*Joan. ii, 19*). Et bene liber, qui alies descenderat redempturus. Factus est autem sicut homo, non specie utique, sed veritate formatus; quia et homo est, et quis cognosceret eum? Etenim in similitudinem hominum factus, et specie inventus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem (*Phil. ii, 7, 8*); ut per illam scilicet obedientiam ejus gloriam videremus, *gloriam quasi unigeniti a Patre* <sup>e</sup> secundum Joannem sanctum (*Joan. i, 14*). Ita enim Scripturæ figura servatur, ut et unigeniti gloria, et perfecti hominis natura servetur in Christo.

D 104. Itaque adjutore non eguit: neque enim eguit, cum faceret mundum; ut egeret, cum redimeret. Non legatus, non nuntius, sed ipse Dominus salvum fecit eum: *Ipse dixit, et facta sunt* (*Psal. xxxii, 9*). Ipse Dominus salvum fecit eum: ubique ipse, quia per ipsum omnia (*Coloss. i, 17*). Quis autem adjuvaret eum, in quo creata sunt omnia, et omnia in ipso constant? Quis adjuvaret eum, qui nobis servari.

<sup>d</sup> Haud absimili modo quid per Abraham sinum intelligere nos oporteat, Exposit. in psal. xxxviii. num. 11, explicatum reperies, si locum adire non te pigeat.

<sup>e</sup> Rom. edit. reseceverat secundum Joannem sanctum, quas voces ex aliis edit. ac mss. restitimus.

omnia in momento facit, et in novissima tuba mortuos suscitatur (I Cor. xv, 52)? Non quia aut prima, aut secunda non possit, aut tertia: sed ordo servatur, non quo difficultas sero vincenda, sed legitimus <sup>a</sup> numerus explicandus sit.

105. Tempus autem, arbitror, de tubarum **1162** specie dicere, quoniam sermo propinquat ad finem; ut nostri quoque consummandi eloquii tuba sit signum. Septem tubas legimus in Apocalypsi Joannis, quas septem sumpsere angeli (Apoc. viii, 2). Ubi habes quoniam septimus angelus tuba cecinit, et facta est vox magna de caelo dicens: *Factum est regnum hujus mundi Dei nostri, et Christi ejus, et regnabit in saecula saeculorum* (Apoc. xi, 15). Tuba quidem et pro voce accipitur, quia habes: *Quoniam ecce ostium apertum in caelo, et vox prima, quam audivi, sicut tubam loquentem mecum et dicentem: Ascende huc, et ostendam tibi quae oportet fieri* (Apoc. iv, 1). Legimus etiam: *Canite initio mensis tuba* (Psal. lxxx, 4); sed etiam alibi: *Laudate eum in sono tubae* (Psal. cl, 3).

108. Ergo quid sibi velit <sup>b</sup> tubarum significatio, omni virtute debemus advertere; ne quasi fabulam aniliter accipientes periclitemur, si indigna dogmate spiritali, nec convenientia Scripturarum eminentiae sentiamus. Nam cum legerimus bellum nobis esse non adversus carnem et sanguinem, sed adversus spiritalia nequitiae, quae sunt in caelestibus (Ephes. vi, 12); non carnalia utique arma, sed fortia Deo aestimare debemus (II Cor. x, 4). Non enim satis est tubam te videre, nec sonum ejus audire, nisi proprietatem sonitus intelligas. Etenim si incertam vocem det tuba, quomodo quis parabit se ad bellum? Unde oportet vocis tubae nos scire virtutem, <sup>c</sup> ne videamur barbari, cum tubas hujusmodi aut audimus, aut loquimur. Et ideo cum loquimur, oremus ut eas nobis Spiritus sanctus interpretetur.

107. Requiritur igitur in Scripturis veteribus quid de tubarum genere legerimus, <sup>d</sup> consentientes eas solemnitates, quae Judaeis Lege praescriptae sunt,

<sup>a</sup> Ita vet. edit. ac mss. prope ad unum: at Rom. edit. cum uno vel altero mss., *numerus vindicandus sit*.

<sup>b</sup> Origenes Tract. 30 in Matth. de Scripturae tubis disserit, sed contractius; tametsi locum e Numeris ab Ambrosio infra subjectum integrum referat. Potuit ergo Doctor noster, quae hic disputat, ex eo fonte derivata more suo amplificasse.

<sup>c</sup> Tuba Romani utebantur in militia, quemadmodum tympanis ac tibiis barbari: qua de re consule Just. Lipsium de Mil. Rom. lib. ii, dial. 10.

<sup>d</sup> Omnes edit., *scientes eas*; mss. vero alii *conscientes eas*, alii *concientes eas*, alii demum *consentientes eas*; quae lectio videtur praerferenda.

<sup>e</sup> Rom. edit., *in memoriale tubarum, vocata sancta Domino*: vet. autem edit. non discrepant a mss. ac a sacris cod. nisi quod virgulam transponunt post vocem *vocata*, sed incongrue.

<sup>f</sup> Eras. et Gill. edit., *ad liba*; Rom., *ad Austrum*. Et utrique suffragantur sacri codices, quorum alii legunt *παραβάλλουσαι λίβα*, alii *νότον*. Non dubium tamen est quin lectio Amerb. et mss. bona sit, nempe *ad Libanum*; infra enim. num. 115 eadem lectio habetur, et num. 119. Sponsus a Libano sponsam

A superiorum esse umbram celebritatum, caelestiumque festorum. Illic enim umbra, illic veritas. Per umbram ad veritatem pervenire nitamur. Cujus figura etiam alibi expressa est hoc modo; habes enim quia locutus est Dominus ad Moysen: *Loqueretur filiis Israel, dicens: Mense septimo, una mensis, erit vobis requies <sup>o</sup> in memoriale tubarum, vocata sancta erit vobis. Omne opus servile non facietis, et accendetis holocaustum Domino* (Levit. xxiii, 24). In Numeris autem: *Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Fac tibi duas tubas ductiles, argenteas facies eas, et erunt tibi ad evocandam synagogam, et promovenda castra: et tuba canes in illis, et colligetur omnis turba ad ostium tabernaculi testimonii. Si autem in una tuba cecineris, ad te venient omnes principes et duces Israel, et tuba canetis significationem primam, et promovebunt castra, et constituentur ad Orientem. Et tuba canetis significationem secundam, et promovebunt castra, et constituentur <sup>f</sup> ad Libanum. **1163** Et tuba canetis significationem tertiam, et promovebunt castra, quae constituentur ad Boream. Et tuba canetis significationem quartam, et promovebunt castra, quae constituentur ad Aquilonem. Significationem <sup>v</sup> tuba canent in motu eorum. Et cum congregabitis synagogam, tuba canite, et non significationem. Et filii Aaron sacerdotes tubis canent, et erit vobis legitimum aeternum in progenies vestras. Si autem exieritis in bellum in terram vestram ad adversarios, qui resistunt vobis, significabitis tubis, et reminiscemini coram Domino, et <sup>h</sup> liberationem habebitis a mortuis vestris. Et in diebus laetitiae vestrae, et in diebus festis vestris, et in neomeniis vestris concinite tubis, et in holocaustis et sacrificiis salutaribus vestris, et erit vobis in commemoratione vestra coram Domino, ait Dominus (Num. x, 1 et seq.).*

108. Quid igitur, dies festos in potu et in epulis aestimabimus? Sed nemo nos in manducando diducet; novimus enim quia Lex spiritalis est (Rom. vii, 14): *Nemo ergo nos judicet in escis aliquibus aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniis, aut sabbato; quae sunt umbra <sup>i</sup> futurorum, corpus autem Christi*

invitat. Rursus vero ubi nos cum vet. edit. et cunctis mss. ad Boream; reposuerat, edit. ad mare. In hoc autem non tantum LXX ei patrocinantur, sed ipsemet Ambrosius infra num. 115, ubi tertiam tubae significationem mari accommodat. Verum tamen ab omnibus mss. et ant. edit. piget discedere. Adverte porro nec in Hebraeo, nec in ullis versionibus praeter LXX haberi quidquam de tertio et quarto tubarum signo, et pro eo quod est ubique in sacris literis, *castra quae constituta sunt*; Ambrosium legisse, *castra quae constituentur*.

<sup>v</sup> Mss. nonnulli, *tuba canente, pro motu eorum...*, *Aaron sacerdotis tuba canent*.

<sup>h</sup> Rom. edit. sola, *et liberationem habebitis ab inimicis vestris*: quod quidem ex Scripturis putavit emendandum, sed jam saepius observavimus exemplar, quo utebatur sanctus Doctor, ab iis quae circumferuntur, in multis discrepasse.

<sup>i</sup> Mss. aliquot, *futurorum, corpus autem Christi requiramus*. Infra vero ubi vet. edit. ac plures mss., *factum est illi: corpus Christi*, quidam mss., *factum est. Illic, unus, illud, corpus Christi*; Rom. edit. o mss. quibusdam ita reposuit, *factum est illis, quia tonitruum factum est illis corpus Christi*.

(*Coloss.* II, 16). Corpus itaque Christi requiramus, A 15). Ipse faciat sibi rationabiles tubas duas ductiles quod vobis quasi novissima tuba vox de cælo paterna monstravit, tunc cum dicebant Judæi, quia tonitruum factum est illi (*Joan.* XII, 28) : corpus Christi quod iterum tuba nobis novissima revelabit; quoniam ipse Dominus in jussu archangeli, et in tuba Dei descendet de cælo : et mortui qui in Christo sunt, resurgent (I *Thess.* IV, 15); ubi enim corpus, illic et aquila (Luc. XVII, 37) : ubi Christi corpus, ibi veritas.

108. Septima igitur tuba hebdomadis requiem videtur significare, quæ non solum in diebus et annis et periodis æstimatur (unde et jubilæus sacratus est numerus), sed etiam annum septuagesimum comprehendit, quando in Hierusalem regressus est populus, qui septuaginta annis in captivitate duravit. In centesimis quoque et in millesimis sacri observatio numeri minime præteritur; neque enim otiose Deus dixit : *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal* (III *Reg.* XIX, 18). Ergo umbra futuræ quietis in diebus, mensibus, annis, mundi ipsius tempore figuratur; et ideo per Moysen mandatur filiis Israel, ut septimo mense, vna mensis, singulis fiat requies in memoriale tubarum : nec servile aliquod opus, sed Deus sacrificium offeratur; eo quod in ipso fine hebdomadis, quasi mundi sabbato, spiritualia a nobis non carnalia opera flagitantur. Quod enim carnale, servile; quia animo caro servit : a liberum vero innocentia facit, culpa vernaculum.

109. Oportuit igitur per speculum et in ænigmati fieri spiritualia : *Nunc enim per speculum videmus, tunc autem facie ad faciem* (I *Cor.* XIII, 12). Nunc secundum carnem militamus, tunc spiritu videbimus divina mysteria. Et ideo veræ legis character 1164 in nostris moribus exprimitur, qui in Dei ambulamus imagine; quoniam jam legis umbra transiit : umbra Judæis b carnalibus, imago nobis, veritas resurrecturis. Tria enim hæc secundum Legem esse cognovimus, umbram, imaginem, veritatem : umbram in Lege, imaginem in Evangelio, veritatem in iudicio. Sed Christi omnia, et in Christo omnia, quem nunc secundum veritatem videre non possumus : sed videmus quasi in quadam imagine futurorum, quorum umbram in Lege perspeximus. Ergo Christus non umbra, sed imago Dei : non vacua imago, sed veritas. Et ideo per Moysen Lex; quia umbra per hominem, figura per Legem, per Jesum veritas (Joan. I, 17). Neque enim veritas abscondit, nisi ex veritate procederet.

110. Si quis ergo hanc imaginem Dei videre desiderat, debet diligere Deum ut diligatur a Deo : et sit jam non servus, sed amicus, qui mandata Dei fecerit; ut possit introire in quædam, ubi est Deus (*Exod.* XXIV,

<sup>a</sup> Nonnulli mss., *liberum innocentia faciat, culpa vernaculum; unum, venalem.* Est autem vernaculus servus domi natus.

<sup>b</sup> Mss. non præf. *carnalibus et imago, nobis veritas resurrecturis* : melius tamen alit, et omnes edit. ut in textu; quibus etiam verbis eandem sententiam expressam reperies Enarr. in psal. XXXVIII, num. 25, et lib. I. Offic. cap. 48, num. 248.

111. Ipse faciat sibi rationabiles tubas duas ductiles argento probato (*Nam.* X, 1), hoc est, pretioso verbo compositas et ornatas; quibus non tantum increpans, terribili sonitu murmur interstrepit, sed adhibens gratiæ Deo continua jubilatione fundatur. Talium enim tubarum sonitu mortui suscitantur, non crepitu utique æris, sed verbo veritatis animati. Et fortasse duæ istæ tubæ sunt, per quas divino spiritu Paulus increpuit dicens : *Orabo spiritum, orabo a mente : psallam spiritum, psallam et mente* (I *Cor.* XIV, 15); alterum enim sine altero nequaquam videtur evocationem habere perfectam.

111. Nec tamen omnium est utraque canere tuba, nec est omnium universam colligere synagoga, sed solis sacerdotibus, et ministris Dei canentibus. B Ista prærogativa defertur (*Nam.* X, 2 et seq.); a quicumque audierit, c secutus eo fuerit, ubi est Dei gloria, et ad tabernaculum testimonii præmatam intentione convenerit : et opera possit spectare divina, et legitimum illud æternumque domicilium in se posteritatis aeriem promereri. Tunc enim bella conciscitur, hostis fugatur; quando Spiritus gratia concinit, et mentis industria.

112. Sunt et illæ salutares tubæ, si corde credis, et ore confitearis : *Corde enim creditur ad justitiam ore autem confessio fit ad salutem* (*Rom.* X, 10). Hæc igitur gemina tuba ad illam sanctam terram, resurrectionis scilicet gratiam, pervenitur; et ideo semper tibi concinant, ut semper audias Dei vocem : semper te angelorum prophetarumque oracula exultent atque commoveant, d ut ad superiora festines.

115. Hanc intentionem David versabat in pectore, cum dicebat : *Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei; in voce exultationis et confessionis, sonus epulantis* (*Psal.* XLII, 5). Non enim soli hostes horum tubarum 1165 sonus vivuntur : sed et delectationes, et dies festi, et neomeniæ sine his esse non possunt. Nemo enim potest nisi divini hauriat promissa sermonis, et resultantibus credat oraculis, exultare lætitia, dies festos aut neomenias agere, quibus se corporis gratia, et sæculari occupatione vacuatum, Christi plenius laes desideret. Sacrificia quoque ipsa Deo probata esse non possunt, nisi confessio vocis aspiret, que sacerdotali oblatione ad obsecrandam Dei gratiam populos excitare consuevit.

114. Rursumus prædicatores Domini, et haurimus cum in voce tubæ (*Psal.* CL, 3), non exigua de virtute ejus et villa sententias, sed ea que possunt aurem mentis implere, et intus concientiam penetrare secretum; ut ea que corpori convenient, dignitati non potamus aptanda : non divinæ magnæ

<sup>c</sup> Mss. aliquot, et *secutus eos fuerit, non sit recte.*

<sup>d</sup> Vet. edit. ac plures mss., et *ad superiora festines in locum tabernaculi admirabilis*; *Qui. unde locum suppleretur, in variis lectionibus indicavit; indeque locum Rom. edit. restituit, quam restitutorum mss. nostris multi confirmant.*

dinem potestatis humanis viribus metiamur; ut quæramus quomodo quis resurgat, aut quali corpore veniat, aut quemadmodum soluta coeant, lapsa reparentur; hæc enim arbitrio Dei simul ut statuerentur, implentur. Nec sensibilis tubarum expectatur auditus, sed invisibilis potentia magnificentiæ cœlestis operatur; Deo enim velle pro facto est: nec resurrectionis requirendus nisus, sed fructus nobis est expetendus. Quæ procfivius celebrabitur, si exinaniti vitiis plenitudinem spiritalis mysterii consequamur, gratiamque renovata caro sumat a spiritu, et fulgorem læcis æternæ anima mutuetur a Christo.

115. Sed non solum singulorum, verum etiam universitatis sunt ista mysteria. Adverte enim juxta typum Legis, ordinem gratiæ. Cum tuba prima cecinerit, orientales congregat, quasi præcipuos et electos: cum secunda, suppare meritis, qui secundum libanum siti, dereliquerint ludibria nationum: cum tertia, eos qui tamquam in mari exagitati istius freti mundi, sæculi hujus fluctibus vacillaverint: cum quarta, illos qui duritiam mentium nequaquam satis potuerint eloquii spiritalis mollire præcepto; et ideo secundum boream vocati sunt, boreas enim secundum Salomonem durus est ventus (*Prov. xvii, 16*).

116. Itaque licet momento resuscitentur omnes, omnes tamen meritum ordine suscitantur. Et ideo primi resurgant, qui maturo devotionis occurso, et quodam antelucano fidei exortu prodeuntes, solis æterni radios receperunt. Quod vel de patriarchis juxta veteris seriem Testamenti, vel de apostolis juxta Evangelium jure memoraverim. Secundi autem, qui ritum gentium relinquentes, ab errore sacrilego transierunt in Ecclesiæ disciplinam. Et ideo illi primi ex patribus, isti secundi ex gentibus; ab illis enim lux fidei cœpti, in istis usque ad mundi occasum suscepta duravit. Tertii suscitantur, et quarti, qui ab austro, et qui ab aquilone sunt. His quatuor terra distinguitur, his quatuor annus includitur, his quatuor mundus **1166** impletur, bis quatuor Ecclesia congregatur. Omnes enim qui sacrosanctæ Ecclesiæ copulati, divini nominis appellatione censentur, prærogativam resurrectionis et delectationis æternæ gratiam consequentur; quoniam *venient ab Oriente et Occidente, ab Aquilone et Austro, et recumbent in regno Dei* (*Luc. xiii, 29*).

117. Non enim exigua mundum suum Christus luce complectitur; quandoquidem a summo celo egressio ejus, et oscurus ejus naqua ad summum ejus: nec est qui se abscondat a calore ejus (*Psal. xviii, 7*). Omnes enim benignus illustrat, nec refutare levem,

sed emendare vult: nec excludere durum Ecclesia, sed mollire desiderat. Et ideo in Canticis canticorum eos Ecclesia, in Evangelio Christus invitat dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde* (*Mat. xi, 28, 29*).

118. Ecclesiæ quoque vocem invitantis agnosce; dicit enim: *Exsurge, aquilo, et veni, auster; perfla hortum meum, et defluant unguenta mea. Descendat frater meus in hortum suum, et edat fructum pomiferarum suarum* (*Cant. iv, 16; v, 1*). Sciens enim jam tunc etiam horum tibi fore opera fructuosa, Christo tuo fructum de talibus pollicebare: et quæ prima te in cubiculum dixisti Regis inductam, diligens ubera super vinum, cum diligenter amares, lactantem quæreres, pericula pro religione contemneres.

119. Deinde a Libano, sponsa, rogaris ut venias, judicio Domini adhuc tota formosa, adhuc tota irreprehensibilis. Sic enim scriptum est: *Tota es formosa, proxima mea, et reprehensio non est in te. Ades huc a Libano, sponsa, ades huc a Libano* (*Cant. iv, 7, 8*).

120. Postea ipsa jam nullos aquæ lapsus, jam nullos impetus descendentes a Libano pertimescens, aquilonem et austrum advocas, perflari cupiens hortum tuum; ut in aliis unguenta tua defluant, in aliis multiplices secunditatis tuæ fructus offeras Christo.

121. Et ideo beatus qui custodit verba prophetiæ hujus (*Apoc. xiii, 7*), quæ nobis resurrectionem evidentioribus testimoniis revelavit dicens: *Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes ante sedem, et libros aperuerunt: et alius liber apertus est, qui est vitæ: et judicati sunt mortui descriptis in libris, secundum facta sua. Et dedit mare mortuos, qui in ipso erant: et inferi dederunt mortuos, qui penes se erant* (*Apoc. xx, 12*). Ne ergo dubites quemadmodum resurgant, quos inferi revomunt, mare reddidit.

122. Accipe etiam quando promittatur gratia futura justorum: *Et audivi, inquit, vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum illis; et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum illis erit illorum Deus. Et delebit omnem lacrymam de oculis eorum, et mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor ultra erit* (*Apoc. xxi, 3, 4*).

**1167** 123. Compara nunc, si placeat, atque contende vitam hanc cum illa vita, et elige, si potes, perpetuam corporis vitam in labore ærumnaque miserabili tantarum commutationum, voluntarumque

vital. Et infra, vocem invitantis in Canticis canticorum agnosce. Vet. autem edit. et cuncti mss. nobiscum faciunt, nisi quod pro agnosce, in quibusdam legitur, audi.

<sup>e</sup> Mss. aliquot, et ad fructum; minus commodo.

<sup>f</sup> Plerique mss., mortui descripti in libris; alii nonnulli, ac vel. edit., mortui de scriptis in libris; græce, ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, quod elegantius edit. Rom. ex Vers. Vulg. reddidit, ex his quæ scripta erant in libris.

<sup>a</sup> Ita Rom. edit. et plerique mss.; vet. autem edit. cum aliis mss., anima mereatur a Christo.

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, secundum austrum siti. At infra eadem edit. cum vet. ac mss. aliquot, istius flatu mundi; ubi mss. plures potioresque, istius freti mundi.

<sup>c</sup> Omnes edit. ac plerique mss., Tertii suscitantur, qui ab austro: magis concinna. Remig. cod. Corb. et Benign. ut in contextu.

<sup>d</sup> Rom. edit., Et ideo eos in Evangelio Christus in-

tædio, fastidio voluptatum. Nonne si Deus ista perpetuare velit, illa deligeres? Nam si per se ipsa vita fugienda est, ut sit molestiarum fuga, requies ærumnarum; quanto magis ea requies est expetenda, cui futura resurrectionis voluptas perpetua succedet; ubi nulla criminum series, nulla illecebra delictorum?

124. Quis in dolore tam patiens, qui non mortem oret? quis in infirmitate tam constans, ut non optet mori se potius, quam debilem vivere? quis in mœrore tam fortis, ut non desideret eo se vel moriendo defungi? Quod si ipsi nobis dum vivimus, displicemus, cum vivendo finem præstitum esse noverimus; quanto amplius vitæ nos tæderet istius, si sine fine futuros nobis labores hujus corporis cerneremus? Quis est igitur qui se velit mortis exsortem? Aut

quid gravius immortalitate miserabili? Si in hac vita, inquit, in Christo tantum sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus (I Cor. xv, 19); non quod in Christo sperare sit miserum, sed quia Christus sperantibus in se vitam alteram præparaverit. Hæc enim peccato obnoxia est, illa præmio reservata.

124. Ipsos cursus breves nostrarum ætatum quantum videmus nobis afferre fastidium? Puer adolescentiam desiderat, adolescens annos sibi majoris metitur ætatis, juvenis beneficio ævi florentis ingratus, senilem honorificentiam concupiscit. Ita omnibus ex natura venit a velle mutari; quia ejus nos quod sumus, pœnitet. Denique etiam ipsa post usum vota fastidio sunt: et quæ mereri optavimus, cum

125. Unde non immerito etiam sancti viri prolongatum incolatum suum sæpe doluerunt (Psal. cxix, 5): doluit David, doluit Jeremias (Jerem. xx, 17), doluit Elias (III Reg. xix, 4).<sup>b</sup> Si sapientibus creditur, et hi in quibus divinus Spiritus loquebatur, ad meliora peroperabant: si reliquorum judicium sciscitatur, ut cognoscamus omnes in unam convenire sententiam; quanti mortem mœrori, quanti mortem formidini prætulere? judicantes videlicet graviosem metum mortis esse, quam mortem. Adeo suis malis mors non timetur, sed vitæ miseriis an-

<sup>a</sup> Irreperat in mss. nonnullis, et inde in omnes edit. sequens lacinia: *contra sectas philosophorum, qui vel animam solam durare dicant post corporis mortem, vel μεταψύχωσιν credant.* Sed præterquam quod in mss. multo pluribus ac potioribus non invenitur, ipsa series orationis hoc assutamentum aperte respuit. Consequenter autem pro, *quia ejus nos quod sumus, codex Thuan. præfert, quia ejus quod scimus.* Non satis recte.

<sup>b</sup> Mss. aliquot: *Si sapientes creduntur et hi... si reliquorum judicio suscitatur; unus, suscitentur.*

<sup>c</sup> Per naturæ finem intellige compositi naturalis dissolutionem, non autem ambarum quibus constat, partium interitum; quandoquidem in eos philosophos disputat, a quibus animæ immortalitas admittebatur, hoc est, in platonicos. Sed maxime ad Ciceronem videtur respicere, qui Tusc. Quæst. I expolis poetarum de suppliciis inferorum commentus, mortem timendam esse nemini hoc dilemmate colligit: *Quomodo igitur, aut cur mortem malum tibi*

A tefertur! cum expetitur morientis exitus, et evitatur formido viventis.

126. Sed esto, huic vitæ resurrectio præferatur. **1168** Quid, philosophi ipsi genus post mortem aliquod repererunt, quo nos uti magis, quam resurgere delectabit? Et illi quidem qui dicunt animas immortales esse, non satis mulcere me possunt, cum pro parte me redimunt. Nam quæ potest esse gratia, ubi non totus evasi? quæ vita, si in me opes Dei occidat? quæ justitia, e si naturæ finis mors sit, erranti justove communis? quæ veritas, ut d quia ipsa se moveat, et semper moveatur anima, immortalis esse credatur? Quod nobis in corpore communitum bestiis, ante corpus quid geratur incertum; nec ex contrariis colligatur veritas, sed destruitur.

127. An vero illorum sententia placet, qui nostras animas, ubi ex hoc corpore emigraverint, e in corpora ferarum, variorumque animantium transire commemorant? At certe hæc circeis medicamentorum illecebris composita esse ludibria poetarum ipsi philosophi disserere solent: nec tam illos qui perpassi ista simulentur, quam sensus eorum qui ista confinxerint, f velut circeo poculo ferunt in varia bestiarum monstra conversos. Quid enim tam simile prodigii, quam homines credere in habitum ferarum potuisse mutari? Quanto majoris est prodigii gubernatricem hominis animam, adversam humano generi bestiarum suscipere naturam, capacemque rationis ad irrationabile animal posse transire, quam corporis effigies esse mutatas? Vos ipsi hæc destruitis, qui docetis. Nam magicis incantatis carminibus portentosæ hujus conversionis genera tradidistis.

128. Ludunt hæc poetæ, reprehendunt philosophi: et quæ putant ficta de viventibus, hæc arbitrantur vera de mortuis. Illi autem qui ista fluxerunt, non suam probare fabulam, sed philosophorum errores irridere voluerunt: qui putant quod illa animæ quæ mihi humilique proposito iracundiam vincere, patientiam assumere, crure abstinere consererat, eadem frementi motu leonis incensa, iræ impatiens, effrena rabie, sitire sanguinem, cademque possit

D *videri dicis, quæ aut beatos nos efficiet animis manentibus, aut non miseros sensu carentes?*

<sup>d</sup> Argumentum illud tamquam probandæ animarum immortalitati efficacissimum Plato vendidit in Phædone, unde hoc ipsum Cicero in vi suum lib. de Republ. translaturum a se commemorat Tusc. I. Sanctus quoque Athanasius idem illud in Orat. cost. Idola proponit atque explicat.

<sup>e</sup> Irenæus lib. II adv. Hæres. cap. 59, primum auctorem hujus erroris Platonem facit. Et quidem negari nequit hunc philosophum in Phædone, in Timæo, et lib. x de Republ. secutum esse hanc opinionem, sed ab ipso eam ortum duxisse quæ supra ad num. 55 observabamus, prorsus refellunt.

<sup>f</sup> Vet. edit., *velut Circeos populos*; melius Røn. et mss., *velut circeo poculo.* Celebris porro fabula est de Circes filia Solis beneficiis, de qua Homerus Odys. M. Ovidius lib. xiv Metamorph. fab. I, Augustinus lib. xviii de Civit. Dei cap. 17, et alii.

expetere : et illa quæ populorum fremitus varios A  
regali quodam consilio temperabat, et rationabili  
voce mulcebat; eadem se inter devia atque deserta  
ritu luporum patitur ululare : aut quæ injusto sub  
onere gemitus, duræ aratri labores questu misera-  
bili mugiebat; eadem postea in figuram hominis  
commutata, a levi cornua quærat in fronte : vel illa  
quam præpetes prius pennæ usque ad alta cæli per  
sublime aeris alarum remigiis evehebant; eadem  
**1169** postea volatus jam non suos requirat, et  
se humani doleat corporis gravitate pigrescere.

129. Hinc fortasse et illum Icarum perdidistis,  
quod persuasionibus vestris inductus adolescens,  
prius avem se fuisse fortas-e crediderat. Hinc etiam  
senes perique decepti sunt, b ut gravi immorerentur  
dolori, cygneis male creduli fabulis, dum putant  
modulus se mulcendo flebilibus albam molli pluma  
mutare canitiem.

130. Hæc quam incredibilia! quam deformia!  
Quanto illud est convenientius, ut credas secundum  
naturam, credas secundum usum fructuum cætero-  
rum, credas secundum gestorum exempla, oracula  
prophetarum, Chris i cælesti promissum. Quid vero  
præstantius, quam ut opus Dei iudices non perire,  
et secundum imaginem et similitudinem Dei factos  
transferri non posse in effigies bestiarum; cum utique  
ad similitudinem Dei non corporis sit imago, c sed  
spiritus? Nam quemadmodum homo, cui subjecta  
sunt animantium genera cæterorum, in subjectum  
sibi animal meliore sui parte demigret? Non patitur  
hoc natura, et si pateretur natura, non pateretur C  
gratia.

131. d Sed videro quid vos de vobis, gentes, opi-  
nionis habeatis; neque enim mirum debet videri,  
quod creditis vos in bestias posse mutari, qui bestias  
adoratis. Ego tamen malim de vestro merito melius  
iudicetis; ut non inter cælus ferarum, sed inter an-  
gelorum consortia vos e credatis futuros.

132. Habet animus ex hoc jam vitæ anfractu, et

a Levi, ait Nannius, cui contrarium est asperum.  
Virg. de Præti filiabus:

Et sæpe la levi quæssisset cornua fronte.

b Omnes edit. ac mss. nonnulli, ut *gravi immo-  
rentur dolori; duo... morerentur dolore*; reliqui con-  
cinnius, ut nos in textu. Porro per cygneas fabulas  
indicat Cygni propter Phaethontis consanguinei sui  
casum dolore confecti conversionem in avem sui  
nominis, de qua vide Ovidii lib. II Metamorph., fab.  
4. non secus ac de Icaro casu lib. VIII ejusdem ope-  
ris, fab. 3.

c Ita vet. edit. ac mss. frequentissimi: at Rom.  
edit. et quidam alii mss., *sed ratio*.

d Rom. edit. et pauci mss., *Sed video*; vet. edit.  
cum mss. longe plurimis et probatissimis, *Sed vi-  
dero*.

e Vet. edit., *credatis futuros, et animos ex hoc jam  
vitæ anfractu... contendere. Et sic sanctorum sit per-  
venire*; Rom. edit. ultimam hanc partem jugulavit:

terreni corporis colluvione discedere, et ad illa con-  
cilia superna contendere, etsi sanctorum sit perve-  
nire, laudem dicere Deo (quam **1170** etharizantes  
illos (Apoc. XIV, 2) dicere prophetica lectione (Apoc.  
XV, 3, 4) comperimus: *Quia magna mirabilia opera  
tua, Domine Deus omnipotens: justæ et veræ viæ  
tuæ. f Rex gentium! Quis non timebit et magnificabit  
nomen tuum; quia solus sanctus es, quia omnes gentes  
venient et adorabunt ante te*; videre quoque tuas,  
Jesu, nuptias, in quibus de terrenis ad cælestia,  
concontinentibus omnium gaudiis sponsa deducitur; *ad  
te enim omnis caro veniet (Psal. LXIV, 3)*, jam non  
sæculo obnoxia, sed spiritui copulata: videre tha-  
lamus ornatos byssino, rosis, liliis, et coronis. g Cui-  
jus enim alterius sic ornatur nuptia? Ornantur  
B enim confessorum livore, martyrum sanguine, liliis  
virginum, coronis etiam sacerdotum?

133. Hoc sibi præ cæteris David sanctus optavit,  
ut hæc spectaret et cerneret. Denique ait: *Unam  
petivi a Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo  
Domini omnes dies vitæ meæ, et videam voluptatem  
Domini (Ps. XXVI, 4, 5)*.

134. Juvat hoc credere, sperare delectat: certe  
non credidisse pœna est, sperasse gratia. Quod si  
in hoc errore, quia angelis ne post mortem sociari  
malo, quam bestiis; libenter in hoc errore, neque  
unquam hac me opinione, dum vivo, fraudari pati-  
ar.

135. Quid enim mihi superest solatii, quam quod  
me citius ad te, frater, spero venturum, nec digres-  
sionibus tui inter nos longa divortia fore; tuisque inter-  
cessionibus mihi hoc posse conferri, ut citius desi-  
derantem tui advoces. Quis enim est, qui non sibi  
debeat istud optare præ cæteris; *ut corruptibile hoc  
induat incorruptelam, et mortale hoc induat immorta-  
litate (I Cor. XV, 53)*? ut qui nunc morti corporis  
fragilitate succumbimus, h supra naturam siti, mor-  
tem jam timere nequeamus.

mss. vero nostram lectionem summo consensu sta-  
bilitunt, nisi quod legunt nonnulli, *ad superna con-  
scendere*.

f Rom. edit. ex Vulg. versione, *Rex sæculorum*;  
omnes autem mss. ac vet. edit., *Rex gentium*;  
Græce, ὁ βασιλεὺς τῶν ἀγίων, *Rex sanctorum*. Infra  
vero, ubi omnes edit. ac plures mss., *videre quo-  
que... videre thalamos*; mss. non pauci habent u. ro-  
bique. *videro*. Non satis recte; infinitiva enim illa  
pendent e superioriorat one, *Habet animus ex hoc, etc.*

g Omnes edit. ac plerique mss., *Sic enim cujus  
alterius ornatur nuptiæ confessorum livore*; Rom.  
edit., *labore*; aptius vero eod. Turon., Germ. et  
Vet. ut in contextu. Livorem porro hic ponit Am-  
brosius pro colore violaceo, quem confessorum pro-  
prium esse ad lib. VII Exposit. in Lucam num. 128,  
admonuimus.

h Mss. non pauci, *supra naturam siti, ut mor-  
tem, etc.*

## IN CONSOLAT. DE OBITU VALENTINIANI ADMONITIO.

In procinctu erat Valentinianus junior, ut e Gallis in Italiam, quo eum barbarorum irruptionem minitatum metus vocabat, reverteretur, cum e vivis Arbogastis comitis fraude sublatus fuit idibus maiis anni 392 in vigilia sacri Pentecostes. Illius corpus non ita multo post relatum est Mediolanum, ibique tantisper, quod Theodosii mandata de sepultura ejus acciperentur, in palatio suo servatum. Allatis demum ab imperatore de hoc litteris, Valentiniani parentalia celebrata sunt, in quibus Ambrosius principem illam anno ætatis vigesimo ex imperio et vita raptum sequenti oratione prosecutus est.

In ea, quibus causis ad dicendum adduceretur, strictim exposito (Num. 1), Valentinianum venisse ait (Num. 2), sed omnium qui tamquam parentem publicum (Num. 3) eum lugebant, lacrymis circumfusum. Deinde (Num. 3 et seq.) ab Jeremia threnos mutatus, ut principem defleat, qui consiliorum maturitate cum adolescentiæ flore in se conjuncta, etiam barbaros in sui venerationem pertraxerat, asserit totius quidem Italiæ luctum esse communem; ad Ecclesiam tamen potissimum spectare (Num. 5 et 6), quippe quæ Gratiani ac Valentiniani obitu in utramque maxillam percussa esset. Post illa, ubi patefactum est quam rari in adolescentia vel prorsus a vitiis se contineant, vel maturius redeant ad bonam frugem, ostendit (Num. 9 et seq.) eundem Valentinianum jugo Domini collum subdidisse adhuc juvenem; et si fuisset in ejus moribus, quod obtrectandi locum præberet, hoc tam celeri emendatione deletum esse (Num. 14 et seq.), ut ora maledictis opprimerentur. Tum ad virtutes hujus principis verba convertens, ejus pietatem, cujus virtutis pulcherrima exempla in medium profert, egregie laudat (Num. 18 et seq.). Huic annectit (Num. 21 et seq.) amorem ejus erga populos, quos nec onerare novis tributis induci poterat, et a barbaris defendere cum evidenti vitæ periculo paratus erat. Illic vir sanctus animum Valentiniani in se memorans (Num. 23 et seq.), quantoque ardore abs se baptizari, et apud Arbogastem se vade uti exoptaverit, eleganter explicans, tenerrimos amoris ac doloris sui motus erumpere patitur; ut quæ in gratiam ejus principis, a quo parentis loco diligebatur, vota et consilia sua fuerant, palam faceret. De hinc quanta benevolentia amicos, quanta charitate germanas suas imperator complexus fuerit, scite amplificat (Num. 33 et seq.). Et oratione ad has conversa quis tenebatur sit in lugenda fratris morte ab eis modus, docere aggreditur (Num. 41 et seq.); illudque lenit diligentius (Num. 51 et seq.), quod in eo magis deflebant, ipsum videlicet antequam baptismo initiaretur, vita defunctum. Ab ea consolatione ad preces venit, atque obnixè divinam clementiam, ne Valentinianum a Gratiano sejungi vellet, orans et obsecrans, auditores suos ut votis communibus utrique Deum placarent, exhortatur (Num. 51 et seq.). Post quæ amborum dotes majori splendore illustraturus, illis applicat Canonicorum locos aliquot, sed tantam cautionem religionemque isthic adhibet (Num. 58 et seq.), ut omnem offensionis aut calumniæ ansam præcidat. Ad extremum ubi persancte contestatus est nullam sibi umquam nec in precibus nec in sacrificiis obrepere posse oblivionem horum principum, rursus dolori frena permittit (Num. 77 et seq.): sed hic quoque ad Deum confugiens, ab eo efflagitat (Num. 81), ne se ab illis in futuro ævo sinat distrabi, at immaturam illorum mortem maturioris suscitationis dono compenset.

Ex hac oratione haud ægre cognoscimus eam tum temporis habitam esse, cum Valentiniano justa solverentur. Quod autem ad annum, et diem, quibus humatus est, eorum definitio ex anni ac diei, quo idem princeps necatus fuit, cognitione omnino pendet. At vero in iis statuendis non semel peccat Marcellinus comes; sic enim scribit in Chronico: *Tatiano et Symmacho cosq. Theodosius imp. Italia decedens, Constantinopolim remeavit. Valentinianus imp. apud Viennam dolo Arbogastis strangulatus interitii idibus Martii.* Sed prius ejus in hoc error est, quod Tatiano et Symmacho cos. hanc necem ponit. Constat siquidem anno 391, quo eam dignitatem illi gesserunt, Theodosium idibus Aprilis adhuc fuisse Mediolani, Aquileia vero, quo ipsum comitatus erat Valentinianus, mense Julio nondum abiisse. Iterum autem Marcellinus in eo errat, quod Arbogastis scelus contigisse ait idibus Martiis; hoc enim tempus cum iis, quæ Ambrosius epist. 53 (Num. 5) de calidibus æstivis habet, congruere neutiquam possit. Inde est quod ab eruditis Epiphani præferitur auctoritas, eandem necem idibus Maii Arcadio secundum et Rufino primum cos. pridie Pentecostes patratam esse asseverantis (*De Mensur. et Pond. num. 20*), hoc est, ut ante jam diximus, anno 392 die autem Maii 15. Quapropter si duos menses, quibus Justam et Gratum fratrum flevisse interitum narrat Ambrosius (Num. 49 et 50), Epiphani numeris adjeceris, hinc intelliges fœnus ejusdem imperatoris interea dum Theodosii mandatum expectaretur, usque ad idus Julii mensis prolatum esse.

Verum tamen et in hac opinione dubium aliquod hinc nasci potest, quod Ambrosius dum epist. ante citata sepulturam Valentiniani maturandam scribit, hanc ejus rei afferat causam; ne reliquæ mortui principis æstivo calore penitus solvantur, vix enim superiorem æstatem transegimus (Num. 5). Fatendum quidem est his verbis, non tam Julii mensis medium, quam autumnii initium significari, si eam secundum communem usum



interpreteris : certius tamen est idibus Maii Valentianum elisis faucibus inventum esse, ac non nisi per duos menses inhumatum mansisse, quam ut in autumnum rejici possint illius exequiæ. Dicendum igitur has duas voces, *superiorem ætatem*, nihil aliud nisi peractam æstivorum calorum partem illic sonare.

In antiquis editionibus hujus opellæ inscriptio erat : *Oratio funebris de Obitu Valentianii imperatoris*; in Romana editione : *In Obitu Valentianii junioris augusti Concio funebris*. Variant quoque in hoc titulo scripti codices; non enim desunt, qui illam exhibeant in eam formam : *Incipit tractatus de Obitu imperatoris Valentianii junioris*; sed in multo pluribus ita exprimitur : *Incipit de Consolatione* (in quibusdam *epistola de Consolatione*) *Valentianii*, alicubi additur *et junioris*. Hinc autem liquet in lemnatis Operum multa pro libitu adjici solere a librariis, sed inter istas leviculas diversitates facile dignoscitur germana inscriptio. Et in hac sane magnos auctores habuit Ambrosius, quos sequeretur. Commentationi, quam de morte filiiæ scripsit Cicero, titulus præfigitur *Consolatio*. Plutarchus etiam librum edidit *de Consolatione ad Apollonium*. Sed nullius auctoris plures descriptiones eò titulo insignitiæ sunt, quam Senecæ philosophi, a quo eandem epigraphen tribus libellis inditam reperias.

# SANCTI AMBROSII,

MEDIOLANENSIS EPISCOPI,

## DE OBITU VALENTINIANI CONSOLATIO<sup>a</sup>.

**1173** 1. Etsi incrementum doloris sit, id quod A tur, advenit. Et iste tamen vel morte sua voluit doleas, <sup>b</sup> scribere; quoniam tamen plerumque in ejus, quem amissum dolemus, commemoratione requiescimus; eo quod in scribendo dum in eum mentem dirigimus, intentionemque deligimus, videtur nobis in sermone reviviscere : signare aliquid de Valentianii junioris ultimis cordi fuit; ne aut obliterasse silentio bene meriti de nobis <sup>c</sup> pignoris memoriam videremur, atque iuhonoratam reliquisse, aut refugisse incentivum dolendi, cum doluisse plerumque solatium sit dolentis : simul cum de ipso aut ad ipsum loquor, tamquam de præsentem vel ad præsentem mihi sermo sit.

2. Quid igitur primum defleam? Quid primum amara conquestione depleam? Conversi sunt dies nobis votorum nostrorum in lacrymas; siquidem B Valentianus nobis, sed non talis qualis speraba-

implere promissum; sed nobis acerbissima est facta ejus, quæ exoptabatur, **1174** præsentia. Utinam adhuc nobis abesset, ut sibi viveret! Sed ille non passus, cum audiret Alpes Italiæ hoste infestari barbaro, maluit periclitari se, si Gallias derelinqueret, quam nostro desse periculo. <sup>d</sup> Magnum crimen agnoscimus imperatoris, quod Romano voluit subvenire imperio! Hæc causa mortis, quæ plena laudis. Solvamus bono principi stipendiarias lacrymas; quia ille nobis solvit etiam mortis suæ stipendium.

3. Nec tamen flendi admonitio necessaria. Flent omnes, flent et ignoti, flent et timentes, flent et inviti, flent et barbari, flent et qui videbantur ini-

mi. <sup>e</sup> Quantos iste de Galliis usque huc totius tractu itineris populorum egit gemitus? Omnes enim non tam-

rem et imperium ejus animo essent, infra memoratur.

<sup>e</sup> Hic Virgiliana est imitatio e lib. vi Æneid., ubi sic habes :

Quantos ille virum magnam Mavortis ad urbem  
Campus egit gemitus?

Ex iis autem quæ narrat Ambrosius, intelligitur Valentianum e Galliis nondum excessisse, cum extinctus est; immo in ipsa civitate Vienna, ubi eum moratum in hac oratione testatur sanctus noster, hanc mortem contigisse communiter affirmant historici. Quod vero ad mortis genus iidem inter se dissentiunt. Rufinus lib. ii Histor. cap. 31 et Sozomenus lib. vii, cap. 22, edit. Vales., literis produnt alios esse, qui hunc principem dolo Arbogastis neccatum scribant, alios qui ipsum propria manu sibi

<sup>a</sup> Scripta anno 392.

<sup>b</sup> Rom. edit., *referre... eo quod dum in eum*. Sed verbum *scribere* videtur Ambrosius ipse reposuisse, cum orationem suam in librum transformavit.

<sup>c</sup> De Valentiano in hac opella passim Ambrosius tamquam de charissimo filio loquitur. Sed cum pariter ab eodem principe parentis nomine et loco habitum cum ex subjecta peroratione intelligimus, tum ex epistola 53, ad Theod., quemadmodum ibidem observatum est.

<sup>d</sup> Omnes edit. et pauci mss., *Magnum discrimen*; sed verisimile est scriptores librarios vocem *discrimen* præcedenti voce *periculo* ductos posuisse; cum tamen sensus maximæ partis mss. qui *crimen* legunt, concinnior sit. Quinam porro essent barbari, a quibus imperio periculum impenderet, non facile dicetur; nam et alios existisse qui amico erga imperato-

quam imperatorem sibi, sed tamquam parentem publicum obisse domestico fletu doloris illacrymant, suaque omnes funera dolent. Amisimus enim imperatorem in quo duo prius acerbant dolorem, annorum immaturitas, et consiliorum secretus. In his ego fleo, sicut dixit Propheta: *Oculi mei caligaverunt a fletu; quia elongavit a me*, **1175** *qui consolabatur me* (Thren. 1, 16). Oculi mei non solum corporis, sed etiam mentis hebetati sunt, et quadam cecitate omnis sensus obductus est; quoniam ereptus est mihi, qui convertit animam meam, et ad spem maximam de summa rerum desperatione revocavit.

4. *Audite, omnes populi, et ridete dolorem meum. Virgines meae et juvenes mei abierunt in captivitate* (Ibid., 18): sed cognito quod de Valentiniani essent partibus, liberi reverterunt. Militavit hostis barbarus imperatori adolescenti, et sua oblitus victoriae, memor fuit imperialis reverentiae. Laxavit sponte quos ceperat, excusans quod ignorasset haloc. Nos adhuc murum Alpibus addere parabamus: Valentiniani gratia non exspectavit Alpinum vallum, fluentia amonium, aggeres nivium, sed Alpes et fluvios supergressa, muro nos sui imperii protexit. Unde propheta Threni mihi utendum videtur exordium: Quomodo moreret Italia, quae abundabat gaudiis? *Plorans ploravit in nocte, et lacrymae illius in maxillis ejus. Non est qui eam consoletur ab omnibus qui diligunt eam. Omnes qui amant illam, despexerunt eam. Omnis populus ejus ingemiscens* (Ibid., 11).

5. Et quia de Hierusalem<sup>b</sup> dictum est: *Plorans ploravit in nocte*; et nostra Hierusalem, id est, Ecclesia, ploravit in nocte; quoniam qui eam splendidiorem fide sua et devotione faciebat, occubuit. Merito ergo plorans ploravit, et adhuc lacrymae ejus in maxillis ejus. Ubertatem quidem flentium solet vultus humescens declarare infusio, cum lacrymis genae rorant; sed quia scriptum est: *Genae ejus sicut phialae aromatis gignentis unguentaria, labia ejus lilia distillantia myrrham plenam* (Cant. v, 13); <sup>c</sup> mystica Ecclesiae gratia

laqueum nexuisse asserant. Sed et Augustinus etiam libro v de Civit. Dei cap. 26 utramque opinionem incertus refert: quarum ultimam solam proponit Prosper in Chronico, et alii. Verumtamen ab ijs, qui sic sen iunt, hanc Orationem nunquam fuisse lectam manifestum est. Nam praeter alia, ubi dissidium inter Valentinianum atque Arbogastem exortum narrat, ita rem exponit, ut aperte intelligamus imperatoris mortem comitis sceleri attribuentem esse. Ut caetera vero deessent argumenta, quod ubique Ambrosius noster de salute Valentiniani tamquam de re omnino certa loqui non dubitat, satis ostendit eum principem non a se ipso vim passum esse. Inde est quod non solum Hieronymus, Aurel. Victor in Epitoma, et multi catholici hujus principis exitum Arbogasti perfidiae acceptum ferunt, sed etiam Ariani, ut Philostorgius, lib. xi, cap. 4, et idololatrae, ut Zozimus lib. iv. Cum vero idem significent nefarium illum comitem, quo invidiam hujusce feceris abs se amolitur operam dedisse, ut caetero nexo ad guttur lineo reperiretur, atque ita in Valentiniano desperationis praebere suspitionem; credibile est eundem etiam hand alio consilio, ut extincti corpus referretur in Italiam, veniam dedisse. Quod

A deflentis accipitur, quae in obitu Valentiniani bonum doloris sui effudit unguentum, et vitam ejus predicando concelebrat. Cui mors obesse non potuit, eo quod odor praedicationis universorum ore celebrabilis fetorem omnem mortis abolevit.

6. Flet igitur Ecclesia pignus suum, et lacrymae ejus in maxillis ejus. Quae sit maxilla audi: *Qui te percusserit in maxillam, praebere ei et alteram* (Luc. vi, 29); eo quod in doloresit patiens, ut poeniteat verberantem. Percussa eras, Ecclesia, in maxilla tua; cum amiteres Gratianum: praebuisti et alteram, quando tibi Valentinianus ereptus est. Merito tibi non in una maxilla, sed in utraque sunt lacrymae; quia pie germanum utrumque deploras. Ploras igitur, Ecclesia, et fletu genae tuae velut fluentibus quibusdam stillicidiis pietatis exundant. Quae sunt istae genae Ecclesiae? De quibus alibi ait Scriptura: *Ut corium malorum granatorum genae tuae* (Cant. vi, 6). Istae sunt genae in quibus solet nitere verecundia, pulchritudo fulgere: in quibus aut flos juventutis, aut perfecta aetatis insigne est. In obitu igitur fidelium imperatorum quidam fidei pudor, quidam Ecclesiae verecundia est: et in tam immatura **1176** morte piorum principum omnis Ecclesiae modestior pulchritudo est.

7. Plorat Ecclesia in sapientibus suis, qui velut caput Ecclesiae sunt: *oculi enim sapientis in capite ejus* (Eccl. ii, 14). Plorat in oculis, hoc est, in suis fidelibus; quia scriptum est: *Oculi tui sicut columbae, extra taciturnitatem tuam* (Cant. iv, 1); eo quod videant spiritualiter, et noverint ea, quae viderint, tacere mysteria. Plorat in sacerdotibus suis, qui sunt sicut genae Ecclesiae, in quibus est barba Aarona (Psal. cxxxii, 2), hoc est, barba sacerdotalis, in quam de capite descendit unguentum. Isti sunt in quibus est pulchritudo Ecclesiae, in quibus flos ejus gratior, in quibus aetas perfectior: qui velut cortices malorum puniceorum decorem foris praeferaut abstinentia corporali, intus autem commissam sibi ple-

antem ad inimicitiae causas pertinet, in animam facile nobis inducimus Arbogastem, cum ducem admodum in principem suum exerceret tyrannidem, futurum praevideisse, ut si in Italiam imperator traiceret, eum amicorum ope, et maxime Theodosii acceptorum injuriarum poenas repetiturum, quod antevertendum ipse putavit.

<sup>a</sup> In ipso flore adolescentiae necatum fuisse Valentinianum passim testatur Ambrosius, et idem quoque de Gratiano significat non uno loco. Et certe priorem illum anno aetatis vigesimo extinctum esse accuros conveniunt: hujus autem etsi Fulg. Victor interitum referat ad annum aetatis 38, ibi tamen legendum 26 contendit Baronius; immo etiam non desunt, qui eundem eum occubuit, anno 24 majorem fuisse aegent. Vide Socratum lib. v, cap. 41, S. zozimenu lib. vii, cap. 13, et alios.

<sup>b</sup> Mss. aliquot, *dictum est: Ploravit. Et nostra, etc.*

<sup>c</sup> Ita mss. plures ac potiores: edit. autem vet. et mss. nonnulli, *mystice Ecclesiae gratia*; R. m. edit., *myrrha mystica, etc.*

<sup>d</sup> Barbam ipsam intelligit, ait Nannius, quae est perfecta aetatis insigne; unde postea barbae Aarona mentionem facit.

hem diversæ ætatis et sexus foveant sapientia spiritali, obiecti quidem sæculo ad iniurias, <sup>a</sup> sed interna mysteria dividentes. Plorat in virginibus suis, quæ sunt sicut lilia, et lilia myrrha plena, candorem integritatis, et mortificatæ corporalis illecebræ gloriam præferentis.

8. In his ergo flet, sicut scriptum est : *Via Sion lugent, sacerdotes ejus ingemiscunt, virgines ejus abductæ, et ipsa indignatur intra se (Thren. 1, 4).* Et intra se quidem indignatur, ad Valentinianum autem dicit : *Assumam te, et inducam in domum matris meæ et in secretum ejus quæ concepit me. Potum tibi dabo a vino operosi unguenti (Cant. viii, 2),* hoc est, multi operis, <sup>b</sup> multi odoris unguento a fluxu malorum granatorum meorum; ut bibat vinum quod lætificat cor hominis (*Psal. ciii, 15*), et defluat in eum malorum granatorum fluxus, in quibus multus et diversus est fructus. Sermo enim multorum sensuum, et de diversis Scripturis abundans, sermo angelorum, sermo apostolorum ac prophetarum, quos uno velut corio Ecclesia sancta complectitur, malorum fluxus est granatorum.

9. Videns hæc Valentinianus integræ plena gratiæ, respondet : *Misericordiæ Domini quod non defecimus; quia non sunt consummatæ miserationes ejus. Renovabit illas sicut lux matutina (Thren. iii, 12).* Multi sunt gemitus mei, et cor meum defecit. *Sors mea Dominus, dixi; ideo sustinebo eum. Bonus est Dominus sustentibus eum, animæ quæ querit eum. Bonum est sperare in salutare Domini Bonum est viro cum portaverit jugum grave in juventute sua : sedebit singulariter, et silebit; quia tulit jugum grave (Ibid., 24 et seq.).* Et ille quidem se suarum virtutum remuneratione solatur; eo quod in juventute sua labores absorbit, pericula multa toleravit; jugum maluit grave: <sup>c</sup> emendationis propositi, quam molle illud ac plenum <sup>d</sup> deliciarum, vivida mentis cervice portare.

10. Beatus plane qui vel in senectute <sup>e</sup> correxit errorem, beatus qui vel sub ictu mortis animum averit a vitiis. *Beati enim quorum tecta sunt peccata (Psal. xxxi, 1);* quia scriptum est : *Desine a malo, et fac bonum, et inhabitabis in sæculum sæculi. (Psal. xxxiii, 15).* Quicumque ergo **1177** desierit a peccatis, et fuerit ad meliora in quacumque conversus ætate,

<sup>a</sup> Rom. edit. sola. *sed intus mysteria dividentes.* Observat autem P. Nannius allusionem fieri ad corticem seu cicum malorum granatorum, quo grava intus dividuntur.

<sup>b</sup> Sic omnes mss. a quibus vet. edit. eo tantum recedunt, quod pro *unguento*, legunt *unguenti*: at Rom. edit. utramque vocem censuit excludendam.

<sup>c</sup> Unus ms. *emendationis propositi*; alius, *eminentioris propositi*.

<sup>d</sup> Vet. edit. ac mss. nonnulli. *deliciarum invidia mentis*; Rom. edit., *deliciarum invitamentis*: mss. autem magno numero, ut in contextu, paucis exceptis, ubi legitur, *divitiarum mundi mentis cervice*, etc.

<sup>e</sup> Cod. Reg., *surrexit ab errore*.

<sup>f</sup> Cicerone in Orat. pro M. Cato: *Ac multi... summi homines, et clarissimi cives fuerunt, quorum cum adolescentiæ cupiditates deseruissent, eximie virtutes, firmata jam ætate, exstiterunt.* Ad quæ verba spectasse

A habebit superiorum indulgentiam peccatorum, qua fuerit vel poenitendi confessus affectu, vel corrigendi averatus ingenio. Sed huic cum plurimis veniæ societas emerendæ; <sup>f</sup> plurimi enim sunt qui se a peccatis et lubrico juventutis in senectute revocare potuerunt: rarus autem qui in juventute grave jugum se in sobrietate portaverit. Hoc est illud jugum, de quo Dominus in Evangelio ait : *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam; tollite jugum meum super vos (Matth. xi, 28, 29).* Si quis ergo antequam gravi oneretur peccatorum sarcina, tulerit jugum in juventute, singulariter sedebit: non cum plurimis conferendus, sed cum illo qui potest dicere : *Quoniam tu singulariter in spe constituisti me (Psal. iv, 10).*

B 11. Sed forte dicas: Quomodo jugum grave dicit Hieremias, cum in Evangelio Dominus dixerit : *Jugum meum suave et onus meum leve est (Matth. xi, 29)*? Ac primo discet, quia <sup>g</sup> Grævus jugum tantummodo posuit, non addidit grave. Tamen et illud advertet, quia etsi ita esset in Threnis (*Thren. iii, 27*), in Evangelio tamen *jugum suave* dixit, et *onus leve*, non jugum leve. Potest enim grave jugum Verbi esse, sed suave: grave adolescenti, grave juveni, cujus ætas est florulentior; ut nolit iugo Verbi subjiciendam animi præbere cervicem. Potest et grave Verbi jugum <sup>h</sup> videri propter onera disciplinæ, austeritatem correctionis, pondus abstinentiæ, restrictionemque lasciviæ; suave tamen esse fructu gratiæ, spe remunerationis æternæ, purioris conscientie suavi etc. C Tamen jugum Verbi suave dixit, onus obedientiæ leve; quoniam ei qui jugum Verbi patienti cervice susceperit, disciplinæ onus grave esse non poterit.

12. Qui ergo tulerit a juventute jugum, singulariter sedebit, et silebit, revelata sibi gaudens divini remunerationis æterna mysteria. Aut certe silebit, non opus habens excusatione peccati, quod matura confessione prævenit, et propterea correctione deposuit. Non enim dicitur huic : *Quæ in juventute non congregasti, quomodo invenies in senectute (Eccl. xxv, 5)*? Potest autem et sic intelligi, quoniam qui cito portaverit jugum Verbi, hoc est, a juventute, non se miscet cum juvenibus, sed sedebit seorsum et silebit; donec plena se perfectione virtutis erudiat,

Ambrosium non temere dixeris.

<sup>g</sup> Non ex hoc solo locu, sed ex aliis pluribus cognoscere est Ambrosium varias Scripturæ versiones consulere solitum. Certe quidem habetur tantum, apud LXX. *Ἀγαθὸν ἀνδρὶ ὅταν ἄρρη ζυγὸν*, etc. sed vocem grave admittunt vulgo Patres Latini, ut puta Hilarius Enarr. in psal. cxviii, v. 11. *Beih*, et Cassiodorus in eundem psal. vers. 147, quod vide or imitationem ab Ambrosio, serm. 9 in hunc ipsam psal., ubi eadem habet. Nobilitas distinctionem inter propheticum illud jugum atque Evangelicum ab Ambrosio hic propositam referens : *Quomodo jugum grave... dixerit Dominus: Jugum meum suave*, etc. ? subjungit : *Interpres Theodoret. quia tollit super se ipsum jugum grave.*

<sup>h</sup> Omnes edit., *videri præ pondere* (in edit. Rom., præ eliditur) *disciplinæ, austeritate*, etc.; omnes mss., e contrario, ut in corpore:

et magnam **1178** induat animo patientiam : dabitque percipienti maxillam suam, etiam cædis <sup>a</sup> contemnens injuriam; ut mandatis obsequatur cœlestibus.

15. Magnum est enim vel abstinere a vitiis juventutis vel eam in ipso juventutis vestibulo derelinquere, atque <sup>b</sup> ad seriora converti; lubricæ enim et perplexæ sunt viæ juventutis. Denique Salomon ait : *Tria mihi impossibilia sunt intelligere, et quartum quod non cognosco. Vestigia aquilæ volantis, et vias serpentis in petra, et semitas navis navigantis, et vias viri in juventute* (Prov. xxx, 18, 19). David autem ait : *Delicta juventutis meæ et ignorantiam meam ne memineris* (Psal. xxiv, 7). Juvenis enim non solum fragilitate lubricæ ætatis prolabitur, verum etiam ignorantia cœlestium mandatorum plerumque delinquit : cito autem meretur veniam, qui præterdit ignorantiam. Propheta itaque **B** dicit : *Delicta juventutis meæ et ignorantiam meam ne memineris. Non dicit : Delicta senectutis meæ, et scientiam meam ne memineris; sed quasi propheta, qui cito correxerit et emendaverit vitia juventutis, ætatem ignorantiamque præterdit.*

14. Valentinianus quoque etiam in delicto Prophetæ similis ait : *Delicta adolescentiæ et ignorantiam meam ne memineris. Nec solum dixit, sed etiam ante correxit errorem, quam disceret esse lapsum alicujus erroris. Itaque dicit : Correctionem juventutis meæ ne memineris. Error in pluribus est, in paucis correctio.*

15. Et quid jam de aliis dicam, qui etiam ludo juventutis putaverit abstinendum, resecandam <sup>c</sup> ætatis licentiam, severitatis publicæ duritiem molliendam, lenitatem senectutis in alienis annis deferendam ei, qui in periculum convicti criminis vocaretur? Ferebatur primo ludis circensibus delectari :

<sup>a</sup> Omnes edit.; *contentus injuria*; mss. nonnulli, *contenta injuria*, plures ac probatiores, *contemnens injuriam*.

<sup>b</sup> Ita mss. uno et altero excepto, ubi habetur *ad superiora* : contra vero edit. omnes efferunt, *ad saniora*. Quæ quidem lectio etsi usitatio videatur, licet tamen dicere *ad seriora* sin minus pro *ad magis seria*, saltem pro *ad magis sera*, intelligo *studia senectutis*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *ætatis lætitiæ*. Et hic etiam non pauca sunt, quæ alludere ad citatam Ciceronis orationem existimamus.

<sup>d</sup> Ex hoc loco deprehenditur Philostorgii adversus hunc principem iniquus animus; is enim de illo agens lib. xi, ita loquitur : *Cum ursis ac leonibus uteretur, annum agens vicesimum, vita simul atque imperio, et ferarum venationibus privatus est*. Sed quod evidentius signum emendationis edere potuit Valentinianus, quam quod solemnioribus etiam diebus hujusmodi abstineret spectaculis, et feras ipsas, quas ex Africa remotioribusque regionibus adduci consuevisse in lib. ii Officiorum, cap. 21, num. 109, observatum est, interficij jussit?

<sup>e</sup> Rom. edit., *negotia etiam in gulfibus... ducerentur, ut Daniellus spiritu adolescentem videret senilem ferre sententiam* : vet. autem edit. ac mss. nobiscum conveniunt, nisi quod in paucis tantum mss. invenitur particula *quæ post id senilem*.

<sup>f</sup> Jejunium hoc erat quidem ecclesiasticum, et non mere voluntarium, cum subjiciatur infra : *Quo et religioni sacræ satisfaceret*; non tamen liberum erat imperatori ejusdem jejunii diebus convivia ducibus suis solemniter exhiberi solita non præbere;

sie istud abstersit, ut ne solemnibus quidem principum natalibus, vel imperialis honoris gratia <sup>d</sup> circenses putaret esse celebrandos. Aiebant aliqui ferarum eum venationibus occupari, atque ab actibus publicis intentionem ejus abduci : omnes feras uno momento jussit interfici.

16. Audire in consistorio <sup>e</sup> negotia, et Daniellus spiritu, in quibus dubitarent senes, vel personæ alicujus contuitu ducerentur, congruam vero adolescentem videres senilemque ferre sententiam. Jactabant invidi, quod præmature prandium peteret : cœpit ita frequentare <sup>f</sup> jejunium, ut plerumque ipse impransus **1179** convivium solemniter suis Comitibus exhiberet : quo et religioni sacræ satisfaceret <sup>g</sup> et principis humanitati.

17. Scenicæ cujusdam forma ac decore deperire Romæ adolescentes nuntiabatur : jussit eam ad comitatum venire. Missus pretio depravatus, sine mandati effectu rediit : alterum misit, ne voluisse emendare vitia adolescentum, et non potuisse videretur. Datus est obtrectandi aliquibus locus ; deductam tamen nunquam <sup>h</sup> aut spectavit, aut vidit. Postea redire præcepit ; ut et omnes agnoscerent irritum ejus non esse mandatum, et adolescentes doceret ab amore mulieris temperare, quam ipse qui potuit habere in potestate, despexerat. Et hæc fecit, cum adhuc non haberet uxorem, et tamen exhiberet sui tamquam vinculus conjugio castitatem. Quis tam dominus servi, quam ille sui corporis fuit ? Quis tam aliorum arbiter, quam ille suæ censor ætatis ?

**C** 18. Quid de pietate ejus loquar ? qui cum homines nobili ortos genere, <sup>i</sup> et locupletis prosapia, quæ cito movere invidiam solet, regie cupiditatis accu-

maxime cum inter eosdem duces plurimi adhuc ethnicam sequerentur religionem.

<sup>a</sup> Mss. non pauci, *et princeps (unus, et ne princeps) humanitatis, scenicæ alicujus forma, et decore deperiret. Romæ adolescens nobilis nuntiabatur, jussit, etc.* Minus commode. Exstat porro in Cod. Theod. lex 5 de Scenicis anni 389, quæ prohibet idem hic Valentinianus *Thymelicam*, id est, scenicam mulierem, quæ modos et sultationes facit in thymele quæ orchestra pars erat, *ex Urbe abduci*. Hanc legem fortasse Ambrosii datam autumat Godefredus, nec male ad hanc referri historiam.

<sup>b</sup> Aut spectavit, nempe in scena : *aut vidit*, privatim videlicet.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *locupletes prosapia*. Sed hoc loco gravius discrimen in distinctione membrorum, quam in vocibus. Etenim omnes edit. sic interperungunt consequentia, *quæ cito movere invidiam solet regie cupiditatis, accusator urgetur, etc.* : mss. vero ita distinguunt, *quæ cito movere invidiam solet, regie cupiditatis accusator urgetur, etc.* Evidens sane est hunc ultimum sensum multo præstare; in priori enim crimen sive accusationis caput non exprimitur, secus vero in posteriori, nimirum accusatio *regie cupiditatis*, hoc est, affectati throni ac regii nominis. Quod porro negabat imperator passurum se esse, ut quidquam cruentum *diebus sanctis stateretur*, extra controversiam est paschales ferias hic designari, quæ hoc nomine propter festi præcellentiam appellabantur. Ambrosius de illis ita loquitur, epist. 20, num. 6 : *Itaque sanctis diebus hebdomadis ultimæ, quibus solent debitorum lazari vincula, etc.* Veneratio autem horum dierum hic in Valentiniano erat eo laudabi-

sator urgeret, præfectus insisteret, respondit ut nihil a cruentum sanctis præsertim diebus statueretur. Et cum post aliquot dies accusatoris legeretur libellus, calumniam a pronuntiavit, accusatum libere, donec præfectus cognosceret, observare jussit. Neque ante aut postea quisquam tanti criminis sub adolescente imperatore formidavit invidiam. Risit adolescens, quod robusti metuunt imperatores.

19. Miserat propter recuperanda templorum jura, b sacerdotiorum profana privilegia, cultus sacrorum suorum, Roma legatos; et, quod est gravius, senatus nomine nitebantur. Et cum universi, qui in consistorio aderant, christiani pariter atque gentiles dicerent esse reddenda, solus velut Daniel (*Dan. xiii, 35*), excitato in se Dei Spiritu, arguebat perfidiæ christianos, gentilibus obviabat dicens: Quod pius frater eripuit, quomodo a me putatis esse reddendum? cum in eo et religio lædatur et frater, a quo se nollet pietate superari.

1180 20. Et cum paterno conveniretur exemplo, quod sub patre suo ea nullus abstulerat, respondit: Patrem meum laudatis, quia non abstulit; nec ego abstuli. Numquid pater meus reddidit, ut me debere reddere postuletis! Postremo etiamsi pater reddidisset, frater abstulerat, imitatore in ea parte fratris esse me mallet. Aut numquid meus pater augustus fuit, et frater non fuit? Par utrique debetur reverentia, et par utriusque est circa rempublicam gratia. Utrumque imitabor: ut et non reddam quod pater reddere non potuit; quia nullus abstulerat: et servem quod a fratre est constitutum. Postulet parens Roma alia quæcumque desiderat: debeo affectum parenti, sed magis obsequium debeo salutis auctori.

21. Quid de amore provincialium loquar, vel quod eos ipse complectebatur, vel qui ab iis consultori suo rependebatur, quibus nihil unquam indici passus

lior, quod non modo lege 3 de Indulg. crim. a Valentiniano seniore lata, quæ in hoc festo variorum scelerum fontes solvi jubebat, rei majestatis excipiebantur; verum etiam tribus aliis legibus, quas hic ipse Valentinianus noster annis 381, 384, et 385 promulgavit.

a Rom. edit. cum superior. edit., *calumniam pronuntiaturus*; at sequenti versu eadem sola, *obversari jussit*; mss. autem utrobique, ut nos in textu.

b Mss. nonnulli, *sacerdotum jura*. Duobus porro diversis temporibus gentiles religionum suarum restitutionem a Valentiniano juniore postulaverunt, anno scilicet 384, quo præfectus Romæ Symmachus erat, cujus Relationi Ambrosius epistola 17 et 18 respondit. Cum autem tum temporis nihil impetrassent, occasione, ut autumabant, commodiorem nacti, reducere nimirum Constantinopolim Theodosio, et Valentiniano in Galliis ab Arbogaste in servitutem propemodum redacto, priorem suum conatum, sed effecto irritato, iteraverunt. De hac ultima petitione loquitur hoc loco sanctus Præsul, quam paulo ante obitum hujus principis ei oblatam infra significat. Utramque autem egregie distinguit epist. 57, ad Eugenium, unde Paulini error detegitur ad legationem Cæsari in Gallias missam duos Ambrosianos libellos referentis, ut ad eandem epistolam observavimus. Quod vero priorem relationem hic silentio Ambrosius præterit, et modestiæ causa facit, ne se ipse laudare videretur, et honoris in Valentinianum, ad quem

A est? Præterita, inquit, non queunt solvere, novæ poterunt sustinere? c Ex hoc laudant provinciam Julianum: et ille quidem in robusta ætate, iste in processu adolescentiæ; ille plurima reperit, et exhaussit omnia; iste nihil invenit, et omnibus abundavit.

22. Audivit in Transalpinis partibus positus, ad Italiæ fines barbaros propinquasse: sollicitus ne alieno hoste suum regnum attentaretur, venire properabat, cupiens dimittere Gallicana otia, et pericula nostra suscipere.

23. Hæc mihi cum aliis communia. Illa privata, quod sæpe me appellabat absentem, d et a me initiandum se sacris mysteriis præferbat. Quin etiam cum rumor quidam ad Viennensem pertulisset urbem, quod invitandi ejus ad Italiam gratia eo pergerem; quam gaudebat, quam gratulabatur me sibi optato adfore! Mora ei adventus mei prolixior videbatur. Atque utinam adventum ipsius nullus prævenisset nuntius!

24. Jam promiseram me profecturum, respondens e vel honoratis petentibus, vel præfecto, ut tranquillitati Italiæ consulere, me sicut superfluo ingerere non possem propter 1181 verecundiam, ita necessitatibus non defuturum. Confirmatum hoc erat: f ecce postridie litteræ de instruendis mansionibus, investio ornamentorum regalium, aliæque ejusmodi quæ ingressurum iter imperatorem significarent. Quibus rebus ab ipsis a quibus fuerant postulata, intermissa legatio est.

25. Reus mihi videbar speratæ meæ præsentis nec impletæ: sed utinam viventi tibi hunc deberem reatum! Excusarem quod nulla tua audissem pericula, nullas tuas accepissem litteras, quod non potuissem propriis animalibus occurrere, etiamsi iter ingressus essem. Itaque securus veniæ, dum dies subduco, adventus tui iter lego; ecce g rescriptum

secundæ repulsionis gloria redibat universa.

e Julianum apostatam intellige, a quo nonnulla provincialibus remissa discimus ex lege 11 de Immunit. conc., lege 4 de Indulg. debit., et lege item 1 de Aur. Coron. Eiusdem principis liberalitatem ethnici scriptores mirum quantum efferant. Adists Libanium et Mamertinum in ejus Orat. panegy. et Ammianum lib. xxv Hist. cap. 4, quem locum cum iis quæ lib. xvi, cap. 5, idem dixerat, ægre conciliari fatetur Valesius.

d Vet. edit. cum parte mss., et a me *initiatum*. Rom. cum alia parte, et a me *initiatum*; quod potius habendum sequentia plane persuadent; quibus etiam addere licet, quæ ad Theodosium epist. 53, num. 2, scribit vir sanctus.

e Quinam dicantur honorati, explicatum est ad lib. II Offic. cap. 29, num. 150. Quod autem subdit se ab adenando imperatore verecundia revocari, plane congruit cum epist. 1, ad Gratian, num. 1.

f Mss. non pauci: *Ecce post triduum*. Continuo vero post *instruendis mansionibus*, quarum hic fit mentio, nihil aliud significatur, quam publica quædam diversoria, quæ principibus iter facturis, rectoribus, atque adeo militibus ipsis præparabantur, cum proficiscerentur in expeditionem. Vide Cassiodorum lib. xii Variar. epist. 18 et epist. 19.

g Ad id quod hic legimus, *rescriptum accipio*, referenda sunt illa ex epist. 53, n. 2, ut a me *baptismate initiaretur, scribendum arbitratus est*; unde haud

accipio, ut sine mora pergendum putarem, eo quod vadem fidei tuæ habere me apud Comitem tuum velles. Num restiti? num moratus sum? Additur eo ut properarem cœcis, nec arbitrarer causam itineris mei synodum Gallorum esse episcoporum, <sup>a</sup> propter quorum frequentes dissensiones crebro me excusaveram: sed ut ipse baptizaretur.

26. In ipso egressu gestarum jam rerum indicia potui cognoscere, sed properandi studio nihil advertere poteram. Jam superabam Alpium iuga, et ecce nuntius amarus mihi et omnibus de tanti morte imperatoris. Reflexi iter, et fletibus meis lavi. Quibus ego votis omnium proficiscebam? quo gemitu omnium revertabar? non enim imperatorem sibi, sed salutem ereptam putabant. Quanto ipse angebar dolore? primum quod tantus princeps, quod dulce pignus meum, quod ita mei cupidissimus occidisset. Quos ego astus ejus illo biduo fuisse comperi, quo litteris quas ad me miserat, supervixit? Vesperi profectus est <sup>b</sup> silentiarius, tertio die mane quærebat jamne remeasset, jamne venirem: ita sibi salutem quandam venturam arbitrabatur?

27. O juvenis optime, utinam te viventem invenire potui sem, utinam te d. latio aliqua **1182** meo reserverasset adventui! Nihil de aliqua mei virtute polliceor, nihil de ingenio atque prudentia: sed quanta ego cura inter te et Comitem tuum, quanta sedulitate concordiam et gratiam refudissem? Quam me ipsum pro tua obtulisset fide, quam in me ipsum eos recepissem, <sup>c</sup> quibus ille se timere dicebat? Certe si Comes non esset inflexus, tecum remansis

mediocriter probabile est non de rescripto proprio dicto intelligendum, sed de litteris ipsa Valentini manu exaratis, cujusmodi epistolam a Gratiano se accepisse Ambrosius testatur epist. 4; num. 5. In epistola porro 55, nulla causa cur sancti viri adventum imperator expeteret, offertur, præterquam illius baptizandi: at in hoc eccedio præmittitur altera, nimirum ut vadem æret Ambrosius pro imperatore apud Arbogastem. Certe occultæ illius offensiones in professis inimicitias eroperant, ut Gregorius Turon. ex Sev. Alexandro scriptore synchrono tradit l. b. ii, Histor. cap. 10. Zozius lib. iv, et Philostorgius lib. xi, cap. 1. Nullum autem ad reconciliandos Cesaris et Comitis animos Præsule nostro magis idoneum esse potuisse ex iis patet, quibus quanto in pretio apud eundem Comitem Ambrosius esset, in hujus Vita narrat Paulinus.

<sup>a</sup> Constat quidem dissensiones illas materiem fidei neutiquam spectasse; nunquam enim Ambrosius tanto illius defendendæ ardore semper flagrans, presentiam suam synodis hujuscemodi subtraxisset: sed ille vel contentiones fuerunt inter Arelatensem ac Viennensem antistes exorta, ut censet Quesnelius Dissert. pro S. Hilar. Arelat. vel motus quidam eorum occasione, qui cum librianis communicaverant, excitati: qua de re diximus in annotatis ad epist. 24 et epist. 26.

<sup>b</sup> Multæ leges quæ ad silentiarios pertinent, in Cod. Theod. exstant tit. de *Decurion. et Silent.* Horum officium erat, dum imperator in consistorio esset, aut cum sui-exterisve consilium haberet, ad fores excubare. Sed ex eorum schola nonnumquam delibebant, qui principibus ferrent imperata, ut cum ex hoc loco, tum ex Philostorgii lib. vii, cap. 7, cognoscere est. De iisdem agit Bulegerus lib. iii de *Imp. rat. Rom.* cap. 10.

<sup>c</sup> Ita vet. edit. et omnes mss.; at Rom. edit. præ-

sem. Præsumebam de te, quod ipse me audires, si pro te non esse auditum videres.

28. Multa habueram, quæ tenerem: nunc nihil habeo præter lacrymas et fletus. Quotidie mihi major <sup>d</sup> ad dolorem es, crescis ad gemitum. Omnes quanti me feceris protestantur: omnes absentiam meam causam tuæ mortis appellant. Sed non sum Elias, non sum propheta, ut potuerim futura cognoscere: sed sum vox clamantis in gemitu, quo possim defflere præterita. Quid enim habeo quod melius faciam, quam ut tibi lacrymas pro tanto tuo in me affectu rependam? Ego te suscepi parvulum, <sup>e</sup> cum legatus ad hostem tuum pergerem: ego Justinæ maternis traditum manibus amplexus sum: ego teus iterum legatus repetivi Gallias, et mihi dulce illud officium fuit pro salute tua primo, deinde pro pæce atque pietate, qua fraternas reliquias postulabis: nondum pro te securus, et jam pro fraternæ sepultura: honore sollicitus.

29. Sed revertamur ad Threnos, et ipsa doloris ingrediamur viscera: *Quid testabor, inquit, tibi, ut quid assimilabo tibi, filia Hierusalem? Quis saltem te faciet, et quis consolabitur te, virgo filia Sion? quia magna facta est super te contritio tua. Quis sanabit te* (Thren. ii, 15)? Quis autem me consolabitur a quo a'ii petunt consolationis officium (Thren. iii, 45)? *Implevit me amaritudine, inebriavit me felle. Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo* (Jerem. iv, 19), ut prophætico utar eloquio; quoniam quem in Evangelio eram generaturus, amisi.

30. Sed ille non <sup>f</sup> amisit gratiam, quam poposcit.

misit præpositionem *a* voci *quibus*, unde sensus efficitur omnino contrarius. Veteri enim lectione significatur Arbogastem timorem præteridisse, ne quibusdam suarum partium periculum crearetur ab imperatore; Romana vero lectione exprimitur eundem Comitem sibi ipsi ab aliquibus imperialibus ministris vim aut insidias pertinuisse.

<sup>d</sup> Mss. non pauci, *ad dolorem crescis ac gemitum. Omnes quanta mihi feceris protestantur.*

<sup>e</sup> Duas legationes ab Ambrosio ad Maximum constat esse susceptas, de quibus agit pluribus epistolarum suarum locis sanctus Augustinus. Videsis epistolam 20, et n. 25, epistolam 24, num. 20, et epistolam 24 cum nostris ad eam observatiunculis.

<sup>f</sup> Non alius forsitan e catholicis Patribus absolutam accipiendi baptismatis necessitatem magis asseruit quam Ambrosius variis locis, sed potissimum lib. ii de Abraham cap. 11, num. 24; Sermon. 5 in Psal. cxviii, num. 14, et lib. de Mysteriis cap. 4, num. 20. Verum omnia illa testimonia sic accipi debere, ut baptismum, quem dicunt in voto, cum baptismus in aqua haberi nequit, ad salutem sufficere minime negetur, plerumque faciunt quæ hic et infra de eodem baptismi voto traduntur. Innocentius tertius pont. max. epistola Crononensi episcopo scripta sinceram ejusdem sacramenti desiderium, cum ipsum in recipere non licet, salutem afferre Doctoris nostri testimonio confirmat: quam opinionem tum ejusdem Ambrosii, tum Augustini auctoritate amplecti se dicit Bernardus Tractatu ad Hugonem Victorinum. Denique tunc ipsum Oratorum hujusce locum in memoratæ sententiæ confirmationem communiter citant Hugo Vict. de Sacram. Baptism. cap. 5, beatus Thomas III p., q. 68. a. 2, Magister Sent. in iv, dist. 4. § *Sunt et alii*, et post eos vulgus scolasticorum.

qui mihi in sermone, quo utebar ad **1183** plebem, A hodie resurrexit. Nam cum <sup>a</sup> in tractatum incidissem propositæ lectionis, quod populus pauper benediceret D um; quærere cœpi quis esset hic populus, et distinguere quod esset populus, alter dives, alter pauper: dives Judeorum, pauper Ecclesiæ: dives ille eloquiis sibi creditis, iste pauper aliena eloquia mutuatus. Merito pauper; quia congregatus a paupere est, illo videlicet, qui pauper factus est, cum dives esset, ut nos ejus inopia ditaremur: exinanivit enim se, ut omnes repleret (II Cor. vii, 9).

31. Sed quomodo pauper qui habebat æternitatis divitias, et plenitudinem divinitatis? Denique in carne erat, et dicebat: *Amodo videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram virtutis* (Matth. xxvi, 64). Et alibi ad Petrum dicit: *Tibi dabo claves regni cælorum* (Matth. xvi, 19). Ille ergo pauper, qui regnum cæleste donabat? Sed audi quomodo pauper: *Tollite, inquit, jugum meum super vos; quia mitis sum, et humilis corde* (Matth. xi, 29). Ideo et populus ejus pauper est, non indigentia, quem divite illo populo video ditiozem; non solum enim oracula prophetarum, sed etiam apostolorum meruit divino fusa Spiritu habere præcepta.

32. Non ergo inopia pauper, sed pauper spiritu, cui dictum est: *Beati pauperes spiritu: ipsorum est enim regnum cælorum* (Matth. v, 3). Vere beati pauperes, qui acceperunt quod divites non habebant. Ex hoc numero est ille propheticus pauper, de quo scriptum est: *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum* (Psal. xxxiii, 6). Ex hoc populo ille, qui ait: *Argentum et aurum non habeo, sed quod habeo, hoc do tibi: In nomine Jesu Nazareni surge, et ambala* (Act. iii, 6). Ille ergo pauper <sup>b</sup> auctor populi pauperis dicit: *Deus, laudem meam ne taceris; quoniam os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt super me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me, et expugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligere, detrahebant mihi: ego autem orabam* (Psal. cxviii, 2 et seq). Bonum scutum oratio, quo omnia adversarii ignita spicula repelluntur (Ephes. vi, 16). Orabat ergo Dominus Jesus, et ejus imitator Valentinianus orabat.

33. Sed forte dicatur: Quid ei profuit sua oratio? Ecce in primo vitæ occidit cursu. De celeritate mortis, non de genere loquor; non enim accusationis voce utor, sed doloris. Sed etiam Dominus orabat, et crucifixus est; hoc enim orabat, ut peccatum mundi tolleret. Audiamus ergo quid oret Christi discipulus: utique quod magister docuit. Docuit autem ut vigilemus et oremus, ne ingrediamur in

<sup>a</sup> Adverte, lector, quanto studio verbi divini prædicationi incumbere solebat sanctus Antistes; quandoquidem quo die funebrem imperatoris orationem habiturus erat. Evangelium prius populo interpretari non omiserit. Sed a nobis jam alibi observatum est, eum quandoque eodem die semel et iterum e suggestu verba fecisse.

<sup>b</sup> Nonnulli mss., *actor populi pauperis.*

<sup>c</sup> Illic intelligas Arbogastem quosdam ex amicis Valentiniani ad necem poposcisse tanquam sibi in-

tentionem, hoc est, ne incidamus in peccatum. Illic est enim tentatio christiani, si in suæ animæ periculum prolabatur: mortem autem timere non est perfectionis.

34. Rogare autem quis debet et pro inimicis suis, orare etiam pro persecutoribus, sicut Dominus orabat, dicens: *Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt* (Luc. xxiii, 34). Vide clementiam magnam. **1184** Illi suum persequabantur auctorem, ipse adversarii etiam gravia peccata donabat; quin etiam ignorantiae velamine excusabat admissum, dicens: *Quia nesciunt quid faciunt*; nam si scirent, Dominum non persequerentur suum, in cujus potestate ac jure salutem esse suam arbitrantur. Et quia non sola Christi persecutores ejus erant morte contenti, addebant maledicta atque convicia, ut ait ipse: *Maledicent ipsi, et tu benedices* (Psal. cxviii, 28). Docuit nos quod timere maledicta persecutorum minime debeamus, cum habeamus benedictionis auctorem: nec movere nos convicia debeant, ubi presul est, qui possit auferre maledicta.

35. Quid illud quod mori non timuit? Immo pro omnibus se obtulit <sup>c</sup> dicens quod frustra innocii in invidiam vocarentur, quod frustra propter se alii periclitarentur: sibi que potius mortem optabat, ne ipse aliis causa mortis esset. Hoc est illud Evangelicum Domini in ipsa sui captione dicens: *Si me quæritis, sinite hos abire* (Joan. xviii, 8). Occidit itaque pro omnibus quos diligebat, pro quo amici sui parum putabant, si omnes perirent.

36. Advertimus quem circa amicos suos habuerit animum, quem <sup>d</sup> erga germanas suas habuerit affectum consideremus. In ipsis requiescebat, in ipsis se consolabatur, in ipsis relaxabat animum, et fessæ eius corda mulcebat. Rogabat eas, ut si quo pueritiæ suæ lapsu, si sermone aliquo offensa a fratre viderentur, ignoscerent, veniam sibi a Domino Deo deprecarentur. Manus, capita sororibus osculabatur, immemor imperii, memor germanitatis: et quanto magis aliis potestatis jure præstaret, hoc se magis humilem sororibus exhibebat. Rogabat ut non meminissent injuriæ, meminissent gratiæ.

37. Acciderat ut quoddam de earum possessione audiret negotium; tantus enim erat, ut etiam in causa sororum æquus forte arbiter a provincialibus æstimaretur: quod etsi circa sanctas necessitudines suas charitate propenderet, tamen pietatem suam justitia temperaret. Audivit negotium non de jure, sed de possessione prædii. Hinc pietas pro sororibus, inde misericordia pro orphanis causa certabat; ut pro eo apud ipsas interveniret sorores. Remisit ad

fensos, et forte illud est quod movit editores Romanos, ut supra num. 27 reponerent, *a quibus ille se timere dicebat*, sicut ibidem observatum est.

<sup>d</sup> Valentiniano sorores tres fuisse reperuntur, *Justa, Grata, et Galla*. Cum autem hæc ultima, quæ nupsit Theodosio, jam defuncta esset, relinquuntur priores tantum duas huic orationi interfuisse, quas perpetuæ virginitatis servasse propositum ad epist. 53, annotavimus.

judicem publicum negotium, ne aut jus, aut pietatem læderet. Privatim tamen, quantum ex proposito nobilium puellarum advertimus, pium sanctis sororibus impressit affectum; ut concedendi prædii voluntatem haberent, indicium darent. Vere dignæ tanto fratre germanæ, <sup>a</sup> quæ id quod mater sibi reliquerat, mallent de suo potius jure laxare, quam fratrem in sua causa verecundiam sustinere.

38. Hæc est vobis, sanctæ animæ, hæreditas pretiosior fraternæ laudis et gloriæ, his vos pius frater nobilior ore et ditioris reddidit, qui **1185** caput vestrum non gemmis onerabat, sed oculis: manus vestras non tam regalibus ambiebat insignibus, quam imperatorio ore lambebat. In vestræ fructu præsentis omne ponebat solatium, ut nec ipsam nimis desideraret uxorem. Ideo nuptias differebat, <sup>b</sup> quia plus eum vestræ gratiæ pascebat affectus. Hæc vobis desiderio amplius, quam dolori sint; ut fraterna gloria plus reficiat mentem, quam dolor torqueat. Pascunt frequenter et lacrymæ, et mentem allevant: fletus refrigerant pectus, et mœstum solantur affectum.

39. Durum quidem funus videtis; sed stabat et sancta Maria juxta crucem Filii, et spectabat Virgo sui unigeniti passionem. Stantem illam lego, fentem non lego. Unde dixit ei Filius: *Mulier, ecce filius tuus. Et discipulo dixit: Ecce mater tua* (Joan. xix, 26, 27); hæreditatem illis charitatis suæ et gratiæ derelinquens. In quo vobis, pia pignora, quoniam fratrem vestrum servare propter mea peccata non merui, affectum paternum exhibere desidero. Illum intueor in vobis, illum teneo, illum puto esse mihi præsentem; immo <sup>c</sup> utrumque germanum, quos velut oculos mihi effossos arbitror. Felicius episcopos persequuntur imperatores, quam diligunt. Quanto mihi beatus Maximus minabatur? In illius odio laus erat, in horum amore <sup>d</sup> supplicii feralis hæreditas. Utinam, filii, pro vobis liquisset hunc spiritum fundere! Compendium doloris inveneram, et gloriosius mihi fuerat pro tantis obire pignoribus.

40. Sed ad vestram, sanctæ filiæ, consolationem revertar, quamvis rerum gestarum acerbitas vim omnem consolationis absorbeat. Quæ si brevis sit, nihil affert quo mœstum affectum demulceat: sin prolixior, longiore affert admonitionem doloris. Quo enim prolixior fueris, hoc magis in consolando afficies eum, quem consolari velis, et diutius mœsorem ejus tenebis.

<sup>a</sup> Omnes edit., quæ ei quod mater: mss. vero melius, quæ id quod mater.

<sup>b</sup> Omnes edit. et mss. aliquot, quia plus eum: reliqui mss., quia plus eum.

<sup>c</sup> Gratianum et Valentinianum, in quos amorem suum, qualibet occasione nata, significare non pretermittit. Quod autem ad minas Maximi, quarum continuo post mentio habetur, adenda est epist. 24 ad Valentinianum hunc destinata.

<sup>d</sup> *Supplicii feralis*, id est, funebris, inquit Nannius. Feralis hic non a fera dicitur, sed a feriis, id est, inferiis mortuorum. Est autem hic feralis hæreditas, idem quod exequialis; quæcumque enim ad mortuos pertinent, feralia dicuntur. Ita ille.

41. Non igitur velut <sup>e</sup> penicillo quodam sermonis mei vestras abstergam lacrymas; neque enim id facere vellem, etiamsi possem: est enim piis affectibus quædam etiam flendi voluptas, et plerumque gravis lacrymis evaporat dolor. Sed id postulo, ne vel infixum pectori vestro fratrem <sup>f</sup> duris gemitibus revellatis, vel avertatis planctibus, vel requiescentem excitetis. Ille vobis maneat in corde, ille viva in pectore, ille amplexibus piis hæreat, ut solebat; ille fraterna oscula premat, ille semper in oculis sit, semper in oculis, semper in alloquiis, semper in mentibus: ille jam talis, ut ei nihil timeatis sicut ante. Obliviscamini ejus ærumnam, teneatis gratiam. Ille vobis auxiliaturus speretur, ille noctibus **1186** præsul assistat, illum a vobis jam nec somnus excludat. Propter ipsum delectet quies, ut vobis gratior revertatur. In vobis est, filiæ, ut fratrem vobis jam nemo possit auferre.

42. Sed corpus ejus tenere desideratis, tumulum circumfusæ tenetis. Ille tumulus fratris vobis habitatio sit, ille sit aula palatii, in quo chara vobis membra requiescent.

43. Quod si me ad illum revocatis dolorem, quod cito excessit e vita: nec ego abnuo immatura obitæ ætate, quem nostræ vitæ temporibus sulcire cuperemus; ut <sup>g</sup> de nostris annis viveret, qui fungi non potuit suis.

44. Sed quæro utrum aliquis sit post mortem sensus, an nullus? Si est, vivit; immo quia est, vita jam fruitur æterna. Quomodo enim non habet sensum, cujus anima vivit, et viget, et remanet ad corpus; et faciet illud, cum refusa fuerit, reviviscere? Clamat Apostolus: *Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non tristes sitis, sicut et cæteri qui spem non habent. Nam si credimus quod Jesus mortuus est, et resurrexit; ita et Deus illos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo* (1 Thes. iv, 12, 13). Manet ergo eos vita, quos manet resurrectio.

45. Quod si gentes, quæ spem resurrectionis non habent, hoc uno se consolantur, quod dicant <sup>h</sup> quod nullus post mortem sensus sit defunctorum, ut per hoc nullus remaneat sensus doloris: quanto magis nos consolationem recipere debemus; quia mors metuenda non sit, eo quod finis sit peccatorum: vita autem desperanda non sit, quæ resurrectio reparatur? Job quoque docet nec mortem timendam, et potius optandam piis, dicens: *Utinam in inferis*

<sup>e</sup> Penicillus etsi proprie ex penicillis, hoc est, caudis animalium constet, quibus pictores inducendis coloribus utuntur; non tamen infrequens est eis pro spongiis usurpari, quomodo in Eunuchis Terentii act. iv, sc. 7. Sic P. Nannius.

<sup>f</sup> Ita omnes mss.; omnes vero edit., duris gemitibus relevetis; absurdo sensu. Quid enim est, duris gemitibus relevari?

<sup>g</sup> Alluditur ad solemnem acclamationis formulam, de qua Tertullianus in Apolog. : *De nostris annis tibi Jupiter auget annos.*

<sup>h</sup> Hic locus paulo uberius tractatur lib. i de Excensu Satyri nam. 71, quem consule.



*me custodires, et absconderes me, donec mitigetur ira tua, et constituas mihi tempus, in quo memor sis mei. Si enim mortuus fuerit homo, a vivet. Consummans dies vitæ meæ sustinebo, donec iterum fiam. Tunc vocabis, et ego tibi obediam: opera autem manuum tuarum ne despicias (Job. xiv, 13, 14).*

46. Esto tamen, dolendum sit quod primæva oblerit ætate; gratulandum tamen quod virtutum stipendiis veteranus decesserit. Tanta enim fuit emendatio vitæ ejus in illo omnibus lubrico adolescentiæ tempore, tanta laus morum ejus, ut omnem memoriam doloris obducat. Quod enim obiit, fragilitatis est: quod talis fuit, admirationis. <sup>b</sup> Quam beata fuisse respublica, si eum diutius servare potuisset! Sed quia vita sanctorum non hic in terris est, sed in cælo (justis enim (Philip 1, 21, 23) vivere Christus, et mori lucrum, quia dissolvi et cum Christo esse multo melius), dolendum est quod nobis cito raptus sit, consolandum quod ad meliora transierit.

**1187** 47. Denique David moriturum filium flebat, mortuum non dolebat (II Reg. xii, 20). Flebat ne sibi eriperetur, sed flere desivit ereptum, quem sciebat esse cum Christo. Et ut scias verum esse quod assero, incestum Ammon filium flevit occisum (II Reg. xiii, 56), parricidam Abessalon doluit interemptum dicens: *Filius meus Abessalon, filius meus Abessalon* (II Reg. xviii, 53), innocentem filium non putavit esse lugendum, quia illos sibi periisse pro scelere, hunc pro innocentia credidit esse victurum.

48. Nihil ergo habetis quod gravissime doleatis in fratre: <sup>c</sup> homo natus est, humanæ fuit obnoxius fragilitati. Nemo se redemit a morte, non dives, non ipsi reges; immo ipsi gravioribus subjacent. Job dixit: *Numerati anni dati sunt potenti, timor autem ejus in auribus ejus; quando videtur habere pacem, tunc veniet ejus eversio (Job. xv, 20).* Vobis quoque ipsis tam acerba incidisse patienter ferre debetis, quæ videtis vobis communia esse cum sanctis. Etiam David amissis filiis destitutus est: optasset illos tales obire, qualis vobis frater ereptus est; ille crimina doluit, non exitum filiorum.

49. Sed esto fuerit ingeniscendum. Quousque luctus tempora protrahuntur? Duorum mensium curricula in fraterni funeris quotidiano clausistis amplexu. Sola in Scripturis Jephthe filia fletus sui tempora postulavit, cognito quod pater ejus profecturus ad prælium voverat quia id rerum potitus offer-

<sup>a</sup> Rom. edit., *vivet, consummans dies vitæ ipsius. Sustinebo*, etc. Quæ lectio congruit cum Vers. LXX; vet. autem edit. et mss. inter se consentiunt, nisi quod mss. pro *consummans* fere legunt *consumas*: at hic lapsus est librariorum. Cæterum hæc lectio ad Hebræum textum, et Vulg. nostram magis accedit.

<sup>b</sup> Quam paucissimis verbis absolutam Valentiniani laudem complexus est sanctus Ambrosius, neque tamen eam in ullam adulationis suspicionem fas est adducere, cum de virtutibus ejusdem principis eadem testentur et alii multi. Videbis Sozomenum lib. vii, cap. 22, Nicephorum lib. xii, cap. 36, et alios.

ret Domino, quod sibi primum occurreret. Post victoriam revertenti occurrit filia, <sup>d</sup> ignara pietatis, ignara promissi. Vidit eam, et ingemuit pater, dicens: *Heu me, filia, impedisti me, in stimulum doloris facta es mihi. Ego enim aperui os meum de te ad Dominum, et non potero avertere. Illa dixit ad eum: Pater, si in me aperuisti os tuum, fac mihi ut exiit de ore tuo. (Judic. xi, 35).* Et iterum dixit: *Sine me mensibus duobus, et vadens flebo in montibus super virginitatem meam ego, et compares amicæ meæ (Ibid., 37).* Itaque duobus exactis regressa mensibus, sacrificii munus implevit; quæ decreto populi Israel quaternis in anno diebus ab ejusdem plebis feminis deplorabatur.

50. Ad desendum igitur suæ virginitatis florem duos sat esse menses Jephthe filia judicavit, et adhuc non venerat resurrectio; et hoc spatio temporis satis putavit a paucis se esse defletam; vobiscum omnes populi defleverunt, omnes ingemuerunt provinciæ; et adhuc parva putatis vestra hæc esse supplicia? Si fratrem vestro redimere possetis exitio, nollet tamen ille vestra afflictione resuscitari; quia se melius vivere **1188** credidit in vobis, qui optavit potius se ipsum mori, quam vestram videre injuriam qui pro vobis se libenter fuit paratus offerre, qui ipso <sup>e</sup> nostri doloris die dicitur hanc solam emisisse vocem. *Væ miseris sororibus meis! Itaque magis vestram destitutionem, quam suam mortem dolebat.*

51. Sed audio vos dolere, quod non acceperit sacramenta baptismatis. Dicite mihi quid aliud in nobis est, nisi voluntas, nisi petitio? Atqui etiam dudum hoc voti habuit, ut et antequam in Italiam venisset, initiaretur, et proxime baptizari se a me velle significavit; et ideo præ cæteris causis me accersendum putavit. Non habet ergo gratiam quam desideravit: non habet quam poposcit? Certe quia poposcit, accepit. Et unde illud est: *Justus quacumque morte præventus fuerit, anima ejus in requie erit (Sapient. iv, 7).*

52. Solve igitur, Pater sancte, munus servo tuo, quod Moyses quia in spiritu vidit, accepit: quod David, quia ex revelatione cognovit, emeruit. Solve, inquam, servo tuo Valentiniano munus, quod concupivit: munus quod poposcit sanus, robustus, incolumis. Si affectus agritudine distulisset, tamen non penitus a tua misericordia esset alienus, qui celeritate temporis esset, non voluntate fraudatus. <sup>f</sup> Solve ergo servo tuo munus gratiæ tuæ, quam ille num-

<sup>c</sup> Sic lib. n, de excessu Satyri, num. 3, flendam fraternam mortem ex eo negat, quod mors sit communis omnibus. Uterque vero locus ad id respicit, quod apud Ciceronem lib. iii, Tuscul. Quæst. Telamo dicit. *Ego cum gemui, moriturum scivi.*

<sup>d</sup> Omnes edit. ac mss. aliquot, *ignara pietatis*: mss. vero melioris notæ, *quara pietatis*, optimo sensu. Etenim cum patri revertenti obviam processerit omnium prima, quomodo pietatem parentibus a filiis debitam ignorasse dicenda erit?

<sup>e</sup> Ita cuncti cod. scripti, uno excepto, quicum eferunt omnes edit. *vestri doloris die.*

<sup>f</sup> Nannius verborum sequentium sententiam hanc

quam negavit, qui ante diem mortis templorum privilegia denegavit, a his urgentibus, quos revereri posset. Adstabat virorum caterva gentilium, supplicabat senatus: non metnebat hominibus displicere, ut tibi soli placeret in Christo. Qui habuit spiritum tuum, quomodo non accepit gratiam tuam?

53. Aut si quia solemniter non sunt celebrata mysteria, hoc movet, ergo nec martyres, si catechumeni fuerint, coronentur; non enim coronantur, si non initiantur. Quod si suo<sup>b</sup> abluuntur sanguine, et hunc sua pietas abluat et voluntas.

54. Ne quaeso, eum, Domine, a fratre sejungas, nec jugum hoc pie germanitatis patiaris abrumpi. Hic tuus jam, et tuo iudicio vindicatus, periclitatur amplius Gratianus, si separetur a fratre, si non mereatur esse cum eo, per quem merui vindicari. Quas ille nunc manus ad te, Pater, erigit? quas pro fratre preces fundit? quo ei inhaeret amplexu? quemadmodum sibi eum non patitur avelli?

55. Adest etiam pater, qui militiam sub Juliano, et tribunatus honores fidei amore contempsit. **1189** Dona patri filium, fratri germanum suum, quorum utrumque imitatus est: alterum fide, alterum devotione pariter atque pietate in templorum privilegiis denegandis. Quod patri defuerat adjunxit: quod frater constituit, custodivit. Et hinc adhuc intercessionem adseisco, cui remunerationem presumo.

56. Date<sup>d</sup> manibus sancta mysteria, pio requiem

esse ait: Solve Valentiniano gratiam baptismi, et christianitatis, cum ille tibi semper gratificatus sit. Per id autem quod subiungitur de negata religionum profanarum instauracione, ab Ambrosio probari putat Valentinianum. Ch isto nunc iam non esse gratificatum. In hoc vero certum est errasse Nannium, quod templorum privilegia ante diem mortis ab imperatore negata ad rejectum Symmachi Relationem refert. Sed de hoc alibi jam satis dictum.

<sup>a</sup> Vet. edit. ac mss. aliqui d. *insurgentibus*; Rom. edit. et reliqui mss., *his urgentibus*.

<sup>b</sup> Idem sensus fuit totius christianae antiquitatis circum martyres solo suo sanguine baptizatos. Et certe ne Ambrosius videretur hic liqui ad gratiam, vide quae tradit Serm. 3 in pal. cxviii. num. 14. Sed ei praeiverat Tertullianus lib. de baptis., cap. 16. Cyprianus epist. 75, ad Joban., et alii, sicut eosdem Augustinus posterioresque in hoc secuti sunt.

<sup>c</sup> Legimus apud Socratem lib. 1, Histor. cap. 1, Valentinianum nostri parentem, cum sub Juliano desertore triumphus esset, iussum idolis sacrificare, cingulum militariae abiecit, ne religionem Christi abjureret. Scribit vero Sozomenus lib. vi, cap. 6, eundem Valentinianum, cum imperatorem in laeum quoddam ingredientem comitatus, a sacerdote aqua lustrali aspersus esset, vidente Casare, tinctam illam et clamidis partem statim abscondisse, et conviciis invecum esse in sacerdotem, cui etiam ab eodem pugnum impactum narrat Theodoretus lib. iii, cap. 16. Quod autem ab ipso sublata non esse templorum iura significamus, de hoc abunde diximus ad Relationem Symmachi, et epist. 17 ac 18.

<sup>d</sup> Animus ubi de corporibus egressa essent, si bonae crederentur lares; si male, lemures; si vero ambiguum foret utri ordini jungenda essent, manes vocatas esse et observat Nannius. Verum hanc differentiam deletam brevi fuisse idem adjicit, cunctisque animabus, imma etiam infernis dicit hoc nomen attributum. Sed plura de manibus reperies apud Vos-

A ejus poscamus affectu. Date sacramenta caelestia, e animam nepotis nostris oblationibus prosequamur. Extollite populi mecum manus in sancta, ut eo saltem munere vicem ejus meritis rependamus (Psal. cxxxiii, 2). Non ego floribus tumulam ejus aspergam, sed spiritum ejus Christi odore perfundam. Spargant alii plenissima calathis, nobis liliam est Christus. Hoc reliquias ejus sacraho, hoc ejus commendabo gratiam. Numquam ego piorum fratrum separabo nomina, merita discernam. Scio quod Dominum commemoratio ista conciliet, et copula ista deleat.

57. Nec putet aliquis quidquam meritis eorum obitus celeritate detractum. Raptus est Enoch (Gen. v, 24), ne malitia mutaret cor ejus (Sap. iv, 11) et Josias decimo octavo anno regni sui ita Domini pascha celebravit, ut omnes retro principes devotione superaret, nec diutius suae fidei meritis supererit; immo quia plebi Judaeae grave imminerebat exitium, res justus ante sublatus est (IV Reg. xxiii, 21). Melius ergo ne et tu nobis aliqua nostri offensione sis raptus, f ut octavo decimo regni tui anno imminere mali acerbitatem, quasi justus, evaderes.

58. Sed jam chara mihi complectar viscera, et debito condam sepulcro; prius tamen singula membra perspiciam. Valentinianus meus, juvenis meus, et candidatus et rubeus (Cant. v, 10), habens in se imaginem Christi; talibus enim prosequitur Ecclesia in Canticis Christum. Nec injuriam putes: h chara-

sium in Etymol. ad eandem vocem. Praeterea tamen Nannius monet hic forte imitationem esse horum verborum e Virgilio: *manibus date lilia plenis*; hoc est, non a voce *manes*, sed a voce *manus* dictionem *manibus*, hic duciam esse. De quo nos infra.

<sup>e</sup> Edit. Amerb. et Eras., *animam piam matris oblationibus*; Gil. et Rom. *animam piam nostris oblationibus*; mss. vero, *animam nepotis*, etc. Neque dubites legitimam esse hanc lectionem: quod enim de floribus subiungitur, plane demonstrat Ambrosium ad Virgilio versus alludere, qui lib. vi, *Aeneid.* citatum supra hemistichium continuo sequuntur in haec verba.

Purpureos spargam flores, animamque nepotis  
His saltem accumularem donis, etc.

Mos quippe erat charissimorum tumulis flores aspergere, ut praeter alios multos Hieronymus epistola 26, ad *Pammach.*, indicat.

<sup>f</sup> Ita edit. Amerb. et Eras. cum cunctis mss. Gil. autem ac Rom. edit., *ut octavo regni tui anno*. Non recte ut a Baronio ad annum. 392 observatum est: cum enim x k lendas Decembris ann. 375 declaratus sit imperator, necatusque idibus maiis an. 392. hinc inducitur anno regni 18, sed primo et ultimo non completis extinctum esse, quod instituta cum Josia rege comparatio etiam confirmat.

<sup>g</sup> Vet. edit., *candidus et ruber*; edit. Rom., *candidus et fulvus*.

<sup>h</sup> Revera tam servi, quam milites olim notis quibusdam inurebantur: primi, ne alienus eos pro suis vindicaret; secundi, ne militiam deserere ipsis liceret. Hinc Pauli verba ad Epist. ad Galatas, cap. vi, *Ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto*, ad priorem inscriptionem Erasmus refert, eadem vero ad posteriorem notas alludere censet Grutius. De militari inustione ad Lipsum lib. 1, dial. 9, de seryorum consule Jos. Laurentium lib. 1, Polyval. dissert. 9. Porro non possumus nobis hic temperare.

ctere Domini inscribuntur et servuli, et nomine imperatoris signantur milites. Denique et ipse Dominus dixit : *Nolite tangere Christos meos* (Ps. civ. 15), *et vos estis lux mundi*. Et Jacob dixit (Math. v, 14) : *Juda, te laudabunt fratres tui* (Gen. xlix, 8). Ad filium loquebatur, et Dominum revelabat. Et de Joseph dictum : *Filius meus ampliatus, filius meus* **1190** *ampliatus Joseph* (Ibid., 22), et Christum significabat.

59. Licet ergo et mihi caractere Domini signare servulum : *Juvenis meus candidus et rubeus, electus e decem millibus* (Cant. v, 10). Electus est filius meus, cum post mortem patris, b parvulus adscisceretur imperio. *Caput ejus aurum cephas, oculi ejus sicut columbæ super abundantiam aquarum* (Ibid., 11). *Ibi enim sedimus et fluvimus*, dixerunt qui inde venerunt (Ps. cxxxvi, 4).

60. *Venter ejus pyxis eburnea* (Cant. v, 11), qui reciperet oracula Scripturarum, ut posset dicere : *Ventrem meum doleo* (Jerem. iv, 19). sicut dixit propheta; dicit enim hæc, qui imitator est Christi.

61. *Genæ ejus sicut phialæ aromatis* (Cant. v, 15), quibus Christi infuebat unguentum.

62. *Labia ejus sicut lilia e distillantia myrrha plena. Manus ejus tornatæ, aureæ, plenæ Tharsis* (Ibid., 15, 14); eo quod in verbis ejus justitia refuigeret, in factis et operibus reniteret gratia : in quo et plenum virtutis et auctoritatis regalis esset alloquium, nec inflexa aliquo mortis terrore constantia, d et factorum pretiosa et emendata correctio; omnis enim bonus operarius manus Christi est.

63. *Fances ejus e dulcedines, et totus desiderium* (Ibid., 15). Quam dulcia enim omnia judicia ejus universorum faucibus adhæserunt! Quanta gratia sermones ipsius singuli recensentur! Quemadmodum, fili, desideraris a populis? Mihi certe impressi-ti, quæ pectore teneo verba illa postrema quibus me vadem tuum fieri postulabas. Reliquisti ipse de me testimonium judicii gloriosi. Ego tibi fidem meam exhibere non potui, quam parabam; dixi tamen absens, et dicentem me fidem pro te Christus audivit. Tenetur in cælo sponsio mea, etsi non tenetur in terris. Obligatus sum Deo, etsi non potui homini-bus obligari.

64. Locutus sum de corpore tuo, nunc alloquar

quin Dallæi adversus Ambrosium insimulemus malignitatem. Qua enim sinceritate lib. ii, de Usu Patrum asserit Scripturam ad lusum adhiberi ab Ambrosio, eumque his quæ de Christo et Ecclesia dicuntur in sacris Canticis, Gratiano et Valentino ea licentia accommodare, qua poetæ utuntur? Sed quis non videat, eum qui prætermisso quanta cautione ac veneratione vir sanctus hanc adaptationem præmolierit, ita loquatur, non tam ad veri investigationem quam patrum suggillationem scribere? Cæterum qui seriem orationis attentius paulo expendit, facile agnoscat a doctore nostro hos textus Valentiniæ tamquam Christi imitatori solum aptari.

a Mss. nonnulli, *te collaudent, duo, te collaudant*. Sed non modo contra sacrorum codicum consensum, verum et contra quam ab Ambrosio ipso citatur libro de Bened. c. Patriarch., cap. 4, n. 16.

b Scriptores inter se consentiunt id contigisse x kal.

A animam tuam dignam propheticis ornamentis. Iisdem igitur utar exordiis : *Quænam est hæc prospiciens sicut diluculum, speciosa ut luna, electa ut sol* (Cant. vi, 9). Videor mihi te videre fulgentem, videor audire dicentem : *Diluculum mihi est, pater. Nox terrena præcessit, dies cælestis appropinquavit* (Rom. xiii, 12) *Prospicis nos igitur, sancta anima, 1191* de loco superiore, tanquam inferiora respiciens. Existi de tenebris istius sæculi, et ut luna resplendes, ut sol refulges. Et bene ut luna, quia et ante in umbra licet istius corporis refugas et terrarum tenebras illuminabas, et tunc lumen a sole justitiæ mutata clarum diem ducis. Videre igitur videor te tanquam de corpore recedentem et repulsa noctis caligine surgentem diluculo sicut solem appropinquantem Deo, et rapido volatu sicut aquilam, quæ terrena sunt, relinquentem.

65. *Convertere, Solamitis, convertere; et videbimus te* (Cant. vi, 12). Convertere ad nos pacifica; ut gloriam tuam sororibus tuis monstres, et incipiant se tuæ quietis et gratiæ securitate solari. Semel tantum ad nos convertere, ut te videamus, et rursus convertere, atque ad Hierusalem illam civitatem sanctorum tota intentione festina. Aut certe quia ad animam piam Christus hoc dicit, jubet illam paulisper converti; ut nobis gloria ejus appareat, et requies futura cum sanctis : et postea præcipit eam ad illud supernum sanctorum festinare consortium.

66. *Quid vid. bitis, inquit, in Solamitide, quæ venit sicut chori castrorum* (Cant. vii, 1)? hoc est, in ea C quæ multum et adversus plurimos in corpore præhata est. Etenim pugnavit adversus extraneos hostes, pugnavit adversus lubricas sæculi mutationes, pugnavit adversus corporis fragilitates, adversus multiplices passiones. Audivit a Domino : *Convertere, Solamitis* (Cant. vi, 12). e Conversa est ad pacem semel in sæculo, conversa est iterata communione ad gratiam Christi; et ideo pulchra conversio ejus in sæculo, pulcherrimus incessus ejus et volatus in cæum.

67. Unde meretur audire : *Speciosi facti sunt gressus tui in calceamentis, filia Aminadab* (Cant. vii, 1), hoc est, filia principis; h speciosos enim processus habuisti in corpore, tanquam calceamento eo usa, non ut involucro; ut quasi superior et eminentior, quo velles tuum circumferres sine ulla of-

D Decembres anno 375, quotantum ille quadrimus erat. e Rom. edit. et pauci mss., *distillantia myrrha plenam*, quo etiam modo habetur in sacris paginis, et ab ipso et Ambrosio citatur in psal. 118, verum tamen vet. edit. cum mss. pluribus potioribusque nobis cum faciunt. Omnes vero edit. ac mss. in sequentibus satis consentiunt, nisi quod legunt nonnulli mss., *tornata utro*.

d Ultrix Paris. edit., *sanctorum pretiosa, etc.*

e Quidam mss., *dulcedinis et totus desiderabilis*.

f Rom. edit. sola. *certe te impressisti, qui corpore*.

g Ita vet. edit. ac mss. nisi quod pro *communione* legitur in quibusdam *communitio* : at Rom. edit. locum sic offert : *Convertere ad pacem. Semel in sæculo conversa est, conversa est iterata communione*.

h Omnes edit., *speciosa est enim processu, habitasti in corpore, etc.*; omnes mss. e contrario, ut nos in textu.

fensione vestigium : vel certe sicut calceamentum <sup>a</sup> illud exsolveres, sicut Moyses fecit, cui dictum est : *Solve calceamentum pedum tuorum (Exod. iii, 5).*

68. Dicit igitur tibi nunc pater Aminadab, ille populi princeps : *Audi, filia, et vide quoniam concupivit rex speciem tuam (Psal. xlv, 11).* Speciosi ergo facti sunt gressus tui in calceamentis, filia Aminadab. Moduli femorum tuorum similes torquibus (Cant. vii, 1), hoc est, consonans sibi in omnibus factis tuis gratia atque moderatio, magnorum æquavit insignia triumphorum. Denique moderatione tua et tranquillitate pacifica nec Gallia hostem sensit, et Italia hostem repulit, qui ejus finibus imminabat. <sup>b</sup> Torques autem insignia esse victoriæ dubitari non potest, cum ii qui in bello **1192** fortiter fecerint, torquibus honorentur.

69. *Umbilicus tuus crater tornatilis, c non deficiens mixto. Venter tuus aceruus tritici muniti inter lilia. Cervix tua sicut turris eburnea. Oculi tui sicut stagna in Ezebon (Ibid., 2 et seq.).* Bonus umbilicus animæ, virtutum omnium capax, sicut crater ab ipso fidei auctore tornatus. Sapientia enim in cratere miscuit vinum suum, dicens : *Venite, edite panes meos, et bibite vinum, quod miscui vobis (Prov. ix, 5).* <sup>d</sup> Umbilicus ergo iste tornatus omni decore virtutum non deficit mixto. Venter quoque ejus non solum justitiæ velut frumentario cibo replebatur, sed etiam <sup>e</sup> gratia suavitateque florebat sicut lilium. Cervix quoque ejus candida et pura, jugo Christi sponte subjecta, cogitationes rationabiles, fidei odor, circumcisionis attentio, ornatus capitis gloriosus; quod non regalia diademata, sed Dominici sanguinis insignia coronarent.

70. Merito tamquam rex peccati victor, et cœlesti corona redimitus ascendit, cujus animæ dicit Deus Verbum : *Quam pulchra et suavis facta es, charitas, in deliciis tuis (Cant. vii, 6)!* Pulchra per virtutis decorem, suavis per gratiam. Procera sicut palma, quæ vivacens est præmium.

71. Huic ascendenti animæ Gratianus frater occurrit, et complexus eam dicit : *Ego fratri meo, et super me conversio ejus (Ibid., 10);* vel quod sibi eum cupiat inbærere, vel quod pietate fraterna quasi advocatus assistat, dicens conversionem ejus etiam suæ gratiæ præferendam.

72. *Veni, inquit, frater meus, exeamus in agrum, requiescamus in castellis, diluculo surgamus in vineas*

**A** (*Ibid., 11, 12*), hoc est, venisti eo ubi diversarum virtutum fructus pro singulorum meritis deferuntur, ubi abundant meritorum præmia. Exeamus ergo in agrum, in quo non vacuus labor, sed secundus proventus est gratiarum. Quod in terris seminasti, hic meto : quod ibi sparsisti, hic collige. Aut certe veni in illum agrum, qui est odor Jacob, hoc est, veni in gremium Jacob, ut sicut Lazarus pauper in Abraham sinu, ita etiam tu in Jacob patriarchæ tranquillitate quiescas; sinus enim patriarcharum recessus quidam quietis æternæ (Luc. xvi, 22). Merito ergo Jacob ager est fructuosus, sicut Isaac patriarcha testatus est dicens : *Ecce odor filii mei tamquam odor agri pleni, quem benedixit Dominus (Gen. xxvii, 27).*

**B** 73. *Requiescamus, inquit, in castellis (Cant. vii, 11),* ostendens illic esse requiem tutiorem, quæ septo relictis refugii munita atque vallata, non exagiletur sæcularium incuribus bestiarum.

74. *In foribus inquit, nostris omnes fetus veterum : nova et vetera, frater meus, servavi tibi (Ibid., 13).* <sup>f</sup> *Quis dabit te, frater, fratrem mihi, lactentem ubera matris meæ? Inveniens te foris, osculabor te;*

**1193** *et quidem non spernent me : assumam te, et inducam te in domum matris meæ, et in secretum ejus quæ concepit me. Potum dabo tibi a vino operosius inveniendi, a fluxu malorum granatorum meorum. Latus ejus sub caput meum, et dextera ejus complectetur me (Cant. viii, 11 et seq.).* Promittit fratri augustæ memoriæ Gratianus præsto sibi fructus diversarum esse

**C** virtutum; <sup>g</sup> fuit enim et ipse fidelis in Domino, pius atque mansuetus, puro corde. Fuit etiam castus corpore, qui præter conjugium nescierit feminæ alterius consuetudinem.

75. Ideo in foribus sedis suæ habet fructus paratos, nec longe petendos. Offert quæ servaverit fratri nova et vetera, hoc est, et Testamenti veteris, et Evangelii sacramenta, et dicit : *Quis dabit te, frater, fratrem mihi lactentem ubera matris meæ,* hoc est, non quicumque te, sed Christus, illuminavit gratia spiritali. Ille te baptizavit, quia humana tibi officia defuerunt. Plus adeptus est, qui minora te amissis credebas. Quæ sunt ubera Ecclesiæ, nisi sacramenta baptismatis? Et bene ait, *lactentem,* quasi eum qui baptizatus lactis nivei succum requirat. **D** *Inveniens,* inquit, *te foris, osculabor te,* hoc est, extra corpus te reperiens, osculo mysticæ pacis amplectar. Nemo

<sup>a</sup> Vet. edit. cum mss. aliquot, *illud exsolvere*; Rom. edit. cum aliis nonnullis mss., *illud exsolve*; melius cæteri cod., *illud exsolveres*.

<sup>b</sup> Inter præmia, quibus victores milites donabantur, fuisse etiam torques proditum reperies apud J. Lipsium lib. v de Milit. Rom., dial. 17.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, hic et infra, *non deficiens musto*; melius reliqui, et cunctæ edit. *non deficiens mixto*; LXX, *μη ὑστερούμενος χράμα*. Continuo etiam post, nonnulli mss. pro *muniti* legunt *minuti*, sed jam dictum est de hac lectione.

<sup>d</sup> Codex Remig., *Ergo umbilicus si stet ornatus, etc.*

<sup>e</sup> Ita mss. ad unum, nisi quod *sicut* prætermittit.

tur in bene multis : edit. autem, *gratia maritum, quæ florebat*, vet. etiam edit. omittunt, *sicut*. Quod vero habetur paulo infra in omnibus edit. ac mss. aliquot, *cogitationes rationabiles, etc.*, non pauci mss. ita exhibent, *cogitationes rationabiles fidei, odor circumcisionis, attentio ornatus, caput gloriosum*. Minus concinne.

<sup>f</sup> Rom. edit. sola hic et infra : *Quis dabit te fratrem*. Biblia sancta *fratrem* omittunt.

<sup>g</sup> Non unus Ambrosius virtutes Gratiani celebravit, neque enim de ipsis minora quam ille prodiderunt Rullinus lib. ii Hist. cap. 43. Paulinus Aquileiensis lib. xii Hist. et Ausonius in Panegyrr.

te spernet, nullus excludet, in penetralia te et arcana Ecclesiae matris inducam, et in omnia secreta mysterii; ut bibas poculum gratiae spiritualis.

76. Amplexatus igitur fratrem, deducere eum cepit ad propriam mansionem: \* et quia pio officio ad ulteriora processerat, cum fratre cepit ascendere, petens ut sibi et fratri major illic charitas augeatur; eo quod vitia humana defecerant, invidia atque jactantia, quae in plerisque solent fraternae pietatis jura vacuare.

77. Videntes eos vel angeli, vel altae animae, quae-runt ab iis, quae veluti comitatu suo fratres hos et officio deducebant, dicentes: **1194** *Quae est haec quae ascendit candida, innitens super fratrem suum* (Cant. viii, 5)? Nec nos quidem dubitemus de meritis Valentiniiani, sed jam credamus vel testimoniis angelorum, quod deteresa labe peccati, ablutus ascendit, quem sua fides lavit, et petiitio consecravit. Credamus et siout alii habent, quia *ascendit a quarta*, hoc est, ex hoc arido et inculco loco ad illas florulentas delectationes, ubi cum fratre conjunctus aeternae vitae fruitur voluptate.

78. <sup>b</sup> Beati ambo, si quid mea orationes valebunt! nulla dies vos silentio praeteribit, nulla inhonoratos vos mea transibit oratio, <sup>c</sup> nulla nox non do-

<sup>a</sup> Mss. plerique, et quia pro officio. Minime male.

<sup>b</sup> Hic allusio manifesta est ad illos duos Virgilii versus e lib. vi Aeneid.:

Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt,  
Nulla dies unquam memori vos eximet aeo.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., *nulla vox*: melius alii, et edit., *nulla vox*; hic enim spondet sanctus Praesul non solum interdiu, verum etiam noctu pro Valentiniiani quiete oraturum. Cum porro tot sint loci et in libris de Excessu Satyri, et in hac sequentique Oratione, quibus precum ac sacrificiorum pro vita functis institutorum usus asseratur, ut tamen alii absent, hic unus sufficeret astruenda eidem veritati. Sed non solus Ambrosius illam testatur: alii quoque Patres eo concurrunt tanta frequentia, ut heterodoxi, antiquitatem ejusdem usus agnoscere coacti, tantum modo effectum ac finem ipsius obscure variisque strophis implicare conati sint. Respondebant hi quidem olim communi ac sui temporis opinioni Patres cessasse; verum cum a fide videretur omnino alienum, ut illi viri tam claris christianae religionis luminibus illustrati, tantoque illius ab omni labe ac macula vindicandae desiderio inflammati, hunc errorem, si quidem error hic esset, non deprehendissent, aut deprehensum ignava et turpi praevagatione non tam dissimulassent, quam confirmassent; a rectoribus deserta fuit ea responsio. Itaque Angli editores Querum Cypriani, ut hujus sancti auctoritatem hac in re eluderent, multum sed in vanum laboraverunt. Locus est ex epist. 4 illorum edit. ubi vir sanctus hoc modo scribit: *Quod episcopi antecessores nostri censuerunt, ne quis frater ad tutelam vel curam clericum nominaret: ut si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur*. Ex his autem verbis clarum est a Cypriano, ejusque decessoribus locum aliquem, in quo animae vivorum precibus juvarentur, admissum esse. Quid ad hoc editores? Concedunt quidem orationes oblationesque in fidei, spei et charitatis tesseras mortuorum ergo fieri solitas, negant vero easdem in illorum subsidium, aut ab ardoribus purgatorii ignis refrigerium fuisse institutas. Verum ut eorum responsionem mente sanctorum Patrum plane abhorreere demon-

straremus, quamvis abunde esset si lectores vacuo animo, et ab omnibus praeviciis expedito indicatos Ambrosii locos expendere tantum juberemus, nihilominus tamen duos <sup>e</sup> Patribus graecae latinque Ecclesiae adducere juvat, quorum sententiam opinionem Anglorum opponamus. Primus erit Epiphanius, qui Hær. 75, num. 3, Aerii errores enumerans, hujus haeretici verba sic refert: *Pergit deinde; et quae ratio est, inquit, post obitum mortuorum appellare nomina? Nam ut ritus oret, aut in pauperes bona sua dispenset, quid ex hoc tandem ad mortuum redit?* etc. En opinionem protestantium inter haereses relatum ab Epiphano. Sed parum esset, nisi catholicam sententiam constitueret; unde ut precum pro mortuis fructus declaret, illa subiungit: *Nam et justorum pariter et peccatorum mentionem facimus: peccatorum quidem, ut iis a Domino misericordiam impleremus: justorum autem...* ut D. J. Christum singulari quodam honore prosequentes, ab caeterorum hominum ordine segregemus, etc. Habetis doctrinam orthodoxam clare atque distincte expositam. Attamen adhuc apertius illam Augustinus explicat cap. 110 Enchir., num. 29, ubi postquam asseruit negandum non esse defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosyna in Ecclesia fiunt, quinam illi sint quibus ea profutura credantur, docet. Mortuis igitur in tres classes distinctis, quarum prima est valde bonorum, ultima valde malorum, quibus utrisque preces et orationes prodesse negat, addit medium quendam ordinem esse nec valde bonorum, neque rursus valde malorum, quibus vivorum pietas prodest: oblationes igitur et eleemosynas *pro valde bonis esse gratiarum actiones, pro non valde malis propitiations, pro valde malis qualescumque vivorum consolationes*. Neque dixeris Ambrosium nostrum de Valentiniiano tanquam jam beato hic passim loqui; non enim aut de beatis, aut de Satyri, Theodosiive beatitate aliter venit intelligendus, nisi quasi qui pia quadam credulitate ductus loquatur; cui remunerationem praesumo, inquit num. 47. Quae quidem pia persuasio quominus etiam nunc pro bene multis demortuorum preces offeramus, nihil prohibet.

79. Quomodo ceciderunt patentes? Quomodo uterque super illa Babylonis ceciderunt flumina? Quomodo rapidiora <sup>d</sup> utriusque vitae suere curricula, quam ipsius Rhodani sunt fluentia? O mihi Gratiane et Valentiniane speciosi et charissimi, quam angusto vitam sine clausistis! quam proxima vobis mortis fuere confinia! quam sepulcra vicina! Gratiane, inquam, et Valentiniane, in vestris nominibus adhærere juvat, atque delectat in vestri commemoratione requiescere. O omnibus Gratiane et Valentiniane speciosi et charissimi! Inseparabiles in vita, et in morte non estis separati (II Reg. 1, 25). Non vos diserevit tumulus, quos non discernebat affectus.

<sup>d</sup> Nonnulli mss. utrisque viris suere curricula?

**1195** Non causa mortis separavit, quos pietas una jungebat. Non virtutum distantia dispares fecit, quos religio una fovebat. Super columbas simpliciores, super aquilas leviores, super agnos clementiores, super vitulos innocentiores. Gratiani sagitta non est revera retro, et Valentiniani justitia non fuit vacua, nec inanis auctoritas. Quomodo sine pugna ceciderunt potentes?

79. Doleo in te, fili Gratiane, suavis mihi valde. Plurima dedisti tue pietatis insignia. Tu me inter tua pericula requirebas, tu in tuis extremis me appellabas, meum de te plus dolebas dolorem. Doleo etiam in te, fili Valentiniane, speciosus mihi valde. Deciderat amor tuus in me, sicut amor pignoris. Tu per me putabas eripi te periculis: tu me non solum ut parentem diligebas, sed ut redemptorem tui, et liberatorem sperabas. Tu dicebas: Putasne, **1196**

<sup>a</sup> Omnes edit. ac pauci mss., *Et quia nemo: plures vero et probatiores, Domine, etc.*

A videbo patrem meum? Speciosa de me voluntas tua, sed non efficax præsumptio. Hei mihi vana spes in homine! sed tu in sacerdote Dominum requirebas. Hei mihi quod voluntatem tuam non ante cognovi! Hei mihi quod non clanculo ante misisti! Hei mihi qualia amisi pignora! *Quomodo ceciderunt potentes, et perierunt arma concupiscenda* (II Reg. 1, 27)?

80. <sup>a</sup> Domine, quia nemo habet, quod alii plus deferat, quam quod sibi optat; non me ab illis post mortem separes, quos in hac vita charissimos sensi. *Domine, peto ut ubi ego fuero, sint et illi mecum* (Ioa. xvii, 24); ut vel illic eorum peretna copula fruatur, quia hic uti eorum diuturniore conjunctione non potui. Te quaeso, summe Deus, ut charissimos juvenis matura resurrectione <sup>b</sup> suscitares et resuscitares; ut immaturum hunc vite istius cursum maturiores suscitacione compenses. Amen.

<sup>b</sup> Ita mss. prope ad unum: edit. autem, et immaturum . . . . matura resurrectione compenses.

## IN ORAT. DE OBITU THEODOSII IMP. ADMONITIO.

Postquam Theodosius Magnus diem obiit Mediolani, Honorius ejus filius, quem ultimo affectus morbo et Oriente ad se acciverat, corpus illius Constantinopolim referri constituit, ut in sepulcro superiorum imperatorum ibidem conderetur. Quamobrem ut memoriae paternae, priusquam inde corpus amoveretur, justis persolveret, quadagesimo die a Caesaris obitu ejus parentalia more solemniter curavit celebranda. Dum igitur illi principi supremi honores exhiberentur, Ambrosius, praesente eodem Honorio, quem Occidentis imperatorem pater instituerat, hac oratione demortui virtutes commendavit.

Ducto exordio a prodigiis quae videbantur Theodosii mortem praenuntiasse, illum non regno excidisse, sed terreni loco caeleste accepisse affirmat (*Num. 1*). Subdit (*Num. 2*) filiorum ipsius lugendam non esse orbitatem, cum virtutum suarum haereditatem, gratiam Christi, et militum fidem illis reliquerit. Mox pergit illa funebri, qua patrem die quadagesimo prosequeretur Honorius, cum honoribus a Josepho cadaveri paterno exhibitis comparata (*Num. 3 et seq.*), feliciter Jacobo ostendit fuisse Theodosium, qui perit qui tyrannos atque idololatram prostravisset. Inde (*Num. 5 et 6*) ad principis veniens testamentum, per ille et subditis tributorum relaxationem, et illis qui pro Eugenio arma tulerant, veniam concedebat; ex hoc colligit ab illis omnibus imperatoris sui beneficia in filiis ejus remetienda. Sub quae conversus ad milites, ut quemadmodum eos fides Theodosii defenderat, ita et ipsi fide sua filiorum ejus adolescentiam defendat, exhortatur (*Num. 7 et seq.*), eosdem cum victoriae ex Eugenio divinitus relatae, tum variarum tanti principis virtutum memoria instigans (*Num. 12 et seq.*). Adjungit autem (*Num. 15 et 16*) Arcadium atque Honorium non minoris aetatis esse, quam Josias et Asa, quando regimen populorum cepissent; futurum vero et illis tanto uberius praesidium impetret a Deo Theodosius, quanto praer horum parentibus majori pietate excoluerat. Tum instituta psalmi cxiv expositione (*Num. 17 et seq.*), illum ad illustrandas ejusdem imperatoris virtutes adhibet (*Num. xxv, et seq.*), nimirum pietatem ejus, clementiam, justitiam et summam in subeundis publicae poenitentiae iugo humilitatem: quibus et alias quasdam quae suam in ipsum benevolentiam charitatemque pellebant (*Num. 53 et seq.*), ubi subjunxit, communem pro illo precationem et memoriam psalmi versibus concinnatam pronuntiat (*Num. 56 et seq.*), etiamsi passim testetur eundem virtutum suarum praemiis in caelo frui. Beatum illic eum esse affirmat, quod Gratiani, aliorumque liberorum et uxoris Facillae consortio jam potiatur sicut etiam Constantini christianorum imperatorum primi, quo sub principis a sancta Helena ejus parente Domineae crucis lignum detectum est (*Num. 39 et seq.*). Hujusce ligni praesentia fractam esse tyrannorum insolentiam, confirmatamque christianorum Caesarum fidem ac pietatem dicit: in primis vero Gratiani et Theodosii, quorum gloriam ei qua vivi floruerant, longe praestare asseverat (*Num. 52*). Denique (*Num. 53*) ubi demonstravit Theodosium gravi iugo pressum fuisse, primo cum pater ejus crudeli morte affectus fuit, iterum cum imperii pondus in se suscepit, postremo cum Maximum ac Eugenium bello adhortus est, Honorium postea consolatur (*Num. 54*), quod ipsi per publicam non liceat utilitatem perternum corpus prosequi Constantinopolim, quo illud nobilissima pompa referendum esse, ac cum ardeat felicem tam Augusto pignore futuram praedicat (*Num. 55*).

Huic orationi praefigitur in codicibus quibusdam haec epigraphe, *Psalmus cxiv, in Obitu Theodosii imp*

haud dubie propter expositionem ejusdem psalmi illic insertam, sed aliorum codicum tam scriptorum quam editorum potior inscriptio est. Porro cum eandem orationem die a morte Theodosii quadragesimo habitam constet, huncque principem xvi kal. januaris anni salutis 395 exspirasse æque certum sit, eandem vi kal. febr. dictam fuisse intelligimus. Neque tamen dissimulandum Magdeburgenses (*Centur. iv, cap. 4 et 13*), aliosque nonnullos an hoc epicedium Ambrosiotribuendum sit, in dubium revocasse. Verum nec mipimam dubii sui rationem reddunt, et contra ipsos intexta historicorum eventuum series, stylus operis, et Scripturæ interpretandæ et argumento accommodandæ ratio invicte pugnant.

# SANCTI AMBROSII

## MEDIOLANENSIS EPISCOPI

### DE OBITU THEODOSII ORATIO <sup>a</sup>.

**1197** 1. Hoc nobis<sup>b</sup> motus terrarum graves, hoc A juges pluviarum minabantur, et ultra solitum caligo tenebrosior denuntiabat, quod clementissimus imperator Theodosius excessurus esset e terris. Ipsa igitur excessum ejus elementa mœrebant. Cælum tenebris obductum, ær perpeti horrens caligine, terra quatiebatur motibus, replebatur aquarum alluvionibus. Quidni mundus ipse desleret eum principem continuo esse rapiendum, per quem dura mundi istius temperari so-lerent; cum criminum pœnas indulgentia præveniret.

2. Et ille quidem<sup>c</sup> abiit accipere sibi regnum, quod non deposuit, sed mutavit in tabernacula Christi jure pietatis [adscitus, in illam Hierusalem supernam, ubi nunc positus dicit: *Sicut audivimus, ita et vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri, quam Deus fundavit in æternum* (Psal. XLVII, 9). Sed plurimos tamquam paterno destitutos præsidio dereliquit, ac potissimum filios. Sed non sunt destituti, quos pietatis suæ reliquit hæredes: non sunt destituti, quibus Christi acquisivit gratiam, <sup>d</sup> et exercitus fidem: cui documento fuit Deum favere pietati, ultoremque esse perfidiæ.

<sup>a</sup> Scripta anno 375.

<sup>b</sup> Marcellinus in Chronico auctor est, profligato Eugenio, terram continuis motibus a mense septembri ad novembrem usque in quibusdam Europæ regionibus quassatam fuisse Arcadio III et Honorio II coss. hoc est, anno 394, qui Theodosii mortem antecessit.

<sup>c</sup> Vet. edit., *abiit sibi in regnum, quod*; Rom. edit. ac mss. aliquot, *abiit sibi, regnumque*: alii cod. ut nos in textu, si Belvac. excipias, ubi habes, *Et ille quidem regnum non deposuit*, etc.

<sup>d</sup> Theodosius cum iis ignovisset, qui Eugenio partes amplexi erant, illos in perpetuum et sibi et filiis suis devinxit. Hoc fateri coactus fuit Zozimus lib. IV *Hist.* et Claudianus, quem ethnicum etiam Orosius facit, eandem rem in *Panegy. de IV consul. Honor.* testificatur in ea verba, quibus nihil potest esse congruentius cum Ambrosio; sic enim ille:

Hinc amor, hinc validum, devoto milite, robur:  
Hinc natis mansura fides, etc.

<sup>e</sup> Rom. edit. sola, *alii tertium diem, alii trigesimum, alii septimum, et alii quadragesimum*. Sed nihil est mutandum in communi lectione, si modo in priori membro, *tertium diem, et trigesimum*; et in posteriori, *septimum et quadragesimum*, disjunctum accipias. Tertii diei, et quadragesimi mentionem facit Auctor

3. Ejus ergo principis et proxime conclamavimus **1198** obitum, et nunc quadragesimam celebramus, assistentes sacris altaribus Honorio principe; quia sicut sanctus Joseph patri suo Jacob quadraginta diebus humationis officia detulit, ita et hic Theodosio patri justa persolvit. Et quia<sup>e</sup> alii tertium diem et trigesimum, alii septimum et quadragesimum observare consueverunt, quid doceat lectio, consideremus. Defuncto itaque Jacob, præcepit, inquit, *Joseph pueris sepultoribus, ut sepelirent eum. Et sepelierunt sepultores Israel, et repleti sunt ei quadraginta dies; sic enim dinumerantur dies sepulturæ. Et luxit eum<sup>f</sup> Ægyptus septuaginta diebus* (Gen. I, 2). Hæc ergo sequenda solemnitas, quam præscribit lectio. Sed etiam in Deuteronomio scriptum est: *Quia planxerunt filii Israel Moysen diebus triginta, et consummati sunt dies luctus* (Deut. xxxiv, 8). Utraque ergo observatio habet auctoritatem; quia necessarium pietatis impletur officium.

4. Bonus itaque Joseph, qui formam pio muneri dedit, quem amabat pater, cuique dixit: *Adjuvet te Deus meus, et benedicat te benedictione terræ habentis*

C Constit. Apost. lib. viii, cap. 42; sed ab eo quod habet de die nono, discrepare videtur Augustinus Quæst. 172 in Gen., ubi negat mortuorum luctum a Christianis per dies novem propter paganorum novendial esse celebrandum: diem vero septimum e Scripturis divinis constituit. At Menardus in Concor. Regul. novem dierum, non autem noni diei observationem ab Augustino improbatam esse observat. Palladius in Lausiaca cap. 26, diem quadragesimi, et secundum codices aliquos etiam tertii commemorat. De tertio quoque, simul et de septimo, atque trigesimo Gregorius Magnus agit in Sacram., ubi de missa pro defunctis: nec non de trigesimo in lib. IV Dialog. cap. 55. Cæterum de hisce ritibus diligenter pertractant citatus Menardus in Conc. Reg., Cottelerius in Constit. Apost. loco citato, et plures alii.

<sup>f</sup> Gratianus legit, *Israel septem diebus*. Quam quidem lectionem licet non modo cunctis cod. Ambrosianis, verum et LXX Interpr. atque Vulg. contrariam esse decreti correctores agnoscant, defendi tamen posse contendunt, tum quod in omnibus Gratiani cod. etiam reperitur, tum quod eodem cap. Gen. Joseph et cæteri filii Israel implevisse septem dies commemorantur. Verum prima ratio id unum probat, Gratianum Ambrosiano exemplari minus integro usum fuisse: quod porro ad secundam, extra dubium



omnia, propter benedictionem mamillarum et vulvæ, A benedictiones matris tuæ, et propter benedictiones patris tui (Gen. XLIX, 25): pii patris soboles bona. Celebrat ergo et iste quadragesimam patris Jacob, supplantatoris illius; et nos celebramus Theodosii a quadragesimam, qui imitatus Jacob, supplantavit b perfidiam tyrannorum, qui 1199 abscondit simulacra gentium; omnes enim cultus idolorum fides ejus abscondit, omnes eorum ceremonias obliteravit: qui etiam iis qui in se peccaverant, doluit quam dederat perisse indulgentiam, c et veniam denegatam. Sed non negabunt filii, quod donavit pater: non negabunt, etiamsi quidam inturbare conatus sit; neque enim poterunt negare, quod in commune donavit, qui solvunt, quod singulis dedit.

5. Nihil gloriosius exitus tanti principis habuit, B d qui omnia jam filiis tradidisset, regnum, potestatem, nomen augusti: nihil, inquam, speciosius ei in morte servatum est, e quam quod in aliquantis promissa annonarum exigendarum relaxatio, dum moratur, facta est successio ejus indulgentiarum hæreditas; ut ille qui voluit impedire, sibi odium fecerit,

est locum, ubi constanter in Bibliis legitur septuaginta diebus hic allegari ab Ambrosio, non autem eum, qui a correctoribus indicatur.

a Nonnulli mss., quadragesimam, qui cum Jacob supplantavit.

b Extra controversiam est Maximum atque Eugenium tyrannos hoc loco designari: quod vero dicitur Theodosius abscondisse simulacra gentium, id referendum esse ad leg. 12 de Paganis, qua omnia sacrificia deorumque cultus prohibentur, Godofredus autumat. Verum cum ea lex vi idus Novembres ann. 392 data fuerit, hoc est, Eugenio post necatum idibus maiis Valentianum solum occupante, Ambrosii verba non ad illam tantum, sed etiam ad omnia quæ mortem ejusdem tyranni insecuta sunt, referri oportere non dubitamus. Etenim simulacra omnia, et universa victimarum genera post victoriam a Theodosio sublata esse non solum testantur Augustinus lib. v de Civit. Dei, cap. 26, Theodoretus Hist. lib. v, cap. 21, atque alii christiani auctores, verum etiam Zozimus lib. iv Hist. hanc eandem rem fusc describit.

c Vidimus jam supra ex ipsius Zozimi testimonio iis pepercisse Theodosium, qui steterant ab Eugenio. Hoc ipsum Claudianus quoque in Panegyri IV consul. Honor. celebrat istis versibus:

Post acies, odiis idem qui terminus armis.  
Profuit hoc vincente capi, etc.

Sed Grosius distinctius exponit lib. vii, cap. 35, præter Eugenium, qui captus fuit atque interfectus, et Arbogastem, qui proprium gladium in se convertit, neminem e victis occisum esse. Augustinus quoque lib. v de Civit. Dei, cap. 26, laudata Theodosii erga eorum qui in acie ceciderant, filios clementia, subjungit eam non permisisse, ut post victoriam privatae ejusquam valeret inimicitia. Verum tamen ex hoc Ambrosii loco intelligimus datam ab imperatore indulgentiam, ne ad aliquos perveniret, quorundam interpellatione prohibita. Et certe non omnibus statim veniam concessam fuisse testis est ipsemet sanctus Antistes epistola 61 et 62, quibus clementiam imperatoris in nonnullorum gratiam orat atque obsecrat: testis etiam Paulinus in ejus vita, ubi plurimos Ambrosii precibus ab imperatore venia donatos tradit. Sed hoc pii præsumptis modestia silentio voluit prætermisissum.

d Theodosius Arcadium xiv kal. Feb. anni 393

Theodosio tamen tantæ cumulus gratiæ non sit ademptus. Nec immerito, si enim privatorum ultimæ voluntates, et deficientium testamenta habent perpetem firmitatem; quomodo potest tanti principis esse irritum testamentum? e Gloriosius quoque in eo Theodosius, qui non communi jure testatus est; de filiis enim nihil habebat novum quod conderet, quibus totam dederat, nisi ut eos h præsentem commendaret parenti: et de subditis sibi et commissis testari debuit, ut legata dimitteret, fidei commissa signaret. Præcepti dari legem indulgentiæ, quam scriptam reliquit. Quid dignius, quam ut testamentum imperatoris lex sit?

6. Ergo tantus imperator recessit a nobis, sed non totus recessit; reliquit enim nobis liberos suos, in quibus eum debemus agnoscere, et in quibus eum et cernimus et tenemus. Nec moveat ætas: fides militum imperatoris perfecta 1200 est ætas; est enim perfecta ætas, ubi perfecta est virtus. Reciproca hæc, quia et fides imperatoris militum virtus est.

7. Recognoscitis nempe quos vobis i Theodosius fides triumphos acquisiverit. Cum locorum angustum

angustum creavit, ut auctores sunt Socrates, Sozomenus, et Marcellinus: Honorium vero post profugatum Eugenium iv idus Januar. ejusdem anni declaraverat imperatorem, ut ex Idatio, Prospero et aliis intelligimus.

e Omnes edit. ac plures mss., quam quod immaturis; Gill. in variis lect., quam quod immaturitate; Reg. cod. unus, quam quod in annis, qui cum uno aut alio cod. pro dum moratur legit dum moritur, non male sensa. In priore autem parte ex uno cod. Val. restitutum, quam quod in aliquantia, mirum in frumento, vino, oleo vel similibus; annonæ enim in speciebus exigebatur, ut constat e plurimis legibus cod. tit. de Annona et Tribut. Fusius quoque de Annona disputat Bulengerus lib. vi de Imper. Rom. cap. 1 et seq. Cæterum quod quæ hoc loco dicitur, ad vectigal Taliani referenda nonnulli putant, id quidem videtur satis obscurum: illud vero creditur, Honorium paternæ voluntati satisfacisse, nec de alia re intelligendos hosce Claudiani versus in iv Consul. Honorii:

Impia continui cessant augmenta tributi:  
Non infelices tabulæ, non hasta reflexas  
Vendit opes avidis, emptor non voce citatûr,  
Nec tua privatis crescunt æraria damnis.

f Reg. cod. unus, voluntates ad faciendum testamentum.

g Mss. aliquot, Gloriosus quoque, etc.

h Non deficit qui voces, præsentem commendaret parenti de Ambrosio ipso dictas crederet, propter ista scilicet Paulini verba: Nec dia clem. mem. Theodosius imp. susceptis filiis in Ecclesia, et traditis Sacrosancti, in hac luce fuit. Atqui verisimilius est Stiliconem illic designari, quippe quem Theodosius Honorii non modo tutorem instituerit, ut testificatur Zozimus lib. iv Hist., verum etiam ejusdem principis saceram destinaverit, Maria Stiliconis filia huic ipsi Honorio desponsata, quemadmodum in nuptiisque epithalamio canit Claudianus. Quamvis autem Rufinum Arcadii tutorem a Theodosio declaratum aliter mentis historiis; nihil tamen vetat, quin Theodosius utrumque filium Stiliconis fidei commendaret, ut Ambrosius hoc loco dicit, in quo etiam illi suffragatur poeta citatus lib. ii in Rufinum hisce versibus:

Jamque tuis, Stilico, Romana potentia curis,  
Et rerum commissus apex: tibi credita tritura  
Utraque majestas, etc.

i Quæ preterea se ad hoc bellum Theodosii par-



et impedimentis calorum agmen exercitus paulo se-  
rius in aciem descenderet, et inequitare hostis mora  
belli videretur, desilivit equo princeps, et ante aciem  
solutus progrediens, ait: Ubi est Theodosii Deus? Jam  
hoc Christo proximus loquebatur. Quis enim posset  
hoc dicere, nisi qui Christo se adhærere cognosce-  
ret? Quo dicto excitavit omnes, et exemplo omnes  
armavit. Et jam certe senior ætate, sed validus fide.

8. <sup>a</sup> Theodosii ergo fides fuit vestra victoria: ve-  
stra fides filiorum ejus fortitudo sit. Fides ergo auget  
ætatem. Denique nec Abraham, ut in senectute gene-  
raret filium, consideravit ætatem: nec Sara, ut pa-  
reret. Nec mirum si auget ætatem fides, cum repræ-  
sentet futura. Quid enim est fides; nisi rerum earum,  
quæ sperantur, substantia (Hebr. xi, 1)? Sic nos Scri-  
pturæ docent. Ergo si substantia eorum, quæ spe-  
rantur, fides est; quanto magis eorum, quæ videntur?  
Bona fides, de qua scriptum est: *Justus autem  
ex fide vivit* (Hebr. x, 30). Quod si substraxerit se,  
non placebit animæ meæ.

9. Nos autem non subtrahamus nos ad dispendium  
animæ, sed inhæreamus fidei ad animæ nostræ ac-  
quisitionem; quoniam in hac fidei militia testimo-  
nium consecuti sunt seniores nostri Abraham, Isaac  
et Jacob. Et ideo hæreditatem nobis fidei relique-  
runt. Fidelis Abraham, qui non ex operibus, sed ex  
fide justificatus est; quoniam Deo credidit: Isaac,  
qui per fidem nec gladium ferituri parentis expavit:  
Jacob, qui paternæ fidei vestigiis intentus **1201**,  
dum iter agit, angelorum vidit exercitum,<sup>b</sup> et vocavit  
concilium Dei (Gen. xxxii, 1).

10. Alibi quoque, id est, in libris Regnorum, Eli-  
sæus erat intra Samariam, et subito eum circumfus-  
sus Syrorum obsedit exercitus. Vidit eos Giezi, et  
ait ad dominum suum: *O domine, quid faciemus?* Et  
dixit Elisæus propheta: *Noli timere; quoniam nobiscum  
plures sunt, quam cum illis. Et rogavit ut aperiret  
Dominus oculos Giezi. Et aperti sunt oculi ejus, et vi-  
dit plenum montem equis et curribus in circuitu Eli-  
sæi. Et rogavit Elisæus ut percuteret eos Deus cæci-  
tate, et percussi sunt, et introierunt in civitatem, quo  
ingrederentur, nequaquam videntes* (IV Reg. vi, 15 et  
seq.). Audistis certe, milites, qui circumfusi estis,  
quia ubi perfidia, ibi cæcitas est. Merito ergo cæcus  
erat exercitus infidelium. Ubi autem fides, ibi exer-

citatus angelorum est. Bona itaque fides, quæ fre-  
quenter operatur in mortuis. Denique adversarius,  
et legiones suæ quotidiana martyrum virtute tor-  
quentur. Unde arbitror quod et illa chordarum citharæ  
ideo fides dicantur, quoniam et mortua sonum reddant.

11. Quo magis ac magis enitendum est, ne in hoc  
vivendi munere siti, simus ingrati: sed pii pigno-  
ribus principis sedulum ac patrium impendamus af-  
fectum. Solvite illis ejus, quod debetis patri. Plus  
debetis defuncto, quam debuistis viventi. Etenim si  
in liberis privatorum non sine gravi scelere minorum  
jura temerantur; quanto magis in filiis imperatoris?

12. Addatur eo cujus imperatoris? Imperatoris  
pii, Imperatoris misericordis, imperatoris fidelis, de  
quo non mediocre locuta est Scriptura dicens: *Ma-  
gnum et honorabile est homo misericors: invenire  
autem virum fidelem difficile est* (Prov. xx, 6). Si ma-  
gnum est misericordem aut fidelem quemcumque ho-  
minem invenire; quanto magis imperatorem, quem  
potestas ad ulciscendum impellit, sed revocat tamen  
ab ultione miseratio? Quid præstantius fide impera-  
toris, quem non extollat potentia, superbia non eri-  
gat, sed pietas incliniet? de quo præclare Salomon  
ait: *Iniqui regis imitatio similis rugitui leonis:  
sicut autem ros in herba, sic et hilaritas ejus* (Prov.  
xix, 12). Quantum igitur est deponere terrorem po-  
tentis, præferre suavitatem gratiæ?

13. Beneficium se putabat accepisse augustæ me-  
moris Theodosius, cum rogaretur ignoscere; et  
tunc propior erat veniæ, cum fuisset commotio  
major iracundiæ. Prærogativa **1202** ignoscendi erat  
indignatum fuisse: et optabatur in eo, quod in aliis ti-  
mebatur, ut irasceret. Hoc erat remedium reorum;  
quoniam cum haberet supra omnes potestatem,  
quasi parens expostulare malebat, quam quasi judex  
punire. Sæpe trementes vidimus, quos objurgabat, et  
convictos sceleris, cum desperasset, solutos cri-  
mine. Vincere enim volebat, non plectere æquitatis  
judex, non pænæ arbiter, qui numquam veniam con-  
fidenti negaret: aut si quid esset, quod occulta con-  
scientia involveret, Deo servabat. Hanc vocem ejus  
homines magis, quam pœnam timebant: quod tanta  
imperator ageret verecundia, ut mallet sibi homines  
religione quam timore astringere.

14. <sup>e</sup> Maximum philosophorum impunitatem fe-

verit, qua fide in ipso certamine ad opem divinam  
confugerit, quanta denique a Deo impetraverit pro-  
digia, Rufinus læcumentissime, et maxime ad Ambro-  
sii sensum explicat lib. ii Hist. cap. 32. Eumdem  
eventum diligenter quoque describunt Socrates lib.  
v, cap. 25. Sozomenus lib. vii, cap. 24, P. Orosius  
lib. vii, cap. 36. Quibus adjunge quæ nos ad Euar.  
psal. xxxvi, num. 25, annotavimus.

<sup>a</sup> Theodosii ergo fides... fortitudo sit, in mss. nostris  
desideratur: verum e contrario in omnibus exstat edit.

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, et vocavit Castra Dei.

<sup>c</sup> Hanc etymologiam argutam magis quam veram  
esse dicit Vossius in verbo *fido*, ubi rejecto etiam illo  
etymo, quæ fides citharæ ideo dicitur, quod tantum  
inter se chordæ ejus, quantum inter homines fides, con-  
cordent, Festus autumat, verum profertur.

<sup>d</sup> Quidam mss., vivendi munere satis simus ingrati.

<sup>e</sup> Vet. edit., *Iniqui regis imitatio*; mss. partim,  
*minatio*; partim, *minitatio*: at Rom. edit. recepit qui-  
dem vocem *minitatio*, sed expunxit vocem *iniqui*. At-  
tamen quamvis in sacris codicibus, quos nunc ver-  
samus, desideretur, Ambrosium in exemplari suo  
eam legisse propter consensum mss. hujus libelli  
credibile est.

<sup>f</sup> Reg. codex unus, *commotior*. Major iracundia  
prærogativa ignoscendi erat. Indignatum fuisse ex-  
optabatur in eo, quod in aliis timebatur, etc., non satis  
recte. Cum hoc porro loco de proclivitate Theodosii  
ad iracundiam, deque ipsius placabilitate operæ pre-  
mium fuerit: quæ hac ipsa de re epist. 51, num. 4,  
dicuntur, componere; nec non etiam illa consulere,  
quæ de iisdem principis hujus affectibus prodidit  
Aur. Victor in Epitome.

<sup>g</sup> In margine Rom. edit. ascriptum erat Arist.

runt dedisse iis facinoribus, quæ per iram commissæ forent; sed Scriptura divina melius ait: *Irascimini, et nolite peccare* (Psal. iv, 5). Maluit peccatum recidere, quam excusare. Satius est in indignatione laudem clementiæ reperire, quam ira in ultionem excitari.

15. Quis ergo dubitabit filiis ejus apud Dominum maximum præsidium fore? Domino favente, Arcadius imperator <sup>a</sup> jam validus juventa est: Honorius continuo pulsat adolescentiæ fores, provector ætate quam Josias. Ille enim destitutus patre, orsus imperium usque ad tricesimum et primum annum regni sui perduxit ætatem, et placuit Domino; quoniam præ cæteris regibus Israel Domini pascha celebravit, et ceremoniarum abolevit errores (IV Reg. xxii, 1 et seq.). Asa quoque adhuc invalidus corporis robore, <sup>b</sup> cum regnandi curricula recepisset, <sup>c</sup> quadraginta annis regnavit in Hierusalem: qui cum Æthiopum infinita urgeretur atque innumerabili multitudine, speravit <sup>c</sup> a Domino et in paucis se posse salvari (III Reg. xv, 8). Utinam tam fidelis processu, quam devotus exordio! Nam servatus in paucis et victor, postea a Syris auxilia, relicto Domino, postulavit, et medicos adhibuit ad pedum dolorem; accepto enim tanto indicio divini favoris, auxiliatorem suum derelinquere non debuit, sed tenere. Ideo ei nec medici profuerunt, et quasi incredulus mortem implevit.

16. Sed illorum patres Abias et Amos ambo infideles: Theodosius vero plenus timoris Dei, plenus misericordiæ, speramus quod liberis suis apud Christum præsul assistat, si Dominus propitius sit rebus humanis. Bonum est misericors homo, qui dum aliis subvenit, sibi consulit, et **1203** in alieno remedio vulnera sua curat. Agnoscit enim se esse hominem, qui novit ignoscere: et vias Christi sequitur, qui carne suscepta, maluit in hunc mundum redemptor venire, quam judex.

17. Unde pulchre Psalmista dixit: *Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ* (Psal. cxiv, 1). In quo psalmo dum legitur, velut ipsum Theodosium loquentem audivimus. *Dilexi*, inquit: agnosco vocem piam, cujus testimonia vocis agnosco. Et vere dilexit, qui officia diligentius implevit, qui servavit hostes, quid dilexit inimicos, qui iis a quibus est appetitus, ignovit, qui regni affectatores perire non est passus. Non mediocris, sed perfecti in Lege

lib. vii Ethic. cap. 6. Sed præterquam quod eo loci, quæ hic dicuntur ab Ambrosio, non satis clare inveniuntur, id temporis plaue inusitatum Patribus erat tam honorifice appellare Aristotelem. Et certe Ambrosiana verba non minus apte ad lib. ix Platonis de Legibus referri possent, si Ambrosius locum abs se lectum significaret.

<sup>a</sup> Vet. edit., *jam validus inventus est*; quædam Paris., *jam validus juvenis*; Rom. et mss. nobiscum faciunt. Arcadium porro, cum patre orbalus est, annis 20 natum fuisse Baronius affirmat, licet ei tantum septemdecim alii tribuant: Honorium vero decennem exstitisse inde cognoscas, quod Socrates, Idatius et Marcellinus eum *Richomere et Clearcho coss.* id est, ann. 384, natum memorant.

A vox ista est dicere: *Dilexi*. *Plenitudo enim Legis, dilectio est* (Rom. xiii, 10). Sed qui dilexerit, audiamus. <sup>d</sup> Cum tacetur genus dilectionis, utique divini charitatis gratia significatur, qua diligimus illud, quod est super omnia desiderabilia desiderabile, de quo scriptum est: *Diliges Dominum Deum tuum* (Deut. vi, 5).

18. Ergo discedens e terris pia anima, et sancto repleta Spiritu, quasi interrogantibus iis, qui sibi occurrerunt, cum sese ad sublimia et superna subrigeret, dicebat: *Dilexi*. Nihil hoc plenius, nihil expressius. Interrogabant angeli vel archangeli: Quid egisti in terris? occultorum enim solus cognitor Deus. Dicebat, *Dilexi*; hoc est dicere: Legem implevi, Evangelium non præterivi; hoc est dicere: Morti me obtuli, et tota die æstimatus sum sicut ovis occisionis (Psal. xliiii, 22). Et ideo confido, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Virtutes, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro (Rom. viii, 38, 39).

19. Hoc mandatum Legis etiam in Evangelio Dominus Jesus docet esse servandum, cum dicit ad Petrum: *Simon Joannis, diligis me?* et ille respondit: *Tu scis, Domine, quia diligo te*. Et iterum dixit: *Simon Joannis, diligis me?* et iterum respondit: *Etiam, Domine, tu scis quia diligo te*. Et tertio interrogatus ait: *Domine, omnia tu scis, tu nosti quis amo te* (Joan. xxi, 15 et seq.). Confirmavit itaque charitatem trina responsio, vel abolevit triniæ negationis errorem. Et hic trinam responsonem si querimus, invenimus: *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ* (Psal. cxiv, 1 et seq.). *Dilexi* quoniam inclinavit aurem suam mihi, ut in diebus meis invocarem eum. *Dilexi*, quia tribulationem et dolorem inveni, et pro nomine Dei mei pericula inferni non refugi, sed expectavi ut comprehendere et invenire me possent.

20. Et pulchre ait: *Dilexi*, quia jam cursum vite hujus impleverat. Unde et Apostolus in passione jam positus ait: *Certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi; quod reliquum est, reposita est mihi corona justitiæ* (II Tim. iv, 7, 8). Magnus Dominus, qui nobis dedit certamina, quibus mereatur, qui vicerit, coronari. *Dilexi*, **1204** inquit confidens, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.

21. *Dilexi*, et ideo inclinavit aurem suam mihi; ut jacentem erigeret, mortuum resuscitaret. Non enim

<sup>b</sup> Rom. edit. sola, *quadraginta et uno anno regnavit*. Quod etiam præferunt sacra biblia: sed plenum numerum Ambrosius voluit exhibere.

<sup>c</sup> Sic omnes edit.; mss. vero prope ad unum a verbo *speravit* usque ad *postulavit*, et medicos læenam habent; quam tamen Prat., Gem., et Alb. hoc modo sarcire conati sunt, *speravit in Domino, postulavit, et ricit, et medicos adhibuit*. Haud ita male.

<sup>d</sup> Vet. edit., *Cum tacet, urget nos dilectio. Utique divini charitatis gratia*; Rom. edit., *Cum tacet, urget nos. Dilectionis utique divini gratia*; mss. magno numero: *Cum tacet, urget nos dilectionis, utique divini* (nonnulli, *utique in qua divini*) *charitatis, etc.* Sed omnium optime cod. Reg. unus, ut in contextu.

Deus inclinat aurem suam, ut audiat corporaliter : A de sua virtute præsumit. Cur enim non præsumas sed ut condescendat nobis, quo nos audire dignetur, <sup>a</sup> et infirmitatis nostræ relevare substantiam. Inclinat se nobis, ut nostra ad eum ascendat oratio. Voce non indiget, qui misericordiam defert; neque enim voce indiguit, qui Mosen tacentem audivit : et non loquentem, sed interpellantem gemitibus ineffabilibus ad se clamare dicebat (*Exod. xiv, 15*). Novit Deus et sanguinem audire (*Gen. iv, 10*), cui nulla vox subest, lingua non suppetit : sed accepit vocem sacræ titulo passionis. Clamavit in martyrio, clamavit in parricidio, quod pertulit pro sacrificio.

22. *Dilexi*, inquit, et ideo diligens feci voluntatem Domini, et invocavi eum non in paucis, sed in omnibus diebus vitæ meæ. Nam certis diebus invocare, non omnibus, fastidientis est, non sperantis : B et pro usu affluentium commodorum, mercedem gratiarum referre, non pro devotionis affectu. Et ideo Paulus : *In omnibus*, inquit, *gratias agite* (*I Thess. v, 17*). Quando enim non habes quod Deo debeas ? <sup>b</sup> aut quando sine Dei munere es, qui quotidie vivendi usus a Domino est? *Quid enim habes, quod non accepisti* (*I Cor. iv, 7*)? Ergo quia semper accipis, semper invoca : et quia quod habes, a Domino est, debitorem te semper esse cognosce. Malo tamen ut quasi diligens, quam coactus debitum tuum solvas.

23. Audis dicentem : *Circumdederunt me dolores mortis* (*Psal. cxiv, 3*)? Ego tamen et in mortis dolore Dominum dilexi. *Pericula inferni invenerunt me*, non timentem utique, sed amantem, sed sperantem, quod nullæ me angustix, nulla persecutio, nulla C pericula, nullus gladius separet a Christo. Denique volens invenit tribulationem et dolorem, sciens quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem. Etenim quasi bonus athleta quæsitvit certamina, ut coronam inveniret; quam tamen non suis viribus, sed Domini auxilio novit sibi esse donatam. Non enim potuisset vincere, nisi eum qui certantes adjuvat, invocasset.

24. Miser homo congregitur, ut vincat; et ipse in periculum ruit, nisi Domini nomen adsuerit, nisi cum veretur, oraverit dicens : *O Domine, libera animam meam* (*Psal. cxiv, 4*). Hinc illud Apostolicum : *Video legem carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in legem peccati, quod est in membris meis. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum* (*Rom. vii, 23 et seq.*).

25. Ille vincit, <sup>c</sup> qui gratiam Dei sperat, non qui

<sup>a</sup> Mss. non pauci, et infirmitates; quidam, et infirmitatem nostræ levare sententia.

<sup>b</sup> Aut quando sine Dei munere es, in mss. longe plurimus desiderato : sed contra existant in omnibus edit.

<sup>c</sup> Nonnulli mss., qui de gratia Dei sperat.

<sup>d</sup> Ita vet. edit. ac mss. nisi quod pro misericordiam, quæ vox habetur in edit. omnibus et paucis mss. reposuimus ex multo pluribus misericordem. At locum Rom. edit. interpolavit his interjectis : *Scriptum est enim : Nunc misericordia superexaltat iudicium. Et alibi : Misericors.* Sed editores hic in frab-

dem induxit, quod non viderunt continuam psalmi cxiv ab Ambrosio fieri expositionem, et eam Theodosio accommodari. <sup>e</sup> Regius cod. unus, *Quod supra mensuram est, nocet*, etc. Reliqui vero mss. et edit. inter se congruunt, exceptis quibusdam Paris. edit. quæ pro *sustines* male posuerunt, *festines*. <sup>f</sup> Reg. cod., *Sine nos implere*, etc. <sup>g</sup> Philo de Mundi Opif. : *Παρό και αποκλαίεται τὸ βῆρος*, etc. <sup>h</sup> Cod. Prat. et Gem., *diurno usu exercita...* *Convertitur equus ad salutem.*

26. Non impedivit tamen justitiam misericordia ; quia misericordia ipsa justitia est : *Dispersit dedit pauperibus, justitia ejus manet in æternum* (*Psal. cxii, 9*); novit enim justus debere se infirmis atque inopibus subvenire. Unde Dominus veniens ad baptismum, ut nobis infirmantibus peccata donaret, ait ad Joannem : <sup>f</sup> *Sine modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam* (*Matth. iii, 15*). Liquet igitur justitiam esse misericordiam, et misericordiam esse justitiam. Etenim si Dei nos misericordia non sustentaret, quomodo in ipso exordio parvuli viveremus; <sup>g</sup> cum effusi utero de calidis in frigida, de humidis in arida, piscium more, jactemur, quos naufragos in hanc vitam quidam velut naturæ fluctus expuerit? Ratio deest, sed gratia divina non deficit. Ipse ergo custodit parvulos (*Psal. cxiv, 6*), aut certe eos qui se parvulos humilii confitentur affectu.

27. Bona igitur humilitas, quæ liberat periclitantes, jacentes erigit. Novit eam ille qui dixit : *Ecce sum, ego peccavi, et ego pastor male feci; et isti in hoc grege quid fecerunt? Fiat manus tua in me* (*II Reg. xxiv, 17*). Bene hoc dicit, qui regnum suum Deo subjecit, et pœnitentiam gessit, et peccatum suum confessus, veniam postulavit : ipse per humilitatem pervenit ad salutem. Humiliavit se Christus, ut omnes elevaret : ipse ad Christi pervenit requiem, qui humilitatem Christi fuerit secutus.

28. Et ideo quia humilem se præbuit Theodosius imperator, et ubi peccatum obrepserat, veniam postulavit, conversa est anima ejus in requiem suam, sicut habet Scriptura quæ dicit : *Convertere, anima mea, in requiem tuam; quia Dominus benefecit tibi* (*Psal. cxiv, 7*). Pulchre dicit animæ : *Convertere*, <sup>h</sup> quasi diurno cujusque operis sudore exercitæ, ut a labore convertatur ad requiem. Convertitur equus ad

dem induxit, quod non viderunt continuam psalmi cxiv ab Ambrosio fieri expositionem, et eam Theodosio accommodari.

<sup>e</sup> Regius cod. unus, *Quod supra mensuram est, nocet*, etc. Reliqui vero mss. et edit. inter se congruunt, exceptis quibusdam Paris. edit. quæ pro *sustines* male posuerunt, *festines*.

<sup>f</sup> Reg. cod., *Sine nos implere*, etc.

<sup>g</sup> Philo de Mundi Opif. : *Παρό και αποκλαίεται τὸ βῆρος*, etc.

<sup>h</sup> Cod. Prat. et Gem., *diurno usu exercita...* *Convertitur equus ad salutem.*

stabilium, ubi cursum impleverit: navis ad portum, ubi ad stationem fidam a fluctuum mole subducitur. Sed quid est, quod ait: *In requiem tuam*, nisi secundum illud intelligas, quod ait Dominus Jesus: *Venite, benedicti Patris mei, hæreditate possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* (Matth. xxv, 34). Tamquam enim <sup>a</sup> possessionem hæreditariam recipimus ea, quæ promissa sunt nobis; fidelis enim Deus, qui semel servis suis præparata non subtrahit. Si fides nostra maneat, <sup>b</sup> manet et sponsio.

29. Vide, o homo, circa te gratiam Christi: adhuc in terris quateris, et in cælo possides. Ibi ergo **1206** sit cor tuum, ubi est possessio tua. Hæc est requies quæ iustus debetur, negatur indignis. Unde ait Dominus: *Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam* (Psal. xciv, 11); qui enim non cognoverunt vias Domini, non ingrediuntur in requiem Domini. Qui autem bonum certamen certavit, et cursum consummavit (II Tim. iv, 7), ipsi dicitur: *Convertere in requiem tuam* (Psal. cxiv, 7). Bona requies præterire quæ mundi sunt, et illis quæ supra mundum sunt, cælestibus consortiis requiescere secretorum. Hæc est requies, ad quam propheta properavit, dicens: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo et requiescam* (Psal. liv, 7). Hanc sanctus requiem suam novit, ad hanc requiem <sup>c</sup> convertendum animæ suæ dicit. Erat ergo anima in requie sua, ad quam dicit esse redeundum. Hæc est requies <sup>d</sup> sabbati magni, ut unusquisque sanctorum supra mundi sensibilia sit, in illo intelligibili secreto totus intentus, atque adhærens Deo. Hæc est requies <sup>e</sup> illa sabbati, quo requievit Deus ab omnibus operibus mundi istius (Gen. ii, 2).

30. Feriatus his sæculi curis Theodosius se ereptum gaudet, <sup>f</sup> et elevat animam suam, atque ad illam perpetuam dirigit requiem, pulchre sibi consultum asserens, quod eripuerit animam ejus Deus de morte, quam mortem frequenter in hoc sæculi istius lubrico sustinebat, inquietus fluctibus peccatorum: eripuerit etiam oculos ejus a lacrymis (Psal. cxiv, 8); fugiet enim dolor et tristitia et gemitus (Esa. xxxv, 10). Et alibi habemus: *Delebit omnem lacry-*

*nam ab oculis eorum, et mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor* (Apoc. xxi, 4). Si ergo mors non erit, lapsum sentire non poterit in illa requie constitutus: sed placebit Deo in regione vivorum. Non enim ut hic homo involutus est mortis corpore obnoxio lapsibus atque delictis; ita et illic. Ideoque regio illa vivorum est, ubi anima est, quæ ad imaginem et similitudinem Dei facta est, non caro figurata delimo (Gen. i, 27). Ideo caro in terram revertitur, anima ad requiem festinat supernam, cui dicitur: *Convertere, anima mea, in requiem tuam* (Psal. cxiv, 9).

31. In quam festinavit intrare Theodosius, atque ingredi civitatem Hierusalem, de qua dictum est: *Et reges terræ ferent gloriam suam in illam* (Apoc. xxi, 24). Illa est vera gloria, quæ ibi sumitur; illud regnum beatissimum, quod ibi possidetur, ad quod festinabat Apostolus, dicens: *Audemus ergo, et consentimus magis peregrinari de corpore, et adesse ad Dominum* (II Cor. v, 6); et ideo conmittitur sive absentes, sive præsentis placere illi (Ibid., 9).

32. Absolutus igitur dubio certamine, fruitur nunc augustæ memoriæ Theodosius luce perpetua, tranquillitate diuturna, et pro iis quæ in hoc gessit corpore remunerationis divinæ fructibus gratulatur. Ergo quia dilexit augustæ memoriæ Theodosius Dominum Deum suum, meruit sanctorum consortia.

33. Et ego, <sup>g</sup> ut quadam sermonem meum peroratione concludam, dilexi virum misericordem, **1207** humilem in imperio, corde puro, et perterritum mansuetum præditum, qualem Dominus amare consuevit, dicens: *Supra quem requiescam, nisi supra humilem, et mansuetum* (Esa. lxvi, 2)?

34. Dilexi virum, qui magis arguentem, quam adulantem probaret. <sup>h</sup> Stravit omne, quo utebatur insigne regium, deslevit in Ecclesia publice peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat: gemitu et lacrymis oravit veniam. Quod privati erubescunt, non erubuit imperator, publice agere poenitentiam: neque ullus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem. Quid, quod præclaram adeptus victoriam; tamen quia hostes in acie prostrati sunt, <sup>i</sup> abstinuit a consortio sacramentorum, donec Du-

<sup>a</sup> Idem cod. et alii nonnulli, *possessio est, de qua recipimus quæ promissa sunt nobis*, etc.

<sup>b</sup> Reg. codex unus, *manet possessio*. Sed omnino legendum, *sponsio*.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, *convertendam animam suam dicit*.

<sup>d</sup> Sabbatum magnum quid vocaretur, a nobis alibi explicatum est.

<sup>e</sup> Non pauci mss., *et elevans animam suam ad illam*, etc.

<sup>f</sup> Vet. edit. et plerique mss., *ut quidem... per orationem*; edit. Rom. et alii nonnulli mss., *ut quidem* (Reg. cod., *quadam*)... *peroratione*. Optima lectio; idem enim est atque si dicat, ut hunc sermonis mei locum concludam virtutum Theodosii recapitulati ne, quemadmodum in peroratione fieri solet.

<sup>g</sup> Scriptores omnes, qui splendidam illam Theodosii in subeunda publica poenitentia humilitatem non sine meritissimis laudibus posteritati transmiserunt, cum eis quæ hic dicuntur ab Ambrosio, plane congruunt. Vide, si vacat, Paulinum in sancti Antistitis Vita; Rufinum, lib. ii. Hist. cap. 18; Augusti-

num, lib. v de Civit. Dei, cap. 26; Sozomenum, lib. vii Hist. cap. 25; Theodoretum, lib. v cap. 18, et alios, quibuscumque etiam Ambrosii nostri epistolam 51, jungere licet, ut qua ratione imperatorem ad poenitentium sanctus Præsul præparaverit, intelligas.

<sup>h</sup> Hæc Theodosii post Eugenium devictum a sacrorum communiione abstinencia ad solam ipsius ergo divina mysteria venerationem, aut forte ad Ambrosii quoque exhortationem referri potest. Etenim quoniam occidere in bello adversarios est justum et laude dignum, ut epist. ad Annon. Monach. tradit Athanasius; nec cædes in bellis factas Patres pro cædibus reputavere, ut docet Basilium epist. ad Amphil. can. 13, relinquuntur ut hic etiam locum habeat, quod Ambrosius epist. 25, de causarum capitalium iudiciis, scribit: *Maluerunt Patres nostri, ut in voluntate magis abstinentis, quam in necessitate sit legis*. Nam quod citata Basilii epistola, *ut qui sunt manibus non puris, sola trium annorum communiione abstinereant*, suadet; hunc quidem usum in Ecclesia receptum non fuisse Balsamon auctor est.

mini circa se <sup>a</sup> gratiam filiorum experiretur adventu.

35. Dilexi virum, qui me in supremis suis ultimo spiritu requirebat. Dilexi virum, qui cum jam corpore solveretur, magis de statu Ecclesiarum, quam de suis periculis angebatur. Dilexi ergo, fa-  
teor, et ideo dolorem meum intimo viscere dolui, et prolixiore sermonis prosecutione solandum putavi. Dilexi, et præsumo de Domino quod suscipiat vo-  
cem orationis meæ, qua prosequor animam piam.

36. *Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni invenerunt me* (Psal. cxiv, 3); multorum enim pericula sunt, sed remedia paucorum. In omnibus sacerdos periclitatur, in omnibus reis angitur; quod enim alii patiuntur, ipse sustinet: et iterum liberatur, cum alii qui tenentur, periculis liberantur. Conteror corde; quia ereptus est vir, <sup>b</sup> quem vix possumus invenire: sed tamen tu solus, Domine, invocandus es, tu rogandus, ut eum in filiis repræsentes. Tu, Domine, custodiens etiam parvulos in hac humilitate (*Ibid.*, 5, 6) <sup>c</sup> salvos facito sperantes in te. Da requiem perfectam servo tuo Theodosio, requiem illam, <sup>d</sup> quam præparasti sanctis tuis. Illo convertatur anima ejus, unde descendit; ubi mortis aculeum sentire non possit, ubi cognoscat mortem hanc non naturæ finem esse, sed culpæ. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est (*Rom.* vi, 10); ut jam **1208** peccato locus esse non possit: resurget autem, ut perfectior renovato munere vita reparetur.

37. Dilexi, et ideo prosequor eum usque ad regionem vivorum, nec deseram, donec fletu et precibus inducam virum, quo sua merita vocant, in <sup>C</sup> montem Domini sanctum: ubi perennis vita, ubi corruptela nulla, nulla contagio, nullus gemitus, nullus dolor, nullum consortium mortuorum; vera regio viventium, ubi mortale hoc induat immortalitatem, et corruptibile hoc induat incorruptionem (*I Cor.* xv, 54). Magna requies, quæ votum impleat diligentis, pulcherrima promissio. Ideo centesimus quartus decimus <sup>e</sup> psalmus alleluia inscri-

<sup>a</sup> Ita mss. edit. Gill. in variis lect. et Rom. in contextu. Amerb. autem, Eras. et Gill. in corpore, *gratia filiorum exprimeretur adventu*. Verum quod de Theodosii filiorum adventu hic ait sanctus Præsul, non mediocrem patitur difficultatem. Etenim qui volunt Arcadium, cum pater spiritum redderet, interfuisse, præter Ambrosiana verba et Paulini testi-  
monium, quo commendatos a Theodosio filios Ambrosius in Ecclesia excepisse narratur, nisi etiam possunt auctoritate Theodoretii lib. v cap. 25, et Chronici Alexandrini, quo Arcadii ab Honorio discessus aperte traditur. Contra vero qui solum Honorium Constantinopoli a patre accitum esse contendunt, pro se Rufinum lib. ii, cap. 34, Philostorgium lib. xi, num. 2, Socratem lib. v, cap. 26, et Claudianum de iii consul. Honorii tantummodo hujus principis adventum in occidentem commemorantes; citare possunt: quibus accedit, quod Arcadium huic orationi præsentem non fuisse manifestum est. Attamen qui primam opinionem defendunt, respondere in promptu habent Rufinum, et Philostorgium, solius Honorii mentionem propterea fecisse, quod ei occidentis imperium pater attribuerat, Claudianum vero cum loco cit. panegyricum Honorii scriberet, Arcadii adventum celebrandum non putavisse; cæterum verba Paulini commendatos Ambrosio filios affir-

bitur: denique supra in quarto decimo psalmo perfectionem hominis accepimus. Sed illic formatus, perfectus licet vir, sed adhuc peccato obnoxius; quia vivit in sæculo: hic vera perfectio est, ubi jam culpa cessavit, gratia perpetuæ quietis affulsit.

38. Ideo centesimus quartus decimus psalmus, quia remuneratio charitatis est: unde Domini pascha quarta decima luna formam celebritatis accepit; quoniam qui pascha celebrat, debet esse perfectus, debet amare Dominum Jesum, qui diligens populum suum perfecta charitate, sese obtulit passioni. Et nos sic diligamus, ut si necesse fuerit, pro Domini nomine mortem non fugiamus, nullum æstimus dolorem, nihil metuamus: *Perfecta enim charitas timorem expellit foras* (*I Joan.* iv, 18). Grande numeri mysterium, quando Pater Filium unicum pro nobis omnibus tradidit, cum pleno luminis sui orbe luna fulgeret. Ita est enim Ecclesia, quæ pie pascha celebrat Domini nostri Jesu Christi, sicut luna perfecta in æternum manet. Quisquis bene hic Domini pascha celebraverit, in lumine perpetuo erit. Quis splendidius celebravit, quam qui sacrilegos removit errores, clausit templa, simulacra destruxit? In hoc Josias rex superioribus antelatus est (*IV Reg.* xxiii, 25).

39. Manet ergo in lumine Theodosius, et sanctorum cætibus gloriatur. Illic nunc complectitur Gratianum jam sua vulnera non mœrentem, quia invenit ultorem: qui licet <sup>f</sup> indigna **1209** morte præreptus sit, requiem animæ suæ possidet. Illic bonus uterque et pietatis interpres largus misericordiæ suæ consortio delectantur. De quibus bene dicitur: *Dies diei eruclat verbum* (*Psal.* xviii, 3). Contra autem Maximus et Eugenius in inferno, quasi *nox nocti indicat scientiam*; docentes exemplo miserabili quam durum sit arma suis principibus irrogare. De quibus pulchre dicitur: *Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani; et transivi, et ecce non erat* (*Psal.* xxxvi, 35). Transivit enim pius de caligine mantis aperta esse; immo vero ipsius Claudiani carmina, quæ supra ex lib. de Laudibus Stiliconis exhibuimus, idem ostendere, sed et lib. etiam de iii Consul. Honorii, sic eum Theodosii verbis alloqui Stiliconem:

Tu curis succede meis, tu pignora solus,  
Nostra love, geminos dextra tu proteges fratres, etc.  
Verum negantis opinionis propugnatores reponunt ista negotio dissolvi posse; commendatos enim Stiliconi a Theodosio filios, licet eorum alter abesset: ad Ambrosii vero auctoritatem ea forsitan indicari una cum Honorio etiam venisse sororem Placidiam: quod ad Socratem et chronicon Alexandrinum, ab eis hoc loco erratum esse. Sed difficultatem hic indicasse nobis sufficiat.

<sup>b</sup> Rom. edit., *qualem vix possumus invenire*.

<sup>c</sup> Vind. codex, et quidam alii, *salvos facies*. Infra vero pro *sanctis tuis*, unus Colb. legit, *servis tuis*.

<sup>d</sup> Cod. Colb., *quam præparasti servis tuis*.

<sup>e</sup> Ita cod. Reg. unus, in cæteris vero, et cunctis edit. *alleluia* prætermittitur, sed incommode. Iterum autem pro *in quarto decimo psalmo*, habet Vind. cod., *in centesimo undecimo psalmo*.

<sup>f</sup> Amerb., *indignu morte præventus ac præreptus*, Gill. et Eras... *ac præreptus*: Rom. edit. *indignu morte peremptus*: mss. vero frequentissimi, ut nos in textu.

sæculari ad lumen æternum, et non erat impius, qui esse desivit iniquus.

40. Nunc se augustæ memoriæ Theodosius regnare cognoscit, quando in regno Domini Jesu Christi est, et considerat templum ejus. Nunc sibi rex est, quando recipit etiam <sup>a</sup> filium Gratianum, et Pulcheriam, dulcissima sibi pignora, quæ hic amiserat, quando ei sua Flaccilla adhæret, fidelis anima Deo; quando patrem sibi redditum gratulatur, quando Constantino <sup>b</sup> adhæret. Cui licet baptismatis gratia in ultimis constituto omnia peccata dimiserit, tamen quod primus imperatorum credidit, et post se hæreditatem fidei principibus dereliquit, magni meriti locum reperit. Cujus temporibus completum est illud propheticum: *In illo die erit, quod super frenum equi, sanctum Domino omnipotenti* (Zach. xiv, 20). Quod illa sanctæ memoriæ Helena mater ejus infuso sibi Dei Spiritu revelavit.

41. Beatus Constantinus tali parente, quæ imperanti filio divini muneris <sup>c</sup> quæsitit auxilium, quo inter prælia quoque tutus assisteret, et periculum non timeret. Magna femina, quæ multo amplius invenit quod imperatori conferret, quam quod ab imperatore acciperet. Anxia mater pro filio, cui regnum orbis Romani cesserat, festinavit Hierosolymam, et scrutata est locum Dominicæ passionis.

42. <sup>d</sup> Stabulariam hanc primo fuisse asserunt, sic cognitam Constantio seniori, qui postea regnum adeptus est. Bona stabularia, quæ tam diligenter præsepe Domini requisivit. Bona stabularia, quæ stabularium non ignoravit illum, qui vulnera curavit a latronibus vulnerati (Luc. x, 34). Bona stabularia, <sup>e</sup> quæ maluit æstimari stercora, **1210** ut

<sup>a</sup> Vet. edit., *filium Gratianum, et pulchra jam dulcissima*; Rom. edit., *filium Gratianum, et pulcherrima ac dulcissima*: sic etiam scripti cod. excepto Vat. uno, Thuan. et Belv., in quibus, *filium Gratianum, et Pulcheriam dulcissima*, etc. Quomodo autem Gratianus Theodosii filius dici potuerit, a nobis ad epist. 51 explicatum est. Si tamen aliquis post Baronium existimet Gratianum hunc vere ac proprie Theodosii filium appellari, ipsi saltem contra eundem Cardinalem dicendum erit illum Gratianum non e Flaccilla, cui tres liberos Gregorius Nyss. in ejus funebri oratione tantum assignat, genitum esse, verum e Galla secunda ejusdem principis uxore, quam in ipso partu paucis diebus antequam ille ad inferendum Eugenio bellum in Italiam veniret, exspirasse tradunt historici. Hujus porro Gallæ hic mentionem non fecit Ambrosius, forte quod cum educata fuisset apud matrem Arianam, aliquid contagii ex ea contraxerat, unde fides ipsius minus integra haberetur. Neque enim Philostorgio credendum remur, qui eam omnino Arianis partibus addictam scribit. Quod vero ad Flaccillam, summa virtute ac religione præditam eam fuisse cognoscimus: de qua consule Theodoretum lib. v Histor., cap. 19.

<sup>b</sup> Non potuit Ambrosius clarioribus verbis suam de Constantini baptismo sententiam promere. Sed nihilo obscurius eundem principem in extremis tantum eo sacramento initiatum esse alii scriptores contestantur, ut puta Eusebius, lib. iv de Vita Constant. cap. 61 et 62; Hieronymus, in Chronico; Socrates, lib. i Hist. c. 39; Sozomenus, lib. ii, cap. 34; Theodoretus, lib. i, cap. 32 et alii; ut mirum videatur adhuc exstare, qui Constantinum a Sylvestro papa bapti-

Christum lucrifaceret (Philip. iii, 8). Ideo illam Christus de stercore levavit ad regnum, secundum quod scriptum est: *Quia suscitavit de terra inopem, et de stercore erigit pauperem* (Psal. cxii, 7).

43. Venit ergo Helena, cœpit revisere loca sancta, infudit ei Spiritus ut lignum crucis requireret, accessit ad Golgotha, et ait: Ecce locus pugnæ, ubi est victoria? Quæro vexillum salutis, et non invenio. Ego, inquit, in regnis, et crux homini in pulvere? <sup>c</sup> ego in aureis, et in ruinis Christi triumphus? ille adhuc latet, et latet palma vitæ æternæ? Quomodo me redemptam arbitror, si redemptio ipsa non cernitur?

44. Video quid egeris, diabole, ut gladius quo preceptus es, obstrueretur. <sup>e</sup> Sed Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruderavit, nec latere aquam passus est (Gen. xxvi, 18). Tollatur igitur ruina, ut via appareat: promatur gladius, quo veri Goliz caput est amputatum (I Reg. xvii, 51): aperitur humus, ut salus fulgeat (Esai. xlv, 8). Quid egisti, diabole, ut absconderes lignum; nisi ut iterum vinceris? Vicit te Maria, quæ genuit triumphatorem, quæ sine imminutione virginitatis, edidit eum, qui crucifixus vinceret te, et mortuus subjugaret. Vinceris et hodie, ut mulier tuas insidias deprebendat. Illa quasi sancta Dominum gestavit, ego crucem ejus investigabo: illa generatum docuit, ego resuscitatum: illa fecit ut Deus inter homines videretur, ego ad nostrorum remedium peccatorum divinum de ruinis elevabo vexillum.

45. Aperit itaque humum, decutit pulverem: tria patibula confusa reperit, quæ ruina contexerat, inimicus absconderat. Sed non potuit obliterari Christi

zatum ex Actis apocryphis, et quæ ipsi in multis depravata coguntur agnoscere, obstinatius defendant.

<sup>c</sup> Habemus hoc etiam loco venerationis, quæprisci christiani sacras reliquias prosequabantur, et piæ fiduciæ quam in earum præsidio reponebant, insigne testimonium. Sed quorsum, inquit, in Theodosii laudatione hujusmodi excursio in crucis inventionem? Respondemus satis Ambrosio familiare esse a proposita materia digredi, cum pia quæpiam invitat occasio, qualis fuit mentio Constantini, qui primus Cesarum in bellis crucis vexillum præferre voluit: qua in re ipsum Theodosius in bello adversus Eugenium imitatus est, quemadmodum ex Theodoretis lib. v, cap. 24, et Orosii lib. 7, cap. 36, cognoscas licet.

<sup>d</sup> Stabulariam Ambrosius Helenam dicit, quod ex patre qui publico diversorio hospites excipiebat, nata crederetur. Neque tamen sumusnescii Baronium ad an. 306 scribere matrem Constantini filiam unius e regulis Britannicæ nomine Coel exstitisse, idque ab antiquis gentis historicis esse proditum. Atqui cum omnes Romanarum rerum scriptores Helenam Constantii concubinam dicant, et Constantinum ex imparibus nuptiis natum asserant, hanc a Baronio commemoratam opinionem pro fabula habendam credibile est. Vide, si lubet, Chronica Eusebii et Cassiodori; Historias Orosii, lib. vii, cap. 16; Eutropii lib. x; Zozimi lib. ii; Nicephori lib. vii, cap. 18; et inter recentiores, Morini lib. ii de Liberat. Eccles. c. 6.

<sup>e</sup> Reg. codex, *quæ omnia æstimavit, ut stercora.*

<sup>f</sup> Omnes edit., *ego in aulis*; omnes mss., *ego in aureis*. Sed subaudiendum est *palatii vel ornamenti.*

<sup>g</sup> Colb. cod., *Sed hæc obstructos... nec later aquam passa est.*

triumphus. Incerto hæret : hæret, ut mulier ; sed A certam indaginem Spiritus sanctus inspirat eo quod duo latrones cum Domino crucifixi fuerint. Quærit ergo medium lignum. Sed poterat fieri ut patibula inter se ruina confunderet, <sup>a</sup> casus inverteret. Redit ad Evangelii lectionem, invenit quia in medio patibulo prælatus titulus erat : *Jesus Nazareus, Rex Judæorum* (*Joan. xix, 19*). Hinc collecta est series veritatis, titulo crux patuit salutaris. Hoc est quod peccatis Judæis Pilatus respondit : *Quod scripsi, 1211 scripsi* (*Ibid., 22*), id est, non ea scripsi, quæ vobis placerent, sed quæ ætas futura cognosceret : non vobis scripsi, sed posteritati ; propemodum dicens : Habeat Helena quod legat, <sup>b</sup> unde crucem Domini recognoscat.

46. Invenit ergo titulum, Regem adoravit, non lignum utique ; quia hic gentilis est error, et vanitas impiorum : sed adoravit illum, qui pependit in ligno, scriptus in titulo : illum inquam, qui sicut scarabæus clamavit, ut persecutoribus suis <sup>c</sup> Pater peccata donaret (*Luc. xxiii, 34*). Avida mulier festinabat tangere remedium immortalitatis, metuebat calcare sacramentum salutis. Læto corde, et trepidanti vestigio, quid faceret, nesciebat. Pertendit tamen ad cubile veritatis, lignum refulsit, et gratia micuit. Et quia jam feminam visitaverat Christus in Maria, Spiritus in Helena visitavit : docuit eam quod mulier ignorabat, et deduxit in viam, quam mortalis scire non poterat.

47. Quæsitivus clavos, quibus crucifixus est Dominus, et invenit. De uno clavo frenos fieri præcepit, de altero diadema intexuit : unum ad decorem, <sup>d</sup> alterum ad devotionem vertit. Visitata est Maria, ut Evam liberaret : visitata est Helena, ut imperatores redimerentur. Misit itaque filio suo Constantino dia-

<sup>a</sup> Omnes edit., *casus mutaret et inverteret*. Omnes mss., *casus inverteret*.

<sup>b</sup> Quod a sancto Præsule hic memoratur Domini crucem a latronum patibulis titulo suo discretam esse, id quidem videtur discrepare ab aliorum scriptorum sententiis ; alii quippe mortuum ad vitam revocatum, alii nobilem feminam a morbo liberatam, alii denique utrumque miraculum indicio fuisse tradunt, quo e tribus crucibus quæ Dominica esset, dignosceretur. Attamen illud historicis nequaquam est insolens, ut eandem rem memoria prodentes, alii alia ejus adjuncta commemorent, aut prætermittant. Cæterum tot scriptorum testimoniis inventio salutaris crucis asseritur, ut vix quidquam habeat historici magis compertum. Vide Cyrillum Hier., ep. ad Constantium, et catechesi iv ; Paulinum, epist. ad Sever., novæ edit. 31 ; Sev. Sulpitium, lib. ii Hist., cap. 48 ; Rufinum, lib. ii, c. 7 et 8 ; Socratem, l. i. c. 17, et alios. Neque vero objiciendum Eusebii Pamphili silentium ; nam præterquam quod quæ ille l. iii de Vita Constant. variis locis tradit de sepulchri Domini inventionem, supponere videntur crucis inventionem, unius ommissio tot aliorum assertioni cedat necesse est.

<sup>c</sup> Pater aberat a cunctis edit. ac multo pluribus mss., quam vocem ex Reg. cod. restituimus. Adverte autem hoc loco veram Ecclesiæ catholicæ doctrinam de sanctæ crucis aut imaginum cultu exhibendo, qui videlicet non terminatur in ipso signo, sed ad significatum mente refertur. Et hinc videas quam bona fide scriptum fuerit a Magdeburgensibus multa com-

dema gemmis insignitum, quas pretiosior ferro innexas crucis redemptionis divinæ gemma connecteret. Misit et frenum. Utroque usus est Constantinus, et fidem transmisit ad posteros reges. Principium itaque credentium imperatorum <sup>e</sup> sanctum est quod super frenum (*Zach. xiv, 20*) : ex illo fides, ut persecutio cessaret, devotio succederet.

48. <sup>f</sup> Sapienter Helena, quæ crucem in capite regnum locavit ; ut crux Christi in regibus adoretur. Non insolentia ista, sed pietas est ; cum defertur sacræ redemptioni. Bonus itaque clavus Romani imperii, qui totum regit orbem, ac vestit principum frontem ; ut sint prædicatores, qui persecutores esse consueverunt. Recte in capite clavus, ut ubi sensus est, ibi sit præsidium. In vertice corona <sup>g</sup> in manibus habena. Corona de cruce, ut fides luceat : habena quoque de cruce, ut potestas regat : sitque justa moderatio <sup>h</sup> non injusta præceptio. Habeant **1212** hoc etiam principes Christi sibi liberalitate concessum, ut ad imitationem Domini dicatur de imperatore Romano : *Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso* (*Ps. xx, 3*).

49. Ex illo gratulatur Ecclesia, erubescit Judæus : nec solum erubescit, sed etiam torquetur ; quod ipse sibi auctor confusionis est. Dum insultat Christo, confusus est eum regem : dum regem Judæorum appellavit, sacrilegium suum, qui non credidit, confitetur. Ecce, inquam, crucifiximus Jesum ; ut christiani, et post mortem resurgant, et mortui regnent. Nos crucifiximus quem reges adorant : quem non adoramus, ipsi adorant. Ecce et clavus in honore est ; et quem ad mortem impressimus, remedium salutis est, atque invisibili quadam potestate dæmones torquet. Putabamus nos vicisse, sed victos fatemur. Iterum Christus resurrexit, et resurrexisse eum principes agnoverunt. Item memorari ab auctore hujus Orationis *superstitiosa, vehementer contumeliosa in meritum Christi, et cum fide pugnantia*. Sed istis hominibus ea omnia cum fide pugnant quæ illorum perfidiam impugnant.

<sup>d</sup> Reg. codex unus, *alterum ad tuitionem vertit*. Cæterum quæ hic narrantur de sacris clavis, eadem etiam referuntur a Rufino, lib. ii, cap. 8 ; Socrate, l. i, c. 17 ; Sozomeno, l. ii, c. 1 ; Theodoro, l. i, c. 48, et Paulino Aquil., l. xi Hist.

<sup>e</sup> Hieronymus in hunc locum Zachariæ istam interpretationem ita rejicit : *Audivi a quodam rem sensu quidem pio dictam, sed ridiculum, clavos Dominicæ crucis e quibus Constantinus augustus frenos equo suo fecerit, sanctum Domini appellari*. Quibus verbis Ambrosium ab eo tacite vellicari non ambigimus. Verum hac censura nihil obstante, multi deinceps Ambrosianam explicationem amplexati sunt, ut Cyrillus Alex. in eadem Zachariæ verba ; Sozomenus ; Theodoretus ; Paulinus Aquil., citatis locis, et Gregorius Turon., de Gloria Martyrum, c. 6. Sed exegesim quoque moralem, quam sequi maluit Hieronymus, ab Ambrosio etiam hic propositam videmus hisce verbis : *Sed quæro quare sanctum super frenum, etc.*

<sup>f</sup> Mss. nonnulli et edit., *sapienter egit Helena.... regnum levavit*.

<sup>g</sup> Mss. longe plurimi, *in manibus fides. Habent coronam de cruce.... habent quoque de cruce* ; sed melius alii, et omnes edit. ut in contextu.

<sup>h</sup> Mss. aliquot, *non injusta precatio*. Et infra, *Posuisti in capite meo*.



rum vivit, qui non videtur. Nunc major nobis contentio, nunc pugna vehementior adversus eum. Cui regna famulantur, cui servit potestas, illum contempsumus, <sup>a</sup> quomodo regibus resistemus? Ferro pedum ejus reges inclinantur. Reges adorant, <sup>b</sup> et Photinianis divinitatem ejus negant? Clavum crucis ejus <sup>c</sup> diademati suo praeferunt imperatores, et Ariani potestatem ejus imminuunt?

50. Sed quæro: Quare sanctum super frenum, nisi ut imperatorum insolentiam refrenaret, comprimeret licentiam tyrannorum, qui quasi equi in libidines adhiurent; quod liceret illis adulteria impune committere? Quæ <sup>d</sup> Neronum, quæ Caligularum, cæterorumque probra comperimus, quibus non fuit sanctum super frenum?

51. Quid ergo aliud egit Helenæ operatio, ut frena dirigeret; nisi ut omnibus imperatoribus sancto dicere Spiritu videretur: *Nolite fieri sicut equus et mulus* (Ps. xxxi, 9); sed in freno et chamo maxillas eorum constringeret, qui se non agnoscerent reges, ut regeret sibi subditos? Prona enim potestas in vitium ferebatur, et more pecudum vaga sese libidine poluebat. Ignorabant Deum, restrinxit eos crux Domini, et revocavit a lapsu impietatis. Levavit oculos **1213** eorum, ut Christum in cælum quærent. Exuerunt se chamo perfidiæ, susceperunt frena devotionis et fidei, secuti dicentem: *Tollite jugum meum super vos... Jugum enim meum suave est, et onus meum leve* (Math. xi, 50). Inde reliqui principes christiani, præter unum Julianum, qui salutis suæ auctorem reliquit, dum philosophiæ se dedit errori. Inde Gratianus et Theodosius.

52. Non ergo mentita est propheta, dicens: *Ambulabunt reges in lumine tuo* (Esai. lx, 3). Ambulabunt plane ac maxime Gratianus et Theodosius præ cæteris principes, non jam armis militum, sed meritis suis tecti: non purpureum habitum, sed arcticum induti gloriæ. Qui cum hic delectarentur absolute multorum, quanto magis illic pepercisse se pluribus recensendo, pietatis suæ recordatione mulcentur? Qui nunc luce fruuntur candida, longe meliora illic, quam hic possidebant, habitacula consecuti, dicentes: *O Israel, quam magna est domus Domini, et quam ingens locus possessionis ejus: magnum,*

<sup>a</sup> Colb. codex, qui modo regnantibus resistimus.

<sup>b</sup> De Photinianis sicut et de Arianis abunde ad varios librorum de Fide, ac de Spiritu sancto locos egimus.

<sup>c</sup> Mss. aliquot, diademate suo præferunt.

<sup>d</sup> Quidnam Neroni sanctum aut intactum esse potuisset, qui, ut Suetonius ac Tacitus produnt, illustribus feminis complebat lupanaria; quique, eodem Suetonio teste, super ingenuorum pædagogia, et nuptiarum concubinatus, vestalibus etiam vim inferebat. Quod vero ad Caligulam, non mirum videbitur a nobilitate matronarum adulteriis, cum non sibi temperasse, eum sorores suas omnes nefario incestu vitaverit, ut auctor est citatus Suetonius.

<sup>e</sup> Comitem Theodosium Theodosii imperatoris patrem, cum Firmum acie victum ad mortem compulisset, resque maxima gessisset in Africa, Valentinianus senior calumniæ aures accommodans, gladio feriri jussit, ut accurate describit P. Orosius, l. vii, c. 33. Non est autem dubium ullum, quin Theodo-

**A** et non habens finem (Baruc. iii, 24)! Et perfuncti manibus laboribus inter se conferunt: *Bonum est tiro cum portaverit jugum grave a juventute, sedebit singulariter, et silebit; quia portavit jugum grave* (Threa. iii, 27). Qui enim jugum grave portaverit a juventute, requiescit postea: remotus a turba, præcipuum locum quietis suæ possidet, dicens: *Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me* (Ps. iv, 10).

53. Portavit jugum grave a juventute sua Lazarus pauper, ideo singulariter in sinu Abrahæ requiescit, divinæ testimonio lectionis (Luc. xvi, 24). Portavit jugum grave Theodosius a juventute, quando insidiabantur ejus salutem, <sup>e</sup> qui patrem ejus triumphatorem occiderant. Portavit jugum grave, quando subit pietatis exsilium, quando infusus Romano imperio barbaris, suscepit imperium. Portavit jugum grave, ut tyrannos Romano dimoveret imperio: sed quia hic in labore, ibi in requie.

54. Sed jam veniamus ad augusti corporis transmissionem. Fles, Honori, germen augustum, **1214** et lacrymis pium testificaris affectum; quod inbanorum adhuc honore tumuli patris corpus per spatia multa transmittitis. Sed et patriarcha Jacob propter populum liberandum, quem tetra fames gravi urgebat periculo, relicta domo, senex ad peregrina contendit: atque ibi defunctus, ad sepulcrum patrum per aliquot dies, filio prosequente, deductus est (Gen. xlix, 1). Nec derogatum est aliquid meritis ejus, sed magis accessit ad laudem, quod pro suis <sup>f</sup> carens debitæ domus sorte, quodam supremi funeris perquirabatur exsilio.

55. Fles etiam, <sup>g</sup> imperator auguste, quod non usque Constantinopolim reverendas reliquias ipse prosequeris. Eadem tibi causa nobiscum est, omnes justo dolore prosequimur, omnes, si fieri posset, deductores tecum esse cuperemus. Sed Joseph ad finitimam accessit provinciam: hic multa interjacent regionum divortia, hic maria transfretanda sunt. Nec hoc quidem tibi laboriosum, nisi te teneret Respublica, quam boni imperatores et parentibus et filiis prætulerunt. Denique ideo te imperatorem pater fecit, Dominus confirmavit; ut non soli militares patri, sed omnibus imperares.

56. Nec vereare ne inhonoræ videantur, quocum-

**D** sius filius adhuc, ut Ammianus, l. xlii, c. 6 refert, admodum juvenis, ab inimicis patris exagitatus etiam fuerit. Credibile ergo est eum in Hispaniam recessisse, ut illorum odiis locum daret, quem admodum Theodoretus, l. v, c. item 5, memorat. Quam vero periculosos temporibus ad imperii societatem allectus sit, ex Orat. 16 Themistii, ex l. iv Zozimi et aliis cognoscere est.

<sup>f</sup> Omnes edit., carens dedita domus sorte, quadam... peregrinatus est exsilio; mss. aliquot, carens debitæ domus sorte quadam... peregrinabatur; alii mss. melius, ut nos in textu.

<sup>g</sup> Reg. cod. unus, Arcadi imperator auguste: sed nomen Arcadi manifeste accitum fuit ab aliquo sciolo; qui enim Honorium supra compellatum cerneret, hoc ad Arcadium referenda existimavit. At vero quoniam Arcadio fuisse in mora, quominus Constantinopolim, quæ imperii sui regia erat, paternum funus prosequeretur?



que accesserint, reliquæ triumphales. Non hoc sensit Italia, quæ clarospectavit triumphos, quæ a tyrannibus iterum liberata, concelebrat suæ libertatis auctorem : non hoc Constantinopolis, quæ secundo ad victoriam principem misit : quem cum vellet tenere, non potuit. Expectabat quidem in reditu ejus triumphales solemnitates, et titulos victoriarum : <sup>a</sup> exspe-

ctabat totius orbis imperatorem, stipatum exercitu Gallicano, et totius orbis subnixum viribus. Sed nunc illic Theodosius potentior, nunc gloriosior redit : quem angelorum caterva deducit, quem sanctorum turba prosequitur. Beata plane, quæ paradisi incolam suscipis, et habitatorem supernæ illius civitatis <sup>b</sup> Augusto sepulti corporis tenebris hospitio.

<sup>a</sup> Mss. Prat. ac Gem., *expectabat totus orbis*.  
<sup>b</sup> Edit. Amerb. et duo mss., *augusto sepulti corporis*, mss., *sepulcri corporis*; Vat. cod., *augusto*

*sepulcro marmoris*; cæteri mss. et omnes edit. nobiscum faciunt, nisi quod in illorum quibusdam prosepulti etiam legitur *sepulcri*.

## IN HYMNOS SANCTI AMBROSII ADMONITIO.

Ambrosium hymnos elucubrasset nemini obscurum est. Hoc namque ipse significat sermone contra Auxentium in hæc verba : *Hymnorum quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec hoc abnuo. Grande carmen illud, est quo nihil potentius. Quid enim potentius, quam confessio Trinitatis*, etc. (*Serm. de Basilicis num. 34*). Paulinus quoque illud testatur in Vita ejusdem Antistiti, ubi Justinæ contra ipsum insanientis persecutionem narrant, ita loquitur : *Hoc in tempore primum antiphonæ, hymni, ac vigiliæ in Ecclesia Mediolanensi celebrari cæperunt. Cujus celebritatis devotio usque in hodiernum diem non solum in eadem Ecclesia, verum per omnes Occidentis Ecclesias manet*. Instituti hujus initium eodem plane modo sanctus Augustinus, testis oculatus describit lib. ix *Confess.* cap. 7, qui et alibi (*Loc. infra cit.*) non raro eorundem hymnorum versibus in rei quam tractat, confirmationem lubens utitur.

Constat igitur auctoritate tantorum testium et canendorum hymnorum consuetudinem in omnes occidentales Ecclesias e Mediolanensi esse propagatam, et eorundem argumentum ac materiam in explicando divinæ Trinitatis mysterio versari consuevisse. Sed nec minus exploratum est alios etiam hymnos, ubi Ariana illa tempestas sævire desiit, a sancto Doctore compositos fuisse; quandoquidem hoc ipsum cognoscere licet ex Augustino, Cassiodoro (*Lib. de Offic. Eccl. cap. 6*). Isidoro, concilio Toletano iv (*Can. 13*), Beda et aliis.

Itaque difficultatis cardo in hoc vertitur, ut hymni vere Ambrosiani seponantur ab aliis, ab illis videlicet quos Hilarius Pictaviensis, Sedulius, Prudentius, Fortunatus, Elpis Boetii conjux, Gregorius, Theodulphus Aurelianensis, Alcuinus ac Paulus diaconus composuerunt. Gillotus qui primus omnium hymnos Ambrosii nomine seorsim divulgatos in editionis suæ appendice collectos exhibuit, sexdecim tamquam Ambrosianos admisit. Horum numerum additis octodecim aliis Romani editores adauxere : quem nova accessione amplificaverunt sequentes Parisinæ editiones. Verum cum in his omnibus editionibus inserti sint hymni *Vexilla Regis prodeunt*, *Veni creator Spiritus* et alii quos Ambrosii non esse nemo non agnoscit, manifestum est in eorum censura delectum nullum esse adhibitum : sed quicumque hymni ejusdem Ambrosii nomine insigniti venerint in manus editorum, promiscue admissos. Re quidem ipsa neque Gillotus, neque Romani vadem ullum nobis producent, cujus fidei credendum putaverint : qui vero curam susceperunt Parisinarum editionum, ab illis istiusmodi testes proferunt, quibus, si Bedam unum excipias, nulla fides haberi possit. Quis enim hymnum quemlibet propterea inter Ambrosianos censeat referendum, quod vel in choralis quoddam manuscripto iisdem editoribus occurrerit, vel ipsum Radulphus Tungrensis (*De observ. canon. Propos. 13*), qui ineunte sæculo quintodecimo scripsit, *Romæ in hymnariis antiquis*, aut etiam in *Officio Ambrosiano* reperiri affirmet? Neque enim satis probatur nullum hymnorum, qui continentur in istis libris, Ambrosio perperam esse inscriptum.

Dionysius Chartusianus hymnorum, quos Ambrosianos existimavit, catalogum texuit (*Hymnor. Enarr.*) : sed cur eosdem Doctore nostro adjudicaret, præterquam de hymno, *Deus creator omnium*, rationem nullam in medium profert, nisi quod Ambrosii phrasin et characterem in quibusdam abs se agnoscere testificatur. Quod argumentum quoties solum est, quam in hoc genere parum tutum sit, facile intelligas.

Non majori curæ fuit Cliethoveo, ut quos hymnos sub Ambrosii titulo enumerat (*In elucidatorio*), illos eidem vindicet allatis argumentis ; excepto enim hymno, *Æterne rerum conditor*, quem ob ejus cum Hexæmero cognationem, indidem pettum existimat ; ad probandos alios non aliam rationem citat, quam communem opinionem.

Idem pariter statuendum est de Gavanti (*Comment. in Rubr.*, § 5, cap. 6) auctoritate, quippe qui explorandis hymnis Ambrosianis non lydiū lapidem adhibeat, sed tantummodo jam citatorum Radulphi Tungrensis, Dionysii Chartusiani, Cliethovei, aut etiam aliorum adhuc ævi posterioris judicium sequendum sibi proponat.

Habemus antiquius de hymnis Doctoris nostri testimonium in Regula beati Benedicti ; hic enim sanctus dum in ea divini Officii rationem suis præscribit (*Cap. 9, 12, 16 et 17*), *Ambrosianum*, scilicet carmen, quod et iam alibi *hymnum* vocat, ad singulas horas cantari jubet. Verum tamen qui commentaria scripse-

runt in eandem Regulam, vocem *Ambrosianum* post dictum Radulphum ita interpretantur, ut eos hymni vel quos confecit Ambrosius, vel alios ad imitationem Ambrosianorum compositos designet. Alioquin etiam non satis constat, an iidem hymni, quibus in Ecclesia hodieque utimur, jam inde a tempore sancti Benedicti cani consuerint.

In hac tanta difficultate hymnorum Ambrosii nostri ab alienis distinguendorum optimum esse nobis visum est, ut pro Ambrosiano nullum admittamus, qui locupletis alicujus testis auctoritate non asseratur, satius videlicet existimantes paucioribus at certioribus hoc in volumine locum tribuere, quam ut eorum numerus multiplicetur, indiscriminatim veros cum falsis in unum confundere.

Primum eorum, quos hic edimus, jure dicimus Ambrosii esse. Testem habemus sanctum Augustinum, cujus sequentia verba leguntur: *In hoc libro dixi in quodam loco de apostolo Petro, quod in illo tempore in petra fundata sit Ecclesia, qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosii, ubi et Gallo gallinaceo ait: Hoc ipsa petra Ecclesiae canente culpam diluit (Lib. 1 Retract. c. 21).* Et sane eundem hymnum ex Hexaemero (*Lib. v, cap. 24*) desumptum esse a multis auctoribus post Bedam (*De Arte metr.*) venerabilem observatum est.

Secundus hymnus ab eodem Augustino etiam indicatur, ubi suum de materno excessu luctum ita memorat: *Eram, inquit (Lib. ix, cap. 12), in lecto meo solus, recordatus veridicos versus Ambrosii tui; in eis tunc Deus creator omnium.* Quem hymnum etiam lib. vi de Musica, cap. 9, designari non ambigimus.

Tertium quoque hymni citatus doctor ita meminit (*Lib. de Nat. et Grat. c. 63*): *Quem spiritum memorat episcopus etiam precibus impetrandum admonet . . . ubi in hymno suo dicit: Volisque præstet sedulis sanctum mereri Spiritum.* Ille hymnus similiter refertur inter Ambrosianos a venerabili Beda (*Loco cit.*), et habetur cum in Breviariis Cisterciensibus, tum in ultimis editionibus Parisinis Operum Ambrosianorum, unde illum huc transtulimus.

De quarto hymno dubitare non magis licet, quam de tribus superioribus. Primam ejus strophem in Synodo Romana ex Baluziana Collectione anno 430 celebrata Ambrosio ascriptam reperimus, nec non ab Ildelfonso *De Perpet. Virgin. Beatæ Mariæ* non semel propositam: quartam vero non modo apud Cassiodorum (*In Psal. viii in Concl. et in Psal. lxxi*), sed etiam apud Faustum Regiensem legas, qui episcopus de eadem his verbis agit (*Epist. ad G. Diac.*): *Accipe etiam in hymno sancti antistitis et confessoris Ambrosii, quem in natali Dominico per omnes Italiae et Galliae regiones persultat Ecclesia: Procede de thalamo tuo, etc.*

Quintus indicatur a Cassiodoro, dum sic loquitur (*In Psal. lxxiv*): *Ut latices fontium ruborem vini, mutata qualitate, susciperent, quem natura non habuit. Unde beatus Ambrosius in hymno sanctæ Epiphaniæ mirabiliter declamavit splendidissima luce verborum.* Ex hymnis autem duobus quibus mysterium Epiphaniæ celebratum etiam nunc habetur, alter quem in ejus diei Officio canit Ecclesia, Sedulii est: alter vero in Breviariis Ordinis Cisterciensis, nec non in postremis Ambrosianorum Operum editionibus exstat. In quibus cum aptissime quadrent citata verba Cassiodori, non dubitavimus eundem inter legitimos tanti Doctoris fetus admittere.

Sextum hymnum aut potius hymni fragmentum auctoritate ejusdem Cassiodori (*In Psal. ci*) representamus, ejus quippe de illo testimonium legimus in hæc verba: *Hinc etiam sancti Ambrosii secundum Apuleium horæ sextæ roseus hymnus ille redoluit; ait enim: Orabo mente Dominum, etc.* Neque vero his Senatorum laudibus hic hymnus indignus est, si tantummodo spectetur sensus; verumtamen in dubium non immerito revocari potest, nunq. vere ab Ambrosio fuerit compositus, cum in eodem leges carminis prorsus negligentiam. Etenim ex iis omnibus, de quibus jam ante a nobis dictum est, clare ostenditur peritiorum exstitisse in hoc genere sanctum Antistitem, quam ut tam crebro impingeret. Sed Cassiodori non putavimus negandum auctoritati, ut inter Ambrosii nostri carmina suavissimum illud poematum recipiatur.

Septimi hymni primus versiculus ita memoratur apud Bedam (*De Arte metr.*): *Sed et Ambrosiani compositi currunt: Splendor paternæ gloriæ.* Cui versiculo ubi subjecit primos tres alios trium hymnorum, quibus jam egimus, hoc modo prosequitur: *Et cæteri per plures, in quibus pulcherrimo est decore compositus hymnus beatorum martyrum: Æterna Christi mûnera, etc.* Non videtur autem commodiori sensu accipi potest hoc testimonium, quam si eundem hymnum Ambrosio per illud attribui interpretemur: quo quidem non ipsum admisimus octavo loco.

Nonum, decimum, atque undecimum nobis indicavit Hincmarus Remorum episcopus (*De non trius Trinitatis*) cujus auctoritatem hac in re sequendam eo usque ducimus, quatenus vel hymni tanto nomine digni videntur, vel nulla ratio ut ab ejus recedamus sententia, animum impellit. Nam, exempli gratia, hymnum: *Ne sancte nobis Spiritus*, qui canitur ad horam tertiam, ab Ambrosio profectum esse nobis non persuasum, cum videlicet alium habeamus, quem a sancto Præsule, ut ad eandem horam concineretur, constat fuisse compositum. Cæteri vero quorum versiculos, aut etiam strophas tamquam Ambrosianas subinde referunt, tam crebris mendis inquinati sunt, ut ab ejus viri elegantia longe abhorreant: nonnulli etiam illius compositi nihil præferunt, quæ singulis versibus singulos sensus ab Ambrosio includi consuevisse Beda testatur.

Duodecimi cognitionem debemus beato Ildelfonso, qui semel ac iterum in sermone *de Parturit. et Parturificat. B. Mariæ Virg.* primam ejusdem hymni stropham tamquam ab Ambrosio compositam citat: *Ne*

in posteriores Operum sancti Doctoris editiones fuit translata : secundam vero ac tertiam stropham ex Georgii Cassandri libro *de Hymnis ecclesiasticis*, ubi sine auctoris nomine idem hymnus legitur, exscripsimus. Quamvis autem subinde peccatum in eo fuerit adversus prosodiam, non tamen Ambrosio propterea indignum judicamus; cum in hymnis ejus indubitatis hujusmodi errata reperire sit, sed non frequentia.

Hymnus *Te decet laus* Ambrosianus vocatur lib. I *Miraculorum sancti Richarii*, sed quoniam sensu ita dictus sit, haud satis liquet; cum enim ille non constet metris, neque ab Ambrosio, neque ad formam Ambrosianam factum oportet. De cantico eucharistico *Te Deum laudamus*, pigeret hic anxie dicere; nemo quippe est hac nostra ætate non plane rudis, qui fabulam esse inficiatur, quod eundem hymnum post baptizatum ab Ambrosio magnum Augustinum ab utroque alternis vicibus decantatum olim jactabant. Non negamus autem hymnorum qui vulgati sunt in superioribus editionibus, maxime vero eorum qui ad horas diurnas et feriarum vespas decurruntur, aliquos pertinere ad Ambrosium: sed quia eos ab alienis dignoscere hoc opus, hic labor est, eo minori cum dubitatione illos omisimus, quod fere in omnibus Breviariis, aliisque libris maxime obviis circumferuntur<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Adis Appendixem hujus tomi II editionis Benedictinæ (Patrologiæ tom. xvii), ubi ad secundæ partis calcem ultra quinquaginta hymnos legere est, Ambrosii nomine inscriptos.

## SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI HYMNI.

### 1219 HYMNUS I.

Æterne rerum conditor,  
Noctem diemque qui regis,  
Et temporum das tempora,  
Ut alleves fastidium,

Præco diei jam sonat,  
Noctis profundæ pervigil,  
Nocturna lux viantibus,  
A nocte noctem segregans.

Hoc excitatus Lucifer,  
Solvit polum caligine,  
Hoc omnis errorum chorus,  
Viam nocendi deserit.

Hoc nauta vires colligit,  
Pontique mitescunt freta,  
Hoc ipsa petra Ecclesiæ  
Canente, culpam diluit.

Surgamus ergo strenue,  
Gallus jacentes excitat,  
Et somnolentos increpat,  
Gallus negantes arguit.

Gallo canente, spes redit,  
Egris salus refunditur,  
Mucro latronis conditur,  
Lapsis fides revertitur.

Jesu, labantes respice,  
Et nos videndo corrige;  
Si respicis, lapsus cadunt,  
Cæteraque culpa solvitur.

Tu lux refulge sensibus,  
Mentisque somnum discute:  
Te nostra vox primum sonet,  
Et vota solvamus tibi.

### HYMNUS II.

Deus creator omnium,  
Polique rector, vestiens  
Diem decoro lumine,

Noctem soporis gratia.

Artus solutus ut quies  
Reddat laboris usui,  
Mentesque fessas allevet,  
Luctusque solvat anxios.

Grates peracto jam die,  
Et noctis exortu preces,  
Votis, reos ut adjuves,  
Hymnum canentes solvimus.

Te cordis ima concinant,  
Te vox canora concrepet,  
**1220** Te diligat castus amor,  
Te mens adoret sobria.

Ut cum profunda clausert  
Diem caligo noctium,  
Fides tenebras nesciat,  
Et nox fide reluceat.

Dormire mentem ne sinas,  
Dormire culpa noverit,  
Custos fides refrigerans,  
Somni vaporem temperet.

Exuta sensu lubrico,  
Te cordis alta somnient;  
Nec hostis invidi dolo  
Pavor quietos suscitet.

Christum rogemus et Patrem,  
Christi Patrisque Spiritum,  
Unum potens per omnia  
Fove precantes Trinitas.

### HYMNUS III.

Jam surgit hora tertia,  
Qua Christus ascendit crucem,  
Nil insolens mens cogitet,  
Intendat affectum precis.

Qui corde Christum suscipit,  
Innoxium sensum gerit:  
Votisque præstat sedulis,  
Sanctum mereri Spiritum.

Hæc hora qua finem dedit  
Diri veterno criminis,  
Mortisque regnum diluit,  
Culpaque ab ævo sustulit.

Hinc jam beata tempora  
Cœpere Christi gratia:  
Fide replevit veritas  
Totum per orbem Ecclesias.

Celso triumpho vertice,  
Matri loquebatur suæ:  
En filius, mater, tuus;  
Apostole, en mater tua.

Prætenta nuptæ fœdera  
Alto docens mysterio;  
Ne virginis partus sacer  
Matris pudorem læderet.

Cui fidem cœlestibus  
Jesus dedit miraculis:  
Nec credidit plebs impia;  
Qui credidit, salvus erit.

Nos credimus natum Deum,  
Partumque Virginis sacræ,  
**1221** Peccata qui mundi tulit,  
Ad dexteram sedens Patris.

### HYMNUS IV.

<sup>a</sup> Veni, redemptor gentium,  
Ostende partum Virginis,  
Miretur omne sæculum:  
Talis decet partus Deumi.

Non ex virili semine,  
Sed mystico spiramine,  
Verbum Dei factum caro,  
Fructusque ventris floruit.

Alvus tumescit Virginis,  
Claustum pudoris permanet,  
Vexilla virtutum micant,  
Versatur in templo Deus.

Et pare Ephrem coram, excita  
Potentiam tuam et veni.

Sed unde id sumptum sit, quis divinare poterit?

<sup>a</sup> Breviarium Cisterciense huic hymno primam stropham, quæ nusquam alibi reperitur, sic exhibet:  
intende quis Regis Israel,  
Super Cherubim qui sedes:

• *Procedens de thalamo suo,*  
 Pudoris aula regia,  
 Geminæ Gigas substantiæ,  
 Alacris ut currat viam.  
 Egressus ejus a Patre,  
 Regressus ejus ad Patrem;  
 Excursus usque ad inferos,  
 Recursus ad sedem Dei.  
 Æqualis æterno Patri  
 Carnis tropæo accingere  
 Infirmam nostri corporis  
 Virtute firmans perpeti.  
 Præsepe jam fulget tuum,  
 Lumenque nox spirat novum,  
 Quod nulla nox interpolet,  
 Fideque jugi luceat.

## HYMNUM V.

Illuminans Altissimus  
 Micantium astrorum globos,  
 Pax, vita, lumen, veritas,  
 Jesu save precantibus.  
 Seu mystico baptismate  
 Fluente Jordanis retro  
 Conversa quondam tertio  
 Præsente sacraris die.  
 Seu stella partum Virginis  
 Cælo micans signaveris;  
 Et hac adoratum die  
 Præsepe Magos duxeris.  
 Vel hydiis plenis aquæ  
 Vini saporem infuderis:  
 Hausit minister conscius,  
 Quod ipse non impleverat.  
 Aquas colorari videns,  
 Inebriare flumina;  
 Mutata elementa stupent  
 Transire in usus alteros.  
 Sic quinque millibus viris  
 Dum quinque panes dividis,  
 Edentium sub dentibus  
 In ore crescebat cibus.  
 Multiplicabatur magis  
 Dispensio panis suo:  
**1222** Quis hæc videns mirabitur  
 Juges meatus fontium?  
 Inter manus frangentium  
 Panis rigatur profluvius:  
 Intacta quæ non fregerant,  
 Fragmenta subrepunt viris.

## HYMNUM VI.

Orabo mente Dominum,  
 Orabo simul spiritu;  
 Ne vox sola Deo canat,  
 Sensusque noster alibi  
 Ductus, aberrret fluctuans,  
 Vanis præventus casibus.

## HYMNUM VII.

Splendor Paternæ gloriæ,  
 De luce lucem proferens,

• *Fauetus Regiensis: Procede de thalamo suo.*

Primordiis lucis novæ  
 Diem dies illuminans.

Verusque sol illabere,  
 Micans nitore perpeti,  
 Jobarque sancti Spiritus  
 Infunde nostris sensibus.

Votis vocemus et Patrem,  
 Patrem perennis gloriæ,  
 Patrem potentis gratiæ,  
 Culpam releget lubricam.

Informet actus strenuus,  
 Dentes retundat invidi,  
 Casus serundet asperos,  
 Donet gerendi gratiam.

Mentem gubernet et regat,  
 Casto fideli corpore,  
 Fides calore ferveat,  
 Fraudis venena nesciat.

Christusque nobis sit cibus,  
 Potusque noster sit fides,  
 Lacti bibamus sobriam  
 Ebrietatem Spiritus.

Latus dies hic transeat,  
 Pudor sit ut diluculum,  
 Fides velut merities,  
 Crepusculum mens nesciat.

Aurora cursus provehit,  
 Aurora totus prodeat  
 In Patre totus Filius  
 Et totus in Verbo Pater.

## HYMNUM VIII.

Æterna Christi munera,  
 Et martyrum victorias,  
 Laudes ferentes debitas,  
 Lætis canamus mentibus.

Ecclesiarum principes,  
 Belli triumphales duces,  
 Cælestis aulæ milites,  
 Et vera mundi lumina.

Terrore victo sæculi,  
**1223** Spretisque pœnis corporis,  
 Mortis sacræ compendio,  
 Vitam beatam possident.

Traduntur igni martyres,  
 Et bestiarum dentibus,  
 Armata sævit unguis  
 Tortoris insani manus,

Nudata pendent viscera,  
 Sanguis sacratus funditur,  
 Sed permanent immobiles  
 Vitæ perennis gratia.

Devota sanctorum fides,  
 Invicta spes credentium;  
 Perfecta Christi charitas,  
 Mundi triumphat principem.

In his Paterna gloria,  
 In his voluntas Filii,  
 Exsultat in his Spiritus,  
 Cælum repletur gaudiis.

Te nunc, Redemptor, quæsumus,  
 Ut ipsorum consortio  
 Jungas præcantes servulos,  
 In sempiterna sæcula. Amen.

## HYMNUM IX.

Somno relectis artibus,  
 Spreto cubili surgimus,  
 Nobis, Pater, canentibus  
 Adesse te deprecæmur.

Te lingua prius concina,  
 Te mentis ardor ambiat;  
 Ut actuum sequentium  
 Tu, sancte, sis exordium.

Cedant tenebræ lumini,  
 Et nox diurno sideri;  
 Ut culpa quam nox intulit,  
 Lucis labascat munere.

Precamur iidem supplices,  
 Noxas ut omnes ampetes;  
 Ne ore te canentium  
 Lauderis in perpetuum.

Præsta, Pater piissime,  
 Patrique compar unice,  
**1224** Cum Spiritu paraclete  
 Regnans per omne sæculum.

## HYMNUM X.

Consortis paterni luminis,  
 Lux ipse lucis, et dies,  
 Noctem canendo rumpimus,  
 Assiste postulantibus.

Aufer tenebras mentium,  
 Fuga catervas dæmonum:  
 Expelle somnoletiam,  
 Ne pigritantes obroat.

Sic, Christe, nobis omnibus  
 Indulgeas credentibus;  
 Ut prosit exorantibus,  
 Quod præcinentes psallimus.

## HYMNUM XI.

O Lux beata Trinitas,  
 Et principalis unitas,  
 Jam sol recedit igneus,  
 Infunde lumen cordibus.

Te mane laudum carmine,  
 Te deprecamur vespere,  
 Te nostra supplex gloria,  
 Per cuncta laudet sæcula.

## HYMNUM XII.

Fit porta Christi pervia.  
 Referta plena gratia,  
 Transitque Rex, et permansit.  
 Clausa, ut fuit, per sæcula.

Genus superni luminis,  
 Processit aula virginis,  
 Sponsus, redemptor, conditor,  
 Suxæ gigas Ecclesiæ.

Honor matris et gaudium,  
 Immensa spes credentium,  
 Per atra mortis pocula,  
 Resolvit nostra crimina.

# ELENCHUS

## MANUSCRIPTORUM ATQUE EDITORUM CODICUM

AD QUOS EXACTA ET EMENDATA SUNT SANCTI AMBROSII OPERA, QUÆ IN HOC  
SECUNDO VOLUMINE CONTINENTUR.

*Castigata sunt Opera hujusce voluminis prope omnia ad variantes lectiones e codicibus Vaticanæ bibliothecæ collectas, ut dictum est de singulis commentationibus prioris tomi. Emaculata quoque fuerunt ad easdem editiones, quarum subsidio primum volumen emendatum est, de quibus cum in ejusdem elencho jam egerimus, nihil hoc loco superaddemus.*

### LIBRI TRES DE OFFICIIS.

Recensiti sunt ad mss. :

Thuaneum unum nunc Colbert. annorum 1000.  
Vaticanos tres optimas notæ.  
Benignianum unum annorum 800.  
Laudunenses duos, alterum ann. 700, alterum 500.  
Crespiensem unum annorum 700.  
Bigotium unum annorum 700.  
Tellerianum unum annorum 600.  
Fuliensium unum annorum 600.  
Compendiensem unum annorum circ. 600.  
Sorbonicos duos alterum ann. 600, alterum circiter 400.  
Regios duos alterum ann. 600, alterum 400.  
Victorinos tres annorum 600, 500 et 400.  
Colbertinos quatuor annorum 600, 500, 400 et 300.  
Carnutensem unum annorum circ. 500.  
Dionysianum unum ejusdem propemodum ætatis.  
Theodoricensem unum annorum 500.  
Sagiensem unum annorum 500.  
Vallis lucentis unum annorum 500.  
Germanensem unum ejusdem ætatis.  
Pratellensem unum ejusdem etiam ætatis.  
Corbeiensem unum annorum 400.  
Lyrensem unum annorum 500.  
Laudinum unum annorum 500.  
Gemeticensem unum non multo recentiorum.

### LIBRI TRES DE VIRGINIBUS.

Castigati sunt ad mss. :

Remensem unum ab Hincmaro Ecclesiæ suæ datum, annorum 800.  
Gemeticenses duos, alterum annorum 800, alterum mutilum, annorum 700.  
Pratellensem unum annorum 700.  
Fiscanensem unum, sed mutilum annorum 700.  
Sagiensem, et hunc mutilum ann. 600.  
Albinianum unum annorum 600.  
Tellerianum unum annorum 600.  
Colbertinos duos, alterum annorum 600, alterum annorum 400.  
Regium unum annorum 500.  
Carnutensem unum, ex Abbatia sancti Petri in Valle, sed mutilum, annorum 500.  
Floriacensem unum annorum 500.  
Theodoricensem unum annorum 500.  
Vallis-claræ unum annorum 500.  
Vallis-lucentis unum ejusdem ætatis.  
Sorbonicum unum annorum 400.

### LIBER DE VIDUIS.

Emendatus est ad mss. :

Gemeticensem unum annorum 700.  
Fiscanensem unum annorum 700.  
Pratellensem unum ejusdem ætatis.  
Tellerianum unum annorum 600.  
Colbertinos duos, alterum annorum 600, alterum 400.  
Albinianum unum annorum 600.  
Regium unum annorum 500.  
Vallis-claræ unum annorum 500.  
Sorbonicum unum annorum 400.

### LIBER DE VIRGINITATE.

Collatus fuit cum omnibus fere codicibus iis, ad quos castigati sunt libri tres de Virginibus.

### LIBER DE INSTITUTIONE VIRGINIS.

Recensitus est ad mss. :

Gemeticenses duos annorum circiter 700.  
Pratellensem unum ejusdem ætatis, sed mutilum.  
Albinianum unum annorum 600.

Vallis lucentis unum annorum 500.  
Carnutensem unum annorum 500.

### EXHORTATIO VIRGINITATIS.

Emendata est ad mss. :

Gemeticenses duos annorum circiter 700.  
Fiscanensem unum annorum etiam 700.  
Pratellensem unum ejusdem propemodum ætatis.  
Sagiensem unum annorum 600.  
Albinianum unum annorum 600.  
Colbertinos duos, alterum annorum 600, alterum 400.  
Regium unum annorum 500.  
Carnutensem unum annorum 500.  
Vallis-lucentis unum ejusdem ætatis.  
Sorbonicum unum annorum 400.

### LIBER DE LAPSU VIRGINIS CONSECRATÆ.

Correctus fuit ad mss. :

Gemeticensem unum annorum 700.  
Floriacensem unum annorum 600.  
Michaelinum unum annorum 600.  
Albinianum unum ejusdem quoque antiquitatis.  
Colbertinos tres annorum 600, 500 et 400.  
Regium unum annorum 500.  
Victorinum unum annorum 500.  
Regiomontanum unum annorum circiter 300.  
Sorbonicum unum annorum 400.

### LIBER DE MYSTERIIS.

Collatus fuit cum mss. :

Benigniano uno annorum 800.  
Claramontano uno annorum 800.  
Remensibus duobus, altero Hincmari annorum 800, altero ann. 500.  
Gemeticensi uno annorum circiter 700.  
Pratellensi uno annorum etiam 700.  
Vincentino uno, id est, sancti Vincentii Cenomanensis, annorum 600.  
Albiniano uno annorum 600.  
Michaelino uno annorum 600.  
Illidiano uno, id est, sancti Illidii Claramontani, annorum 600.  
Tellerianis duobus annorum circiter 600.  
Fragmento unius codicis Germanensis ann. 600.  
Regis duobus, altero ann. 500, altero 400.  
Lætienti uno annorum 500.  
Alnetino uno ejusdem ætatis.  
Colbertinis tribus duobus ann. 500, tertio 400.  
Victorino uno annorum 400.  
Sorbonico uno ejusdem circiter antiquitatis.

### SEX LIBRI DE SACRAMENTIS.

Recogniti sunt ad eosdem mss. ad quos liber de Mysteriis exactus fuit, et præterea ad Germanensem unum annorum 500 et Vallis-Lucentis unum ejusdem ætatis.

### LIBRI DUO DE POENITENTIA.

Recensiti sunt ex mss. :

Benigniano uno annorum 800.  
Claramontano uno annorum 800.  
Laudunensi uno annorum 700.  
Germanensibus duobus, altero ann. 800, altero 500.  
Colbertinis duobus, altero annorum 600, altero 400.  
Floriacensi uno annorum circiter 600.  
Michaelino uno annorum 600.  
Albiniano uno annorum etiam 600.  
Fuliensium uno annorum 600.  
Remensi uno annorum 500.  
Cisterciensi uno annorum 500.  
Sorbonico uno annorum circiter 400.

## LIBRI DE FIDE AD GRATIANUM.

Emendati sunt ad mss. :

Remensem unum ab Hincmaro Ecclesie sue datum, annorum 800.

Colbertinos septem, annorum 800, 600, 500 et 400.

Albinianum unum annorum 600.

Bigotinum unum annorum circiter 600.

Tellerianum unum annorum 500.

Audoenensem unum annorum 500.

Ebrulphensem unum annorum 500.

Theodoricensem unum annorum 500.

Lætiensem unum ejusdem ætatis.

Sorbonicum unum annorum circiter 400.

*Observandum autem est in manuscriptis aliquot e libris quinque de Fide non nisi priores duos contineri.*

## LIBRI TRES DE SPIRITU SANCTO.

Recogniti sunt ad mss. :

Remensem unum annorum 800.

Remigianum unum annorum circiter 600.

Colbertinos quatuor annorum 800, 500 et 400.

Albinianos duos, annorum 600 et 500.

Audoenensem unum annorum 500.

Theodoricensem unum annorum 500.

Lætiensem unum annorum 500.

Sorbonicum unum annorum circiter 400.

Fragmentum antiqui cujusdam codicis Floriacensis.

## LIBER DE INCARNATIONE DOMINICA.

Collatus fuit cum mss. :

Remigiano uno annorum 800.

Corbeiensi uno incompleto annorum 800.

Fragmento uno Thuanei codicis etiam ann. 800.

Albinianis duobus annorum 600 et 500.

Victorino uno annorum 600.

Floriacensi uno annorum circiter 600.

Colbertinis tribus annorum 600, 400 et 300.

Audoenensi uno annorum 500.

Theodoricensi uno annorum 500.

Sorbonico uno annorum circiter 400.

## LIBER EPISTOLARUM.

Expurgatus est ad mss. :

Belvacensem unum annorum circiter 800.

Pratellensem unum annorum etiam 800.

Thuaneum unum annorum 800.

Vindocinensem unum annorum 700.

Regium unum annorum 600.

Albinianum unum annorum circiter 600.

Tellerianum unum ætatis circiter ejusdem.

Gemeticensem unum annorum amplius 500.

Longipontinum unum annorum 500.

Caroli-loci unum annorum 500.

Pontiniacenses duos non diversæ antiquitatis.

Lætiensem unum etiam ann. 500.

Michaelinum unum ejusdem ætatis.

*Et horum manuscriptorum singuli omnes aut prope omnes Ambrosianas epistolas comprehendunt : ad eos vero qui sequuntur non omnes, sed tantum aliquot recensite sunt, nimirum.*XIII<sup>a</sup> ad Boyerianum, id est, e bibliotheca D. Boyerii præ-

sidis in senatu Divoniensi, unum ann. circiter 500.

VII<sup>a</sup> ad Corbeiensem annorum etiam 800.

ad Laudunensem annorum 700.

ad Thuaneum annorum circiter 500.

ad Germanensem unum ejusdem etiam ætatis.

et ad Colbertinos duos alterum ann. circiter 800, alterum 400.

IX<sup>a</sup> ad Regium secundum annorum circiter 400.

Concilium Aquileiense ad Tellerianum secundum annorum circiter 600 et ad editiones Chiffletii in suo Vigilio, nec non Labbei in Conciliis.

*Postremo aliæ quædam partim ad Regium tertium, partim ad Tellerianum etiam tertium, partim ad unum Fulvianum, unum B. Marici Remensis, atque unum Remigianum.*

## LIBER DE EXCESSU SATYRI.

Recognitus est ad mss. :

Corbeiensem unum annorum 800.

Benignianum unum annorum 800.

Laudunensem unum annorum 700.

Remigianum unum annorum circiter 600.

Albinianum unum ejusdem ætatis.

Regium unum annorum 500.

Germanensem unum annorum 500.

Sancti Gatiani Turonensis unum ann. 500.

Longipontinum unum annorum 500.

Vallis-claræ unum annorum 500.

Vallis-lucensis unum ejusdem ætatis.

Colbertinum unum annorum 400.

Victorinum unum annorum etiam 400.

## LIBER DE FIDE RESURRECTIONIS.

Ad omnes codices in superiori serie memoratos, exceptis Regio et sancti Gatiani, emaculatus est : sed præter illos examinatus est etiam ad Thuaneum unum ann. 800 et Fragmentum codicis Collegii Claromontani ann. 500.

## ORATIO DE OBITU VALENTINIANI.

Recensita est ad mss. :

Thuaneos duos annorum 800 et 500.

Corbeiensem unum annorum 700.

Tellerianum unum annorum 600.

Bigotinum unum annorum 600.

Remigianum unum annorum 500.

Theodoricensem unum annorum 500.

Regios duos annorum 500 et 400.

Longipontinum unum annorum 500.

Vallis-lucensis unum annorum 500.

Colbertinum unum annorum 400.

## ORATIO DE OBITU THEODOSII.

Castigata est ad mss. :

Thuaneos duos annorum 800 et 500.

Pratellensem unum annorum 700.

Bellovacensem unum ejusdem circiter ætatis.

Vindocinensem unum annorum 700.

Albinianum unum annorum 600.

Gemeticensem unum ejusdem ætatis.

Colbertinos duos, alterum ann. 700, alterum 400.

Regios duos annorum 500 et 400.

Longipontinum unum annorum 500.

## INDEX

## RERUM ET SENTENTIARUM.

*Duplex in hoc indice adhibetur notatio arithmetica : prior, quæ crassioribus characteribus respondet, textui continetur insertis, editionis Benedictinæ columnis indicat, numeros posterior.*

## A

AARON dignus plane vir, qui sequendus proponatur omnibus, vere vir mentis et animi sacerdotalis; qui se pro Domini grege quasi pastor bonus pio objiceret affectu, 1034, 51. Aaron consilio, Moyses scientia præponderat, 1037, 2. Ideo sacerdotem illum Deus ipse elegit; ut non humana cupiditas in eligendo sacerdote præponderaret, sed gratia Dei; non voluntaria oblatio, nec propria assumptio, sed cælestis vocatio, 1033, 48. Quam beatum se crediderit, quando medius stetit inter vivos et mortuos, 73, 11. Non imprudens annulos Judæis et in aures abstulit, 1034, 3 et seq. Tantum sacerdotem, quod aureum vituli caput conflaverit, nec excusare possumus, nec condemnare audeamus, 1034, 3. Quid sibi vult quod detraxerit aurum populo

poscenti sibi fieri deos, et quod eo auro figuratum sit vituli caput, vel quod Moyses tam dure indignatus sit, 1034, 1 et seq. Figuram gerit Christi, 471, 4. Sacerdotalis ejus vestis quid significet; *ibid.* et seq.

Aaron virga insignie sacerdotalis gratiæ, arnerat ante, sed in Christo reffloruit, 764, 4. Quid significaverit, 936, 2 et seq.; 1035, 58.

ARDEMELECH, hoc est, assumptus a Domino, 656, 111. Quid figuraverit, 653, 111 et seq.

ABEL ideo placuit, quia non est suum munus meratus, qui de primitivis ovium obtulit, 926, 9. Qui sacrificium illius nos docuerit, et prophetaverit? 705, 4. Abel fructus mellis, quam Cain: in illo mundi redemptio annuntiat, ab isto mundi ruina: in illo Christi sacrificium, in illo diaboli pericidium, 287, 56.

**AMMELECH** pro hospitalitatis gratiæ officii necem potius sui, quam proditorem fugientis amici subeundam arbitrabatur, 138, 124.

**ANAGNATIS**. Qui se ipsam anagnat, ipse justus, ipse dignus Christo est, 38, 142.

**ABRAHAM** Chaldæus adscitur ad finem, ut Chaldæorum superstio conticesceret, 994, 5. Fide primus, iustitia præcipuus, in prælio strenuus, in victoria non avarus, domi hospitalis, uxori sedulus, 30, 110. Creditid non ex parte, sed per omnia, 1094, 5. Fidelis in bello, abstemius in triumpho, qui doctis non hominum ditescere, sed Dei mallet, 1159, 96. Quid quatuor reges ab eo devicti figuraverint, *ibid.* Non ignoravit Spiritum sanctum, 635, 4.

Abraham donatus remuneratione maxima, quia iubente Deo, pie posse fieri creditid etiam parricidium, 1016, 14. Sciebat acceptorem Deo filium immolatum esse, quam sanum: et quem sero susceperat, cito obtulit, 1160, 97. Quomodo in uno ejus facto, filium suum immolare volentis, fuerint omnes quatuor virtutes? 32, 119. Qui immolare unigenitum fidei intentione properabat, majore pietatis studio festinavit ovem subrogare sacrificio, 1104, 5. Veram Dominicæ corporis passionem inagni conspexit immolatione, 1071, 1. Cur Deus Jephthæ non Abrahæ parricidium fieri permisit, 215, 7 et seq. Utriusque differentia, 216, 9.

Abraham dum se stercus et cinerem statetur, summa humilitate invenit Dei gratiam, 416, 4. Quomodo appetitum rationi obedientem præbuit? 29, 107 et seq. Quomodo in eo fuerit prudentia? 31, 117. Paratus excipiendus hospitibus, fidelis Deo, impiger ministerio, promptus officio, Trinitatem in typo vidit, et loquebatur in eo non doctrina, sed gratia, 1159, 96. Pro hospitalitatis mercede fructum posteritatis recepit, 95, 104. Signo dominicæ crucis et nominis quinque regum victricumque turmarum subacto robore, et ultus est proximum, et fratris filium meruit et triumphum, 444, 3. Devotionem ejus imitemur, 1160, 99. Il magis Abrahæ filii, qui ex fide, 1095, 1. Nos non in gremio corporali, sed in quodam honorum factorum amictu sancti Patriarchæ probata Deo successio fovet, 1161, 101.

**ABSENTIBUS** nullum pati damnum irrepere magnum est non solum suavitatis, sed etiam collationis et liberalis scientiæ, 4051, 1.

**ABSOLUTIONIS** mora in confitendo est, confessionem sequitur peccatorum remissio, 941, 45. Cui absolvi potest, qui nec sibi innocens est? 13, 45.

**ABSTINENTIA** potus, cibis parcimoniam docet vilita nescire, qui docet causas nescire vitiorum, 159, 53. Abstinentia facit etiam juventutis annos senescere, 1029, 26. Quidam in veteri Testamento abstinentia celebres recensentur, *ibid.*, 28 et seq. Non infruitatem ex jejuniis et abstinentia reformides, 298, 79. Refutantur qui expugnant meritum jejuniis et abstinentiæ, 1024, 7 et seq.; 1026, 15 et seq. *Vid. JEJUNIUM.*

**ABUNDANTIA** ibi, ubi satiatis, 943, 10.

**ABUNDANTIA** episcopus Tridentinus, 786, 1; 805, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 801, 57.

**ACHAI** inter regales gazas egentissimus et cur, 945, 8.

**ACHOLUS** se monasteriis puer dedit, et intra Achaiam angusto clausus tugurio, gratia tamen multarum terrarum peragravit divortia, ad summum sacerdotium a Macedonicis obsecratus populis, electus a sacerdotibus, 821, 12. Constantinopolim, Achaiam, Epirum, Italiam excursu frequenti percurrit, 822, 2. Ejus judicio quid ab aliis episcopis reservatum? 817, 7. Benedicta ejus senectus, 823, 3. Anysium quasi præcius successurum sibi, etsi promissis agebat, tamen iudiciis designabat, 821, 9. Velut quodam neclotidis suæ dimisso amictu sanctum Anysium discipulum num induit, et sui vestivit infulis sacerdotii, 821, 9. Beata mors ejus atque virtutes eximia prædicantur, 819, 3 et seq. Lotius ingruentibus Gothorum catenis sanctus Acholus recibus suis fecit, ut de partibus Macedoniae victores fugaret, 820, 5 et seq. Similia Elizæo, aut prope majora fecit, *ibid.*, 7. *Vid. GOTHI, AMBROSIIUS.*

**ACTU** in omni quærendum quid personis, quid temporis conveniat, atque statibus, 57, 222. Quod velis prolixè facere, aliquando ne feceris, 178, 17.

**ADAM** ex terra creatus virgine, 983, 13. Cur Deus insulaverit in faciem ejus, 982, 11. Totius mundi erat incolat, et Græci dicunt *κοσμοπολίτης*, opus Dei recens, confabulator assiduus, civis sanctorum, complantatus virtutibus, ræceptis omnibus animantibus, 985, 16. Cur Deus ei ræcepit de ligno scientiæ boni et mali non esse gustandum, 982, 9. Solus erat, et non est prævaricatus; quiarens ejus adhærebat Deo: postquam vero mulier ei djuncta est, non potuit inhaerere mandatis cœlestibus, 92, 2. Solus erat, quando in paradiso constitutus est, solus rat, et quando ad imaginem Dei factus est: sed non erat olus, quando de paradiso ejectus est, 992, 5. Ante peccatum nudus erat, sed nudus se nesciebat; quia erat indu-

tus virtutibus, 1015, 12. Solvit legem naturalem, atque per inobedientiam offensam traxit et culpam incidit ex insolentia, 1078, 5. Causa dejectionis ejus superbia fuit, superbia autem orta ex prærogativa innocentia, 1078, 5. Appetentia voluptatis constat deceptum texitisse a mandato Dei, et fructu gratiæ, 1026, 14. Si se texitisset jejuniis, non fuisset nudus effectus, 968, 11. Culpa et latebrarum ejus exprobratio, 856, 17. Post culpam statim Deus eum separavit de deliciis, ut ageret penitentiam, statim induit tunicam pelliceam non sericam, 437, 99. Sepulcrum ejus in Golgotha, ut Christus illum mortuum in sua cruce resuscitaret, 1070, 10. *Vid. PECCATUM ORIGINALE.*

**ADOLESCENTIS** quæ sint officia, 18, 63. Vicina est lapsibus adolescentia, 189, 12. Adolescentibus utile, ut claros et sapientes viros sequantur, 93, 97. Pulchra copula seniorum atque adolescentium, 94, 100. *Vid. VERECUNDIA, VINUM.*

**ADOPTIO** potestatis est, generatio proprii tatis, 536, 86. Adoptio filiorum redemptio totius corporis est, quæ perfecta erit, quando omnes post resurrectionem merebunt Dei faciem videre, 927, 15. In quibus Deus Filium suum ad imaginem suam cernit, eos per Filium adsciscit in gratiam filiorum; ut quemadmodum pro imaginem ad imaginem sumus, sic per generationem filii in adoptionem vocemur, 566, 90.

**ADORATIO**. Deum non adorat, nisi qui veritatem divinitatis ejus pio haurit affectu, 679, 71.

**ADVERSUS** aliquibus cum ungemur tunc Deo subditi sumus, 844, 9. Inde incipit beatus iudicio divino, ubi ærumna æstimatur humana, 17, 39. Noli ex istius sæculi incommodis merita iusti pensare, 301, 91. Sancti viri gravia in hoc mundo, et multa perpassi sunt sine suffragatione meritorum, cum ærumna laborum, 1141, 29. Gratiis Domino qui vult servulos suos castigare, ne perdat, 1000, 16. Animum mala inexplorata plus frangunt, 51, 189. Plus adversorum dolore frangimur, quam secundorum fructu potimur, 1159, 18. Neque in doloribus molliores simus, neque in prosperis elatiores, 49, 185. In adversis rebus ultio pro victoria habetur, 775, 15. In adversis amicus probatur, nam in prosperis amici omnes videntur, 139, 129. *Vid. FORTITUDO.*

**ADULANTEM** se vel adulatum exhibere, alterum calliditatis est, vanitatis alterum, 60, 235. Adulatione molliri videtur esse ignavia, 56, 218. Sicut adulationis fugitius amicitia debet esse, ita etiam aliena insolentia, 140, 153. Non est vera amicitia, ubi fallax adulatio, 140, 134.

**ADULTERIUM** non solum facti collusionem, sed etiam aspectus intentione committitur, 69, 265. Si quis alienæ uxoris expugnat pudorem, adulterium facti, cuius vel solo nomine reprimitur plerunque tentandi audacia, 1018, 1. Inter decem testes confectis sponsaliis, nuptiis consummatis, quævis femina non sine magno periculo perpetrat adulterium, 310, 20. Est velut quidam adulter incontinens in matrimonio, 1030, 32. Adulter non potest dicere: Portio mea Dominus, 1045, 94.

**ADVERSARIUS**. Nulla sine adversario corona victoriæ, 840, 28.

**ÆGRITUDO** carnis peccatum repellit: luxuria autem carnis culpam adolet, 407, 63. Quæ sint ægritudines animæ graves, 908, 15 et seq.

In Ægypto primo mense nova secantur frumenta, 885, 16. Transire in Ægyptum non criminiosum est, sed transire in mores Ægyptiorum, transire in eorum perfidiæ scævitate, et luxuriæ deformitate, 904, 8.

**ÆGYPTI** geometriæ et colligendis siderum cursibus operam impendunt suam, 1072, 5. Ægyptiacos dies quidam explorare consueverunt, 881, 4. Ægyptii pastores pecorum abominabantur, non propter hominem, sed propter pecora, 898, 1. Oderant immolata sacrificia, id est, perfecta studia virtutum, et plena disciplinæ, 898, 2. *Vid. AMBROSIIUS, MENSIUS, THEOPHILUS.*

**ÆQUALITAS** gradum nescit, nescit unitas ordinem, 689, 117.

**ÆQUINOCTII** dies est duodecimo kalendas Aprilis, 883, 16.

**ÆQUITAS** imperia confirmat, iniustitia dissolvit, 93, 95.

**ÆRUGO** nostra lascivia est, ærugo nostra luxuria est, quæ flagitiorum sordibus aciem mentis obducunt, 633, 185.

**ÆSCULAPIO** dant quod mortuum reformaverit; sed ipse fulminatus non evasit, 176, 7.

**ÆTAS** omnis habilis Deo, perfecta est Christo, 223, 40; 827, 15. Nulla ætas ad perdiscendum sera est, 834, 7. Est perfecta ætas, ubi perfecta est virtus, 1200, 6. Fides auget ætatem, *ibid.*, 7.

**ÆTERNITATEM** Dei Scripturæ significandi mos, 508, 61. *Vid. DEUS.*

**ÆTHIOPE**. *Vid. CIRCUMCISIO.*

**AFFABILITAS** sincera debet esse ac sobria, et sine adulatione, 93, 96. Affabilitas et mansuetudo quantum populii favorem concilient, 78, 30 et seq.



- AFFECTUS** tuus nomen imponit operi tuo : quomodo a te proficitur, sic aestimatur, 59, 147. Affectus divitem collationem aut pauperem facit, et pretium rebus imponit, 40, 149. Nemo majore fiducia utitur, quam qui ex affectu diligit, 934, 23. Affectus necessitudine defertur, meritis iudicia formantur, 932, 7. Influentibus divinis corporeus peregrinatur affectus, et usus exterioris hominis exolecit, 228, 60.
- AFRICA** atque Gallia omnium sacerdotum communi societate potiuntur, 818, 3.
- AFRICANUS** inter Annibalis acies triumphum invenit, 834, 7.
- AGENTES** in rebus, 834, 7.
- AGER** eo melior est, quo numerosior fructus, 178, 17.
- AGRI** Ecclesie. *Vid.* ECCLESIA.
- AGNUS**, id est, epulans, ut interpretatio declarat, 912, 7.
- AGGREDIENDUM** nihil, quod non possimus exsequi, 50, 186.
- AGNES** virgo, 307, 10. Cuius ne nomen quidem vacuum luce laudis fuit, 147, 5. Castitatem protexit, salutem cum immortalitate commutavit, 54, 213. Duodecim annorum martyrium fecisse traditur, 147, 7. Illud describitur, *ibid.* et seq. Adhuc arbitra sui per etatem esse non poterat, 148, 8. Ad mortem quasi ad immortalitatem festinavit, 939, 57. Pythagorea virgine major, 131, 19. Natalis ejus, 147, 5. Aem pinguiora sunt herbis suavioribus, et succus lactis salubrior, 903, 2.
- AGRICOLÆ** martyrium describitur, 279, 5. Ejus reliquie. *Vid.* AMBROSIIUS, RELIQUIÆ, VITALIS.
- AGRICOLÆ** laboriosi imitandi, 416, 3.
- AGROV.** 783 et seq.
- ALANOS** atque Hunnos Valentinianus appropinquantes Gallie, per Alemannia terras repressit, 800, 8.
- ALEXANDRO** Macedonum rege sacrificante, puerulus qui ei lumen accendebat, adusto corpore mansit immobilis, 177, 12. Calani ad Alexandrum epistola, ejusque ad eundem Alexandrum plenus auctoritas sermo, 938, 35 et seq.
- ALEXANDRIÆ** basilica quæ sola præstabat cæteris, a Gentilibus et Judæis tempore Juliani incensa, 987, 15.
- Alexandriensis Ecclesiæ dispositionem ordinemque semper tenuerunt Patres concilii Aquileiensis, 814, 6.
- ALMACHIUS** episcopus, 786, 1; 803, 76.
- ALMONI** fumen, 840, 30.
- ALTARE** forida corporis est, 366, 7. Quid est altare, nisi forma corporis Christi, 374, 7. *Vid.* AMBROSIIUS.
- ALTIUM**, 767, 8.
- ALYPIUS** Antiocho litteras dedit ad Ambrosium, 1107, 1.
- AMANTIUS** episcopus Nicænsis, 786, 1; 803, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 803, 64.
- Ambitui qui curvatur non liber est, servit enim alieno imperio, 939, 39.
- AMBROSIA** Domini sacra, 249, 1.
- AMBROSII** salutant Eusebium, 1003, 3.
- AMBROSIIUM** utrumque pignus nobis resedit, 1004, 1.
- Ambrosiana basilica, 875, 2.
- AMBROSIIUM** a Valentiniano populum episcopum postulavit, 861, 7. Valentinianus quietem futuram spondat, si Ambrosius susciperet sacerdotium, *ibid.* Ambrosius de forensium strepitu jurgiorum et a publicis terrore administrationis ad sacerdotium vocatus, 431, 67. Non in Ecclesiæ nutritus sinu, non edomitus a puero: sed raptus a tribunalibus, abductus de vanitatibus sæculi hujus, a præconis voce ad psalmistæ assuetus canticum, 452, 72. Laborem aliquem pro Ecclesia suscepit, *ibid.*, 73. Sacerdotii necessitudo refugienti imposita, 2, 2. Raptus de tribunalibus atque administrationis infusus ad sacerdotium, 3, 4. Quam resistebat ne ordinaretur, postremo cum cogere, saltem protelaretur ordinatio: sed non valuit præscriptio, prævaluit impressio; tandem ordinationem ejus occidentales episcopi iudicio, orientales etiam exemplo probarunt: si dilatio ordinationi defuit, vis cogentis est, 1037, 68. Ambrosius et vitæ merito, et Dei dignatione conspicuus episcopus Mediolanensium civitatis, 787, 4. Docendi necessitudo ipsi imposita, 2, 2. Prius docere incipit quam discere, 3, 4. Quotidie instaurat sacrificium, 856, 13. In fabricis Ecclesiæ sæpe veritus est, ne displiceret Satyro, 1119, 20. Altaribus et templo quæ dedicatæ sunt a Deo postulat, 8, 24. Incidit in invidiam quod vasa Ecclesiæ confregerit, ut captivos redimeret, 103, 136. Non minus diligit, quos in Evangelio genuit, quam si in confugio suscepisset, 8, 24. Diligit eos vel presbyteros vel diaconos, qui cum aliquo processerint, nequaquam patiuntur a suo diutius abesse munere, 1106, 2. Omnia quæ illi erant, pauperum erant, 831, 8. Orationibus Felicis episcopi sese commendat, 763, 3. Marcelli episcopi, cum Læto fratre ejus, ac utriusque sororis causa ad Ambrosii iudicium remissa, de qua et ipse pronuntiat, 1100, 1 et seq. Propter frequentes episcoporum disensiones Gallias predictæ excu-
- saverat, 1181, 25. Unum non recepit in clerum, et alterum in clero receptum jussit no sibi præiret, quia utriusque gestus et incessus dedeceret, 20, 72. Causam Indici regis suscipit, eamque episcopali iudicio absoluit, 763, 1 et seq. Dolet multas graves viduas uno tempore delicta, 1131, 67. Plura adversus regales impetus pro viduarum, immo omnium depositis certamina subit, 106, 130. Triensis Ecclesiæ episcopus, communicato cum Ambrosio consilio, depositum viduæ defendit, 106, 130 et seq. Non habet quod moleste ferat quod sibi non pepererit, quando nec mihi parco, 203, 63. Vocatur in culpam, quia multas prohibuit illicitas, 216, 10. Et consecratus integritate peccatis nubere, 219, 26. Solebat imperatoribus deserre, non cedere; supplicis se libenter offerre, 864, 2. Quales occasiones martyrii habuit, et de ipso prope sine revocatis est, 929, 4. Paternum filio neptem ex filia co, blare volente deterreret, 1017, 1 et seq. Gravi quodam morbo urgetur, 1123, 36. Præcedit agritudinem corporis revera gratiam, 998, 3. Habitu corporis minus valens ex Felicis sermone non mediocrem sumpsit ad convalescendum gratiam, 703, 1. Cum ægritudine conlectus teneretur ab Archolio visitatus, 821, 10; 822, 2. Annum tertium et quinquagesimum jam perdulerat in hoc corpore situs, 1018, 4. Quæ locum sepulture suæ prædestinaverat, 877, 13. *Vid.* PAULI, NICÆNON CONCILIUM.
- AMBROSIIUS** et Satyrus adepti sunt sæculi honores, ne villis dissimulatio videtur, 1120, 25. Eos tamen non delectabant, quod illos a se invicem dividerent, *ibid.* Tanta corporis similitudine Ambrosius in Satyro videbatur, ut multi Satyro dixerint aliquid, quod se Ambrosio dixisse memorarent, 1124, 37 et seq. Semper aut sanitas aut agritudo cum eo communis; ut cum alter agresceret, alter morbum incurreret: et cum alter convalesceret, uterque consergeret, 1134, 79. Ita semper mutuas Ambrosio cum Satyro incedit amor, ut interiore potius fovetur affectu, quam forensi blanditiâ divulgaretur, 1134, 37. Quoniam Ambrosius a Satyro fratre esset inseparabilis, 1133, 75 et seq. Quam inquietus sit quando ipsi sine Satyro procedendum esset, 1119, 22. Individuum semper fuit eorum patrimonium facultatem, 1115, 7. Cum omnia eis essent communia, solum commune non erat secretum amicorum, 1131, 39. Si Ambrosio fuisset frater, nonquam eum amplius dilexisset quam Satyrum fratrem, 1132, 68. Satyrus Ambrosio unus erat domi solatio, foris decori, in consiliis arbiter, curæ particeps, deprecator sollicitudinis, depulseraceroris, assertor acutum, cogitatorum defensor, in quæ domestica sollicitudo resideret, publica cura requireret, 1119, 20. Ambrosius ultimos Satyri fratris haustus aulicis, flatus in os inspiravit morienti, 1118, 19. Satyri morte intercessionibus sperat ad eum cito venturum, 1120, 133. Optat ut anima sua in fratris Satyri anima moriatur, 1118, 45. Satyrum fratrem suum mortuum publica oratione fœbri prosequitur, 1113, 1 et seq. Satyro ultimam coram populo valedictam, 1134, 78. Animam Satyri Deo commendat, 1135, 80. *Vid.* SATYRUS. Soror Ambrosii intermitte venerabilis, Satyro aequalis moribus, non impar officio, 1118, 16. *Vid.* MARCELLINA.
- Ambrosius apud Gratianum se, quod non venerit, excusat, 752, 1. Obtulit illi libellum Senatorum christianorum contra gentilium petitionem, 826, 10. *Vid.* GRATIANUS.
- Ambrosius libellum obtulit Valentiniano contra Symmachii relationem, 833, 1. Non veterum elegantiam in eo, sed vim rerum expectandam, *ibid.* Dedit libellum deo imperatoribus contra Symmachium, quibus significaret sumptus sacrificiorum christianorum virum non posse resistere, 1010, 2. Lecti sunt libelli in consistorio, nec aliud fecit Valentinianus, nisi quod fidei nostræ ratio posebat, *ibid.*, 3. Ambrosius postulat a Valentiniano ne gentilium superstitiones, sicuti petierant, instaurari sinat, 824, 1 et seq. Valentiniano significavit, quod si sumptus sacrificiorum pagani redderet, aut non veniret ad Ecclesiam; aut si veniret, futurum ut aut sacerdotem non inveniret, aut inveniret sibi in Ecclesia resistentem, 1010, 3. Pagani intimata Senatui legatione a Theodosio sacrificiorum sumptus reddi postulerunt: sed ille hoc negato, iustissimè Ambrosii assensionem detulit, 1011, 4.
- Persecutionis in Ambrosium ab Arianis Mediolaniensis narratio, 832, 1 et seq. In ipsa oblatione Deum orare cepit, ne cuius sanguis in Ecclesia fieret, certe ut sui sanguis pro salute non solum populi, sed etiam pro ipsi impiis effunderetur, 885, 5. Sermo ejus persecutionis tempore, 833, 14 et seq. Ecclesiæ vasa petenti imperatori negat, 868, 5. Basilicam Arianis tradere recusat, 868, 18. In basilica veteri totum exegit diem, 833, 10. Inde domum cubitum se recepit; ut si quis abducere vellet, inveniret paratum, *ibid.* Domum redire non potuit, eo paratum cum fratribus in Ecclesiæ basilica minore dixit, 806, 26. Persecutus appellatur et plerumque tyrannus, 806, 27. Quædam



gno *proposito* cubiculi responderit? 859, 28. Vocatus in Consistorium, ut deinde contra Auxentium, arbitro imperatore, disputaret, ire recusat, 860, 1 et seq. Non delaturus, si synodus propterea congregaretur 865, 16. Epistolam ad Valentinianum imperatorem de sacerdotum consilio dicitur, 862, 15. Venisset ad consistorium ut imperatoris verba cotransmitteret, si episcopi vel populus permisissent, 863, 17. Imperator denunciavit Ambrosio, ut quo vellet, pergeret, 865, 18. Etsi qui vellent, sequendi potestatem haberent, 864, 1. Ambrosius significat deserenda Eccl. sibi voluntatem subesse: non posse; quia plus Dominum mundi, quam sæculi hujus imperatorem timeret, 864, 1. Mediolanensis populus pro eo pervigiliis diebus et noctibus custodias exhibet et excubias, 865, 7. Ecclesiae fores diligenter custoditæ, inveniuntur apertæ, 866, 10. Anno superiore venit ad palatium petitus, et quid ibi tum acciderit, 871, 29. Incendia alkali, gladium, deportationem minantur, 873, 36. Murebat animo armatos ad basilicam Ecclesiae occupandam missos, et offerebat jugulum, 884, 9. Adversus arma, milites, Gothos quoque lacrymæ arma eius sunt, 864, 2. Non sibi, sed populo suo timet, *ibid.*, 4. A tractatu Concilii Nicæni nec mors nec gladius poterit eum separare, 862, 14. Persecutionis tempore quotidie vel visitandi gratia prodibat vel pergebat ad martyres, et regiam pænitii prætexebat eundo atque redeundo, 867, 15. Expectabat aut gladium pro Christi nomine, aut incendiium, eorum præparaverant, plerique narrabant percussores præmissos, penam mortis esse decretam: sed illa omnia non timebat, 867, 15 et seq. Ambrosius reperit corpora SS. Gervasii et Protasii, 874, 2 et seq. Ejus ea de re ad populum sermo, 875, 5 et seq. Tales animi defensores, 876, 10. Ambrosius basilicam dedicavit, 874, 2. Rogatur, ut sicut Romanam basilicam dedit, *ibid.* Ambrosius ad Bononiensem invitatus convivium, ubi celebrata martyris translatio est, 277, 1. Vitalis et Agricola martyrum reliquæ sibi et quomodo repertæ fuerint et elatæ ab Ambrosio? 279, 7 et seq. Collegit eorum sanguinem triumphalem et cruris lignum, 280, 9. Sub sacris altaribus ab eo reconducuntur, 280, 10. Ambrosii prima ad Maximum legatio approbata est Valentiniano, 888, 1. Valentiniano secundæ suæ ad Maximum legationis rationem reddit, *ibid.*, et seq. Cum pervenisset Treviros postridie processit ad palatium, a quo et quomodo ibi exceptus sit, *ibid.*, 2. Assurgenti Maximo ut osculum daret, quid responderit? *ibid.*, 3. Quos cum eo deinceps sermones habuerit? 4 et seq. Abstinet ab episcopis, qui communicabant Maximo, vel qui aliquos, devios licet a fide, ad necem petebant, 891, 12. Ea propter jussus a Maximo sine mora regredi, *ibid.* Ingressus iter, licet plerique insidias non evasurum crederent, *ibid.* Maximus Ambrosio minabatur: in illius odio laus erat, 1185, 39. Legati iterum missi ad Gallias Ambrosium apud Valentianum Gallorum repererunt, 890, 7. Intra Gallias juxta urbem Moguntiarum comes Victor occurrit Ambrosio, 889, 6. *Vid. MAMMUS.* Ambrosius Gratiani et Valentiniani mortem deflet, 1194, 79 et seq. Mortuum utrumque velut oculos sibi effoscos arbitratur, 1185, 39. Illos orationibus et oblationibus suis prosecutum se esse spondet, 1194, 78. Quid pro eis a Deo petat? 1196, 80. Ambrosius Valentinianum suscepti parvulum, legatus ad rostem ejus perrexit, Justinæ maternis traditum manibus inplexus est, iterum legatus repetivit Gallias pro pace, et ad reliquias Gratiani postulandas, 1182, 28. Ejus viciniam ad Valentinianum ire parati intermissa legatio et cur, 1180, 25 et seq. Vas datus a Valentiniano apud comitem suum, *ibid.*, 25. Itineri se committit, superabat Alpiam jugæ, accepto de Valentiniani morte nuntio, iter r. flexit, *ibid.*, 26. Valentinianus eam vadem suam fieri postulabat, 1190, 63. Ambrosius sponsonem suam Deo pro Valentiniano obligavit, 1190, 65. Valentinianus per eum putabat eripi se peniculis, cum non solum ut patrem diligebat, sed ut relemptorem sui et liberatorem sperabat, 1195, 79. Valentinianus biduo ante mortem litteras ad eum misit, 1181, 6. Ambrosius de Valentiniani morte dolet dolore acerbo, 002, 1 et seq. Quibus verbis animam Valentiniani defuncti floquatur? 1190, 64 et seq. Optat Valentinianum morum fratri suo Gratiano conjugii, 1188, 54. Et patri, *ibid.*, 55. Theodosius ei scripsit de Valentiniani sepultura, 005, 4. Ambrosius Eugenio in primordiis imperii sui scribenti on rescripsit; tamen ubi causa emerit officii sui, scripsit et rogavit, et cur, 1012, 12. Eugenio scribit cur eum Mediolanum venientem declinaverit, 1010, 1 et seq. Eumque, non sumptus idolorum templis concesserit, libere arguit, 011, 7 et seq. Mediolanum rediit circiter kalendas Augustas, qua Eugenio discesserat, 1020, 1 et seq. Ambrosius Aquileiæ positus, cum Synagoga Judæorum christianis incensa, et Valentinianorum conventiculum,

956, 1. Quid hac in causa egerit? *ibid.* Hac de re scripsit ad Theodosium imperatorem, 946 et seq. Quid Theodosius Ambrosio e suggestu descendenti pro Synagoga incensa et monachis dixerit, illicque Ambrosius responderit? 965, 27 et seq. Postea ad altare accessit Ambrosius, et quantum oblationis gratiam senserit, *ibid.*, 29.

Ambrosius a Theodosio petit ut sepultura Valentiniani corporis, ne æstivo penitus solvatur calore, acceleretur, 1005, 5.

Ambrosius rationem reddit Theodosio, cur adventum ejus declinaverit, 997, 7 et seq. Cum esset sollicitus propter eadem Thessalonicensem, ipsa nocte qua proficisci parabat, Theodosius venisse visus est ad Ecclesiam, sed Ambrosio sacrificium offerre non licuit, 1000, 14. Offerre non audeat sacrificium, si Theodosius post eadem Thessalonicensem voluerit assistere, 1000, 15. *Vid. THEODOSIUS.*

Ambrosius queritur soli sibi in Theodosii comitatu jus naturæ creptum, ut audiendi et loquendi privaretur munere, 997, 2. Theodosius motus frequenter est, quod ad Ambrosium pervenissent aliqua, quæ in consistorio suo statuta forent, 997, 2. Ambrosius maluit officio suo aliquid debesse, quam humiliati; et requiri in se ab aliis sacerdotibus auctoritatem, quam a Theodosio desiderari honorificentiam, 998, 5. Dixit Theodosio se quod honorificentius fieri potuit, fecisse; ut enim magis audiret in regia, ne si necesse esset, audiret in Ecclesia, 998, 3. Theodosius scribit manu sua, quod solus legat, 1000, 14. Quod Theodosii animæ proderat, in conspectu ejus loqui non contundebatur, 1011, 4. Eisdem dicebat: Si indignus sum, qui a te audiar, indignus sum, qui pro te offeram, cui tua vota, tuas committas precet, 916, 1.

Ambrosius litteras a Theodosio imperatore accepit, 1020, 1 et seq. Hanc epistolam gratiæ Deo pro victoria de Eugenio reportata acturus, secum ad altare detulit, hanc altari impesuit, ipsam gestavit manibus, cum offerret sacrificium, 1021, 5. Theodosium rogat pro reorum qui cum Eugenio pugnauerant, absolutione, 1021, 7. Et pro iis qui ad Ecclesiam petentes misericordiam confugerant, 1022, 5. Theodosius in supremis suis ultimæ spiritus Ambrosium requirebat, 1207, 35. Quantum Ambrosius de Theodosii imperatoris morte dolet? 1207, 35 et seq. *Vid. THEODOSIUS.*

Ambrosium conficitur dolore, quod Ecclesia Verocellensis sacerdotem non habeat, 1022, 1. Quid ad eligendum episcopum agere debeant Verocellenses docet, 1023, 2 et seq.

Ambrosio aptius videtur propriam manum suo asligere stylo, et cur, 988, 2. Non dictabat omnia, et maxime notibus, et quibus de causis, 988, 1 et seq. Si d. libros propriam manu scribebat, *ibid.* Sabine transmisit petiitum codicem scriptum apertius atque enodatus, 988, 1. Scripsit Hexameron, 970, 1. De paradiso terrestri scripsit nondum veteranus sacerdos, 981, 1. Cur animo successit de Officiis scribere? 8, 25 et seq. Ad quos sermonem faciat de Olliis? 76, 25. Nondum tri. annis sacerdos scripsit libros de Virginitate, 172, 39. Cur de Virginitate scripserit? 165, 5. De Virginitate frequentibus libris dixit, 255, 15. Gratiano imperatori duos misit libellos de fide, 754, 7. De Spiritu autem int. rum veniam scripturæ petit, *ibid.* Si questrat hanc disputationem, 552, 7; 557, 54. Optat ad se mundandum sicut ad Esaiam Seraphim adolare, ut tractet de Dei generatione, 469, 159 et seq. Cur post duos libros de Fide alios scripserit, 497, 1 et seq. De Patris et Filii divinitate quinque libros scripsit, 717, 62. De moralibus quotidianum sermonem habuit, 523, 1. Post Ægyptiorum sup.utationes et Alexandrinæ Ecclesie definitiones, episcopi quoque Romanæ Ecclesie, per litteras plerique Ambrosii de die paschæ celebranda sententiam expectant, 882, 8. In libros epistolarum nostrarum referam, inquit, ut tuo commendetur nomine, 991, 7. Assumpsit epistolas lamillari sermone atterere, redolentes aliquid de Patrum moribus, 998, 16. Simplicianus delectabatur, cum Ambrosius aliquid de Pauli apostoli scriptis coram populo ad disputandum assumeret, 950, 1. Vigilio in episcopatu assumpto formam institutionis tradit, 842, 1 et seq. Segatio et Delphinio episcopis unam eandemque litteram scribebat, 1107, 2. Quid eum ad scribendum de Valentiniani obitu impulerit? 1173, 1. Apollinaristam quemdam quomodo confutaverit? 954, 1 et seq.

AMEN id est fideliter, 528, 43.

AMENTATA non manipularis sententia, 762, 3.

AMICITIÆ leges, 138, 125 et seq. Christus dedit formam amicitie, quam sequamur, et quæ illa sit? 141, 155. Constantans debet esse, 139, 127. Inter dispares mores non potest esse, 140, 132. Nescit superbiam, 139, 128. Ea probabilis, quæ honestatem tuetur, præferenda sane oibus, honoribus, potestatibus, 138, 144. Non tam remota amicitie munia, quam cumulanda, 1108, 1. Vetustas amicitie habet aliquid cum pluribus consociabile, patrius amor

non habet, 931, 2. Meliores amicitiae sunt inopum plerumque quam divitum, 140, 134.

Amicitia virtus est, non quaestus, 140, 133. Vitae adjuvamentum est, 139, 128. Pietatis custos est, et aequalitatis magistra, 140, 132. Nihil in humanis rebus amicitia pulchrius, 140, 131. Corruptio in amicitia graevae sunt, 46, 173. Nemo detestabilior, quam qui amicitiam laeserit, 141, 136. *Vid. ADGLATIO.*

Amicus quid est, nisi consors amoris; ita ut unum fieri velis ex duobus, 140, 133. Amicus alter ego, 664, 134. Non potest homini amicus esse, qui Deo fuerit infidus, 140, 132. Magnum charitatis pondus ad vim diligendi adiungitur, probare quos diligas, et diligere quos elegeris, 8, 24. Fidelis amicus medicamentum est vitae, et immortalitatis gratia, 139, 128. Amicus in necessitate non deserendus, 139, 128. Errantem amicum corripit, innocentem amicum ne deserat, 139, 127 et 129. Plerumque inimicitiae subeunda sunt propter amici innocentiam, 139, 129. Job amicorum increpationes ad certamen ultimum reservavit, 301, 90. Inimicus vitari potest, amicus non potest, si insidiari velit, 142, 136. *Vid. ADVERSA.*

Amor verus constantia probatur, 991, 7. Non est vehementior natura ad diligendum, quam gratia, 8, 24. Destituti amore impatientius erubescunt, 1139, 17. Tenera est amoris titillatio, quae improvisum affectum excitat, 1158, 14. Quid tam insitum naturae, quam ut diligentem diligas, 79, 37. Ad incentivum charitatis communis plurimum proficit, si quis vicem amantibus reddat, 79, 37. Nihil tam utile, quam diligere: nihil tam inutile, quam non amari, 77, 29. Etsi major portio et plenior cognitio sit in spiritu, quo diligimus; tamen etiam in figura corporis videre desideramus, 821, 10. *Vid. AFFECTUS.*

AMINADAB figura refertur ad Christum, 236, 94.

AMMIANUS episcopus, 819.

Anabathmorum quindecim psalmos Davidicos legimus, 895, 10.

ANATOLIUS episcopus, 819.

ANEMIOS episcopus Sirmiensis Illyrici, 786, 1; 790, 10; 803, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 800, 53.

ANGELORUM principium etsi non invenio; erat tamen, quando non erant, 707, 16. Angelus non est immortalis naturaliter, 500, 19. In eo naturae capacitas vitio obnoxia, sed non obnoxia disciplina, *ibid.*, 20. Angelorum natura potuit mutari, 613, 63. Assistent, ut Patris et Filii gloriam videant, quibus aut possunt aut merentur aspectibus, 513, 105. Processus habent scientiae, et capacitem profectus, habent discretionem virtutis atque prudentiae, 523, 10. Mysterium Dei Patris et Domini Jesu Christi cognoscere nisi ex revelatione non potuerunt, 521, 2. Christum videntes resurgentem haeserunt opinionis incerto; cur, et quid tum dixerint? 534, 36; 522, 5 et seq. Resurrectionem Christi ignoraverunt, 258, 59.

Angelorum verba mandata sunt Domini, 218, 16. Homini bus in adjuvamentum descendunt, 618, 83. Custodiunt servulos Christi, eorum orationibus advocati, 866, 11. Angeli in obsequio, Filii Dei in gloria; illi in comitatu, hic in suggestu: illi stant, hic sedet: hic iudicat, hi ministrant, 518, 106. Angelus descendens in natatoriam descensionem Spiritus sancti in aquas baptismatis nuntiabat, 618, 88.

Angeli in istius mundi laboribus diversa sustinent ministeria, 924, 10. Ingemiscent, cum adhibentur poenarum et excidiorum ministri, 924, 10. Habentes vitam mallent eam in illo superiore tranquillitatis suae statu recurrere, quam nostrorum peccatorum poenis ultricibus interpolari, 924, 10.

Angeli qui fecit in Spiritu, homines quoque per eandem gratiam similes faciet angelorum, 618, 84. Homini bus pro virtutis praemio similitudo angelorum promittitur, 864, 75. Quicumque annuntiant Christum, in angelorum adscisci videntur locum, 351, 7.

Angeli propter interperantiam ceciderunt de caelo in saeculum, 139, 53. *Vid. VIRGINES.*

ANIMA sexum non habet, cur tamen femineum nomen acceperit, 236, 93. Scriptura frequenter animam hominis Spiritus vocabulo designat, 644, 55. Quid tam homo quam anima ejus, 923, 6.

Anima num caelestis videatur esse substantia, 921, 1 et seq. Anima neque tactu aliquo comprehenduntur, neque visu corporeo videntur, et ideo supergrediuntur substantia sua corpoream et sensibilem qualitatem, 922, 3. Apostolus quasi bonus magister et spiritalis agricola occultis doctrinae seminibus animas nostras potioris creaturae esse et cuiusdam praestantissimae naturae intelligendum nobis reliquit, 922, 3. *Vid. ESDRAS.*

De anima quid vulgus philosophorum censeat, 922, 1. Aristoteles animam *ψυχήν* esse censuit, 922, 1. Plato dicit animam esse quod ipsum se movet, et non moveatur ab alio, 922, 1. Quae veritas, ut quia ipsa se moveat, et sem-

per moveatur, immortalis esse credatur? 1168, 136. *Vid. Nox.*

Animorum major praesentia est, 752, 1. Praesentior est qui se animis inserit, quam qui oculis protestatur, 841, 23. Anima nostra non moritur, 792, 25. Scimus quod anima supervivat corpori, et ea depositis proprii sensus regulis expedita, libero cernat obtutu, quae ante sita in corpore non videbat, 1140, 21. Quod si in quiete nocturna possunt animae aliorum penetrare, et discreta perspicere; quanto magis spectant haec, cum jam puro aethereoque sensu nulla corporeae labis impedimenta patiuntur! 1153, 73. Philosophi qui dicunt animas immortales esse, non satis me mulcent, cum corporum resurrectionem negent, 1168, 126. Quam vana et incredibilis philosophorum opinio, qui nostras animas, ubi ex hoc corpore emigraverint, in corpora ferarum variorumque animalium transire commemorant, 1168, 127 et seq. Non mirum debet videri, si vos gentiles, creditis in bestias posse mutari, qui bestias adoratis, 1169, 131.

Anima corpus suscepit regendum; ut si bene rexit, praemium; si male, supplicium referat, 922, 5. Anima et caro pace inter se sunt iungenda, 252, 11. Speciose procedit anima, quae corpore velut calcamento utitur, 268, 87. Consummatur carnis infirmitatibus animae fortuna, 406, 61.

Animus noster culpae est auctor, innocens caro, sed plerumque peccati iuniora, 409, 73. Non potest caro corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta, 508, 11. Quis vitium corporis aut patrimonii damnum non levius ducat vitio animi et existimationis dispendio? 115, 24. Quomodo anima vanitati subjecta sit? 922, 5.

Animam Christum exsulem de paradiso inventam recuso anfractu erroris revocavi ad paradisum, 1069, 4. Quomodo Christus in Evangelio animam suscepit, erudierit, coeummaverit, 1069, 1 et seq. Ubi anima mundavit cor, verbum reperit, Deum vidit, 236, 92. Quae semel pie subjectionis fructum gustaverit, Christus eam servare, et in ea saepius probari non recusat, 1070, 6. Quae videt Christum summum bonum, corpus hoc non requirit, renuntiat saeculo, abducit se a vinculis carnis, exiit omnibus voluptatibus istarum nexibus, 907, 12. In singulis Dei Verbo, sine ullo flexu pudoris, quasi sponso innubit aeterno, 151, 31. Osculata Dei Verbum, concupiscit super omnem decorem, diligit super omnem laetitiam, delectatur super omnia aromata, cupit frequenter videre, saepe intendere, cupit atrahi, 906, 10. Quando anima concipere incipiat, et firmari in ea Christus, 1066, 16. Anima habet laetitiam et exultationem, quae habet *εὐφροσύνην*, 915, 3. Anima quae a principio virginealem fidei suae florem Christo dicavit, et ea quae ipsi est acquisita ex gentibus, utraque est sponsa unius Verbi, *ibid.*, 4 et seq.

Animae continuos processus in Canticis canticorum legimus, 1062, 2. Anima quae Deo vult appropinquare elevet se a corpore, semper illi summo bono adhaereat, illi bono quod est divinum, quod est semper, 907, 14. Commovet atque exultat prius anima proficiens passionum superficiali, ut fructus suos demonstrare possit in ipsa segete, 1064, 7. In duobus est ejus excellentia, bonis exerceri cogitationibus, nullis cupiditatibus fluctuare, 51, 200.

Animum suum unusquisque et seipsum severum iudicem sui, ultorem sceleris, et vindicem criminis habet, 736, 10. Fides, gratia, misericordia redemptionis est anima, 778, 3. Non moriatur anima in peccato, sed moriatur in anima iusti, ut ejus recipiat aequitatem, 1145, 43. Anima lapsae conversio ex Michae propheta explicatur, 1062, 2 et seq. Quanto gratius est animi tenebras depulisse, quam corporis, fideique jubar emicuisse quam solis, 839, 27.

Anima habet cibum et amictum suum, 905, 5. Quid melius epulantur animi, quam bonis factis, 43, 163. Hortus Verbi affectus est anima vernantis, et in pomiferis virtutis est fructus, 227, 34. Filius Dei unguentum effudit, quo anima nostra tota penetrari debeat, 229, 65 et seq. *Vid. CHRISTUS.*

Anima habet spiritales volatus, 239, 107. Habet alas suas, quibus se possit libera levare de terris, 241, 113. Quibus alatur, et augeatur animae volatus, 240, 109. Philosophi currus animae equos, alas assumpsere de nostris, 240, 11. Currus animae quatuor animalia quatuor affectiones sunt, 241, 113. Scilicet ira, cupiditas, voluptas, timor, et qua ratione moderandae sint? 239, 95 et seq. Currus animae teres et rotundus sine ulla offensione volatur, 236, 97.

In animam tuam totus ingrediaris, atque intra ipsam te colligas, et in ea habitabis, apud eam commoreris, in ipsa tibi sit omnis conversatio; ut sis non in carne, sed in spiritu, 917, 12. Ejice de civitate animae tuae imaginem diaboli, et attolle imaginem Christi, 64, 234. *Vid. MENTIS.* Perturbatio animae tollit constantiam, destitutio pro-

dit ignaviam, accusat pigritiam, 61, 258. Anima non potest probari, nisi tentationibus, 1066, 16. Animi vacuitas in angustibus, et quæ sit, 49, 185. Non moveri rerum indignitate, non virtus, sed lenitudo et remissio judicatur, 27, 96. *Vid. APPETITUS, CARO.*

Quæ sit anima illa, quam Lex demonstrat in specie mulieris bonæ, 916, 10 et seq. Quæ animæ sint sicut uxor amabilis et odibilis, 920, 2. Omnis anima fidelis Bethleem est, sicut Hierusalem dicitur, quæ pacem et tranquillitatem habet superioris Hierusalem, quæ in cælo est, 1063, 13.

ANIMANTUM omnium genera congregabilia natura sunt, 31, 128. Animantibus omnibus innascitur primum salutem tueri, cavere quæ noceant, expetere quæ prosint, 34, 128. Quatuor animalium formas pro librorum Evangeliorum proprietate accepimus figuratas, 241, 115. *Vid. BESTIÆ, HOMO.*

ANXÆ diversorium in templo, colloquium in prece, vita in jejuniis, 191, 22. Docet quales deceat esse viduas, 191, 21. Viduitatis præconium est, quod in Evangelio post Virginis celeberrimum partum Anna vidua subrogetur, 968, 8.

ANNIBAL diu sacris insultavit Romanis, 854, 4.

ANNULUS non sentit, quod exprimit, 587, 197. Est fidei pignus, et sancti Spiritus signaculum, 420, 18.

ANTE quam dicitur in Scriptura, in infinitum retro sine aliqua definitione porrigitur, 508, 61.

ANTIOCHENA civitas duos habebat episcopos, Paulinum atque Meletium, 814, 2. Antiochena Ecclesia litteras ad Patres concilii Aquileiensis dederat, 815, 4. *Vid. PAULINUS.*

ANTIOCHENÆ virginis, et militis christiani, qui vestem inter se mutaverant, martyrium describitur, 167, 22 et seq. Damonis et Pythiæ Pythagoreorum egregium factum Antiochenæ virginis martyrio inferius, 174, 34.

ANTIOCHUS vir consularis, 1107, 1. *Vid. ALYPIUS.*

ANTONI in se admodum commendat Ambrosius, 1108, 1 et seq.

ANSIVS Acholii dudum discipulus, nunc successor hæresque vel honoris vel gratiæ, 822, 1. De ejus electione in episcopum Acholii successore non uno quidem momento dubitatum, *ibid.* Quam egregie Acholium, a quo successor designatus est, imitatus sit, 821, 9. *Vid. ACHOLIUS.*

APEME concubina Darii regis, 935, 12.

APER presbyter subscriptus, 969, 14.

APERITIONE mysterium in baptismo et cur, 525, 3 et seq.; 349, 2 et seq.

APIS cum aeris motus suspectos habet, lapillis sæpe sublatis, per inaniam se librat nubiata, 259, 106.

APOLLINARIÆ Verbum et carnis unius asserunt esse substantiæ, 988, 12. Adversus Apollinarem confiteamur quod Christo sicut in Dei forma nihil deficit divinæ naturæ, et pleuitudinis; sic in illa forma hominis nihil ei deficit, quo imperfectus homo judicaretur, 991, 5. Apollinaristarum obiectio petita ex his verbis: Verbum caro factum est; solvitur, 716, 59 et seq. Quidam nescio quod Apollinaris dogma in Ecclesiam conatur inducere, 818, 4.

APOLLINARISTA non poterat audire quod Christus pro nobis servitutem suscepit in istius corporis susceptione, 981, 1. Propterea orbem circumvit, ut quæreret quem reprehenderet, 985, 2. De Ambrosii scriptis aliquid arrodere volebat, *ibid.* Adornat fugam, 988, 14. Apollinaristæ obiecti quod Christus formam servi accepit, non servus lectus est respondetur, 986, 7 et seq. Et ad id quod rursus obiectum: Specie inventus ut homo, *ibid.* *Vid. AMBROSIVS.*

APHORISATA secum ferre consueverunt, qui ad convivium magnum invitantur, 277, 1. Aphorista triumphalia, *ibid.*

APOSTOLI omnes non solum Christi, sed etiam Patris et Filii et Spiritus sancti sunt discipuli, 662, 149. Aliquando erraverunt, ne nos postea errare possumus: et illorum error nobis proficit, 714, 46. Tunc perfectiores esse cœperunt, posteaquam Spiritum sanctum receperunt, 660, 158. Sancti primitiæ sunt Domini, præcipue apostoli, 927, 10 et 12. Sicut in cælo stellarum lucentium refulgent globi, ita apostolorum, et martyrum, et sacerdotum joto illucescunt chori mundo, 475, 24. Ex latrocinio conversus requiem habet, in apostolatu probatus accepit potestatem, 1070, 9. Apostoli adhuc ingemiscunt; quia multorum est labor; qui adhuc fluctuant, 927, 12. Videtur mihi quod eis scripturæ divinæ interpretationem sermone secum vario conferentibus pleni luminis refulerit claritudo, 896, 10. Symbolum apostolorum quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit et servat, 987, 5. *ἁποστόλων*, 783, 1 et seq. *Ἀποστόλων* Deus est qui concludit et consummat omnia, 786, 12.

APPARITORES diversorum comitum, 854, 7. Apparitor præfecturæ, qui propter operas portuenses offensam contraxerat, in portu navigat, 1005, 1.

APPETITUS ac motus animi rationem sequi debet non præcurrere, 60, 237 et seq. Si rationi obediat, facile id quod deceat in omnibus officiis conservari potest, 20, 105. Perturbata mente latius se ac longius fundit, 61, 258. Co-

gitationum et appetitus in quo disjares sint motus, 27, 98. Gravior appetitus ex indignatione nimia nascitur, 61, 240.

AQUILA Judæus. Non in ejus versione omnis auctoritas, 1077, 24.

AQUILA dum fuerit mortua, ex suis reliquiis renascitur, 418, 8.

AQUILENSE concilium congregatum juxta imperatoris præceptum, 788, 7; 806, 2. Aquileiense concilii acta, 786, 1 et seq. Imperiale rescriptum in eo legitur, 787, 5. Gratiano imperatori gratias agit, 806, 1 et seq. Scribit ad Episcopos Galliarum, 806, 1. *Vid. ALEXANDRIÆ ECCLESIAE, GALLIARUM EPISCOPI.*

ARABES. *Vid. CIRCUMCISIO.*

ARCADIUS moriente Theodosio, jam validus juvena est, 1202, 15. *Vid. THEODOSIUS.*

ARCHIÆ Tarentini dicto ad villicum suum: O te infelicem, quem afflictares, nisi iratus essem, multo potiora fecit David, 26, 94.

ARES est verbum plenum tranquillitatis et moderationis, atque patientiæ, 783, 3. Quid significet? *ibid.* et seq.

ARMINIENSIS concilii prima confessio et secunda correctio, 468, 122. In eo scriptum est, Christum esse creaturam, 862, 14; 870, 25. Lex qua illud concilium firmatur, *ibid.* Major numerus Arimini Nicæni concilii fidem probavit, Ariana decreta damnavit, 862, 15.

ARISTOTELES putat Deum suis contentum esse finibus, et præscripto regni modo degere, 15, 50. Asserit usque ad Lunam Dei descendere providentiam, 14, 48. Refellit, *ibid.* *Vid. ANIMA.*

ARIUS auctor Arianae hæresis, unde et nomen accepit, 807, 4. Dixit ingenitum Patrem, et genitum et creatum Filium, 725, 91. Solum Patrem sempiternum, solum bonum, solum verum Deum, solum immortalitatem habentem, solum sapientem, solum potentem dicendo, expetere horum Filium impia commotione voluit intelligi, 808, 5. Dicit: Antequam nasceretur Filius Dei, non erat. Sed refutatur, 468, 125. Dicit ex nihilo Dei Filium. Sed refutatur, 469, 126 et seq. Dicit Filium Dei ex alia substantia. Sed refutatur, 469, 128 et seq. Dicit creaturam Dei Filium, non sicut cæteras creaturas, dicit mutabilem et convertibilem, 469, 130 et seq. Diabolus verum Dei Filium fatebatur, Arius negat, 594, 230. Apertum sacrilegium est, quando Christum Dei Filium Arius Deum verum negavit, 804, 70. Altissimum Dei Filium sui similem vult videri, 596, 258. Dicit: Ex toto Deum, non ex parte cognovi, 594, 257. Ille atque Sabellius gentilis erroris hæreses, 570, 105. Non ut Arius plures credendo et dissimiles potestates, plures deos gentili errore faciamus, 445, 6 et 10. Epistola ejus a principio habet blasphemias, solum Patrem æternum dixit, 787, 5. Lecta in concilio Aquileiensi, 798, 46 et seq.; 807, 4. Missa ad imperatorem, 808, 6. Tinea Arius est, tinea Photinus, qui sanctum Ecclesiæ vestimentum impietate sua scindunt, et sacrilego morsu pretiosum fidei velamen obrodunt, 635, 185. Tolerabiliora sunt tentamenta diaboli, quam argumenta Arii, 502, 32. Arius Joannis verbis confutatus, 454, 57; 408, 125. Crepuit medius, 790, 15. Illius sicut Judæ proflitoris effusa sunt viscera: pudet dicere ubi; atque prostratus in faciem, ea quibus Christum negaverat, fœda ora pollutus est, 468, 124. In stercore volutatus est, 595, 257.

ARIANORUM in Christum blasphemæ propositiones, 450, 34 et seq. Ariana hæresis post omnes hæreses cepit, et ex omni hæresi venena collegit, 494, 155. Ariani ex philosophia omnem impietatis suæ traxerunt colorem, 468, 83. Cum gentilibus et Judæis illi bene convenit, qui creaturam Christum dicunt, 869, 15. Ariani omnem vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt, 457, 42. Secundum impietatem suam positum substantiæ verbum recipiunt, secundum pietatem fidelium comprobaturum repudiant et refutant, 518, 124. Fidem illam majorum traditione firmatam, quam dæmones ipsi negare non possunt, negant, 879, 19. Cedit diabolus plægis, et adhuc cedere nesciunt: quanta perpessi sunt, et quemadmodum Phæro malis suis indurantur, 880, 22 et seq. Non negant ante tempora Filium, sed dicunt priorem Filio Patrem, 455, 59. Illud refutatur, *ibid.* Qui dicit Christum creaturam, inquit, secundum cæteras creaturas, anathema sit: quoniam id fraudulenter fuerit! 519, 130 et seq. Negant hoc Deo vero Dei Filio, quod ille hominibus aperte noluit denegare, 562, 58. Dum separant a Patre Filium, in id periculum incidunt, ut Patrem passum esse commemorant, 499, 15. Non juxta illos Patrem Filiumque secernas, 476, 33.

Ariani si Filium alienum a Patre putant, cur adorant? 457, 69; 495, 125. Desinant colere quem creaturam appellant, aut desinant quem colere se simulant, dicere creaturam, 464, 104. Filium Dei omnipotentem negarunt, 585, 182. Potestatem Christi imminuunt, 1212, 49. Dicen-

tes Filium Dei non esse bonum, refelluntur, 475, 15 et seq. Negant Christum liberè esse potestatis, 479, 47. Putant in Filio non liberè fuisse voluntatis arbitrium, sed coactus, atque servilis operationis obsequium, 518, 145.

Arianus mavult imperfectum auctorem habere alique degenerem, quam verum atque perfectum, 31, 117. Et si divinitas vultus sentire non possit, quod in se tamen est, majestatem suam in Christo non corus, ut fertilicere conatur, 466, 114. Ariani non habent Filium Dei pro salute datum, sed pro infirmitate transmisum: non habent consiliarium, quem putant futura nescisse: non habent Filium, quem sempiternum non putant, 507, 58, Christum factum nobis esse sapientiam ad inenarrabilem ejus generationem sacrilega interpretatione derivant, 504, 59. Arianus dicit interdum Deum Christum, 520, 133.

Ariani sancto Spiritui solent derogare, 479, 47. Putant se derogare sancto Spiritui, si dicant illum Spiritum paracletum: sed frustra, 582, 10. Ariani negant Spiritum sanctum scire diem judicii, 588, 202.

More Judaico aures suas claudere solent, 494, 150. Quam peiores sint, quam Judaei, 872, 31. Velut Judaici capones miscent aquam cum vino, quia divinam generationem humanamque confundunt, 509, 65.

Ariani nunc in plures sese dividere formas: alii Eunomium, vel Aetium, alii Palladium vel Demophilum, atque Auxantium, vel perfitiæ hujus hæredes sequuntur, alii alios, 452, 45. Alii dissimilem Patri per omnia dicunt Filium: alii similem, sed non unius esse substantiæ cum Patre, 727, 106. Isti refelluntur, *ibid.*, 108 et seq. Eunomii personam tugunt Ariani, sed ejus perfitiam asserunt, impietatem exsequuntur, 452, 45.

Ariani Scripturas falsare divinas, 494, 155. Eisdem Scripturas interpolare, 536, 195. Quam absurde locum Evangelii Joannis, *Deus Spiritus est*, Ariani de suis et Ecclesiæ codicibus abstulerunt, 676, 59 et seq.

Ariani negant miracula SS. Gervasii et Protasii beneficio perpetrata, 818, 16. Nec martyribus pepercerunt, 494, 155. Imperatori volunt dare jus Ecclesiæ, 872, 31. Arianos basilicam petentibus totis viribus sese opponit Ambrosius, 853, 1 et seq. Valentianus junior legem pro Ariano dedit, 861, 9 et seq.

Arianorum, Sabellianorum, Photinianorum, hæreticam sævitatem hæc verba, *Ego et Pater unum sumus*, jugulant, 689, 117; 630, 120 et seq. Quomodo eorum blasphemiam in ultimo judicio a Christo refellentur, 491, 108 et seq. Si ad Patrem appellent, quid eis responsurus sit? 493, 125 et seq. Quam meliorem causam apud Christum judicem omnium habeat Catholicus quam Arianus, 490, 101 et seq. Cum laudatur Christus, Arianorum amentia verberatur, 869, 19.

Arianorum variæ objectiones ex Filii generatione desumptæ solvuntur, 539, 96 et seq. Ex voce geniti et ingeniitii objectio petita solvitur, 721, 79 et seq.; 724, 93 et seq. Alia que Filium quod alterum generare non posset, nec omnipotentem esse arguebant, nec Patri æqualem, solvitur, 551, 77 et seq. Objectio petita ex voce solus solvitur, 554, 18 et seq. Objectiones petitæ ex his verbis: *Qui solus habet immortalitatem*, etc., solvitur, 498, 11 et seq.; 557, 36 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Beatus et solus potens*, solvitur 477, 59 et seq. Et rursus ex his verbis, *Pater si possibile est*, etc., *ibid.*, 41 et seq. Objectio ex Filii Dei subjectione petita solvitur, 578, 134 et seq. Objectio ex obedientia et subjectione Christi petita, solvitur, 486, 84 et seq. Objectio petita ex adoratione quam Filius Patri exhibuit, solvitur, 560, 49 et seq. Objectio petita ex Filii missione, solvitur, 567, 95 et seq. Objectio petita ex sessione Christi ad dexteram Patris, solvitur, 489, 100 et seq.; 491, 108 et seq. Objectio inde petita, quod Filius a se ipso non loqui dicitur, solvitur, 574, 133 et seq. Omnes hæreticorum questiones, qui dicunt Christum nescire diem judicii, breviter interemptæ, 897, 18. Arianos duos a catholicis deos induci obicientibus respondetur, 538, 40 et seq.

Arianorum objectioni ex his verbis, *Baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, solvitur, 264, 63; 572, 116 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Pater major me est*, solvitur, 481, 59 et seq.; 592, 225 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Quod factum est, in ipso vita est*, solvitur, 504, 41 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Post me venit vir, qui ante me factus est*, etc., solvitur, 508, 63 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Ecce video cælos apertos, et Jesum stantem*, etc., solvitur, 521, 137 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Omnis viri caput est Christus... caput autem Christi Deus*, solvitur, 526, 27 et seq. Objectio petita ex his verbis, *ut sint unum, sicut et nos unum sumus*, exsufflatur, 527, 33 et seq. Quam male obicerent hæc verba, *Qui plantat, et qui rigat, unum sunt*, 527, 34. Objectio petita ex his verbis, *Non potest*

*Filius facere a se quidquam*, etc., solvitur, 538, 38 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Veni propter Patrem*, solvitur, 542, 117 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Ut clarificetur Filius ejus per ipsum*, solvitur, 545, 150 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Nobis unus Deus et per omnia, et nos*, etc., solvitur, 546, 152 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est*, solvitur, 549, 151 et seq. In his verbis, *Ut cognoscant te solum et verum Deum*, etc., Filius a solo et vero Deo non separatur, 554, 19 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Seder autem ad dexteram meam non et meum dare vobis*, solvitur, 561, 55 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Et dilexisti eos, sicut et me dilexisti*, solvitur, 566, 89 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Confitebor tibi, Pater, Domine cæli et terræ*, solvitur, 568, 100 et seq. Objectio petita ex his verbis, *Nunc clarificatus es Filius hominis*, solvitur, 571, 113. Objectio petita ex his verbis, *Qui in me credit, non credit in me, sed in eum qui me misit*, et aliis similibus locutionibus, solvitur, 572, 119. Objectio petita ex his verbis, *De die autem illo, et hora nemo scit; neque angeli cælorum, neque Filius hominis*, etc., solvitur, 586, 195 et seq. Objectio contra divinitatem Spiritus sancti petita ex his verbis, *In Spiritu et veritate oportet adorare*, solvitur, 679, 69 et seq.

Non libet confessorum necesse, tormenta, exsilia ab Ariano perpetrata recordari, piorum sacerdotia, proditionum munera, 496, 140 et seq. Illyrii de mala doctrina Arianorum advertant quod propter suam perfidiam acciperit sibi, et quiescant, ut veram fidem sequantur, 761, 28.

Quantos in urbe Roma, quantos Alexandriæ, quantos Antiochiæ, quantos etiam Constantinopoli ab Ariano late Christus mundavit, 603, 17. Nullus de civibus Arianus erat, pauci de familia regia, nonnulli etiam Gothi, quibus et olim plaustra sedes erat, ita nunc plaustrum Ecclesiæ est, 853, 12.

ARROGANTIS est impudentiæ mereri solum velle, quod multis etiam sanctis negatum noveris, 1151, 63.

ARTEMIS episcopus, 786, 1; 805, 76.

ASA ultimam tam fidelis processu, quam devotus eroda, 1202, 15.

ASINÆ pullum Dominus in figura populi gentilis ascendit, 1085, 9.

ATHANASIOS sanctæ memoriæ episcopus Alexandrinus, 816, 4. Athanasius sanctæ memoriæ quasi columba fides fuit, 818, 7. *Vid. ROMA.*

ATHLETAS sæpe victos, quorum fuerint certamina, probata, vulgus hominum cum victoribus coronare consuevit, 593, 19.

ATTALUS presbyter de prævaricatione confessus, et Paladii sacrilegii inhærens, a concilio Aquileiensi dimittitur, 808, 9.

Attalus presbyter inter Arianos, 798, 44.

ATTICUS Priscus dedit litteras ad Ambrosium, 1107, 1.

ATTILIUS militiam mortis impendit, 834, 7.

AUDIRE quem delectat, alterum loqui provocat, 31, 76.

AURUM unum ornatus est, audire quod prosit, 552, 79.

AURUM et argentum onus habet, fructum non habet: onus querentis est, sumptus hæredis, 1082, 7. Qui auro moveri nesciat, hunc homines supra hominem esse arbitrantur, 85, 66. Quod aurum et argentum ab homine christiano queratur? 1082, 7.

AUXENTIUS Mediolanensem Ecclesiam armis exercitum occupaverat, 676, 59.

Auxentius episcopus Arianus dictus etiam Mercurius: unum portentum, duo nomina, 869, 22. Alius in Scythiæ partibus dicebatur, alius hic vocatur; nomen pro regionibus habet, *ibid.* Minora fecit in Scythia; et ita erubuit, et mutaret vocabulum; sceleratiora hic ausus est, *ibid.* Audet mentionem facere tractandi, plenus sanguinis, plenus cruoris, cruentas leges ora dictans, manu scribens, et putans quod lex possit fidem hominibus imprare, 870, 31. Manu ejus lex scripta, qua per Ecclesias jubentur episcopi catholici sacerdotes, resistentes gladio feriri, et per urbes omnes direxit, 867, 16. Qua firmatur concilium Arminense, 870, 25. Uno momento tot populos, quod in 950 est, trucidabit; alios gladio, alios sacrilegio; et basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus, 868, 17. Si de aliquorum peregrinorum assentatione se factat, ibi sit episcopus, unde sunt ii, qui eum episcopatum putant nomine esse donandum, 861, 8. Judices elegit, ut contra Ambrosium in palatio imperatoris disputaret, 860, 1. Gentiles quosdam quatuor aut quinque judices elegit, apud quos sine adversario victus est, 870, 26. Rebaptizandos fideles populos putat, baptizatos in nomine Trinitatis, 874, 57. *Vid. CONCILIA.*

AUXENTIUS Jovinianista condemnatur, 969, 14.

AVARITIA quam velud et antiqua sit, 101, 150. Quam feralis et illecebrosa, *ibid.*, 152. Feralis avaritia et ille-

brosa pecunia, quæ habentes contamiat, non habentes non juvat, 101, 132. Quam vanum sit opes congregare, 64, 231 et seq. Pecuniam contemptus justitiæ forma est, 102, 133. Justitiam avaritia prima infirmit, 36, 137. Nihil tam contrarium fortitudini, quam lucro viuci, 52, 202. Avaritia plerumque sensus hebetat humanos, et pervertit opiniones, ut quantum pietatem putent, et pecuniam quasi mercedem prudentiæ, 758, 15. Judas proditor avaritiæ studio et pecuniar cupiditate laqueum proditionis incurrit, 76, 24. *Vid. AURUM, PECUNIA.*

Avare, noli, recondere, ne has nudo quidem nomine christianus, opere Judæus, cum adverteris onera tua tibi esse supplicio, 1082, 8. Avarus non dicit: *Portio mea Dominus*, 1015, 94. In proverbio est de divite avaro, quia verlix iste congregat divitias non cum judicio, 918, 4. Is non querit aliena, qui sua servat: nec inflatur immodico, qui contentus est proprio, 1129, 53. Præminent in virum hesauri non possideant sui, nec pecuniam serviat, qui ræst liberis, 86, 67. Jejunare et continentem esse pauperum est, alieni cupidum non esse raru, 110, 10.

AVUCULUM inter et neptem tertius gradus est, qui etiam civili jure a consortio conjugii exceptus videtur, 1018, 5. Id prohibitum divino jure, *ibid.*, 4 et seq. Quid tam solemne quam osculum inter avuculum et neptem, quod iste quasi filii debet, hæc quasi parenti, 1019, 7.

## B

BABYLONIS filia est, quæ Dei filia esse desivit, 439, 106.

BALAAMI historia et benedictio explicatur, 993, 4 et seq. Non in sua voluntate erat beneficio Hebræi populi, sed in Dei gratia, 994, 8. Per excessum mentis aliud cupiebat, aliud loquebatur, 995, 11. Non mirum illud a Deo infusum quod loqueretur et prophetaret, 995, 4 et seq. Deus tenavit eum quasi divinum, non elegit quasi prophetam, 996, 13. Non communicavit eorum operibus, cum viveret, quorum in animis cupiebat mori, 279, 7. In ejus verbis acri baptismatis revelata est magnificentia, 995, 10.

BAPTISMATA Judæorum alia erant superflua, alia in figura, 355, 2. Plurima baptismatum genera præmissa sunt, quia centrum erat verum illud unum in spiritu et aqua sacramentum baptismatis, quo totus rediit homo, 1073, 8. Multa sunt genera baptismatum, sed unum baptismum: avacra sunt, baptismata esse non possunt, 353, 2. Per omnium baptismatis sacramenta præmissa, 399, 34. Legis ypan accipiens Joannes baptizavit in penitentiam, Christus ad gratiam, 893, 7.

Baptismatis figura, 134, 106 et seq.; 327, 9 et seq.; 352, 12 et seq.; 353, 20 et seq.; 355, etc. Bene in exordio reaturæ baptismi figura signatur, per quod habuit creatura mundari, 634, 1. Baptismatis typus præcessit in mari rubro, 843, 2. *Vid. BALAAM.*

Lavacri mysterium Nicodemus primus meruit audire, 128, 61. Unum non plura baptismata, et cur? 418, 10 et seq. Unum baptismum, quia mors via pro mundo, 609, 43. Verba Pauli: *Impossibile est hos qui semel illuminati sunt*, etc., de Baptismo esse intelligenda, 417, 8 et seq.

Nisi baptizatus catechumenus fuerit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, remissionem non potest accipere peccatorum, 350, 20. Non fides solo ad perfectionem satis est, nisi etiam baptismatis adipsicatur gratiam, et sanguinem Christi redemptus accipiat, 782, 20. *Vid. CATECHUMENUS.* Efficacia baptismi in voto, 1188, 51 et seq. *Vid. MARTIRES, VALENTINIANUS.*

Baptisma quare inventum et institutum est, 353, 17 et seq. Unde baptismum nisi de cruce et de morte Christi, 36, 6.

In baptismo sacerdos aquas consecrat, 327, 8. Quibus ceremoniis, 353, 18. Sacerdos baptizans venit ad fontem, locat Patris nomen, presentiam Filii et Spiritus sancti, titur verbis cælestibus, 337, 14. Spiritus sancti descensio quas, sacerdotalibus invocata precibus, consecrat, 618, 8. Non simplex aqua cælestis mysterii, per quam consecratur, ut partem cum Christo habere mereatur, 603, 15. Quare fons baptismatis quasi sepultura est? 359, 19. In qua imago mortis, in Spiritu pignus est vitæ, 616, 76. Aqua testis est sepulturæ, sanguis testis est mortis, Spiritus testis est vitæ, 616, 77.

In mysteriis interrogatio trina defertur, et confirmatio rina celebratur, nec potest quis nisi trina confessione purgari, 634, 105. Quid baptizandi responderent, 332, 28. Renuntiatio diabolo et mundo in baptismo, 326, 5 et seq.; 30, 5 et seq. Apertionis mysterium, 325, 5 et seq.; 349, 1 et seq. Symbolum competentibus in baptisteriis basilicæ raditum, 853, 4. Triplex immersio in baptismo cum tridici interrogatione, 359, 20. Quid immersio significet, 360, 3. Baptizatus es in nomine Trinitatis, 581, 5. In his qui baptizati sunt in nomine Jesu Christi, non iteratum est baptismum, sed novatum, 608, 42. Quemadmodum in Christi

nomine plenum esse legitur baptismatis sacramentum, ita etiam sancto tantum Spiritu nuncupato, nihil deest ad mysterii plenitudinem, 609, 44. Loticum pedum in baptismate, 352, 31; 362, 4 et seq. Ecclesia Romana hæc consuetudinem non habebat, *ibid.*, 5. Post immersionem ungebatur baptizatus, et quibus verbis, 360, 14. Unctio capitis in baptismate, 352, 29; 350, 4. Baptizatus accipit <sup>proprio</sup> id est, unguentum in capite, 361, 1. Vestimenta caudida in baptismo, et cur? 353, 34 et seq. Baptizati accipiunt signaculum spiritale, quo signat Pater, confirmat Christus, et dat pignus Spiritus sanctus, 336, 42; 363, 8. Unxit te Deus, signavit te Christus, accipis spiritale signaculum, 381, 7 et seq. Recens baptizatorum ad Eucharistiam accessus, 356, 45 et seq.; 564, 11; 566, 13, etc. Paschæ die in toto orbe Baptismi sacramenta celebrantur, 283, 42.

In baptismate descendit Spiritus sanctus, 358, 14. Spiritus mentem renovat, aqua proficit ad lavacrum, sanguis spectat ad pretium: Spiritus nos per adoptionem filios Dei fecit, sacri fontis unda nos abluit, sanguis Domini nos redemit, 678, 68. Quis operationem Spiritus sancti abluit in lavacro, in quo operationem ejus sentimus et gratiam? 670, 23. Aqua in baptismo non mundat sine spiritu, 550, 19. Christus baptismum, nobis ad redimendam nostram peccata donavit, 874, 37. Aufert Dominus peccata per baptismum, et transfert iniquitates, et demergit in profundo maris, 1068, 24. In baptismo planta abluitur, ut hæreditaria peccata tollantur; nostra enim propria per baptismum relaxantur, 333, 32. Ut majus subsidium sanctificationis accedat, 365, 7. *Vid. CONSTANTINUS.*

Per lavacrum renovamur, per quod renascimur, 417, 8. In sacramento baptismi vere nos regeneramur, 342, 59. Regeneratio quid sit? 361, 2. Cur in aqua fiat? *ibid.*, 3. Per baptismum aquilæ sumus renovatæ ablutione delicti, 366, 7.

Mortuus eram, sed quia in baptismate commortuus Christo sum, accipi lumen vitæ a Christo, 1098, 7. In eo qui baptizatur, crucifigitur Filius Dei, 418, 9. Qui moritur in Christo, fit ejus gratiæ particeps in lavacro, 1143, 43. Baptizati hæredes sunt Christi; quia datur illis per mortem in Iesus tanquam testatoris hæreditas, 1023, 11. Isti debent majore agere custodia, cavere vitiorum illecebras, erroris incitamenta, *ibid.*, 12. Omnis justitia in baptismate constituta est, 353, 15. In eo non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum, 352, 27. Piscinæ probatiæ cum baptismum comparatio, 353, 3 et seq. Non sanat baptismus peridorum, non mundat, sed polluit, 356, 23. Non aqua omnis sanat, sed quæ habet gratiam Christi, 352, 15. In baptismo divinitatis est præsentia, 527, 8 et seq.; 55, 27. *Vid. ECCLESIA.*

BARBARIANUS et Sarmato novi Epicurei primo intra monasterium positi jejunabant et continebantur, 1031, 8. Abierunt foras, deinde volentes redire, non sunt recepti, *ibid.*, 9. Hinc effervescentes hæresim disseminare ceperunt, *ibid.* Refutantur eorum errores, *ibid.* et seq. Epicurorum magis sequendum quam apostolos putant, 1023, 13. Se quod malæ causæ habent, assertionibus suis impugnant frequenter, 1023, 20. Dicunt nullum esse abstinentiæ meritum, nullam frugalitatis, nullam virginitalis gratiam, pari omnes æstimari pretio, delirare eos qui jejuniis castigant carnem suam, et menti subditam faciunt, 1024, 7; 1023, 22.

BARBARICIS motibus objecti et bellorum procellis, in medio versamur omnium molestiarum freto, 1017, 3.

BARNABAS sancti Spiritus electus imperio, quod ei ad omne redundat insigne meritum, non fuit apostolorum indignus collegio, 664, 157.

BASILICA Romana, 874, 1. Basilica Faustæ, 875, 2. Basilica vetus, 855, 10. Basilica minor Ecclesiæ, 858, 24. Basilicæ sub apostolorum nomine dedicatio, 763, 1. *Vid. FELIX.* Quantas Ecclesiæ basilicas Judæi tempore imperii Juliani invenderunt, duas Damasci, alias Gazis, Ascalonæ, Beryto, Alexandriæ, et illis fere locis omnibus, et nemo vindicavit, 950, 13 et seq.

Basilica nova plena populi, 835, 18. Circumfusi milites basilicam custodiebant, 858, 24; 864, 4. Imperator jussit ut recederent milites de basilica, 859, 26. *Vid. BASSIANUS, ECCLESIA.*

BASILIDES non potavit veritatem carnis humanæ a Christo susceptæ, 703, 8.

BASSIANUS episcopus Laudensis, 786, 1; 803, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 802, 60.

Bassiani episcopi subscriptio, 969, 14.

Bassianus episcopus loquebatur cum Ambrosio de Basilicæ, quam condidit apostolorum nomine, dedicatione, 763, 1.

BASSO episcopo in consortium regendæ Ecclesiæ datus est Senecio, 1009, 7.

BAYTO comes amplissimus honore magisterii militaris,

1010, 3. Transrhenanus genere barbaros cum barbaris fecit decernere, 890, 8.

**BEATAM** vitam scriptura divina priusquam philosophi posuit in cognitione divinitatis, et fructu bonæ operationis, 71, 5 et seq. Non secundum foresem abundantiam æstimandam beatitudinem singulorum, sed secundum interiorum conscientiam, 13, 44. Qui philosophi eam in non dolendo posuerunt : qui in voluptate, aut vacuitate doloris : qui in honestate ac bonis corporis atque externis? 71, 4. Nulla ei accessio pro voluptatem corporis, aut commodorum gratiam, 73, 15. Paupertatem, famem, dolorem non impedimento, sed adjumento esse ad vitam beatam 74, 13 et seq. Omnia quæ patimur, minora sunt, et indigna, quorum pro laboribus tanta rependatur merces futura bonorum, 926, 5. In ipsis doloribus vitam beatam eminere, 73, 9 et seq. Innocentia et scientia beatum faciunt, 72, 8 et seq. Vita beata fructus presentium, vita autem æterna spes futurorum est, 71, 18. Non solum in paradysum reditus nobis reformatus est per Christum, sed etiam celestis solii honor per consortium corporis Christi carni nostræ est impartitus, 1083, 5. Nuptiæ Agni ornantur confessorum livore, martyrum sanguine, Iliis virginum, coronis etiam sacerdotum, 1170, 152. Quamvis sancti de suo merito securi sint; tamen quia futura est adhuc redemptio totius corporis Ecclesiæ, compatiuntur, 926, 7.

**BELLICUS** jactatus gravi ægitudine, credidit in Dominum Jesum, et coepit revalescere, 1093, 1.

In **BELLO** justitia et fides servanda, 37, 140. In fortitudine bellica non medicis honesti ac decori forma est, 51, 211. Sunt nobis quædam et in pace prælia, et in bello pax, 937, 30. Tunc bellum conficitur, hostis fugatur; quando Spiritus gratia concinit, et mentis industria, 1164, 111. *Vid. Fortitudo.*

**BENEFICENTIA** dividitur in benevolentiam et liberalitatem, 38, 143. Non est beneficentia; ubi nulla est benevolentia, 38, 144.

**BENEFICUS** Christus judicavit magis homines alligari posse, et provocari ad ea quæ sunt recta facienda, quam metu : plusque charitatem proficere, quam formidinem ad correcticnem, 957, 6. Enitendum ut beneficis atque officiis obligemus plurimos, et collatam reservemus gratiam, 98, 121. His potius nostra conferenda beneficia, qui nobis ea non possunt representare, 100, 126. Superiorem non esse in referendo quam in conferendo beneficio hoc est minorem esse, 42, 160. In beneficio referendo plus animus quam census operatur : magisque præpouderat benevolentia, quam possibilitas muneris referendi, 44, 166. Non potest manere beneficium, cum auctor excluditur : nec auctor sine munere, nec munus sine auctore, 646, 61.

**BENEVOLENTIA** præstat supra ipsam liberalitatem, 44, 166 et seq. Liberalitas sine benevolentia, et benevolentia sine liberalitate non est perfecta, 40, 151.

**BENEVOLENTIA** habet in se fortitudinem, 46, 172. Augetur cœtu Ecclesiæ, fidei consortio, initiandi societate, percipiendæ gratiæ necessitudine, mysteriorum communione, 45, 170. Facit ut unus fiat ex pluribus, 46, 173. Alia ejus commoda et effectus, 45, 175 et seq. Tantum valet, ut plerumque pignora vincat naturæ, 46, 174. Etiam morum facit similitudinem, 45, 171. Nullus cibus est benevolentia et pietate dulcior, 412, 84. Unusquisque benevolentis se magis, quam sapientis credit concilio, 44, 167. Tolle ex usu hominum benevolentiam, tanquam solem e mundo tuleris, 44, 167. Qui ejus effectus, *ibid.* et seq.

**BENJAMITARUM** ob violatam in Levitæ uxore castitatem ultio atrocissima elegantè describitur, 772, 3 et seq. Quanta honestatis cura in bello contra tribum Benjamin ad ulciscendam pudicitiam injuriam suscepto, 135, 110 et seq.

**BENIGNITATE** summa opus est, ut publica gubernacula et privata jura tueamur, 93, 95.

**BERSABEE** puteus septimi, aut juramenti Latina interpretatio est, 1041, 77.

**BESTIÆ** quantæ hominis officia conferant et beneficia, 975, 17. *Vid. Animantia, Feræ.*

**BETH** domus est, leem panis dicitur, 1065, 14.

**BETHANIA** locus obeditionis, ideo ibi mortuus suscitatur, 1069, 6.

**BETHLEEM** in qua natus est Christus, eademque Ephrata, 1064, 9. In Matthæo domus Juda, in Michæa domus Ephrata cum dicitur verborum discrepantia non sensuum est, 1063, 11 et seq.

**Bibendum est**, non propter voluptatem, sed propter infirmitatem; pro remedio parcius, non pro deliciis redundantiis, 1029, 27.

**BIGAMI** etiam ante baptismum ad sacros ordines admitti non possunt, 66, 257.

**De BONONIENSI** veniens a tergo Claternam, ipsam Bononiam, Mutuam, Rhegium derelinquebas, in dextera erat

Brixillum, a fronte occurrebat Placentia, semirutarum urbium cadavera, ad levam Apeanini inculta miseratus, 94, 3. *Vid. Virgines.*

Bononiensis Ecclesiæ piscator, 243, 129. Metropolitani vir Bononiensi subditus, 1003, 5.

Bononienses virgines, relicto parentum hospitio, scarrum virginitatis incolunt, 161, 60. Quid ibi agant? *Ibid.*

**BONITAS** popularis ac grata est omnibus, 77, 29. Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas, 125, 68.

**BONUM** utique perfectum, 1081, 2. Pulchrius est bonum, quod non ex necessitate fit, sed ex voluntate, 932, 8. Quod bonum est, non vitandum : quod est melius, eligendum, 203, 72. Consuetudo boni usum pravitatis veteris amittit, 227, 36. Quid aliud tam facile potest justorum implere mentes, quam boni operis conscientia? 43, 163.

Bonum summum et solum est virtus, 74, 18. Nihil speciosius illo summo bono, cuius etiam prædicatio speciosa est nimis, et maxime perseverantis sermonis processus, et quadam apostolicæ prædicationis vestigia, 904, 1. Mens oculus cum summum bonum intuetur, et in eo versatur, atque eo pascitur, splendescit atque enitet, 903, 2. Si verum et summum bonum concupiscibili suo et delectabili animo gustaverit, excludens dolorem et formidinem, incredibiliter æstuat, 906, 10. Vitæ fons est summum bonum, ex quo vivendi substantia ministratur omnibus, 908, 13.

Bonorum judicium negligere vel arrogantia est vel dissolutionis, 60, 236. Plurimum prodest unicuique bonis iugis, 95, 97. Quod vitiosi oderunt, hoc apud bonos sincerum et pium est, 898, 2.

**BONOSI** episcopi iudicium ad quos pertinet? 1008, 1 et seq. Ejus error de Mariæ Iliis refutatur, 1009, 3 et seq.

**BOOZ** inter et Ruth conjugium initum quid figurerent? 510, 69 et seq.

**BRACHIALE** et torquem more indai gentiliū sacerdoti et christiano sacrelegium est, 809, 9.

**BRIXILLUM**, 944, 3.

## C

**CABILLONUM**, 891, 11.

**CADAVERA** semirutarum urbium, 944, 3.

**CADES** quid sit? 289, 45.

**CÆCI** nati curatio figura baptismatis, 1036, 5 et seq.

**CAN** sacrificantis crimen non in oblatione muneris, sed in oblationis affectu est, 703, 3. Reprobatio muneris *Can* quid figuraverit? 704, 5. Remedio sua mors ei fuit, quæ vagum exulem, formidato per omnia momenta mortis terrore, per mortem exiit, 756, 10.

**CALANUS**. *Vid. ALEXANDER.*

**CALGULARUM** probra, 1212, 50.

**CALLIGONUS** præpositus cubiculi quid Ambrosio mandavit ausus sit? 839, 23.

**CALLINICI** castri in parte aliqua ædificiorum incendium, 950, 15.

**CAMILLUS** sublata Capitolio signa, cassis Tarpeiaque triumphatoribus, reportavit, 834, 7.

**CAMPANÆ** littoris remota ora non solum a periculis, sed etiam ab omni strepitu tranquillitatem infundit, 1016, 2.

**CANDIDIANI** litteras laudat Ambrosius, 1108, 1.

**CANITIES** est reverenda, quæ est canities animæ, a canis cogitationibus et operibus effulgens, 823, 5. Non canorum canities est laudata, sed morum, 834, 7.

**CAPILLI** naturale velamen, 59, 232. Cincinni capillorum Christo non ornamenta, sed crimina sunt : lenocinia formæ, non præcepta virtutis, 230, 71. Pariant et parturiant, quæ crispant comam, sicut femine, 1062, 6. Sunt quidam canes religionis et fidei, 637, 14. Capilli quibus Maria tersit pedes Domini, quid significent? 439, 69.

Captivitas vere hæc est, ubi animæ a peccato captivæ ducuntur ad mortem, et a diabolica dominatione possidentur, 306, 4.

**CAPUENSIS** synodus quid de Antiocheno Evagrius inter et Flavianum discidio statuerat? 1006, 2. *Vid. FLAVIANUS, THEOPHILUS.*

**CARO** animæ fraterno quodam copulatur consortio, 1056, 9. Caro nostra perpetua esse ac diuturna non potest; necesse est occidat, ut resurgat : necesse est resolvatur, ut quiescat, 943, 5. Cum caro repugnat, mens ad Deum debet esse intenta, 439, 105. Tunc maxime urgemur, cum caro cedit, *ibid.* Non metuit arma, non barbarus, qui mortem non timet, qui nulla carnis voluptate retinetur, 865, 6. Dormiat caro, vigilet fides : dormiant illecebræ corporis, vigilet cordis prudentia : membra tua redeleant crucem Christi et sepulture odorem, 293, 58. Non alienum, si interire sic dicitur; ut repressa magis, quam assumpta credatur, 416, 96. Moriatur cupiditibus, sit captiva, sit subdita, nec legi mentis nostræ repugnet, sed bonæ servituti subjecta moriatur, 406, 61. Male se habet causa, ubi potest



est carnis, quam mentis prærogativa, 769, 14. Quod carnale, servile, 1163, 108.

CARTHAGINIS non æque numina semper invisita Romanis, 840, 30.

CASSIANUS episcopus, 786, 1; 805, 76.

CASTRATIS triplex virtus, una conjugalis, alia viduitatis, tertia virginitatis, 193, 23. Jure castitatem atque clementiam dixerim quasdam virtutum parentem, 1129, 54. Præceptum castitatis est, virtutum integritatis, 206, 73. *Vid. VIDUITAS, VIRGINITAS.*

Castitatem non pœna cohibet, sed religio auget, fidesque conservat, 222, 35. Nec casta est, quæ metu cogitur; nec honesta, quæ mercede conducitur; nec pudor ille, qui in-temperantium oculorum quotidiano expositus convicio, flagitiosus aspectibus verberatur, 130, 15. Castos non infirmos nos esse convenit: pudicos oculos habere, non debiles, 207, 76. Bonus regendæ castitatis pudor est comes, 20, 69. Castitas solitudinem quærit, 201, 57. Suis cumulatior dispendiis, 836, 12. Prima ejus victoria est facultatum cupiditates vincere; quia lucri studium tentamentum pudoris est. 836, 12. Nescit redimere castitatem, quæ vendere solet, 130, 13.

Castitatis et virginitatis patria in cœlo est, 151, 20. Castitas angelos fecit: qui eam servavit, angelus est; qui perdidit, diabolus, 159, 52. Castimoniam tantum deferrebant reverentiæ majores nostri, ut bellum ad æversus temeratores pudicitiam suscipiendum putarent, 772, 2. Castitatis supra laborem est præmium, supra usum gratia, supra opus merces, 208, 82. *Vid. CONTINENS.*

CASSULUM quem presbyterum dicebant Ariani, raptus a populo, 833, 5. Missis ab Ambrosio presbyteris et diaconibus, ereptus est, *ibid.*

CATECHUMENUS quando dedit nomen suum, Christus tulit lutum, et hinc super oculos ejus, 564, 12. Catechumeni dimissi post lectiones atque tractatum, 833, 4. *Vid. BAPTISMUS.*

Κατόρθωμα quod perfectum et absolutum officium est, a vero virtutis fonte proficiscitur, 110, 10.

CAUSA quo præstantior, eo debet esse cura attentior, 38, 227.

CAUTELA sanctorum est necessaria, 601, 9.

CHALDÆUS spem non habet in stellis, quas observat, 928, 16.

CHARITAS Legis est, et servitus charitatis, 1091, 8. Timor Legis est, charitas Evangelii, 1091, 7. Unde nascitur? 34, 127. Utrum sit differentia aliqua charitatis eorum qui a pueritia, et eorum qui juvenutis aut posterioris ætatis processu crediderint? 914, 1 et seq.

Charitas non potest esse sine fide, 236, 53. Per fidem ad charitatem pervenitur, 80, 59. Perfecta charitas omnem fidem habet, 1094, 5 et seq. Non tamen facile dixerim quod continuo omnis fides perfectam charitatem habeat, *ibid.*, 6 et seq. *Vid. FIDES.*

Charitatem dominus exigit, servus timorem, 1083, 10. Edificatio charitatis rimam offensionis excludit, atque obstruit, 1088, 13. Prima ad commendationem nostri est charitas, 79, 59. Libertas liberum facit hominibus, charitas amicum Deo, 936, 23. Quid prodest collatio patrimonii sine gratia charitatis? 454, 83.

Charitatis vincula sunt et vulnera, 295, 60 et seq. Sunt jacula charitatis, quibus Christus vulnerat se querentes, 295, 60. Bona vulnera charitatis et oculis prælerenda, 221, 335; 274, 111. *Vid. AMOR.*

CHORATH intellectus dicitur, 1041, 77.

CHOREM omne cor, vel quasi cor dicitur, 1041, 77.

CHRISTIANOS etsi multi se nomen, nomen usurpant, non tamen omnes mercedem habent, 692, 130. Cum Judæi interpellant, in terra scribuntur eorum nomina: cum adeunt christiani, scribuntur eorum nomina in cœlo, 803, 5. Omnis christianus est liber et sapiens, 936, 22. Curia jam majore christianorum numero est referta, 823, 9. Julianus lege proxima christianis communem usum loquendi et docendi denegavit, 824, 4.

Christianos decet, ut et tranquillitas pacis optetur, et fidei veritatisque constantia nec mortis revocetur periculo, 833, 14. Per injurias, per inopiam, per supplicium nos crevimus, 835, 11. Numquam nobis amplius contulerunt gentiles, quam cum verberari christianos, atque proscribi, ac necari juberent, *ibid.* *Vid. PERSECUTIO.*

CHRISTI nomen ante ejus adventum in Israel populo, quasi in vase aliquo Judæorum mentibus claudabatur, 620, 95. Quomodo postea per omnem creaturam extensum, *ibid.*, 96. Christus verus David, verus humilis, verus mansuetus, verus manu fortis Dei Filius, hoc annuntiat nomen, 987, 11. Verbum dicitur, quia immaculata: virtus, quia perfectus: Filius, quia genitus ex Patre: Sapientia, quia unum cum Patre, unum æternitate, unum divinitate, 447, 16. Si Christum dicas; et Deum Patrem, a quo unctus est

Filius; et ipsum qui unctus est, Filium; et Spiritum sanctum, quo unctus est, designatis, 609, 44. Deus est qui ungit, et Deus qui secundum carnem ungitur, Dei Filius, 448, 24. Christus quasi filius hominis unctus, et missus ad Evangelium prædicandum, 663, 2. Unguentum Christi est Spiritus sanctus, 622, 105. In Christi nomine incarnationis Paulus testificatus est sacramentum, 500, 16.

Expositio fidei catholicæ de Christo, 730 et seq. Imperfectæ de Christo confessiones fidei, 709, 24 et seq. Sunt qui tamquam ad unum prophetarum, ita ad Christum factum esse Verbum arbitrati sunt, non ipsum esse Dei Verbum, 714, 48. *Vid. APOLLINARIUS, ARIUS.*

Christum esse altissimum Deum probatur, 498, 9. Paulus Christum solum verum Deum voce affectuque fatebatur, 360, 48. Ipse est, quem Pater genuit ante Luciferum, ut æternum; ex utero generavit, ut Filium; ex corde eructavit, ut Verbum, 175, 3. Ex Patre, apud Patrem, in Patre, natus non factus, nec degener, 218, 18. Nos per adoptionem filii, Christus per veritatem naturæ est, 469, 126. In eo filii proprietates divinitatis est, veritas proprietatis, misericordia pietatis, oblatio securitatis, 465, 108. Sat est generationem scire divinam non divisam, non diminutam, non derivatam, non creatam, 493, 129.

Christus totum quiddam a Patre divinitatis assumpsit, expressit, 133, 48. Est imago simplex de Deo, egressa de Patre, expressa de fonte, 453, 49. Non umbra, sed imago Dei est: non vacua imago, sed veritas, 1164, 109. Imago Dei est, non muta; quia verbum est: non insensibilis; quia sapientia est: non inanis; quia virtus est: non vacua; quia vita est: non mortua; quia resurrectio est, 453, 50. Imago docet eum non esse dissimilem, character expressum esse significat, splendor signat æternum, 453, 49. Verus Deus est veri Patris non dissimilis, sed æqualis, 535, 27. Probatur contra Arianos Christum non esse dissimilem Patri, 451, 45 et seq. Probatur esse similem, 453, 48 et seq.

Christum filium Dei sempiternum esse probatur, 451, 54 et seq. Pater manet in Christo, tamquam verus in vero, Deus in Deo, lumen in lumine; quasi Pater sempiternus in Filio coæterno, 681, 82. Qui volunt negare Filium sempiternum, volunt Patrem docere esse mutatum, 453, 61. Cum omnia in sapientia facta sint, Christus autem Dei sapientia sit: non accidens utique, sed permanens est in æternum, 505, 45.

Christi voluntas eadem quæ paterna est, 479, 50 et seq. Similiter est Christi velle, quod Pater vult; ejus similiter est facere, quod Pater facit, 478, 45. Si traditus est a Patre, et ipse se tradidit: unde una utriusque operatio et voluntas, 463, 109. Christum libere esse potestatis variis argumentis probatur, 479, 47 et seq. Videmus eandem charitatem Dei esse, quæ Christi est, 585, 188.

Christum omnipotentem esse probatur, 728, 114 et seq. Omnipotentem annuntiant angeli, prophetæ significant, apostoli testificantur, 521, 16. Christus omnipotens est; hæc est fides nostra, 865, 7. Anathema illi, qui negat Dominum potentem Christum, 704, 32. Jubenti Christo etiam insensibilis solet natura obedire, 428, 56.

Christus per unitatem potestatis coadoratur in Patre, cum Deus Pater adoratur in Christo, 681, 82. In Christo etiam incarnationis adoranda mysteria sunt, 680, 76 et seq. Per scabellum pedum Dei terra intelligitur, per terram caro Christi, quam hodieque in mysteriis adoramus, 681, 79. Divinitatem ejus adoramus et carnem, 720, 75.

Christo dum præjudicis, Patrem adjudicis, 458, 71. Secundum divinitatem non super Christum est Spiritus, sed in Christo, 666, 6. Neque Pater visus est Abraham, nec Deo Patri pedes lavit, sed ei in quo futuri hominis est figura, 484, 72. Non Pater in rubo, non Pater in eremo, sed Filius Moysi locutus est, hic Legem dedit, 460, 83. Christus locutus est in Lege, in propheta et in Evangelio, 477, 37. Servemus distinctionem divinitatis et carnis: unus in utraque loquitur Dei Filius, et non uno loquitur modo, 485, 77.

Christum dicere creaturam pro objectu contumeliæ est, non pro confessione reverentiæ, 755, 4. Quid proficis, si dicas quia Christus hæc an illa sit creatura? Creatura mutatur, non divinitas adoratur, 789, 26. In quo factus sit Christus, 301, 27 et seq.; 511, 76 et seq. Quo sensu dicitur sit de Christo: *Dominus creavit me principium viarum suarum in opera sua*, 505, 46 et seq.; 508, 59 et seq.; 643, 51. Secundum partum Virginis factus, qui secundum divinam generationem ex Patre natus est, 870, 23. Foris factus est, qui erat intus, 231, 6. In Christo factura non divinitati sed humanitati ascribenda, 462, 94. Factus sub Lege secundum incarnationem, ex muliere secundum sexum, 781, 18. Aliqui dicunt inoperatum esse incarnationis mysterium et cur? 317, 114.

Christus in quo dixerit Patrem majorem se esse, 492, 61

et seq. Quem Patrem naturaliter habet, Deum appellat propter suscepti corporis sacramentum, 219, 23. Quasi altissimus donat, quasi homo precatur: aliud creatoris, aliud redemptoris est, 498, 8. Rogat quasi filius hominis, imperat quasi Dei Filius, 502, 32. Neque cum imperat, solus est; neque cum precatur, infirmus, 551, 55. Quasi Deus imperat morbo, quasi homo visitat ægrum, 202, 60. Mandatum sive preceptum Christo non secundum divinitatem, sed secundum incarnationem datur, 574, 152.

Christus dubitat hominis affectu, 478, 43. Ut homo dubitat, ut homo turbatur: non turbatur ejus divinitas, turbatur secundum humanæ fragilitatis assumptionem, 490, 56. Plerique dicunt confidenter quod Christus secundum nostræ conditionis assumptionem ignoret se quasi Filius hominis ante crucem dixit, 591, 221. Nescire se simulat, ut scire faciat credentes, 561, 51. Quomodo diem iudicii ignorasse dicatur, 591, 222. In Christo profectus est ætatis, et profectus sapientiæ, sed humanæ est, 719, 72 et seq. Non secundum divinitatem, sed secundum hominem iudicant, qui putant Christo testificandi scientiam defuisse, 574, 150. Quod si mortificatur in carne pro nobis, et divinitate sanctificatur, 483, 78.

Christi subjectionis pater et vera interpretatio, 926, 8. Secundum formam servi locutus, dominum vocavit, quem Patrem noverat, æqualem in Dei forma; servum secundum carnis substantiam se prædicans, 983, 3. Subditus Patri in corpore, in quo erat subditus matri, 487, 89. Quomodo in nobis subiectus, 580, 167 et seq. Per sua opera et genera diversa virtutum erit in nobis Patri subditus, 583, 182. Hoc munimentum, hæc sepes est filii nostræ, quod pro nobis servitium suscepit in istius corporis susceptione, 984, 1. Pro nobis servus, peccatum, opprobrium, maledictum factus est, ut nostram servitutem tolleret, maledicta, peccata, opprobria deleteret, 983, 4; 988, 12 et seq. Survivuit, ut omnes liberos faceret, 936, 23. Formam servi accepit, id est, plenitudinem perfectionis humanæ, plenitudinem obedientiæ, 570, 109. *Vid. FILIUS DEI, PATER, TRINITAS, VERBUM DEI.*

Christus cum esset in plenitudine divinitatis, exinanivit se et accepit plenitudinem naturæ et perfectionis humanæ: sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummatio, ut esset perfectus in utraque forma, 986, 6. Unus est et ante sæcula ex Patre, ut Dei Filius natus; et in seculo, ut homo carnis assumptione generatus, 700, 168. Etsi caro Christi et anima ejusdem cuius anima caroque nostra substantiæ est; non inde tamen timeo, ne te trada videar inducere, 721, 77.

Christus homo factus est, Deus natus est, 116, 11 et seq. Christus *heri* propter æternitatem, *hodie* propter corporis susceptionem, 533, 25. Nihil Deo accedere ex carne potuit, 523, 6. Deus sui pati non potuit detrimentum, cum id quod assumpsit ex Virgine, nec accessio divini nec diminutio potestatis sit, 482, 61.

In Christi incarnatione, non, ut quidam interpretati sunt, natura ipsa Verbi immutata est, quæ immutabilis semper est, 716, 55. Deus in cufusdam libris sic positum, et organum et eum a quo movebatur organum unius in Christo esse naturæ, sed refellitur, 715, 51 et seq. Qui divinitatem et carnem Domini unius dicunt esse naturæ, quot errorum auctores sint? 715, 51. Qui carnem Domini et divinitatem dicunt unius esse substantiæ, si Ariani pejores esse probantur, 714, 49. Refelluntur, 716, 57 et seq. Christus non renuit quod erat, sed assumpsit quod non erat, 482, 62.

Christus secundum generationem divinam Dei virtus, secundum assumptionem carnis, unius cum omnibus hominibus in carne substantiæ, salva tamen incarnationis suæ gloriæ; quia veritatem suscepit, non imaginem carnis, 526, 50; 533, 17; 593, 12. Factus est sicut homo, non specie utique, sed veritate formatus, 1161, 103. Sunt qui putant quia divinitas Domini circumcisa est, et in carnis specie coagulata pendebat in ligno, 715, 50. Refelluntur, 716, 56 et seq. Divinitas quæ secundum naturam suam videri non poterat, suscepit quod erat præter naturam divinitatis, ut secundum naturam corporis videretur, 708, 22. Christus ostendebatur omnibus per corporis veritatem; quia non caro erat Verbum, sed caro erat Verbi, 412, 40.

Moris est scripturis divinis geminam in Christo significare substantiam, divinitatis et carnis; et cur? 506, 59 et seq. Est scripturis promiscua consuetudo divinis, ut interdum a divinitate Christi incipiant, et ad incarnationis sacramentum descendant: interdum ab humilitate incarnationis exordium sumant, et ad gloriam divinitatis assurgant; ut in prophetis et in evangelistis frequenter, et in Paulo, 509, 65. Nihil præ cæteris in Lege, nisi Christi adventus annuntiat, atque ejus præfiguratur passio, 1035, 8.

Christi grande mysterium, quod stupuerunt angeli, 525, 26. Non sola admirabilis ex Patre generatio, admirabilis

etiam ipsa generatio ejus ex Virgine, 489, 77. Eam credere tibi jussum est, non discutere permissum, *ibid.*, 78.

Christus primus secundum divinitatem, secundus secundum carnem, 265, 72. Primus, quia per ipsum omnia; novissimus, quia per ipsum resurrectione, 266, 75. Christus primogenitus, non primo creatus; ut et genitas pro natura, et primus pro perpetuitate creditur, 453, 48.

Refutantur qui putant animam a Domino Jesu non esse susceptam, 718, 64 et seq. Et eorum objectiones solvantur, *ibid.* Qui animam rationalem ab incarnationis Domini sacramento segregant, divina sententia percellantur, 706, 11. Christus quia suscepit animam, suscepit et anime passiones, 490, 56. Non Deus Verbum pro anima rationali et intellectus capaci in carne Christi fuit, 720, 16. Christus animam suam pro divinitatis potestate posuit, et sumpsit, 475, 25. Suscepit voluntatem meam, suscepit tristitiam meam, 480, 53. Nihil in Christo imperfectum, 718, 63. Christi perfectiones, 174, 2 et seq. Si Christo aliquid hominis defuit, non totum hominem redemit, 991, 3. In Christo immutabilis manebat sapientia, etsi circumdaretur amictu carnis, 412, 41. In Christo Deo caro, in carne autem humani naturæ generis omnium hominum particeps honoratur, 583, 181.

Quæ erat causa incarnationis, nisi ut caro quæ peccaverat, per se redimeretur, 716, 56. Christus in hunc mundum venit, ut aculeum mortis hebetaret, devoratorum ejus obstrueret, viventibus æternitatem gratiæ daret, defunctis resurrectionem concederet, 764, 5. Suscepit, quod meam est; ut impertiret, quod suum est, 709, 23. Ex nobis accepit, quod proprium offerret pro nobis, ut nos redimeret ex nostro; et quod nostrum non erat, ex suo nobis divina sua largitate conferret, 715, 54. Quia exerceverat multa, abolitis innocentia fuerat, venit Dominus, qui reformaret naturæ gratiam, immo auget, 983, 15. Venit in amaritudinem fragilitatis humanæ, ut conditionis amaritudo decederet, Verbi celestis suavitate et gratia temperata, 257, 54. Suscepit carnem, ut quasi homo vinceret, qui homines erudiret, 489, 90. Propter opera sua a corruptele servitio liberanda suscepit carnem, 505, 43. Christi adventu non iam umbra sanat singulos, sed veritas universos, 351, 21. *Vid. INCARNATIO.*

Christus a Patre natus ante sæcula, sed ex Virgine natus ob sæcula, 152, 21. Unus Dei Filius, et natus ex Patre, et ortus ex Virgine, distanti ordine, sed in unum concurrente nomine, 1116, 12. Homo natus ex Virgine, ante omnia generatus ex Patre: qui matrem corpore, virtute referret Patrem, 174, 3. Non alter ex Patre, alter ex Virgine, sed idem; aliter ex Patre, aliter ex Virgine, 711, 35. Eos condemnare debemus, qui dicunt alium esse, qui ex Deo Patre natus sit, alium qui sit generatus ex Virgine, 714, 47. Matrem in illa divina generatione nescivit, patrem in hoc virginis Mariæ partu ignoravit: ex Patre solo natus ante sæcula: ex Virgine sola ortus in hoc sæculo, 1054, 49. Secundum divinitatem matrem habere non potuit; quia auctor est matris, 1116, 11. Natus de Spiritu sancto et de Virgine immaculatum corpus suscepit, 594, 13. Dominus de Spiritu sancto natus est et renatus, 678, 64. Refutantur qui dicunt Christum ex Virgine non potuisse generari, 968, 4. Se Manicheos probaverunt non credentes quia ex Virgine Christus venisset, 969, 12. Creatur ex Virgine, ut ex Deo natus esse credatur, 561, 54. Speciale sibi donum virginitatis elegit, et integritatis munus exhibuit, atque in se representavit, quod elegit in matre, 966, 3. De celo vas sibi pro quod descenderet, elegit, et sacravit templum pudoris, 257, 33. Puriorem carnis suæ generationem reperire non potuit, quam ut habitationi propriæ celestis animæ Virginis dedicaret, 272, 105. Salute in mundo distans per Virginem venit, et mulieris lapsus partu virginis solvit, 284, 26. Christus est *ἁγνευδὸς ἄσπας* 915, 5. Christus virginis sponsus, et si dici potest, Christus virginis castibus: virginitas Christi, non virginitas est Christus, 152, 22. Radix Jesse patriarchæ familia Juætorum, virga Mariæ, flos Mariæ Christus, 641, 58. *Vid. MARIA.*

Christus in præsepio ut homo cernitur, ut Dominus adoratur: jacet in pannis, sed fulget in stellis: cunæ nascentem indicant, et stelle dominantem: caro est, quæ involvitur: divinitas, cui ab angelis ministratur, 430, 32. Agnoscamus præsepe Domini, in quo alimur, pascimur et reficimur, 882, 6. Circumcisus est primo, ne legem solveret: postea per crucem, ut legem impletet, 1093, 3. Circumcisus est ut circumcisionem legis conferret, daturus salutem crucis, *ibid.*, 4. Cur baptizatus? 552, 13 et seq. Si Spiritus sanctus sicut columba descendit? 331, 24. Christus jejunavit, ut nobis exemplo esset ejus jejunium, 1026, 13. Cum sine eruditione literarum doceret, non quasi homo, sed potius ut Deus videtur docere, 486, 79. Christus non est in sacris, qui sacra universa destruxit, 538, 92. Quæ transfiguratio Domini significaverit? 460, 81 et seq. In



transfiguratione recesserunt servi: et solus Dominus, qui solus designabatur Filius, videretur, *ibid.*

Christus maluit supra legem solvere, quam id quod erat legis negare, 780, 15. Pauper factus est, ut eum omnes emant, et egenos præcipue sua paupertate locupletet, 268, 83. Satiabat esurientes, replebat inopes: illuminabat cæcos, redimebat captivos, paralyticos erigebat, mortuos resuscitabat, et quod est amplius, conferebat absolutiones reorum, peccata donabat, 895, 6. Homo secundum carnem, sed ultra hominem secundum divinam operationem: cum leprosum tangeret, homo videbatur; sed ultra hominem, cum emundaret: cum Lazarum fieret mortuum, quasi homo flebat; sed supra hominem erat, cum mortuum juberet vincitis pedibus exire: homo videbatur, cum penderet in cruce; sed supra hominem, cum reseratis tumulis, mortuos resuscitaret, 986, 7. Maluit aliquid dissimulare de jure, quam de charitate deponere, 562, 61. Donavit sanitatem, non medicinam exercuit; eos enim sanavit, quos nemo curaret, 1096, 2. Quot quisque habeat genera sanitatum, 202, 62. Ubique curat, ubique sanat: in itinere, in domo, in deserto, 224, 42. Nescit impedimentum, qui sanatur a Christo, 202, 63. Alia virtutis ejus gratia, alius ordo naturæ, 1156, 81. Christi beneficia et incentiva virtutis et præmia sunt, 957, 6. Qui donavit omnibus, ab omnibus exigit; ut quod unusquisque sibi dimissum meminit, alii ipse dimittat, 958, 8.

Christus omnes benignus illustrat, nec refutare levem, sed emendare vult, 1166, 117. In Evangelio tacens operabatur salutem hominum, 4, 9. Plerumque secundum qualitates locorum in quibus docebat famulos suos, disputationes suas formare dignatus est, 894, 4. Christus plus amat nostram utilitatem instruere, quam suam potentiam demonstrare, 591, 220. Nostro non suo lacrynavit affectu, 1116, 11.

Christus scribebat in terra digito, quo Legem scripserat, 890, 14. Quid scribens in terra significat per figuram? 688, 14. Quanto se inclinat, ideo inclinat, ut adjacentes elevet, 895, 7. Meruit et mulier absolvi, quæ recedentibus Judæis, remansit sola cum Jesu, 897, 16. Cur donaturus peccatum solus remanet, 896, 16. Non damnat, quasi redemptio: corrigat, quasi vita: quasi fons abicit, 893, 7. Quotopere nullum damnari vult, absolvi omnes? 897, 17.

Christus princeps sacerdotum, 871, 110. Est verus Melchisedech, 337, 48; 507, 12. Verus Melchisedech, verus rex pacis, verus rex justitiæ venit, 1034, 49. Sacerdos est novus, et nova hostia, non ex Lege, sed supra Legem; advocatus mundi, lux sæculi, 981, 17. Idem sacerdos, idem et hostia, 513, 87. Typus futurus erat sacerdotum omnium, 1035, 47. Non exegit, sed accepit sacerdotium, *ibid.*, 48. Solus potest donare delicta, 418, 9. Depravatus est per dæmon diabolum, abstulit ei male congregatas divitias multitudinis, revocavit ab errore animas gentium, mentesque nationum deviantium, 918, 5 et seq.

Christus fatigatus ex itinere, ut reficiat fatigatos: petit bibere, sitientibus potum spiritalem daturus: moritur, vivificatur; seque elicit, resurrexerunt, 361, 51. Fatigatus est, sed in te; quia dum te quaerit, tua illum tandem incredulitas fatigavit, 634, 184. Petit bibere, daturus, 634, 184. Laborat sed in nobis, ut me facientem erigat, 1098, 4.

Christus quasi lux tetigit cæcum natum, et lumen infudit; quasi sacerdos per figuram baptismatis mysteria gratiæ spiritualis inventi, 1096, 8. Christus ut homo, cum Lazarum fieret: rursus supra hominem, cum eum resuscitaret: ut homo, cum vapularet; et rursus supra hominem, cum totius mundi peccatum tolleret, 906, 8. In Lazari resurrectione Dei virtus est, vita, lux, resurrectio mortuorum; virtus crexit jacentem, vita gressum extulit, lux fugavit tenebras, reparavit obtutum, resurrectione vivendi gratiam reformavit, 1155, 78.

Christus clamavit in Abel, clamavit in Jesu Nave, clamavit in Salomone, clamavit in corpore suo, 918, 5. Venit, ut ateret sæculum hoc, 117, 36. Divinam suam gloriam cæci, priusquam resurgeret, non divulgari cupiebat, 364, 12. Semper Christi laudes verbera peridorum sunt, 869, 19.

Christus tentari debuit, compati mihi debuit; ut scirem quemadmodum tentatus vincerem, compassus evaderem, 488, 91. Suscepit quod non erat ut celaret quoderat: celavit quod erat, ut tentaretur in eo et redimeretur quod non erat; ut ad id quod erat, per id quod non erat, nos vocaret, 322, 107. Christi varia certamina et coronæ, 270, 96 et seq. Secundum carnem tentatur, secundum dignitatem ab angelis adoratur, 502, 35. Vides illas quas tu putas Christi infirmitates, tuas esse virtutes, 489, 93.

Christus secundum quid dicitur maledictum, 870, 23. ideo maledictum, quia nostra maledicta suscepit: ille fleat, ne tu homo diu feres: ille injurias passus est, ne tu

injuriam tuam doleres, 488, 94? Cur peccatum dicitur sit et maledictum? 717, 60.

Christus ipsa die pascha cum discipulis manducavit, sequenti die, hoc est, sexta feria, crucifixus est; sabbato quoque magno illo sextadecima fuit: ac per hoc septimadecima luna resurrexit a mortuis, 885, 10 et seq. Non soli Petro sed unicuique fideli vult lavare pedes, 602, 12. Pretia quibus Josephi Christusque venditi sunt, inter se conferuntur, 691, 125 et seq. Non omnes eodem pretio emunt Christum, 692, 129. Dominus gratis se obtulit, ne quem revocaret a Christo paupertatis necessitas, 692, 128. Cur morturus hortum ingressus sit, 690, 119.

Christus bibit calicem, hoc est, passionem illam tuorum criminum redemptricem; ut tu sitim istius mundi, sacri potus cruore resinguas, 634, 184. Lignum crucis velut quædam nostræ navis salutis vectura nostra est, 625, 110. Manus Domini affixæ cruci in modum volantis extentæ, 241, 113. Testabatur de cruce Christus, et inter matrem atque discipulum dividebat pietatis officia, 1018, 109. Vnde clementiam magnam Christi, cum pro suis oraret persecutoribus, 1183, 54. Acetum accepit, ut absolveret omnes tentationes, 1035, 6. Accepit vocem sacræ titulo passionis, clamavit in martyrio, clamavit in parricidio, quod pertulit pro sacrificio, 1204, 21. Lancea vulneratus est, ut nos sacri vulnibus cruore sanaret, 158, 47. Ex vulnere sanguis et aqua exivit, spiritumque exhalavit: aqua ad lavaerum, sanguis ad potum, spiritus ad resurrectionem, 180, 22. Poluit non morti, si voluisset, 1145, 46.

Christus non ut quidam dicunt, in phantasmate passus est, 714, 46. Pendebat in cruce, et omnia commovebat: tremebat in ligno, quem totus tremebat mundus: erat inter supplicia, et regnum cælestium donabat: peccatum omnium factus, peccata generis abluere humani: mortuus est, ut illius mora vita fieret mortuorum, 712, 39. Idem patiebatur, et non patiebatur; moriebatur, et non moriebatur: sepeliebatur, et non sepeliebatur: resurgebat, et non resurgebat, 711, 36. Erat in servi forma, sed idem in gloria Dei Patris: erat veritas in cruce, sed idem dimittebat peccata etiam persecutorum suorum: erat opprobrium, sed idem majestas Domini. Quid amisit, cui nihil minus est? 985, 5. Cum moreretur, vivebat: cum subieceretur, regnabat, cum sepeliretur, resuscitabat, 581, 174. Erat immortalis in morte, impassibilis in passione, 712, 59.

Christus solus erat, quando mundum redemit, 992, 5. Christi passio adiutorio non eguit, 261, 49. Non eguit redemptione redemptor universorum, 780, 13. Non egebat adiutore ad redemptionem omnium, qui omnes sine adiutore servavit, 1018, 110. Adiutore non eguit, cum faceret mundum, neque cum redimeret, 1161, 104.

In Christo mortua est non vita nostra, sed culpa, 635, 109. In eo mortuus est, quod suscepit ex Virgine; non in eo quod habebat ex Patre, 622, 107. In eo secundum naturam suam caro passa est, nec ea corporis passione Verbi natura mutata est, 715, 45. Si exiit corpus, nullum tamen de corpore Deo damnatum, 412, 40. Quomodo Dominus majestatis dicitur esse crucifixus, 481, 58. Non divinitus crucifixus, sed caro est, 463, 95. Mors carnis fuit, non divinitatis, 835, 9. Secundum carnem passus est, secundum divinitatem habet immortalitatem: hoc qui negat, diabolum est, 795, 25. Christus secundum naturam se obtulit nostram, ut ultra nostram operaretur naturam: de nostro sacrificio, de suo præmium est; multaque in eo secundum naturam invenies et ultra naturam, 715, 54.

Christus per crucem excelsior factus est cælis, excelsior angelis, et melioris testamenti factus est sponsor, 511, 76. Quamvis simili modo assumptionis et passionis Christi sint admiranda mysteria: plenitudo tamen illi in sacramento est passionis, 691, 126. Maluit in hunc mundum redemptor venire, quam iudex, 1203, 16. Mors Christi vita est omnium: morte ejus signamur, mortem ejus orantes annuntiamus, mortem ejus offerentes predicamus: mors ejus victoria est, mors ejus sacramentum est, mors ejus annua solemnitas mundi est, 1146, 46. Magnum pietatis mysterium, ut mors corporis nec in Christo esset excepta, 1144, 4. Perpetuitate vitæ sibi pretium, mihi sacrificium perdidisset, *ibid.* Patientia admirabili peccata nostra sæpe affixit cruci, 1049, 112. Damnavit peccatum, quod nascendo non sensit, quod moriendo erexit, 594, 13. Consummatis passionibus, tanquam consummatus ipse, sanitatem dedit omnibus, peccatum tulit omnium, 1053, 47. Mortis mors facta est susceptio mortis in Christo, 512, 84. Mortem suam pro morte omnium obtulit, sanguinem suum pro sanguine fudit universorum, 958, 7. Petra caro Christi, quæ cælum et totum mundum redemit, 972, 9. Agnus est, sed divinæ potentia, qui non solum mundavit sanguine delicta universorum, sed etiam divina potestate donavit, 1034, 10. Nunc in hædi typo, nunc in ovis, nunc in vituli offerebatur: hædi, quod sacrificium pro delictis sit: ovis,

quod voluntaria hostia : vituli, quod immaculata sit victima, 600, 4. Exiit se carne, ut pro te de dominatouibus et potestatuibus mundi istius triumpharet, 227, 55. Ad sanguinis ejus gratiam nihil minuitur, nihil adjungitur : et si parum sumas, et si plurimum, eadem est perfecta omnibus mensura redemptionis, 779, 8. Se tradidit pro me : si gratia, quid arguo? Si injuria, plus debeo, 627, 129. Sanguinem solvit, sanguinem debes. Ille pro te solvit, tu pro te redde, 244, 126. Quomodo in ipsis crucis injuriis divinitas Christi cognoscitur, 489, 96. Gedeon trecentos elegit ad praelium, ut ostenderet non in numero multitudinis, sed in sacramento crucis mundum ab incursum graviorum hostium liberandum, 601, 5. *Vid. ABRAHAM.*

In cruce Christi omnium hominum levatur infirmitas, 357, 10. Divinum crucis sacramentum, in qua haeret infirmitas, virtus libera est, affliguntur vitia, eriguntur tropaea, 622, 108. Versare in manibus vestris crucem Domini Jesu, in vestris eam operibus elevantes, 290, 48. Principium fortitudinis est, qua via sanctis est reserata martyribus ad sacri certaminis passionem, 506, 53. Ex cruce Christi inventione gratulatur Ecclesia, erubescit Judaeus et torquetur, 1212, 49. Clavus quo Christus est affixus cruci, in honore est, et remedium salutis, atque invisibili quadam potestate daemones torquet, 1212, 49. *Vid. HELENA.*

Christi sepulcrum miraculo non caret : novo opere quodam ipse defunctus difunctionum sepulcra reserabat, 712, 40. Victor mortis suam tumulum non habebat, et cur, 217, 14. *Vid. ADAM.*

Christus penetravit inferna, sed corruptionem incurruptus evasit, 245, 128. Etsi secundum hominem mortuus, in ipsis tamen erat liber infernis, 1161, 102.

Christus non alterius auxilio atque ope erectus est, sed ipse se resuscitavit, 1098, 6. Quam causam habuisset moriendi, nisi habuisset et causam resurgendi, 1158, 90.

Cur primogenitus, ex causis, primitiae, initium dicitur, 927, 11. Christi victoria, victoria libertatis est, quae omnes gratiae vindicavit, nullum astrinxit injuriae, 614, 67. Secundum carnem omnia et subjecta tradentur, 584, 185. Quodnam sit regnum quod Christus accepit et Patri tradidit, 576, 147 et seq. Non deperit Christo regnum, quod Patri tradit, se l proleat, 577, 130. Non sedimus, sed in Christo concludimus, qui solus sedet ad dexteram virtutis Dei, 1087, 8. Sicut Christus in nostra carne subditus legitur; sic nos in illius carne concludimus in caelestibus, 1087, 8. In Christi regno conregnabimus Christo : sed nos per adoptionem, ille per potestatem : vos gratia, ille natura, 697, 157. Sumus regnum ejus ante, postea Patrius, 577, 130.

Christus sedens judicat, stans dicitur, 1024, 6. In Spiritu sancto non solum judicat, sed etiam vindicat, 675, 44. Quo sensu non judicet, 1092, 15.

Christus omnium fundamentum, 585, 181. Cur Paulus fundamntum posuerit Christum, 58, 142. Omnes Christi corpus sumus, sed alii forte superiora membra, 429, 62. Omnes unum corpus Christi sumus, cui caput Deus, membra autem nos sumus : alii fortasse oculi, ut prophetae; dentes, ut apostoli, qui Evangelicae praedicationis cibum nostris infundere pectoribus : sunt et manus ejus illi, qui videntur executores bonorum operum, 959, 11. Sicut Eva os de ossibus viri fuit, et caro de carne ejus, ita et nos membra sumus corporis Christi; os de ossibus, et caro de carne ejus, 1086, 4. Omnis bonus operarius manus est Christi, 1190, 62. Qui sint pedes Christi, in quibus se martyres, in quibus apostoli, in quibus ipse dominus Jesus honorari indicat, 961, 23. Quis mittat aquam in pedes Christi? 959, 11 et seq.

Christus summum est bonum, quod nobis annuntiatum a prophetis, praedictum ab angelis, promissum a Patre, evangelizatum est ab apostolis, 906, 8 et seq. *Vid. ANIMA.* Omnia dicta nostra factaque referamus ad Christum, 180, 24. Nullum obsequium, quod proficiat ad cultum et observantiam Christi erubescamus, 426, 42. Cum in via sum, Christi sum; cum pervenero, Patris sum : sed ubique per Christum, et ubique cum Christo, 577, 130.

Christus amat diu et saepius requiri, 254, 84; 293, 60. Quemadmodum possis mereri, ut Christus te quaerat? 227, 54 et seq. Christum, ubi non oportet, quaesisse, vultus est; 225, 47. Christum ubi quaerendus sit, 225, 49 et seq., 292, 56. Numquam iis, a quibus quaeritur, deest, 218, 17. In fine inveniri non potest, 225, 46. Quando quaerendus sit? 293, 58. Quomodo nisi per dies quaeritur? 224, 43 et seq. Fieri non potest ut desit quaerentibus se, 292, 57. Cum Christum quaeritis, Patrem Deum videtis, 253, 82. Quomodo qui Christum requirit ad angelos pervenit? 235, 87 et seq. Quamvis mane venire debueris, tamen etiam si serius veneris, etiam sexta hora Jesum fatigatum ab itinere invenies, 654, 184. Cui Christus tardare videatur? 230, 69. Qui videt Jesum, caeli ei aperiuntur, 1023, 5. Quandonam Christus aperto ingrediatur ostio? 251, 74. Bonum est ut

ad adventum Domini interiora nostra turbeatur, 228, 60 et seq. Quemadmodum teneri debeat? 252, 77 et seq.

Christus ambulat in pectoribus singulorum; cave igitur ne pollutam habens conscientiam, et pedes Christi incipias inquinare, 359, 12. Quamdiu Christum sequimur, non laboramus, 238, 103. Quis potest laborare sequens Jesum? 1106, 2. Cur qui eum sequuntur, alligati vicalis sint? 1099, 10. Ipse pervenit ad Christi requiem, qui humilitatem Christi fuerit secutus, 1205, 27. Ubi tres isti sunt integri, spiritus, anima et corpus, ibi Christus est in medio eorum, 253, 14. Ubi pax, ibi Christus; ubi justitia, ibi Christus, 1023, 4. Ubi Christus, ibi omnia, 764, 4. Omnia habemus in Christo, 257, 99. Omnia Christus est : si vultus curare desideras, medicus est : si febris aestas, fons est : si gravaris iniquitate, justitia est : si auxilio indiges, virtus est : si mortem times, vita est : si caelum desideras, via est : si tenebras fugis, lux est : si cibum quaeris, alimentum est, 237, 99. Requies nostra est, 979, 8. Principium nostrae virtutis est, 506, 49 et 52. In eo et summa universalitatis, et portio singulorum est, 1115, 6. Ibi praesidium nostrae salutis, ubi Christus, 169, 29. Grande remedium solatium habere de Christo, 488, 93. Unus est nobis fides, spes, charitas : spes in resurrectione, fides in lavacro, charitas in sacramento, 180, 22. Ubi Christi corpus, ibi veritas, 1163, 108. Quomodo infirmus, et parvulus esse potest, in quo Christus est Dei virtus? 1091, 9. Carnalis non est in Christo : sed si quis in Christo est, nova creatura est, non naturae novitate formatus, sed gratiae, 945, 6. Si ceciderit, qui cum Domino est Jesu, erigit eum Jesus, 1098, 3. Qui laudat Dominum Jesum, osculatur eum, 960, 14. Osculatur Christum, qui confletur eum, *ibid.*, 15. Gloriosius a Christo stringamur, quam alis absolvimur, et relaxamur, 1045, 96. Jugum Christi quomodo suave possit esse, cum et grave dicatur, 1177, 11. Est anima quae spiritualiter parit Christum, 218, 20. *Vid. ANIMA.*

Christus est verus Nabothae, 285, 50. Cur David Christum quasi gigantem describat? 711, 33. Christus cur candidus et rubeus? 157, 46. Nobis lilium est, 1189, 36. Vitis est, quia meas sustinet passiones, 550, 158. Cur botryo sit datus? 550, 161.

CHROMATICUS presbyter, 805, 76; 798, 45; 800, 51.

Cibus bonus est fides, suavis cibus misericordia, jucundus cibus gratia, 1090, 5.

CICADA de die in diem vivunt, questu rumpuntur suo, et quibus hominibus similes sint? 905, 5.

CIMBRORUM de manibus legimus templam idolis antiquas condita, 949, 10.

CIRCENSES ludii, 1178, 15.

CIRCUMCISIONEM oportuit ex parte fieri ante ejus adventum, qui totum circumcideret hominem, 1074, 15; 1076, 25. Marcion et Manichaeus reprehendendum Dei patris esse judicium, quia oraculum de circumcissione celebrandum edendum putarunt esse : sed refutantur, 1075, 10 et seq. Circumcisio non otiose in hac membri parte, et octavo die facta, 1071, 5; 1081, 4 et seq. In tantum abest nocuisse fidei circumcissionis dolorem, ut probabiliorem fidem faciat dolor, 1074, 14. Cur circumcisio et veteris Testamenti auctoritate quasi utilis imperetur, et novi Testamenti magisterio quasi inutilis repudiatur? 1071, 1 et seq. Cur ubi circumcidi pietas crederetur, nunc impietas iudicetur? 1080, 1 et seq. Secundum ipsam litteram ad circumcissionem Judaicam tueri nunquam potuerunt nationum populi, 1077, 26. Reperimus in historia veterum Aethiopiun, et Arabum, et Phoenicum aliquos circumcissione erga suos usos, 1072, 6. Aegyptii impiun iudicant sacerdotem, qui nequaquam habeat circumcissionis insigne; neque magici caruini sapientiam, nec geometriam, nec astronomiam iudicant suam obtinere sine circumcissionis signaculo, 1072, 5.

Circumcisio est interioris hominis, et qualis illa esse debeat? 1075, 19 et seq. Signum circumcissionis corporalis : veritas autem circumcissionis spiritualis est : illa membrum amputat, haec peccatum, 1081, 4.

CLARUS episcopus, 819.

CLATERNA, 944, 3.

In CLERO quicumque es Domini portio ejus et possessio, noti recedere de Domini possessione, 1099, 14. Sacerdos spectet quis distinguendae lectioni aptior, quis psalmo gratior, quis exorcizandis qui malo laborant spiritus sollicitior, quis sacrario opportunior, 57, 225. A Clerico solo pro omnibus votum commune suscipitur, officium commune defertur, 857, 14. Ministri altaris operum decet testem esse publicam existimationem, 60, 256. Non hoc solum est in clerico, ut sumptum expedit suum, sed ut divinum sibi post mortem potius subsidium locet, 1098, 2. Qui ad officia Ecclesiae accedunt, despicientiam rerum humanarum habere debent, 48, 185. Ecclesiasticus ab omni suo negotiis abstinere debet, agelluli sui contentus fructibus, si habet : si non habet, stipendiorum suorum fructu, 49, 184. Non se

lum Apostolus statuit de episcopo et presbytero, sed etiam Patres in concilio Nicæni tractatus addiderunt neque clericum quemquam esse debere; qui secunda conjugia sortitus sit, 1037, 64. Ministris altaris una tantum, nec repetita permittitur copula, 66, 257. Etiam ante baptismum, *ibid.* Convenit ecclesiasticis et maxime ministrorum officis declinare extraneorum convivia, 24, 86. Offensione præstricti, officio desistere non debent, maxime clerici, 1097, 1 et seq. Clerico jus testamenti negatum, 837, 14. *Vid. Ecclesiasticus, Episcopus.*

**CÆLIBATUS** et viduitatis gentiles statuere pœnas, 209, 84. *Vid. CASTITAS, VIDUITAS.*

**CÆLUM** principium operis mundani, finis homo, 972, 8. In corruptibile putatur, et præterit; homo corruptibilis habetur, et in corruptionem induit, 972, 9. Quod ultra cœlum est, Deus cœli est, 972, 8. Cœlum est ibi, ubi cessavit culpa: cœlum est ibi, ubi flagitia feriantur: cœlum est ibi, ubi nullum mortis est vulnus, 377, 20. Terra exercitium est hominis, cœlum corona, 972, 6. Cœli mysterium doceat me Deus ipse, qui condidit; non homo, qui se ipsum ignoravit, 835, 7. Ibi sit cor tuum, ubi est possessio tua, 1203, 29. Quis ille vir, qui vias sibi aperiat, gradusque ædmoveat, per quos ad cœli ascendat regiam? 973, 11 et 12. Terrenum tibi Apostolus consortium negat, et ultra naturæ propæmodum terminos alis ad cœlum docet spiritalibus evolandum, 235, 83. Ad cœlum oculos erigamus, illo nobis contendendum esse arbitremur, illam sedem terrenis omnibus præferendam putemus, 976, 2. Tutus ad superiora cursus est, periculosus ad inferiora descensus, 236, 96. Sit gressus ad superiora; quia melius est ascendere, 904, 8. *Vid. MUNDUS.*

Cœlum erat Paulus: cœli erant Iacobus et Joannes: ipse Dominus Jesus perpetui hominis erat cœlum, 873, 5.

Cœlum æreum quid sit? 1060, 1 et seq.

**COGITATIONES** prudentium liberæ sunt: quanto ad altiora et diviniora se subrigunt, tanto magis sine ullo terrenæ molis impedimento feruntur? 139, 107. In bonis cogitationibus, atque immaculato charitatis affectu, et sinceræ proposito, conscientia summa est laus, 249, 2. *Vid. APPETITUS.*

**COGNOSCERE** se ipsum prudentis est, et, quemadmodum a sapientibus definitum est, secundum naturam vivere, 1126, 45. Quid absurdius, quam nescire qui sis, affectare quod non sis? 1130, 4. Gravius est scire quod facias, nec fecisse quod faciendum cogoveris, 72, 7. Ad cavendum prodest præcisse: sed si cavere non queam, obfuit nosse, 1079, 8. Plus damnant, dum comperta deserunt, 597, 26. *Vide SCIENTIA.*

**COLUMBA** quæ ramum olivæ detulit post diluvium, illa postea descendit, cum Christus baptizaretur, 961, 21.

**COLUMNA** lucis, et columna nubis quid significant? 354, 22.

**COMA**, *Vid. CAPILLI.*

**COMARIVÆ** rupes, 1003, 5.

**COMMENDATIO.** Ea veritatis regula est, ut nihil facias commendandi tui causa, quo minor alius fiat, 99, 123.

**COMENSUM** plerique ad fidem Christianam conversi, 764, 7.

**COMES** orientis militarium partium, 948, 6. Comiti vexilla victricia et Labarum commissa, 949, 9.

**COMMODI** sui causa qui alteri nocet, naturam violat, 113, 24 et seq. Non bona sua et comoda, sed aliorum quærenda, 110, 13 et seq.

**COMMUNE** quod omnibus est, exceptum in singulis esse non potest, 1146, 46.

**COMMUNIONIS** societas nullam debet habere offensam, 813, 4.

Communiois osculo Christum osculamur 960, 13. Qui arbitrantur hoc esse pœnam eorum, si abstineant a sacramentis cœlestibus; hi sæviores in se iudices sunt, qui pœnam præscribunt sibi, declinant remedium, 435, 89. Nemo in peccato positus arrogare sibi debet auctoritatem aut usurpationem sacramentorum, 438, 103. Immundis impuritatibus sacre communionis non impertienda consortia, 435, 87. Qui ita poscunt penitentiam, ut statim sibi reddi communionem velint, hi non tam se solvere cupiunt, quam sacerdoteim ligare, 434, 87.

**COMPETENTES.** *Vid. BAPTISMUS.*

**CONCILIUM** quod trecenti decem et octo sacerdotes, tamquam Abrahamæ electi iudicio, consona fidei virtute victores, velut trophæum, toto orbe subactis perfidias, extulerunt, 444, 5. Concilii Italiæ Patres non prærogativam vindicant examinis, sed consortium communis arbitrii, 816, 4. Consuetudo ut in Oriente Orientalium esset concilium, in Occidentem Occidentalium, 788, 7. Propter unum Auxentium necesse non est episcopos ut ad synodum veniant, fatigari, 863, 16. Propter adventum Gallorum episcoporum synodus convenerat, 998, 6.

In **CONCIONIBUS** vox quomodo componenda, 20, 101. Ec-

clesia quotidie in lectionibus sacris, in sacerdotum tractatibus laudem pudicitia, gloriam integritatis personat, 1023, 10. *Vid. SERMO.*

**CONCUBINA** a concubitu appellata, 133, 111.

**CONCUSCERE.** Eget semper, quantumvis acquirat, qui plus concupiscit, 41, 133.

**CONCUPISCENTIA.** *Vid. TEMPERANTIA.*

**CONDITIO** nullum ad commendationem hominis affert impedimentum, 278, 3.

**CONFESSIO** erroris medicina est, 233, 27. Solvit criminum nexus verecunda confessio peccatorum, 426, 40. Non crucescamus fateri Domino peccata nostra, 416, 5. *Vid. CONVERSIO.*

**CONGREGATIO** mala bonum fructum facere non potest, 422, 25.

**Congregando** egemus, et congregando vacuum, 187, 5.

**CONJUGUM** difloratio virginitatis non facit, sed pæctio conjugalitatis, 239, 41. Si quis desponsata sibi et tradita utatur, conjugium vocat, 1017, 1. Bonum conjugium, sed tamen a iugo tractum, et iugo mundi, 221, 35. Ipsum conjugium vinculum est, 283, 21. Ne pater filium suum accipiat uxorem, interdictum est naturæ jure, interdictum est in violabili præscriptione pietatis, titulo necessitudinis, 1019, 3. Lex divina patruales fratres prohibet convenire in conjugalem copulam, qui sibi quarto sociantur gradu, 1018, 3. *Vid. AVUNCULUS, PATERNUS.* Conjugia alienigenarum refugienda; ne pro charitate conjugii proditionis insidiæ succedant, 852, 34. Doceat plebem episcopus, ut non ex alienigenis, sed ex domibus christianis conjugii queratur copula, 843, 2. Prope nihil gravius, quam copulari alienigenæ; ubi et libidinis et discordiæ incentiva, et sacrilegii flagitia conflantur, 844, 7. Id exemplis probatur, maxime Samsonis, *ibid.* et seq. Conjugium velamine sacerdotali et benedictione sancificari oportet, 844, 7. Maturiore consilio puella filio a patre traditur, sed majore obsequio proposito a filio ad patrem ducitur, et a viro lecta ingreditur domum soceri, 1104, 3. Monumenta conjugii arma sunt castitatis, 196, 38. Propæmodum non inferioris virtutis est eo abstinere conjugio, quod aliquando delectaverit, quam conjugii oblectamenta nescire, 183, 1. Licet bona conjugia, tamen habent quod inter se ipsi confuges erubescant, 287, 36. Meliori conditione mancipii, quam conjugia comparantur, 283, 23. *Vid. MATRIMONIUM, NUPTIÆ, PATER, VIDUA, VIRGO.*

**CONSCIENTIA** testis sibi locuples abundat, 736, 9. Non timeas verborum sonum, si munda est conscientia, 300, 83. Apud sapientem non tam pudenda publicatio flagitii est, quam conscientia, 115, 29. Quæ pœna gravior, quam interioris vulnus conscientia? 113, 24. Ita gravis culpa est conscientia, ut sine iudice ipsa se puniat, 438, 103.

**CONSILII** atque præcepti distantia, 205, 73. Consilium invitatos, præceptum astringit invites, 1031, 38. Præceptum in subditos fertur, consilium amicis datur. Ubi præceptum est, ibi lex est; ubi consilium, ibi gratia est. Præceptum, ut ad naturam revocet: consilium, ut ad gratiam provocet, 205, 72. Consilium bonis datur, correptione errantes coercet, 40, 151. Consiliorum usus maxime conciliat homines, et cur? 80, 41. Qualis esse debeat, qui consilium alteri dat? 91, 86 et seq. Quis possit utile consilium dare? 85, 66. Prudentissimo quique causam nostram committimus, et ab eo promptius consilium quam a cæteris petitimus, 82, 50. In consiliis acquirendis plurimum adjungit vitæ probitas, virtutum prærogativa, benevolentia, usus, facilitatis gratia, 84, 60. Præstat justi viri consilium, et sapientissimi ingenio frequenter præponderat, 82, 50. Quod si utrumque connectas, magna erit consiliorum salubritas, *ibid.*, 31. Quomodo potes eum judicare consilio superiorem, quem videas inferiore moribus? 84, 62. Revincitur mala mens consiliis suis, 995, 12. Hoc est consilium Dei habere, explorare diligenter omnia; et quæ meliora sunt, suadere; quæ tutiora, demonstrare, 1032, 41.

**CONSOLATIO** graviter mœrentium cur difficilis? 1183, 40. Fortis est, qui se in dolore aliquo consolatur, 48, 179.

**CONSTANTINOPOLIS** jam Dei verbum recepit, et quamvis venena Arianorum fovebat, bellis finitimas iniqua muros armis circumsonabat hostilibus: postquam fidei exules abdicavit, hostem ipsum iudicem regum deditum vidit, supplicem recepit, morientem obruit, sepultum possidet, 603, 17. Expectabat in reditu Theodosii triumphales solemnitates et titulos victoriarum? 1214, 56. Illum augusto sepulti corporis tenebit hospitio, *ibid.* Constantinopolis dudum domus episcopi incensa est, et filius Theodosii intercessit, ut suam injuriam et domus sacerdotalis incendium non revocaret, 950, 15.

**CONSTANTINUS** augustæ memorie princeps liberum dedit iudicium sacerdotibus, 862, 15. Baptismatis gratia illi in ultimis constituto omnia peccata dimisit, 1209, 40. *Vid. HELLENA.*

CONSTANTIUS augustæ memoriæ nondum sacris initiatus mysteriis, aram Victoriæ iussit auferri, 841, 32. Quod sub illo paternæ dignitatis hæredæ bene cepit, aliter consummatum est, 862, 15.

CONSTANTIUS in episcopum nuper electus quid agendum sit, docetur, 754, 1 et seq.

CONSTANTIO Ecclesiam quæ est ad Forum Cornelii, donec ei ordinetur episcopus, commentat Ambrosius, 761, 27.

CONSTANTIUS episcopus Scisciensis, 786, 1; 805, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 802, 61.

CONSTANTIUS episcopus Araisicanus, legatus Gafforum, 786, 1; 790, 15; 805, 76; 806, 1. Ejus in Palladium condemnatio, 801, 55.

CONSTANTIO episcopi subscriptio, 869, 14.

Continentem voluntas facit, non infirmitas, 206, 75. *Vid.* CASTITAS, EPICURUS.

CONTRACTUS non mutat genus, nec sapientiæ libertatem admittit, 953, 13. In contractibus, et generaliter in omnibus dolus abesse debet, 124, 67.

CONTRACTUM se ipsum impugnat: quod diversum est, distinctum solent habere rationem, 417, 7.

CONVERSATIONES cum insipientibus noxiæ sunt, et inficiunt mentem ac decolorant, 899, 8.

CONVERSIO in paucis, error in pluribus est, 1178, 14.

EXPECTAT Dominus conversionem nostram; ut revertatur et ipse ad gratiam, 396, 22. Non mirandum peccare hominem: sed illud reprehensibile, si non se cognoscat errasse, non humiliet Deo, 909, 9. Nullus pulor est ad meliora transire, 834, 7. Levius est crimen, ubi peccatum suum ultro homo confitetur, et pœnitet, 315, 37. Numquid Deo displicere poterit, quod pro ejus emendatur honorificentia, 933, 31. Qui se accusat, cum peccaverit justus est, non ille qui se laudaverit, 1000, 15. Dum dolentem admittis, admittenda excludimus, et fit quædam de condemnatione culpæ disciplina innocentia, 436, 92. Præveni accusatorem tuum: si peccata tua ipse accusaveris, accusatorem nullum timebis, 423, 55. Qui studet humane infirmitatis emendare vitii, ipsum infirmitatem suis debet sustinere, et quodammodo pensare humeris, 589, 2. Is qui sub ictu mortis convertitur, et confitetur Dominum Jesum, meretur incoletum paradisi: qui vero multo ante se exercuit, pro Christo se obtulit, habet paratum stipendii suis regnum, 1076, 9. Beatus qui vel in senectute: correxit errorem: beatus qui vel sub ictu mortis animam avertit a vitio, 1176, 9. Ubi animus est saucius voluptariæ fœtu adulationis ægrosceat, et rursus correctio: nis temperat amaritudine, 957, 4. Fabulæ ferunt adolescentem propter amores meretricios peregre profectum; cum abilito amore regressus occurrisset dilectæ dicenti: Ego sum, respondit; sed ego, non sum ego, 437, 96. Grave est mutari in pejus, 782, 22. Tu ad similitudinem Dei unus esto atque idem: non hodie sobrius, cras ebrius: hodie pacificus, cras litigiosus, *ibid.* *Vid.* ANIMA, PENITENTIA.

In Conviciis tacendum, 7, 20 et seq.

CORDIS homo interior totus plenus sapientiæ est, plenus gratiæ, plenus decoris, 944, 2. Nemo ante Petrum tali expressione usus est, ut diceret cordis hominem, *ibid.* State in corde vestro, ne quis vos subruat, ne quis vos possit subvertere, 1032, 41. David docuit nos tanquam in ampla domo ambulare in corde nostro, et conversari cum eo tanquam cum homo contubernali, 107, 1. Vigilet cor, caro dormiat, ne male incipiat vigilare peccatis, 274, 111. In corde amat esse Christus, 214, 125. Dat Deus tibi in spiritu, et in corde tuo seminat Dominus, 786, 14. Contrito corde Deus placatur, 225, 51. Altum cor viri est, ubi nihil vadosum est, 243, 121.

CORPORIS decor naturalis et simplex debet esse, neglectus magis quam expetitus, 23, 83. Vox quædam est animi corporis motus, 20, 71. Major in infirmitate corporis gratia, quam in salute, 406, 61. Corpus quod illecebras diligit, aversatur animæ virtutes, abominatur imperium, refugit virtutum disciplinas, et omnia opera quæ hujusmodi sunt, 898, 2. Colamus corpus hoc nostrum, castigemus illud, religamus in servitute, non illud despiciamus, 940, 42. Afficiat corpus tuum, quasi quotidie moriens, ut moriendo reviviscas, 201, 36. Quod nocet corpori, juvat spiritum, 407, 65. Peregrinemur a corpore, ne peregrinemur a Christo; etsi in corpore sumus, tamen quæ sunt corporis, non sequamur: nec deseramus jura naturæ, sed dona gratiæ præoptemus, 1144, 41. *Vid.* MENS.

CORREPTIONES plerumque meliores quam tacita amicitia, 430, 127.

CORTIÆ regiæ collectæ, 857, 16. Scissæ ab illudantibus pueris, 858, 24.

CREATORUM alie visibiles, alie invisibiles, 725, 99. Creatura omnis naturæ suæ est circumscripta limitibus, 617, 81. Quod creaturæ caret communicatione, divinum est, 754,

8. Omnis creatura et ex voluntate, et per operationem, a in virtute est Trinitatis, 653, 100. Et mutabilis, 613, 61. Atque per naturam sui obnoxia potest esse peccato, 65, 111. Peccatorumque capacitas, 695, 130. Illa non potest veritas esse, sed species, 551, 25. Cur in Apostolo omnis creatura corruptioni obnoxia, non tamen omni commiscere dicatur, 925, 1 et seq.

CRUCIENS COMPRESBYTER noster, 909, 15.

CRIMEN. Multitudo sociorum impunitatem non facit minium, 316, 41. Usus doloris ablegat luxuriam criminis, et erroris delicias, 436, 92. Non vitiosus crimen est, sed cavendum ne origo sit criminis, 408, 69. Sicut Christus divitias virtutes sunt, ita diaboli opes crimina sunt, 930, 7.

CRUX. Christianus pro momentis singula fronti propria mortis contemptum inscribit: ut pote qui sciat sine cruce Domini salutem se habere non posse, 1073, 13. *Vid.* CRUCIATUS.

CUBICULUM inum interiorum secretum est, cubiculum tuum conscientia tua est, 251, 7.

CULPA. Cum reus occiditur, persona magis quam reus ponitur: ubi vero culpa deponitur, absolutio persone, sed cavendum ne origo sit criminis, 408, 69. Sicut Christus divitias virtutes sunt, ita diaboli opes crimina sunt, 930, 7. CUPIDITAS venabilis, quæ non peccatæ est arithmetici gratiæ, 561, 37. Cupiditatis omnis divitiarum abundantia inopia est, 1044, 90. Qui moderari necit cupiditatem, sicut equis raptatus indomitus, volvitur, obteritur, hinc affligitur, 173, 5. *Vid.* DIVITIÆ.

CUM et in præpositiones inæqualitatem personarum divinarum non denotant, 617, 70 et seq. Utraque syllaba conjunctionis est, 650, 81. *Vid.* PRÆ.

CUPIDITAS venabilis, quæ non peccatæ est arithmetici gratiæ, 561, 37. Cupiditatis omnis divitiarum abundantia inopia est, 1044, 90. Qui moderari necit cupiditatem, sicut equis raptatus indomitus, volvitur, obteritur, hinc affligitur, 173, 5. *Vid.* DIVITIÆ.

CURA. Non curare quod feceris, summa inclinatio, 14, 48.

CYBELE curus suos simulato Albanis in fœmine lux, 840, 30.

CYCLUS decemnovalis, 891, 1.

CYRUS Persarum rex, exsecrator capite, et iacta utroque plenum crucis satiari jussus, incluso, fœmine imperii ludibrio fuit, 841, 36.

## D

DALMATIUS tribunus et notarius, 860, 1. Mandatum imperatoris defert ad Ambrosium, *ibid.*

DAMASUS Romanæ Ecclesiæ sacerdos judicio Dei electus, 836, 10. Ambrosio misit libellum senatorum christianorum contra paganorum petitionem, *ibid.*

DAMON. *Vid.* ANTIOCHENA VIRGO.

DANIEL captivus consiliis suis emendavit præsentia, annuntiavit futura, 85, 55. Cur mirabilis factus sit omnibus, *ibid.*, 58. Ille et tres Hebræi puri nihil eorum qui sub rege terreo erant, possidebant, 781, 17. Nisi acceptus Dei Spiritum, nunquam potuisset deprehendere adularium libidinis, mendacium fraudis, 672, 59.

DAVID duas uxores habuit Achinam Jesraelitæ, et Abigail, et quæ mysteria hæc continere, explicat, 915, 5 et seq. Quantus ejus ex filiorum morte dolor, 118, 25 et seq. Cur filius Ammon et Abessalon mortuos fratres, non vero infantem alium, 1141, 28; 1187, 47. Tantam gratiam meruit, ut ex ejus familia virgo eligeretur, quæ nobis partu proprio Christum ederet, 451, 69. Commemorantur beneficia illi a Deo collata, 961, 25. Momentarias esse vias rerum sancti David frequenter variatus status ostendit: despectus patri, pretiosus Deo: triumpho nobilitas, invidia vilis: conciliatio hæredæ nobilitas, quam decolorat, 700, 24. Non mater sic unicum dedit filium, quemadmodum dedit inimicum, 125, 62. In condemnatione injuriam Paulo inferior non fuit, 62, 245. Cum ei conviciaretur, tacebat, 7, 21. Archita Tarantino dicitur et factus patrum, 26, 94 et seq. David fortis in prælio, mansuetus in imperio, patiens in convicio, ferre magis promptus quam referre injurias, 78, 32 et seq. Parentes eum illis suis, illi preferere parentibus, 79, 36.

DAVID fortis in bello, patiens in adversis, in Jerusalem pacificus, in victoria mansuetus, in peccato dolens, in senectute providus, rerum modos, vices tempora in singularum sonos servavit ætatum, 31, 114. Numquam nisi lacessitus bellum intulit, 47, 177. Nec nisi consulto Domino, *ibid.* Rex quasi legum dominus, legibus reus non erat, soli Deo obnoxius tenebatur, 936, 26. Non procul salutem innocentia, 116, 35 et seq. Humilitate Deo acceptior factus est, 999, 9. Sibi silentio legem impunitæ innocentia, 3, 6. David tacebat? 10, 34. Salubris animi di-

1. ΚΑΡΠΟΠΟΙΗΤΗΣ ΗΜΟΣ, 983, 16.

CREATORUM alie visibiles, alie invisibiles, 725, 99. Creatura omnis naturæ suæ est circumscripta limitibus, 617, 81. Quod creaturæ caret communicatione, divinum est, 754,

cam ideo amplius placuit, quia ita se humiliavit Deo, ut regale posthaberet fastigium, et ultimum exhiberet Deo quasi servulus ministerium, 1014, 7. Voluit omnes homines suorum delictorum esse co-sores, 208, 77. Nunc amplius gaudet, quia amplius flevit, 456, 93.

**DEBORAS** populos regit, ducit exercitus, duces eligit, bella disponit, mandat triumphos, 198, 44 et seq. Mystice nobis ortum surrecturæ ex gentibus Ecclesiæ revelavit, 198, 47.

**DEBITORES** nos non natura, sed culpa fecerat, 957, 7. Plura solvendi habet subsidia, qui Deo, quam is qui homini debet, 434, 81. Nemo pauper est qui Deo debet, nisi qui se ipsum pauperem fecerit, *ibid.* Quia quod habet, a Domino est, debitorum te semper cognosce, 1204, 22. sanctis diebus hebdomadis ultimæ solebant debitorum axari vincula, 853, 6.

**DECANI** ad Portianam basilicam de palatio missi, vela uspendebant, 853, 4.

**DECUMÆ** alie sunt, alie primitivæ: primitivæ majoris gratiæ, sanctificationis observantissimæ, 926, 9.

**DECORUM** aliud generale, aliud speciale, 89, 231 et seq. decorum est secundum naturam vivere, 59, 252. Decorum iracundie epinon in nostris Scripturis primo constituitur loco, 30. Decorum cum honesto ita jungitur, ut separari nequeat, 58, 228. Inter honestum et decorum est quædam distinctio, quæ magis intelligi quam explicari potest, 76, 2. Id quod decorum, semper utile est, 129, 88. Tullius uem ordinem posterit in decoro, 23, 82. In omni serandum ætat: ut deceat quod agas, 25, 82. Decus tantum venustus est et pulchritudo, 58, 229.

**DEPRUCIS** officia bene isthæc impenduntur, ut vivant in entibus, in affectibus perseverent, 1138, 13. *Vid. MORTE.*

**DELECTATIONEM** Moyses non immerito serpentis figuravit militudine, 982, 10. Deus insufflavit in faciem hominis; sensus nostros adversus delectationem fortiores facit, 982, 11. Fur est immundus spiritus, qui in tenebris secularium cupiditatum, et inter oblectamenta terrestrium quæ cepit voluptatum, omni virtutis æternæ flore spoliet, 633, 182. Depositus in valle corporaliæ declinationum, non invenit sepulcrum, de quo possit resurre, 912, 6.

**DELPHEINUS** episcopus, 1107, 2. *Vid. AMEROSIUS.*

**DEMARCHUS** Epicuri sententiam de voluptate refert, 27, 19.

**DEMOPELUS** Arianus, dicitur perfidie caput, 812, 1.

**DEPOSITUM** servare et reddere officium est: et au ser? 68, 265. Deposita omnium et maxime viduarum integratè servanda, 105, 144 et seq. Nihil interest utrum, jures depositum, an dolas restitutum, 1114, 3.

In **DESERTO** constantiam Joannes prius exercuit, ut post-regem increparet, 1040, 77.

**DETRACTANTES** de proximis nolite audire, ne dum auditis os, provocemini ut et ipsi derogetis proximis, 1032, 3. Si tu nulli putaveris derogandum alienæ linguæ falli non metues, 300, 84.

**DEUS** et Dominus nomen magnificentiæ, nomen est potatis, 445, 7. Dominus et Deus vel quod dominetur nobis, vel quod spectet omnia, et timeatur a cunctis, 7. Hoc est verum nomen Dei esse semper, 785, 8. non Dei sanctificatur in nobis, quando prædicantur omnes christiani, 385, 24. Sunt evidentiæ iudicia quæ prietatem deitatis, sunt quæ similitudinem Patris et filii. sunt quæ perspicuam divinæ majestatis unitatem exant: proprietatis, sunt generatio, Deus Filius, Verus; similitudinis, splendor, character, speculum, imago; tatis æternæ, sapientia, virtus, veritas, vita, 471, 2. Sedum Scripturas aut verus Deus est, aut tantummodo eupativus, aut falsus; verus, ut Pater: nuncupativus, ancti: falsus, ut demones et similia, 554, 22.

Deus ex eo cognoscitur, aut quia sine peccato est, aut peccata condonat: aut quia creatura non est, sed ator: aut quia non adoratur, sed adoratur, 695, 132. Divinus conferamus oportet, ut melius intelligere possis, 970, 3. Deus non alienis assertionibus, sed suis mandatis est vocibus, 586, 21. Cui magis de Deo quam cre iam, 835, 11. Deus ultra sermonum omnium est atum, 724, 94.

ei solius vere est esse, qui semper est, 535, 23. Qui est est semper, Deus est, 540, 127. Solus sine processu s, quia in omni perfectione semper æternus est, 525, 10. Deus unus, unum nomen, una divinitas, una majestas, 68. Alium dixerunt plerique hæretici Deum veteris, n novi Testamenti, 611, 85. De uno Deo plerique dixerunt, *ibid.* Unum Deum communis naturæ testificatum Deum fides significat, unum Spiritum sanctum flectat gratia, unum Deum propheta dicunt, apostoli aut, unum Deum Magi crediderunt, 449, 31. Unitas **divinitatis per unitatem operum designata**, 448, 23. Deus

unus nequaquam deitatem Trinitatis, excludit, 474, 18. Numerum non recipit divina natura, 684, 93.

Deus unum et simplex, et incompositum est, quicquid est, 1099, 8. Deus naturæ simplicis est, complexus omnia, nusquam ipse confusus: penetrans omnia, nunquam ipse penetrandus, visu incomprehensibilis, fatu interpretabilis, sensu inestimabilis, fide sequendus, religione venerandus; ut quicquid religiosius sentiri potest, quicquid præstantius ad decorem, quicquid sublimius ad potestatem, hoc Deo intelligas convenire, 465, 106.

Divinitati ea quæ corpori conveniunt, non putemus aptanda, nec divinæ magnitudinem pietatis humanis viribus metiamur, 1163, 114. In divinitate nec membra nec partes sunt, sed propter unitatem divinitatis expressa, 617, 69. Fortasse detestabilius sit ad divinitatem referre quæ carnis sunt, quam ad litteram Scripturæ referre quæ spiritus sunt, 865, 39. Ad similitudinem Dei non corporis est imago, sed spiritus, 1169, 150.

Deus non de Deo ad locum transit, qui ubique semper est, 481, 60. Non potest fieri, ut per quem sunt omnia, sit unus ex omnibus, 706, 13. Creaturarum exempla minime divinitati aptanda videntur, 631, 176. Ad Dominum omnium virtutum abundantia est, 1205, 25. Inæqualitatem non recipit perfecta divinitas, 175, 4. Deus nec dispositioni est subjectus, nec ordini, 585, 190. Habet, nec potest amittere, quod habet naturaliter divina majestas, 565, 67.

Deum omnia cognoscere probatur, et nihil ejus cognitionem fugere, 15, 51 et seq. In Deo scientia præcedit auditum, 659, 152. Est in Deo quidam uteris paternæ arcuum sapientiæ, quod non angeli, non aliqua creaturarum potuit penetrare natura, 557, 86. Nolunt Deo dare occultorum scientiam, qui mutant occulta sua prodi, 13, 54. Nudus sum Deo, apud quem unda et infecta sunt omnia, 992, 4. Deo quæ sunt natura præsentia sunt, 463, 97. Et est in scripturis consuetudo divinis, ut Deus dissimulet se nescire, quod novit, 351, 219. Nemo Deum fallit, 824, 2. Neque dubitare Dei est neque falli, 590, 216. Veritas semper in Deo est, fidelis manet, mutare se effugere non potest, 395, 2 et seq. Impossibile est mentiri Deum: sed istud impossibile non infirmitatis est, sed virtutis et majestatis, 993, 1 et seq. Naturæ auctor et necessitudinis creditor, fraudari non potest, 1114, 3. *Vid. FLAGITIOSI.*

Deo velle pro facto est 1163, 114. In Deo alius naturæ amor sempiternus, alius gratiæ, 367, 90. Deus iustus per omnia, sapiens super omnia, perfectus in omnibus, 110, 11. Nihil pretiosius invenimus, quo Deum prædicare possumus, nisi ut sanctum appellemus, 688, 111. Nec Deus injustus, nec mutabilis ejus sententia, 996, 15. Divinitas vita est sempiterna, 545, 119.

Deus unus omnipotens, quia unitas potestatis est, 477, 36. Impossibile Dei potentissimum est, 993, 2. Impossibile Deo non quod virtuti arduum, sed quod naturæ ejus contrarium, 993, 1. Deus malus non est, Deo impossibile nihil est, Deus temporalis non est, Deus minor non est, 447, 14. Operatio divina habet imperium, non habet ministerium, 682, 148. Non egent humanis divina ministeriis, 1136, 85. Dominus nullum crimen exceptit qui peccata donavit omnia, 391, 5; 393, 10. Qui juxta divinam generationem Pater Christi est, is juxta adoptionem Pater nostræ est, 219, 25.

Qui putant Deum casus hominis non curare, aut nescire eum quel in occultis geramus, falluntur, 12, 40. Rebellantur qui putant Deum curam mundi nequaquam habere, 14, 48. Moyses invisibilem Deum visibilibus hujus mundi rectorem esse, et quasi tutorem apertissime describit, 975, 1. Nihil est quod magis proficiat ad vitam honestam, quam ut credamus Deum judicem futurum, quem occulta non fallunt, et indecora offendunt, et honesta delectant, 33, 121.

Deum omnibus, quos diligimus, præferamus, patri, matribus, matri, 1160, 97. Nullius injuria est, cui Deus omnipotens antefertur, 827, 7. Nemini facio injuriam, si omnibus Deum præfero, 1010, 1. Plus hominibus Deus timeatur, qui etiam imperatoribus præfertur, 954, 28. Deferendum meritis clarorum virorum, sed Deum certum est omnibus præferendum, 825, 6. Quod si homini non referre, simile homicidio judicatum est; quantum crimine est, non referre Deo, 1126, 41.

Dominus quam bonus, pro quo dulces injuriæ sunt, grata mors? 294, 61. Sic diligamus Dominum, ut si necesse fuerit, pro ejus nomine mortem non fugiamus, nullum assuemus dolorem, nihil metuamus, 1208, 38. Cur rei divine hereditas tanto æstimetur, ut propter eam plerique etiam mortem suam offerant, 1089, 1 et seq.

Deum scire ac pia mente venerari, bonorum primum esse sapientes mundi nostris habere de legibus: secundum, in proximis a divino illo fonte derivare pietatem, 1123, 42. Et est ritæ nostræ substantia, si domino et Deo

nostro debitos cultus deferamus, 982, 7. Colere Deum, atque ei subditum esse sapientia est: abstinere autem a peccatis disciplina est, 903, 4. Non vult se Deus in lapidibus coli, 835, 8.

Deum misericordiam magis indulgentem esse, quam severitatis tenacem, 393, 11; 394, 15 et seq. Indignatio Domini non ultionis executio, sed magis absolutio est operatio, 596, 22. Deum eo plus metuimus, quia non videmus, 974, 14. Prosperorum iudicium, non adversantium est visere Deum, 845, 12.

Deus si cum aliquo loquatur, plus est quam ipse secum, 108, 2. Quid nobis tam proximum quam Verbum Dei, 934, 18. Deus in eo descendere videtur, si nostros Dei Verbum penetret affectus, 368, 99. Quid tam consociabile, quam de divinis rebus sermonem contexere? 777, 1.

Deus non supra elementum sedet, sed in corde hominis, 973, 8. Habemus in nobis donum Dei, habemus atria, habemus et porticus, habemus et plateas, 690, 120. Simus nos possessio Dei, et ille nobis portio, 1086, 7. Si Deus in nobis regnat, regnat virtus, regnat pudicitia, regnat devotio, 583, 24. Quis possit dicere quod portio sua sit Dominus, 1044, 93. Epulatoria et refectoria requies in Deo, quæ facit animi tranquillitatem, 1060, 14. Quando Dominus vult, unusquisque invenitur et capitur: quod autem differt, etiamsi quærentium occurrat oculis, non tenetur, 807, 14. Deritæ et popularis viæ deponant pulverem, quæ viam Domini ambulare desiderant, 902, 1. Qui per Dominum quærit, invenit, 783, 11. Non quicumque intrat vias Domini, sed tamen nemo excluditur, 901, 14. Deus ultra meritum laboris remunerationem suis dare consuevit, 899, 44. Qui penitus Deum ex suo abijcit corde, ille mortuus est: qui ergo non penitus abijcit, sed per impressionem tormentorum ad tempus negavit, semivivus est, 404, 52. *Vid. DEMITORES.*

Devotioni censura celat oportet, 940, 11. Beatus qui habitat in ingressu fidei, hospitioque mentis, devotionis habitaculo, conversatione virtutis, 905, 5. Laborat in nobis Petrus, quando nostra laborat devotio, laborat et Paulus, 244, 125. Qui Deum intimo colendum recipit affectu, non dissimulationem, non conniventiam, sed fidei studium et devotionis impendit, 824, 2.

DIANA venatrix optima non ferarum, sed libidinum, 175, 6. DIABOLUS nostrum peccatricis successionis aere quæsitum servitium possidebat, 1073, 8. Invidet iniquus bonis profectibus, tentat diversis modis, 856, 15. Invidia diaboli nunquam quiescere solet, 815, 4. Imperante Christo, diabolus ipse fit prædæ suæ custos, vel invitus mandatis obsecundat cælestibus, 407, 66. Fortibus est pusillus, 656, 11. Qui Deo se committit, eum non timet, 380, 30. Se destruit, cum hominem quem tentando supplantare studet, ex infirmo fortioerem efficit, 407, 63. Audivi multa componi, hoc nemo unquam fingere potuit, ut demonem se esse simularet, 880, 22.

DIALLECTICA disputatio philosophorum sententia definitur non astruendi vim habere, sed studium destruendi, 451, 42. Hæc est dialecticorum gloria, si videantur expugnare verbis et refellere veritatem, 725, 89. Non creditur philosophis, creditur præcatoribus: non creditur dialecticis, creditur publicanis, 461, 84.

DIRACHMUM quod exigebatur secundum Legem, quid sit? 779, 12. Cur Christus illud exigentibus solutionem non recusavit? 780, 13 et seq. Dirachmum cuius dimidium Hebræus præcipitur offerre pro redemptione animæ suæ, quid significet? 777, 1 et seq.

DIES quosdam lunare gentilitio more explorare non debemus, 881, 3 et seq. Dies pro luna dicitur, 886, 18. Septimus dies synobolam futuræ quietis est, 1133, 2. Cui nox, cui dies sit? 1097, 7. Quid in crastinum differis? Potes et hodiernum diem lucrari: cavendum est, ne et illum non teneas, et hunc amittas, 1016, 97.

DIGNITATIS pulchritudinisque contemplatio vacat apud nos, 29, 106. *Vid. FIDES.*

DE DILATIONE plurimorum testimonium habere bonum est, 79, 38. *Vid. AMOR, CHARITAS.*

DILIGENTIA. Festina est fides, alacris devotio, spes impigra, 1046, 97.

DIOCLETIANI anni. *Vid. PASCHA.*

DIODEGUS episcopus Genuensis, 786, 1; 805, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 802, 65.

DIONYSIUS in exsilio, in causa fidei defunctus est, 868, 18. Cum Eusebio posthabuit imperatoris amicitiam exsilio voluntario, et exegit votis, ut in exsilio vitam poneret, atque priori martyribus titulo vitam exhalavit, 1059, 68 et seq.

DIONYSI tyranni in deos suos ludibria, 171, 36 et seq. DISCIPLINA institutionis prima est culpam avertere, secunda virtutem infundere, 189, 12. Contrariæ sibi sunt et repugnantes disciplina atque insolentia, 899, 8.

DISCIPULI abjectio detrimentum est magisterii, 53, 214. Christus omnia dedit discipulis: sed nulla in his hominum potestas est, ubi divini muneris gratia viget, 400, 35.

DISPENDIUM. Sine dispendio res est, quæ tota dispendium est, 41, 154.

DIVERSUM. *Vid. CONTRARIUM.*

DIVES quis vere sit? 295, 65; 941, 5 et seq. Quis dives, nisi solus Deus? 1086, 7. Solum illum Deus divitem existit, qui sit dives æternitate, qui non opum, sed virtutum fructus recondat, 941, 5. Ille est dives in Ecclesia, qui fide dives est, 1015, 86. Tunc eritis per omnia divites, si fueritis pauperes spiritu, 1044, 89. Ille est dives, qui sibi nullarum divitiarum usum requirat, 941, 2. Non census divitem, sed animus facit, 1044, 89. Non est divites qui non abundat, 845, 9. Nec dives est, qui indiget aliquo: nec pauper, qui non indiget, 756, 11. Nemo est dives, qui quod habet, secum hinc aulæ non potest, 942, 6. Ille dives, qui fuerit hæres Dei, Christi cohæres, 1045, 87. Omnis sapiens est dives, 941, 1 et seq. Nihil affectu sapientis ditius, nihil insipientis egentius, 943, 10. Omnis bonorum et liberalium consors disciplinarum neminem insipientem divitem putat, etsi divitiis regalibus affluat, 899, 7. Justus etiamsi alii videatur pauper, sibi dives est, 109, 7. Vetus mos, ut nemo nisi dives honore dignus putetur, 101, 12. Nemo præsumat quia dives est, plus sibi deferendum, 163, 86. *Vid. ELIAS, ENOCH.*

DIVITIÆ ipse non vituperabiles, sed in his est vitiosus locus, 1044, 92. Ad redemptionem animæ debent proficere, non ad destructionem, 757, 11. Bonæ divitiæ sunt intentionis et simplicitatis, 295, 65. In Christo divitiæ lux pudicitæ sunt et castitatis infusa, fides, devotio, et misericordia, 384, 21. Nullum adminiculum præstant divitiæ ad vitam beatam, 74, 13 et seq. In eis nulla adjuncta succendi sunt, nec impedimenta moriendi, 758, 13. In divitiis et amicitibus frequentior tentationis illecebra, 680, 118. Ubi nullus cupiditati modus, qui fructus divitiarum? 942, 6. Oneri sunt, si his uti nescias, si non aspergas in orbem Christi, 959, 12. Qui nescit regere censum suum, onere suo mergitur, 1044, 92. Pulchritudo divitiarum non in seculi divitum, sed in alimentis pauperum est, 760, 26. Redemptio animæ hominis divitiæ ejus, quibus fit misericordia, quæ sumptu pauperes juvat, 777, 3. Vetus mos, ut pecunia honori sit, et animi hominum divitiarum adoratione capiantur, 96, 108. Vix in sanctis Domini reperitur, ut divitiæ contempti sint, 100, 128. Admirabilis, quæ divitiis spernit, 85, 96. *Vid. AVARITIA, CUPIDITAS, PECTUS.*

AD DOCENDUM non omnes idonei, utiliam omnes ad docendum habiles? 1116, 9. Quod nemo te docuit, utique Deus auctor infudit, 445, 2. Debet is qui docet, supra eum se docetur, excellere, 163, 1. Neque possis prohibere quod doceas, 1134, 77.

DOCTORIS boni est materiam arcere peccati, 189, 12. Gratia Ecclesiæ laus doctoris est, 98, 122. Vulnus est quæsisse Christum in donibus virorum, qui sibi falso doctorum doctorum assumunt, 225, 47.

DOLOR non minuit virtutis voluntatem, 75, 13. Tollibilia doloris præmeditata, quam inexplorata vulnera, 1124, 40. Non mediocre malum est immoderatio doloris, aut metus mortis, 1138, 41. Sit patiens dolor, *ibid.* Ad absorbendum omnis aut premedus est dolor, 1157, 5. Lyciorum feruntur esse præcepta, quæ viris jubent mulierum vestem induere, si mærori indulgeant, 1157, 7. Cur mestitiam tuam non ratio potius quam dies leniat? 1157, 8. *Vid. CRIMEN.*

DONONES arbores gentium populus adoravit, 858, 13.

DOLUS in omnibus abesse debet, 124, 67.

DOMINI servis imperate non quasi conditione subditis, sed ita ut naturæ ejusdem cuius vos estis, consortes esse memineritis, 1049, 112. Quam multos dominos habet qui unum refugerit? 1045, 96. *Vid. SERVUS.*

DOMINUS episcopus Gratianopolitanus, 786, 1; 805, 76.

DONA quomodo pretiosa, si auctor vilis? 646, 64.

DORMIENTIUM animi velut sepulto quieti corpore, ad altiora se subrigunt, et renuntiant corpori, 1140, 21.

DOMUS bona in ipso vestibulo debet agnoscere, 164, 7.

AD EAM quidam opinionem magis putaverunt esse, quam gloriam, 515, 151.

DRACHMA non est denarius, sed diversum est, 782, 21. In drachma imago Dei, *ibid.* Drachma quam mulier amissam diligenter requirit, est fides, 777, 2.

## E

EBRIETAS præclara, quæ sobrietatem mentis operatur, 376, 17. Ubi caro inebriatur mens titubet, animus vacillet, cor fluctuat, 410, 76.

ECCLESIE typum gerit mulier, quæ pedes Christi unguentis unxit, 953, 24. Ecclesiæ figura in muliere tangente sabbriam vestimentum Christi, 599, 51. Femina abscondens fer-



mentum in farina, typus est Ecclesiae, 411, 81 et seq. Vidua duo æra mittens in gazophylacium, typus fuit Ecclesiae, 895, 5. Quæ sint duo æra, quæ misit Ecclesia, posteaquam accepit a Christo? 895, 6. *Vid. DEBORA, ELIAS.* Luna Ecclesia, stellæ sancti sunt cœlestis gratia refulgentes, 286, 25. Prophetæ congregationem gentium atque Ecclesiae annuntiarunt adificationem futuram, 1062, 1.

Ecclesia constat ex omnibus, 204, 70. Ecclesiae sanctæ congregatio in unum corpus unitate fidei et charitatis assurgit, 112, 19. Non Lex Ecclesiam congregavit, sed fides Christi, 870, 24. Sicut Deus Pater vocavit Ecclesiam, ita et Filius et Spiritus sanctus, 653, 102. Adificatam a Spiritu sancto Ecclesiam Petrus demonstravit, 653, 110.

Ecclesia navis est, quæ pleno dominicæ crucis velo sancti Spiritus flatu, in hoc bene navigat mundo, 242, 118. Inter tot mundi freta Ecclesia Domini, tamquam supra apostolicam adificata petram, immobilis inane, et inconcusso adversum impetus sali perseverat fundamine, 753, 1. Tres sunt velut vades Ecclesiae, spes, fides, charitas: cum spes præcesserit, fides fundata fuerit, ordinatur charitas, Ecclesia copulatur, 228, 53. Adversus omnes hæreses debet valere Ecclesiae fundamentum, 711, 34. Christus eos asserit diabolico uti spiritu, qui separant Ecclesiam, ut hæretici et schismatici, 421, 24. Etiamsi Angelus de cœlo esset, paci Ecclesiarum non deberet præferri, 863, 16. Lupos fugate ab Ecclesia quærentes prædam tollere, 1032, 43. In Ecclesia occidentali et orientali quam pacate fides orthodoxa et fidelium vigeret! 813, 5. Omnes qui sunt in Ecclesia, Deo militant, 901, 15. Ad Ecclesiam qui venit, quid præstare debeat? 901, 16.

Solus Christus sponsus, cui Ecclesia veniens ex gentibus, sponsa inops atque jejuna in nubibus, 510, 72 et seq. Ecclesia non cessat osculari pedes Christi, 960, 18. Sola habet osculum, quasi sponsa, *ibid.* Adultera est, quæ non est legitimo Christi conjugio copulata, 857, 16. Qui sint velut caput, genæ, et maxillæ Ecclesiae? 1173, 6 et seq. Sapientes Ecclesiae velut caput ejus sunt, 1176, 7. Quæ sunt ubera Ecclesiae, nisi sacramenta baptismatis? 1193, 75.

Ecclesia virgo, nupta, vidua, 190, 16. Virgo est castitate, mater est prole, 134, 31. Non potest dubitare quisquam, quod virgo sit, 1031, 37. Cur decora in virginibus est? 295, 67. Nigra est per culpam, decora per gratiam; nigra per conditionem, decora per redemptionem: nigra dum præliatur, decora est dum victoria suæ insignibus coronatur, 635, 112. Gloria ejus intus est, in sensibus, vel in penetrabilibus sacramentorum, 250, 5.

Per Ecclesiam vita confertur æterna, 235, 24. Ecclesia torcular est fontis æterni, in qua cœlestis vitis fructus exundat, 399, 1. Ecclesiae gratia meritorum vindemia est, 810, 28. Ubi est Ecclesia, ibi firmissima statio tuæ mentis est, ibi fundamentum animi tui, 1032, 42. Fructus bonæ arboris filii Ecclesiae sunt, 422, 25. *Vid. MARTYRES.*

Non in se, sed in nobis vulneratur Ecclesia, 225, 48. Ecclesia confitetur vulnera sua, et sanari capit, 399, 31. Ecclesia oleum habet, quo suorum vulnera fovet, quo unxit martyres et confessores, 961, 20. Arma Ecclesiae fides et oratio, 199, 49. Ecclesia in commune orat, in commune operatur, in commune tentatur, 38, 142. In Ecclesia maxime æquitatem esse oportet et æqualitatem, 99, 124. Ecclesia lavat pedes Christi, et capillis suis tergit; quia non divitiis tantum ac potentioribus, sed etiam plebeis familiaris viris eandem transfundit gratiam, æqua omnes lance examinat, omnes eodem sinu suscipit, eodem gremio fovet, 361, 22. In Ecclesiis arca Testamenti, dolium arcum habens manna, virga Aaron, Cherubim super tabulas et propitiatorium, 763, 4. Synagoga diem observat, Ecclesia immortalitatem, 1082, 5.

Ecclesiae vasa, ornatus sacramentorum, redemptio captivorum sunt, 103, 138. Quando nam vasa Ecclesiae etiam iniuriata confringere, conflare, vendere licet? 104, 142. *Vid. AMBROSIIUS.*

Ecclesia nihil nisi fidem possidet, 837, 16. Possessio Ecclesiae sumptus est egenorum, *ibid.* Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed ut erogat, et subveiat in necessitatibus, 103, 137. Ab Ecclesia relegatis sumptus impariendum, 88, 77. Episcopi impressione gravi vastari scribunt Ecclesias, 953, 29. Agri Ecclesiae solvunt tributum: si agros lesiderat imperator, potestatem habet vindicandorum: non lono, sed non nego, 872, 33. Ecclesiae ager diversis ecundus est copiis, 221, 34. Qui opes suas tumultuario nentis impulsu, non iudicio perpetuo ubi Ecclesiae contulerunt, postea revocandas putarunt, eorum prima merces iudicium habuit, secunda sacrilegium, 434, 85. Nihil adinitur Ecclesiae, quod pietati acquiritur, 1102, 9. Dives udæorum populus, pauper Ecclesiae, et quo sensu? 1183, 10 et seq. Has divites Ecclesiae suæ confert Christus, qui- nus cœlestes thesauri replentur, 913, 13. Ecclesia Dei

Cæsari non debet addici; quia jus Cæsaris esse non potest Dei templum, 873, 33. *Vid. AMBROSIIUS, BASILICA.*

Ecclesia recte sibi vindicat jus ligandi et solvendi crimina, 392, 7. Ecclesia in utroque servat obedientiam, ut peccatum alliget et relaxet: hæresis in altero immitis, in altero inobediens; vult ligare, quod non resolvat; non vult solvere, quod ligavit, 391, 7. Dominus par jus et solvendi voluit esse et ligandi, *ibid.* Novatiani improbe in Ecclesia donari peccata negant posse, 399, 33. Jus ligandi et solvendi solis permissum sacerdotibus est, 392, 7. Per Spiritum sanctum peccata donantur: homines autem in remissionem peccatorum ministerium suum exhibent, non jus alicujus potestatis exercent: isti rogant, divinitas donat; humanum obsequium, sed munificentia supernæ est potestatis, 693, 137. Ecclesia et aquam habet, et lacrymas habet: aquam baptismi, lacrymas poenitentiae, 939, 12. Donavit Christus Ecclesiae, ut nunc per omnes redimeret, 411, 80. Ecclesia suscipit onus peccatoris, 421, 81. Non excludere durum Ecclesia, sed mollire desiderat, 1166, 117. *Vid. SACERDOS, NOVATIANUS, PRESBYTER.*

ECCLESIASTICA vita adolescentiæ videtur obscurior, 58, 227. Bonis actibus, ac sincero proposito nitendum ad honorem ecclesiasticum, 98, 119. In Ecclesiastico officio nihil rarius invenias, quam eum, qui sequatur institutum Patrum; et cur? 58, 227. Ministrorum Ecclesiae officia, 25, 89. Minister Ecclesiae illa tempora quibus ab Ecclesia vacat, lectioni impendat, 25, 88. *Vid. AMBROSIIUS, CLERICUS, JOCI, JULIANA, VIDUA.* Ecclesiasticum iudicium. *Vid. EPISCOPUS, FIDES, INDICIA, SACERDOS, TESTES.* Ecclesiae prorsus imperatores pii. *Vid. IMPERATORES.* In eorum obitu ejus dolor et lacryma. *Vid. IMPERATOR, VALENTINIANUS.*

ECLIPSES oriuntur, quoties sol obtexitur nubibus, quoties objectu auferitur terræ, vel cum e regione ejus, luminis sui radius fuerit repercussus, 923, 7.

ELEAZAR. Quid significet, quod post defunctum Aaron soli Moysi imperavit Deus, ut exuviis ejus filium ejus indueret Eleazarum, 1056, 59.

ELEAZAR suo sepultus est triumpho, 53, 207. Hæredem virtutis suæ pacem reliquit, *ibid.*, 208.

ELEEMOSINA. Nemo plus misit, quam qui totum donavit, 895, 6. Dominus non vult simul effundi opes, sed dispensari, 40, 149. Pauper quod habes, poscit; quod non habes, non poscit, 159, 24. *Vid. DIVES, LIBERALITAS, PAUPER.*

ELEGANTIAE verborum foris pretium, intus metallum est, 833, 2.

ELIAS duratus ad patientiam est solitudinum incolatu, et tamquam pastus ad virtutis adipalem, agresti alimento processit fortior, 1040, 75. Eo magis beatus, quo magis pauper, 74, 14. Dives, qui virtutum suarum thesuros, curru igneo sublimis, sedibus æthereis invehit, 912, 7. Dominus Eliam ad cœlum levavit, inde eum terris complacito redditur tempore, 399, 34. In terra vicit, et in cœlo triumphavit, 976, 20. Viduæ ad quam destinatus est, quanta virtus, 186, 5 et seq. Figura erat Ecclesiae, 189, 14 et seq.

ELISABETH filii spiritu replebatur: Maria filii spiritu sanctificabatur, 541, 113.

ELISEUS otiosus corpore, vibrabat spiritu, et orationibus præliabatur, quando Syri percussis magno fugerunt pavore, 820, 7. Sublimius et honestius se gessit erga exercitum Syriæ, quam Græci erga Persas, 129, 86 et seq. In Elisæo qui project se, ut mortuum erigeret, figura est Domini, 1098, 5 et seq.

ENNEADECATERIDA circulum Nicæni Patres constituere, 861, 1; 883, 16.

ENOCH dives, qui quod habuit, secum transtulit, et omnem illum bonitatis suæ censum cœlestibus intulit receptaculis, 942, 7.

EPHRAÏM quintum quoddam elementi genus, 922, 1.

EPHRATA dicitur domus furorem habentis, 1064, 9.

EPHRAÏM montis partes tribui Levi sortito obdigerant, 772, 5.

EPICURUS, teste Demarcho, docet quod non potationes, neque comessiones, nec feminarum copulæ suavem vitam faciant, sed sobria disputatio, sed continens vita, 1027, 19. Etsi neget invecricem mali esse voluptatem; non negat tamen ex ea fieri quædam, ex quibus generentur mala, 1025, 15.

Epicurei putant nihil Deum curare de nobis, 14, 47. Assertores voluptatis, qui dicant quia mors nihil ad nos, refutantur, 1027, 17 et seq.

In Episcopi pretione maxime abesse debet malignitas, in quo vita formatur omnium, 1033, 46. Omnes congruere debent assensu ad eum postulandum, 1025, 2. Quomodo unius uxoris vir esse debeat? 1036, 62. Plurique ita argumentantur unius uxoris virum dici post baptismum habitæ: sed illud refutatur, 1037, 63 et seq.

Episcopus nuper electus quid agere debeat, docetur, 733, 2 et seq. Episcopi munus, docere, 2, 2. Necessitas maxima

ei est eloquia Dei credita populi fenerare mentibus , 145, 1. Quid et quomodo plebem suam docere debeat , et quos apud eam sermones habere ? 735, 5 et seq. Nihil in sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat, non libere denuntiare , 945, 2.

Sacerdotum debet esse ista collatio, si conferendum est de fide, 862, 15. In causa fidei episcopi solent de imperatoribus christianis, non imperatores de episcopis iudicare, 881, 4. In causa Dei quem audies, si sacerdotem non audias ? 947, 4. Quis tibi verum audebit dicere, si sacerdos non audeat ? *ibid.* Imperator noluit injuriam facere sacerdotibus, ipsos interpretes constituit episcopos, 787, 3. Si argueretur episcopus, et morum esset examinanda causa, voluit Valentinianus hæc ad episcopale iudicium pertinere, 860, 2. *Vid.* VALENTINIANUS. Episcopus de causa alterius episcopi cum fratre suo et sorore iudicat secundum sacræ formam præceptionis, 1100, 1. *Vid.* SACRAMOS. Ardor erat christianis viris ne præfectus de episcopi iudicaret negotio, 1100, 2. Episcopi reos criminum gravissimorum in publicis iudiciis accusare, alii et urgere usque ad gladium, supremamque mortem, alii accusationes huiusmodi, et cruentos sacerdotum triumphos probare cøperunt, 894, 3. Sed improbantur, *ibid.* et seq. *Vid.* FINES. Episcoporum frequenter presentior absentia fuit, cum in commune consuluit, 818, 16.

Dignum est ut ibi requiescat sepultus sacerdos, ubi offerre consuevit, 877, 13. Episcopo primum omnium vitandum, ne fiat velut commune corpus Ecclesiæ gentilium admixtione, 842, 2. Si commoti fuerimus in quemquam, leviorum causam laicus habet, quam episcopus, 453, 76. Quis ferat, si ipse se gubernare nequeat, qui alios gubernandos receperit ? 1036, 60. In vestris meritis sacerdotalis summa laboris est, in vestris animis fructus episcopalis operis entescit, 552, 9.

Episcopus ut membris suis utatur clericis, et maxime ministris, 102, 134. Et quæ sanari non possunt, cum dolore abscondit, *ibid.*, 155. Quem cuique viderit aptum muneri, ei deputet, 102, 134. *Vid.* CLERICOS. Quos episcopi magis quam pupillos debent tueri ? 889, 5. Turbarum moderatores sunt, studiosi pacis, nisi cum et ipsi moventur injuria Dei, aut Ecclesiæ contumelia, 948, 6.

Episcopus laudabili paupertate mediocris, 787, 4. Episcoporum pauperum turbæ, quibus onerosa paupertas non erat, 1006, 3. Sacerdos vel dispensator pauperibus debet subvenire, et de his episcopo suggerere, 86, 79. *Vid.* PAUPERES.

Episcopis professio repressit studia coercendi, 1125, 41. Si quis non obediat episcopo, is a vero devius superbit, 99, 125. Felicius episcopos persequuntur imperatores, quam diligunt, 1185, 159. Episcoporum natalis dies. *Vid.* AMBROSIOUS, FELIX.

EPISTOLARUM genus propterea repertum est, ut quidam nobis cum absentibus sermo sit, et vere inter disjunctos corpore quædam imago referatur præsentis, 1054, 1 ; 991, 1. Epistolarum usus est, ut disjuncti locorum intervallis, affectu adhæreamus, 989, 4. Quænta earum utilitas, si in istis aliquid de Scripturis divinis redoleat ? *ibid.*, 5 et seq. Majores nostri epistolis suis fidem infuderunt populorum mentibus, *ibid.*, 6. *Vid.* PAULUS. Senibus usu facilius est quotidiano, et familiari sermone epistolas texere, et si quid de Scripturis divinis obvium incidit, atterere, 991, 7.

EPULÆ detestabilium hominum vitandæ, 182, 31. Illorum est cibis et potibus indulgere, qui nihil post mortem suam sperant, 1027, 18.

ECORUM vis plausæ sonitum discit amare cervicis, et prius assuescitur verbo lascivias, quam verbera disciplinæ, 173, 41.

ESAIAS a Spiritu sancto missus, 697, 130. Eum non ledibrose, sed gloriosissime denudatum esse in conspectu populorum occurrantium ostenditur, 1015, 9 et seq.

ESCÆ opportunitas sanitate interdum reddit, 929, 4. Escis omnibus quæ gignant calorem, parce utendum, 176, 8.

ESNÆ liber nugas philosophorum de anima desepxit, eamque docuit substantiæ superioris esse, 922, 2.

ESTRA regem superbum suis inclinavit jejuniis, 1050, 29.

ETRAUSCUS juvenis stigmatibus vultum exaravit, ne qua mulier eum posset amare, 299, 83.

EUCARISTIÆ sacramenti figura, 375, 1 et seq. Eucharistiæ sacramentum antiquius et præstantius quam manna, 337, 44 et seq. ; 372, 24. Et alia quam sacramenta et mysteria Judæorum, 367, 10 et seq. Alia sunt sacramentorum perfectiorum mysteria ; alia sunt illa, quæ de gloria futura annuntiant prophetæ ; alia sunt illa, in quibus est mundi redemptio, peccatorum remissio, gratiarum divisio, sacramentorum participatio, quæ cum acceperis mirabere manna nec tantæ gratiæ nec tantæ operatiõis ad salutem fuisse, 1096, 4. Vinum et aqua in calicem mittitur, 375, 2. Quid sibi vult mixto aquæ, *ibid.* Vinum et aqua in calicem mit-

tuntur : sed fit sanguis consecratione verbi celestis, 376, 21.

Eucharistiæ sacramentum Christi sermone conficitur, 339, 52 ; 368, 14. Quibus verbis corpus et sanguis Christi consecrentur ? 371, 21 et seq. In Eucharistia panis est uti-tatus ante verba sacramentorum ; ubi accesserit consecratio, de pane fit corpus Christi, 369, 14. Sermo Christi operatorius est, ut sint quæ erant, et in aliud commutatur, 369, 15. In Eucharistia ante benedictionem verborum celestium alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur, 339, 56. Post consecrationem jam corpus est Christi, 369, 16 ; 371, 23 ; 378, 24. In Eucharistia benedictione naturam mutari, nec esse quod natura formavit, sed quod benedictio conservavit, ac verum corpus Christi accipi variis argumentis probatur, 358, 50 et seq. ; 369, 17 et seq. Transfigurandum corpus altaris offerre, 709, 23. Post consecrationem dicitur, amen, 340, 55.

Corpus Christi est in altari, 366, 7. Sicut verus est Dei Filius, ita vera est ejus caro, quam accipimus, et verus ejus potus, 379, 1. Ipse Dominus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus et sanguinem, 371, 23. Ne quidam esset horror cruoris, ideo in similitudinem accipis sacramentum, sed vere naturæ gratiam virtuti inque consequeris, 380, 3. Qui accipis carnem, divinæ ejus substantiæ in illo participaris alimento, 381, 4. Quotiescumque sacramenta sumimus, quæ per sacræ orationis mysterium in carnem transfigurantur et sanguinem, mortem Domini annuntiamus, 543, 124.

In Eucharistiæ sumptione dicit tibi sacerdos : Corpus Christi ; et tu dicis : Amen, hoc est, verum, 372, 25. In mysterio genuit, screatus, tussis, risus abstulit, 177, 13.

Eucharistiæ præsidium et effectus, 1126, 46. Quotiescumque bibis vinum Eucharisticum, remissionem accipis peccatorum, et inebriaris in spiritu, 376, 17. Eucharistia vitæ æternæ substantiam subministrat, et est corpus Christi, 337, 47. Qui acceperit corpus Christi, non euriat in æternum, 375, 12. In pane Eucharistico nulla est amaritudo, sed omnis suavitas, 376, 17.

Quam frequenter Eucharistiam sumere debeamus, 372, 28 ; 378, 25. Græci post annum Eucharistiam sumere consueverant, 378, 25. Satyrus nondum Initiatus mysterium, cum esset in naufragio constitutus, ab initiatis divinum fidelium sacramentorum poposcit, ligari fecit in oram, orarium involvit collo, atque ita se dejecit in mare, 115, 43. Quantum ex ea præsidium speraret ? 1126, 46. Eucharistiæ sacramentum non divulgatur, quibus non convenit, 340, 55.

EUCHERUS, consul, 786, 1.

Ab EUGENIO imperatore petierunt legati paganorum, ut templis sacra redderet, non fecit : iterum alteri postulaverunt, renisus est ; et postea ipsis, qui petierunt donandam putavit, 1011, 6. Eum hac de causa libere arguit Ambrosius, *ibid.*, 7 et seq. Et tunc etsi solus restitit, alii tamen idem suaserunt, 1012, 11. Maximus et Eugenius in infamia docent exemplo miserabili, quam durum sit arma suis precipibus irrogare, 1209, 39. *Vid.* AMBROSIOUS.

EUNOMI Arius vel Aetius magistri, 457, 44. Marcia atque Eunomius malunt Deum malum, quam bonum habere, 31, 117. Eunomius primis Joannis verbis confutatus, 455, 37. *Vid.* ARIANI.

EUNOMIUS ex Impletalis Arianae fonte progrediens generationem Christi asserit ex Philosophiæ traditionibus colligendam, 704, 7.

EUNUCHI qui se ipsos castraverunt, damnandi, 206, 76.

EUPHRATI origo est in Armeniæ locis, 843, 2.

EUSEBIUS episcopus Bononiensis, 803, 66 et seq. ; 786, 1 ; 788, 10 ; 789, 11 ; 805, 76 et seq. ; 791, 16 et seq. Ejus in Palladium condemnatio, 801, 57.

EUSEBIUM Vercellensem episcopum, quem nunquam tunc cognoverant, posthabitis civibus, omnis elegerit Ecclesiæ ; meritoque creditum quod divino esset electus iudicio, quem omnes postulavissent, 1025, 2. Exiit de terra sua de cognatione sua, et domestico otio peregrinationem prætulit : pro fide quoque exsiliatam præoptavit atque elegit ; et quid eo in exsilio egerit, 1038, 68. Primus in occidentis partibus diversis inter se Eusebii sanctæ memoriæ conjunxit ; ut et in civitate positus instituta monachorum teneret, et Ecclesiam regeret jejuniis sobrietate, 1038, 66. Prior levavit vexillum confessionis, ejusque patientia monasterii consilio usu, et dæmonis observationis consuetudine hausit laborum tolerantiam, 1039, 70 et seq. *Vid.* DIONYSIUS.

EUSEBIUS episcopus, 819.

EUSEBIUS Nicomediensis epistola lecta in concilio NICÆNO, 518, 120.

EUSTATHIUS episcopus, 786, 1 ; 805, 76.

EUSTORGIUS confessor, 809, 8.

ΕΥΧΡΙΣΤΟΣ, quid significet, 69, 250.



**EUTROPUS** episcopus, 819.  
**EVA**. Mulier excusationem habet in peccato, vir non habet, 253, 25 et seq. *Vid.* **FEMINA**.  
**EVAGRIUS** non habet quod urgeat adversus Flavianum, 1006, 1. Evagrius et Flavianus uterque alienæ magis ordinationis vitis, quam suis fretus, 1007, 5. Evagrius eo defensibilis sibi videtur, quod eum refugit Flavianus, *ibid.* Propter Evagrium et Flavianum totus orbis concutitur, 1006, 1. Dolori erat inter orientales atque occidentales interrupta sacræ communionis esse consortia, 817, 1. De causa Flaviani et Evagrii referendum arbitratur ad sanctum fratrem nostrum Romanæ sacerdotem Ecclesiæ, 1007, 7. *Vid.* **THEOPHILUS**.  
**EVAGRIUS** presbyter et legatus, 789, 11; 805, 76.  
 In **EVANGELIIS** loquitur Spiritus sanctus, 606, 29. *Vid.* **ANIMALIA**.  
 In **EVANGELIO** plenitudo, semiperfectio in Lege, 978, 6. Plena mensura in Evangelio est; semiplena in Lege, cujus plenitudo novum est testamentum, 893, 9. Hic umbra, hic imago, illic veritas. Umbra in Lege, imago in Evangelio, veritas in cælestibus, 63, 248. Tria hæc secundum Legem esse cognovimus, umbram, imaginem, veritatem: umbram in Lege, imaginem in Evangelio, veritatem in judicio, 1164, 109. Umbra Judæis carnalibus, imago nobis, veritas resurrecturis, *ibid.* Lex severitatem; Evangelium indulgentiam habet, qua peccata donatur, 1081, 3. In Lege servitus, in Evangelio libertas, 936, 22. Liber est, cui gratia promittitur; servus, cui jugum Legis imponitur, 1089, 2. In Lege sacrificium, in Evangelio misericordia est, 405, 34. Gratias Evangelio, per quod videmur Christo, dum facta ejus legitimus, interesse, 202, 61. *Vid.* **LEX**.  
 Varii modi legendi initia Evangelii secundum Joannem, 504, 43. *Vid.* **JOANNES**. Evangelium lectum in Ecclesia, 865, 8. Lectio recitata, sed casu, 868, 19.  
**EVERTUS** episcopus Ticinensis, 805, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 804, 56.  
**EVERTI** episcopi subscriptio, 969, 14.  
 Ex quo et per quem non tamquam compugnantes syllabæ, sed tamquam sociæ atque concordæ sunt, 651, 89. Ex quo aliquid, et per quem aliquid, nullam discretionem habent, 517, 145 et seq. Quod ex aliquo est, aut ex substantia est, aut ex potestate ejus, 642, 42.  
**EXCOMMUNICATIO**. Bene dicitur tradi satanæ, qui separatur a Christi corpore, 440, 78. Venit in virga, qui a communionis sacra convictum removet, *ibid.* Sequestrari oportet a sacramentis graviter lapsus, 411, 79. Militibus præceptum, ut abstinerentur a communionis consortio, 833, 15. Ex templo eicitur, qui digitaliter vendit et honores, qui vendere vult simplices mentes fidelium, 869, 21. Sunt extra Ecclesiam tamen, qui eos in communionem non vocent sacramentorum cælestium, qui in aliquos capitalem sententiam ferendam sestimaverunt, 802, 2. Num in hoc laudandi sint? *ibid.* et seq.  
**EXEMPLIS** amplius proficitur, et cur? 463, 2. Quarum virtutum laudem miramur, earum studeamus adipisci industriam; et quas prædicamus in aliis, eas in nobis tacite recognoscimus, 1045, 97. *Vid.* **PAULUS**.  
**EXERCITIUS** domesticis ac propriis res omnis augetur, 40, 35.  
**EXIRE** usu nostro. quid sit? 466, 110.  
**EXILIIUM** patriarchæ non putatur, quod devotio obiret, non necessitas imperaret, 1139, 93.  
**EXUSPERANTIUS** episcopus Dertonensis, 786, 1; 805, 76.  
**FJUS** in Palladium condemnatio, 802, 60.  
**EXTREMA-UNCTIO**. Novatiani manus imponunt, et benedictionis opus credunt, si quis forte revaluerit ægrotus, 400, 56.  
**EZECHIEL** videt adhuc, et viget, et vigebit, 242, 117. *Vid.* **GOZHI**.

## F

**FABRICIUS** ducis Romanorum præclarum factum, qui regi medicum, pollicentem daturum se ei venenum, remiserat, 130, 91.  
**FACTUM** esse non semper ad creaturam refertur, 503, 35. *Vid.* **CHRISTUS**.  
**FACTIS** in omnibus aut a virtute correctiones sunt, aut a malitia prolationes, aut media, aut indifferentia, 935, 20.  
**FAMA**. *Vid.* **Honorum judicium**.  
**FAMES** superiore anno, sed in quibusdam tantum regionibus, 837, 17 et seq.  
**FAUSTÆ** Basilicæ, 875, 2.  
**FAUSTINUS** uterque Eusebio redditus est, 1004, 1. Faustinus spiritalem nutritivum columbam, *ibid.* Faustinus parvulus tussi laborat, ad sanctam sororem curatum venit, 1004, 2.  
 Faustinum propter germanæ suæ obitum acerbo moerentem dolore consolatur Ambrosius, 944, 1 et seq.

**FELIX** et Nabor, 874, 2.  
**FELIX** ordinationem accepit per impositionem manus Ambrosii, 764, 5. Ejus magisterio perierique Comensium coeperunt credere, et doctrina ejus verbum Dei receperunt, *ibid.* Felicis episcopi natalis dies in exordio kalendarum Novembrium, 763, 2. Ab basilicæ dedicationem vocatur, *ibid.*  
**FELICIS** episcopi subscriptio, 969, 14.  
**FELIX** episcopus Jadertinus, 786, 1; 805, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 802, 62.  
**FELIX** episcopus legatus Afrorum, 786, 1; 790, 16; 805, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 801, 58.  
**FELIX** diaconus ab Ambrosio missus ad perferendam Theodosio epistolam, 1001, 5.  
**FELIX** Jovianista condemnatur, 969, 14.  
**FELIX** Ambrosio misit tubera miræ magnitudinis, 763, 1. Arguitur ab Ambrosio quod eum nequaquam revisit, *ibid.*, 2.  
**FELICIS** orationibus Ambrosius se commendat, 763, 5.  
**FEMINEUM** sextum non accusandum, quod erroris causam invexerit. 253, 16 et seq. Sine muliere homo non habet laudem, in muliere prædicatur, 254, 22. Græco more influxit, ut feminæ virilibus quasi succinctoribus tunicis utantur, 1061, 4. Magis interioris tunicis feminis requirenda, 295, 64. Quæmadmodum femina, et quod est amplius vidua, possessionem regenerat. tributariam? 4101, 7.  
**FENORE** sæpe conciderunt populi, et ea publici exitii causa fuit, 845, 4. Bonum fenus spiritus gratiæ, 764, 6.  
**FENÆ** hominis imperio mansuescunt, 974, 16.  
**FACTUM** et simulatum nihil veræ virtutis est, nec abiturum esse solet, 97, 112 et seq.  
**FIDEI** definitio est, ut veritas, non verba pendantur, 725, 89. Sola fides utriusque indiscreta sexuali, census virorum, dos virginum, 281, 13. Non potest sine regula veritatis fides stare, 606, 39. Nervi sunt et quidam artus sapientiæ non temere credere, maxime in causa fidei, 761, 28.  
 Aufer argumenta, ubi fides quaeritur, 460, 84. Si ratione convincor, fidem abnuo, 1437, 89. In oratione ad fidem religiosam confessio est, in disputatione incauta præsumptio, 444, 4. Divina crede, ubi humana non invenis, 460, 79.  
 In plenitudine Ecclesiæ non signo sed fide veritas colligenda est, 858, 15. Patriarchæ hereditatem nobis fidei reliquerunt, 1200, 9. Ea est sola fides, quæ est in Evangelio, 1091, 9.  
**FIDEI** nostræ assertio seu symbolum proponitur, 445, 6. Quæ sit professio fidei, quam adversus Sabellianos, Arianos et Photinum a majoribus traditam tenemus, 990, 4 et seq. In christiano viro prima est fides, 549, 1. Non pecunia Deus, sed fidem quaerit, 498, 82. Anathema ei qui non explicat fidei libertatem, 783, 26.  
**FIDES** vera nunquam turbatur, 703, 1. Fidem non timor cogit, sed affectus exhibet, 79, 58. Qui credidit Christo, in cruce licet positus, et inter confessi sceleris supplicia constitutus, merita latronis exuit, præmia innocentis emendit, 875, 125. Habet, qui credit suam gratiam; habet autem alteram, si fides ejus passionibus coronatur, 404, 50. Major fidei gratia, si quis pro religione contemnat dolorem, 1074, 14.  
 Bona substantia fides, in qua spei nostræ est patrimonium, 419, 15. Fides velut prævia charitatis occupat animum, et præparat semitas venturæ dilectionis, 1094, 8. Qui diligit, utique credit, et credendo unusquisque diligere incipit, 1065, 5. Hæc est charitas major imperio, si fides tanta sit, quæ servat imperium, 841, 25.  
**FIDES** prompta dura sui censor est, 4040, 75. Nihil sublimius fide, 896, 41. Ecclesiæ fundamentum est, 711, 34. Fundamentum est justitia, 38, 442. Non dignitas prosapiæ meritum, sed fides affert, 278, 3. Justum fides non Lex facit, 870, 24. Servus sub metu, liber ex fide: ille sub littera, iste sub gratia: ille in servitute, iste in spiritu, 1084, 5. Ubi fides, ibi libertas; ubi libertas, ibi gratia; ubi gratia, ibi hereditas, *ibid.* Fides thesauris omnibus opulenter, 488, 92. O thesauris omnibus opulenter fides! o virtutibus corporis omnibus fides fortior! o medicis omnibus salutarior! 237, 100.  
 Sine munimento fidei bona opera non possunt manere, 72, 7. Bona fides, cum pulchro operum renitet ornato, 473, 14. Textile opus est, quando fidei facta concordant, 472, 9. Duorum testamentorum, id est, plenæ fidei pretio prophetia consummationem accepit fidei, Ecclesia plenitudinem, 978, 5.  
**FIDES** est, quæ liberat per sanguinem Christi, 1080, 11. Credere in Christum luctum vitæ est, 405, 33. In omnibus decora est fides, justitia grata, mensura æquitatis jucunda, 424, 66. Fides æternum patrimonium est, pecunia temporale, 331, 8. Misericordia largitor, ubi fides promptior,

216, 9. Tamquam ex syngrapho fides impetrat, 454, 80. Fides ipsa abundat sibi, satis superque suo censu dives, 757, 11.

Messis nostra fides animorum est, 840, 28. Per fidem Domini futura erat messis secunda virtutum, 602, 10. Sunt bona fidei pascua, in quibus collocatur sanctus Dei, 905, 2. Nullum Deo credidisse pœnituit, 673, 42. De omnibus bene iudicat, qui fidem esse in omnibus arbitratur, 125, 68. Tantum gratia fides habet, ut ubi ante diem Tetebat mortuus, illic bono odore tota repleatur domus, 430, 65. Præstant fidei, quam generationis hæredes, 1095, 1. Fidei ista victoria est, ut quos gentiles præcipitarunt, maria reddiderunt, 837, 15. Bona fides, quæ frequenter operatur in mortuis, 1201, 10. Pietatis unitas est bene credere, et unitas impietatis est male credere, 606, 50. *Vid. ÆTAS.*

Magnum damnum animæ, si quis fidem amiserit, vel gratiam quam fidei pro tio acquisivit, 777, 2. Evidens divinæ indignationis causa præcessit; ut ibi primum fides Romano imperio frangeretur, ubi fracta est Deo, 496, 139. Satis claruit eos qui violaverunt fidem, tutos esse non posse, 496, 141. Tanta est incredulorum perfidia, ut tolerabilior sit diaboli plerumque confessio, 878, 16. *Vid. CHARITAS, CIRCUS, ECCLESIA.*

Fidei causa in Ecclesia, non in palatio agenda, 864, 3. De fide in Ecclesia coram populo debet tractari, non in imperatoris consistorio, 863, 17. Jure damnandus, qui gentiles in causa fidei iudices elegit, 871, 27 et seq. *Vid. AMBROSIIUS, EPISCOPUS.*

FIDELIS RONÆ ducuntur, qui baptizati sunt, 549, 1.

FIDELIS sibi nemo putet, quos vel pecunia vel adulatio obligandos sibi crediderit, 98, 118.

FIDES cur dicantur fila chordarum citharæ, 1201, 10.

FILIO DEI duodecim divinitatis indicia et nomina conveniunt, 471, 3 et seq. Dei nominis et dignitas et veritas communis est Filio, 500, 17. Quæ sint definitiones de Filio Dei, quæ non queunt solvi, 473, 14.

Filius primogenitus; quia nemo ante ipsum: unigenitus; quia nemo post ipsum, 462, 89. Filius est Verbum Dei, natum non prolatum, 559, 101. Nonnulli aliud Dei Verbum, aliud Dei Filium crediderunt, 714, 48. Qui negat Deum verum unigenitum Dei Filium, anathema sit, 804, 70. Anathema illi qui negat Filium secundum divinitatem æqualem Patri, 796, 39. Qui bonum Filium Dei non confitetur, anathema sit, 794, 50. Qui negat Filium Dei sapientem, anathema sit, 795, 27. Solum verum Filium Dei qui dicit, et non vult dicere Dominum verum, videtur negare, 791, 20. Anathema ei qui hoc non confitetur, *ibid.*, 21.

Multis conærvatis argumentis Filium Dei creaturam non esse evincitur, 573, 137 et seq. Probatur aliis argumentis eadem veritas, 461, 86 et seq. Ab omnibus excipit Dei Filium, qui excipit et Patrem, 606, 29. Filius Dei secundum divinitatis potentiam nec nomen habet, nec consortium commune cum servis, 567, 96. Variis argumentis probatur Filium Dei esse verum Deum, 465, 108 et seq. Et Deum bonum, 475. Unius cum Patre esse substantiæ variis Scripturæ testimoniis probatur, 516, 108 et seq. Patris ac Filii una divinitas variis Scripturæ testimoniis probatur, 447, 20 et seq.

In Patre et Filio nulla distantia divinitatis est, sed una majestas, 484, 75. Unum est cum Patre Filium per substantiam naturalem, non unum secundum Sabellianam perfidiam, 659, 135. Filius Dei datus est nobis non Sabellianis, qui eundem asserunt Patrem esse, quem Filium, 507, 58. Filius Patri et dicitur et probatur æqualis, 483, 69. Æqualitas Patrem Filiumque distinguit, unitas Patrem Filiumque non separat, 689, 116. Filius splendor Paternæ lucis, cœternus, propter virtutis æternitatem: inseparabilis, propter claritudinis unitatem, 544, 108. Una est Patris et Filii gloria, 486, 82. *Vid. PATER.*

Hæc utilitas, hæc merces est perfectæ virtutis, hoc divinum et incomparabile munus, ut cognoscamus cum Patre Christum, nec separemus a Patre Filium, 554, 17. Solutus cum dicitur Deus, non separatur etiam Dei Filius, 498, 10 et seq. A Patre Filius non separandus, ubi legitur: Beatus et solus potens, 499, 15 et seq. Filius semper est cum Patre et in Patre: cum Patre per distinctionem indissociabilem Trinitatis æternæ, in Patre per divine unitatem nature, 557, 88. Ille credit in Filium, qui confitetur et Patrem, 573, 120. Nec minus habet Filius, quia Pater non est: nec Pater minus habet, quia Filius non est, 557, 90.

Dedit Pater Filio non quasi posteriori jure generationis, non munere largitatis, 547, 140. Pater dedit quasi Filio per generationem, non quasi inopi per gratiam, 520, 133. Perfectus Pater perfectum Filium genuisse creditur, 445, 9. Habet Patrem Filius, sed non temporalem, non ex passione, non ex conceptione, non ex gratia, sed ex generatione, 573, 125. Filius generatus quasi sempiternus,

quasi Verbum, quasi splendor lucis æternæ; et cur? 459, 79. Filius Dei omnia a Patre jure generationis accepit, et totum Patrem gloria suæ majestatis expressit, 552, 22. Filius Dei immortalitatem habet in natura, habet in substantia; et habet non per gratiam temporalem, sed per sempiternam divinitatem: habet non ex dono quasi servus, sed ex generationis proprietate, quasi Filius cœternus, 557, 36. Quod nos in Patre et Filio unum sumus, non naturæ est, sed gratiæ: quod Filius et Pater unum sunt, non hoc Filius accepit per gratiam, sed naturaliter, ut Filius possidet, 528, 37. Filii ea omnia sunt, quæ Pater habet, æternitatem, majestatem, divinitatem, quæ nascendo possedit, 477, 38. Inter Patrem et Filium generationis expressa distinctio est, 447, 16. Si naturam cupio designare divinam, Deum verum debeo nominare: cum autem Filium dico, generatum significo: cum Patrem quoque dico, genisse declaro, 725, 98.

Principium fidei nostræ est scire quod genitus est Dei Filius, 472, 5. Licet scire quod natus sit Filius, non licet discutere quemadmodum natus sit: illud negare mihi non licet, hoc quærere metus est, 456, 65. Generatio divina supra omnia est, late patet, supra omnes cogitationes ascendit et sensus, 456, 65 et seq. Generatio paternæ proprietatis est, non potentia, 536, 81 et seq.; 557, 90; 549, 103. In generatione divina nihil præcedit nec velle nec nolle, 540, 105.

Filius exiit a Patre ut Deus ex Deo, 466, 110. Cum legimus Deum ex Deo, non duos Deos dicimus, 448, 25. Qui ex Deo processit, et a Deo exiit, nihil aliud potest habere, nisi quod Dei est, 465, 107. Fons Pater Filii est, radix Pater Filii est, 545, 126. Cur Filius Dei imago Patris dicatur? 728, 112.

Filius Dei novit omnia, et præscientiam habet omnium et diei iudicii, 656, 117 et seq. Filius Dei novisse se diem iudicii demonstravit, 588, 203 et seq. Pater audit Filium, sicut et Filius audit Patrem, 660, 157. Ut quod velit Pater, Filium non ignorare dicamus, audisse memoramus, 659, 132.

Unius majestatis Patrem Filiumque esse variis Scripturæ testimoniis probatur, 515, 103 et seq. Unitas potentia et majestatis Patris et Filii et Spiritus sancti ex Scripturis probatur, 674, 48 et seq. Quod Patris est per majestatis proprietatem, id etiam Filii est per ejusdem claritudinis unitatem, 514, 98. Sempiternitas Filii paternæ majestatis insigne est, 455, 61.

Filius virtus est Dei, et ideo cœternus, 669, 18. Filius neque principium assumpsit, neque finem habebit, 540, 167. Deus etsi Pater, non est prior Filio, 457, 68 et seq. Filius sicut Pater nec initium accepit, nec profectum, 459, 73.

Eadem Patris et Filii vita est, 545, 125. Plerique Filium fontem vitæ memorantur significatum, et fontem Spiritus sancti, 651, 172. Æqualitas Filii ad Patrem per unitatem vivificationis astringitur, 544, 128. Pater est in Filio, non ut egentem sanctificans, nec ut vacuum implens, 537, 53.

Probatur variis argumentis Filium Dei esse omnipotentem, 476, 34 et seq. Nec ullam impossibilitatem ei convenire, 530, 52 et seq. Nihil potestatis inter Patrem et Filium certum est interesse, 546, 134. Per naturam et majestatem unum est cum Patre Filius, et per operationem non discrepat, 532, 59. Cum eadem gratia a Patre Filioque deponitur, eadem potentia declaratur, 522, 140 et seq. Nihil sine Patre facit Filius; quia communis operatio et unitas potestatis est, 1093, 10. Non Patri aut Filio prior vel secundus est actus, sed idem unius operationis effectus, 660, 156. Unum est opus Patris et Filii, etiamsi non placeat Arianis, 513, 91. Æqualem sibi Pater Filium confitetur operis unitate, 634, 2.

Credas necesse est ex Dei Filio omnia, quia omnium sicut Pater et auctor est et creator, 548, 149. Nec Pater solus sine Filio cœlos fecit, nec sine Patre Filius, 556, 59. Impossibile est ut opus Filii cum Patris non conveniat voluntate, 533, 68 et seq. Filius sine exemplari mandatum fecit, 529, 44; 552, 61 et seq. Habet generationis inusitatae gloriam, qui habet potestatis inusitatae gratiam, 459, 76. Filius Dei fecit esse non natos, 542, 114.

Unum imperium Patris et Filii esse variis testimoniis probatur, 515, 92 et seq. Eousque unum Patris et Filii regnum est, ut quod Filius tradit, Pater accipiat: et quod Pater accipit, Filius non amittat, 577, 133. Pater et Filius ita sibi regnum tradunt, ut neque ille qui accipit, quasi alienum accurrat; nec qui tradit, amittat, 490, 105. Sicut Filius, regnum Patre accipiente, nihil perdit: nec Pater Filio cum sua tradit, amittit, 610, 49. Non arrogans putes Patris dicentis imperium, aut vile facientis Filii obsequium, 654, 2. Filius dicitur paracletus sicut et Spiritus sanctus, 628, 156 et seq. *Vid. CARISTOS, TRINITAS, VERBUM.*

Filium Patre minorem non esse, quia missus est, ostenditur, 484, 74 et seq. In quo missus dicatur? 568, 99. Quo-

modo et in quo Patri sit subjectus? 578, 154 et seq. Amentes eos æstimare debemus, qui Dei Filium secundum naturam divinitatis subjectum iniuriæ putaverunt, 715, 44.

Filius Dei juxta veteris seriem testamenti ab Adam offensus, ab Abraham vltus, adoratus a Jacob est, 612, 53. Plerique dicunt Patrem Deum ab Esaia visum, Paulum Spiritum dixit, Lucas probavit, Joannes Evangelista ad Filium retulit, 698, 165. Quidam secundum divinitatem Filium Dei visibilem putant, 612, 58. Ubi sunt, qui filium Dei dicunt esse de tempore Melchisedech? 373, 1.

Filius secundum carnem minor est Patre, 796, 37 et seq. Filium Dei frequenter legimus secundum carnem factum et creatum, 645, 58 et seq. In quo natus, et in quo factus? 462, 93. In quo creatus? 463, 96. Non nobis natus, sed datus est: et cur? 507, 85. Hic ex Maria omnibus misericordia sua natus est, sed perfidia hæreticorum fecit, *ibid.*, 56 et 57. Ecclesiastica fide et Dei Patris et David idem atque unus est Filius, 570, 106. Filius ad redimendam suo sanguine salutem mundi solus immaculatus ex alvo Virginis processit, 529, 44. Non aliquid ad substantiam Filii Dei accedit, sed ad nostram utilitatem, quod a nobis cognoscitur, 564, 69. Non potest ullus ad Patrem, nisi per Filium transire sensus, 456, 65. Sicut unitatem fateor esse vitæ celestis in Patre et Filio, per divinæ unitatem substantiæ; ita vel divinæ naturæ, vel Dominicæ incarnationis excepto privilegio, societatem nobiscum vitæ spiritualis in Filio esse profiteor per humanæ unitatem naturæ, 545, 128. *Vid. Arius, Ariani, Christus.*

Per Filium in naturæ divinæ consortium transimus, 722, 85. Quomodo dicit Pater noster, qui verum Filium Dei negat, per quem adoptivus acquiritur, 1085, 6. Illud grande testimonium quod filii sumus Dei, quia sumus hæredes Dei, cohæredes autem Christi, 925, 4. Quis doleat sibi proprium pignus ereptum, cum ad solatium nostri Filium suum unicum pro nobis Deus tradiderit ad mortem? 1114, 4.

Filius, quia vivere non potestis, insituite liberos non ad usum corporis, sed ad virtutis officium, 1115, 3. Magis in adoptatis offendimus, quam in genitilibus filiis, 1103, 2. *Vid. Mater.*

Finis et principia in omnibus rebus præstantiora sunt, 972, 7.

Flagitiosi putant Deum nescire actus hominum, vel iniquum esse judicem, 14, 47.

Flavianus non habet quod-metuat, 1006, 1. Flavianus ad precum auxilia et imperialium rescriptorum suffragia post Capuanæ Synodi iudicium remeavit, 1006, 3 et 6. Solus exors Flavianus, ut ipse vult, sacerdotalis consortii, qui nec imperialibus decretis, nec Sacerdotum conventui præstantiam faciat sui, 1007, 4. *Vid. Capuensis Synodus, Evagrius.*

Fletus præsentium merces est futurorum, 179, 21. Fletus oculorum necessitudini paratus misericordiam conciliat, laborem minuit, dolorem allevat, servat pudorem, 195, 56. *Vid. Lacrymæ.*

Formido ubi nulla, ibi libertas, 935, 19.

Fornicatio et immunditia non sit in Dei servulis; quia immaculato servimus Dei Filio, 756, 8.

Fortis et forsitan, Græce *ταξ*, in Scripturis non vox ignorantis est aut dubitantis, 425, 30 et seq.

Fortitudo in duobus generibus spectatur, externa corporis despiciendo, et ea quæ summa sunt persequendo, 48, 181. Dividitur in res bellicas et domesticas, 46, 175. Et in rebus bellicis excelsi animi magnitudine, et domi eminet, corporisque præstat viribus, 31, 115. Virtus bellica nostris non deficit in veteri Testamento, 52, 205 et seq. *Vid. Bellum.*

Fortitudo christiani athlete, 48, 182. Fortitudo vim quamdam ferocientis virtutis habet, mortisque contemptum, 241, 114.

Fortitudo sine iustitia iniquitatis est materia, 47, 176. Hæc est vera fortitudo, quæ naturæ usum, sexus infirmitatem mentis devotione transgreditur, 195, 37. Fortitudo vocatur, quando unusquisque se ipsum vincit, 48, 180, et inordinatos animi motus, *ibid.* Adversus vitia omnia diuturnare debet, 51, 202 et seq. Nec tenetur cupiditatibus, nec frangatur metu, 52, 203. *Vid. Benevolentia.*

Fortis est viri providere futuris, 51, 189. Non in inferenda, sed in depellenda injuria lex virtutis est, 47, 178. Fortitudo non solum secundis rebus, sed etiam adversis probatur, 53, 209. Præstantior est fortitudo paucorum, quam remissio plurimorum, 1073, 18. *Vid. Vanitas.*

Forum fugiendum, fugiendæ plateæ, 225, 46.

Fratres uterint, id est, diverso patre, sed ea lem mare geniti, 1020, 10. Non mediocris fraterni amoris usura, nec vitis naturæ sors, quam cumulant incrementa virtutis,

1156, 80. Invidia atque jactantia in plerisque solent fraternæ pietatis jura vacuare, 1193, 76.

Fraus omnis turpis est, 123, 65. Nihil agit sapiens, nisi quod cum sinceritate, sine fraude sit, 115, 29. In vendendis hæreditatibus nulla fraus adhibenda, 123, 70 et seq. *Vid. Sinceritas.*

Frugalitatem moderatam qua exiuit onere, induitur salubritate, plus amat caro, 1044, 91.

Frumentarii pretii captatores arguuntur, 117, 58 et seq.

Fucatum non placet, 21, 75. Fucum faciunt, qui non audent explicare quod sentiunt, 467, 118.

Furta occulta servorum, divitum rapinæ publicæ, 113, 22.

Futura pro præteritis dicere moris est Scripturis divinis, 508, 59. Præsentium species indicium est futurorum, 1121, 29. Quid imprudentium, quam quod futurum scias, id cum acciderit, ferre non posse? 1136, 4.

## G

Gabaonitæ inhospitales, immites, intolerabiles, 773, 6. Eorum ob violatam in Levitæ uxore castitatem ultio, *ibid.* et seq.

Galliarum episcopi legatos ad Aquileiense concilium miserunt, 806, 1. Ab eo libenter suscepti, *ibid.* Gallorum episcoporum synodus, 1181, 25. Eorumdem frequentes disensiones, 1181, 25. *Vid. Africa, Concilium, Concilium Nicenum.*

Gazophylacium est collatio fidelium, sumptus pauperum, requies egenorum, 894, 4.

Gezonis electio quid figuret? 599, 1. Ejus sacrificium quo hædum supra petram obtulit, quid etiam figuret? *ibid.*, 2 et seq. Non ambiguit, sed providit, ne nos ambigeremus, 601, 6. Prævidit quia verum et spiritalem rorem etiam gentium nationes erant fidei perceptione bibituræ, 601, 9. Volebat lavare pedes Angelo Domini, qui apparuit sibi, 692, 25. Hydriæ in quibus faces accendi jussit, quid figuraverint? 630, 167. *Vid. Vellus.*

Geminianus episcopus, 969, 14.

Gemitus pius et plenus auctoritatis, 930, 5. Quis gemitus Christi et gemitus Spiritus sancti? *ibid.* et seq.

Generatio non potestatis, sed naturæ est, 721, 79. Genitum non proprietatem naturæ, sed significationem generationis exprimere exemplis evidentioribus probatur, 721, 97. *Vid. Filius Dei.*

Genialis Jovinianista condemnatur, 969, 14.

Gentiles pretiosa et grandia sonant, veri effeta defendunt: Deum loquuntur, simulacrum adorant, 833, 2. Gentiles idolis suis reverentiam tacendo deferunt, 177, 12. Prædia delubris gentilium sublata, 837, 16. *Vid. Pagani.*

Germinator Jovinianista condemnatur, 969, 14.

Gervasii et Protasii corpora ab Ambrosio reperiuntur, 874, 2. Viri miræ magnitudinis, 875, 2. Ossa omnia et sanguinis plurimum reperiuntur, *ibid.* Transiata, vespere jam incumbente, ad basilicam Faustæ, *ibid.* Sequenti die in basilicam, quam appellant Ambrosianam, translata, et cæcus sanatus est, *ibid.* Miracula ab iis tum facta, 876, 9. Oraria et indumenta jacillantur super reliquias sacratissimas, et tactu ipso medicabilia resposcunt, *ibid.* Sanguine tumulus madet, apparent cruoris triumphalis notæ, involatæ reliquæ loco suo et ordine repertæ, avulsam humeris caput, 877, 12. Acclamavit populus, ut in dominicum differretur diem martyrum depositio: sed tantum obtentum, ut sequenti fieret die, 878, 14: 880, 25. Ambrosii ea de re ad populum concio, *ibid.*, 15 et seq. Cæcus Severus nomine, lanis ministerio, martyrum beneficio sanatus, 872, 2; 878, 17. Id negabant Ariani, *ibid.* Eorum sanguis clamat coloris indicio, sanguis clamat operationis præconio, sanguis clamat passionis triumpho, 880, 23. Gervasius et Protasius sterilem martyribus Ecclesiam Mediolanensem, jam plurimorum matrem florum lætari passionis propriæ fecerunt titulis et exemplis, 876, 7. Hos agnoscunt demones, sed Ariani agnoscere nolunt, 880, 22. *Vid. Miracula.*

Gladio alieno tolerabilis est, quam nostro perire, 6, 15.

Gloria dilata fugit, nec facile comprehenditur, 107, 153. Quos manet gloria, expectat injuria, 17, 60. Gloriæ appetentia frequenter nocuit, immoderatus expetita; semper autem, usurpata, 52, 203. Quo gloriosior factus es, eo amplius auctori tuo deferendum noveris, 962, 26.

Gog Gothus est, 495, 158. Gothos tribunos possessio Romana suscepit, 835, 9. Gothorum bella prophetavit Ezechiel, 495, 157. Gratiano imperatori victoriam in Gothos spondet Ambrosius, 495, 136 et seq. Gothi precibus sancti Achilii e Macedonia pulsati, 820, 6. Serviente lue et ardenti pestilentia perturbati ac territi fugerunt, regressi postea pacem rogaverunt, 820, 7. *Vid. Acholius.*

Grata. *Vid. Justa.*

Gratia Domini non quasi ex mercedis merito, sed quasi

ex voluntate deferitur, 289, 45. Gratia monus largientis est, poenitentia delinquentis remedium, 426, 44. Per Joannem poenitentia, per Christum gratia: istam quasi Dominus donat, illam quasi servus annuntiat, *ibid.* Quomodo sine Spiritu potest esse gratia, cum gratia divina omnis in Spiritu sancto sit? 626, 127.

Gratia ex offensione processit, potentia ex infirmitate, vita de morte, 653, 8. Superbia culpam invenit, culpa autem gratiam fecit, 1079, 9. Non deseramus jura naturæ, sed dona gratiæ præoptemus, 1145, 41. Remedium nostrum Christi gratia est, et corpus mortis corpus est nostrum, 1144, 41. Incrementa per naturam, quæ divini habet gratiam muneris, 786, 15. Majoris esse virtutis gratiam, quam naturam, 339, 32. Ille vicius, qui gratiam Dei sperat, non qui de sua virtute præsumit, 1204, 23. Deo convenit, ut quos invitaverit per gratiam, eosdem gratiæ ipsius incrementis provehat, 957, 6. Servi sumus creatoris nostri; sed libertatem habemus, quam per gratiam Christi accepimus, 1090, 5.

Bona aqua spiritalis gratiæ, 653, 182. Inseparabilis est plenitudo gratiæ spiritalis, sed nobis pro nostræ participata facultate naturæ, 620, 93. In singulis hominibus universa dona divina esse non possunt; pro capiti unusquisque id accipit, quod aut desiderat, aut meretur, 663, 150. Ex quo Christus te redemit, corrigat gratia, quem poena non emendaret, sed plecteret, 897, 20.

GRATIA in eo ipso quod habetur, refertur, 44, 166. Et habendo solvitur, et solvendo retinetur, 100, 127. Est hujusmodi vis, ut et cum refertur, habeatur; et habendo refertur, 1126, 46. Quid tam secundum naturam, quam referre auctori gratiam, 1126, 45. Nullum referenda gratia majus est officium, 1126, 44. Prædicare quod acceperis, non est superbia, sed devotio, 377, 19. Non dare cuiquam vix licet, non reddere vero non licet, 42, 141. Conferre gratiam bonum est: at qui referre nescit, durissimus, 43, 162. Quod si homini non referre, simile homicidio iudicatum est, quantum crimen est non referre Deo! 1126, 44. *Vid. GLORIA, OFFICIUM.*

GRATIANUS augustæ memoriæ, 825, 5. Vocatur sanctus imperator, 451, 45 et seq.; 452, 47; 606, 27; 661, 143. Vocatur fidelis Augustus, 626, 128. Totius orbis Augustus, 443, 1. Fidem ab his incunabulis pio semper fovit affectu, *ibid.*, 2. Scripsit Ambrosio sua totam epistolam manu, 753, 3. Fidei libellum ab Ambrosio petiit, 444, 3. Ambrosius optat anres ejus mundari, ut libellum suum legat, et omnibus fidei præferat, 470, 151 et seq. Non in Gratiano imperatore meus lubrica, sed fides fixa, 496, 142. Reddidit Ambrosio quietem Ecclesiæ, 753, 2. Ita se assertione fidei testificatus est delectatum, ut basilicam Ecclesiæ sine ullo monitore præcepit reformari, 604, 19. Sic, sequestraverat basilicam, ut fidei probaret; sic probavit, ut redderet, *ibid.*, 21. Fuit fidelis in Domino, pius, mansuetus, puro corde, tam castus, ut præter conjugium nescierit feminæ alterius consuetudinem, 1195, 74. Ecclesias ab omni sacrilegorum labe purgavit, 809, 11. Privilegia et cultus gentilium Romæ sustulit, 825, 5; 842, 39; 1180, 20. Ambrosium parentem suum vocat, et ad se invitat, 751, 1 et seq. Illi gratias agit concilium Aquileiense, 806, 1 et seq. Gratianus pepercisit se pluribus recensendo pietatis suæ recordatione mulctetur, 1215, 52. Qui contra eum levavit arma, nonnulla abrogavit ejus decreta, 827, 16. Ambrosium inter sua pericula requirebat, in suis extremis eum appellabat, 1195, 79.

Gratianus indigna morte præreptus, 1208, 59. Maximus Gratiani reliquias Valentiniano negat, 890, 9. Gratianum et Valentinianum non discrevit tumulus, quos non discernebat affectus: non causa mortis separavit, quos pietas una jungebat: non virtutum distantia dispares fecit, quos religio una fovebat, 1194, 79. Theodosius ultor Gratiani, 1208, 39. Illum mortuus complectitur, *ibid.* Ascendit animæ Valentiniani occurrit; et quibus verbis eam sit allocutus, 1192, 72. *Vid. AMBROSIO, GOTH, THEODOSIUS, VALENTINIANUS.*

GRIBORIUS nequaquam secundum traditionem Patrum Constantinopolitanae Ecclesiæ sibi sacerdotium vindicat, 815, 4.

GUBERNATOR novit quanta vigilia procedat Arcturus, quales ortus exploret Orionis, 536, 196.

GYGIS annulus, 115, 30.

GYMNOSOPHISTÆ Indorum, 938, 34 et seq.

## H

HABACUC sine penis velavit, 976, 20.

HÆRESIS sub optione nominis christiani, et quadam nuncupativa fidei germanitate paricidalibus gladiis nos cupiunt vulnerare, 705, 12. Hæresis velut quædam Hydra fabularum vulneribus suis crevit, aut velut quædam monstruosi Scylla portenti in varias formas distincta perfidiae,

velut supervacuum christianæ sectæ nomen obtendit, 452, 46. Omnes hæreses Joannes piscator noster primis Evangelii sui verbis exclusit, 451, 57. Hæretici vere mortem habent in laudibus Christi, 809, 19. Omne peccatum cara singulos est, hæreticorum vero et schismaticorum in universos, 421, 24. Dies me citius deficiet, quam nomina hæreticorum, diversarumque sectarum, 711, 53.

HAMULGAR in ipsos, quos adolebat, se præcipit ignem, 841, 37.

HEBION. Christus Filius Dei est contra Hebionem, 30, 105.

HEBRÆUS verus totus est Dei; totum quod habet, libertatis est, 790, 14.

HELENA Constantini Imperatoris mater stabularia primo fuisse assertitur, et sic cognita Constantino seniori, 139, 42. Quomodo quæsierit lignum crucis Christi, 1216, 45 et seq. Quomodo illud invenit, *ibid.*, 45. Invenit titulum, Regem adoravit non lignum, 1211, 46. Invenit charas, et de uno frenos fieri præcepit, de altero diadema fiterunt; quæ Constantino filio suo misit, et utroque usque usus est, *ibid.*, 47. Crucem in capitibus regum locavit, ut crucis Christi in regibus adoretur, *ibid.*, 48.

HELEMONUS episcopus Altiniensis, 786, 1; 807, 76. Eius in Palladium condemnatio, 802, 61.

HERBARUM germinatio, 1148, 55.

HÆRESIS sunt sine re, sunt et cum re, 1084, 3. Parvi hæreses nomen nudum hæreditatis, non auctoritatem usurpant, jubendi jus et utendi non habent, 1081, 4. Uo humano hæreditatis pecuniariæ hæreditas facit, ut venenbilla flant jura pietatis, 1089, 1. Plus successori non relinquas, si portio ejus non ad luxum præsentium proficit, sed ad prelium futurorum, 1138, 15. Habes qui tibi representet hæredem: solve pauperi, quod debetur hæredi, *ibid.*

HÆREDITAS illa sola est, in quibus est portio Deus, 89, 6. Hæreditas vera et veræ divitiæ in quo sitæ sint? 899, 3 et seq. Hæreditatis divinæ decorem capere improbi atque induriti non possunt, *ibid.*

HERODES. *Vid. JURAMENTUM.*

HESTER vitæ periculo honestatis decus secutam esse, 138, 123 et seq.

HIPPOCRATES medicinæ magister septem ætates vitæ humanum explicuit, 979, 10.

HIPPOLYTI fabulosa mors, 175, 6.

HISPANIA. *Vid. CONCILIIUM NICÆNÆ.*

Homo nomen sumpsit ab humo, et quid hoc ipsum docuit? 111, 16. Processit postremum creaturarum omnium, specie gratus, mente sublimis, ut omni esset creature dignior, 974, 14.

Homo cur post omnes creaturas sit creatus? 970, 1 et seq. Cur statim ac a Deo creatus est, non sit laudatus, 55, 17 et seq. Scire se debet sive vir, sive mulier, quia ad imaginem Dei est, et similitudinem; ut animæ sequatur, non corporis pulchritudinem, 295, 68. Homo hominis casu generatus, 56, 134. Quasi finis naturæ formatus ad justitiam, inter cætera animantia justus arbiter, 975, 13. Deus hominem habitorem mundi creavit, cui totus mundus patria foret, 983, 16. Deus concessit homini ea quæ in mundo sunt, omnia; ut nullius indigeret, quod esset necessarium vel ad vitam, vel ad bonam vitam, 972, 11. Præcidit ejus terrarum fructus sunt, et cæli lumina: illa ad vitæ presentis usum, hæc ad spem vitæ æternæ, 971, 4. Homo quasi quædam cœlestis in terris creatura est, 972, 7. Homo mentis suæ vigore tantum cæteris animantibus sui vigorem infudit; ut certam quasi regi obediant, viciis obsecundent, 974, 16.

Non caro sumus, sed spiritus sumus in animæ substantia et mentis vigore, 295, 68. In homine ad similitudinem Dei vitæ est invisibilis, 974, 14 et seq. In eo nihil est inferius, quam quod videtur, 253, 17. Hoc servit, quod videtur; illud regit, quod non videtur, *ibid.* Homo quasi omnium habitator elementorum inter feras vivit, cum piscibus eat, super aves volat, conversatur cum angelis, terram inhabitat et caelo militat, sulcat mare, aëre pascitur, cultor soli, viator profundi, piscator in fluctibus, in mari acceptus, in caelo hæres, Christi cohæres, 975, 19. Ætates vitæ hominis secundum Hippocratem et Solonem, 979, 11 et seq. Effusi de utero de calidis in frigidis, de humidis in aridis, piscium more jactamur, quos naufragos in hanc vitam quædam velut naturæ fluctus expauerit, 1205, 36. Quis potest miserius, qui tamquam spoliati et nudi prolecerim in hanc vitam, corpore fragili, corde lubrico, imbecillo animo, anxii ad sollicitudines, desidia ad labores, proxi ad voluptates? 1142, 39.

Homo vere amicus Dei, quasi charitatis divinæ particeps, et hæres gloria, 971, 3. Cælum de mundo, homo supra mundum; illud enim mundi portio; iste paradisi incolæ, Christi possessio, 972, 9. Deus eousque creatum hominem

fovit, ut abdicatum redimeret, eliminatum reciperet, mortuum passione Filii sui unigeniti resuscitaret, 983, 10.

HOMO vetus et novus, 252, 15. Ad imaginem Dei interior est homo, non iste exterior, 254, 20. Altorum gratia foris est, hominis intus, 253, 18 et seq. Absconditus cordis homo, qui est pauper saeculo, ipse est locuples Deo, 293, 64. Sunt quaedam interioris membra hominis, cujus manus in acta, aures in auditu, pedes in processu quodam boni operis aestimantur, 647, 68. Custodi interiorum hominem tuum: noli eum quasi vilem negligere ac fastidire, quia pretiosa possessio est, 5, 11. Intus esto, intra animum tuam pacificam, mitem, tranquillam: non excas de ea vas tuum istud aut honoribus, aut divitiis, aut arrogantia attollere, 910, 23. *Vid. ANIMA.*

Inter homines unitas naturae est ex communitate naturae, 527, 33. Vile figmentum sumus, cito vitia sentimus, 634, 183. Humani generis conditio atque natura ex puriore statu in deteriorem lapsa est, quando nequiores attingit, 985, 14.

HONESTAS velut bona valetudo est, 58, 229. In honestate vitam beatam positam esse nulli dubitaverunt, 69, 1. Nihil expetendum, nisi quod honestum, 115, 29. Nihil deformius, quam nullum habere amorem honestatis, 122, 57. Sapiens non terrore poenae revocatur a culpa, sed honestatis regula, 115, 31.

Honestatis complex est semper utilitas, et utilitatis honestas, 150, 90. Quod honestum est, utile esse; et quod utile, honestum; et quod utile, iustum; et quod iustum, utile, 76, 23. Quod honestum, utile est; et quod utile, honestum; et contra, 110, 9; 121, 52 et seq. In Scripturis divinis hoc saepe invenimus assertum, 76, 23. Quod turpe est, non potest esse utile: neque rursus id quod honestum, esse inutile, 150, 90. *Vid. UTILITAS.*

Doctores gentium ne honestatem quidem cum voluptate copulandam putaverunt, 1028, 23. Honestas quo minus sequitur gloriam, eo magis super eam eminet, 70, 2. Nullis adversis impediri, quae in his eminet, et magis praecellit, quam in prosperis, 152, 98. Quanta quatuor leprosis in Samariae obsidione honestatis cura? 156, 117 et seq. *Vid. DECORUM.*

HONORARI, 854, 6.

HONORIS moriente Theodosio, pulsat adolescentiae fores, provector aetate, quam Josias, 1202, 15. Flehat quod reverendae patris sui Theodosii reliquias non usque Constantinopolim prosequeretur, 1214, 53. Eum consolatur Ambrosius, *ibid.* et seq. *Vid. THEODOSIUS.*

HORA. Non exiguum detrimentum est vel horae unius; et una hora totius vitae portio est, 1016, 97.

HONORATUS a primo flore pueritiae haeres Ecclesiae, quae cum susceptis per manuum impositionem Ambrosii, 1068, 25. Ambrosium interrogat cur homo post omnes creaturas postremus sit creatus, 970, 1. A Lege coepit, in Evangelio confirmatus est, 1092, 15.

HOSPITALITAS est publica species humanitatis, 95, 103. Hospitalitatis praecipuum observandum, 186, 4 et seq. In officiis hospitalibus omnis quidem humanitas impartienda est, iustis autem uberius deferenda honorificentia, 95, 107. Hospitalitas diligenda, et cur? 1047, 105. Legimus peremptos gravi populo excidio propter violata iura hospitalitatis, 844, 6. Hospitem voluntarium magis quam ex necessitate esse oportet, 845, 6.

HOSTES antiquo ritu peregrini dicebantur, 38, 141. Moyses in hoc mirabilis, quod divinitus intentata supplicia virtute etiam ab hoste detorsit, 150, 93. Iustitiam etiam hostibus servari debere, 57, 159. Hostem ferire victoria est, 1018, 1.

HUMANITAS specialis et domestica virtus hominis, et unde sic dicta, 111, 16. *Vid. HOSPITALITAS.* Saepe flecit humanitas, quos nec virtus poterit superare, nec ratio, 488, 89.

HUMILITAS haec est, si nihil sibi quis arroget, et inferiorem se esse existimet, 102, 154. Principium humilitatis Christus, qui formam servi accepit, cum Patrem Deum majestate virtutis aequaret, 506, 52. Flos humilitatis et simplicitatis est Christus, 226, 57. Non est humilitas, nisi sine furore, sine fraude: ipsa est vera, quae habet pian mentis sinceritatem, 758, 18. Non indocta humilitas, sed quae habeat sui modestiam et scientiam, laudi datur, 92, 90. Ille laudabilior, qui humilior; ille iustior, qui abjectior, 456, 91. Humilitas gratiam auget, 86, 67. Liberat periclitantes, jacentes erigit, 1205, 27. Nemo magis potest videre divina nisi qui humilitatis conscientia sua nascit atollit, 202, 62.

HUMUS adversus Juthungum acclivus est, 890, 8. Coactus triumphos suos deserere, *ibid.* *Vid. CERNI, ALANI.*

HYDRI satis dentibus in regione Thebana inhorruisse armatorum segetem crediderunt, 1152, 70. *Vid. HARESSES.*

HYGINUS episcopus senex, cui nihil iam nisi extremus

superesset spiritus, in exilium sine veste, sine plumario ducitur, 891, 12.

HYMNUS specialiter Deo dicitur, 56, 256. Hymnorum meorum carminibus deceptum populum fovet; plume nec hoc abnuo, 873, 31.

## I

ICARUM perdidit, quod prius avem se fuisse fortasse crederat, 1160, 129. Icarei volatus quid significaverint? 242, 116.

IDOLUS sumptus subministrare non licet etiam catechumenis, 1010, 2. Tolerabilis est unius sacrificium, quam lapsus omnium, 825, 8. *Vid. PAGANI, VALENTINIANUS.*

IGNAVIA non habet, quae habet, 869, 5.

IGNIS alienus est libido, ignis alienus est omnia iniuste incendium cupiditatis, ignis alienus est omnis ardor avaritiae; hoc igni nemo mundatur, sed exurit, 1058, 8.

IGNORANTIAM qui praetendit, cito meretur veniam, 1178, 15. Minor erat culpa, ubi culpa erat ignorantia, 1078, 5.

ILLYRICI et Thraciae vastitas, 86, 70. Captivos in ea factos Ecclesiae redemerunt, *ibid.* Illyrici ora suspecta, 818, 7.

IMMODESTIA hominum tanta est, ut plerique deferre nesciant mentium religioni, quod deferunt aurium voluptati, 177, 14.

IMMORTALITAS alia naturae divinae, alia nostrae, 509, 19. Quid gravius immortalitate miserabili? 1167, 124. Immortalitas oneri potius quam usui est, nisi aspiret gratia, 1146, 47.

IMPERATORES bimestres, 854, 7. Leges imperator fert, quas primus ipse custodiat, 861, 9. Hoc interest inter bonos et malos principes, quod boni libertatem amant, servituti improbi, 946, 2. Usurpator bellum inferit, imperator jus suum tuetur, 891, 10. Etsi es imperator, Deo subditus magis esse debes, 1011, 8. Imperatores, qui vobis deferri vultis, patimini ut deferamus ei, quem imperii vestri vultis auctorem probari, 1012, 12. In obitu Iulium imperatorum quidam fidei pudor, quaedam Ecclesiae verecundia est; et in immatura morte piorum principum omnis Ecclesiae maestior est pulchritudo, 1175, 6. Imperator intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est, 873, 36. Ecclesiae prodest christianos et pios esse imperatores, 1000, 14. Imperatores omnipotentem Deo et sacrae fidei militanti, 824, 1. Quid praestantius fide imperatoris, quam non extollat potentia, superbia non erigat, sed pietas inclinet? 1201, 12. Fide magis imperatoris quam virtute militum queri solet victoria, 444, 3. Christianus imperator aram solius Christi didicit honorare, 855, 10. Ea quae sunt divina imperatoris dignitati non sunt subiecta, 854, 8; 857, 16.

Publicorum imperatori incensum jus commissum est, non sacerorum, 857, 16. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiae, *ibid.* Veteri jure a sacerdotibus donata imperia, non usurpata, 858, 25. Vulgo dicitur, quod imperatores sacerdotum magis optaverint, quam imperium sacerdotes, *ibid.* Semperne de Caesare servulis Dei invidia commoventur? 872, 30. *Vid. AGRICOLA, MILES.*

IMPIETAS hoc ad calumniam sibi accessit, ut imperiale nomen obtendat, 872, 30.

IMPIUS ipse sibi poena est, 14, 46. Abolenda cum impio sunt impietatis exempla, 955, 25. Divinae habet consuetudo sententiae, ut qui gesserunt impii, ipsi propria confessione se damnent, 181, 28.

IMPOSSIBILITATUM tres differentiae explicantur, 556, 48 et seq. *Vid. CHRISTUS, DEUS.*

IMPROBUM inter et invidum quid intersit? 167, 153.

IN praepositio, *Vid. PER.*

INCARNATIONIS Dei mysterium universae salutis est creaturae, 570, 106. Spiritum sanctum Dominicae cognoscimus incarnationis auctorem, 641, 41; 645, 59. Sicut creavit Pater Dominicae incarnationis sacramentum, ita creavit Spiritus sanctus, creavit et ipse Christus, 645, 59 et seq. *Vid. CHRISTUS.*

INCREPATIONES Domini ne refugas; quia charitatis et gratiae sunt, 500, 84.

INDI. *Vid. GYMNOGONISTAE.*

INDICIA virgo a S. Zenone consecrata, 765, 1. Veronae in honore semper erat, a virginibus et sacerdotibus visebatur, 768, 12. Apud Syagrium sine auctore criminationis, sine accusatore, sine professore delationis in iudicium vocata, inspectioni adjudicanda constituitur, *ibid.* et seq. Quae hujusce accusationis causae fuerint? 769, 16 et seq. Cujus criminis accusata? 770, 18 et seq. Renatus et Leontius ejus accusatores, *ibid.*, 19. Subtraxerunt se episcoporum conventui, 771, 20. Indiciam a Maximo fuisse vere accusatam, 766, 4; 770, 17 et seq. Soror Ambrosii, Paterna, et Indiciae nutrix ejus integrali testimonio perhibent, 771, 22 et seq. Ab Ambrosio in episcoporum conventu absolvitur, 771, 24. *Vid. SYAGRIUS.*

INDICTIO septembri mense incipit, 885, 16.

**INDIGNATIO. Vid. IRA.**  
**INDUSTRIA** imitatione naturæ auxit gratiam, 22, 78. Si quid in natura vitii est, industria emendet, 21, 73.

**INFANTES** sunt, qui fari verbum Dei nesciunt, qui ejus opera non recipiunt, 1091, 9.

**INGENIOSUS** Jovinianus condemnatur, 969, 14.

**INGENIUM** in Scripturis divinis nusquam invenio, 721, 80. Ingeniti appellatio declarat quod non ex alio sit Pater, nec ex se Filius, 725, 100. Ingeniti verbum nihil impedit quominus unus naturæ atque substantiæ Christum cum Patre esse credamus, 78, 113. Multa possunt et innumera exempla suppeteret, ut de eo quod genitum non sit, dicatur ingenitum, 721, 94.

**INGENIUM** suum unusquisque noverit; et ad id se applicet, quod sibi aptum elegerit, 57, 224. Quo unumquemque suum ducit ingenium, aut quod officium decet, id majore impletur gratia, 57, 223.

Pro Inimicis et persequentibus orare debemus, 1183, 53. Virtus est, si læsus remittas, 122, 59. Non hæc sola forma justitiæ est, ut non lædas eum, qui te non læserit: sed etiam illa, ut ei remittas, qui te læserit, 1042, 83. Agnoscit se esse hominem, qui novit ignoscere, 1203, 16.

**INIQÛITATE** nihil squalidius, nihil splendidius justitia, 1063, 4.

**INJURIAM** accipientium tria sunt genera hominum, et quæ sint? 61, 242. Melior est, qui contemnit injuriam, quam qui dolet, 7, 22. Prope videtur injuriam, qui non patitur, fecisse, 1101, 6. Donate injurias vestras, ut sitis filii Jacob, 1047, 102.

**INNOCENTEM** esse hoc est ignorare quod noceat, 125, 68. Deus in simplicitate cordis et innocentia jubet nos vivere, 126, 73. Non latebra sapienti spes impunitatis est, sed innocentia, 113, 31. Reum ferre æquitas, innocentem homicidium, 1018, 1. Laus domini, ubi munda possessio, et innocens familiæ disciplina, 66, 258.

**INNOCENTES** pueri ante palmam victoriæ acceperunt, quam sensum naturæ, 54, 213. Innocentes martyres, 979, 9.

**INSIPIENTIA** servum facit, non natura: nec manumissio liberum, sed disciplina, 932, 9. Nemo gravior alieno condemnatur judicio, quam insipiens suo, qui sibi auctor est malorum, 1043, 83. *Vid. SAPIENS.*

**INVIDIA. Vid. IMPROBUM.**

**IRA.** Maximum philosophorum impunitatem ferunt dedisse iis facinoribus, quæ per iram commissa forent, 1203, 14. Sed de hoc melius pronuntiavit sacra Scriptura, *ibid.* Si irascimur, affectus noster motum recipiat secundum naturam, non peccatum præter naturam, 1036, 60. Satius est in indignatione laudem clementiæ reperire, quam ira in ultionem excitari, 1202, 14. Iracundia cavenda, et quomodo? 23, 90 et seq. Temperanda est, 298, 77. Omni tempore, quantum fieri potest, christianus vir iracundiam debet temperare, et maxime quando ad orationem accedit, 383, 19.

**IRENEÛS** non erubescit in passionibus Christi gloriari, 901, 17.

**ISAAC** immolatio quid figuraverit? 1160, 98. Imitemur ejus bonitatem, imitemur ejus castimoniam, 1160, 99. Quæ erat alia in eo nisi sanctitatis hæreditas, quæ nobilitaret patrem? 921, 8. Veniente Rebecca, futuræ Ecclesiæ animo vidit mysteria, 997, 16. Venientem in typo Ecclesiæ accepit uxorem, 634, 184.

**ISIDS** sacra qui suscipiunt, capita et supercilia sua radunt, 1015, 3.

**ITALIA** quæ confessores mittere solet: Italia aliquando tentata, mutata numquam, 496, 142. Italia urgetur ab hoste impuro atque crudeli, qui nec pudicitiam parceret, nec salutem, 1122, 51. Italia jam dudum ab Arianis quieta, atque secura est, nec ulla hæreticorum perturbatione vexatur, 818, 3. Italiæ episcopi a Theodosio, ut concilium cogi jubeat, datis litteris postulant, 818, 2 et seq. Italia Theodosium concelebrat suæ libertatis auctorem, 1214, 56. Italiæ luctus in morte Valentini junioris, 1173, 4.

## J

**JACOB** acceptus domi parentibus, pastor domino gregis fidus, socero gener sedulus, impiger in labore, in convivio parcus, in satisfactione prævius, in remuneratione largus, 50, 111. Vir exercitio intentus, et quærens viam ad virtutem persequi, non hominem deductorem, sed oracula quæsitivit celestia, 900, 11. Quanta adversa pertulerit? 1140, 23. Quoniam ob pietatem non propter improbitatem exulabat a parentibus, loquebatur cum Deo, agebatur, censu, liberis, gratia, 1046, 101. Ostendit ita debeat esse servitute insipientiam, ut remedio ei servitus sit, 932, 7. Adorans septies Esau, non hominem adorabat, sed eum quem in carne hominis scilicet veneratur, adorabat spiritu, 1047, 101. Non otiosa significatio scilicet Jacob, quod per cruce[m] Christi angelorum atque hominum futura consortia viderentur, 1160, 100. Brevi somno dormiens impe-

travit, quod magno labore postea acquisivit hæreditas ejus, 823, 4. Tendebat ad Ecclesiam, ut eo deduceret populum copias, invehret nationum divitias, posteritatem infunderet, fugiens umbras inanum rerum, præferens insensibilibus simulacris virtutum spirantem decorem, plausibilibus præponens seria, 900, 13.

Jacob fons disciplinarum omnium, 931, 7. In eo quatuor virtutes cardinales fuerunt, 32, 120. Sequamur illum, et vias ejus, ut perveniamus ad patientiam matrem fideliem, 901, 17. Imitemur in eotypum Christi, sit ejus in nobis aliqua similitudo factorum: erimus consortes, si fuerimus imitatores, 1160, 100.

**JACOBUS** frater et compresbyter noster ex ultimo Perside sinu profectus, Campaniæ sibi ad requiescendum littora et amoenitates elegit, ubi post diuturnos labores reliquam vitæ cursum exigit, 1016, 1.

**JACTANTIA** illecebrosa est, quam etiam Paulus veteri: lubrica, quæ etiam in Paulo cavetur, 238, 106. Cavenda est, 139, 108. Christus docet a perfecto abesse eam debere, 224, 44. *Vid. LANGUIS, SAPIENTIA.*

**JANUARIUS** episcopus, 786, 1; 803, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 803, 64.

**JANUARIUS** Jovinianista condemnatur, 969, 14.

**JAPHET** latitudo latine dicitur, 1003, 3. In enumeratione generationum præfertur seniori fratri, in benedictione substituitur, *ibid.*

**JEJUNIUM** spirituali adipe pinguescit anima, virtutesque ejus et fructus sui multiplicatur ubertate mentis tuz; et sitia te sobrietatis ebrietas, 1030, 31. Ipsi sancti cum jejunant, tunc fiunt præstantiores. Moyses cum jejunaret, legem accepit; Petrus eductus est novi Testamenti gratiam; Daniel ora clausit leonum, futurorumque temporum vidit negotia, 1926, 16. Non per luxuriam nobis Christus, sed per jejunium salutem attulit, 498, 6. Qui non jejunat, intectus est, et nudus, et patet vulneri, 968, 11. Quæ sibi nobis esse potest, nisi jejunio eluerimus peccata nostra? 1026, 16. Christus docuit non facile malum posse nisi nostro vinci jejunio, 1026, 13. Jejunantibus sollicitudo adheret, 886, 20. Quotidie mulieres jejunant, et non indicia præstant jejunia, 236, 31. Hoc est in resurrectionem Christi non credere, si legem quæ jejunii die resurrectionis indicat, 883, 11. Dominica die jejunare non possumus, *ibid.* *Vid. ABSTINENTIA, ADAM, NINIVE.*

**JEPHTE** factum filiam suam immolantis non probandum, 213, 6. Jephthe dura promissio, acerbior solutio, 127, 78. Jephthe filia incautam patris oblationem sanguine suo solvit, 291, 31. Fecit ut quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis sacrificium, 128, 81. Factum ejus præcellens et antiquius est, quam duorum Pythagoræorum, 127, 80 et seq. *Vid. ABRAHAM.*

**JEREMIAS** ignem charitatis quo inflammabatur ad officium prophetandi ferre non poterat, 294, 61.

**JEROBOAM** manus quæ statim aruerat sacrilegio scilicet est religione, 172, 38.

**JERUSALEM** illa bona mater animarum quæ in celo est, 917, 12.

**JESU** nomen foris fuit præliantibus ad victoriam, intus species Dominicæ passionis periclitantibus ad salutem, 574, 128. Venit Jesus in hanc terram regnum accipere de nobis, 576, 147. Si Jesum quæritis, contritos lacus derite, 634, 184. *Vid. CHRISTUS.*

**JESUS** NAVE dignus qui fidei prælio triumpharet, 574, 127. Jesus Nave typus Christi, 533, 12.

**JEZABEL** nomen quid significet? 283, 30. Jezabel est Synagoga vane fluens, vane abundantis Scripturis, quæ neque custodit, neque intelligit, 1041, 79.

**JOANNES BAPTISTA** angelus erat, 351, 7. Abstinentiæ magister, et quidam novus terrarum angelus, 1030, 29. Vocem Mariæ prior Elisabeth audivit, sed Joannes prior Domini gratiam sensit, 542, 114. Prius compos devotionis, quam naturæ, 163, 12. Licet non baptizaret in Spiritu, tamen et Christum prædicabat et Spiritum, 608, 41. Dubitavit in Christo ipse prænuntius, licet per Synagogæ typum, 321, 4. Non immerito mansit integer corpore, quem tribus mensibus oleo quodam suæ præsentis, et integritatis arguento Domini mater exerceat, 282, 50. Honestatem saluti prætulit, 129, 89. Omnia cædis ejus adjuncta eloquentissime describitur, 181, 26 et seq. *Vid. BAPTISMA, DESERTUM, ELISABETH.*

**JOANNES** circa divina mysteria, piscibus quos ante capiebat, taciturnior, vivificatus a Christo vocem audivit in Joanne, Verbum agnovit in Christo, 707, 15. Mater Domini non ad Joannem nisi possessorem gratiæ demigraret, ubi Christus habebat habitaculum, 286, 33. Joannes in Christi pectore recumbebat, ut de principali secretoque sapientiæ hausset divina proderetur mysteria, 1032, 4. In Christi pectore recumbebat, ut intelligeres quod ejus caput arcano quodam sapientiæ replebatur, 710, 29. Ma-



jore quadam tuba fudit æterna mysteria, 364, 11. Mystica magis scripsit, 260, 46. Cur Christus de cruce matrem suam ei tradiderit? 285, 53. Subscribitur testamento Christi, 261, 48. Testamentum Christi signabat Joannes, dignus tanto testatore testis, 1018, 109. Promissum ei non mori æstimatum est, sed non est creditum, 1146, 49. Non miror illum præ cæteris locutum mysteria divina, cui Maria præsto erat, aula cælestium sacramentorum, 262, 50. Omnes hæreses primis Evangelii sui verbis exclusit, 454, 57. *Vid. MARIA.*

**JOB** adversus diaboli tentamenta firmatus, inoffensæ vestigium constantiæ servavit, 875, 5. Multis tentavit eum diabolus, ad postremum potestatem accepit, ut tentaret corpus ejus, 864, 4. Tentavit in patrimonio, tentavit in filiis, tentavit in corpore, 856, 13. Job iuxta secundis atque adversis rebus irreprehensibilis, 30, 113. Expouitur quomodo nihil ei vel in virtute defuit, vel in vicio obrepit, 52, 204. Fortissimus fuit, 48, 179. Et beatus, de cujus domo nunquam vacuo sinu pauper exivit, 12, 39. Quo nemo amplius Christum dilexit, diligebat etiam in ipsius sui corporis cruciatibus, 214, 61. Primus invenit quod multo post a Platone et Tullio dictum est, 13, 44.

**JOCOS** omnes ab Ecclesiasticis viris omnino declinandos, 28, 102 et seq.

**JONATHAS** pro pietate nec offensam patris, nec salutis periculum refugiebat, 138, 124.

**JONÆ** liber lectus de more, 858, 25.

**JOSEPH** prudentia, aliaque ejus virtutes pluribus verbis commendantur, 89, 82 et seq. Virtutes ejus, ac maxime verecundia, 19, 66. Illius anima ita non patuit peccato, ut magis peccatum ipsa penetraret, 952, 10. Ne turpiter nudaretur, vestem reliquit, et nudus aufugit, 1015, 12. Tanti accusatus, ut eum melius innocentia quam lingua defenderet, 300, 88. Quanta adversa pertulerit? 1140, 24. Non fecit eum servum venditio, 933, 12. Misera servitus, sed non miser ille in servitute positus, 75, 20. Quam subditus in servitute, quam in virtute constans, quam benignus in carcere, sapiens in interpretatione, in potestate moderatus, in ubertate providus, in fame justus, etc., 30, 112. Scivit humiliari, et virtutem humilitatis didicit, infirmitatem repudiavit, 759, 19; *ibid.*, 22 et seq. Venditus typus fuit Christi, 691, 123 et seq. Humiliabatur in typo Christi, 759, 22. Cum sustineret calumniam, naluit crimen falsum subire, quam verum referre, 759, 22. Utilius Pharaonem consilio providentiaque juvit, quam si contentisset; pecuniam, 87, 74. Noluit de alieno edusus videri, 89, 79. Quare jura terrarum Regi acquirendo, gratum se omnibus exhibuit? 89, 80. Perax ejus animus temporis sterilitatem quodam consiliorum et cordis ubere fecundavit, 84, 59. Neque adversis fractus est, neque elevatus secundis, 760, 25.

**JOSEPH** Mariæ suspectum habebat vitium, dum adhuc nesciret Dominicæ incarnationis sacramentum, 768, 15. Fratres Christi potuerunt fratres esse ex Josepho non ex Maria, 260, 45.

**JOSEPHUS** historiographus, 981, 2. Quid de Paradiso terrestri senserit? *ibid.*

**JOSIAS** decimo octavo anno regni sui nec diutius fidei suæ meritum pervexit, 1189, 57. Idem rex superioribus omnibus antelatus est, 1208, 38.

**JOSUE** magnus vir fidei miraculis, magnus triumphis: Moyses augustiora opera, Josue prosperiora, 94, 99.

**Jovi** dant fulmina, quæ non habuit; ut testificentur, quæ habuit, opprobria, 176, 7.

**JOVINIANS** condemnatur, 969, 14.

**JOVINUS** episcopus, 786, 1; 803, 76.

**JUBILÆUS** sacratus est numerus, 1163, 108.

**JUDAS** Machabæus gloriosiorum triumphis locum mortis invenit, 54, 209.

**JUDAS** proditor cur loculos pecuniarum commissos habet? 18, 64. Tantæ pietatis est dominus Jesus, ut et Judæ loquare veniam, si Christi expectasset misericordiam, 1039, 9. Potuisset Dei miseratione non excludi a venia, si penitentiam non apud Judæos, sed apud Christum egisset, 122, 27. Diabolus Judam quasi possessionem suam vindicabat, 1045, 93. *Vid. AVARITIA.*

**JUDÆA** intra Ecclesiam est, Lex intra gratiam, 698, 162. Duo quæ præstantiora sunt omnibus, violavit, fidem atque pietatem: sed in utroque Christum fidei et pietatis auctorem, 691, 124.

**JUDÆORUM** populus etsi frequenter ad culpam lubricus, amen quando Lex dabatur, sacrilegio errasse non proditur, 1054, 2. Commemorantur beneficia a Deo in deserto illi collata, 961, 24. Multo mirabilis est per unum hominem obtuisse liberari exercitum patrum, quam potuisse decipi, 96, 15. Prius nobis reponissio, quam Judæis Lex, 1089, 1. Qui in occulto Judæus est, ipse præstat, 1076, 22.

**Judæus** filium virginis Mariæ a Patre Deo separavit, 704, 1. Judæi civico quodam invidiæ nævo in Dei Filium cre-

dere noluerunt, et ideo abdicati sunt, 191, 20. Perierunt, dum sensuum profunda despicunt, et sequuntur nuda verborum, 505, 37. Circa divina mendaces, 952, 19. Romanis legibus teneri senegant; ita ut crimina leges putent, *ibid.*, 20. Judæorum populus lapsu mobilis, humilis, perfidia promptior, levis, immemor præceptorum, 1084, 3. Sicut parvuli, ita et Judæi sub pedagogo sunt, 1084, 5. In Judæo vix portio devotionis poterat inveniri, 780, 14. Merito Judæi accusantur in criminibus suis; quia accusatorem elegerunt, bonum judicem refutaverunt, 1082, 14. Judæus quod in nobis laudat, ipse non sequitur, 958, 10. Cernit hæreditatem, non possidet, 1084, 6. Ideo derelictus est; quia nec egit penitentiam, et gratiam refutavit, 426, 44. Ille sub maledicto, nos in benedictione, 1000, 5. Illius delicto salus gentibus: illius desidia nobis servata victoria est, 198, 47. Judæicos ritus deseramus: deseramus umbram, solem secuti, 1093, 1.

**JUDEX** qui reum juste capitis condemnat, num sacramentorum communione privandus? 892, 2 et seq. Quid hanc quæstionem difficillorem reddiderit? 894, 3. Majores nostri maluerunt indulgentiores esse circa judices, 895, 9. Qui mandata dat, decretorum semper tenere debet mensuram: et qui pensa distribuit, æquitatem debet examinis reservare, 207, 78. In judicio gratia absit, causæ merita decernant, 99, 125. In judicando non ex voluntate nostra et potestate, sed ex æquitate debemus formare sententiam, 1092, 10. Non cadit in eos intentionis vel facilitatis illa suspicio, qui omnia præsentibus partibus observant, 818, 5. Quando victus quemvis alium quam se æquorem putat? 1100, 3. Scio plerosque gentilium gloriari solitos, quod incrementum de administratione provinciali securim revexerint, 892, 3. In consistorio non reus solet esse Christus, sed judex, 864, 5. Judici Ecclesiastici in causa Indiciæ virginis præclarum exemplar, 765, 1 et seq. *Vid. EPISCOPUS.* Se magis ipse condemnat, qui in alio damnat, quod ipse committit, 896, 12.

**Judici** diem scire nobis non proderat, et cur? 589, 209 et seq. Præfulget gratia diei judicii, ut sequatur absolutio, quæ sanctorum remuneretur obsequium, 630, 170.

**JUDITHA** fortitudo aliaque ejus virtutes laudantur, 196, 37 et seq. Dum honestatem sequitur, utilitatem invenit, 128, 84. Decoro contemptu propriæ salutis solvit obsidionis periculum, et publicam honestate propria acquisivit utilitatem, 129, 88. Solo titulo sobrietatis desperatum laceris virilibus reportavit triumphum, 1029, 29. Dno ejus triumphi, 128, 82.

**JULIANA** filios ad virginitatem fovendam hortatur, 282, 17 et seq. Quo alloquio filium filiasque suas convenerit? 281, 13 et seq. Totum quod habuit, filios scilicet et filias, Deo obtulit, 291, 54. Templum Domino paravit atque obtulit, quod hodie dedicamus, 280, 10. Honoranda erat, 280, 11. Ministrum sacris ereptum altaribus amplius ingenuit, quam sibi conjugem, aut patrem filius, 280, 12. Marius ejus minister sacri altaris continuo mortuus est, 284, 21. Julianæ quæ totum Domino sobolis piæ munus dedit, remuneratio, 302, 93.

**JULIANUS** imperator salutis suæ auctorem reliquit, dum philosophiæ se dedit errori, 1215, 51. Cum responsis haruspicum male credulus esset, ademit sibi subsidia reverendi, 842, 38. Cum jussisset reparari templum Hierosolymis, divino qui faciebant repurgium, igne flagrant, 949, 12. Ejus tempore ille qui aram dederit, et turbavit sacrificium, damnatus a judice, fecit martyrium, 951, 17. Sed judex cælestem vindictam non evasit, *ibid.* Julianus laudatur quod provincialibus tributa laxaverit, 1180, 21.

**JULIANUS** Valens sacerdos torquem, ut asseritur, et brachiale Gothica profanatus impietate, more indutus gentilius, ausus est in conspectu exercitus prodire Romani, 809, 9. Cum esset proximus, sacerdotale concilium Aquileiense declinavit, *ibid.* Quantum sacerdotale nomen infamet in Italia, *ibid.*, 10.

**JURAMENTO** Herodis tolerabilius fuisset perjurium, 127, 77. Jurare quid est, nisi ejus, quem testaris fidei tuæ præselem, divinam potentiam conlitteri, 826, 9. Noli jurare, ne incipias pejorare, 297, 74.

**Jus** commune natura generavit, usurpatio jus fecit privatam, 35, 152.

**JUSTÆ** et Gratiæ de morte Valentiniiani fratris quantus luctus! 1181, 36 et seq. Funebris ejus orationi interfuerunt, *ibid.* Eas consolatur Ambrosius, *ibid.*, 58, 40 et seq. Duorum mensium curricula in fraterni funeris quotidiano clausurunt amplexu, 1187, 49.

**JUSTITIÆ** multiplex est species, 1129, 57. Philosophi dicunt primam esse justitiæ formam, ut nemini jus nocent, nisi læcessit: quod Evangelii auctoritate vacuatur, 35, 151. Justitia sibi parcior, fors tota est; et quidquid habet, quadam inlecelestia sul, dum rapitur amore communi, transfundit in proximos, 1129, 57. Ad societatem generis

humani, et ad communitatem refertur, 35, 150. Solum cuique tribuit, alienum non vindicat, utilitatem propriam negligit, ut communem aequitatem custodiat, 31, 115. Magnus splendor ejus, quæ aliis potius nata est, quam sibi, 56, 136. Aliis potius nata, quam sibi, non tam suas utilitates, quam publica emolumenta rimatur, 241, 114.

Justitia pietas est prima in Deum, secunda in patriam, tertia in parentes, item in omnes, 34, 127. Deo justitia solvitur, quæ est mentis sobrietas, 782, 19. Justitia sine prudentia esse non potest, 34, 126; 80, 43. Justitia excelior virtus, liberalitas gravior, 55, 150. Egregie viros alicui præsertim muneris commendat justitia, iniquitas destituit atque impugnat, 92, 93. Hæc est summa justitiæ, vendere quæ habens, et conferre pauperibus, 1150, 60. Potentia cupiditas formam justitiæ virilem effeminat, 36, 158. *Vid. AVARITIA.*

Justus communia pro suis habet, sua pro communibus, 32, 118. Nihil spectat, nisi quod constans et honestum est, 109, 7. Ipse sibi lex est, non habens necesse longius sibi accessire formam virtutis, quam corde inclusam gerit, 954, 18. Ipse sibi gratia est, 14, 46. Numquam solus est, qui cum Deo semper est, 109, 7. Possidet mandata Dei, oracula ejus, præcepta ejus: in his dives est, in his nascitur, in his delectatur, quasi in omnibus divitis, 899, 6. Hæc sunt arma justit, ut cedere vincat, 7, 20. Non prodigionem criminis metuit, sed contagionem, 231, 7. Semper fenestrat, iniquus indiget, 912, 6. Cur justo et prudenti viro salutem nostram et existimationem facile committamus? 80, 45. Justus est posse committere bonorum judicio, quam criminantis insolentia, contentum esse gravitate morum suorum, 6, 18.

Justus episcopus Lugdunensis, alius legatus Gallorum, 786, 1; 790, 13; 803, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 801, 56.

JUTHUNCI depopulabantur Rhetias, 890, 8. *Vid. HUNOS.*

JUVENES fastidiosi præsentium, quasi ingrati mutationem vivendi requirunt, 1046, 98. Plurimi sunt, qui se a peccatis et lubrico juventutis in senectute revocare potuerunt: rarus autem qui in juventute grave jugum seræ sobrietate portaverit, 1177, 10. Juvenilem levitatem obnoxiam esse cupiditatibus mundi, 243, 116. Magnum est abstinere a vitis juventutis, vel ea in ipso juventutis vestibulo derelinquere, atque ad seriorem converti, 1178, 15. Potest et juvenis senescere moribus, et senectus virere operibus, 1046, 98.

## L

LABARUM Christi nomine sacramentum vexillum, 949, 9. Committatur, *ibid.*

LABORIS mutatio induciæ sunt quietis, 178, 16. Deus ultra meritum laboris remunerationem suis dare consuevit, 289, 44.

LACRYMÆ pietatis indices, non illices sunt doloris, 1116, 10. Non solus dolor lacrymas habet, habet et lætitia lacrymas suas, et pietas fletum excitat, et oratio stratum rigat, *ibid.* Est pius affectibus quædam etiam flendi voluptas, et plerumque gravis lacrymis evaporat dolor, 1185, 41. Pascunt frequenter et lacrymæ, et mentem allevant: fletus refrigerant pectus, et moestum solantur affectum, 1183, 58. Delicta corporis poenitentia lacrymis abluamus, 179, 21. In eis sunt charitatis stipendia, officia pietatis, 195, 56. Non dubium vestris lacrymis apostolorum patrocinium comparari, 1121, 29. Lacrymæ redemptricæ, dum impenduntur mortuis, viventibus profuturæ, 195, 56. Lacrymæ munimenta sunt sacerdotis, 861, 2. *Vid. FLETUS.*

LÆTI cum Marcello dissidium. *Vid. AMBROSIO.*

LAPSI veniam concedendam, 396, 24 et seq. Id compensatione pulchre probatur, 397, 25. Jesus in lapsis amplius gloriatur, dum recipit revertentes, 397, 26.

LARGITATIS duo genera, unum liberalitatis, aliud prodigæ effusionis, 96, 109. Consideranda in largiendo ætas, atque debilitas, nonnumquam etiam verecundia, 42, 158. Non probatur largitas, si quod alteri largitur, alteri quis extorqueat, 30, 145. Neminem debet pudere, si ex divite pauper fiat, dum largitur pauperi, 40, 151. Qui ad factantiam solam decorem largitatis affectant, præsentis seculi mercedem requirunt, non reconduunt futuri, 454, 84. *Vid. LIBERALITAS.*

LASCIVIA plerumque latet sub tristi amictu mentis, 1138, 12. *Vid. ERGO, LUXURIA.*

LATRONEM armatum si Christianus incidat, ferentem referre non potest, 114, 27.

LAUDATIO hominis non in exordio sed in fine est, 254, 21. In laudationibus solet patria prædicari et parentes; ut commemoratione auctoris, dignitas successionis exaggeretur, 151, 20. Nemo est laudabilior quam qui ab omnibus laudari potest, 147, 6.

LAURENTIUS pauperes thesauros esse Ecclesiæ demonstravit, 104, 140. Ei commissa Domini sanguinis consecratio, 55, 214. Quibus verbis Xistum episcopum, qui ducebatur

ad martyrium, appellare cœperit? 51, 211. Impositus super craticulam dixit: Assum est, versa, et manduca, 76, 216. Quod Calanus gymnosophista in forum verbis gloriosus est, Laurentius factis probavit; ut virus exureretur, a flammis superstes diceret: Versa, et manduca, 939, 5. *Vid. SATYRUS.*

LAURENTIUM filium Julianæ parentis votis Laurentio martyri nuncupatis impetrarunt, 281, 15. Eundem vota parentum formarunt, 291, 52. Dei templo et obsequio priusquam nasceretur, ab eis sacratis et promissus, 291, 52. Juliana invenit in Ecclesia Laurentium filium sacrarum lectionum oracula personantem, 292, 55.

LAVACRA. Mos vetus in urbe Roma et in plerisque civitatibus fuit, ut filii puberes cum parentibus, vel generi cum soceris non lavarent, 22, 79.

LAZARUS pauper portavit jugum a juventute sua, ideo singulariter in sinu Abraham requiescit, 1215, 53.

In LAZARI resurrectione explicatur peccatorum resurrectio, 423, 54 et seq. Quod de Lazaro legitur, in unquam debemus converso peccatore credere, 450, 63. Resurrectio corporum probatur exemplo resurrectionis Lazari, cujus circumstantiæ expenduntur, 1134, 77 et seq.

LECTIONES in Ecclesia, 1150, 61. Lectiones naturalis heri in Ecclesia, 857, 20. Lectiones in Basilica nova leguntur, 845, 15. Lector efflagitur, *ibid.* Sacrarum legi scripturæ series Scripturarum, 875, 3. Fortuita lectione, *ibid.*, 4. Ad liber in Ecclesia solemniter manere decursus et tempore, 855, 14. Nabuthe historia lecta in Ecclesia, 868, 17. *Vid. JONAS, LAURENTIUS.*

Qui legit multa ex Scripturis, et intelligit, impletur: qui fuerit impletus, alios rigat, 755, 4.

LECTOR parvulus, 1150, 61.

LEONTIUS et RENATUS duo iniquitatis viri, accusatione Indiciæ virginis, 770, 19. Ab Ambrosio episcopi patris condemnati, 771, 21. *Vid. INDICIA.*

LEOPARDUS compresbyter noster, 969, 15.

LEVITA appellatur ipse meus, vel ipse pro me, 65, 55. Moyses Levitis non divisit terram, quorum non erat terrenus, sed superior incolatus: sed iis sine labore terreni sarii stipendia ministerii deputavit, 287, 37. Levite jubentur de medio Israel; quia nihil habent commune cum populo; cujus primogenita sæcularia destruantur, 920, 5. Sicut primogeniti Ecclesiæ sancti, sic et Levite, quoniam ipsi quoque primogeniti; non enim nascendi ordine sancti sunt, sed sanctificationis munere, 920, 3. Est ille Levita verus ultor et vindex, qui carnem interimat, ut servet spiritum, 1056, 8.

Levitarum officium non mediocre est, 67, 259. Quodam illud sit, *ibid.*, 260 et seq. Quantum oporteat eos terrenis non teneri cupiditatibus, 65, 255. Cur eligatur levita, qui sacrarium custodiat? 69, 265. Levitæ et sacerdotes alieni esse debent ab omni conjugali coitu, 66, 258. Christi possessio levita est, qui nihil sibi de terrenis vindicat, 58, 41. Sors Christi ejus levitica est, sors ejus virginitas est, sors ejus viduitas est, 287, 33.

Lex naturæ præsumpta est moribus, non conditionibus, 934, 17. Non scribitur, sed innascitur: nec aliqua præter lectionem, sed profuso quodam naturæ fonte in sensibus exprimitur, et humanis ingeniis hauritur, 1078, 3. Quædam inventes non esse interdicta lege per Moysen edita, et tamen interdicta sunt quadam voce naturæ? 1019, 3. *Vid. LIBEX.*

Lex Moysis in locum naturalis legis intravit, 1079, 14. Fractæ sunt primæ tabulæ Legis; ut repararentur secundæ, quibus per Evangelii prædicationem peribia communita evanuit, 1055, 5. Cum Legem Deus Moysi dedit, quid causæ est, ut plerique in Lege sint, quæ per Evangelium jam vacuata videntur? 1080, 1 et seq. Quomodo unus utriusque conditor Testamenti, cum id quod libere in Lege, per Evangelium cœperit non licere? *ibid.* Cur et Moysis ferri debuissent? 1078, 5 et seq. Cur Lex lata sit, si operaretur iracundiam, et prævaricationem introduceret? 1077, 1 et seq. Non superflua Lex, quæ tanquam prodigæ prosequitur infirmiores, 1091, 9. Quomodo Lex prodigæ noster fuerit in Christo, 1080, 1 et seq. Sequetur divinarum lectionum quædam velut arborum folia, non fructus, qui vivebant in umbra Legis, 896, 13. In Lege portio, in Evangelio perfectio est, 1082, 5. *Vid. EVANGELIUM.*

Lex Dei nos docuit quid sequamur, humane leges hoc docere non possunt: extorqueere solent timidis commutationem, fidem inspirare non possunt, 861, 10. Veræ legis character in nostris moribus exprimitur, qui in Dei amulamus imagine, 1163, 109.

Legi non præjudicat, quod alicui relaxatur, 1019, 9. Qui leviora astringit, graviora non solvit, sed alligat, 1019, 1.

LIBEX non erubescit, 145, 1. Male sibi habet liber qui sine assertore non defenditur, 990, 3. Unumquemque lib-



hinc sua scripta, et anrem præterant, atque ut filii etiam deformes delectant, sic etiam scriptorem Indecores sermones sui palpant, 990, 2. *Vid. SCRIPTA.*

**LIBERI** in orgiis religionis mysterium est incentivum libidinum, 130, 16.

**LIBER** est, qui ea facit, quæ vult, 934, 19. Ille magis liber, qui intra se liber est, qui legitimus naturæ liber est, legem sciens naturæ præscriptam esse moribus non conditionibus, 934, 17. Liberum innocentia facit, culpa vernaculum, 1163, 108. Ubi libertas, ibi potestas faciendi quod vult, 935, 19. Non magnificentiam, sed virtutem libertatem esse arbitror; quia non suffragiis defertur alienis, sed magnanimitate propria vindicatur ac possidetur, 934, 18.

**LIBERALITATIS** plurima genera, et quæ sint? 86, 79 et seq. Una usu pecuniæ adjuvat, altera multo splendidior operum collatione impenditur, 87, 73 et seq. Debet esse liberalitatis modus, ne fiat inutilis, 88, 76 et seq. Cur? 89, 78. Pulchra liberalitas erga ipsos pauperes mensuram tenere, ut abundes pluribus, 90, 110. Probanda liberalitas est, ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas, 40, 130. Non tamen ut illi ditiores fieri velint, *ibid.* Liberalitas neque superflua sit circa importunos, neque restricta circa egentes, 86, 68. Præcipua liberalitas redimere captivos, et maxime ab hoste barbaro, 87, 71.

Quando sit perfecta liberalitas, 39, 147 et seq. Liberalitas non cumulo patrimonii, sed largitatis definitur affectu, 193, 27. Nemo plus tribuit, quam qui nihil sibi relinquit, *ibid.* Ubi oritur est nummus et parvo, quam thesaurus e maximo, *ibid.* Cur Deus duo æra viduus divitum muneribus prætulit? 40, 149. Qui prior contulit, tempore superior est, humanitate prior, 42, 160. Neque ego abnuo liberalitatis in pauperes factis posse minui peccatum, sed si fidus commendat expensas, 434, 83. De suo iure virum bonum aliquid relaxare, non solum liberalitatis, sed plerumque etiam commoditatis est, 93, 106. Non est perfecta liberalitas, si jactantia causa magis quam misericordiam largiatis, 39, 147. *Vid. BENEFICENTIA, LARGITAS.*

**LIBERUM** sermo ad Ambrosii sororem, 173, 1 et seq. Virginum institutionem et officia exponit, *ibid.*

**LIBERTAS** secundum naturam antiquior, quam servitus, 1089, 2. Nec servitus derogat, nec libertas adjuvat, 278, 3. Ad Christum servitus et libertas æqua lance penduntur, 278, 3. Docuit Apostolus quod ultra libertatem sit, ut servire libertas sit, 936, 23.

Libertas vera hominis spiritualis, 936, 27. Quam miserum ut qui nascimur in libertate, moriamur in servitute! 938, 32.

**LIBRO** velut festuca est, cito accenditur, prope consummatum, 896, 13. Pascitur convivis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate inflammatur, 410, 76. Propter libidinem legitimus commissa bella atrocia, 814, 6.

**LIBRAM** autumnii frumenta paverunt, 838, 21.

**LILIA** Christi qui sint? 269, 93.

**LIMENTI** episcopus Vercellensis, 786, 1; 805, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 801, 59.

**LINGUA** tua menti sit subdita, 5, 13. Non solum aliena lingua, sed etiam nostra flagellamur, 300, 86. *Vid. LOQUI.*

Liris dispendio carere non est mediocre lucrum, 95, 106.

**Λῆρος** divisor est animarum atque virtutum: λῆρος verbum Dei validum et acutum, 1083, 7.

**Loquendi** modus primum officium est, 40, 38. Quomodo loquendum, 5, 14. Qui voluit discere cautionem loquendi, quod naturæ est, non negent; quod custodiæ est, exercent, 10, 33. Sapiens ut loquatur, prius considerat quid dicat, aut cui, quo in loco et tempore, 11, 33. Nullum ex ore verbum, quod revocare velis, proferas, 176, 11. Alliga sermonem tuum, ne luxuriet, ne læsciat, et multiloquio peccata sibi colligat, 5, 12. Si quis adversarium sentit præsentem, tum magis custodiam adhibere debet ori suo, 6, 16. Initium erroris humani sermo est hominis, 5, 6. Laqueus adversarii sermo noster est, 6, 15. Sæpe unusquisque sermonibus suis non explicatur, sed involvitur, 737, 13. Quamplures vidi loquendo peccatum incidisse, vix quemquam tacendo, 3, 5. Ingredditur mors per ostium uum, si falsum loquaris, si turpiter, si prociaciter, si ubi non oportet, loquaris, 235, 81. Rarum est tacere quemquam, cum sibi loqui non prosit, 41, 33. Sermonem dominum mens non dubia obumbrat, et defendit a lapsu, 991, 1. *Vid. SERMO, SILENTIUM, VERBUM.*

**LOTH** uxor naturam suam, quia impudicos licet castis oculis respexit, amisit, 169, 29.

**LUCAS** librum Actuum apostolorum historico stylo scripsit, 1028, 21.

**LUCIUS** Arimus monachorum et virginum impia cæde crassatus, 812, 1.

**LUCIFER** se a nostra communione diviserat, quam-

quam pro fide exsulasset, et fidei suæ reliquisset hæredes, 1127, 47.

**LUDIBRI** esse probro ducitur, 851, 31.

**LUNA** prophetice oraculis species Ecclesiæ figuratur, 839, 24. *Vid. Dies, Mensis.*

**LUXURIA** mater libidinis est, 1029, 26. Quam acerbus est fructus luxuriæ, 317, 46. In Ægyptiis confidit, qui luxuriis deditus est, mancipatus lascivie, 1010, 16. *Vid. ERUGO, LIBIDO.*

**Luxuriosorum** est hypogæa quærere, captantium frigus æstivum, 910, 4. Luxuriosi adjiciunt domum ad domum, villam ad villam, et effodiunt terram; ut elementum eorum cedat habitaculis, et quasi terræ filii intra ejus recondantur uterum, 911, 4. Opus virtutum detestatur luxuriosus, helluo refugit, 898, 2. Luxuriosus non dicit: Portio mea Dominus, 1043, 94. Ubi cæperit quis luxuriari, incipit deviare a fide vera; ita duo committit maxima crimina, opprobria carnis, et mentis sacrilegia, 1016, 16.

**Lyciorum** præcepta, 1137, 7.

## M

**MACEDONIUS** episcopus, 786, 1; 805, 76.

**MACEDONIUS** episcopus, 819.

**MACHABEI** septem puori non minores de superbo rege revexerunt triumphos, quam parentes proprii, 54, 211. *Vid. MONACHI.*

**MAGI** aurum, thus et myrrham supplices ad Christi cunabula detulerunt, auro regem fateantur, ut Deum thure venerant. Thesaurus domus regni, sacrificium Dei, myrrha est sepulturæ, 449, 31. Magi auro regis potentiam declarantes, Deum thure venerantes, myrrha resurrectionem corporis confitentis, 194, 30.

**MAGISTRI** nobilitas est primus discendi ardor, 164, 7. Pædagogus timetur, magister viam salutis ostendit, 1084, 3.

**MAGNETI** lapidi si plures per ordinem ferreos annulos admoveas, priores nexu vehementiore constringit, posteriores remissiore, 935, 14.

**MAJOR** vulgo dici solet, qui aliquem instituit et informat, 482, 63. Majorum num servandi ritus? 839, 23 et seq.

Ea quæ sunt me majora, melioribus tribuenda, non exigent, 353, 11.

**MALA** interdum declinanda, 50, 186.

**MALÉDICTIO** hominum ambienda, quæ acquirit Dominicam benedictionem, 1017, 105.

**MALVOLENTIA** grande innocentia præcipitum est, 757, 13.

**MALIGNITAS** plus nocet, quam malitia, et cur? 1033, 45. Malignum esse ab injusto nihil distat, 1042, 83.

**MANDATI** duplex forma est, una præceptiva, altera voluntaria, 205, 73. Dei vox est quod malit ut fiat mandatum ejus, quam deferatur sacrificium: clamat istud Deus, ad populum Moyses annuntiat, ad populum Paulus prædicat, 1000, 13. Oportet eum mandata custodire dominica, qui peccare desinat, delictis renuntiet, 405, 56. Est discretio inter eos qui perpetuam detulerint obedientiam mandatis cælestibus, et eos qui aliquando vel errore vel necessitate lapsi sunt, 405, 58. *Vid. CONSILIUM, PRÆCEPTUM.*

**MANICHÆUS** Filium Dei in carne venisse non credit, 535, 182. Nec sacramentum incarnationis, 478, 44. Non putavit veritatem carnis humanæ a Christo susceptæ, 703, 8. Manichæus est, qui carnem Christi negat, 969, 13. *Vid. CIRCUMCISIO.*

Manichæi duo inducunt principia, 504, 42. Unde Manichæorum sacrilegia manarunt, qui miscuit atque adjungunt sacrilegium turpitudinis, 996, 14. Manichæos ob dominicæ diæ Jejunia jure damnamus, 883, 11. Manichæus dicit diabolo, Pater meus est tu, 31, 117. Quomodo Manichæus excludatur? 560, 104. Primis Joannis verbis confutatus, 435, 57. In ultimo Christi judicio quomodo refellatur? 492, 119. Manichæorum impietatem clementissimus execratus est imperator, 969, 13.

**MANNA** cur Dominus pluerit populo patrum, et nunc non pluat? 1049, 1 et seq. Cur minutum sit? 1049, 3. Cur subtile fuerit, et ad diem colligeretur? 1050, 5 et seq. Manna corporeum hodie plerisque in locis invenitur, 1049, 1.

Manna spiritale quid sit? 1049, 2. Sermo et Verbum Dei est, 784, 6. Panis est de cælo, corpus ex Virgine, 1049, 1. *Vid. EUCHARISTIA.*

**MANSUETUDINEM** et severitatem qui tenet, beatus; ut altera disciplina servetur, altera innocentia non opprimatur, 1083, 10. Qui carus est, non habet duritiam, sed mansuetudinem, 413, 93. *Vid. AFFABILITAS.*

**MANUS** impositio, 873, 2. Exagitari eos videmus, quibus manus imponitur, 880, 22.

**MARCELLINÆ** sororis Ambrosii virtutes, 178, 15 et seq. Ambrosii soror Salvatoris natali ad apostolum Petrum,

stantibus puellis Dei compluribus, virginitatis professionem vestis inutatione signavit, 175, 1. De fratre sollicita, 956, 1. Frequenter scribit ad Ambrosium ob eandem causam, 853, 1 et seq. Illius pro Indicia virgine testimonium, 771, 21. De morte Satyri fratris sui quantus ejusdem dolor, 1123, 35; 1154, 76 et seq. *Vid.* AMBROSIIUS, LIBERIUS, SATYRUS.

MARCELLUS episcopus, 786, 1; 803, 76.

MARCELLUS episcopus Ecclesiam institutus suis rigavit, 1101, 10. *Vid.* AMBROSIIUS.

MARCION Christi corpus phantasma judicavit, 478, 44. *Vid.* CIRCUMCISIO, EUNOMIUS.

MARCIONISTA alium putat Deum novi, alium veteris Testamenti, 704, 8. Christus Filius David est contra Marcionem, 569, 103. Sabelliani et Marcionistæ dicunt quod hæc futura sit Christi ad Deum Patrem subjectione, ut in Patrem Filius refundatur: sed id rejicitur, 579, 162.

MARCUS Petavioneusis admirabilis memoriæ sacerdos, 809, 10.

MARE est Scriptura divina, habens in se sensus profundos, et altitudinem prophetico-rum ænigmatum, 735, 3. Altum mare Scriptura nescit, 243, 121.

MARIÆ etymologia, 257, 33 et seq. Pulchra in figura Ecclesie de Mariâ prophetata sunt, 268, 89. Mariæ virginis virtutes graphice describuntur, 164, 7 et seq. Virginitas in exemplum proponitur, *ibid.* Quid nobilior Dei matre? quid splendidior ea, quam splendor elegerit? quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generavit? *ibid.* Cui majus quam matri Domini meritum reponeret, præmium reservaret? 260, 45. Talis fuit, ut ejus unius vita omnium sit disciplina, 166, 15. Humilior facta est, ubi se a Deo cognovit electam, 165, 12. Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, 164, 7. Mariæ virginitas quasi olla ferebatur, et quasi nubes pluit in terras gratiam Christi, 267, 81. Maluit Dominus aliquos de sua generatione, quam de matris pudore dubitare, 259, 45. Mariæ signum sacræ virginitatis extulit, et intemeratæ integritatis pium Christo vexillum erexit, 257, 35. Tanta erat ejus gratia, ut non solum in se virginitatis gratiam reservaret, sed etiam his quos viseret, integritatis insignie conferret, 261, 50.

In Mariâ secretum verecundie, vexillum fidei, devotionis obsequium, virgo intra domum, comes ad ministerium, mater ad templum, 166, 15. Quanta ejus verecundia! 20, 69. Tum sibi minus sola videbatur, cum sola esset, 163, 10. Sola erat, et loquebatur cum angelo. Sola erat et operata est mundi salutem, et concepit redemptionem universorum, 992, 2. Nusquam alibi, nisi in cubiculo reperitur, cum quaeritur, 296, 71. *Vid.* ELISABETH.

Mariâ sine imminutione virginitatis edidit Christum, 1210, 45. Christus cum ex Mariæ nasceretur utero, genitalis tamen septum pudoris, et intemeratæ virginitatis conservavit signacula, 1030, 33. Partus Virginis non naturam mutavit, sed generandi usum novavit, 725, 104. Numquam ante Mariam, numquam postea virgo genuerit, 259, 39. Minus erat hominem resurrexisse, quam virginem parturisse, *ibid.* Mariâ porta fuit clausa, quia virgo, per quam sine dispendio virginitatis Christus exivit, 262, 52 et seq. Ante et post transitum Domini semper fuit clausa, 263, 55. Est porta orientalis, per quam solus Christus transit, et post partum clausa permansit, 967, 6. Verbum quasi rex est, sedens in aula regali utriusque virginitalis, 266, 79. Fuerunt qui Mariam negarent virginem perseverasse, et quibus argumentis, 257, 35. Ipsi respondetur, 258, 36 et seq. Virginem perseverasse probatur, 260, 44 et seq. Refutatur qui dicunt Virginem concepsisse, sed non virginem generasse, 967, 4 et seq. Quando Mariâ Christum coronaverit, 270, 98. Mariâ erat templum Dei, non Deus templi, 681, 80. *Vid.* CHRISTUS.

Mariam stantem juxta crucem Filii lego, fientem non lego, 1185, 39. Ante crucem filii stabat; nullus hoc me docuit, nisi sanctus Joannes Evangelista, 1048, 109. Mariæ stantis ante crucem mens quam intrepida! 261, 49. Joannes plaris putabat, quod Christus victor suppliciorum pietatis officia matri exhibebat, quam quod regnum cœlestis donabat, 1048, 109. Testatur de cruce Domini Jesus de Mariæ virginitate, et publicam paulisper differt salutem, ne matrem in honorem reliquat, 261, 48. Mariâ non minor, quam matrem Christi decebat, 1048, 110. Etiam sua morte putabat se aliquid publico addituram muneri, *ibid.* Cum Christus de cruce matrem Joanni commendabat, non utique faciebat divortium, non Mariâ relinquebat virum, 261, 48.

Mariâ est nubes levis, 283, 31. Est virga germinans florem, et cur? 283, 31. In Virginis utero simul acervus tritici, et lilii floris gratia germinabat, 269, 91. *Vid.* JOANNES.

MARIÆ sororis Moysi admurmuratio ad typum Synagogæ refertur, quæ Æthiopiis; id est, Ecclesie ex gentibus

sacramentum ignorans, quotidiano innummura cœcivis, et invidet ei plebi, cujus fide etiam ipsa exuetur a perditione suæ lepra, 1035, 57.

MARIA soror Lazari Simoni qui prandium Domino dabit, merito prælata est, 431, 68. Omnibus qui volunt veram promereri, magisterium præstitit, *ibid.* Adoravit Christum Mariâ, et ideo prænuntia resurrectionis ad apostolos destinavit, solvens hæreditarium nexum, et femine generis immane delictum, 680, 74.

MARTIANUS Jovini iusta condemnatur, 969, 14.

MARTYRES non baptizati suo abluuntur sanguine, 1188, 52. Qui martyrii desiderat gloriam, non temere se periculis offerat, 50, 186. Non tamen propter ignaviam cedendum, *ibid.*, 187. Quid sententium de virginibus, quæ se præcipitavere ex alto, vel in fluvium demerserunt, ne persecutorum incidenter manus? 182, 32. Plurimos martyres de novo reformasse post lapsum, 403, 49 et seq. Christus super altare, qui pro omnibus passus est: corpora martyrum sub altari, qui illius redempti sunt passione, 877, 15. Christi nostri principis triumphi sunt martyrum palæstræ, 277, 1. Martyr Christi thesaurus est Ecclesie, 242, 119. Morte martyrum religio defensa, cumulatâ fides, Ecclesie roborata est, vicentur mortui, victi persecutores sunt, 1145, 45. Ipsa mors martyrum præmium est, *ibid.* Per martyres cumulatâ non minuta religio est, 1074, 14. Adversarius et legiones suæ quotidiana martyrum virtute torquentur, 1201, 10. Qui per charitatem omnia sustinet, non potest timere martyrium, 1094, 10. Non ideo laudabilis virginitas, quia et in martyribus reperitur, sed quia ipsi martyres faciunt, 149, 10. *Vid.* DEUS, PERSECUTIO.

MATERIAM rerum omnium, quam Græci hylen dicunt, quasi sylvam materialem, ingenitam esse memorant, 724, 94.

MATRES quomodo in filiorum dilectione beatam Virginem imitari debeant? 1048, 111. Nesciunt materna viscera patientiam, 561, 57.

MATRIMONIUM. Conjunctio nuptialis non quasi culpa vitandâ, sed quasi necessitate sarcina declinandâ, 208, 81. Jam dudum Ecclesia damnavit eos, qui audeant solvere copulam conjugalem, 221, 34. Bona matrimonii via plana et directa longiore circuitu ad castra sanctorum pervenit, 1052, 40. *Vid.* CONJUGIUM.

IN MAURITANIA omnes familie in vinculis, 161, 59. *Vid.* VIRGINES.

MAXIMIANUS Diocletiani socius humatus in porphyreolo labro, 1005, 4.

MAXIMUS episcopus Emonensis, 786, 1; 803, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 802, 59. Maximi episcopi subscriptio, 969, 14.

MAXIMUS episcopus Alexandrinæ Ecclesie communionem manere secum, lectis Petri sanctæ memoriæ viri literis, episcopis Italianis concilii prodidit, 815, 3. Vim sibi ut episcopus fieret a plerisque etiam de populo et clero testatus est illatum, *ibid.* Eum lidem Patres in communionem receperunt, 816, 5. Patres concilii Italiani ab Theodosio petunt, ut super Maximi et Nectarii ordinatione sit in urbe Roma eorum orientaliunq; concilium, 817, 6 et seq.

MAXIMUS fecit incurvari Rhetias, 890, 8. Ejus frater honoratus dimittitur a Valentiano, qui in eo necem fratris sui Gratiani ulcisci poterat, 890, 9. Minutabatur imperio Romano Barbarorum auxilia, et turmas translimitanas, quibus commeatibus provincialium tributa solvebant, 890, 5. Ambrosium ad se legatum quomodo susceperit, et quomodo eo sermones habuerit? 888, 3 et seq. Victoriam direxit ad Valentianum, ut pacem rogaret, 889, 6. Ambrosii legationis objectu queritur se ad Italiam non potuisse transire, 838, 25. Maximus tyrannus a Francis, a Saxonum gente, in Sicilia, Sicilie, Petavione, ubique denique terrarum victus est, 953, 25. Ante ipsos expeditionis dies, cum audisset Romæ synagogam incensam, edictum Romam miserat, quasi vindicæ disciplinæ publicæ, *ibid.* *Vid.* AMBROSIIUS, EGERMIUS.

MAXIMUS accusator Indiciæ virginis, 769, 17 et seq. Cui Indiciæ tam infensus? 796, 4. Quam adversus eum sententiam tulerit Ambrosius? *ibid.* et 771, 24.

MEDICUS bonus novit quæ esca cui apta infirmitati, et cui temporis ad profectum valetudinis, 929, 4. Quemadmodum se tibi curandum præbeat, quem fastidium habeas, qui contemptui se non compassioni medico putet futurum? 369, 2. Omnibus locis, omnibusque temporibus non est præmittenda medicina, 224, 42.

MEDIOLANENSIS populus virbatus, et observans Ambrosium, ne ab urbe pelleretur, 863, 1. *Vid.* AMBROSIIUS.

MELCHISEDECH interpretatio latina dicitur rex justitiae, rex pacis, 357, 43; 367, 10. Non angelum secundum Judaicâ ludibria, sed virum sanctum ac sacerdotem intelligit Ecclesia, et typum Christi, 813, 88.

**MELIUS** atque Paulini dissidium quo pacto sedatum, 814, 2. *Vid. ANTICHERA.*

**MELIOREM** nemo discutit, 459, 78.

**MEMBRA** nostra arma justitiæ sunt, et arma peccati: idque exemplis ostenditur, 840, 43 et seq.

**MEMORIALES**, 854, 7.

**MENDACIUM** in verbo turpe est, nedum in habitu, 1061, 4. O beatum mendacium, quo acquiritur sibi aliorum absolutio sui gratia, 948, 8.

**MENS** bona possessio bona, 5, 11. Habet habenas suas mentis sobrietas, 5, 12. Habitus mentis in corporis statu cernitur, 20, 71. Plus est mente connecti, quam corpore copulari, 841, 23. Accendamus in nobis ignem mentis, ut operetur in nobis, 784, 6.

**MENSEM** peritissimum secundum Legem lunari cursu computant, 886, 18. *Μηνος* lunam vocant Græci, unde *μηνος* Græce dicunt menses, 886, 18. Primus mensis apud Ægyptios dicitur pharmuthi, et incipit sexto kalendas Aprilis, et finitur septimo kalendas Maii, 884, 15. Mensis primus secundum Ægyptiorum proventus et secundum Legem, octavus est secundum consuetudinem nostram, 885, 16. Nonas Maii adhuc ad mensem primum novorum computari posse, 886, 18. *Vid. ÆGYPTUS.*

**MENSURAM** serva, ut secundum mensuram recipias, 1205, 25. In rebus etiam vilibus execrabilis est stateræ fallacia, et fraudulenta mensura, 123, 63.

**MERCATORES.** Condemnationes in corpus omne mercatorum, 833, 6. Mercatorum multa, 856, 16. Jubet imperator negotiatoribus, quod exacti de condemnatione fuerant, redderetur, 859, 26.

**MERCEDIS** præmium melius, quam dispensationis obsequium, 1091, 7.

**MERCENARIUM** omnes sumus, omnes operarii, 757, 12. Nemo fraudet mercenarium mercede debita, quia et nos mercenarii sumus Dei nostri, 843, 3.

**MERETRIX** est omnis anima, quæ spem suam vendit, quæ deformes quæstus, et degeuerum stipem quærit, 757, 12.

**MERITIS** solet Deus deferre non petitionibus, 565, 85. Ut cælum stellarum fulget splendidiorebus, ita et homines meritorum luminibus mirant, 972, 9. Illud firmamentum est elementorum, hoc virtutum, *ibid. Vid. MORS.*

**MERRA** fons quid significaverit? 237, 34.

**MESOPOTAMIA** regio est in partibus orientis, quæ Euphrate et Tigri fluminibus circumvenitur, 812, 2. Mesopotamiam nomine signatur figura Ecclesiæ, 843, 2.

**METUS** in peccato est, 935, 19.

**MICHÆAS** significat quis a Deo, vel quis iste, 1065, 3.

**MICHAEL** quæ saltationem Davidis reprehendit, sterilitatis lamina, non dedit sobolem regiam, ne superbos crearet, 1014, 7.

**MILES** a susceptionibus litium, actu negotiorum forenarium, venditione mercium prohibetur humanis legibus, 49, 184. Milites nomine imperatoris signantur, 1189, 58. Fides militum imperatoris perfecta est ætas, 1199, 6.

Ad **MILITIAM** feruntur plerique, quorum militaverunt parentes, 58, 226. Si de re militari est consulendum, debet exercitati in præliis viri expectari sententia, 825, 7.

**MINORES.** In nullo gravius Judæi Dominum læsisse proluntur, quam quod viduæ gratiam, minorumque jura violant, 149, 13.

**MIRACULA** divinæ potestatis non omnium est mereri, sed eorum quibus religiosæ devotionis studia suffragantur, 91, 20. Miracula a SS. Gervasio et Protasio perpetrata ab Arianis negari non possunt, 879, 19. Homines qui susceperunt mortuos, non in sua virtute id fecerunt, sed in Christi nomine, 502, 29.

**MISERATIO.** Dominus quod est miserationis, exaggerat: quod ultionis, extenuat, 395, 16 et seq.

Ad **MISERICORDIAM** promptior, quam ad severitatem est spiritus Dei, 392, 9. Melius est pro misericordia lividiam perpeti, quam pretendere inclementiam, 102, 136. Misericordia ipsa justitia est, 1205, 26. Etsi omnibus debetur misericordia, tamen justo amplius, 59, 148. Per sacrificium ustus commendatur, per misericordiam peccator redimitur, 405, 54.

**Misericordia** perfectos facit: et nihil tam commendat Christianam animam, quam misericordia, 11, 38 et 59. Conolere peccantibus summa virtus est, 452, 75. Redemptio nimæ misericordia, 777, 3. Bonum est misericors homo, ut dum aliis subvenit sibi consult, et in alieno remedio ulnæ sua curat, 1202, 16. *Vid. PROXIMUS.*

**MISSEM** facere cœpi, 853, 4. Preces in canone Missæ, 71, 21 et seq.; 372, 27 et seq. Quid sacerdos dicat post rationem dominicam? 585, 24. Sororem defunctam non am deplorandam, quam orationibus prosequendam reor; nec mœstificandam lacrymis, sed magis oblationibus anti-

nam ejus Domino commendandam, 944, 4. *Vid. EUCHARISTIA.*

**MISSUS** non id significat, quod alieno sit coactus imperio, sed quod voluntario functus sit arbitratu, 489, 97. In missione divina non subjectionis injuria, sed communitas potestatis est, 668, 8. *Vid. FILIUS DEI.*

**MODERATIONIS** laus, 389, 1. Debet justitiam temperare moderatio, 389, 2.

**MODESTIA** unde dicta? 22, 78. Qualis esse debeat in incessu? 21, 73 et seq. Dives est apud Deum, 20, 70. Totius vitæ ornatum attollit, 58, 228. *Vid. VERECUNDIA.*

**MODUM** singulis rebus servare non mediocre, 58, 228.

**MOGONTIACUM** urbs intra Gallias, 889, 6.

**MONADA** non numerum, sed elementum numeri, quibus ea cura est, appellaverunt, 782, 21.

**MONASTICÆ** et clericalis vitæ egregia comparatio, 1039, 71 et seq. Monachorum Eusebii Vercellensis discipulorum exercitia, 1042, 82. Monachi psalmos canentes ex consuetudine usuque veteri pergebant ad celebritatem Machabæorum martyrum, 957, 16. *Vid. AMBROSIVS, EUSEBIUS, VERCELLENSIS.*

*Μορτης*, 559, 46.

† **MORATHI** illius, id est, hæredis, 1063, 5.

**MORS** triplex secundum Scripturas, alia spiritalis, alia naturalis, tertia pœnalis, 1143, 36 et seq. Mors non aliud quam corporis atque animæ secessio, 1143, 33. In natura non fuit, sed conversa est in naturam, 1146, 47. Æqualis est omnibus, indiscreta pauperibus, inexcepta divitibus, 1136, 6. Nemo se redimit a morte, non dives, non ipsi reges; immo ipsi gravioribus subjacent, 1187, 48. Quis exceptum se putet esse debere a conditione moriendi, qui non sit exceptus a conditione nascendi? 1114, 4. Pecuniæ pretio mors differri non potest, et pari usu divitem inopemque dies supremæ eripit, 1113, 5.

Genriles dicunt quod post mortem nullus sit sensus defunctorum, 1186, 45. Gentiles requiem malorum omnium mortem existimant, 1132, 71. Quibus rationibus gentiles viri se de morte consolentur, 1147, 50.

**Mors** Christianis non naturæ, sed vitæ istius finis est, 1132, 70. Non idem naturæ meritorumque finis, 1130, 65. Christiani multo majora quam gentiles de morte suorum habent solatia, 1132, 70 et seq.

Nihil sic animam ad omnem servitutem dejicit, quomodo formido mortis, 957, 51. Nemo moriturus exultat, 480, 53.

**Mors** malum non est, quæ libertatem restituit, excludit dolorem, 1140, 21. Non solum malum non est, sed etiam bonum est, 1144, 59. Nec formidabilis, nec amara egentibus, nec gravior divitibus, nec injusta senioribus, nec iguava fortibus, nec perpetua fidelibus, nec improvisa sapientibus, 1145, 44. Nihil est quod in morte timeamus, nihil quod debeamus dolere, 1146, 49. Quia est finis peccatorum, 1186, 45. Non est lugenda, quia communis est et cunctis debita; quia nos sæculi hujus absolvit ærumnis; quia somni specie ab istius mundi labore requietum est, et vigor nobis vivacior refunditur, 1135, 3 et seq. Mortem timere non est perfectionis, 1185, 55. Suis malis non timeat, sed vitæ miseris antefertur, 1167, 125.

Quanti mortem mereri, quanti mortem formidant præterierint, judicantes graviorem metum mortis, quam mortem, 1167, 125. Multi vitam solo mortis titulo consecraverunt, 1145, 44. Morte unius plerumque acceptimus maximus populus liberatus, morte imperatoris fugatos exercitus, *ibid.* Laudabilis mortis cum occasio datur, rapienda est illico, 107, 153. Non lugenda mors, quam Dei Filius non dedignatus est, non refugit, 1146, 46.

Non naturæ mors ista est, sed malitiæ, 1146, 48. Mors ærumnarum omnium malorumque perflugium est, et seditatio securitatis, ac portus quietis, 1140, 22. Mihi lucrum est mori, ne plura peccem, 1145, 42. Mors pro remedio data est, quasi finis malorum, 1145, 37 et seq.; 1146, 47. *Vid. EPICURUS, SOMNUS.*

**Mortis meditatio** quid est, nisi quædam corporis et animæ segregatio? 1142, 55. Paulus melius dicit: Quotidie morior, quam illi qui meditationem mortis Philosophiam esse dixerunt, 1143, 55. Sit quidam quotidianus usus in nobis, affectusque moriendi, 1144, 40.

Fuisse quidam feruntur populi, qui ortus hominum lugerent, obitusque celebrarent, 1136, 5. Mulierum in virorum suorum mortibus interperantia luctus, 1138, 12 et seq. Quid est quod ingemiscamus pro mortuis, cum jam reconciliatio mundi a quod Deum facta sit per Dominum Jesum? 945, 7. Natales dies defunctorum obliviscimur, et eum quo obierunt diem, celebri solemnitate renovamus, 1136, 5. Alii pro mortuis tertium diem et trigesimum, alii septimum, et quadragesimum observare consueverunt, 1198, 3. *Vid. DEFUNCTI, SATYRUS, THEODOSIUS.*

**MORTIFICATE** membra vestra tympani modo, 289, 47. Mortificatio. *Vid. CORPUS.*

**MORUM** varietate, unusquisque mutatur, et fit alter, 782, 22. Morum emendationem non magis ætas affert, quam disciplina, 1046, 98.

**MOYSES** nemo præsentius Deum vidit, 1037, 1. In doloribus beatus, 73, 10 et seq. Quam sapiens fuerit? 33, 123. Et in silentio loquebatur, et in otio operabatur, 106, 2. Honestum putabat, ut rogatus oraret, læsus benediceret, appetitus remitteret, 150, 95. Omnium memor, sui immemor, Deum rogans offendere non timebat, ut plebem ab offensionis periculo exueret et liberaret, 402, 42. Moysen plus pro mansuetudine dilexerunt, quam pro factis admirati sunt, 78, 31. Typhum Ægyptiacum dissipavit, et omnem altitudinem extolentem se compressit æternæ legis auctoritate, 1033, 5. Ægyptii regis comparatione Moyses Deus appellatus est, imperans regibus, subjiciens sibi potestates, 904, 8. Cur inveitatur magis Aaron fratris consilium quam suum probasse? 1037, 1 et seq. Vidit circumcisionem spiritalem, azyrna sinceritatis et veritatis, et passionem Domini, 67, 260. Non sua, sed iulusa et revelata sibi scripsit, ea præcipue quæ sunt de constitutione mundi, 976, 1. Moyses cum Petro et Joanne comparatio, 246, 132 et seq. Licet corpus Moysi non apparuerit in terris, nusquam tamen in gloria cælesti legitimus, nisi postquam Dominus resurrectionis suæ pignore vincula solvit inferni, et piorum animas elevavit, 523, 8. Virga Moysis quomodo Verbum divinum significaverit? 130, 94.

**MULIERIS** nomen non corruptelæ, sed sexus vocabulum est, 238, 36; 781, 18. Hoc valet mulieris gravitas, et pudicitia, et ejus bona conversatio, ut virum suum vocet ad fidem et devotionem, 384, 21. Solvit vincula mulieris vox pudoris, sermo gravitatis, habena cautelæ, fidel custodia, castimonie disciplina, 409, 72. Ideo velamine obaubit caput suum mulier, ut etiam in publico tuta verecundia sit, 408, 69. Ornamentorum muliebrium vanitas, 160, 53. Mulier eo ipso quæ studet placere, deformior est, 159, 51. In mulieres quæ fuo variisque coloribus et ornamentis formam suam adulterant, 153, 28 et seq. Asperiores tentationes has esse cognovimus, quæ fiunt per mulieres, 836, 17. Muliere nihil perditiosius, 847, 17. Conferuntur boua mulierum cum ultimis virginum, 133, 23 et seq.

**IN MURMURATIONE** copiosum peccatum, 176, 11. *Vid. LOCUT.* **MUNDUM** plerique ingentium esse dixerunt, 721, 94. Philosophi asserunt multos esse mundos, 529, 44. Non multi dii, sed unus Deus, qui mundum operatus est; et unus, non multi mundi, ut dicunt philosophi, 983, 15. Cur mundus sex diebus factus exprimitur, 976, 2. Mundi tempora amans unus est, 1131, 63. Septima mundi ætas conclusa est; octava illuxit gratia, quæ fecit hominem jam non hujus mundi esse, sed supra mundum, 980, 14.

**MUNDUS** quid est nisi quidam agon plenus certaminum? 971, 4. Quæ et quanta sint hæc certamina? *ibid.*, 6. Sæculum hoc mare est, in quo sicut pisces esse debemus, 562, 3. Iste omnis hujus quæstus sæculi animarum dispendium est, 701, 26. Non sunt perpetua, nec diuturna, sed merum somnium, quæ sunt hujus sæculi, 739, 22 et seq. Descendum in hoc mundo supra mundum esse, 239, 108. Vince sæculum, ut teneas Verbi altitudinem; imaginem istam mundi foris relinque, foris malitia, 909, 20. Quid stultitiam quam, relictis cælestibus, ad terrena intendisse, et posthabitis cælestibus, elegisse ea quæ caduca sunt et fragilia, 1093, 12. Quid nobis cum sæculi istius via, et sicut mercenariis diurnam mercedem quærere, atque, ut cicadas aiant, aura quadam pasci cupiditatum? 903, 5. Ideo Jesus exivit de civitate, ut vos exeuntes de hoc mundo, supra mundum sitis, 1047, 104. Scriptum est non ut portionem servitutis mundo reserves, sed ut totum te abjoges, 781, 15. Laudabitur Deum, si ab eo nulla vos avertat cupiditas matrimonii et cura mundi, 290, 30. Crucifixus in suis mundus illecebris, 674, 50. *Vid. COELUM.*

**MUNDUS** pro hominibus dicitur, 567, 93.

**MUTARI** velle omnibus ex natura venit; quia ejus nos quod sumus, ponit, 1167, 124. *Vid. MOANS.*

**MUTINA**, 944, 3.  
**MYROLES** episcopus, 863, 18.

**N**

**NABAL** Latine insipientis, durus, inhospitalis, inhumanus, ingratus, 915, 7.

**NABOR**, 874, 1.

**NABUTHE** vox quid significet? 285, 30. Nabuthe pauper qui sibi abundabat, suas regabat cupiditates, rege Achab ditior erat, 943, 8. Vites suas vel proprio cruore defendit, 868, 17. Nihil causa mortis fuit, nisi honestatis contemplatio, 125, 63.

**NASCI** malorum omnium esse principium, 1142, 52. Non nasci longe optimum, 1142, 50 et seq.

**NATURA** et substantia Dei in Scripturis leguntur, 722, 81 et seq. Una natura, et maxime Deus, diversitatem non re-

cipit, 464, 102. Quod ultra naturam est, de auctore naturæ est, 148, 8. Quis naturam mutare potest, nisi qui creavit naturam? 1087, 7. Non minus est novus rebus dare, quam mutare naturas, 539, 52. Quod naturæ deficit, errat; competit reformare, qui auctor est naturæ, 1096, 3. Ea quæ unius generis et naturæ sunt, diversa habere principia raris exemplis probatur, 725, 102 et seq. Ignota sunt omnia naturæ organa, sed nota ministeria, 1150, 60.

**NATURA** melior est, quam patria, 1062, 6. Natura adfata discedunt, 786, 15. Personam nobis et speciem naturæ ipsa dispensat, quam servare debemus, 59, 232. Naturæ nos non in æternum occidit, sed temporali quadam vacatione requiescit, 1130, 63. Usus cito inflectit naturam, 21, 85.

**NECESSARIUM** nihil magis, quam cognoscere quid non sit necessarium, 1044, 91.

**NECTARIUM** episcopi Constantinopolitani ordinatio quem ordinem habuerit, episcopi Italiani concilii non videt, 814, 3. Nec ideo cum Orientalibus partibus coherere communionem suam, 816, 3. *Vid. MAXIMUS.*

**NEZEMIZ** sacrificii ignis typus fuit Spiritus sancti, et quomodo? 153, 162.

**NEGLEGENTES** Christus cito deserit, 231, 78.

**NEPHTHALIM** abundantia significatur latina interpretatio, vel dilatatio, 943, 10.

**NEPTIS**, *Vid. AVUNCULUS.*

**NEPTINO** dant dominatum futuris, ut adstruat crimen incesti amoris, 176, 7.

**NERONUM** quæ proba compertimus, 1212, 99.

**NICÆNA** synodi Patres super Paschæ celebratio, congregatis peritissimis calculandi decem et decem tamen oblegere rationem, et quasi quandam constituere circums, 880, 1. Definitio fidei in concilio Nicæno trecentorum decem et octo Patrum, 467, 118 et 120. Cur Patres concilii Nicæni in tractatu fidei posterint verbum *quæsitum*? 318, 13. Filium ejusdem cum Patre substantiæ condentes, sed unam personam, sed unam divinitatem in Patre et Filio crediderunt, 721, 77. Non carnem, sed Dei verbum unam substantiam esse cum Patre dixerunt; et Verbum quod ex paterna processisse substantiam, carnem autem et Virgine esse confessi sunt, 715, 52. Liber sacerdotis concilii Nicæni sigillatus a confessoribus, et mortuum jam martyrio consecratus: quem qui resignare coacti sunt, postea tamen damnata fraude, signarunt: qui violare non ausi sunt, confessores et martyres existerent, 519, 138. Næ concilii fides quam invicte ob Ambronio, Theodoro imperatore, Gallis et Hispanis custodiatur, 862, 1. Galæ et Hispaniæ fidem concilii Nicæni tenent, et cum patre divi Spiritus confessione custodiunt, 862, 14. *Vid. AMMON. CONCILIIUM, PASCHA.*

**NICENTIVS** extribusus et notarius, 767, 8.

**NICODEMUS**. *Vid. BAPTISMUS.*

**NINIVE** se a morte jejuno liberavit, 969, 11.

**IN NOE** quatuor virtutes carnisales fuerunt, 32, 121. Ne datus erat, sed non erubescerat, quia erat plenus iudicialis et spiritalis lætitiæ, 1015, 12.

**NOEMI** solatium mœroris, et subsidium paupertatis invenit, 193, 53.

**NOTARIUS** missus qui mandata deferret, 638, 22.

**NOTA** anime vigor, principatum anime et corporis sui quasi rector vindicabit, 374, 14. *Nota*, hominis videt omni, et non videtur, habens sui invisibilem substantiam, 94, 15. Cavemus ne hominem, id est, *notam* mulier, id est, passio sensuum nostrorum delectatione effeminet, et circumscriptionem in leges suas et sententiam trahat, 984, 17.

**NOVA** omnia quæ Christus non docuit, jure damnata, 220, 28.

**NOVATIANSUS** episcopus amissi dolore successus schismæ composuit, 412, 83. Nemini poenitentiam dandam putavit, 583, 10. Christi servos iterati baptismatis labe inquinant, 593, 30.

**NOVATIANI** volunt spem hominum destruire, ut iterati baptismatis apud desperantes facilius inducant persuasionem, 424, 34. Novatianorum doctores mundos se appellat, 590, 5. Eorum superbia retunditur, 409, 38. Omnia peccata Stoicorum quodam more paribus putant estimanda mensuris, 391, 5. Improbe in Ecclesia doctri peccata negant posse, 599, 33. Claves regni non suscipiunt, negant quod dimittere peccata debeant, 399, 32. Negant in opere reddi communionem, qui prævaricatione lapsi sunt, 391, 5. Quid mirum si vos, Novatiani, salutem peccatis aliis, qui vestram recusatis, licet illi nihil differant, qui poenitentiam a vobis petunt, 422, 27. Dicebant in Ecclesiam non convenire, quia per poenitentiam tributa spes fuerat his, qui lapsi sunt, ponitendi, 412, 85. Pro quibus Christus interpellat, eos Novatiansus accusat: quos Christus ad salutem redemit, eos Novatiansus damnat ad mortem, 394, 14. Novatiani contra Novatiansum aionem se, exceptis gravioribus criminibus, relaxare veniam levioribus, 393, 9. Refelluntur, *ibid.* et seq. Inducant poenitentiam, quam non

relaxant, 390, 4. Confutantur ex parabola filii prodigi, 419, 13 et seq.

Novationorum objectioni ex immutabilitate Dei petitæ respondetur, 395, 21 et seq. Objectioni Novationorum ex his verbis: Si peccaverit homo in hominem, etc., petitæ respondetur, 401, 40 et seq. Respondetur objectioni ex his verbis petitæ: Est peccatum ad mortem, non de illo dico ut orat, 402, 45 et seq. Respondetur objectioni petitæ ex his verbis Apostoli: Impossibile est hos qui semel illuminati sunt, etc., 417, 6 et seq. Objectioni petitæ ex his Petri verbis: Ne forte, etc., solvitur, 423, 29 et seq. Respondetur objectioni petitæ ex his verbis: Omne peccatum et blasphemiam remittetur hominibus: Spiritus autem blasphemiae, etc., 420, 20.

Novatianus quid superbius et durius? 390, 4. Superbiores, quam legisperitus ille, qui Christum tentare cupiebat, 398, 27. Sicut sacerdos et levita Samaritanum prætereuntes, *ibid.* Tolerabilius, Novatiane, remitteres, quam ligares, 392, 9. Novatiani successores sunt eorum, qui Lazarum interficere volebant, 429, 59. Similes sunt illi, qui fratrem suum receptum doluit, 412, 83. Vox Novatianorum vox est pharisæorum ad Judam, 422, 27.

NUBENTUM verbum a nubibus tractum, 286, 34. Non damnandas esse nuptias, sed probandas, 221, 31. Apostolus nuptias pro remedio suasit, non pro electione præscripsit, 189, 12. Nec damnari, nec dissuaderi debent, 133, 34. Moribus Hebræorum et legibus convenit, ut integri nuptiarum integris socientur virginibus, 759, 20. Dignum fuit ut qui alienum contubernium solverant, ipsi nuptiarum amitterent solemnitatem, 133, 110.

Nupturæ miserabilis conditio, 160, 56. Virgo nuptura si virum eligat, crimen est; si non eligat, contumelia, *ibid.* Nuptiarum molestiæ, 221, 32. Nuptias et vinculum esse et servitutem, 203, 69. Bona vincula nuptiarum, sed tamen vincula, 221, 33. Quæ nupsit ad servitutem pecunia sua venditur, 223, 23. Nuptiarum mulierum molestiæ et incommoda describuntur, 133, 23 et seq.

Nuptias secundas apostolica præcepta non damnant, 188, 10. Non prohibemus secundas nuptias, sed non suademus. Plus dico, non prohibemus secundas nuptias, sed non probamus sæpe repetitas, 203, 68. Secundas nuptias veram esse servitutem, 210, 88. Quam indecorum est mulieri juniores habere liberos, quam nepotes? 201, 59. Nuptialis est convivium, 843, 13. *Vid. AMBROSIIUS, CONJUGIUM, MATRIMONIUM, PATER, VIDUA, VIRGO.*

NUMERIUS episcopus, 819.

NUMERUS septimus bonus, quem non Pythagorico et cæterorum philosophorum more tractamus, sed secundum formam et divisionem gratiæ spiritualis, 976, 3 et seq. Numerus remissionis est, 1047, 101. Hebdomas veteris Testamenti est; octava novi, quando Christus resurrexit, 977, 5. *Vid. SEPTIMUS.* Grande numeri decimiquarti mysterium, 1208, 33. In numero cccviii signum est passionis et nominis Jesu, 467, 121. In centesimis et millesimis sacri observatio numeri, 1163, 108.

NUMIDUS Legatus Afrorum, 786, 1; 803, 76. Ejus in Paladium condemnatio, 801, 58.

## O

OBEDIENTIA. Non convenit nos divina obviare sententiæ, 363, 7. Quia superbia culpam contraxerat, e contrario culpa obedientiam generavit, 1079, 6.

OBECTI si modus nullus sit, quemadmodum potest finis esse responsi? 717, 62.

OBLATIO. Tolerabilius abstinere a muneribus deferendis, quam infideli studio munus offerre, 703, 3. Si Deo munus eum offeras, non perdidisti, 1160, 98.

OBSTETRICES unde sic dictæ, 767, 10.

OCULTA difficilium caventur, quam quæ sunt cognita, 635, 45. Divina solius est potestatis occulta novisse, 638, 28.

OCTAVA venit, alibi hebdomas, 980, 15.

OCULI nostri cum aliqua obducuntur caligine, pascuntur grotum viriditate; et specie nemoris, vel colliculi herbosi omnem inæqualitatem ægrescentis obtutus repellunt, et quadam salubri specie pupillæ ipsæ atque orbis colorari identur, 904, 2. Plus videmus animo, quam corpore, 09, 70. Ipsi nobis oculi nostri retia sunt, 409, 73. *Vid. JUMEN.*

ODIA apud bonos mores dispendio sunt, 1101, 4.

OFFICIUM ab efficiendo dictum, 9, 26. Vel ut ea agas, quæ nulli officiant, *ibid.* Officii nomen an in Scripturis invenitur? 8, 23. Officium in tres partes dividitur, honestum, utile, et quid præstantius, 9, 27. Quomodo apud christianos dividatur? *ibid.*, et seq. Officium omne aut medium, ut perfectum est, 11, 36. Perfectum a Græcis *κατέργημα* dictum, *ibid.*, 37. Alia prima, alia media officia: prima cum paucis, media cum pluribus communia, 110, 10.

Non omnibus eadem semper officia debentur, 46, 174. Mensura officiorum consentanea non hominis arbitrio, sed naturæ disciplinis, 934, 17. David prius disputavit de officio, quam Panætius et Aristoteles, 10, 31.

Primus officii fons prudentia est, 34, 126. Publicum officium in secundis rebus jucundius est, in adversis gratius, 1121, 28. Non a te munera exiguntur ditia, sed officia voluntaria, 843, 6. Quid tam contra officium, quam non reddere quod acceperis? 12, 160. *Vid. GRATIA, VIRTUTES.*

OMNIPOTENS ubique, non creatus, et sine loco, et supra tempora est, 458, 75. *Vid. DEUS.*

OPACIUM quid, et cur in concilio Nicæni simbolo positum? 518, 123 et seq.

OPENS mensura pro mensura debet esse gestantis, 204, 70.

OPERA tua fulgeant, et imaginem Dei præferant, ad cuius imaginem factus es, 336, 41. Si Deum cognovisti in mandatis, recognosce in operibus, 782, 22. Beatum esse cuius peccatum tegitur operibus bonis, 424, 35. Boni operis gratia per diversas plus placet formas, 472, 11. In die iudicii aut nostra opitulabuntur nobis opera, aut ipsa nos in profundum mergent, 738, 16. *Vid. FIDES, ORATIO.*

OPTATA. *Vid. VOTA.*

ORATIO, obsecratio, postulatio, gratiarum actio quæ sint? 231, 9. Nolite putare medicis esse virtutes scire quemadmodum oretis, 376, 18. Bonæ orationis ordo describitur, 231, 8 et seq. Prima oratio laudem debet habere Dei, secunda supplicationem, tertia postulationem, quarta gratiarum actionem, 384, 22. Hæc omnia sunt in oratione Dominica, 383, 23.

Oratio inchoari debet a Dei laude, 384, 22. Et in eam desinere, 385, 23. Ut bene mens possit orare, præcedit Spiritus, et deducit eam in viam rectam; ne obrepant carnalia, ne minora, ne etiam majora viribus, 929, 3. Si vis operari orationem tuam, leva puras manus per innocentiam, 383, 18. Quod oras, mores tui loquantur, fides adjuret, opera commendent, 296, 70. Non de labiis tantummodo tua procedat oratio: animo totus intende, intra in recessum pectoris tui, totus ingredere, 382, 15.

Quia semper accipis a Deo, eum semper invoca, 1204, 22. Deum certis diebus invocare, non omnibus, fastidieus est, non sperantis, *ibid.* Vult rogari Dominus, vult de se sperari, vult supplicari, 427, 48. Angelorum militia est semper esse in Dei laudibus, orationibus conciliare crebris, atque exorare Dominum, 1042, 82. Et tempore commendantur preces, 882, 7.

Qua ratione secreto magis orare debeamus, quam cum vociferatione? 383, 16 et seq. In oratione multum verecundia placet, et prodest, 20, 70. Sacerdos raris silentium imposit, ut reverentia deferretur orationi, 177, 14. Mulierestanto clamore orantes in Ecclesia ferre non possumus, 383, 17. Flere in oratione virtutis est, 1134, 76. Num levans manus in oratione tua, crucem Domini demonstrare gentibus debeas? 383, 18. Ubi orare debeamus? 382, 11 et seq. Oratio dominica brevis et omnium plena virtutum, 377, 18. Ejus expositio, 377, 19 et seq. Dominica oratio omnia comprehendit, quam vulgare non opus est, 232, 10.

Ubi adest oratio, adest Verbum, fugatur cupiditas, libido discedit, 202, 63. Frequenter orationibus et meritis prophetarum celestia patribus adfluere subsidia, 199, 48. Peccatorum graviorum venia iustorum orationibus reservanda, 402, 45. Habeo defensionem, sed in orationibus pauperum, 875, 53. Amat Christus ut pro uno multi rogent, 436, 92. Simplex oratio sacrificium est, 1000, 15. Oratio, lacrymæ, jejunia debitoris boni census est, 434, 81. Quam bonum scutum oratio! 1047, 105; 1183, 32. Oratio nos Deo crebra commendat, 178, 18. Inclinat se nobis Deus, ut nostra ad eum ascendat oratio, 1204, 21. Cur Deus aurem suam nobis inclinet? *ibid.* Cur Deus non exaudiat omnes? 1134, 63. *Vid. OS.*

Orationes solennes cum gratiarum actione sunt deferendæ, cum e somno surgimus, cum prodimus, cum cibum paramus sumere, cum sumpserimus, et hora incensi, cum denique cubitum pergitimus, 178, 18. In ipso cubili psalmi cum oratione dominica frequenter recitandi, *ibid.*, 19. *Vid. LACRYMÆ.*

ORATORES sæculi quomodo orationem apud iudices iustuant? 384, 23.

ORDO et tempus et numerus plerumque exigil, 976, 2.

Ordines sacri. *Vid. CLERICUS, ECCLESIASTICUS.*

ORBES et Piladis fabula, 53, 216.

ORIGENES longe minor est in novo, quam in veteri Testamento, 1083, 1.

OROSI quid? 60, 237.

ORNAMENTORUM dispendia, 250, 68. *Vid. MULIERES.*

OROSI, 783, 12.

OS nostrum janua nostra est, Christo propemodum soli

debet aperiri: nec aperiat, nisi ante pulsaverit Dei Verbum, 233, 80.

OSCULUM iusigne est sacrae pacis, 420, 2. Et charitatis, 431, 63; 959, 14. Quasi pignus est nuptiarum, et praerogativa conjugii, 960, 18. Non habet osculum, qui fidei, et charitatem non habet; osculo enim vis amoris imprimitur, 960, 17. *Vid. AVUNCULUS.*

OTIOSORUM fabulae sunt, quibus obtrectatio seritur, malignitas proditur, 1035, 45.

OTIUM prophetarum cum aliorum otio comparatur, 109, 6. Numquam minus solus sum, quam cum solus esse videor; nec minus otiosus, quam cum otiosus, 992, 1. Non otio, non somno merces paratur, 1046, 99.

OTIA unde dicta, 519, 127. In Scripturis legitur. *Ibidem.* OTIA Latini substantiam dicunt, 725, 100. OTIA Graece, et Latine substantiam frequenter Scriptura memoravit, 469, 129. OTIA Dei cum dicitur, quid aliud significatur, nisi Deum semper esse? 725, 100; 728, 111.

## P

PACIFICAM atque tranquillam animam fluminis impetus laetificat, 755, 2.

PAGANUS sicut interpretatio latina habet, doctor est pueri, 1081, 2.

PAGANI nostro sanguini nuroquam pepercerunt, qui ipsa Ecclesiarum aedificia subruerunt, 824, 4. Privilegia gentilium a pluribus retro principibus inhibita et interdicta, 823, 5. Et a Gratiano Romae sublata, *ibid.* Privilegiis paganorum saepe decepti sunt christiani, 821, 4. Pagani a Valentiniano imperatore petierunt aras diis genium ejus instaurari praerogato, ad usus quoque sacrificiorum profanorum praerogari sumptus, 824, 3. Et privilegia deferri, *ibid.*, 4. Et in aram jurari, 824, 9. *Vid. AMBROSIIUS, EUGENIUS, GENTILES, GRATIANUS, VALENTINIANUS.*

PALATINA officia, hoc est, memoriales, agentes in rebus, apparitores diversorum comitum, 854, 7.

PALLIUS et Secundianus duo in perfidia cariosi sacerdotes, 807, 3. Pallidius in concilio Aquileiensi dicta et responsa, 788, 6 et seq. Palladius et Secundianus sacrilegia nostris auribus ingeruntur, 786, 2. Palladius et Secundianus Filium Dei subjectum secundum divinitatem dicunt, et mortem ejus non ad sacramentum nostrae salutis, sed ad infirmitatem quamdam divinitatis referunt, 808, 7. Anathema Palladio, 799, 50; 800, 52. A Patribus concilii Aquileiensi damnatur, 800, 54 et seq. Debitam except sententiam, 806, 2.

PALMA vincuntis est praemium, 1192, 70.

PANNONIAE frumentum, quod non severant, vendiderunt, 838, 21.

PARADISUS, Graece, Latine hortus dicitur: nec te moveat quod alii Scripturae codices Latini habeant hortum, alii paradisum, 981, 5. De Paradiso terrestri variae sententiae, 982, 1 et seq. Quid de eo Josephus seuserit? *ibid.* Per paradisum ad regnum pervenitur, non per regnum ad paradisum, 1070, 8.

PARMONIAE principium Christus, qui pauper factus est, cum dives esset, 506, 52.

PARENTES. *Vid. LIBERALITAS, PATER.*

PARTHENUS, dulcissimum salutem Eusebium, 1005, 5.

PARTUS septimo mense vitalis, octavo matri et pignori lethalis, 977, 4.

PASCHA, hoc est, transitus, 352, 12. Patres synodi Nicenae illud secuti sunt, ut una nocte ubique sacrificium pro resurrectione Domini deferatur, 881, 1. Unde Domini pascha quartadecima luna formam celebritatis accepit, 1206, 57. Lex diem passionis exigit intra primum mensem novorum debere celebrari, 883, 17. Alium diem passionis, alium resurrectionis celebrandum veteris Testamenti series ostendit, 886, 19 et seq. Non mediocriter est difficultas diem celebritatis defluere paschalis, 880, 1. Paschae dies observantia religiosa mentis explorari debere, 881, 4 et seq. Tempus praecipue scire debemus, quo per universum orbem consona sacrae noctis paschalis fundatur oratio, 882, 7. Intra triguanti et unum dies saepe celebrati paschae dies, 885, 16. Si incidit quartadecima luna esset primi die Dominica, in alteram hebdomadam celebritas paschae est differenda, 885, 12. Ita temporibus paulo superioribus factum est, 881, 14; 887, 21.

Septuagesimo et sexto anno ex die imperii Diocletiani Dominica paschae celebravimus sine ulla dubitatione majorum vigesimo octavo die Pharmuthi mensis, qui est nono kalendas Maii, 887, 21. Octogesimo et uno anno ex die imperii Diocletiani, cum quartadecima luna esset nono kalendas Aprilis, nos celebravimus pascha prima die kalendas Aprilis, 884, 14. Alexandrini et Aegyptii in hoc convenere nobiscum, *ibid.* Nonagesimo et tertio anno a die imperii Diocletiani, cum incidisset quartadecima luna in quartadecimum diem Pharmuthi mensis, quae est quinto idus

Aprilis, quae erat Dominica die, celebratum est pascha Dominica Pharmuthi vigesimo et primo die, qui fuit secundum nos sextodecimo kalendas Maii, 884, 14. Ante sexcentum celebravimus paschae Dominicae modernis kalendas Maii, 885, 17. Vigesima prima luna proxima pascha celebrandum est, 887, 21. Venit paschae dies, in toto orbe baptismi sacramenta celebrantur, velatur virgines, 288, 42.

Pascha iuxta majorum praerogata festum publice salutis laeti exultantesque celebremus, postes nostros fidei paritosis Dominicae colorantes; ut nihil aliud nisi saguinem Christi loquamur, 887, 23. Resurrectionis die exsultatione refectionis est atque laetitiae, quo die videtur exisse populus ex Aegypto, primitivus Aegyptiorum necatis, 886, 2. Ad paschae solemnitate vel Ecclesiae perfectio, vel carae fidei plenitudo quaeritur, 882, 4. Omnes aequalitatem devotivis et fidei deferre praerogantur ad pascha Domini, id est, ad transitum, 779, 10. Pascha est quando animi irrationabilem deponit passionem, sumit autem bonam compassionem; ut compatiatur Christo, et transitum ejus in se suscipiat, *ibid.* *Vid. AMBROSIIUS.*

PASCHASUS abscissus homo, 811, 5.

PASSIONI qui non est obnoxius, non est obnoxius infirmitati, 718, 63. Tunc maxime insidiat adversarius, quando videt nobis passiones aliquas generari, 6, 13. Christus quasi Verbum semper sicut in singulis, intra nos separans rationabiles virtutes a cadaveribus passionum et pestilentium cogitationum, 764, 5. Non in passione esse, sed victorem esse passionis beatum est, 75, 19. *Vid. ANI.*

PATER proprium generantis est nomen, 471, 18. Locus Dei est quod Pater praedicatur: in eo pietatis gloria, 35, 24. Pater ipse est vivificatoris fons substantiae, 631, 20. Pater et Filius unum sunt non confusione personae, sed unitate naturae, 445, 9. Deus unumquemque generare Filium non potuit, 592, 224. Pater non generat ex voluntate, sed necessitate, 540, 103. Pater se per Filium vult regere. Filius vult rogari Patrem, 446, 12. Cur? *ibid.*, 15. Nihil reperies per Patrem facta, 652, 98. *Vid. TAMMUS.*

Pater venturum in locum filiae suo debet eligere iudicio, 1105, 2. Parentum filias nuptii tradendum incommoda, 155, 53. Votum est voluntas parentum, 291, 51. Quanta vis sit in votis parentum Jephthae filia nos debet docere, 291, 51. Virginitatis meritis, parentum delicta redimuntur, 151, 52. Amat unusquisque sequi vitam parentum, 58, 226.

PATERNAE pro Indicia virgine testimonium, 771, 21.

PATERNS ab imperatoribus amplissimum accepit honorem, 1019, 8. Ambrosium consuluit, cum filio suo nepotem ex filia copulare possit? 1017, 1. Id fieri nequaquam posse probat Ambrosius, *ibid.* et seq.

PATIENTIAE principium Christus, qui cum malediceretur, non remaledixit; cum percuteretur, non repercutit, 306, 32. Patientia desiderii plus probatur, 1159, 17. Feracius plus probatur patientia, quam resistendo, 1153, 1. Cum patientia, ibi laetitia, 901, 17. *Vid. JACON.*

PATRE exidia repulisse gratius putatur, quam propria pericula, 115, 23.

PATRIARCHAE pastores fuerunt, regalem quandam in hoc munere disciplinam induentes, 898, 1. Patriarcharum reverentia, 19, 68. Miramur patriarcharum praemia, imitemur obsequia: praedicemus gratiam, sequamur obedientiam. Sic typos veritatis, et veritas concurrat typo, 1159, 95. Sinus patriarcharum recessus quidam est quietis mentis, 1192, 79.

PATRIARCHI in divisione bona pietas arbitros relictos, 594, 231.

PAULINUS splendore generis nulli secundus in partibus Aquitaniae, venditis facultatibus tam suis, quam etiam conjugalibus, elegisse secretum affirmatur Nolane patris, 1013, 1. Soboles eis nulla, *ibid.*, 2. Hoc Paulini factum contra obtrectatores delendit Ambrosius, *ibid.*, 2 et seq.

PAULINI cum Meletio dissidium, 815, 2. *Vid. AMBROSIIUS MELETIUS.*

PAULINI Antiocheni cum Timotheo Alexandrino dissidium, 813, 4. *Vid. TIMOTHEUS.*

PAULUS non solum Christi, sed etiam Spiritus sancti imperio apostolatum accepit, 655, 103. Quid plus potuit ab eis conferre Christus ad studium correctionis, quam et converteret et daret nobis ex persecutore doctorem, 414, 5. Paulus non potuisset ad tantam apostolatus sui pertinere gratiam, si fuisset alligatus conjugii contubernio, 205, 22. Paulum ungebat athletam suum Spiritus sanctus, et pulvere impietatis excusso, debellatorem infidelium invictabilem variis impiorum congressionibus offerrebat, 604, 136. Raptus in paradisum, usum proprii jam non sciebat corporis, 907, 12.

Pauli epistola quaedam effigies erat ejus praesentis, a forma operis, 989, 6 et seq. Nihil difficilius est quam de



Apostoli lectione disserere, 1085, 1. Pauli profundum in consiliis vix comprehenditur, sublimis in sententiis audientem erigit, disputantem accendit: in floribus ita se ipse suis exponit verbis, ut is qui tractat, grammatici magis quam disputatoris fungatur munere, 930, 1. Summa epistolæ ad Ephesios, 1085, 1 et seq.

Paulus absque per epistolam condemnabat et absoluebat, 989, 6. Paulus quem sequestraverat, postea sacramentis reddidit, 411, 78. Quem Pauli virga sacramentis abdicavit cœlestibus, eumdem mansuetudo resituit, 957, 4. Quos Paulus simul fuit ad penam, simul voluit ad veniam pertinere, 416, 95. Docet non deserendos eos, qui peccatum ad mortem fecerint, sed potius lacrymarum panibus, et potu coercendos fœbilibi, 406, 59. Sic curare Paulus dicit, quemadmodum ipse sanatus est, 410, 77.

Paulus honore provocat, magisterio docet, invitat exemplo, 245, 150. Mortuus est, et passione venerabili vitam corporis cum immortalis gloria commutavit, 1159, 94. Paulus non inferior Petro: cum illo facile conerendus, et nulli secundus, 664, 158. Revertantur qui dicunt Paulum luxuriae magistrum, 968, 10. *Vid. De oratio.*

Paulus Constantinopolitanæ Ecclesiæ præbyter, synodum Orientalium juxta atque occidentalium postulavit, 818, 6

Paulus Samosatensis non putavit veritatem carnis humanæ a Christo susceptæ, 705, 8. Christus Filius Dei est contra Paulum Samosatenum, 569, 105.

Paupertas non naturæ, sed opinionis est, 1044, 90. Pretiosa est fidei opulenta mysterio, 895, 5. Dotalibus præstat compendii casta paupertas, 161, 62. Christi minister non erubescit in paupertate, quem pauper redemerat, 288, 41. Paupertas in sacerdotibus gloriosa, 807, 2. *Vid. Episcopos.* Ubi famis cupiditatem, ubi inexplabilis appetentia, ibi utique paupertas, 945, 10.

Qui pauperes præ cæteris juvandi? 88, 76 et seq. Videndus ille pauper, qui te non videt: requirentis ille, qui erubescit videri, 88, 77. Pauperes validi nullam causam, nisi vagandi habentes, 88, 76.

Christus non fastidit in regno suo pauperem, sed exaudivit eum, et liberat ex omnibus angustiis et molestiis, 1099, 11. Si alas pauperes, lavas eorum vulnera, illuvi inque detergas, tersisti utique pedes Christi, 959, 13. Lacrymæ pauperum sunt lacrymæ redemptricæ, genitus qui mortem abscondit, dolor qui perpetuæ ubertate lætitiæ veteris sensum doloris abducit, 1115, 5. Munera pauperum Deum obligant, 875, 33. Utinam hoc mihi semper crimen adscribant, quia aurum pauperibus erogatur! *ibid.* Erarii mei pauperes Christi sunt, hunc novi congregare thesaurum, 872, 33. Noli pauperem contemnere, ille te divitem ferit, 1045, 87. Pauperes vere esse thesauros Ecclesiæ, 104, 140. Collatio beneficii facta in pauperes magis quam in locupletes plus juvat, 100, 127. Erga pauperem nemo simulator, 140, 134. Hæreditas successoris quaeritur, dispensatio pauperibus obligatur, 1150, 60. *Vid. Hæres.*

Peccatum originale. Omnes homines sub peccato nascimur, quorum ipse ortus in vicio est, 394, 15. Obnoxia hæreditatis vitio degeneravimus, 1087, 8. Lapsus sum in Adam, de paradiso ejectus in Adam, mortuus in Adam; quomodo Deus revocet, nisi me in Adam invenerit, ut in illo culpæ obnoxium, morti debitum, ita in Christo justificatum, 1137, 6. Adam et Eva vinculo erroris nexuerunt omnem propriæ seriem successione, 1079, 8 et seq. Diabolus redegerat humanum genus in perpetuam captivitatem obnoxia hæreditatis gravi fenore, quod obnoxius auctor ad posterum, defenerata successione, transmiserat, 958, 7. *Vid. Diabolus.*

Peccati dies, dies confusionis appellatur, 423, 37. Ferrum peccatum est, quod est penetrabile, 952, 10. Nullus major est dolor, quam is qui peccati mucrone vulnerat conscientiam: neque ullum gravius onus, quam peccatorum sarcina, et pondus flagitiorum, 1063, 5. Nihil est quod tam summo dolori sit, quam ut unusquisque positus sub captivitate peccati recorderet unde lapsus sit, atque unde deciderit, 458, 102. In captivitate peccati positi, reverentiores nos, non usurpatores esse debemus, 410, 107. Per ignem exuruntur peccata, 154, 104 et seq. Qui peccatum cogitat, intra suam conscientiam studet se ipse includere, 452, 71. Quare non illi magis sint christiani, qui peccatum condemnant suum, quam qui defendere putant? 1000, 15.

Quid tam divinum, quam ista sententia: ut is peccata puniat, qui exorsis ipse peccati sit? 896, 12. Qui vult mundare peccatum suum, ignem a se removeat alienum, et illi soli igni se committat, qui culpam, non hominem exurit, 1058, 8 et seq. Deus alia nobis peccata sanguine Filii sui abluat, alia donat nobis, ut bonis operibus et confessionibus nostros errores tegamus, 1068, 23. Spiritus sanctus omnium abolet vitia, peccata condonat, 615, 64.

Potens est Deus, quando vult, donare nobis peccata, etiam quæ putamus non posse concedi, 418, 12. Remissio peccatorum utriusque pretium Testamenti est, quæ per agnum in typo annuntiata est, in veritate completa per Christum, 895, 5. Non habet quod erubescat, cui peccatum remissum est, 429, 58. Mors peccati lucrum est, et vita pœna est, 1144, 40. *Vid. Culpa.*

Peccata a quo remitti possint. *Vid. Ecclesia, Sacerdos.* Peccator dominatur in sæculo, justus in Dei regno, 705, 12. Cur peccatores abundant opibus et cæteris bonis? 16, 57 et seq. Scilicet ne qua eis relinquatur excusatio, 18, 65 et seq. Nulla hæreditas peccatoris, 14, 46. Cur non est pax peccatoribus? 318, 47. Servit peccator formidini, servit cupiditati, servit avaritiæ, servit libidini, servit malitiæ: sed magis servit, quam si sub tyranno positus, 937, 31. Si per eas species minuitur natura hominis, quæ non sunt cul; æ capaces; quanto magis per animos atque artus labe pollutos scelerum virtus ejus hebetatur! 985, 15. Peccatoris conscientia omnibus sepulcris gravius fetet, 45, 46. Peccatores in terra scribuntur, justi in cælo, 896, 14. Peccatori compatendum et fletu, et oratione, et dolore est, 411, 81. Peccator si sibi ipsi non pepercerit, a Deo illi parceretur, 315, 36. Peccatoribus pluris constat remissio peccatorum, et indulgentia videtur esse pretiosior, 692, 127.

Pecunia sua quid homini, nisi quoddam vitaticum est? multa oneri, moderata usui, 757, 11. Qui aliena quaerunt, recte accipitres pecuniæ nominantur, 1129, 55. Utiqve vitia exiit, qui pecuniam non requirit, 1129, 55. Christianus det pecuniam, quasi non recepturus; aut certe sortem, quam dedit, recepturus, 843, 4. *Vid. Divitiæ, Avaritia, Avarus.*

Pedes lavare fidei mysterium, humilitatis insigne est, 227, 57.

Pelagia septa agminibus persecutorum inter maxima pericula integritatis et vitæ nequaquam inclinata est; et quæ tum fuerint illius verba? 938, 58. Pelagiæ virginis ac matris et sororum ejus martyrium eleganter describitur, 185, 33 et seq.

Pentateuchus, 956, 2.

Per ipsum, in ipso et cum ipso, hanc vim habent, ut unus in his atque simile non contrarium intelligatur, 682, 84. *Vid. Ex.*

Perdix a perdendo nomen accepit, 918, 5. Ejus doli et fallaciæ ad decipiendum venatores, ejusque libido, 917, 2 et seq. Diabolo comparatur, *ibid.* Aliena diripit ova, et fovet suo corpore, 919, 6.

Perenni tempore famis ex urbis nequissimi expellendi, 119, 45 et seq. Egregium hoc in re profecti Urbis, et aliud indignum facinus Romæ admissum, *ibid.*

Perfectio duplex forma: alia mediis, alia plenis numeros habens: alia hic, alia ibi: alia secundum hominis possibilitatem, alia secundum perfectionem futuri, 110, 11. Omnis in eo perfectio est, si nihil dest, 472, 9. Perfectio omnis in veritate est, 63, 248. Non potest sine favore Dei aliquis e se perfectus, 418, 11.

Perfidia quam damnosa est, 295, 66. Ubi perfidia, ibi cæcitas, 1201, 10. Opus est perfidorum perfidias prædicare, 710, 30. Venenatæ sunt blanditiæ perfidorum, tunc, cavendæ, cum id quod negant, prædicare se simulant, 519, 129.

Percula multorum sunt, sed paucorum remedia, 1207, 36. Gloriosum ducitur, si quis periculis propriis quaerat universorum tranquillitatem, 113, 23.

Persequentium maledicta timere non debemus, 1184, 51. In servulis suis pati vult Christus, 867, 14. Illius citus est ut nostris passionibus delectetur, *ibid.* Plus confert fidelibus, qui minatur, 519, 129. Non eadem causa est, ejus qui sponte negat Christum et ejus quem tormenta inclinaverint ad sacrilegium, non voluntas, 395, 19 et seq. *Vid. Adversa, Christi ani, Deus, Martyres.*

Petrus non solum Christi, sed etiam Spiritus sancti imperio apostolatum accepit, 635, 103 et seq. Dum in mari lucrum suum quaerit, vitam invenit omnium, lembum deseruit, Deum reperit: scalmum reliquit, Verbum invenit: lina laxavit, fidem vinxit: plicavit recta, homines elevavit: mare sprevit, cælum acquisivit, 246, 131. Dum turbato agitur salo, mobili mentes statione nutantes fundavit in petra, *ibid.* Super mare titubavit, non per imbecillitatem jubruntis, sed per infirmitatem obedientis, 713, 45. Exsiliit e navi, ut occurreret Domino, non gloriæ cupidus, sed obedientiæ præmaturus, 710, 31. Quanto minus creditur piscatori, tanto amplius crediur quod divia sunt, quæ Petrus locutus est, 216, 152. Respondit pro cæteris apostolis, in mo præ cæteris, 711, 53. Cur plantam lavare debebat? 353, 32; 365, 6 et seq.

Petro nox erat, quando Christum negabat, 1097, 7. Quantum nobis tentatio Petri documentum fuerit ad salu-

tem? 1141, 27. Ideo Petro statim remisit, quia amarissime flevit, 456, 92. Confirmavit charitatem triua responsio Petri, vel abolavit triuæ negationis errorem, 1203, 19. Petrus pascendo bene cibo fidei gregem Christi, culpam lapsus prioris abolevit, 531, 2.

Petrus solus erat, et totum per orbem consecrandarum gentium cognovit mysteria, 992, 2. Non interclusit Simoni mago spem veniæ, quem invitavit ad pœnitentiam, 421, 23. Petrum quem nemo ligaverat, fides vinxerat; et quem fides vinxit, pœna non solvit, 623, 108. Nocte muros egressus, occurrit Christo, qui cum illi dixisset: Venio iterum crucifigi, sponte remeavit, et Dominum per crucem honorificavit, 867, 13.

Petrus Ecclesiæ firmamentum, 238, 103. Christus cum Petrum esse petram dicit, firmamentum Ecclesiæ indicavit, 531, 56. Petrus primum egit confessionis, non honoris; primum fidelis, non ordinis, 710, 32. Non habent Petri hæreditatem, qui Petri sedem non habent, quam impia divisione discernunt, 399, 33. Natalis SS. Petri et Pauli: et quid in eo lectum? 214, 224. Petri Socrus videtur affectu esse voluntatis, 202, 64. *Vid. Devotio.*

PETRUS Alexandrinus episcopus, 814, 41. Petrus Alexandriæ Ecclesiæ episcopus sanctæ memoriæ vir, 813, 5. *Vid. ROMA.*

PHILASTER episcopus Brivianus, 786, 1; 805, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 802, 61.

PHILIPPUS episcopus, 819.

PHILOMABUS Epicuri sectator, quid in epltonis suis de voluptate disputet? 1026, 13.

PHILOSOPHIA ænicu vestitus non potest in habitu scilicet sapientiæ secularis Christum videre, 235, 92. Qui primus Philosophiæ nomen invenit, quotidie priusquam cubitum iret, tibicinem jubebat molliora canere, 179, 19. Qui sibi in Philosophia excellere visi sunt, Salomonem secuti sunt, 1142, 30. Philosophi de nostris Scripturis sumperunt, 33, 135; 48, 179. Agnoscant philosophi et poete de nostris se habere, quæcumque præstantiora locuti sunt, 937, 28. Philosophi soli in suis gymnasiis remanserunt, quotidie a suis consortibus deseruntur: illi quotidie crescant, qui simpliciter credunt, 460, 84. *Vid. ANIMA, DIALECTICA.*

PHOENIX, quo vitæ anno, et quomodo moriatur, ac resurgat? 1149, 59. Illi quingentesimus resurrectionis annus est, nobis millesimus, *ibid.*

PHOENICES. *Vid. CIRCUMCISIO.*

PIETINUS initium Filii ex Virgine esse disputat, 415, 6. Secundum carnem iudicat, et quomodo excludatur? 569, 104. Primis Joannis verbis confutatus, 454, 57. *Vid. ARIUS.*

PIETINIANI hominem tantum Christum fatentur, 526, 29. Divinitatem Christi negant, 1212, 49. Filius Dei nobis datus est, non Photinianis, quem dicunt non datum nobis, sed ab initio inter nos natum, 507, 38. Photinianorum blasphemiam in ultimo Christi iudicio quomodo refellerit? 492, 117. Imperiali lege nullos debet facere conventus, 809, 12. Rogantur principes ut a Syriensi oppido, ubi adhuc conventus tentabant, prohibeantur, *ibid.* *Vid. ARIANI.*

PHYRGI vates, 840, 30. In sacris Phrygiis impudicitia disciplina est, 130, 16.

PIETAS vera est, quæ præponit divina humanis, perpetua temporalibus, 1035, 7. Ut omnium principatus honorum, ita etiam seminarium virtutum est ceterarum, 1129, 34. Mollis et tenera species est forma pietatis, nihil insolens amat, nihil immitte, nihil durum, 1135, 1. Pietate paterna proxime ad Deum accedimus, 1103, 10. Naturæ detrimentum non est, 485, 66. Exerceat te ad justitiam, continentiam, mansuetudinem, 49, 184.

Pietate nihil Dominus præstantius dedit, 1021, 7. Nulla merces Deo melior, quam ea quæ habet pietatis munera, 194, 32.

PILADES. *Vid. ORESTES.*

PLACENTIA, 944, 3. Placentinum, 160, 57.

Πλατωνὶ ἀπλαναίς, 974, 13; 977, 3.

PLATONIS Patricia quædam philosophorum prosapia, 922, 1.

Platonicas ideas ab ipsis philosophis scimus esse irrisas, 529, 46. *Vid. ANIMA.*

PLENITUDO nescit augmentum, 626, 96.

Plotinus Jovinianista condemnatur, 969, 14.

PLURIAM totius mundi scripturæ divinæ pollicebantur, quæ rigaret orbem sub domjui Salvatoris advenitu Spiritus rore divini, 601, 8.

Pœnitendo lapsus necessaria est, sicut vulneratis sunt necessaria medicamina, 513, 35. Numquam pœnitere solius est Dei, 1043, 85. Nihil peccare solus est Dei: emendare sapientis est, et corrigere erratum et pœnitentiam gerere peccati, 1057, 4. Quantum Deus velit nos peccata

nostra flere? 427, 49 et seq. Peccatum non tollitur, nisi lacrymis et pœnitentia, 999, 11. Quotidiani nos debet pœnitere peccati, 436, 95. Rara confessio de peccato, rara pœnitentia, rara in hominibus verbi ejus assertio, 1057, 4 et seq. Bona pœnitentia, quæ si non esset, omnes ad se necitatem different ablutionis gratiam, 437, 98. Si equum non habeo, habeo lacrymas, quibus dum pedes Christi lavo, utinam me ipsum diluam! 431, 67.

Quomodo agenda pœnitentia, quo studio, quo affectu, qua mentis intentione, qua intimo rum concussione viscerum, qua cordis conversione? 427, 46 et seq. Sacerdotes non auferunt peccatum ejus, qui in dolo se offert, et adhuc in studio delinquendi est, 1059, 11. Agenda est pœnitentia non solum sollicitè, sed etiam mature, 413, 1. Et eo tempore quo culpæ defervescat luxuria, 440, 167. Non est differenda, 437, 98 et seq.

Qui secutus se errantem, sequere corrigentem, 256, 51. Pœnitentiæ iuhere, tamquam in naufragis tabula, 317, 38. Majora crimina majoribus abluuntur fleatibus, 385, 40. Fortius dolendum, ubi peccatum est fortius, 315, 37.

Pœnitenti quid agendum? 437, 96. Qui agit pœnitentiam non solum diluere lacrymis debet peccatum suum, sed etiam emendationibus factis operire, et tegere deitibus superiora, 424, 35. Fides quæ superiora peccata deplorat, nova cavere consuevit, 939, 12. Melius est quiescere, cum exercere non queas opera pœnitentiæ; ne in ipsa pœnitentia fiat, quod postea indigeat pœnitentia, 439, 104. Et qui pœnitentiam agunt, hoc solum pœnitere non debet, nisi ipsius pœnitentiæ pœnitentiam agant, 454, 86. Facilius invenit qui innocentiam servaverunt, quam qui cogere egerint pœnitentiam, 436, 96. Pœnitentia si semel fuerit usurpata, nec jure celebrata, nec prioris fructum obtinet, et auferet usum posterioris, 439, 104. Pœnitentia remedium peccati est, non peccandi incitativum, 455, 90. Quam male aliqui proposita spe agenda pœnitentiæ, licentiam sibi delinquendi propagatam putent? *ibid.*

Propter spem veniæ agitur pœnitentia, 419, 16. Nemo potest bene agere pœnitentiam, nisi qui speraverit indulgentiam, 390, 4. Deus qui pœnitentiam exigit, veniam pollicetur, 403, 46. Non ex toto corde humiliat, qui se veniæ reservat, 536, 25. Expectat gemitus nostros, sed temporales, ut remittat perpetuos: expectat lacrymas nostras, ut profundat pietatem suam, 396, 22. Apostoli pœnitentiam docuerunt, spem, ponderunt veniam, culpam relaxaverunt, 424, 35. Tanta est pœnitentiæ medicina, ut mutare videatur suam Deus sententiam, 427, 48.

Unum in baptismo, et pœnitentia remissionis peccatorum mysterium est, 400, 36. Præcedit pœnitentia, sequitur gratia: neque pœnitentia sine gratia, neque gratia sine pœnitentia; debet enim pœnitentia prius damnare peccatum, ut gratia possit abolere, 895, 7. Pœnitentia si fuerit perseverans, audebit sperare, etsi non gloriam, certe pœnæ vacationem, 314, 36. *Vid. CONVERSIO.*

Sicut unum baptisma, ita una pœnitentia, quæ tamen multipliciter agitur, 436, 95. Merito reprehenduntur, qui sepius agenda pœnitentiam putant, *ibid.* Fleat pro te alter Ecclesiæ, et culpam tuam lacrymis lavet, videat te Christus morientem, amat ut pro uno multo roget, 479, 92. Si quis occulta crimina habens, propter Christum seditiose pœnitentiam egerit, veniam speret: patat cum lacrymis, petat gemitibus, petat totius populi fleatibus: agnoscat, obsecret; et cum secundo et tertio fuerit dilata ejus communitio, credat remissus se supplicasse; fleus augeat, miserabilior postea revertatur, teneat pedes brachii, osculetur oculos, lavet fleatibus, 414, 90. Singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccavit in Dominum, 401, 42. Pudor nos a pœnitentia publica revocare non debet, 435, 91 et seq. Qui pœnitentiam petunt, et cum acciperint, publicæ supplicationis revocantur pudore; hi videntur malorum petisse pœnitentiam, agere bonorum, 434, 46. Cognovi quosdam in pœnitentia sulcasse vultum lacrymis, exarasse continuo fleatibus genas, jejuno ore semper et pallido mortis speciem spiranti in corpore prolapsisse, 414, 91. Pœnitentia publica virginis lapsæ, 314, 53. Et ejus corruptoris, 316, 40. Quæ illius virginis debeant esse precesiones et affectus, 317, 43 et seq. Debet quotidie psalmum recitare, *ibid.* Ubi pœna præscribitur, debet esse pœnitentia peccatorum: ubi remissio donatur, gloria est, 895, 6. Mandatum Domini est etiam gravissimi criminis reis, si ex toto corde, et manifesta confessione peccati pœnitentiam gerant, sacramenti coelestis remittendam gratiam, 420, 19. Erat dies quo sese Dominus pro nobis tradidit, quo in Ecclesia pœnitentia relaxatur, 830, 28. *Vid. EXCOMMUNICATIO, NOVATIANI, PAULUS.*

ΠΟΙΕΤΕ. *Vid. PHILOSOPHI.*

POLYBIUS in Africanis partibus proconsularem jurisdictionem egregie representavit, 1106, 1.

POMPEIUS cum tribus triumphis terrarum cinxisset et



bem, pulsus acie, bello profugus, et sui terzignis exsul imperi, Canopæi manu spadonis occubuit, 841, 23.

POMUM cum immaturum exagitur, cito deperit, 762, 29.

PORCUS. Quomodo potest observari a populo, qui nihil habet secretum a populo, dispar a multitudine, 902, 2.

PORTIANA, hoc est, extramurana basilica non potebatur ab Ariano, sed basilica nova, hoc est, intramurana, quæ major est, 852, 1. Illis seae opposuit Ambrosius, *ibid* et seq.

POSSESSIO pratoris homo mundus, 5, 11. Illud possideamus, quo utimur, 101, 132.

POTESTATES non irritandæ, 56, 217. Potestas ex sapientia et virtute gignitur, 690, 215.

PRECEPTIS suis qui alios ligat, debet ipse legitima præcepta in se custodire, 1037, 64. *Vid. CONSILIA, MANDATUM.*

PREDestinatio. Deus non ante prædestinavit, quam præsciret: sed quorum merita præscivit, eorum præmia prædestinavit, 563, 85.

PREFECTORUM domus Romæ incensæ suat, et nemo vindicavit, 930, 13.

PREMIOREM spes, et promissorum caelestium hæreditas, bonis maximum solet esse ad studia virtutis incitamentum, 1083, 2.

PRESENTIA plures quam futura præferunt, 60, 227. Remuneratio presentium testimonium futurorum est, 414, 89.

PRESUMPTIO arroganti est propior, quam roganti, 434, 80.

PREVARICANTIS affectus ipsis gentilibus displicere consuevit, 825, 7.

PRESBYTEROS vel ministros magis decet humilitatem tenere, 98, 122. Dominus licentiam relaxandi peccata sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit, 393, 10. Presbyteri qui per triginta et innumeros annos gradu functi, vel ministri Ecclesiæ retrahuntur a munere sacro, et curiæ deputantur, graviter gæmunt, 954, 29. *Vid. SACERDOS.*

PRETIOREM captare incrementa non simplicitatis, sed versutis est, 117, 37.

PRIMITIAS vigiliarum tuarum Christo dicato, primitias actuum tuorum Christo immola, 230, 69.

Primitias inter et primogenita aliqui distantiam volunt esse, 926, 9.

PRIMITIVUS primogenitus est, 920, 2. Ille est vere primitivus, qui sanctæ matris sanctus est partus, 921, 6. Sancti primogeniti sunt, non tamen omnis primogenitus sanctus, 920, 2 et seq. A primogenito Dei Filio primogeniti sancti, et ab illo initio initium sanctus nuncupatur, initium filius, cui debetur primitiarum prærogativa, 921, 7.

PRINCIPUM natales dies, 1178, 13.

PRÆSCUS a pueritia jam iude cum Ambrosio ætate accrevit simul, 1107, 1.

PRISCUM Attico commendat Ambrosius, 107, 1.

PRIVILEGIA. *Vid. PAGANI.*

PROCLUS episcopus Massiliensis, legatus Gallorum, 786, 1; 803, 76; 806, 1. Eius in Palladium condemnatio, 802, 65.

PROHIBETUR qui non fungitur iis, quæ desiderat, 595, 20.

PROMISSUM non temere prævaricandum, 215, 6. Non semper promissa solvenda omnia sunt, 127, 79. Est contra officium nonnumquam s. lvere promissum, et sacramentum custodire, 68, 264. Tolerabilius est promissum non facere, quam facere quod turpe sit, 127, 76.

PROPHETÆ Spiritum accipiebant, et Christum videbant, 700, 167. Non se, neque ea quæ juxta pedes sunt, prophetæ aspiciunt, sed caelestia, 1013, 13. Pascit prophetam, qui intelligit, qui custodit quæ scripta sunt, 1041, 80. Hæc consuetudo est prophetiæ, ut quæ futura sunt, vel quasi præsentia, vel quasi facta dicantur, 463, 97.

PROPRIMUM quibus nihil est, illis omnino nihil deest, 187, 5.

PROSPER plaudebat sibi, quod occasione sacerdotii Ambrosii redditurum se quæ abstulerat, non putabat, 1120, 24. Efficacia tamen Satyri solvit omnia, *ibid*.

PROSPERITAS. Secundæ res mentem extollunt, 844, 9. Quod facile usu venit, insolens rerum secundarum animus, 849, 23. *Vid. HONESTAS, SECUNDÆ.*

PRODIGALITAS. Etiam bonorum operum sumptibus immoderatum esse non decet, 96, 109.

PROTASIVS. *Vid. GERVASIUS.*

PROXIMUS est, quem non solum conformis natura conjunxit, sed etiam misericordia copulaverit, 398, 28. Non sanguinis necessitudo, sed virtutis cognatio proximos facit, 200, 54. Proximus esse non potes, nisi facias misericordiam, 404, 52. Hæc lex naturæ et Domini est, quæ nos ad communem adstringit humanitatem, ut alter alteri, tamquam unius corporis partes, invicem deferamus, 112, 19 et seq. Subvenire non habent humanitas est, duritia autem plus extorquere quam dederis, 112, 20. Nemo habet, quod alii plus deferat, quam quod sibi optat, 1196, 79. Intelligamus eo nos Deo acceptiores fore, quo etiam plura

donamus; quia hoc gratiores Deo sumus, quo nobis plura dimissa sunt, 958, 9. Dimitamus pauca, quibus plura donata sunt, *ibid*. Nemo debet lædere, qui sibi consulit, 954, 25. Qui non repellit a socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit, 47, 178. Quemadmodum potes in te non refugere, quod impatientius alii doleas accidisse? 1137, 7. Hoc maxime condemnat Deus, si decipiat aliquis proximum suum proximorum benignitate, et subdola iniquitate defeneratorum opprimat, 758, 13. Qui lapsus alieno gaudet, diaboli gaudet victoria, 433, 78. Plus astringitur, qui labi infirmum coegerit, 948, 7.

PRUDENTIA in veri investigatione versatur, 51, 118. principalium virtutum primo loco consistitur, *ibid*. Primi nostri delinuerunt prudentiam in veri consistere cognitione, 52, 118. Prudentia rationis humanæ est, 241, 114. Nihil ea prudentia sapientius, quæ divina et humana secerit, 1127, 48. Labor et diuturna meditatio cum Dei gratia dat perfectam prudentiam, 982, 11. Non in foro, non in plateis, sed in Ecclesiis possidetur, 235, 88. Cum omnibus bonis habet consortium, 85, 66. In se refliit ubertas prudentiæ, et quo pulcherris fluxerit, eo exercitius fit omne quod remanet, 88, 75.

Nemo prudens, qui Deum nescit, 31, 117. Prudentis est prospicere, ne frequenter eum læniteat sui, 1043, 85. Prudentium maturitati tutos esse volatus per sæculum, 242, 116.

IN PSALMO octavo omnes esse orationis virtutes, 586, 25. In quarto decimo perfectionem hominis accepimus, 1208, 37. Trig. simus sextus præceptis relictus moralibus, 1033, 45. Vigentesimus secundus aptus caelestibus sacramentis Eucharistiæ, 373, 13. Centesimus quartus decimus cur alleluia inscribatur? 1208, 37. Ostenditur quomodo Theodosium in psalmo centesimo decimo quarto velut luquentem audiamus, 1203, 17 et seq. *Vid. VIRGO.*

PUBLICUM. Non oportuit lædi virum, qui passit malo publico se ulcisci, 847, 18.

PUDICITIA non minor reverentia deferenda integritate verborum, quam corporis castitate, 1128, 52. *Vid. VERECUNDIA.*

PUDOR bonus, qui i. s. os corporis oculos sic premere consuevit, ut sæpe non videamus etiam quod videmus, 409, 70. Bonus, quem commendat silentia, 500, 26. Doceat solitudo verecundiam, et gymnasium pudoris secretum est, 296, 71. Bonus custos pudoris pietatis dolor, 199, 51. Pudor comes individuum debet esse virginitalis, 166, 14. Non revocat, sed commendat officium, 1128, 53. Non solitaria dos pudoris est, 275, 109.

PURUS tribus in camino ignis aderat in specie angeli, qui monerat ut in numero Trinitatis, unius oset laudatio potestatis: benedicebatur Deus, videbatur in Angelo Dei Filius, sancta et spiritalis in pueris gratia loquebatur, 450, 33.

PULCHRITUDO et formositas an locum virtutis habeat, 23, 83. Ars desit, nullum est crimen decoris; illecebra facies, inoffensa est species et formæ gratia, 759, 20. Pulchritudo audita nec visa plus desideratur, 167, 22.

PYTHAGORAS magnus apud philosophos habitus, æqualem, ut aiunt, vix reperit, 902, 1. Cum ex populo Judæorum, ut plerique arbitrantur, genus duxerit, ex ejus disciplina derivavit etiam magisterii præcepta, 902, 1. Socrate antiquior fuit, 10, 31. Prophetam secutus David, legem silentii dedit suis, 10, 31. Pythagoricum mandatum, quo discipulos suos communem atque usitatam populo prohibuerit ingredi viam, 902, 1. Unde id desumptum, *ibid*.

Pythagorea virgo cum a tyranno cogereat secretum prodere, morsu linguam abscidit, atque in tyranni faciem expulit, 451, 17.

## Q

QUADRAGESIMA. Debet esse aliquid, quod Quadragesimæ diebus addatur, 178, 18.

## R

RACHEL pudoris servavit officium, et pietatis non omisit affectum, 176, 10. In sancta Rachel magis figura mysterii fuit, quam ordo conjugii, 210, 90. Typum gerebat Ecclesiæ, 235, 91; 1065, 12.

RAGUEL in hoc philosophis honestior, quod mallet inunptam sibi manere filiam, quam propter nuptias ejus extraneos perichitari 131, 96 et seq.

RABAS signa fidei atque vexilla Dominicæ passionis attollens, coccum in fenestra ligavit, 374, 128.

RANIS silentium impositum, 177, 14. *Vid. ORATIO.*

RATIO appetitum refruare et sibi obediendum præmare debet, 60, 237.

REBECCA cur Jacob prætulerit Esau, 1046, 100.

REDEMPTIO nostra per sanguinem, remissio per potestatem, vita per gratiam, 496, 8. Redemptio animæ lides, 777, 2.

RECID.VA. Non pedes tui retro, sed mores non revertantur, non fiat voluntatis tuæ recidiva infirmitas, non ullus intercursum criminum, 909, 21.

REGNUM Dei tuuc venit quando ejus estis gratiam consecuti. 376, 221.

RELIGIO unde nomen acceperit? 159, 32. Præferenda est necessitudini, pietas popinquitati, 1055, 7. Filiorum salus religionis obsequio posthabenda, 215, 7. Christus docet nos iis, quæ videntur ab hominibus, non commovendos, si qua pro religionis obsequio deferuntur. 1077, 27. Quæ corporeo aspectu sunt turpia, ea sacrosanctæ religionis contemplatione reverenda sunt, 1011, 6. Magnum pietatis officium, sed religionis uberius, 183, 6. Nihil majus religioe, nihil sublimius fide, 826, 11. Totum decet, quidquid defertur religioni, 426, 42. Præmium fecit religio, quod per illa putabat esse supplicium, 853, 11. Nesciebat serere questiones, qui religionem timebat, 449, 29. In vite religio est, in olea pax, in rosa pudor sacratæ virginitatis. 157, 46. Ex omnibus partibus mundi odor sacratæ religionis inolevit, 158, 47. Leones docuerunt religionem christianam, dum adorant martyrem. *Vid. MARTYRES.*

RELIGIÆ sacrosanctæ martyrum, 875, 4. Judæorum et christianorum inclusus in elatione reliquiarum SS. Vitalis et Agricole, 279, 8. *Vid. AMBROSIIUS, GRAVAS.US.*

REMEDIO Deus non offenditur, 185, 35.

REXATUS. *Vid. LEONTIUS.*

REGIUS nostra in cælo, non in terra est, 979, 8. Bona requies præterire quæ mundi sunt, et illis que supra mundum sunt, cœlestibus consortiis requiescere secretorum. 1206, 29.

RESURRECTIO non incredibilior, quam miracula Moysis, et alia quæ in Evangelio memorantur, 1153, 74. Cur nitemur renasci posse, quod fuit; cum videamus natum esse, quod non fuit, 1151, 64. Ex natura est resurgere nascenda omnia, contra naturam est interire, 1149, 57. Quam grave sit sacrilegium resurrectionem non credere? 1161, 102.

Resurrectio futura corporis nostri probatur ratione, universalis exemplis, testimonio rei gestæ, 1147, 52 et seq. Probatur ex veteri Testamento, maxime ex propheta Ezechiele, 1151, 66 et seq. Si dicto Dei elementa consurgunt, cur dicto mortui non resurgunt? 1156, 85. Resurrectionem corporum pronuntiavit Christus, et ei credere debemus, 1157, 81 et seq. Christus plures suscitavit, ut nos exemplis anterioribus crederemus, 1156, 81. Est hæc series et causa justitiæ, ut quoniam corporis animique communis est actus, utrumque in iudicium veniat, utrumque aut penæ dedatur, aut gloriæ reservetur, 1157, 88. Si prævaricator servatur ad penam, cur justus non perpetuatur ad gloriam: si verius non moritur peccatorum, quemadmodum interibit caro iustorum? 1157, 87. Oportet carnem resurgere, quæ remunerationem suorum est adeptura gestorum, 293, 59.

Gentilis resurrectionem corporum negare non possunt, qui ex suis Hydris dentibus nasci homines posse crediderunt, 1152, 70. Obiectio gentilium contra resurrectionem corporum solvitur, 1149, 58. Facilius corpora resurgere, quam ahimas et corporibus in alia corpora demigrare, 1151, 65. *Vid. LAZARUS.*

Omnes qui sacrosanctæ Ecclesiæ copulati, divini nominis appellatione continentur, prærogativam resurrectionis et delectationis æternæ consequantur, 1166, 116. Sicut primitiæ mortis in Adam, ita etiam primitiæ resurrectionis in Christo, 1158, 91. Omnes nascimur, omnes resurgemus; sed in utroque vel vivendi, vel reviviscendi gratia dispar, dispar conditio, 1158, 95. Quo meritorum ordine resuscitabimur? 1163, 116.

Non resurrectionis requirendus nisus, sed fructus nobis expetendus est, 1165, 114. Flos resurrectionis immortalitas est, flos resurrectionis incorruptio est, 1148, 51. Quem dolorem non solvit resurrectionis gratia, quem non excludit mœrorem? 1155, 3. Resurrectionis annus nobis millesimus est, 1149, 59.

REX. Regi proprio filiem servare David docuit, nec usurpare imperium, sed vereri, 122, 60. Quam miseræ hic regni conditiones, quam mutabiles imperii status, quam exigua vitæ hujus spatia, quanta in ipso imperio servitia; cum ad aliorum, non ad suum vivant arbitrium? 908, 18. Regum termini cum exordis copulati, 834, 7. *Vid. DAVID.*

REVELATIONES. *Vid. SUSANNA.*

RHEGIUM, 944, 3.

RHECIA secunda fertilitatis suæ novit invidiam; fecunditate in se hostem excitavit, 858, 21. *Vid. JETHRONGI, MAXIMUS.*

RHODANI fluentia rapida, 1194, 79.

Rideni immoderatio, 297, 76.

RITUS. *Vid. MAJORES.*

ROMANA Ecclesiæ totius orbis Romani caput, 811, 4. Inde in omnes venerandæ communionis iura dimanant, *ibid.* Sicut sanctæ memoriæ Athanasius et Petrus Alexandrinæ Ecclesiæ episcopi, et orientalium plerique fecerant; ut ad Ecclesiæ Romane, Italiæ et totius occidentis consueque iudicium viderentur, 816, 4. Episcopi catholici, hoc est, Romana Ecclesiæ, 1127, 47. *Vid. SATURNUS.*

Ros cœli nocturnas amovet siccitates, ros Domini nostri Jesu Christi nocturnis et secularibus tenebris æternæ vitæ stillavit humorem, 250, 70. Ros in vellere fides erat in Judæa, postea e aruit in pectoribus Judæorum, et in corda gentium derivavit, 601, 7. *Vid. GERARDUS.*

RUCUS qui uretur et non exurebatur, figurabat quod Dominus illuminaturus spinas nostri corporis adhaeret, non consumpturus ærumosos, sed mitigaturus ærumas, 629, 165.

RUFINUS ex magistro officiorum factus est in consulti praefectus prætorio, 101, 1. Gaudet Ambrosius quod honore auctus sit, *ibid.*

RUMOROSUS comes gentilium nationum cultui inseries a primis pœnitentiæ suæ annis, 1010, 5.

RUTH. *Vid. BOOZ.*

## S

SABAOTH Interpretes alicubi Dominum virtutum, alibi regem, alicubi omnipotentem interretati sunt, 524, 15.

SABBATI magul requies, 1206, 29.

SABELLI impietas Patri susceptionem humanæ carnis attribuit, 486, 80. Eundem Patrem vult esse, quem Filium, 509, 104. Non ut Sabellius Patrem confundamus et Verbum, 445, 6. Unus Deus, non ut ipse sit Pater et Filius, sicut impius Sabellius asserit, 487, 86. Primis Joannæ Verbis confutatur, 454, 57. *Vid. ARIUS.*

Sabellianum Patrem, Filiumque confundit, 704, 8; 476, 35. Sabellianorum blasphemia in ultimo Christi iudicio quomodo refelletur? 492, 118. *Vid. MARCIORINUS.*

SABINIANUS diaconus, 757, 3.

SABINIUS Ambrosio remisit libellos, rursumque alios ad Sabinum mittit, ut eos severo expeditat examine, 998, 1 et seq. Obsecrat ut notam apponant ad verbum dubi pederis, et fallacis stateræ, *ibid.*, 5. Sabinus lecto Hieronimo Ambrosium de paradiso terrestri interrogat, 981, 1. Ambrosio scriptis de Apollinarista quodam, 984, 1 et seq. *Vid. AMBROSIIUS.*

SABINIUS episcopus Placentinus, 786, 1; 798, 10; 805, 76; 796, 57 et seq. Ejus in Palladium condemnatio, 801, 38.

SACERDOS tanquam sine patre et sine matre esse debet, in quo non generis nobilitas, sed morum eligatur gratia, et virtutum prærogativa, 1034, 19. Habemus nos sacerdotes nostram nobilitatem et præfectoris et consularis præferendum, 299, 82. Sacerdos sacerdotem conspuere debet, et in se eum induere vestimentis, hoc est, vinctibus sacerdotibus, 1056, 59. Qualis esse debeat, qui Christum ministrat? 201, 65. Sacerdotalis virtus quæ esse debeat? 1036, 59. Sobriam a turbis gravitatem, seriam vitam, singulare pondus dignitas sibi vindicat sacerdotalis, 923, 1 et seq. Hæc melius possessio Christum decet, ut virtus sacerdotis possideat sui, et fructus capiat integritatis, continentiæ, charitatis et tranquillitatis, 1103, 15. Sacerdos spectet, et quid cuique congruat, id offi il depreat? 225. Sacerdotum nonnulli braccas lineas terebant, 35, 2. *Vid. AARON.*

Sacerdoti maxime convent ornare Dei templum honor congruo, 96, 111. Sacerdos aliquid patrimonii sui salæ reservans, non videtur imperfectus, 41, 152. Sacerdotis est nulli nocere, prodesse velle omnibus: posse autem solus Dei est, 122, 59. Ei convenit impensas misericordiarum convenientes frequentare, et quibus, 96, 111. Liberalitas sacerdotum sobria esse debet, non pro jactantia, sed pro justitia, 88, 76. Sacerdotes plerique quo plus contulerunt, plus abundarunt, 88, 78. Meliora eis damna, quam lucra sunt sæculi, 1101, 5. *Vid. VIRGO.*

Si privilegium quarat sacerdos, ut onus curiale declinet, patria atque avita et omnium facultatum possessio cedendum est, 836, 15. Sacerdotibus etiam privatæ successionis emolumenta recentibus legibus denegantur, et nemo conqueritur, 836, 15. Joseph tributum consuetum Aegyptiis possessionem sacerdotalem immunitatem reservavit; ut apud Aegyptios quoque inviolabilis haberetur religio sacerdotalis, 933, 11. Per Ecclesiæ, jubetur quod catholici sacerdotes, resistentes gladio ferri, curiales proscripti omnes, nisi mandatum imperatoris impleverint, 867, 16. Tyrannus sacerdotis infirmitas est, 858, 35. Numquam sacerdotes tyranni fuerunt, sed tyrannos sæpe passi sunt, *ibid.*

Concessit Christus apostolis suis per penitentiam peccata dimitti, quod ad apostolorum officia transmissum est, 419, 12. Spiritus sanctus invocatur a sacerdote, a Deo traditur, in quo Dei munus, ministerium sacerdotis est, 619, 90. Munus Spiritus sancti est officium sacerdotis, ius autem Spiritus sancti in solvendis ligandisque criminibus est, 392, 8. Non mundavit Damasus, non mundavit Petrus; non mundavit Ambrosius, non mundavit Gregorius; nostra enim servitia, sed tua, Christe, sunt sacramenta, 603, 18. Cibus sacerdotis est in peccatorum remissione, 1050, 11. *Vid.* Ecclesia. Sacerdos prius curari debet, ut ministrare possit, 203, 65. In munere neque severitatem esse duram convenit, nec nimiam remissionem, 98, 120. Sacerdotalis præceptio etsi tanquam virga Aaron ad tempus amara videatur, tamen aliquando cum æstimatur aruisse, florescit, 956, 3. Sacerdotem beneficiis vel iudiciis suis favere convenit, 98, 12.

Nos sacerdotes sumus interpretes fidei, 1014, 8. Si de causis pecuniariis comites suos imperator consulit, quanto magis in causa religionis sacerdotes consulendi sunt! 954, 27. Valentinianus sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare, 860, 2. Sacerdotes de laicis iudicare debent, non laici de sacerdotibus, 800, 57. *Vid.* CONSTANTINUS, EPISCOPUS.

In causis pecuniariis intervenire non est sacerdotis, 122, 59. Sacerdoti licet silere in negotio dumtaxat pecuniario: in causa autem Dei, ubi communionis periculum est, etiam dissimulare peccatum est non leve, 99, 123. Neque imperiale est libertatem dicendi denegare; neque sacerdotale, quod sentias, non dicere, 946, 2. Sacerdos reus erit poenæ, quia non admonuit errantem, 998, 5. Sacerdotalis auctoritas non tam delectabilia quam utilia persuadent, 956, 2. Sacerdotibus id præcipue curæ sit, ut ea vitia resceant, quæ in plurimos videntur serpere, 845, 5. Alieni erroris societatem suscipere non possunt sacerdotes, 227, 14. In omnibus sacerdos periclitatur, in omnibus angitur; quod alii patiuntur, ipse sustinet, 1207, 56.

Christus querendus in pectore prudentis sacerdotis, 226, 50. Sacerdotis petitio doctrinæ pietatis est, 1103, 1. Sacerdos tum magis impetret, cum virtus prævaleat, 1103, 1. Exemplo Dathan et Abiron et Core discant dissidentes timere Domini commotionem, sacerdotes placare, 1034, 52 et seq. Unusquisque angitur in sacerdotium, ungitur et in regnum: sed spirituale regnum est, et sacerdotium spirituale, 365, 5. Sacerdotes sunt velut genæ Ecclesie: in quibus flos ejus gravior, et ætas perfectior, 1176, 7. *Vid.* LEVITA.

SACRAMENTORUM auctor quis est, nisi Dominus Jesus? 368, 13. Diviniora et priora sunt sacramenta christianorum, quam Judæorum, 351, 11. Non potest esse gratia sacramentorum, nisi ubi fuerit venia peccatorum, 630, 168. Sacramentorum rationem edere nondum initiatis, prodidisse potius quam edidisse æstimaremur, 325, 2. Eos qui adversus divina sacramenta contendunt, decipere sua consuevit astutia, 656, 11.

SACRIFICIUM complacitum et acceptum non est Deo, nisi quod meritis in divitiis sinceritatis et veritatis probatum, 1059, 12. Tunc offeres, cum sacrificandi acceperis facultatem, quando hostia tua accepta sit Deo, 1000, 13. Sacrificia Deo probata esse non possunt, nisi confessio vocis aspiat, quæ sacerdotali oblatione ad observandam Dei gratiam populos excitare consuevit, 1103, 113. Quid sibi velit quod Moyses post oblatum sacrificium, et immolatus Domino salutare hostias, dimidiam partem sanguinis in crateras miserit, dimidiam autem ad altare effuderit? 4031, 1 et seq.

SALOMONIS nobile iudicium per Spiritus sancti munus emicuit, 672, 36. Salomonis quam nobile iudicium! 213, 4 et seq. Mulieres apud eum litigantes fidei et tentationis figuræ fuerunt, 214, 3. Non immerito esse in iudicio Salomonis æstimatis esse Dei intellectus, 80, 44 et seq. Lectus Salomonis fuit nostri corporis figura, 179, 21. *Vid.* PHILOSOPHI.

SALPHA umbra oris significatur, 1086, 6. Salphæ filiæ sunt, ut interpretatio docet, oris obumbratio, 287, 37.

SALTATIO lasciva deliciarum comes, et luxuriæ ludibrium est, 1014, 5. Ibi intuta verecundia, illecebæ suspecta est, ubi comes deliciarum est extrema saltatio, 180, 25. Saltationis lubricæ histrionici motus etiam in adolescentula ætate vitiosi sunt, 426, 42. Nemo saltat sobrius, nisi insanit, 180, 25. Quam gloriosa sit sapientis saltatio, quam saltavit David! 1014, 8. *Vid.* MICHAEL.

SALUS aliter tuta esse non poterit, nisi unusquisque Deum verum veraciter colat, 824, 1. *Vid.* ANIMANTIA.

SAMARITANUS custos dicitur, 404, 57.

SAMONIS pater non zelo uxoris, quæ esset spectabilis pulchritudinis, aliquid suspectum habuit, ut quidam existimavit, 545, 12. Historia illius diversis Ecclesiæ myste-

ris aptata, 635, 5 et seq. Eiusdem generatio et vitæ totius series historice digesta stylo enarratur, 844, 8 et seq. Divino prædestinati oraculo, magnus vir, nec in pluribus numerandus, in paucis præstantissimus, viribus corporis omnium facile primus, 845, 10. Merito fortior cæteris habebatur, quia eum Spiritus Domini dirigebat, 635, 5. Utinam tam cautus ad servandum gratiam, quam fortis ad superandum bestiam! *ibid.* Circumscriptum eum fuisse a muliere naturæ potius quam culpæ ascribendum, 852, 33. In morte seipsum vicit, et insuperabilem gessit animum, 831, 32. Non est se expertus inferiore, cuius sequitura præstantior, quam potentia fuit, 852, 33. *Vid.* CONAUGIUM.

SANCTIFICATIO non traditur, sed infunditur, 443, 2. Gratia spiritalis est, 683, 95.

SANCTORUM vita non hic in terris, sed in cælo est, 1186, 46. Stellæ sancti sunt cælesti gratia refulgentes, 266, 23. Quo sanctior quisque, eo communior, 158, 51. Est necessaria cautela sanctorum, 601, 9. Teres vita sanctorum est, et ita sibi continens, ut superioribus posteriora respiciat, 698, 162. Nesciunt suis parere, qui nihil suum norunt, quoniam sanctis omnia Deus est, 1056, 8. Sancti ascendunt ad Dominum, flagitiosi ad vitia descendunt: sancti in montibus, criminosi in vallibus, 911, 2. Est sanctorum somnus etiam operarius, 823, 4. Est somnus sanctorum feriatu ab omnibus corporis voluptatibus, ab omni animi perturbatione, tranquillitatem menti invehens, placiditatem animæ, 823, 4. Solus Christus inambulatur animis, et graditur in mente sanctorum, 511, 74. Non incognitum nobis sanctos dimicare, dum feriuntur, 820, 7.

Habet sanctos proximos, qui pro te supplicent, 200, 54. Obscurandi sunt Angeli et martyres, qui possunt pro peccatis rogare nostris, 200, 55. *Vid.* BEATITUDO. Ana propinquitatem Petri, affinitatem Andrea; ut pro te rogent, et recedant cupiditates tuæ, 200, 54. *Vid.* ARROGANS.

SAPIENTIA ex ore altissimi ita prodidisse se dicit, non ut extra Patrem sit, sed apud Patrem, 625, 120. Sapientia divina inenarrabilis, impermixta, atque incorrupta, sanctorum animis sui infundit gratiam, et cognitionem reuelat, ut speculemur ejus gloriam, 1053, 4. Qui intellexerit infusionem divinæ sapientiæ, delectatur, nec alium cibum requirit, 1049, 2.

Sapientia in individuum cum virtutibus habet societatem, 85, 63. Sine iustitia esse non potest, 81, 48. Sapientia fundamentum est, iustitia vero opus, 68, 261. Ubi sapientia, ibi virtus animi, ibi constantia et fortitudo, 931, 5. Friget sapientia sine gratia, 361, 1.

Est mensura sapientiæ, quæ si supra mensuram sit, nocet, 778, 6. Sapientiæ viam non calcaverunt filii gloriificantium se et jactantium, quam interitico ignorat, mors nescit, 903, 4. Quanta sapientiæ pulchritudo? 85, 64. Quanto excelsior virtus est, tanto magis cultendum, ut assequi eam possimus, 35, 124. Sapientia auro argenteoque pretiosior, quam mors nescit, 290, 50. Sola est libra, quæ divitiibus pauperes præficit, et quæ servos propriis finire dominis facit, 933, 14. Sapientia infidelium animæ cibis, quo vescuntur in paradiso locati, quem vocavit manna sermo divinus, 778, 5. Sapientiæ sacrificium est, sicuti iustitiæ, 785, 3. Sapientia mea crux Domini est, redemptio mea mors Domini est, 503, 36.

Sapienti nihil alienum, nisi quod virtuti incongruum: quocumque accesserit, inveniet sua omnia, 757, 41. Sapiens non metu frangitur, non potestate minuitur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur: idem semper est animo, manet perfectus in Christo, fundatus charitate, radicatus fide, 931, 5. Omnis sapiens liber, omnis autem insipiens servus, 931, 4 et seq. Philosophi hanc sententiam ex Scripturis sacris hausierunt, *ibid.*, 6 et seq. Virtutis non coactus, sed voluntarius exsecutor est sapiens, 933, 20. Jam non sapiens, qui sit sine virtutis usu ac disciplina, *ibid.* Sapientis est neque cogi, neque prohiberi, 935, 20. Est sapienti et seruire libertas, 936, 24. Recedendi insipienti potestas, non adicienda libertas est; servitus enim ei competit, 939, 40.

Sapientis cor actumque et opus radicatum debet esse et immobile, 938, 33. Sapientis est omnia quæ bona sunt, velle, 934, 19. Solus sapiens, qui dure Deo usus est ad cognoscenda veritatis cubilia, et Dei hærens et suc essor est factus per gratiam, 937, 29. Num sapiens in naufragio positus, insipienti naufragio tabulam extorquere possit? 114, 27. *Vid.* DIVES.

SARA merito negabat quia riserat, etsi risus ejus plenus gravitatis fuerit, et pudoris, 297, 76. Castitas devotionem cumulavit in Sara, et devotio castitatem, 673, 42.

SARMATIO. *Vid.* BARBARIANUS.

SATANAS Latine contrarius dicitur, 918, 3.

SATISFACTIO cuius excluditur, ejus averitur animus, 761, 29. Grandi plægæ alta et proluxa opus est medicina: grandis

scelus grandem habet necessariam satisfactionem, 515, 57.

SATYRUS inter fratres duos, alteram virginem, alterum sacerdotem, ætate medius, magnanimitate non impar, 1129, 51. Satyri cum fratribus indivisum patrimonium, 1150, 39. Quanta ejus observantia erga Dei cultum, 1125, 43 et seq. Incredibili admiratione in auditorio præfecturæ sublimis emicuit, 1127, 49. Neque ut opulens, exultavit in divitiis; neque ut pauper, etigium quo habuit, judicavit, 1129, 56. Non erat pauper opibus, sed spiritu, *ibid.* Provinciales quibus præfuit, eum parentem magis fuisse proprium, quam judicem loquebantur, 1129, 58. Quantum justitia erga omnes excelleret? *ibid.* et seq. Quanta simplicitatis fuerit? 1128, 57. Quam pudoris et castitatis? *ibid.*, 52 et seq. Quam prudenter conjugium declinaverit? 1129, 53. Cur? 1150, 59. Ejus temperantia, 1129, 56. Innocentiam cum efficacia mira quadam virtute jungebat, 1120, 25.

Satyrus pio semper sollicitus affectu, latus Ambrosii suo latere sepebat: charitate, ut frater: cura, ut pater: sollicitudine, ut senior: reverentia, ut junior, 1116, 8. Auctor negotiorum, censor servulorum, arbiter fratrum, non litis sed pietatis arbiter, 1121, 40. Inter Ambrosium et sororem judex, *ibid.*, 41. Sine offensione ulla gubernavit fratris domum, et commendavit sacerdotium, 1119, 20. *Vid.* AMBROSIIUS.

Satyrum Ambrosius litteris revocabat, ne ipse Africam peteret, ac potius alium destinaret, 1120, 26. Satyrus ut celeritatem aucuparetur veteri et sentinoso navigio iterum se fluctibus credidit, *ibid.* Quanta ejus fortitudo in naufragio? 1125, 44. Et post naufragium, 1127, 50. Servatus ex undis Ecclesiam requisivit, ut gratias Deo ageret, 1126, 44. Sacramentum baptismi voluit suscipere, nisi ab eo qui cum Iscopis catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia conveniret, 1127, 47. Intemerata sacri baptismatis dona servavit, inuadus corpore, purior corde, 1128, 52. *Vid.* EUCCHARISTIA.

Satyri votis apud sanctum martyrem Laurentium impetratum esse nuac cognoscimus commatum, 1118, 17. Ne Mediolanum veniret, a viro nobili revocabatur Symmacho suo parente, quo I ardere bello Italia dicebatur, 1122, 32. Deus Satyri ex Sicilia et Africis regionibus exoptatum reditum contulit, 1118, 17. Satyrus mororem magis Ambrosii, quam suam mortem sibi esse testabatur dolori, 1117, 15. Testamentum non condidit, pauperum tamen non est obditus, 1150, 59.

Satyrus immaturo decessit obitu, 1153, 75. Tum mortuus est, cum Italia prope quo hoste urgeri cognosceretur, hoste inuaro, atque crudeli, qui nec pudicitia parceret nec scilicet, 1125, 51. Mortem ejus omnes Reverunt, 1115, 35: 1121, 28. Christus a cruciatibus mortis, et a nequitia spiritalibus incursionibus Satyri animam liberavit, qui jam ea que supra nos sunt, cernit, 1121, 29. Ad sepulcrum Satyri die septimo redimus, 1153, 2. Eodem die rursus sermonem publicum habuit Ambrosius, *ibid.* et seq.

SCHISMA. Non videtur ab his exhiberi Christo fides, qui in schismate sunt, 1127, 47. *Vid.* ECCLESIA.

SCIENTIA omnis aut ex natura, aut ex disciplina est, 586, 195. Hoc solum bene scio, quod nescio, quæ scire non possum, 703, 21. Studia scientiæ sine factis haud scio an involvant magis, 54, 125.

SCIPIO non primus scivit solus non esse, cum solus esset, nec minus otiosus, quam cum otiosus, 107, 2.

SCRIPTA. Ego beneficio annumero, si quis mea legeas scripta, dicat mihi quo videatur moveri, et cur? 984, 2. In scriptorum arte quæ requirantur? 781, 2. Scriptores Christiani de profanis possunt aliquid assumere, 497, 3 et seq. *Vid.* LIBER.

SCRIPTURA divina cur *ἀνεκκώτος* dicatur? 688, 112. Græcorum Scripturæ sacræ codicum potior est auctoritas, 723, 82. Scripturæ codices aliquos latinos perli falsaverunt, 612, 46. Anathema illi, qui divinis scripturis addit aliquid, aut minuit, 795, 56. *Vid.* ARIANI.

Negant plerique nostros scriptores sacros secundum artem scripsisse, 785, 1. Sed tamen illi qui de arte scripserunt, de eorum scriptis artem invenerunt, et condiderunt commenta artis et magisterii, *ibid.* et seq. Consuetudo divinæ Scripturæ est, ut causam quæ suscepta est, astruat, incidentem differat, 258, 57. Intentionem et diligentiam circa Scripturæ divinas ultimam posuit: Apostolus inter officia sanctorum, 3, 3. Frequenter Christi oracula, ex locorum in quibus diversatus est, qualitatibus æstimantur, 690, 118.

Vetus Scriptura quasi puteus profunda atque obscurior, unde cum labore haurias, 1041, 78. Scriptura divina convivium sapientiæ est: singuli libri singula sunt fercula, 43, 165. Qui de novo Testamento biberit, non solum flumen est, sed etiam flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, 1041, 78. Magna abundantia Scripturarum, quam

nemo possit humano jure comprehendere, 650, 170. Hæc est pluvia eloquii Legis, quod irrorat animam fecundam et sterilem honorum operum, ut habeat numerum gratiæ, 905, 4. Foris littera, intus mysteria, 836, 15. Nunc deambulat in paradiso Deus, quando divinas Scripturas lego, 991, 3. Paradisus est Genesis liber, in quo virtutes pullulant patriarcharum; paradisi Deuteronomiam, in quo germinant Legis præcepta; paradisi Evangelium, in quo arbor vitæ bonos fructus facit, et æternæ spei mandata diffundit per universos populos, 992, 3. Pretium Scripturæ fides nostra est; nam quod legitur, pro intelligentis æstimatur arbitrio, 895, 6.

SECRETUM quid tutius, et ad omnes actus expeditius, 798, 16. Occulta animi pro lator exitu, 995, 12.

SECUNDÆ res cautionis admonent, 775, 15. *Vid.* PÆSPERITAS.

SECUNDIAM in concilio Aquileiensi dicta et responsa, 805, 65 et seq. Ibi condemnatus, 806, 2. *Vid.* PALLADIUS.

SEGATUS episcopus, 1107, 2.

SEM dicitur Latine nomen, 1005, 4.

SEMIARIANI sive il, qui similem dicunt *Πθίμ*, sed non unius substantiæ cum Patre, refelluntur, 727, 106 et seq.

SENECTUS est vere illa venerabilis, quæ non canis, sed meritis albescit, 825, 5. Vita immaculata bonæ senectutis stipendium est, 91, 101. Ut æquallium usus dulcior, ita senum tutor est, 57, 221. Erubescat senectus, quæ se emendare non potest, 851, 7. *Vid.* JUVENECUS.

SEXTONES Capitolii secreta penetrantes Romanæ reliquie non tulissent, nisi eos pavido anser strepitu profudisset, 834, 5.

SENSUS oculorum auriumque habet homo quanto plures, tanto majora pericula, 984, 17. *Vid.* CARMEN.

SENTENTIA amentata, 762, 5. Quot homines, tot sententiæ, 172, 39.

SENTENTIA inde nomen accepit, quod septem in eohis stellarum irradlet; in quem maxime gubernatores quasi ducem feruntur intendere, 977, 5.

SEPTIMUS dies Legis mysterium signat, octavus resurrectionis, 895, 8. *Vid.* NUMERUS.

SERMO dividitur in colloquium, et in tractatum in disputationemque fidei atque justitiæ, 28, 99. Quid in utroque agendum vel vitandum? *ibid.* et seq. Meriti nostræ fidei et propinquus sermo est, 1036, 9. Si gravitas in sermone, in sermone pondus, atque in verbis modus, 5, 15. Sermo snavis accedat, ut cochleis sibi auditientium affectum, 60, 253. Collato sermonis, ut pecuniæ, magno est usui, 1052, 2. Deo solvitur sermonis custodia, quæ est sermonis sobrietas, 782, 19. Si pro otioso verbo ratio postulat, quanta magis pro sermone impietatis pena exsolvitur? 4, 7. *Vid.* LOQUI, VERBUM.

SERPENTES Evangelicæ exunt veterem usum, ut inuadant novos, 520, 151. Imago crucis æreus serpens est, 674, 50.

SERVITUS gemina, altera corporis, animarum altera: domini corporis homines, animarum autem malitiæ et passionis, 956, 24. Est servitus libera, quæ est voluntaria: servitus ex animo, non ex necessitate, 1090, 3. Inobediens servitus, quæ necessitate cogitur; honorata autem, quæ pietate deseritur, 1091, 7. Servitus inter bona numeratur, 1090, 6. Est gravior jugum servitutis, quam servitus, 1090, 3. *Vid.* LIBERTAS. Minus vile putatur servire libero; genuatur autem servitus, ubi servitur veritati, 760, 23. Nulla major dignitas, quam servire Christo, 273, 3. Servum Christi non custodia corporalis, sed Domini providentia sentire consuevit, 866, 9. Servulus Christi illi magis custodiunt, qui non videntur, quam qui videntur, *ibid.*, 11. *Vid.* CARISTO.

SERVI quomodo dominis suis debeant servire, 1048, 112. Servos dominus jure servitii subditos habeat pro moderate coercionis, quasi animæ consortes, 762, 51. Servuli characterem domini inscribuntur, 1189, 58. *Vid.* DOMINUS, SAPIENS.

SEVERITAS nimia extorquet plerumque terrore membrum, 1085, 10. Liqueat eos inter Christi discipulos non esse habendos, qui dura pro mitibus, superba pro humilibus sequenda opinantur, 390, 3. *Vid.* MISERICORDIA.

SEVERUS cæcus Protasii et Gervasilii reliquiis sanatus, 872, 2; 878, 17.

SEVERUS episcopus, 819.

SEXUS distinctio ubi non tenetur, merito ille non serratur castimonia, 1062, 7. Hoc est pulchritudinem vivendi tenere, convenientia cuique sexui et personæ reddere, 24, 81.

SIGNORUM ortus atque obitus non opus est ut explorem, 979, 9.

SILENTIUM. Quid præ cæteris debemus discere, quam tacere, ut possimus loqui, 3, 5. Sapiens est, qui novit tacere, *ibid.* Non mediocris est virtus tacere, 250, 3. Quid sit silere a bonis? 7, 18. Quando maxime silentium exerc-

caendum? 6, 17. Non perpetuum nec otiosum esse debere silentium, 4, 9. Si silentii mei dissimulationisque culpa et me ingravat, nec te liberat, malo importunior me quam inuliorum aut turpiorem iudices, 947, 3. *Vid. CONVIVIUM, DAVID, LOQUI.*

**SIMPLICIANUS** fidei et acquirendæ cognitionis divinæ gratia totum orbem peragravit, et quotidianæ lectioni nocturnis ac diurnis vicibus omne vitæ hujus tempus deputavit; acri ingenio intelligibilia complectens, philosophicæ libros quam a vero sint devii, demonstrare solebat, 1052, 1. Ambrosius in Simpliciano et veteris affectum amicitiae, et quod plus est, paternæ gratiæ amorem recognoscit, 951, 2. *Vid. AMBROSIIUS.*

**SIMPLICITAS** est quædam morum temperantia, mentisque sobrietas, 1128, 51. Simplex sibi dives videtur, si suppetat quod alimento satis est, 295, 65. Dives simplicitas quæ nihil discit, nihil contractum, nihil suspectum, aut fraudulentum putat, sed puro se fundit affectu, 942, 4. Ad omnia abundat directæ animi simplicitas, 98, 119. Cum munditia corporis congruit puritas simplicitatis, 1031, 36. Omne quod arte elicium, et frande compositum est, caret merito simplicitatis, 122, 58. *Vid. FRAUS.*

**SIMULATUM. Vid. FICTUM.**

**SINGULARITAS**, Græce *μονωτις*, ad personam pertinet; unitas ad naturam, 559, 46.

**SIRENÆ** figuræ erant voluptatum, 497, 4.

**SIRMENSIS** Ecclesia a Valente atque Ursacio, nutantibus sacerdotibus suis, incurtabatur, 677, 59.

**SIXINIUS** rogatu Ambrosii filio remisit, qui se inconsulto, uxorem acceperat, 1105, 1. Eos accusavit, qui compositis mendacis animum ejus adversum filios excitandum arbitrati sunt, 1105, 10.

**SOBRIETAS** mentis et sermonis, 782, 19. Quæstus sobrietatis habere quod usui est satis, 758, 15.

**SOL**, luna, stellæ servitum corruptionis nunc sustinent, postea requiescent in gloria filiorum Dei, 924, 9.

**SOLEMNITATES** Judæis Lege præscriptæ, superiorum sunt umbra celebratum, cælestiumque festorum, 1162, 107.

**SOLO** decem fecit ætatis hominum ordines per annos septenas, 979, 11.

**SOLUS** vox in Scripturis nequaquam Filium a Patre separat, 556, 28 et seq. Qui solus est, seipsum præ cæteris crudescat, quem maxime debet vereri, 756, 10. Assuesce unus esse, 1036, 60. *Vid. ADAM, MARIA, OTIOSUS, SCPIO.*

**SOMNI** similis imago mortis, 1153, 72.

**SOPHOCLEA** carmina, 936, 28. Sophocle antiquior Job, vetustior David, 937, 28.

**SONS**, Sicut in veteri Testamento terra sorte divisa est, ita in Evangelio sorte quadam Domino delectamur, 287, 59 et seq.

**SOTHEBIS**, quæ sanctæ Marcellinæ parens fuit, martyrium, 184, 39. Jussa a persecutore palmis credi, vultum obtulit, ut ibi martyrii fieret sacrificium, ubi solet esse tentamentum pudoris, 299, 82. Major Etrusco juvene, quem fabulæ ferunt stigmatibus vultum exarasse, ne a mulieribus amaretur, *ibid.*, 85.

**SPECIES** aliquando pro veritate accipienda, 551, 25.

**SPERASÆ** gratia, non credidisse poena est, 1170, 134.

**SPES** quid est, nisi futurorum expectatio? 928, 14 et seq. Infirma spes quæ committitur tempori, 455, 90.

**Spiritualia** mollia et subtilia, ut non possint comprehendi oculis, 1031, 7.

**Spiritale** signaculum quid sit? 616, 79. Spiritus plerumque ponitur pro gratia spirituali, 679, 70.

**SPIRITUM** si dicas, et Deum Patrem a quo procedit Spiritus: et Filium, quæ a Filio quoque est Spiritus, nuncupasti, 609, 44. Domini Spiritus ipse est Dei Spiritus, 678, 54 et seq. Spiritus sanctus Dominus dictus est, 657, 18. Gentiles homines per umbram quamdam de Spiritu sancto locuti sunt, 640, 35. Unum et eundem esse Spiritum sanctum probatur, 612, 55 et seq. Non potest bene sentire de Filio, qui potest male sentire de Spiritu, 669, 17. Qui divinitatem sancti Spiritus negaverunt, vel Ariatorum sunt Judæi, vel Ariani Judæorum, 706, 9.

Spiritus *hominum*, hoc est, deitate evidenter Scriptura testatur, 676, 59 et seq. Ex duobus Pauli apostoli locis probatur, 685, 86 et seq. Spiritus sanctus omnia probatur habere, quæ Deus habet, nempe divinitatem, cordis cognitionem, veritatem, nomen super omne nomen, et potestatem mortuos suscitandi, 695, 144 et seq. Quæ Filius accepit a Patre per unitatem naturæ, ex ipso per eandem unitatem accepit et Spiritus, 659, 154. Sicut Pater in Filio et Filius in Patre: ita Dei Spiritus et Spiritus Christi et in Patre est et in Filio, 666, 6. Spiritus sancti divinitas inde probatur, quod templum habet, 685, 90 et seq. Unum Spiritum sancti cum Patre et Filio esse dominatum ex Patre ad

Thessalonicenses et Corinthios epistolis probatur, 685 et seq.

Spiritus sanctum sempiternum esse probatur, 621, 98. Moyses Spiritum sanctum ante principium mundi cum Deo junxit, quem ante mundi principium sempiternum esse cognovit, 635, 1. Spiritus sanctus qui ante mundum superferrebat super aquas, non potest videri cœpisse post mundum, 614, 52.

Non inter omnia, sed super omnia Spiritus sanctus est, 604, 19. Id variis argumentis probatur, *ibid.* et seq. Quia non servit, et omnia ipsi serviunt, 605, 22 et seq. Item quia est super omnia, et quia blasphemia in illum nunquam remittetur, 611, 53 et seq. Denuo quia est super omnia; quia alta Dei scrutatur, et ex omnibus exceptus est, 605, 24 et seq.

Spiritus sanctum nec creaturam esse nec mutabilem variis argumentis probatur, 613, 62 et seq. Inde probatur Spiritum non esse creaturam, quod sit incircumscriptus, 617, 81 et seq. Spiritus sanctus inaccessibleis natura, receptibilis nobis est, complens virtute omnia, solis participatur justis, simplex substantia, opulentus virtutibus, unicuique præsens, ubique totus, 615, 72. Spiritus sancti divinitas ex ejus missione probatur, 624, 116 et seq. Quæ non est processio de loco in locum, 624, 119. Nec a Patre vel a Filio separatio, *ibid.*, 120. Sicut Filius Dei Spiritum sanctum, sic Spiritus sanctus Filium Dei misit, 665, 1 et seq. Spiritus datus et missus, sicut Filius; atque in hoc utique unitatem divinitatis habent, 666, 9 et seq.

Spiritus sanctus novit omnia, et unius est scientiæ cum Patre et Filio, 656, 115 et seq. Non accidens in Spiritu sancto scientia divinatorum, sed cognitio naturalis est, 658, 127. Spiritus sanctus dicitur veritas sicut et Filius, 628, 158.

Spiritus sanctus quæ vult mandat, sicut Pater et Filius, 661, 145; 665, 151 et seq. Spiritus qui dividit, quod vult; utique supra omnia non inter omnia est, 610, 48. Spiritus sanctus ubi vult, spirat pro liberæ voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio, 479, 48. Si unius est unitatis et operationis cum Patre Deo Spiritus sanctus, unius etiam substantiæ est, 661, 142. Regnum Dei individuum est cum Spiritu sancto, 697, 156 et seq.

Spiritus sanctum esse omnipotentem probatur ex Scriptura, 729, 113. Sicut Pater et Filius, ita etiam Spiritus sanctus immaculatus et omnipotens est, 700, 169. Spiritus sanctus descendit in specie columbæ; ut et sapientiæ testimonium ferret, et sacramentum layacri spiritalis impleret, et unius se cum Patre et Filio operationis ostenderet, 689, 96. Eandem esse Patris et Spiritus sancti operationem, 660, 159 et seq. Ut unam Patris et Filii et Spiritus sancti majores nostri dicerent potestatem, cum Spiritu gloriam Christi esse memorabant, 649, 81. Per unitatem potestatis ejusdem coadoratur in Deo Spiritus, dum Deus adoratur in Spiritu, 682, 82. Spiritum sanctum adorandum esse probatur, 680, 77 et seq. Spiritus sanctus sicut Pater et Filius creator est omnium, 640, 52 et seq.; 645, 59 et seq. Spiritus sanctus vivificat, sicut Pater et Filius, 659, 29 et seq. Per Spiritum legitimus plerumque facta, 652, 99. Spiritus sanctus est super omnia, de quo est omnis cælestium et terrestrium virtus, 610, 51. Spiritus sanctus replevit Jesum mundi totius redemptorem, 618, 80; 620, 93. Opus Spiritus sancti Virginis partus est, 641, 58 et seq. *Vid. INCARNATIO.*

Spiritus sanctus bonus est, fons principumque bonitatis, 614, 63 et seq. Non quasi acquirens, sed quasi Impertiens bonitatem, 615, 74. Spiritus sanctus habet omnia quæ Dei sunt, qui cum Patre et Filio a sacerdotibus in baptismo nominatur, et in oblationibus invocatur, cum Patre et Filio a Seraphim in cælestibus prædicatur, cum Patre et Filio habitat in sanctis, infunditur justis, inspiratur prophetis, 688, 113 et seq. Spiritus sanctus unus est, qui effertur in prophetis, insufflatus est apostolis, copulatus est Patri et Filio in baptismatis sacramentis, 612, 55. Spiritualis generationis auctor est Spiritus sanctus, sicut Pater et Filius, 645, 62 et seq. Ex effusione Spiritus sancti in creaturas divinitas ejus probatur, 619, 90 et seq. Spiritus sancti divinitas inde probatur, quod peccata condonet, 625, 112 et seq. Spiritus sanctus ex eo Deus esse probatur, quia sine peccato est, et peccata donat; quia creatura non est, sed creator; quia non adoratur, sed adoratur, 693, 153 et seq. Eadem genera gratiarum dat Spiritus sanctus, quæ Pater et Filius, 665, 152. Cum gratia Spiritus prædicatur, Dei Patris, aut unigeniti Filii non denegatur, 607, 46. Dei Patris eadem gratia quæ Spiritus sancti est, 621, 97. Non solum per Patrem et Filium, sed etiam per Spiritum sanctum prophetia; et ideo unum munus, una est gratia, 661, 145. Quos Filius redemit, Spiritus quoque sanctificaturus accepit, 669, 115. Ipse est Spiritus vitæ operator æternæ,

639, 27. Eodem Spiritus habet, quos Deus Pater et Christus ministros, 618, 68.

Sicut Filius magni consilii Angelus, ita etiam Spiritus consilii est, 638, 20. Eius ius unitus potestatis est, ut arguat Spiritus, sicut arguit Pater, et arguit Filius, 671, 35 et seq. Docet Spiritus Christi, sicut et Christus, orare discipulos suos, 929, 3. Ubi Spiritus, ibi Christus: et ubi Christus, ibi Spiritus, 673, 54 et seq. Non solum lux, sed etiam ignis est Spiritus sanctus, 629, 164 et seq. Spiritus sanctus est aqua viva, 631, 174 et seq. Non solum aqua, sed etiam fons dicitur est, *ibid.*, 176 et seq. Et fons vitae, 632, 180. Spiritus sanctus est fluvius de sede Dei procedens, quem bibit, qui credit in Christum, 637, 154. Oleum letitiae Spiritus sanctus est, 621, 101 et seq. Hinc creatura non esse probatur, *ibid.*, 102. Verbi gladius Spiritus sanctus, et Spiritus sancti gladius Verbum Dei est, 673, 43 et seq. **VID. TRINITAS.**

Spiritus sanctus quare quasi columba descendit? 358, 11. Descendit Spiritus sanctus corporali specie, ne incarnationem illam putares fuisse, sed speciem, 603, 4. Et utile declararet unius honoris in imperio, unius operationis in lavacro cum Patre et Filio sibi esse consortium, *ibid.* Sic descendit Spiritus, quemadmodum descendens est Christus, 639, 24. Spiritus sanctus venit non de loco ad locum, sed a dispositione constitutionis ad salutem reformationis, a gratia vivificationis ad gratiam sanctificationis, et de terra ad caelum, de injuria ad gloriam, de servitio ad regnum transferrat, 625, 122.

Obiectio haereticorum contra divinitatem Spiritus sancti ex verbis Amos prophetæ de flatu ventorum desumpta, solvitur, 613, 48 et seq. Ex his verbis: *De meo accipiet*, etc., de quibus columbiam instruunt haeretici, unitas divinitatis in Spiritu advertitur, non indigentia largitatis, 683, 113. Quo sensu dicatur de Spiritu sancto; *Non loquetur a se*, 689, 131 et seq. Cum Scriptura tentatum dicit spiritum, tentatum etiam Deum dicit, 674, 30 et seq. Obiectio haereticorum contra divinitatem Spiritus sancti, petita ex verbis Apostolis: *Ex quo omnia...* per quem omnia, solvitur, 630, 85 et seq. Cum dicit Apostolus ex Patre omnia, et per Jesum omnia; Spiritum sanctum non excludit, 607, 32. Obiectio haereticorum tres fore Dominos, si Spiritus sanctus Dominus est, solvitur, 698, 104 et seq. Obiectio haereticorum tres fore deos, solvitur, 681, 92 et seq. Obiectio haereticorum quod dicant in Spiritu Deum, non cum Spiritu praedicandum, solvitur, 647, 70 et seq. Obiectio haereticorum inter omnia esse Spiritum sanctum, quia omnia per Filium facta sunt, diluitur, 606, 27 et seq. Spiritus sanctus cur digitus Dei appellatus sit? 667, 11 et seq. Hoc digito tabulas illas lapideas Deus inscripsit, quas Moyses accepit, 668, 13. Hoc digito Christus scribebat in terra, 668, 13. Nec ideo Spiritus sanctus minor est, 669, 17 et seq. Sed unitas potestatis ejus cum Patre et Filio demonstratur, 670, 29 et seq. Non dubio dicere quia datus est Spiritus sanctus, 614, 66.

Sive Angelos dicas, sive Dominationes, sive Potestates omnis creatura expectat Spiritus sancti gratiam, 613, 62. Spiritus sanctus ex vitæ fonte procedens, in Angelis redundans, videtur effluere, pleno septem virtutum spiritalium fervens meatu, 632, 178. An non bonus Spiritus sanctus, qui bonos de pessimis facit, peccatum abolet, malum delet, crimen excludit, bonum munus infundit, de persecutoribus apostolos facit, de peccatoribus sacerdotes, 615, 71. Quomodo Spiritus sanctus ad nos descendat? 625, 121. Spiritus sanctus non sanctificatur, sed ipse sanctificat, 615, 74. Nos et per Spiritum sanctum et de Spiritu sancto nascimur et renascimur, 678, 63. Sicut in Christo morimur, ut renascamur, ita Spiritu signamur, ut splendorem atque imaginem ejus et gratia tenere possimus, 616, 79. Qui secundum Spiritum nascitur, secundum Deum nascitur, 616, 63. Spiritus sancti natura longe praestat aquæ, in qua baptizamus, 616, 76 et seq. Eramus feræ, sed per Spiritum sanctum leonum sævitia, pantherum varietas, as utia vulvum de nostris exolevit affectibus, 633, 109. Ubi Spiritus sancti gratia est, ibi species divinitatis apparet, 630, 168. Nulla potest esse plena benedictio, nisi per infusionem Spiritus sancti, 619, 89. D: Spiritus sancti effusione tantum capimus, quantum profectus nostræ mentis acquirunt, 620, 93. Non potest ibi exoratio esse veniæ, ubi Spiritum sanctum negando sacrilegii plenitudo est, 611, 34.

**SPONSALIA. Vid. ADULTERIUM.**

STATER in ore piscis inventus quid, et cur illum pro se et pro Petro Christus solve re mandavit? 780, 13 et seq.

STATUS quo inferior, eo virtus eminentior, 759, 19. Illud præcipuum, si magis mores commendent statum, quam status mores, *ibid.*

STELLÆ sperant laboris gratiam ab eo qui subjicit eas, 923, 7. **VID. SOL.**

STEPHANUS lapidabatur, et ille pro Christo vulnera, quasi

vulnera charitatis pio excipiebat affectu, 294, 61. Videbat oculos apertos, et Jesum ad dexteram Dei stantem; et ideo lapidum letus non sentiebat, corporis non considerat vulnera, 1013, 13. Stabat Jesus quasi advocatus, stant quasi sollicitus, ut athleta in suum certantem juraret: stabat quasi paratus, ut coronaret suum martyrem, 1023, 5. Stabat quasi sacrdos, quando Patri hanc vitam boni martiris offerrebat: stabat quasi homo lucatori bravum tanti præsi certaminis redditurus, 521, 138. Stephanus primus martyr, 212, 119. Prosequatur sanctum martyrem laudibus, vulneribus quidem adversarii cruentatum, sed Christi præmi coronatum, 522, 142.

STOLA vestis est nuptialis, 420, 18.

STRENUUS non sexus, sed virtus facit, 198, 44.

STUDIOSI ad aliquod homines aut præmiis aut fructibus incitantur: omne autem studium torpescit dilatione, 415, 86.

STULTI imperare servitus est, 956, 24.

SUBSTANTIA dicitur, quod in suo inareat, nec ope subsistat aliena, 728, 111. Substantie verbum in Scripturis cebererrimum, 316, 108 et seq. Aliud substantia, aliud qualitas est, 723, 103. Quod ejusdem substantie est, non unum, sed unum est, 721, 77. **VID. AMICITIA, NATURA.**

SUPERBIA. **VID. ADAM, GRATIA, JACTANTIA.**

SUPPLICATIONES plene invidiæ, 1101, 4.

SUPPLIO paucorum non melius est universos exui, quam in omnino indicari, 1033, 7.

SUPRA nos quæcumque sunt, in voto magis quam magisterio sunt, 132, 23.

SUAVANA tacebat, ut melius tacito pudore loqueretur, 500, 87. Negotiosum erat ejus silentium, 4, 9. Dum honestati intendit, etiam vitam reservavit, 130, 90. Gravi verecundiæ quam vitæ damnus putabat, 19, 68. Cautioriam vitæ prætulit, nec vitæ dispendium pertulit, et gloriam retulit castitatis, 673, 42.

SUAVANA die sancto Dominicæ resurrectionis divinitati se obtulit velandum, in solemnium conventu Ecclesie Dei, inter luminaria opulorum splendida, inter candidatos regni celestis, quasi Regi nuptura processit, 509, 19. Quæ alio die illi hoc die sit facta? *ibid.* Ad monasterium virginæ transivit, 312, 28. Ut copiam virginittatis voverendæ a parentibus obtineret, revelationes sibi datas terribiles divi, 509, 17. Ejus lapsus defleat, 506, 5 et seq. Vehemens in illam invecito, 506, 6 et seq. Ejus scelus, 508, 12 et seq. Illud exagitat, *ibid.*, 14 et seq. Malus rumor de eadem triennium quam laboratur, 311, 25. Dicebatur filium suum in oculo necasse, 314, 31.

SYAGRIUS Veronensis episcopus iudicium Indiciæ virginis siue alicujus fratris consilio sibi solus vindicandum putavit, 765, 1. Iudicium inspectioni adjudicandum constituit, *ibid.*, 2. Hoc iudicium improbat Ambrosius, 766, 5 et seq. Literis datis apud Ambrosium se defendit Syagrius, 766, 4 et seq. Quid in sui defensionem afferret, 769, 13. Indica scripsit, 770, 18. Ejus litteris respondit Ambrosius, 769, 16. Iudicium ejus rescindit, Indiciamque absolvit, 771, 2. **VID. INDICIA.**

SYAGRIUS consul, 786, 1.

SYMBOLUM spe ialiter debemus tamquam nostri signaculum cordis antelucanis horis quotidie recensere. quo etiam cum horrenum aliquid, recurrendum est, 179, 20. **VID. BAPTISMUS.**

SYMMACHUS vir clarissimus præfectus Urbis, 833, 1. Relationem obtulit Valentiniæ, ut ara, quæ de urbis Romæ curia sublata fuerat, suo redderetur loco, *ibid.* Tria in ea relatione posuit, quod Roma veteres suos cultus requirit, et quod sacerdotibus virginibusque vestalibus emolumenta tribuenda sint, et quod emolumentis sacerdotum negatis, fames secuta publica sit, 833, 3 et seq. Imperatori supplicat, ut veteres gentium religiones, et ara Victoriæ, instaurantur, 828, 1 et seq. Idem cum esset præfectus Urbis ad Valentianum imperatorem retulerat, ut tempus quæ sublata fuerant, reddi juberet, 1010, 2. **VID. AMMIUS, SATYRUS.**

SYNAGOGA bene in mulieribus decora dicitur, non in virginibus, 293, 67. Ecclesia eam excludit, 963, 24. Judæorum risus illam incendit in æternum, 297, 76.

Synagoga divino jam cremari cepit iudicio, 949, 8. Ipsam incensa auctore episcopo, ab ipso jussit Theodosius edificari, vindicari in cæteros, 948, 6; 936, 1. Hoc mandatum revocandum esse probat ac precat Ambrosius, *ibid.* et seq. Hæc Synagoga in castro ultimo constructa, nihil pretiosum, nihil copiosum habuit, 931, 18. Synagoga perficiæ locus, unitatis domus, amentia receptaculum, quod Deus damnavit ipse, 930, 14.

SYRACUSANI horti a Siculo bomine fraude venditi, 125, 71 et seq.

SYRACI papæ vigilantia laudatur, 965, 1 et seq.

SYRACUSI Prisco dedit litteras ad Ambrosium, 1106, 1.



SYRUS presbyter statim ut venit, recurrendum putavit, 1106, 1.

## T

TACERE. *Vid.* CONVIVIIUM, SILENTIUM.

TALES simus, quales haberi volumus: et qualem affectum habemus, talem aperiamus, 93, 96.

TEPORIC, 661, 151.

TEMPERANTIA modum ordinemque servat omnium, quæ vel agentia vel dicenda arbitramur, 31, 113. In temperantia quid maxime quaeratur? 56, 219. Sacratæ vinculo civitatis mysteriorumque contemplatione coelestium negligitis corporis voluptates, 211, 114. Non illa solum laudabilis, quæ parca est ciborum; sed etiam illa, quæ concupiscentiæ, 1030, 52. Naturæ conveniens est, atque divini legi, 1029, 27. Virtus est feminarum, 196, 40.

TEMPLEUM habet Deus, creatura templum non habet verum, 683, 90. Quoniam Dei templum sumus, materialis a nobis sollicitudines abdicemus, 210, 110. Templis christianorum dona detracta, 857, 15.

TEMPORA, dies anni, fluminum prætereunt modo, 90, 83. Tempus accepistis in hac terra, non perpetuitatem: ipsi tempore utamini, qui sciatis vos migraturos, 1013, 86. Qui non vult amittere quod est perpetuum, non eripiat alii quod temporale est, 757, 12.

TENTASSE nos non poenitet, quod intentatum caderet in culpam, 817, 2.

TENTATIONES diaboli tunc cavendæ, cum gravis urget dolor corporis, aut florum amissio, vel cæterarum necessitudinum, 1067, 22. Hæc est tentatio christiani, si in suæ animæ periculum prolatur, 1183, 33. Fortior in suo corpore tentatur, infirmior in alieno, 856, 15. Ipsi nobis tendimus retia, quibus involvimur, et implicamur: ipsi nobis vincula neclimus, 409, 75. Quia plerique vincuntur infirmi tentationibus, qui fortes sunt, probantur, 1666, 17. Homo es, et tibi venit tentatio, vince eam, 999, 11. *Vid.* CARO, DIAB. LUS.

TERRAS fugito, in quibus invidia est, ubi ambitio, ubi contentio, 908, 17. *Vid.* COELUM. Quid sit terra ferrea? 1060, 1 et seq.

TESTES in iudicio Ecclesiastico qui requirantur? 763, 2.

TESTAMENTI novi gratia, pax veteris, 978, 6. Abiit dies Testamenti veteris, venit dies novus, quo Testamentum consummatum est novum, 980, 15.

Testamentum non valet, quamdiu vivit testator, sed ejus morte firmatur, 1084, 3. Dicuntur tamen hæredes, testatore vivente, qui scripti sunt, sed sine re, *ibid.* Ubi testamentum, ibi hereditas, *ibid.* *Vid.* CLERICUS.

THAMNATA urbs quæ Palestinam viculis frequentabatur, 843, 13.

THECLA virgo, 507, 10. Ejus virginitas et martyrium, 166, 19. Eam nec carnis infirmitas potuit mutilare, aut sævitiæ tyrannorum potuit per varia tormenta dejicere, 507, 10. Virginitatis munere venerabilis leonibus fuit; ut ad pedes prædæ suæ impastæ bestię sacrum deferrent jejuniū, nec prociaci oculo, nec ungue virginem læderent, 1030, 31. Inter leones virgo exultavit, et rugientes bestias spectavit intrepida, 399, 37. Eam non senectus sed virtus probavit, 223, 40.

THESSALONICENSIVM ob cædem quantum episcoporum syndonem ingemuerit, 998, 6.

THEODOSIUS episcopus Octodorensis, 786, 1; 805, 76. Ejus in Palladium condemnatio, 802, 62.

Theodori episcopi subscriptio, 909, 14.

THEODOSIUS episcopus, 819.

THEODOSIUS insidiabantur salutem, qui patrem ejus triumphatorem occiderant, 1213, 53. Subiit pietatis exsilium, *ibid.* Invisus Romano Imperio barbaris suscepit imperium, *ibid.* Vere Dominus propitius fuit imperio Romano, quando iulienem Theodosium talem principem, et parentem principum legit, cuius virtus et potestas in tanto imperii constituta culmine triumphali, tanta sit humilitate subnixa, ut virtute imperatores, humilitate vicereit sacerdotes, 1021, 6. Theodosius beatissimus imperator fidem concilii Nicæni et exquirat, et probavit, 802, 14. Quos triumphos Theodosius des acquisierit? 1200, 7. In acie dicebat: Ubi est Deus Theodosii? *ibid.* In certaminibus coronam non suis viribus, sed Domini auxilio novit sibi esse donatam, 1204, 23. Mirantur dilexerit Deum? 1205, 17 et seq. Apex operum ius pietas semper fuit, 1000, 12. Post victoriam, quia ost. s. prostrati sunt, abstulit a consortio sacramentorum, 207, 34. Fuit imperator pius, imperator misericors, imperator fidelis, 1201, 12. Plenus timoris Dei, plenus misericordię, 1202, 16. Humilis in imperio, corde puro in pectore mansuetus præditus, 1207, 53.

Theodosius catholicus Ecclesiis reddidit, 814, 1. Unitatem reddidit Occidentalium juxta atque Orientalium Ecclesiis, 817, 1. Omnes idolorum ceremonias oblittevit, 1198,

4. Clausit templa, simulacra destruxit, 1208, 38. *Vid.* AMBROSIVS.

THEODOSIUS patruelus fratres et consobrinos veluit inter se conjugii convenire nomine, et sev-rissimam poenam statuit, si quis temerare ausus esset fratrum pia pignora, 1019, 8. Qui convictus non fuerit presentibus paribus, quod vere Augusto principalique responso clementia ejus deflevit, reverentiam semper ansulam quaestionis arripit, 818, 4. Malebat sibi homines religione quam timore astringere, 1202, 13. Habebat fidei studium, et Dei timorem: sed habebat naturæ impetum, qui cito ad misericordiam vel iracundiam vertebatur, 998, 4. Magis arguentem, quam adulantem probabat, 1207, 31.

THEODOSIUM Ambrosius ob eadem Thessalonicensem ad poenitentiam hortatur, 998, 6 et seq. Exemplum Davidis poenitentis proponit, 998, 7 et seq. Et aliorum, 999, 10. Huic nil se præbuit Theodosius, et ubi peccatum obrepit, veniam postulavit, 1203, 28. Quod privati erubescunt, non erubuit imperator publice agere poenitentiam: stravit omne, quo utebatur, insigne regium, deflevit in Ecclesia publice peccatum suum, 1207, 34. *Vid.* AMBROSIVS. Gratiani pat. r. 1001, 17. Ambrosius illi gratias deferbat, quod Valentinianum non solum regno reddidisset, sed etiam Instituisset fidei et pietatis disciplinis, 1002, 3.

THEODOSIUS supplantavit perfidiam tyrannorum, 1199, 4. Quanta Deus illi adversus Maximum tyrannum pugnanti beneficia contulerit? 952, 22. Theodosius Antiochenis suam donavit injuriam, inimici sui filias revocavit, nutriendas apud affinem dedit, matri hostis sui misit de arario suo sumptus, 935, 52. Petente Ambrosio, liberavit plurimos de exiliis, de carceribus, de ultimæ necis poenis, 933, 25. Armatis pepercit hostibus, et servavit inimicos suos, 955, 52. Servavit hostes, dilexit inimicos, ignovit iis a quibus appetitus est, regni affectatores perire non est passus, 1203, 17. Beneficium se putabat accepisse, cum rogaretur ignoscere: et tunc propior erat veniæ, cum fuisset commotio gravior iracundiæ, 1201, 15. Optabat in eo, quod in aliis timebatur, ut irascereur. *ibid.* Doluit quam dederat, iis qui in se pecca erant, perisse indulgentiam, 1199, 4. Pepercisit se pluribus recensendo pietatis suæ recordatione mulcetur, 1213, 52. Victoria Theodosii de Eugenio antiquo more, vetustisque miraculis, qualis sancto Moysi, et sancto Jesu Nave, et Samuili atque Davidi caelestis gratiæ effusione collata censetur, 1022, 4. Pro victoria de Eugenio tyranno reportata oblationem et gratiarum actionem per sacerdotes celebrari Domino desiderat, 1021, 4.

THEODOSII mortem motus terrarum graves, juges pluvie, et ultra solitum caligo tenebrosior minabantur, 1197, 1. Cum corpore jam solveretur, magis de statu Ecclesiarum suarum, quam de suis periculis angebatur, 1207, 35. Ante mortem jussit tributa laxari, 1199, 5. Moriendo regnum non deposuit, sed mutavit, 1197, 2. Moriens filios suos presentem commenda:it parenti, 1199, 5. Eodem destinatos non reliquit, quibus Christi acquisivit gratiam, et exercitus fidem, 1197, 2. Filii tradiderat regnum, potestatem, nomen augusti, 1199, 5. Mortuum in filii debemus agnoscere, 1199, 6. Pium ac patrium impendi eis debet obsequium, 1201, 11.

Quadragesimam ab obitu Theodosii diem celebramus, assistente sacris altaribus Honorio principe, 1198, 3 et seq. Corpus ejus Constantinopolim deferretur, 1214, 53 et seq. Ubi sepellitur, *ibid.*, 56. *Vid.* CONSTANTINOPOLIS. Theodosius post mortem recepit filium Gratianum et Pulcheriam dulcissima sibi pignora, quæ hic amiserat, 1209, 40. Adlizeret Flaccille suæ, *ibid.* Et Constantino imperatori, *ibid.* Fruitur nunc luce perpetua, tranquillitate diuturna, et ro iis quæ in hoc gessit corpore, remuneracionis diviniæ crucibus gratulatur, ac meruit sanctorum consortia, 1206, 52. *Vid.* AMBROSIVS, HONORIUS, NICÆNUM CONCILIUM.

THEOPHILO et episcopo Ægyptiis causæ Evagrii et Flaviani a synodo Capuensi remittitur, 1006, 2.

THRACIA. *Vid.* ILLYRIUM.

TICINENSIS Ecclesia, 106, 130.

TIGRIS, *vide* Tigris.

TIMOTHEI episcopi Alexandrini cum Paulino Antiocheno dissidium, 813, 4. Ad illud sedandum Patres concilii Aquileiensis imperatorem, ut Alexandriæ concilium jubeat coire, datis literis obsecrant, *ibid.*, 5.

Timotheus episcopus, 819.

TIMOR initium sapientiæ, et effector beatitudinis, 2, 1. Caritas libertatis, timor servitutis est, 1091, 7. Timor ad libertatem perducit, libertas ad fidem, fides ad charitatem, charitas acquirit adoptionem, adoptio hereditatem, 1084, 5. Timor temporalis tutaminis servat excubias, nescit diurnitatis custodiam, 79, 38. Plerumque quibus incentivum est impunitas, timor tædio est, 589, 210. Dominus diligimavult quam timeri, 1083, 10. Didiimus Christi servuli non timere, 873, 36. Gravius est timere de acclerit, quam

tolerare quod jam noveris accidisse, 1179, 15. Non impenitentibus nunquam gravis est terror, 873, 36.

TRITANI innoceus victoria in neptis suae causa, 1001, 1.

TOBIAS nunquam requisivit pecuniam, quam dederat, nisi extremo vitae suae tempore, et cur? 813, 5.

TORQUES insignia suat victorie, 1191, 68. Victores secularium praeliorum solent strenuorum virorum donatis torquibus onerare cervicem, 268, 89.

TRANQUILLITAS. Quid est juste vivere, nisi cum tranquillitate vivere? 1045, 85.

TRACTATUS. Quando de religione tractatus est, Deum cogita, 825, 7.

TRIBUTUM non solvunt, quibus portio Deus est, 781, 17. *Vid. FEMINA.*

TRINITAS incompositae naturae corrumpi non potest, 1099, 8. Qui unum dixerit, Trinitatem signavit, 609, 44. Probatur unum esse nomen Patris et Filii et Spiritus sancti, 627, 152 et seq. Nos Patrem et Filium et Spiritum sanctum confitemur; ita ut in Trinitate perfecta et plenitudositas divinitatis, et unitas potestatis, 445, 10. In Patre et Filio et Spiritu sancto unitas majestatis, et quod amplius est reverentiae, 604, 151. Unius et Pater, et Filius, et Spiritus sanctus et naturae sunt et scientiae, 657, 124. Probatur ex Scripturis quod eadem Dei Patris sit natura, quae Filii est, eadem sit et Spiritus sancti, 722, 81 et seq.

Increata et inestimabilis Trinitas, quae unius est aeternitatis et gloriae, nec tempus, nec gradum, vel posterioris recipit vel prioris, 547, 140. Ipsa Patris et Filii et Spiritus sancti venerabilis Trinitas sine tempore, sine ordine, auctor numeri, non sub numeri lege devincta, 977, 5. Non est in divinitate vel Sabelliana confusio, vel Ariana discretio, vel terrena corporalisque mutatio, 661, 142. In ipsa nec confusum, quod unum est: nec multiplex, quod indifferens, 447, 17. Est quaedam indistincta distinctae incomprehensibilis, et inenarrabilis substantia Trinitas: distinctionem accepimus Patris et Filii et Spiritus sancti, non confusionem; distinctionem, non separationem; distinctionem, non pluralitatem, 537, 91. Pater et Filius distinctionem habent, ut Pater et Filius; separationem divinitatis non habent, 476, 33. Unitas Trinitatis est; non ordine distincta, nec tempore, 264, 64. Non divisum est regnum Trinitatis, 446, 11. Habet consortium regni cum Patre et Filio etiam Spiritus sanctus, 637, 158.

Quae habet Pater, Filii sunt: quae habet Filius, accepit et Spiritus, 658, 118. Pater videtur in Filio, et Filius in Spiritu, 699, 167. Patris imaginem habemus in Filio, sigillum Filii habemus in Spiritu, 158, 48. Ubi Pater, aut Christus, aut Spiritus, Scriptura testificante, signatur, ibi omnis plenitudo est Trinitatis, 676, 35. Patris et Filii et Spiritus sancti unam voluntatem, unam vocationem, unam praecceptionem esse probatur, 653, 101 et seq. Unam Patris et Filii et Spiritus esse sanctitatem probatur, 688, 109 et seq. Per unitatem ejusdem substantiae idem velle, atque idem nolle, et idem posse et in Patre est et in Filio, et in Spiritu sancto, 534, 74. Sicut Pater virtus, ita et Filius et Spiritus sanctus, 657, 49 et seq.

Dilectio unam esse potentiam Trinitatis, quam nos in ipsa atque post ipsam Christus docuit passionem, 487, 85. Sicut ex Patre legitimus esse omnium, ita et ex Filio et ex Spiritu sancto, 632, 96. Unitas divinitatis et operationis in Patre, in Filio et Spiritu sancto probatur ex Cantico Moysis, 869, 20 et seq. Una sententia et operatio Trinitatis est, 575, 154. Principium omnium Trinitas est, et Trinitatis primatus super omnia est, 263, 68. *Vid. INCARNATIO.*

Sicut vita Pater, ita Filius vita et Spiritus sanctus, 650, 171 et seq. Sicut vita est cognoscere Patrem et Filium, ita etiam vita est cognoscere Spiritum sanctum, 658, 26 et seq. Pater Filium misit et Spiritus: Spiritum quoque et Pater misit et Filius, 666, 8; 485, 76. Sicut sanctificat Pater, ita sanctificat Filius, sanctificat et Spiritus sanctus, sed una est sanctificatio, 670, 23 et seq. Descendit Filius, repleta sunt omnia novo odore Verbi. Eructavit cor Patris Verbum bonum, fragavit Filius, Spiritus sanctus exhalavit, atque per omnium se corda diffudit, 221, 63. Unam pacem et unam gratiam Patris et Filii et Spiritus sancti esse probatur, 626, 126 et seq. Similiter eandem charitatem et communicationem, *ibid.*, 128 et seq. Unam gratiam et unam praesentiam esse Patris et Filii et Spiritus sancti, 626, 125.

Sicut Pater lumen, ita etiam Filius et Spiritus sanctus, 629, 160 et seq. Clarificat Spiritus Filium, sicut clarificat et Pater, sed etiam Spiritum clarificat Dei Filium, 657, 121. Sicut flumen Pater, ita Filius et Spiritus sanctus, 632, 181. A Christo non deficit ubi ra, claritas a Deo, flumen ab Spiritu: haec est Trinitas, quae Ecclesiam suam irrigat, Pater, Christus et Spiritus, 452, 22.

Ejusdem impietatis est vel Patri, vel Filio, vel Spiritui sancto derogare, 606, 50. In sacrilegium iudicant, qui prolativum Verbum putant in Patrem redire, prolativum

Spiritum in Deum refundi; ut unus refusio sit, et qualem vicissitudo in varias formas se saepe mutantis, 614, 53. Qui male crediderit de Filio, non potest bene sentire de Patre: qui male crediderit de Spiritu, non potest bene sentire de Filio, 566, 88.

Nihil extra se Trinitas loquitur, 659, 154. Quid potestius, quam confessio Trinitatis, quae quotidie totius populi ore celebratur? 873, 34. *Vid. CAELI, DEUS, PATR, FILIUS DEI.*

In TRISTIBUS sit modus, qui exigitur in secundis, 113, 41. Usu venit, ut non libenter teneamus unum tantum molestidinis, 819, 2. Etsi unus jucunda solatia moerentibus, tamen nonnumquam necessaria sunt, 944, 1.

TUBARUM quibus Moyses uti praecerat, mystica significatio explicatur, 1161, 103 et seq. Tuba Romani celebratur in militia, *ibid.*

TUBERA mira magnitudinis, 762, 1. Hujus nominis diversio ratio, *ibid.*

TYRUS origo est in Armeniae locis, 843, 2.

TYMASUS magister equitum et peditum adversam moechos vehementer, 963, 27.

TYRUS umbra est veritatis, 513, 89.

TYRANNORUM tolerabiliora perjuria, quam sacramenta sunt, 181, 28. Qui tyranni imaginem habet, obnoxius et damnationi, 64, 254.

## U

ULCUS quomvis tumidum, cum fuerit apertum, evaporans praestat refrigerium, 505, 1.

URA, 383 et seq.

ULTIO. Christus eo usque perfectis studium admittit animis, ut ledentium charitatem imperet, 1042, 84. Non aliquid durum videtur, pro vindicta injuriae caelestis, 1056, 7. *Vid. INIMICIS.*

UNITAS numerus non est, sed haec omnium ipsa praecipua, 447, 19. Nec dividitur, nec sciinditur; ideo nec corruptela subitur, nec aetati, 446, 11. Quod unum nec est, divisum est, *ibid.*

URIEL non moritur, 500, 200.

URSCENUS. *Vid. VALENS.*

URSCUS indebitum sibi gradum usurpare conatus, cum Ariam conjunctus, turbare Ecclesiam Mediolanensem molebatur, 810, 2 et seq.

USURA. Nihil durius quam pecuniam dare ad usuram, 845, 4. Quanto uberior tenoris summa, tanto gratior sortis cura, 1114, 3.

UTILITAS duplex, alia corporalis, alia pietatis, 77, 2. Nihil iudicandum utile, nisi quod in commune prosit, 114, 25. Eadem utilitas, quae honestas, 77, 28. Non est utilitas, in qua plus honestati detrahitur, quam utilitati adjuvatur, 119, 44. Utilitatem non pecuniarii lucri aestimatione subducimus, sed acquisitione pietatis, 76, 23. Qui inanis et omnibus, sibi utilis esse non potest, 114, 25. *Vid. HONESTA.*

UXOREM vir tamquam gubernator dirigat, tamquam consortem vitae honorat, participet ut cohaerere dem gratiae, 106, 107. Mulier viro d ferat, non serviat: regendam se praebet, non coerendam: indigna est conjugio, quae digna est jurgio, *ibid.* Placeat uxor honestate magis quam pulchritudine, 256, 30. Jure laudatur bona uxor, sed melius pra virgo praefertur, 966, 5. Si uxor tentatio est, esto cauta, quare remedium adversus tentationis periculum, 76, 3.

## V

VALENS Ursicino junctus turbare Ecclesiam Mediolanensem molebatur, 811, 5. Pudet dicere quam turpi sum ejus convicio sauciata sit, *ibid.*, 5.

VALENTIA Gallorum, 800, 7.

VALENTINIANUS Senior sub Juliano militiam et tribunicios honores fidei amore contempsit, 1188, 53. Ejus fides confessionis constantia comprobata est, et sapientia melioris republicae praedicator, 860, 5. Non solum sermo respondit, sed etiam legibus suis sanxit: In causa fidei, ad Ecclesiastici alicujus ordinis eum judicare debere, quae non munere impar sit, nec jure dissimilis, hoc est, sacerdos de sacerdotibus voluit judicare, 800, 2 et 5. Baptizatus dicebat: Non est meum judicare inter episcopos, 861, 2. *Vid. EPISCOPUS.* Nemo ad eum delitit aram esse in Roma curia, in qua idolis sacrificaretur, 828, 16.

VALENTINIANUS junior imperator christianissimus 821, 5. Parvulus erat, cum post mortem patris ad disceretur imperio, 1190, 39. Quantus Valentiniiani erga provinciales amor? 1180, 21. Eis tributa laxavit, *ibid.* Pugnavit adversus extraneos hostes, pugnavit adversus lubricas saeculi mutationes, pugnavit adversus corporis fragilitatem, adversus multiplices passiones, 1191, 66. In eo anteriorum maturitas et consiliorum senectus, 1174, 5. Quanta ejus pietas, 1179, 18. Respondit ut nihil creptatum sanctis praesertim diebus statureret, *ibid.* Patrem et fratrem



imitatus est, alterum fide, alterum devotione, 1189, 53. Legatio iterum a paganis ei missa in Gallias, ut sumptus sacrificiorum reddi juberet, nihil extorquere potuit, 1011, 5. Temporum jura, sacerdotiorum profana privilegia, cultus sacrorum legatis Romanis senatus nomine restitui petentibus negavit, 1179, 19; 1188, 52. *Vid. AMBROSIIUS, SYMMACHUS.*

Valentinianus circa amicos suos quem habuerit animum? 1184, 35 et seq. Quem erga germanas suas habuerit affectum? 1184, 36 et seq. Quid in eorum lite cum orphano egerit? *ibid.*, 37. Quantum pro fraternæ sepulturæ honore sollicitus? 1182, 28. Audiebat in consistorio negotia, et congruam adulescens senilemque ferebat sententiam, 1178, 16. Risit adulescens, quod robusti metuunt principes, 1179, 18. Hunnos atque Alanos repressit, 890, 8. Hostis barbarus et adhuc militavit adolescenti; et suæ oblitus victoriæ, laxavit sponte quos ceperat, excusans quod ignorasset Italos, 1175, 4. Moderatione ipsius, et tranquillitate pacifica, nec Gallia hostem sensit, et Italia hostem repulit, 1191, 68. Moderatione sua magnorum æquavit insignia triumphorum, *ibid.* Maximo pacem auro suo redemit, 890, 8. *Vid. VICTOR.*

Valentiniano quanta fuerit emendatio vitæ? 1186, 46. Factabant invidi quod præmature prandium peteret; cœcit ita frequentare jejuniū, ut plerumque ipse impransus, convivium solenne suis comitibus exhiberet, 1178, 16. Ferebatur primo ludis circensibus delectari; sic illud absterit, ut ne solemnibus quidem principum natalibus, vel imperialis honoris gratia circenses putaverit esse celebrandos, 1178, 15. Aiebant aliqui eum ferarum venationibus occupari, atque ab actibus publicis intentionem ejus abduci; omnes feras uno momento jussit interfici, *ibid.* Quid erga Sceniam mulierem forma ac decore præstantem egerit? 1179, 17. *Vid. AMBROSIIUS.*

Valentinianus lætissimum judicium impugnat fidem, quod lata lege patefecit, 864, 5. Ambrosium quem ante persequebatur, nunc diligebat, se ab eo nutritum præferebat, ut sedulum patrum desiderabat; et cum sanctos et summos sacerdotes haberet, ab eo tamen ut baptismatis sacramentis initiaretur, scribendum arbitratus est, 1002, 2. Valentinianus parens Theodosius, 826, 11. Quem super omnibus fere majoribus causis consulere solebat, *ibid.* Ornatus capitis ejus gloriosus, quod non regalia diademata, sed quod Domini sanguinis insignia coronarent, 1192, 69.

Valentinianus ævi integer antequam sacramentorum quæ desideravit, adipsceperit gratiam, repentina oblit morte, 1002, 3. Non amisit gratiam baptismi, quam poposcit, 1182, 50; 1188, 51. Quanto gaudio adventum Ambrosii expectabat, ut ab eo sacris mysteriis initiaretur? 1180, 23 et 25; 1188, 51. Christus baptizavit Valentinianum; quia humana ei officia deseruunt, 1195, 75. Eum fides sua lavit, et petito consecravit, 1194, 77. Quid moriens de suis sororibus dixerit? 1188, 50. Mori non timuit, immo pro omnibus se obtulit, 1184, 55. Non inflexa aliqua mortis terrore ejus constantia, 1190, 62. In primo vitæ occidit cursu, 1183, 35; 1185, 43 et 46. Octavo decimo regni sui anno obiit, 1189, 57. Causa mortis ejus plena laudis, quod Romano voluit subvenire imperio, 1174, 2. Audiens ad Italiam fines barbaros appropinquasse, voluit dimittere Gallicana otia, et pericula nostra suscipere, 1180, 22.

Valentinianus sorores quam gravibus de ejus morte afflictabantur modis? 1005, 5. Quantum Ambrosii de illius morte luctus? 1182, 28 et seq. Ecclesia ploravit in ejus morte, 1175, 5 et seq. Ecclesia percussa erat in maxilla cum amitteret Gratianum; præbuit et alteram, quando ei Valentinianus ereptus est, 1175, 6. Omnes morte Valentinianus non imperatore sibi, sed salutem ereptam putabant, 1181, 26. Omnes non tamquam imperatorem, sed tamquam parentem publicum obisse domestico fletu doloris illacrymant, 1174, 5. Quam beata fuisset respublica, si eum diutius servare potuisset, 1186, 46. Dolendum est quod nobis cito raptus sit, consolandum quod ad meliora transierit, 1186, 46.

Porphyræticum labrum præparatum Valentinianus sepulturæ, 1005, 4. De hoc expectabatur Theodosii rescriptum, *ibid.* Valentinianus vita jam fruitur æterna, 1186, 44. Anima ejus de corpore recedens, repulsa nocte sicut sol appropinquat Deo, 1191, 64. Quibus verbis eam alloquitur Ambrosius? *ibid.* et seq. *Vid. AMBROSIIUS, GRATIANUS, ITALIA.*

Valentinianus paratus ad humilitatem salutem Eusebium, 1005, 5.

Valentinianus non sæcula ante Deum, sed deos putat esse quot sæcula sunt, 709, 25.

Valentinianus sacramentum incarnationis negavit, 478, 44. Non putavit veritatem carnis humanæ a Christo susceptæ, 705, 8. Christus Filius David est contra Valentinum, 570, 105.

Valentinianus triginta et duos Mones colunt, quos deos appellant, 951, 16. Theodosius eos excludi jussit, nec conveniendi usurpare copiam 954, 26. Valentinianorum fanum in quodam vico rurali tumultuarie conditum, a monachis incensum, 951, 18; 956, 1. In monachos vindicari præceptum ab imperatore, *ibid.* *Vid. AMBROSIIUS.*

VALERIANUS episcopus Aquilejensis, 786, 1; 805, 76; 798, 46; 799, 49. Ejus in Palladium sententia, 800, 54.

VALLIO bellator strenuus, miles fidelis, comes utilis, jussus occidi a Maximo tyranno, 891, 11.

VASE fetido vel oleum vel vinum facile corrumpitur ac deterioratur, 1058, 6.

VELLUS Gedeonis exsiccatum et ros missus in pelvium quid significet? 602, 11 et seq. Gedeonis vellus quid figuraverit? 190, 18 et seq.

VELAMINA hæc sunt meliora, quæ sunt indumenta virtutum, 275, 109.

VENETIAS autumnii frumenta paverunt, 838, 21.

VENUS. Quam Cœlestem Afri, Mitram Persæ, perlique Venere colunt, pro diversitate nominis, non pro numinis varietate, 840, 50.

VERBI divini naturam nescio multo melius, quam scio, 708, 21. Verbi esse apud Patrem est, Patris esse cum Verbo est, 707, 18. Non quale Verbum quod syllabis colligitur, tale Verbum Filius; quia non totis est Pater Verbi, 708, 19. Secundum naturam unum est, quod et gradum excludit et numerum, 708, 20. Verbi æternitas et divinitas ex primis Joannis Evangelii Verbis asseritur, 706, 14 et seq. Sermo noster non operatur; solum est Verbum Dei quod nec prolativum est, nec quod idcirco dicunt, sed quod operatur, et vivit, et sanat, 354, 72 et seq. *Vid. CHRISTUS, FILIUS DEI.*

Verbum Dei ros Patris, 915, 6. Nostris meritis Verbum Dei nobis aut vivit aut moritur, 914, 2. Vulnerat Dei Verbum, sed non ulcerat, 235, 91. Quam bonus sit gladius? 214, 5. Currit, fastidio non capitur, negligentia non tenetur, 231, 74. Thesaurus in nobis est, 243, 119. *Vid. ANIMA.*

Verborum fomenta graviora, quæ vino quodam Sodomitanæ vitis mentem inebriant, 410, 76. Speculum mentis plerumque in Verbis refulget, 19, 67. Non in verbis quædam constituamus insidias, et verborum tendiculas aucupemur, 505, 57. *Vid. LOQUI, SERMO.*

VERCELLENSIS Ecclesia ob dissensiones episcopo diutius orbata, 1025, 1. Quanta cura ordinandi sacerdotis expetit in Vercellensi Ecclesia, ubi duo pariter exigi videntur ab episcopo, monasterii continentia, et disciplina Ecclesiæ, 1058, 66. *Vid. AMBROSIIUS, EUSEBIUS.*

VERECUNDIÆ in factis et in ipsis etiam sermonibus pulchra et suavis gratia, 19, 67; et in silentio, *ibid.*, 68. Est in ipso motu, gestu, incessu tenenda, 20, 71. Quomodo natura ipsa magistra sit verecundiæ? 22, 78. Ut in senibus gravitas, in juvenibus alacritas; ita in adolescentibus verecundia commendatur, 19, 63. In ordine vitæ a verecundia prius quedam fundamenta duci debent, 56, 220. Pudicitia comes est, 20, 69. Ejus scopuli, 24, 83.

VERITATEM investigare omnibus hominibus inest secundum naturam humanam, 55, 125. In veri investigatione quid observandum, 33, 122. Non fallit veritas, non circumscribitur iustitia, non decipit virtus, 162, 84. Veritatem non aliunde, nisi ex veritate procedere, 1184, 109. Ea esse perpetua ac solida, quæ vera sunt, 97, 116. Vulgi usus non præjudicat veritati, 238, 36.

VERONENSIS charissimum exasperati veniunt, pacifici reverentur, 763, 1.

VESTÆ virginis, et Palladis sacerdotes non mortum pudicitiam habent, sed annorum, quæ pudicæ adolescentem jubentur esse, impudicæ anus, 150, 15. Violentia capiebantur esse, 217, 115. Vix septem capiuntur puellæ, 836, 11. Eas infusæ vittati capitis, purpuratarum vestium morices, pompa lecticæ ministrorum circumfusa comitatu, privilegia maxima, lucra ingentia, præscripta denique pudicitia tempora coegerunt, *ibid.*

VESTIS. Suis unumquemque sexum induit natura indumentis, 1062, 2. Cur tam severe Lex immundos eos dixerit, qui alieni sexus uterentur vestibus? 1061, 1 et seq. Auratæ vestis et aliorum ornamentorum dispendiis sæpe lis movetur in Ecclesia, 230, 68.

VESTIMENTA in deserto non attrita, instar fidelibus resurrectionis ostendunt, et quomodo? 475, 23.

VIAS Domini sequi debemus, custodire nostras, 4, 7.

VICTRI gratia frequenter est supra fraternam charitatem, 762, 30.

VICTOR comes a Maximo directus ad Valentinianum, ut ab eo pacem peteret, 889, 6. Occurrit Ambrosio juxta urbem Moguntiacum, *ibid.* Retento Ambrosio, pervenit Mediolanum, negatumque ei quod postulabat, *ibid.*, 7. Præsens erat Ambrosius, ubi Victor rediit, *ibid.*

VICTORIAM deam esse crediderunt, quæ munus est, non potestas, 840, 30. Ipsi aram in urbis Romæ curia non esse construem tam, *ibid.*, 31. Non est gloriosa victoria, nisi ubi fuerint laboriosa certamina, 17, 36.

VINCERE paras, qui Christum adoras : vincere paras, qui fidem vindicas, 441, 3.

VIDUITATEM qui despiciunt, refutantur, 968, 9. Persecutores fidei persecutores fuerunt viduitatis, 209, 83.

VIDUA qualis eligi debeat ad viduitatis professionem, 189, 9 et seq. Apostolus iuniores non putavit a viduitatis affectu revocandos, 189, 12. Viduarum officia, 187, 7 et seq.; 189, 11 et seq. Non sola castitas corporis viduæ fortitudo est, sed magna et uberrima disciplina virtutis, 188, 11. Non abstinentia corporis tantum defuitur, sed virtute designatur, 183, 7. Qualis debeat esse ejus vita? 191, 21 et seq. Viduæ nurus suas instituere debent, quæ possint in his mature subsidium habere senectutis, 194, 33. Vidua quantum misericors in pauperes et liberalis esse debeat? 193, 27. Casta primum debeat esse a vino, ut possit casta esse ab adulterio, 196, 40. Læta illi magis lubrica sit quam seria, 200, 35. Viduarum et virginum domos qui Ecclesiastici et quomodo visitare debeant? 24, 87 et seq. Magis cavere debent ne locum sinistra relinquat optatioui, et cur? 192, 26. Cum suppeteret eis non videatur causa nubendi, studium abesse debet, 203, 67. Quotam modo magisterium virginittatis viduarum valetis exemplis, 183, 1. Multas graves viduas uno tempore defunctas videmus, 1131, 67. Frustra viduis propter suscipiendos liberos conjugia iteranda videntur, 203, 86 et seq. Quam recte vidua illa duo æra mittens in zophylaciium, omnibus antefertur, 131, 27 et seq.

Viduitatis varia bona, 199, 51. Viduis ita honorificentia largi d. fertur, ut etiam ab episcopis honorentur, 188, 8. Bona vidua exere non novit, 193, 34. Qui sint ejus thesauri? 194, 30 et seq. Bona viduitatis via, sed contrafronsa et aspera cautiore requirit, 1033, 40. *vid. Amansius, Depositorum.*

VIGILIA tota nocte, 873, 2. Versiculus quo vesperi in vigiliis usi fueramus, 904, 1. Pauciores ad vigiliis venerunt die natali SS. Petri et Pauli, 244, 123. *vid. Primitiæ.*

VIGILIS episcopus institutionis suæ insignia ab Ambrosio poposcit, 812, 1.

VINCULA Compatimini iis qui alligati tenentur vinculis, tamquam simul alligati, 1047, 106.

VINA Domini vos estis, vindemia vos estis : quasi vinea plantati, quasi vindemia fructum dedistis, 376, 16.

Vinum bibere licet, sed plurimum non decet, 203, 63. Incedunt duo, vinum et adolescentia, 175, 5. Vinum post diluivium justus ad tentationem sui reperit, 1029, 27. Quanta ejus est vis, ut quem diluivium non nudaverunt, vina nudarent? 189, 33. Viros vina sic solvant, ut vivantur a mulieribus, 196, 40.

Via perfectus quis? 1088, 12. Quam deforme virum facere opera muliebria, 1062, 6. *vid. Uxor.*

VIRGINIS nomen titulus est pudoris, 147, 6. Nec virginis nomen agnoscutur, ubi virginittatis auctor negatur, 168, 21. Quid est castitas virginittalis, nisi expers contagionis integritas? 151, 21. Meritum non sola carnis virginittas facit, sed etiam mentis integritas, 207, 15. Tolerabilis est mentem virginem, quam carnem habere, 168, 21. Veritas virginittas, corruptela mendacium est, 269, 44. In opprobrio videtur esse inupta, vel virgo, vel vidua, 289, 43. Arguuntur qui virginittatem vel ab Ecclesia Dei arcebant, 217, 13. Virginittatis statum nec improbum, nec novum esse probatur, 220, 27 et seq. Nec esse inutilem, 222, 33 et seq.

Tantum habet virginittas admirationis, ut eam etiam leones mirentur, 167, 20. Gentilibus inter aras et focos venerabilis solit esse virginittas, 117, 13. Affectatur a gentibus, sed consecrata violatur : incuratur a barbaris, nescitur a reliquis, 130, 14. Gentiles non habent sacram virginem, 130, 16.

Virginittas habet auctoritatem vetustatis a sæculo, plenitudinem professionis a Christo, 130, 13. Virgines non facile invenimus in terris, nisi postquam Deus in hæc terreni corporis membra descendit, 149, 11. Virginittas fluxit a celo, *ibid.* Ejus auctor immaculatus Dei Filius, 151, 21. Meruit a Christo eligi, ut esset etiam corporale Dei templum, 1030, 33. Christus principium est integritatis, qui docuit virgines integritatem mentis et corporis sancto magis dicere Spiritui quam marito, 506, 52. Nihil ad celebrandam virginittatis gloriam plus conferri potuit, quam ut Deus ex Virgine nasceretur, 272, 104.

Virginittas non præcitur, quæ supra legem est ; sed magis dato suadetur consilio : nec auctoritas præsumitur, sed demonstratur gratia : nec a quocumque demonstratur, sed ab eo qui misericordiam Domini meruit, 1031, 33.

Imperari non potest, sed optari, 152, 23. Sola est, quæ suaderi potest, imperari non potest, 282, 17. Res magis voti est, quam præcepti, 282, 17. Cur suadeatur, et non imporetur? 204, 70 et seq.; 207, 78 et seq. Non est communis plurimus, et vulgaris integritas : nec pro infirmitate permittitur, sed pro virtute conceditur, 220, 29.

Virginittas laus ætatis est ; nec adjumenta quaerit amorem, quæ omnium est fructus ætatem : adolescentiam decet, juvenutem ornat, amplifficat senectutem, 192, 23. Puellas adolescentulas virginittatem profiteri posse, 23, 39 et seq. Sacerdotalis cautionis esse debet, ut non temere puella veletur, 223, 39. Semper spectavit ad gratiam sacerdotum virginittatis studia provocare, 200, 26. Mares illas suas virginittatem profiteri prohibentes arguunt, 160, 58 et seq. Illud gloriosius si virgines recluduntis parentibus virginittatem amplectetur, 161, 62 et seq. Memorabile factum nobilis cufusdam ac pie virginis recluduntis parentibus virginittatem profiteri volentis, 62, 63 et seq.

Virgo castitatem professæ publice, 318, 48. Crinem sacro offrens velamine consecrandum, 273, 108. Die pasche velabantur virgines, 288, 42. Quibus verbis Ambrosius virginem sacram ad altare Deo offerat, 872, 107 et seq. Populus virginis professioni subscribit, diceas a mea, 369, 20. Quæ se spondit Christo, et sanctum velamen accepit, jam nupsit, jam immortalis juncta est viro, 310, 2. Virgo consecrata professione, si voluerit nubere communi lege conjugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis dicitur, 310, 21. *vid. MARCELLINA, SU-ANNA.*

Virgines sacras veniunt de Placentino, de Bononiensi veniunt, de Mauritania veniunt, ut Mediolani velentur, 160, 57 et seq. Quantas Alexandrina, totasque Orientis et Africana Ecclesia virgines sacras consecravit? 212, 36. Virginum tantus numerus, ut plebem patris, populum integritatis, concilium virginittatis constituit, 836, 12.

Sæculum hoc virgines habere meruit, tenere non potuit, 139, 52. Angeli propter intemperantiam suam in sæculum ceciderunt de celo : virgines propter castitatem in celum transierunt de sæculo, *ibid.*, 53. In virginibus sacris angelorum vitam vilem in terris, quam in paradiso quam tam amiseramus, 272, 104. Virginittas vitam angelorum exhibet, 283, 19. Non mirum si virgines angelis comparentur, quæ angelorum Domino copulantur, 18, 11. Meretur angelorum præsidium castitas virginum, quæ vitam meretur, 159, 51. Per virum et mulierem egressa de paradiso per virginem juncta est Deo, 1030, 5. Nulli uberiora quam virginittati Christus deputavit premia, 260, 43. Virgines habent in celo præmia cæteris præstantiora, 282, 17.

Nuptis præferenda integritatis studia, 221, 51. Nuptis virginibus sacris impares esse, 135, 36 et seq. Honorabile conjugium, sed honorabilior integritas, 203, 72. Mulieris caput vir, virginis Christus, 169, 29. Nupta mundi, virgo Christi possessio est, 288, 40. Matrimonium pro remedio virginittas pro præmio, 289, 46. Bimium conjugium et quod est inventa posteritas successiois humanæ : sed melior virginittas, per quam celestis hæreditas acquiritur, et celestium meritorum reperta successio, 966, 3. In nupta et vidua tardior fructus, in virgine maturior, 192, 24. Virginum matorem formæ gratiam feliciorumque fecunditatem quam nuptarum, 151, 50. Ubi virginittatis studia erubriora, ibi numerum quoque hominum esse majorem, 222, 30. Virgo habet filios sine partu dolore, 288, 42.

Bona virginittatis via, sed sublimis et ardua validiores requirit, 1032, 40. Quæ debeant esse Virginis virtutes? 271, 100 et seq. Transundo ad celestia terrena pertinet, 283, 28. Nosse debet Christum quem diligit, sapere omne in eo, et ingenite divinitatis, et assumptæ mysterium incorporationis agnoscere, 157, 46. Iustiat orationibus, et vultus ejus assidua observatione palfescat, 296, 70. Os ejus resonet laudem Domini, gratiam Spousi, crucis confessionem, cum symbolum recenset, psalmus in cubiculo concinit, 293, 58. Sit in corde ejus simplicitas, in verbis modestas, erga omnes pudor, pietas erga propinquos, circa egenos et pauperes misericordia, 274, 112. Debet esse misis, humilis atque mansuetas, 269, 93. Obvia omni bus virginibus modestia, ejus astipulari integritati, 766, 6. Succogit sacræ virginittatis crinem modestia, sobrietas, continentia, 273, 109. Ignobile velamen usui, nobile castitatis, usus jejuniorum, omnia postremo talia, ut revocari a studio putes, dum exercentur officia, 836, 12.

Virgines rejecta decoris cura plus decet : et hoc ipsum quod se non ornant, ornatus est, 160, 54. Præ cæteris præcellit, studium sobrietas, et culismodi? 298, 81. Multæ cum studium castitatis profectantur, effectant admittunt pulchritudinis plus quam sacras Domini decet, 299, 81. Non pulchritudo, sed nullis obnoxia castitas optata

honorum operum est decori, 158, 47. Virginem prius gravitas sua nuntiet, pudore obvio, gradu sobrio, vultu modesto, 177, 13. Non placet Deo, quam non suorum gravitas morum probat, 766, 6. Morum suorum se habeat ipsa custodem, 163, 9. In virgine obnoxius pudor, 170, 32.

In virginibus pudor ornat aetatem, taciturnitas commendat pudorem, 176, 9. Nihil sanctius in virgine, quam verecundia, 766, 6. Virginitatis dos quaedam est verecundia, quæ commendatur silentio, 250, 5. Et bona loqui pleumque crimen est virginis, 500, 86. Desse sermonem virgini, quam superesse malui, 176, 9. Quid prætantius in virgine quam secretum? 769, 16. Ne ipsam quidem liberiorum lætitiarum in virginibus decet esse, 207, 75. Ipsa quoque ad Ecclesiam progressio rarior sit adolescentulis virginibus, 206, 71. Nullus sit, virgo, sacræ præsertim professionis, tuis sine matre processus, quæ sit anxia custos pudoris, *ibid.*

Visitationes in virginibus junioribus esse parciore volo, 176, 9. Quid opus est virgini vel ad proximum facile accedere? 216, 72. Convivorum devitandæ celebritates, fugiendæ salutationes, 176, 8. Procul esse debet a salutationibus, 180, 25; 182, 31. Si amat, animo peccat: si amatur, et factu, 176, 10. Non satis probabilis est, quæ requiritur, cum videtur, 177, 13.

Plures erunt de quibus discat virgo, si ipsa se doceat, quæ virtutes magistra habet, 163, 9. Episcopus virginibus hunc nam virginitatis exposuit, 312, 29. Virgines in Ecclesia stabant in loco tabulis separato, inscriptiones præferente, ubi religiosæ matronæ et nobis esse oscula ab eis petebant, 311, 24. Bona virginitas, quæ utrumque sexum non solum absolvit a crimine, verum etiam provocabit ad gratiam, 233, 16. Multas feminas scriptura divina in lucem evexit, palmam tamen publicæ salutis solis virginibus dedit, 284, 28. Virgines præ apostolis resurrectionem Domini videre meruerunt, 217, 14. Ad nos puellæ de mortis appetentiæ sublimis usque ad cælum erexi: non virginitatem gradus, 859, 37. Pro integritate servanda mori virgines sunt paratæ, 219, 24. Pythagorea fortiores, 151, 19. Est Domino castitatis tuendæ voluntas, quanto magis defendendæ integritatis, 776, 19. Id Benjaminitarum exemplo luculenter probatur, 773, 6 et seq.

Nulla debet virginibus sacris irrogari injuria, 776, 19. Ipso aspectu virginitatis violatur sanctitas, 1051, 34. Non est virginitas, quæ pretio emitur, non virtutis studio possidetur, 836, 12. Virgo est, quæ Deo nubit: meretrix, quæ deo lecit, 159, 52. Vis scire quanta pulchritudo ejus, quæ amator a Rege, probatur a Judice, dicatur Domino, consecratur Deo, semper sponsa, semper inupta; ut nec amor fluem habeat, nec damnium pudor? 156, 37. Donum Dei est, munus parentis, sacrosdotium castitatis, 154, 52. Immortali spirat gratia, ut horti floribus, ut templi religione, ut alaria sacerdote, 166, 18. Quo modo virginitas sit hortus clausus, fons signatus, 1031, 30. Paradisus es, virgo, Evam cave, 264, 60. Sacræ virgines specialiter Christi illa sunt, 269, 93. Illæ sunt sicut lilia myrrha plena, candorem integritatis, et mortificatæ corporalis illecebræ gloriam præferentes, 1176, 7. Vinea quidam fructus virginalis est; conjugia velut olera herbarum cito cadunt 285, 29. Virginitas apibus comparatur, 136, 40 et seq. *Vid. MARTYRES.*

Grave erat omnibus bonis de Dei virgine vel turpe aliquid dici vel credi, 311, 25. Virginum inspectio et visitatio quam incertæ sit fidei? 766, 8 et seq. Id probatur exemplo quosdam servilis conditionis, *ibid.* Num aliquando, et quibus sit adhibenda? 766, 5 et seq.; 768, 14. Alia esse examinandæ virginitatis documenta et testimonia, 768, 11 et seq. Malo mortui signaculo, quam corporis clastro virginitatem exprimi, 769, 14. Lapsus virginis consecratæ plangitur per quam amarissime, 303, 3 et seq. Lapsus virginis consecratæ Ecclesiam maculavit, et hinc omnis anima christiana grave vulnus accepit, 303, 3. Virgini lapsæ quanta et qualis necessaria poenitentia? 314, 34 et seq. Qui virginem sacram corrumpit, adulterium utique perpetravit et sacrilegium, 315, 39. Quæ poenitentia illi subeunda? 316, 40. *Vid. SUSANNA.*

Virtus unaquæque ex Christo accepit principium, 306, 52. Uniuscujusque virtutis est auctor, 306, 49. Omnes virtutes ad Spiritum sanctum pertinent; sed quædam quasi cardinales sunt, quasi principales, 363, 9. Quatuor cardinalium virtutum definitio, 31, 115. Ab his nascuntur officiorum genera, 31, 116. Quomodo cardinales virtutes vulgi iudicio distinguuntur inter se? 82, 49. In omni sapiente viro Prudentiæ Græciæ esse memoraverunt *σοφροσύνη, διαφροσύνη, εὐφροσύνη, διαφροσύνη*: Latini vero prudentiam, fortitudinem, temperantiam, atque justitiam, 241, 114. In quo una virtus, concurrunt cæteræ, 80, 43. Sibi invicem sunt cognatæ, 35,

129. Non sunt consentaneæ vitii, sed sibi constant, 52, 204.

Et si cognatæ sint inter se concretæque virtutes; tamen singularum quædam forma expressior desideratur, maximeque justitiæ, 1129, 57. Gradus singularum sunt et incrementa virtutum, 1032, 40. Perfectæ virtutis usus magisterium non desiderat, sed informat, 159, 51. Non virtutem aetatis appendicem dicimus, sed virtutis aetatem, 223, 40. Virtus suis lacertis magis quam alienis integumentis nititur, 47, 177. Satis unicuique præsidii est, si virtus non desit animæ, 199, 51. Quo propior virtuti fueris, eo tortior eris, 1106, 2.

Lenta virtus omnis et diurna cunctatrix ante judicat, et adorienda inspicit, 1058, 5. Ascendens directum attonde grauum, nullus inde tuto redit. Hinc via, inde ruina est: hinc ascensus, inde præcipitium: ascendendi labor, sed descendendi periculum, 909, 22. Sit via nostra angustior, virtus exuberantior, trames pressior, fides sublimior, calis acrior, vigor mentis exundans, sententiæ rectæ; quia inflexibilia sunt vestigia virtutum, 904, 7. Vehementior est virtus strictura quam pœnæ, 625, 108. Virtutis gratia cum corpore non occidit, 1130, 63.

VISCERA nostra septem interiora, et septem exteriora, 980, 13.

VISIO. Multifarie Deus nos admonet, etiam visioibus peccatorum, 1000, 14. *Vid. APPARITIO.*

VITÆ brevis usus, nec illi multum videtur eripuisse, qui ante præcessit; nec te differre diutius, qui remanseris, 1139, 16. Quam nulla possit esse jucunditas inter has vitæ nostræ amaritudines aut dolores! 1139, 18. Hæc vita peccato obnoxia est, alia vita præmio reservata, 1167, 121. Si per se ipsa vita fugienda est, ut sit molestiarum iuga, requies ærumnarum; quanto magis ea requies est expetenda, cui uturæ resurrectionis voluptas perpetua succedet! 1167, 123. Non immerito sancti viri prolongatum vitæ molatum sæpe doluerunt, 1167, 124. Tria in actione vitæ observanda, 29, 105.

VITALIS martyrium describitur, 379, 4. Judæi quem viventem persecuti sunt, mortuum honorabant. *Vid. AMBROSIIUS, RELIQUÆ, 279, 7.*

VOLATILIA quemadmodum esse cœperunt, quorum tres species reperimus, 725, 102.

Ubi VOLUNTAS, ibi merces voluntatis: ubi necessitas, ibi obsequium necessitatis; melior ergo voluntas, quam necessitas, 935, 21. Unicuique voluntas sua posteritatis est auctor, 202, 64.

VOLUPTAS sola nos paradiso exiit, 1026, 14. Difficile iudicatum est autem adventum Christi etiam fortiores non posse capi speciosæ delictis voluptatis, 497, 4. *Vid. ADAM, EPICURUS, TEMPERANTIA.*

VOTUM. Melius est non vovere, quam vovere id, quod sibi cui promittitur, nolit exsolvi, 127, 79. Quam plerumque hominum suorum lædet votorum, et optati poenitent; ut doleat impetratum, quod non impetrare metuebat! 1159, 19. Ipsa post usum vota fastidio sunt; et quæ mereri optavimus, cum meruerimus, abdicamus, 1167, 124. *Vid. SATYRUS, VIRGO.*

VOTA parentum pro illis. *Vid. LAURENTIUS, PARENTES.*

Vox non remissa sit, nec irata, 24, 84. Majore pudoris periculo auditur vox nostra, quam legitur, 145, 1. *Vid. CONCIO.*

VULNUS boni amoris est, sunt vulnera charitatis, 235, 91. Vulnera quæ pro Christo excipimus, non sunt vulnera, quibus vita non amittitur, sed propagatur, 865, 6.

## X

XISTI, ad Laurentium verbe, 53, 215.

## Z

† ZEBEDIÆ Filiorum matris petitio expenditur, 561, 31 et seq.

ZELUS Dei sit, non iste humanus quem invidia generat, 108, 154.

ZENON sanctæ memoriæ episcopus Indiciam virginem benedictione consecravit, 765, 1.

ZORUBABEL ex tribu Juda, ipse Jesus magnus sacerdos, duo significari videntur, et unus exprimitur, quia idem quasi potens natus ex potente, quasi redemptor ortus ex Virgine, 913, 10.

# INDEX

VERBORUM, SENTENTIARUM, DOGMATUM DIFFICILIORUM, RITUUM VETERUM, ETC.

QUÆ IN NOTIS EXPLICANTUR.

- Abraham sinus, 1161.  
 Absentia præsentium, 841.  
 Acholii episcopi iudicium ab orientatibus expectatum, 817. Ambrosii cum eo congressus quo anno contigerit? 821. Acholius post mortem Ambrosio apparuit, 819. Adæ sepulcrum ubi fuerit situm? 1070.  
 Adolegema, 997.  
 Adorea quid? 191.  
 Adulteri qua poena mulctati? 510. Adulter uxoris perimitur, 221.  
 Aegyptiaci dies, 881.  
 Aegyptii mares et feminas circumcidere solebant, 1072.  
 Aetarii qui dicerentur? 872.  
 Aetius quis fuerit, ejus studiæ, errores, et fortuna, 451.  
 Eudoxii magister Aetius, 451.  
 Aetianorum argumentum confutatur, 647.  
 Agentes in rebus, 106 et 854.  
 Agæus, id est, epulans, 911.  
 Agnes nomen non vacuum laudis, 147. Duodecim annorum martyrium fecit, *ibid.*  
 Agon loco nomen est, 848.  
 Agon quinquennalis, 1012.  
 Agricola et Vitalis quo anno Bononiæ martyrium subierunt? 278. Ambrosius Bononiæ translationem solemnem corporum Vitalis et Agricolæ celebravit, 278. Reliquias eorum aliquas Florentiam, ad basilicæ consecrationem afert, 278.  
 Albertinus refutatur, 63.  
 Alani quantum Gratiano cari, 890.  
 Alarum remigia, 908.  
 Almo fluvius apud quem olim Romani sacra Cybeles faciebant, 840.  
 Alloquia cæduntur, 1035.  
 Altare compositum, 536. Altare forma seu figura corporis Christi, 374.  
 Altissimum Italiae municipium, 767.  
 Amentata sententia, 762.  
 Ambrosia Virgo, 247 et 1001.  
 Ambrosium pinguis, 1004.  
 Ambrosius raptus a tribunalibus ad sacerdotium, 3 et 312. Non Ecclesiæ nutritus sine, 431. Quæ in ejus electione magis singularia contigerunt, modestissime attinguntur, 861. Ordinatio ejus ab orientatibus episcopis exemplo comprobata, 1038. Episcopalem auctoritatem officiosa indulgentia temperat, 1000. Prudentia ejus et moderatio, 701. Quam sedulo minus docendi impleverit? 2. Quanto studio Verbi divini predicationi incumbere soleret? 1183. Quanta fuerit ejus in amicorum secretis fides? 1124. Ecclesia ab eo ædificata, 1119. Quantum divitias contempserit? 454. Munera Ecclesiæ oblata et tradita repetenti domino restituere se paratum significat, 434. Laborem pro Ecclesia suscepit, 432. Non ille martyrio, sed martyrium illi defuit, 929. Illius in Gratianum, quem filium suum vocat, amor, 761. Num ad Gratianum ex Oriente redeuntem se contulerit? 753. Legatio ei a Damaso papa commissa, ut apud Gratianum ageret, ne concederet postulata infidelium, 828.  
 Ambrosius de Valentiniano, ut de filio; et Valentinianus de Ambrosio, ut de parente loquitur, 1173. Vexationes quas ab Auxentii favoribus passus est, 755. Optio ei proposita vel disputandi in palatio, vel urbe cedendi, 865. Ejus pro Valentiniano puero Legationes ad Maximum, 889, 1182. Nannii sententia de utraque Ambrosii legatione, 865. Insidiæ a Maximo tyranno ipsi intentatæ, 891. Vas datur ab imperatore apud Arbogastem, 1181. Rogatu ejus multi ab exilio, et extremo supplicio liberati, 953. Audito Eugenii adventu, Bononiam se recipit, 1009.  
 Ambrosius libros suos propria manu scribebat, et cur? 988. Joci, ac nominum allusionis non duriusculæ, 1103. Ambrosiani loci cum Augustinianis convenientia, 929. Dissidet a Cicerone, 24. Verba ejus in concilio œcumenico Ephesino et a Leone Magno citata, 851. Et a concilio Chalcedonensi et eodem Leone Magno, 481 et 486. Et a Constantinopolitano concilio in œcumenico, 478.  
 Amen vocis interpretationes, 529.  
 Amicorum communia omnia, 185.  
 Amicus alter ego, 664.  
 Anemius Sirmensis episcopus ordinatus ab Ambrosio, non sine miraculo, 800.  
 Angeli quo tempore creati? 707. Triplicem de Angelorum peccato opinionem tamquam probabilem admisit Ambrosius, 159. Angelorum dubitatio de Christo resurgente, 522. Angeli resurrectionem Christi ignoraverunt, 591. Ignorabant cum Christus in cælum ascenderet, 554. Quomodo pro nobis ingemiscant? 924. Num penarum ministri? 924.  
 Angulatur tortuosis amfractibus, 982.  
 Anima. Philosophorum opiniones de anima, 921. Argumentum Platonis et aliorum post eum ad probandam animæ humanæ immortalitatem, 1168. Animæ progressus et Cælicis canticorum explicati, 1062. Animæ cursus, equi, æt. 210.  
 Annibal a quibus debilitatus et debellatus, 633.  
 Annona in speciebus exigebatur, 1206.  
 Annulus non sentit, quod exprimit, 587.  
 Anni de nostris vivat, 1186.  
 Ante expectatum, 1035.  
 Antiochenæ virginis cum milite mutatis vestibus martirium; et quæ illa fuerit? 167.  
 Antiocheni dissidii et schismatis continuatio Flavianus inter et Evagrius, 1005.  
 Anthropomorphitæ seu Yadiani perstringuntur, 64.  
 Antipatæ nomen quando primum auditum sit? 387.  
 Apocalypsis liber scriptus fuit a Joanne evangelista, 53.  
 Apollinari Laodicensis error de anima Christi, 76. Num et circa mysterium Trinitatis erraverit? 706. In literis suis posuit organum et eum a quo movebatur organum unius in Christo fuisse nature, 715.  
 Apollinaristarum præcipuus error, 991. Dicebant Verbum et carnem unius esse substantiam, 987. Apollinaria necesse quod dogma, 818. Apollinaristarum hæresis præcipuum fundamentum valdissime ab Ambrosio eversum, 985. Haec eorum obiectio solvitur, 986. Apollinaristarum obiectio magnificentius ostentata, desumebatur ex verbis Joannis: Verbum caro factum est, 716. Altera obiectio, a catholicis triala induci, 721. Apollinaria quidam ab Ambrosio confutata, et unde venerit Mediolanum? 987.  
 Apophoreta quid, et quotuplicia fuerint? 277.  
 Apparitiones et visiones atque tamquam divinitus emissæ Patribus probantur, 1000.  
 Apparitores, 834, 1003 et seq.  
 Aquilæ versio et lectiones Scripturæ, 1077.  
 Aquilæ tributur, quod dicitur de Phœnice, 418.  
 Aquileia Carnorum metropolis, 785. Concilium in ea urbe habitum, 786. Aquileiense concilium acta vera et germana esse, 755. Disputatio ante concilium agitata, 788.  
 Arbogastes quosdam ex amicis Valentiniani postcessit mortem, 1185.  
 Arcadius quo tempore augustus creatus? 1199. Quæ ætatis annum habuerit, cum mortuus est Theodosius? 1202.  
 Architas Tarentinus quo tempore vixerit? 26. Eius dictum: O quam te afflicterem, nisi iratus essem! alii tribuitur, *ibid.*  
 Arcturus quid? 586.  
 Argumentatio quid? 37.  
 Argumentum Scripturæ testimonio expositum, 591.  
 Aries per agnam significatur, 1071.  
 Ariminiense concilium prima confessio et secunda concilio, 467. Arimini major numerus Nicæni concilii fides probavit, 862. Ariminiense concilium confessionem que secuti concilia confitentur? 468. Lex pro Ariminiensi concilio ab Auxentio dictata, 887.  
 Aristoteles quo tempore vixerit? 40. Dialectica ejus vendita, 450.  
 Armorum tractationem christianis illicitam utrum esset Ambrosius? 48.  
 Arius autorem imperfectum vult habere, 51. Error ejus de anima Christi, 747. Feeda mors atque horribilis, 468.  
 Ariani puri ac rigidi qui fuerint? 727. Num et quædam Filium Dei negarent esse hominem? 475. An Filium Dei verbum esse, vel substantiam dicerent? 534. Filium Dei secundum divinitatem visibilem putabant, 612. Solam naturam a Christo assumptam esse contendebant, 479. Christum adorabant, 457. Num rebaptizarent? 875. Argumentum efficacius contra Arianos et Socinianos ex forma baptismi desumptum, 552. Ariani Scripturas divinas falsaverunt, 493. Dialectica eorum irridetur, 493. Hydræ et Scyllæ recte comparati, 452. Synaxes eorum ambulatoriæ, 856. Valentiniani lex pro Ariano, 861 et 864. Et ea de causa episcopi statim Ambrosii cura conveniunt, *ibid.* Sub principibus Ariano

- quantum passi fuerint catholici episcopi? 496. Ariani Ecclesias quas Constantinopoli habebant, cedunt, 815.
- Ansonii locus expenditur, 735.
- Athanicum iudicem regum Theodosius magnificentissime Constantinopoli excepit, et brevi post defunctum more regio sepeliendam curavit, 803.
- Athanasius sanctæ memoriæ, 818. Epistola ejus ad Epictetum usus est Ambrosius, 701, 711, 714. Et verba imitatur, 860.
- Atilius Carthaginem ad certissimam mortem rediit, 854.
- Auxentii in Mediolanensem Ecclesiam intrusio, 675.
- Auxentius dictus etiam Mercurius, 869.
- Balnearum usus apud christianos, 22.
- Baptismi egregia figura in cæci nati curatione, 1097. Sacramenta baptismatis, confirmationis, et eucharistiæ designata, 1095. Baptismi absoluta necessitas, 329, 1182. Saltem in voto, *ibid.* et 1188. Martyres non baptizati abluuntur sanguine, *ibid.* Consecratio fontis in baptismo, 327 et seq. Abrenuntiatio, 326. Renuntiandum in os putaris, 327. Apertionis aurium mysterium, 325. Consecutio pedum eluendorum, et quibus in Ecclesiis? 362. Planta pedis abluuntur, ut hæreditaria peccata tollantur; nostra enim propria per baptismum relaxantur, 353. Trina interrogatio et trina confessio, 655. Baptismatis forma sub quibus verbis administratur? 359. Tres personæ Trinitatis debent nominari, 329. Num Ambrosius baptismum in solo nomine Christi verum ac validum esse crediderit? 607. Vestimenta candida in baptismo, 334. In baptismo omnis justitia, 353. Baptismi dilatio, 1127. Baptismus perditorum non sanat, quid? 330. In mysteriis, id est, in baptismo, 655. Baptizati Romæ fideles dicuntur, 345. Neophytorum et baptisterio ad altare processus sollemnis, 336. Recens baptizati cereos accensos manu gestabant, 309, 336. Puellæ virginitatem professæ inter eos deducebantur, 336.
- Baptisteria in Ecclesiis, 855.
- Barbatiarius et Sarmatio monachi apostatæ, 1021. Ambrosius monasterii, in quo vixerant Sarmatio et Barbatiarius curam gerebat, *ibid.*
- Basilicæ nomen quid significet? 753. Ambrosiana basilica, 275, 873. Basilica SS. Naboris et Felicis, 873. Basilica Faustæ, *ibid.* Portiana basilica, 852. Sicut Romanam basilicam dedices, 873. Basilicæ christianorum a Judæis et gentilibus incensæ, 950.
- Basilidis de carne Christi errores, 705.
- Basilii doctrinæ inhæret Ambrosius, 648. Basilii orationem secundam contra Arianos imitatur Ambrosius, 724.
- Bæsiensis Laudenis episcopus, et quis fuerit? 764, 802.
- Bauto comes quis fuerit? 889. Num idolorum cultui adductus? 1010.
- Beatitudo. Philosophorum opiniones circa naturalem beatitudinem unde sumpsit Ambrosius? 71. Quam multæ fuerint? 72. An aliqui in voluptate eam posuerint? 71. Inter gloriam beatorum, ac damnatorum pœnas num medius sit status penarum vacationis? 514, 1069, 1157.
- Bellieus caltheuemenus, 1097.
- Benedictionis opus, 399.
- Beneficia referenda, et pœnæ adversus ingratos, 1126.
- Bethleem Juda eadem quæ Ephrata, 1065.
- Benevoli scriuissis memoriæ præfecti constantia, 868.
- Boniam reuersus, 1005.
- Bonusus Mariæ virginitatis impugnator, et cujus Ecclesiæ episcopus fuerit? 357. Bonositarum objectiones contra intereratam Mariæ virginitatem, 238. An illi Christi diuinitatem negaverint? 265 et seq. Mariam inter ac Joseph verum conjugium negabant, 261. Quis auctor epistolæ de causa Bonosi episcopi? 1007. Ad quos iudices remissa fuerit eadem causa? 1008.
- Boves adorandi unde insania Israelitarum prodierit? 1085.
- Cadavera parentum a filijs, cognatorum a consanguineis efferebantur ad rogum vel ad tumulum, 1125. Cadavera semirutarum urbium, 944.
- Cælatia in domibus, 810.
- Cæcili Indorum philosophi epistola ad Alexandram, 957. Ejus mora, 958.
- Caligou eunuchi minæ in Ambrosium insolentissimæ, 859.
- Caligulæ probra, 1212.
- Calliucus castrum, 980.
- Calvi ratus tentare ulterius aliquid damnatum infirmitatis, cæcitatæ oculos, vinculis manus præbuit Samson, 831.
- Camillus Simonas viet, 855.
- Cantica canticorum. Ambrosius non prava licentia verba Cantici canticorum Valentiniano accommodat, 1190.
- Carendum, id est, priuandum, 799.
- Catechumenorum gradus aliquando non obseruati, 1128. Nomen dabit ad baptismum, et peccata confitebantur, 864. Quæ possent esse eorum in Ecclesiis munera? 837.
- Causæ majores ad pontificis Romani iudicium remittuntur, 1007.
- Certamina, id est, disputatio, 850.
- Cerva pro virgine, 169.
- Cespitè exiguo contentus, 1013.
- Chaldæorum vanitatem frequenter impugnat Ambrosius, 928.
- Chæoniam frugem glante mutantes, 857.
- Chorath quid significet? 1041.
- Choreb quid designet? 1041.
- Christianismi titulus imperatoribus datus, 752.
- Christiani philosophiam et litteras humaniores publice in gymnasiis docent et discunt, 462. A Juliano imperatore eis prohibuitur ne disciplinas humaniores docerent, 824.
- Christi carnis veritas contra quos asseratur? 333. Christi cum Patre voluntatis unitas, 533. Christi etiam secundum humanam carnem adoratio contra Apollinaristas, 679. Christus ex persona hominis Patrem dixit se esse majorem, 482. Num dissimulaverit? 592. Quo sensu dubitauerit? 177. Diem iudicii ignorare non potuit: quia Filius hominis dominus est sabbati, 588. Num scientia profecerit? 591 et 719. Arit objectio petita ex eo, quod Pater aut volens aut nolens genuerit; et Patrum ad eam responsa, 510. Arianorum objectioni petita ex his verbis: *Dominus creauit me*; egregia Ambrosii responsio, 465. Objectioni petita ex his verbis: *Sedere autem ad dexteram meum non est meum*, etc., sæpius ab Ariano jactata, 366. Christus ex personæ hominis incarnati susceptione loquitur, 533. Nostræ jus sine adoptionis acquirens, 570. Contuens sibi in omnibus Christi ortus ex virgine, 268. Corporis ejus pulchritudo, 904. Oracula ejus ex locorum in quibus diversatus est, qualitatibus testimantur, 894. Caro omnium in Christo subjacet injurie, 716. Suscepit animæ passiones, 480. De Christi venditione sæpius Ambrosius, 691. Ad inferos descendit Christus, 245. Chromatius Aquileiensis, 806.
- Ciui indicantur, 845.
- Cicadas aura victitare, 905.
- Cicatrix difficultatis, 180.
- Cicero. Ambrosius ex libris Oeconomicorum Ciceronis plura hausisse videtur, 217. Doctrina Ambrosii de feriente non repercutiendi ciceroniana præstantior, 114.
- Cimbrorum spolia, 949.
- Circum pocolum, 1168. Circumcisio a quibusdam hereticis damnata, a quibusdam retenta, 1073. Qui populi circumcissione uterentur? 1072. Judæi ob circumcissionem profanis fuerint ludibrio, 1071.
- Circumsonabat muris armis hostilibus, 605.
- Clarissimus vir, dignitatis titulus, 855.
- Claves remittere, 772.
- Clerici vox ad diaconos et subdiaconos restricta, 1038. Quantum clerici episcopo suo obedire debeant? 99. Destinati ad altaris ministerium a pueritia in Ecclesia instituebantur, 432. Quam in clericorum habitu modestiam requireret Ambrosius? 20. Clerici cujus coloris veste varentur? 25. Clericorum maxime juniorum cum femine colloquia, contubernia, accessus, quæ? 21. Negotatio ab eis prohibita? 49. Quomodo proximis seminis sui, si egeant, subuenire debeant? 40. An patrimonio spoliandi? 41. Alii facultates aliquas possidebant, alij nullas, 1098. Facultates tributo obnoxie, 871. Curie addicti erant, et quantum id eis esset onerosum? 954. Eis testamenta recentibus legibus denegantur, 856. *Vid. Ordines.*
- Cœli et sidera, sol et luna num rationes animæ habeant juxta Ambrosii sententiam, 923.
- Cognatio spiritalis inter ordinatam et ordinatam, baptizantem et baptizatum, catechizantem et catechizatum, susceptorem et susceptum, 45.
- Cognitor vox varios significatus habens, 870.
- Columba spiritalis, 1004.
- κόλλη et κόλληρις, 1029.
- Comaciæ rupes, 1005.
- Comites, 854.
- Comites consistoriani, 855. Comes orientis militarium partium, 948.
- Comitatus quid? 997.
- Commoda justa, 851.
- Commoditas quid? 1040.
- Competentibus quondam Symbolum traderetur? 835.
- Communis parens, id est, Roma, 119.
- Concædibus arborum, 1121.
- Concilium propter unum aut duos cariosos homines non congregandum, 863. Concilium generale in Occidente, 816.
- Concionum ecclesiasticarum materia duobus modis comprehensa, et quomodo? 27.
- Concubina nomine uxorem vocitari, 155.
- Confessio sacramentalis, 415, 423, 427, 435. Occultorum

criminum confessio, 415. Si quis occulta non multa crimina hab. us, penitentiam egerit, 414.  
 Confessorum livor, 1170.  
 Confirmationis forma, 360. An et quæ chrismatio sit ejus pars? 335.  
 Conjugii naturam non in consummatione, sed in mutuo consensu constitui, 259. Conjugalis vitæ solutio, 261. *Vid. Matrimonium, Nuptiæ.*  
 Consilium Dei spreverunt pharisæi, 638. Ambrosii doctrina de consiliorum, præceptorumque distinctione, 11.  
 Consistorium tribunal est imperatoris, ubi jus dicit, 863.  
 Constans imperator quæ paganorum sacrificia prohibuerit? 830.  
 Constantinopolis urbis variæ clades antequam Arianos eiceret, 603.  
 Constantinus imperator in extremis tantum baptizatus, 1209.  
 Constantii imperatoris adversus gentiliū superstitiones edicta, 829 Constantii in Urbem ingressus, 830.  
 Constantius Arausicanus episcopus, 801.  
 Constantius Sciscienis episcopus, 802.  
 Constantius vere episcopus non Arausicanus vel Sciscienis, sed sedis incognitæ, 761.  
 Consularis vir, 1107.  
 Contagium vestrum fugio, 847.  
 Contubernalis sexus, 161.  
 Convivium per meta horam ad translationem SS. corporum, 277.  
 Corde nos cepisti, 909.  
 Cornicis oculum, 919.  
 Coronæ luminum, 971.  
 Corporati qui dicuntur? 121.  
 Corporis contemtionem velut navis saburram suscipe, 239.  
*Correctio.* Qui seculus es errantem, sequere corrigentem, 256.  
 Cortinæ regis, 857.  
 Κορηνολιτης homo, 983.  
 Creatum et facti ut atque κτισμα num eandem significationem habeant? 511.  
 Cremita insensibilia, 979.  
 Crines quasi in cubitum intexti, 850.  
 Cruor s tundendi invidiam detestabat, 854.  
 Crux Christi inventa, et quomodo a Satronum patibulis discretæ? 1211. Quorsum in Theodosii laudatione excursio Ambrosii in crucis inventionem? 1210 Clavorum quibus Christus cruci est affixus, inventio, 1211. Zachariæ verba num ab Ambrosio bene de clavis Dominicæ crucis explicata? 1212. Crucis signum in littera T, 443. Cruce Irons ac pectus signata, 1146. Crucis signo quam sæpe se prius christiani signarent? 1076.  
 Cubicularii imperatoris non invenusta allusione designati, 706.  
 Culpa nobis amplius profuit, quam nocuit, 272.  
 Curiales qui fuerint? 867.  
 Curiositas nimia in scrutandis rebus divinis ac potissimum Filii generatione condemnata, 455.  
 Cycus decemnovalls an in concilio Nicæno constitutus, et quid de festi paschalis celebrandi tempore statuerit? 879, 885.  
 Cygneæ fabulæ, 1169.  
 Cynegius filius Paterni, quem cum nepte matrimonio jungere volebat, 1103.  
 Cyrus Persarum rex a Thomiri captus et trucidatus, 841.  
 Damasus non mundavit, 614.  
 Danon et Pythias Pythagoræi, 128, 171.  
 David antiquior est Pauzatio, Aristotele, Socrate, Pythagora, 10.  
 Debbora num vidua fuerit, ac mater Barach? 197.  
 Decani velis locis illico vindicatis suspendendis operam navabant, 853.  
*Decorum.* Nos nihil omnino nisi quod deceat, et honestum sit, futurorum magis quam presentium metimur formula, 10.  
*Defensor.* Tales ego ambio defensores, 876.  
 Deficientium voluntate, 831.  
 Desbare aliquid, 988.  
 Degener quid? 451.  
 Delphino Burdigalensi episcopo scribit Ambrosius, 1106.  
 Demarchus Epicuri discipulus quis fuerit? 1027.  
 Demophilus Berhææ in Thracia episcopus quis fuerit? 812.  
 Denarios duos numeravit, 397.  
 Deportatio quid? 873.  
 Deus nominis etymologiæ, 446. Deus, si non unus est,

non est, 446. Quinam hæretici alium deum veteris Testamenti, alium novi dixerint? 611. Gentiles duodecim deos appellat, 951. Impossibile est mentiri Deo, 991. Deus majesticatis crucifixus, 481. Exempla creaturarum minime divinitati aptanda, 631.

Διακονοὶ et επασφιδιστοι quid et quos custodes habuerit? 69.

Diaconi non solum eleemosynarum, sed etiam altaris ministri, 212. Ministri altaris, hoc est, diaconi ad continentiam testantur, 283. Consecratio dominici sanguinis diacono commissa, 53.

Dictorum gravitas, 211.

Didrachmum quid? 777.

In Diem vitæ suæ possidere, 1101.

Differamus mysterium, 784.

Digitum percussio, 125.

Digitum tollere, 935.

Dignitati honorem debitum tueri non vanitatis sed, magnanimitatis est, 888.

Diocletiani imperii annus octogesimus et nonus, 865.

Dionysius Mediolanensis episcopus missus in exilium et cur? 1039. Priori martyrii titulo vitam exhalant, *ibid.* In exilio diem obit, 868.

Dionysii tyranni in Deos suos ludibria, 171.

Disciplina pro institutis, legibus, ac consuetudinibus, 192.

Disputatione velocissima, 907.

Divitis definitio ex Cicerone, et quemadmodum cum inquitur Ambrosius? 943. Neminem insipientium divitem, 899.

Quidam opinionem magis putaverunt esse quam gloriam, 545.

Docendi munus cui competat? 2.

Dodonæe arbores, 852, 838.

Dolum aureum in Ecclesia, 764.

Domus pro Dominus, unde hæc vox petita? 1115.

Domus incendiū pro clade ac ruina, 75.

Drachma et denarius num inter se pretio conveniant? 782.

*Ecclesia.* Quam antiqua dedicatarum cum celebriope Ecclesiarum consuetudo? 280. Ecclesie numerosa pretiosorum rerum ac vasorum supellex, 952. Ecclesie vas duplicis generis, 865. Ecclesia quam multa a primis scolis vasa pretiosa alia initiata, alia ad decus et ornamenta habuerit? 103. Possessio Ecclesie sumptus egenorum est, 837. Relegati ab Ecclesia sumptus impartiendo, 88. Quantum ab Ambrosii moribus alienum, ut Ecclesie familiarum ruina vellet discere? 1102. Agri Ecclesie solvunt tributum, 871. Christianorum templis dona detracta, 837. Ecclesia in commune orat, quid? 57. Ecclesie Orientalium atque Occidentalium unitas reddita, 817.  
 In Ecclesiastico officio nihil rarius invenias, quam cum qui sequatur officium patris, 58 Stupendum, id est, presbiteris ecclesiasticis ad victum atque vestitum præberi solita, 50.

Ecclesiasticus liber Salomoni tribuitur, 952.

Efficax et efficacia, 1120.

Effingere, id est, imitatione exprimere, 164.

Eleazar. *Vid. Inermis.*

Emona urbs ubi sita, 802.

Emilianus martyrium, 951.

Ephtar et nephite, 135.

Epicurus docuit cum providentia et mundi administratione felicitatem divinam nec humanam stare posse, sed Deum neque creatorem mundi neque gubernatorem, *ibid.* Cur Epicurus ebrius dicitur? 14. Cujus voluptatis patrum susceperit? *ibid.* et 1025. Dixit quia mors ubi ad nos, 1027. Epicuri sententia de mortalitate animæ, *ibid.* Epicurei asserunt Deum rebus admisceri omnibus, 15.  
 Et illo invidia non quæstionis declinare, 535.

Επιτοβια παυλι, 378.

Episcopus summus sacerdos, et episcopatus summum sacerdotium appellatum, 361. Episcopi electio clerici est, postulatio populi, 1024. Episcopus non eligendi sed obsecrandi tantum et postulandi jus olim populis tributum, 822. Episcopalis consecratio non nisi ab episcopis fieri oportet, 1035. Episcopi consecratio per impositionem manuum alterius episcopi, 764. Laici et clerici episcopos patrum, episcopi alios filiorum nomine salutabant, 45. Episcopus ab alio episcopo filii nomine compellatus, 761. Episcopus a suis sedibus abesse non debere, 1103. Episcoporum vestes ab aliorum nec forma nec colore diversæ, 112. Cura episcoporum circa indigentes, et quibus eam præviciam demandarent? 85. Episcoporum natalis dies quædam celebratus, 764.

Episcopi Constantinus liberum dedit iudicium, 862. Sacerdotes de sacerdotibus iudicare debere Valentini lege sancitum, 860. Causa ad episcopale iudicium perti-



nens, 1100. Episcopis licitum fuisse causarum ac litium sæcularium recusare arbitrium, 100.  
 Episcopalis fortitudo, 827. Episcopi in Galliis sanctitate eminentissimi qui fuerint? 1002. Assertio episcopi, 948.  
 Epistolæ Ambrosii spirantem virtutum ejus imaginem exhibent, 735. Earum in prioribus editionibus confusio, *ibid.* Epistolæ deperditæ, *ibid.* Epistolæ plures et librum epistolarum Ambrosii interisse, 1107. Epistolæ Ambrosianæ fere omnes absque titulis dignitatis aut professionis eorum, ad quos scriptæ sunt, 777. Epistolæ inscriptio extraordinaria, 1023. Epistola male inscripta Sabino, 917. In litteris ad Amicum morales præceptiones, quæ alios spectent, 781. Epistola Ambrosii in Apollinarium adhuc superest, 740. Epistola ad Vercellensem Ecclesiam vere Ambrosii est, 745. Epistolæ ad Vercellenses affinitas cum serm. 12 in psal. cxvii, et lib. x in Lucam, 1045 et 1048. Ambrosii epistolæ de Paschæ celebratione cum altera sancti Leonis papæ affinitas, 882.  
 Erpsmi in librum de Lapsu virginis consecratæ diversum judicium, 304.  
 Ergastulum corporis, 1139.  
 Esdræ liber tertius, 645. Liber quartus, 922.  
 Evæ peccatum Adamico levius, 255.  
 Evagrius. *Vid. Antiochenum.*  
 Evagrius legatus ad concilium Aquileiense, 806.  
 Evangelii secundum Joannem inquit diversimode legentur, 503.  
 Evangelica lectio de piscina probatica, 555. Evangelium cæci nati, quo tempore in Ecclesia legeretur, 1097.  
 Evangelistæ in militibus Christi vestimenta dividitibus adumbrati, 288.  
 Eucharistia quo pane usitato neophytorum conficiebatur? 363. Aquæ mixtio cum vino in calice, 375. Diaconis nunquam licuisse in sacerdotum absentia eucharistiam conficere, 56. Nunquam concessum ut feminæ corpus Christi administrarent, 205. Corpus Christi altaribus vere transfigurandum offertur, 709. Consecratio sacramentalis Eucharistiæ quibus verbis fieri doceatur? *ibid.* In Eucharistia sermo Christi *operatorius est, ut sint quæ erant, et in aliud commutentur*, et quomodo hæc sint intelligenda? 569. In Eucharistia panis et vinum convertuntur in corpus et sanguinem Christi, 545. Per sacræ rationis mysterium, 544. In Eucharistia substantialiter panis et vini in corpus et sanguinem Christi esse mutationem docuit Ambrosius, 321. Conversio panis et vini in corpus et sanguinem Christi, et realis ejus præsentia, 572, 579, 877 et seq. Efficacia ad propitiandum in Eucharistia reale, ut vocant, præsentiam argumenta, 357, 1049. In quo comparatio mutationis in baptismo et Eucharistia lactæ conveniat et discrepet? 370. Validissimum contra hæreticos de Christi in Eucharistia adoratione argumentum, 681. *Species sanguinis* in Eucharistia pro veritate ponitur, et opponitur similitudini, 370. Psalmi xli. in Eucharistici sacramenti sumptione recitatio, 536. Quo in loco recus baptizati, et alii fideles Eucharistiam sumerent? 575. Post consecrationem et sumptionem Eucharistiæ fideles respondebant amen, 340. Eucharistiæ sumptio an infrequens in Ecclesia Orientali et Occidentali? 378. Eucharistia divinum fidei sacramentum, 1125. Servari solita, *ibid.* Et a christianis in periculum delata, *ibid.* Eucharistiæ mysterium non initiatis occultabatur, 959 et 1125. Oblatio figura est corporis et sanguinis Christi, et quæ illa sit? 571.  
 Eventus Ticinensis episcopus quis? 801.  
 Eugenium adventantem Mediolanum declinavit Ambrosius, 1020. Eugenii bellum indicatur, 1017. *Vid. Paqani.*  
 Eunomius a quo Eunomiani, quis fuerit? 452. Eunomius Marcioni quamobrem jungatur? 51. Num duo principia admiserit? 32.  
 Eunuchi qui se ipsos castraverunt an damnandi? 205. Eunuchus num sit nomen muneris et dignitatis? 888.  
 Eusebius Bononiensis episcopus, 245, 801, 1005.  
 Eusebius alius ab episcopo Bononiensi, 1003.  
 Eusebius Vercellensis episcopus quis fuerit? 1023. Cur missus in exilium? 1039. Num martyrio consummatus? 1040.  
 Eusebius ad quem destinatus est liber de Institutione Virginis, 247.  
 Eusebii Nicomediensis epistola in Concilio Nicæno lecta, 517. Eusebius Nicomediensis auctor Arianorum, 518.  
 Eustorgius Mediolanensis episcopus, 868.  
*Ex* et de præpositiones num inter se differant? 641. *Ex* et *per* an differant? 548.  
*Excommunicatio.* Quanto cum dolore Ecclesia quempiam excommunicet? 102.  
 Exemplum validum, 661.  
 Faciem lauro propior exprimere, 1005.  
 Fames Romæ, 120. Fames in Ægypto per quinquennium

ab sancto Joseph repulsa, 87.  
 Felicissimo conjungit se Novatus, 585.  
 Felix diaconus postea Bononiensis episcopus, 1021.  
 Felix num prius Comensium episcopus, et quis ille? 763.  
 Felix Jadertinus episcopus, 802.  
 Feralis supplicii hæreditas, 1185.  
 Fercula pomparum et alia varii generis apud antiquos, 21.  
 Fides quam vitam beatam et æternam habere dicatur? 72. Cur dicatur æternum patrimonium? 351.  
 Fides citharæ cur sic dicitur? 1201.  
 Figura et species plerumque inter se confunduntur, 536. In figura esse istius mundi, 907.  
 Filius Dei in veteri Testamento et non Pater apparuit, 460. In Angelo olim apparuit, 449. Dicitur offensus ab Adam, 612. Fidei nostræ principium est scire quod genitus est Dei Filius, 471. Pater non est in Filio sicut egentem sanctificans, nec ut vacuum implens, 527. Num Filius etiam qua Deus dici possit Patre minor? 485. Num Pater Filio aliquid præceperit? 634. Deus Pater Filii, Dominus creaturæ, 985. Arianorum et Eunomianorum objectio ex Filii generatione petita, 539. Objectioni Arianorum petita ex his verbis: Non potest Filius facere a se quiddam, etc., sæpius respondit Ambrosius, 528. Num hæc verba: *Nec Filius scit*, ex Evangelio abstrahat? 585.  
 Filius idem ac pupillus sive alumnus, 55. Magis in adoptatis offendimus quam in genitilibus filiis, 1104.  
 Flacilla prima Theodosii uxor, 1209.  
 Flammeus quid? 162.  
 Flavianus. *Vid. Antiochenum.*  
 Folliculis litterarum, 412.  
 Fontes nivei, 753.  
 Foris pretium, 855.  
 Forma sacræ præceptionis, 1100.  
 Fratrum germanitas, 45.  
 Fructus dupli restituendi, 1101.  
 Furta belli, 957.  
 Galla secunda Theodosii uxor, 1209.  
 Gallorum episcoporum dissensiones, 1181.  
 Garnarii conjectura de Photino, 445.  
 Ge Polyandron, 496.  
 Gedeon. *Vid. Lapeæ.*  
 Generatio pro parte, 946.  
 Generatio ad propitietatem naturæ refertur, 536. Generatio divina non diminuta, 4. 3.  
 Geniti appellatio et ingenui quomodo sit, declarat, 725.  
 Gignentium nutu, 859.  
 Gentiles. *Vid. Paqani.*  
 Genus, idem ac natura, 451.  
 Gervasi et Protasii reliquiæ Ambrosio revelatæ, 874.  
 Gervasiæ tenuis mælet, 877. Severus cæcus ab iis sanatus, 878. Eorum translatio, 879.  
 Gildonis in Mauritania tyrannis, 161.  
 Gladiatorum munera, 96.  
 Glæra quid? 75.  
 Gonor qualis mensura erat? 778.  
 Gothi Scythica gens creditur, qui in curribus degunt, 855. Per vocem Gog ab Ezechiele propheta designati, 495. Bellum ab iis illatum, 496. Eorum in populationes ac strages, 820.  
 Gracchi præfecti egregium facinus tempore famis, 119.  
 Grata. *Vid. Justa.*  
 Gratia superiore, quid? 37.  
 Gratianus jure merito christianissimus appellatur, 752. Divino electus judicio, 754. Ambrosium parentem suum vocat, 751. Gratiam ex oriente redidit, 752. An illi plures filii fuerint, 470. Tacito nomine designatus, 841. Quo ætatis anno exstinctus? 1174. Gratiani virtutes celebrantur, 1195.  
 Gratianus filius Theodosii, 1209.  
 Gregorius in Constantinopoli episcopum assumptus, 816.  
 Grumis silvestribus, 1030.  
 Guillelmus S. Theodorici abbas in expositione Cant. canticorum nihil ex libro Ambrosii de Institutione Virginis excerptis, 247.  
 Hæreditatem cernit, non possidet, 1084.  
 Hebionis errores de Christo, 569.  
 In Hæreticos lex data, 809. Lex Theodosii contra hæreticorum conventus, 814.  
 Helenæ raptor præliis appetitur, 222.  
 Helena Constantinii imperatoris mater stabularia, 1210. Crucein invenit. *Vid. Christi Crux.*  
 Heliodorus Altiniensis episcopus, 802.  
 Herbarum germinatio, 1148.

- Hieronimi censura librorum *de Spiritu sancto* expenditur, 895 et seq. Opposita Augustini sententiæ, 597.  
De Hipolyto ab equis efferatis discripto fabula, 175.  
In Hierobaal sacrificium ignis descendens, 531.  
Homo constat spiritu, anima, et corpore, 255. 1075. Variæ hominis ætates ex Hippocrate ac Solone, 979.  
Honorati qui fuerint? 106, 851.  
Honorius quo tempore imperator declaratur? 1199.  
Quo ætatis anno patre Theodosio orbatus est? 1202.  
Horontianus quis fuerit? 1068.  
Horontianus alter e Judaismo conversus, 1091.  
*Hostes*. Quinam pulsus hostibus, dum exuviis casorum capiuntur, occubuerit? 51.  
Humana conditio quam culpa inferior, 851.  
Hunorum pax cum Romanis, 890. *Vid. Chumi*.  
Hyginus episcopus senex ductus in exilium, 891.  
Hyperbati obscuritas removetur, 391.  
Hypogæa, 910.  
Ideæ Platonicæ quid? 530.  
Idolorum confractor in martyrum catalogum non admittitur, 948. Qui fidem intus conservantes idolis ihus ob tormentorum metum obtulerunt, semivivi dicuntur, 401.  
Jejunii diebus cur convivia ab imperatore comitibus exhibita? 1178.  
Illyrici et Thraciæ vastitas, 86.  
Imago in Evangelio non excludit veritatem, 65. Imaginibus sanctorum et sanctæ cruci qui cultus exhibendus? 1211. Imagines Imperatorum apud Romanos quæ? 64.  
Inmolata sacrificia, 898.  
Imperatores a successoribus nomine parentum ornantur, 1122. Imperator in ea quæ divini sunt, imperiale jus non habet, 857. Tria officiorum genera ad imperatorum mandata referenda, 858. Imperatores bimestres, 851. Imperatorum alter captivus, sub altero captivus orbis, *ibid.*  
Impunitus vis amoris, 960.  
Impressio quid? 1058.  
Injures quas sepelivit Jacob, 1035.  
Incensens causa, 558.  
Incensum imponat, 70. Incensi hora, 179.  
Incubator fructuum, 1150.  
Indicium sacro, 152.  
Indictionum usus non diu ante Ambrosium, et de quo ille loquatur? 885.  
Indigentibus diis, 850.  
Inequitare quid significet? 62.  
Inermis Eleazar cur dicatur? 57.  
Infula quid et quibus conveniebat? 5.  
Ingratitudinis pœnæ, 1126.  
Injuria, id est, cruciatus et tormenta, 958.  
Injuria, id est, cruciatus et dolor, 879. Injuriis, id est, rigida et aspera castigatione, 314, 1157.  
Injusto, id est, nimio, et viribus majore, 204.  
Innocentes infantes inter martyres computati, 54. Frequens eorum apud Ambrosium mentio, 970.  
Inopum victum usurpare, 1006.  
Insigne verecundiæ, 1.  
Institæ quid significant? 1155.  
Intentio, id est, animi pertinacia, 1025.  
Intercessores qui fuerint? 106.  
Interpellare quid? *ibid.*  
Irenæus ad quem Ambrosius tot epistolas scripsit, quis fuerit? 897.  
Isidis sacra ubi celebrata, prohibita, et revocata, 1014.  
Italiæ episcopi concilium congregari postulant, 818.  
Theodosii imp. ad episcopos Italiæ literæ, 817.  
Ithaciani qui, et quantum ab eorum crudelitate abhorruerit mitissimus Ambrosii animus, 895. Ambrosius a Maximi tyranni et Ithacianorum episcoporum communione abstinet, 891.  
Job scriptorum omnium antiquissimus, 15.  
Joci ecclesiasticis viris in familiari sermone seu in concione num liciti? 28.  
Joannes Elizabeth, 1058. Num Joannes Baptista de Christo dubitavit? 521.  
Joannes evangelista mortuus est, 1146. Ex Joannis Evangelio hæc verba: *Deus Spiritus est*, abrasa, 677. Generalis Joannis epistola, 405.  
Joseph Ægyptus huc septuaginta diebus, 1108.  
Joseph Mariæ conjugis qui filii? 260.  
Josephi sententiæ ab Ambrosio rejecta, 845. Ab eo aliqua desumit, 546 et seq.  
Jovinianus ejusque socii aliquamdiu Mediolani in monasterio jejuniis operam dederant, 968. Num cum Manichæis senserit? 969. Joviniani error erat, quod qui baptizatus semel fuisset, negabatur peccare posse, 1025. Joviniani et ejus assecularum errores, 964. Car. Epicurei dicti, 968. Num leges adversus eos late sint? 969.  
Judicatio ista non erit longi subælli, 969.  
*Judices*. Qui gentiles lucrentam de administratione provinciali securim revexerint? 892.  
Jugalis pro jugario sive auriga, 175.  
Juliana vidua Ambrosianum basilicam ædificavit, 275.  
Julianus valens quis fuerit? 808.  
Julianus apostata nonnulla provincialibus remisit, 1100.  
Templum Hierosolymitanum cum jussisset reparari, diruta qui faciebant repurgium, igne flagrant, 950. Bellæ adversus Persas adorientis imprudentia, 842.  
Justa et Grata Valentiniæ sorores, 1005. Funebri ejus orationi interfuerunt, 1181.  
A Justina imperatrice persecutiones in Ambrosium ætate, quo anno acciderint? 757. Persecutio ejus indicatur, 870.  
Justitia an sapientiæ anteponeat secundam philosophos? 67.  
Justus ad quem scribit Ambrosius, quis fuerit? 77, 801.  
Juthungi num iidem ac Vitigui? 890.  
Labarum quid, qua occasione institutum, a quibus arumferretur? 949.  
Laboris, lucrum, id est, immunitas laboris, 17.  
Lagenarum, quibus usus est Gedeon, expositio, 639.  
Lapides supplementi, 472.  
Lectio in Ecclesiæ synaxi, 1091. Lectiones sacræ scripture in Ecclesiæ, 855.  
Legum harus icibus, 857.  
Levi date viros ejus, 70.  
Levita appellatur ipse meus, vel ipse pro me, 65.  
Libros alios examinandos tradendi consuetudo, 989. Plures libri inscripti *de Consolatione*, 1171. Num liber de Cas et Abel citetur in epistola ad Horontianum? 927. Ambrosius plures de Virginitate libros scripsit, 255. Liber de Institutione Virginis cum libro de Sacramentis comparatus, 252. Et cum aliis Ambrosii libris, 260 et 272. Liber de Viduis ab Ambrosio vere compositum, et quo tempore, 185. Occasio libri Exhortationis Virginitatis, 275. Liber de lapsu Virginis quædam similia habet cum libro Exhortationis Virginis, 508. Liber de Mysteriis Ambrosio asseritur, 521 et seq. Quis auctor librorum de Sacramentis? 511. Quot libri de Sacramentis a libro de Mysteriis discrepant, 541. Liber de Sacramentis ex libro de Mysteriis, et de Institutione Virginis expressus fuit, 547. Liber de Penitentia similia habet cum Comment. in Luc., 426. In libro de Fide legitur eadem de Joanne ac in Comment. in Luc., 541. In libro de Spiritu sancto eadem ac in libro in Lucam, 692. Quid Ambrosius a Didymo et aliis desumpsit in libris de Spiritu sancto, 598.  
Liberius summus pontifex cur beatæ memoriæ, et ut sanctior appelleret, quove anno obierit? 175.  
Ligna spirantia et rationalia, 981.  
Limenis episcopus, 802. Obitu ejus Ecclesia Veracensis episcopo orbata, 1022.  
Lucernarium, 904. Vigiliæ quæ statim prima nocte habentur in Ecclesia persolvebantur dicebantur lucernariæ, *ibid.*  
Luciferi Calaritani episcopi schisma, 1127.  
Lucius Alexandriæ Ecclesiæ invasor, monachorum et virginum persecutor, 812.  
Lugdunensis Ecclesiæ Ambrosii locum citat, 779.  
Luna. Gentilium superstitiones in diei quartu et quintu lunari observatione, 881.  
Lycii viros jubebant muliebrem vestem induere, si merori indulgerent, 1157.  
Machabæorum martyrum prisca veneratio, 951.  
Maforte quid sit? 162.  
Magdalene num Christus post resurrectionem primam apparuerit? 217.  
Manichæus varietatem creatoris inducit, 659. Inventionis veritatem negavit, 478. Circumcisionem condempnabat, 1075.  
Manichæi auctorem carnis nostræ diabolum credunt, 491.  
Nuptias damnantes arguunt, 175. Adjungunt sacrilegiam turpitudini, 996. Die Dominica jejunabant, 885. Quo imperator edicto eis ne ullos conventus faciant, probetur? 969.  
Mansiones instruendæ, 1181.  
Manibus date sancta mysteria, 1189.  
Marcellinus frater Maximi tyranni, 890.  
Marcia dixit Christi corpus fuisse phantasma, 475. Circumcisionem damnabat, 1075.  
Mariæ nominis interpretatio, 257. Principium quo intermerata Mariæ conceptio defenditur, 260. Mariæ virginitas defenditur ab Ambrosio, *ibid.* Christus nascendo gentilitas Virginitatis claustra non solvit, 262. Quomodo Maria Christum sine aliqua sui operatione formaverit? 269. Post partum virginitas, 1050. Hæresis coram qui Mariam post conceptum virginem remansisse profitebatur, non artem conceptionem, 866. Argumenta quibus perpetua Mariæ virgin-



- tas vindicatur, 1009. Maria operata est salutem mundi, 992.
- Martyres quæ castitatis tuendæ causa mortem sibi conscivere, 181.
- Matrimonium a liberis initum, insciis nec assentientibus parentibus, an ratum ac firmum habendum sit? 1103. Cultus disparis num juxta Ambrosii sententiam matrimonium et contrahendum et contractum dirimat? 831. *Vid. Conjugium, Nuptiæ.*
- Maximus queritur objectu legationis Ambrosii ad Italiam non potuisse transire, 858. Ambrosio minabatur, 1183. Maximi tyranni filius revocavit Theodosius, 936. *Vid. Ithaciam.*
- Maximus Cynicus quis fuerit, ejusque fraudes ac mendacia, 813.
- Medicorum pueri, 1017.
- Melchisedech a quibus dictus sit angelus? 513.
- Melchisedechiani, 373.
- Meletii et Paulini pactum, ut uno superstite in defuncti locum nullus subrogaretur, 814. Quis in Meletii locum successus? 815.
- Melotis quid sit? 821.
- Memoriales, 834.
- Mendacium beatum, 918.
- Ad Mensem primum novæ maii referri possunt, 886.
- Mercenarius non fraudandus, 813.
- Mesopotamia cur sic dicta? 845.
- Misericordiosus opinionis quis auctor? 1168.
- Micheas Morathi, 1053. Hujus nominis significatio, *ibid.*
- Militia non solum pro castrensi, sed etiam forensi professione, 241.
- Milites nomine imperatoris signantur, 1189. Certo militiæ tempore servantur, 955. Militibus prohibita olim mercatura, litium susceptio, negotiorum in foro prosecutio, 49.
- Missam, id est, sacrificium facere cupi, 833. Missæ præfatio, et prima Canonis præcatio, 361. Sequentes Canonis præcationes, 371, 372. Quid sacerdos dicat post orationem Dominicam? 385.
- Missio nomine processionis significata, 625.
- Monasteria Mediolani n. d. m. fuisse instituta, secus Bononiæ, 134. Monasterium Veronæ, 770. Infantes olim monasteriis a parentibus oblati, monasticam vitam perpetuo servare cogebantur, 291. Unde hæc consuetudo manavit, 292. Monastica institutio celebritas, 951. Monasticæ vitæ cum clericali conjunctio, 1058. Monastica vestis, 821. Monachi cujus coloris veste uterentur, 23.
- Moralitas quid, 1040.
- Mortis genus triplex, 1144. Mortis definitio, *ibid.* Mors somno similis, 1135. Quibus rationibus gentiles mortem æquanimitè ferendam probarent, 1147. Ritus veterum circa mortuos, 1117. Cognati demortuo ter vale dicebant, 1134. Morientium oculi conjunctissimorum manibus clauderentur, 1125. Mos publica laudatione mortuos honorandi, 1111. Etiam fratres germanos, *ibid.* Dies pro mortuis observandi, an etiam et novus? 1197. Septimus dies in funeribus peculiari ratione coli solitus, 1135. Quidam populi olim ortus hominum lugebant, obitusque celebrabant, *ibid.* Morte unius maximi populi liberati, 1146. Multi vitam solo mortis titulo consecraverat, 1143. Episcopis, clericis vel etiam monachis morte damnatos eruere aliquando concessum, 93.
- Oblationes atque orationes pro mortuis, 944. Orationes pro mortuorum subsidio, et liberatione, 1135. Orationum ac sacrificiorum pro mortuis quam antiquus usus, 1193. Cypriani ea de re sententia defenditur, *ibid.* Efficacia vivorum pro defunctis suffragia, 1121.
- Ornamenta vana mulierum, 160. Cur olim prohibitum ne mulieres decalarentur, 1014. Mulierum in morte viorum intemperantia locus, 1137.
- Mundum plerique ingenitum dixerunt, 721. Variæ philosophorum de mundorum multiplicitate opiniones, 529.
- Myrocles Mediolanensis episcopus, 868.
- Novi nasci longe optimum, 1142. Natales dies defunctorum martyrum, seu aliorum, 1136.
- Naturæ finis, id est, compositi naturalis dissolutio, 1167. Quæ ejusdem sunt naturæ, diversa sæpe initia habent, 726.
- Nectarium Constantiopolitanum ordinatio qua ratione peracta, et cur a concilio Italico perstringitur? 815 et seq. *Dennus ejusdem inuenta, 950.*
- Neptalium quid Latine significet? 945.
- Neptotis animam nostris oblationibus prosequamur, 189.
- Neptis vox quid Ambrosio? 1018.
- Neronis probra, 1212.
- Nicentius tribunus, 768.
- Nicenum.* Numerus episcoporum qui Nicæno concilio primo œcumenico interfuerunt, 144. In eorum numero secundum Græcos characteres est expressio Dominicæ crucis et nominis, 443. Definitio fidei scripta a Conc. Nicæno generali, 467. Nicænorum canonum numerus, 1057. An Nicænum concilium de bigamia sacerdotali etiam ante baptismum contracta aliquid statuerit? 1057. Liber sacerdotals concilii Nicæni, et quid contra eum Ariane? 520. Nicæne non Constantinopolitanæ synodi auctoritate cur utetur Ambrosius, 861. *Vid. Cyclus.*
- Nodis de nostris flos germinet, 145.
- Notas ægritudines, 762.
- Novatianus quis fuerit? 383. Famosum libellum scripsit in Cornelium papam, 387. Novatiani schismatis causa et origo, 412. Novatus presbyter fuit, non episcopus, 383. Se mancipat Novatiano, 387. Cum Novatiano male confunditur, 383. Non ab Ambrosio, 393. κατὰ πρόσωπον nomen sibi arrogat Novatiani, 387 et 389. Appellabantur Montenses et Scævæ, 390. Novatiænæ hæresis ortus et progressus, 383. An et quomodo Novatiani dixerint omnia peccata esse æqualia? 391. Catholicos rebaptizabant, num et Catholici Novatianos? 398. Novatiana hæresis sacerdotes Dei non habet, 392. Novatiani Catholicos vocabant Apostaticos et Capitulos, 390. Novatiani judicem qui reum juste capitis condemnasset, ab altaris communione removens designantur, 892. Validum contra Novatianos argumentum, 420. Præcipuum Novatianorum firmamentum in verbis Pauli, et egregia Ambrosii responsio, 417. Ambrosius eadem ac Cyprianus contra Novatianos exempla proponit, 420.
- Novæ, id est, mens, 780. Novæ animæ vigor, 973.
- Numerorum scientiæ addictissimi Pythagorei et Platonicus, et post eos plures e sanctis patribus, 976.
- Nuptiarum veteres mores, 173. Moribus Hebræorum convenit et legibus, ut integri nuptiarum integris societur virginibus, 759. Nuptiales ritus, varique nubentium ornata, 273. Conjugium velamine sacerdotali et benedictione sanctificari oportet, 844, 995. Fæminæ dum ad maritum ducebantur, caput crocei coloris velamine obnubere solebant, *ibid.* Theodosii lex qua patruales fratres et consobrinos vetuit inter se conjugii convenire nomine, 1019. An in hoc relaxatum, *ibid.* Nuptiæ tam patri cum fratre, quam avunculi cum sororis filia, illicitæ, 1017 et seq. Vetus consuetudo nuptialis festi convivii et jocis celebrandi, 846. *Vid. Conjugium, Matrimonium.*
- Nuptias secundas damnasse Ambrosium male incensant Centuriatores, 63. Ambrosii de nuptiis secundis sententia moderata, 188. Nuptias sæpius repetitas non probat Ambrosius, nec tamen damnat, 203.
- Oblatio peccatorum, 513.
- Obstetrix unde sic dicta? 768.
- Obtutu vigilanti exit, 10.
- Œconomus seu dispensatori Ecclesiæ tradebantur pecuniæ, et quem in finem? 88.
- Officii acceptio, 8. Ejus etymologia, 9. Quomodo Aristoteles disputaverit de officio? 10.
- Omnis hujus non justa vitatio, 829.
- ὄμοιον aliud ali, non ipsum est sibi, 519.
- Opus pro re naturali seu elemento, 352. Ambrosius operibus ex fide atque claritate profectis justificationem attribuit, 38.
- Orarium quid sit, 1126. Oraria, 876.
- Oratio. Judæorum vetus consuetudo superiore ædium partem, cum oratori erant, conscendentium, 911. Orantes christiani brachia tollebant in crucis modum, 384. Orationem Dominicam catechumenos quondam celabat Ecclesia, et quando eis traderetur, 231. Oratio Dominica aa catechumenis vel neophytis traderetur, et exponeretur, et quo tempore? 377.
- Ordines minores qui? et cur cum eis psalmista et sacrorum custos numerentur? 37. Pueri ad officium lectoris assumpti, 1150. Ordines minores non omnes omnibus, sed singulis singuli tribui soliti, 38. Bigamiæ impedimentum ad sacros ordines antiquissimum, 63. An is qui aliam conjugem ante baptismum, aliam jam baptizatus accepisset, bigamiæ lege teneretur, *ibid.* *Vid. Clerici.*
- Orestes et Pylades, 36.
- Origia, 150.
- Origenis exsectio, 203. Origenes longe minor est in novo, quam in veteri Testamento, 1083. Origenis Hexapla et Octapla, 1068. Ex Origenes hausit Ambrosius, 1161.
- Orion quid? 386.
- ὄρα quid significet? 783.
- Oscula quibus christiani jussu apostolorum invicem sese salutabant, qualia erant? 952. Romanus olim mos erat, ut cognati cognatas suas osculo salutarent, 1019.
- ὄρα et etymologia, 519, 725. Ea vox in Scripturis reperitur, 519.

Paganæ calamitates imperti christianæ religioni acceptas referrebant, 831. Constantini magni et aliorum deinceps imperatorum leges contra eos, 825. Duobus diversis temporibus religionum suarum restitutionem a Valentiniano postulaverunt, 1180. Iterum a Valentiniano sacrificiorum restitutionem legatione ad eum intra Gallias missa postulaverunt, 1011. Quandonam a Theodosio sacrificiorum sumptus reddi petierunt? *ibid.* Quorum precibus Eugenius privilegia paganorum reddiderit? *ibid.*

Palæstini, 845  
Palladius episcopus Arianus, 786.  
Palma lictoris, 934.  
Panætius, et ejus filius qui fuerint? 7. Quo anno Panætius vixerit? 10.

Paradisi terrestri veritatem ubique aut supponit aut agnoscit Ambrosius, 981.

Paternus quibus dignitatibus auctus? 1019.

Partus hominis septimo, octavo, et nonnunquam decimo mense, 977.

Partus corporeæ necessitatis, 458.

Pascha incidens in xiv kal. Maias an in vni transferri possit? 885. Paschæ ante sexagesimum celebratum undecimo kalendas Maii, 886. Episcopi Romanæ Ecclesiæ de paschali festo constitutiones, 882. Num Ambrosius a Theophilolo quid mutuatus sit super Paschæ celebrandæ ratione? 880. In paschali pervigilio sacrificium, 881. In paschalibus diebus nihil creuentum statuendum, et quanta hi dies veneratione colerentur? 1179. In paschali festivitate vinculis restricti olim solebant lavari, 854.

Parentis, id est, matris familias, 1128. Parens aliquando honoris ac benevolentiae non naturæ significationem habet, 826. Ambrosius cum Cicerone patriam parentibus præferri jubet, 55.

Paulini Nolani episcopi patria, 1013. Filium habuit, sed octavo a nativitate die e vivis ereptus est, *ibid.* Paulini accessum invidiosissime traduxerunt profani homines, *ibid.*

Paulinus. *Vid. Meletius.*

Pauli cælibatus, 215. Nihil difficultus, quam de Apostoli lectione disserere, 1085. Quorundam Pauli locorum obscuritas, 950. Ejus verba: *Utinam abscondantur, qui volunt vos circumcidi*, quoniam spectent? 207.

Pauli Samosatensis error de Christo, 705. Cur cum Basilde ab Ambrosio conjunctus? *ibid.*

Peccati originalis per concupiscentiæ propagationem transfusio exemplo magnetis lapidis docetur, 985. Originalis peccati successio, 1075, 1079-1087. Num Ambrosius peccatum aliquod irremissibile putaverit? 421, 611. Qui occultorum criminum insimulabantur apud episcopum, gravioribus pœnis afflictebantur, 315. Peccatorum leviorum remissio quomodo haberi possit? 402. Graviorum peccatorum venia iustorum orationibus reservanda, 401. Peccatum emendationibus facit et satisfactione operitur, 424. Quomodo tegi dicatur? 1067.

Pelagia martyr, 182.

Pelagiæ virginis mors, 959.

Pentateuchus, 956.

Perditio etymologia, 918. Ejus animalis astutia in venatores, *ibid.*

Personaliter vox in divinis caute adhibita, 682.

Petri Romæ adventus, ejus de Simone Mago victoria, et Christi ad eum facta apparitio, 867. Petrus Ecclesiæ firmamentum et fundamentum, 257. Natalis dies SS. Petri et Pauli quam solemniter in Ecclesiâ? et in ejus vigilia jejunium, 244.

Petrus non mundavit, 604.

Phamenothis mensis, 884.

Pharmuthis mensis, 884.

Philaster episcopus Brixianus quis? 802.

Philonis ex libro *de Profugis* hausit Ambrosius, 784, 785. Et ex aliis ejus libris, 898 et seq.; 903, 951, 976. Quid discriminis inter utrumque? 935, 1057. Quæ ex Philone sumpsit Ambrosius, ea in formam pietatis et christiânæ religioni magis accommodata convertit, 970.

Philomarus Eptæuri discipulus quis fuerit? 1026.

Philosophia meditatio mortis est, 1145.

Philosophorum maximus, 1201. Philosophi ex sacris Scripturis nostris hauserunt, 952. Philosophi pagani publice in gymnasiis philosophiam profitebantur Ambrosii tempore, 461. Philosophorum argumenta et fallaciæ cavendæ, 450.

Philostorgii adversus Valentinianum iniquus animus, 1178.

Phœnicis resurrectionem cujus scripturæ auctoritate probet Ambrosius? 1149. Illius exemplo resurrectionem corporum probarunt Patres plurimi, *ibid.*

Photinus quis fuerit, et ejus errores, 445. Non Verbum substantiale atque *hæreticum*, sed transiens ac *apocryphum* di-

cebat, 454. In conciliis damnatur, 809. Secundum carnem judicat, 569.

Phrygia sacra, 149.

Pietatem justitiæ annexam esse, 35.

Non Pinæ velamen ejus, non vincant cupressi, 275.

Plato poetas de diis indigna fabulantes negat audientes, 14.

Plumarium quid? 891.

Pneumatomachi arguuntur, 705.

Pœnitentia graviorum et leviorum peccatorum, 456. Per universos ea quæ superflua sunt, in aliquo pœnitentiæ agente virilis misericordiæ aut compassionis vel collativa quadam admixtione purgantur, 411.

Pœnitentiæ publicæ stationes, 428. Opera, 457. Et exercitia proponuntur, 313. Quam duri olim labores? 895. Pœnitentes publici a conjugali congressu debebant abstinere, 457. Publica pœnitentia num pro cæditibus in bello factis subeunda? 1207. Aut ab aliquibus non tam cito agenda? 458. Semel acta iterari non potest, 456. Bona opera peccato lethali mortificata per pœnitentiæ reviviscunt, 455. *Vid. Preces.*

Pœtæ non audiendi, 14. *Vid. Plato.*

Pompeius ab Achilla trucidatus, 841.

Posteri dies, 881.

Pone accidere, 75.

In Portu navigat, 1005.

Posteritas sicut odor agri pleni, 940.

Potestas pro natura, 449.

Præfactorum varia genera, 853.

Præpositi cubiculi dignitas quæ esset? 859.

Præscriptio quid? 1058.

Præsenti ad animum referri? 856.

Prætendunt, 909.

Præterebam, id est, pertransibam, 867.

Prævaricari, quid? 949.

Prævaricator qui dicatur? 919.

Protasius. *Vid. Gervasius.*

Preces publicæ ac lacrymæ pro pœnitentibus, et quas ceremoniis funderentur? 411. Preces publicæ pro imperatoribus in expeditionem profectis, 755. *Vid. Supplicationes.*

Presbyterium, 965.

Principes virtutum viri, 853.

Proclus, sive Proculus Titiani filius qua morte obiit? 1002.

Prophetiæ donum non ad sanctificationem eorum quibus inest, conceditur, 994.

Propositi gratia, 1095.

Prudentiæ definitio juxta sapientes, 1125.

Psalmistarum cantus, 452.

Psalmi domi privatim decantandi, 250.

Puellæ quo ætatis anno arbitriæ sui, et ad ferendum testimonium habiles? 148.

Pulegio fatus, 763.

Pumicetur sermonibus, 975.

Pylades. *Vid. Orestes.*

Pythagoræ patria, 901. Equalem vix reperit, 902. Quo anno vixerit? 10. Ipse ejusque sectatores musicæ delectati, 179. Pythagorica sententia: Communem viam esse declinandam, in cujus libris reperitur? 901.

Pythagorea virgo, 451.

Pythias. *Vid. Damon.*

Quæstio, id est, objectio, 542.

Quæstionibus, id est, tormentis et doloris cruciatibus, 776.

Recipere in carcerem, 866.

Regiæ cupiditatis accusator, 1179.

Religio unde nomen accepit? 159. Pietatis officii anteponeuda, 187.

Reliquiarum sacrarum apud veteres christianos veneratiæ, 1210. Miracula per sanctorum reliquias pertractata, 878.

Rescriptum, 105. Rescripti forma director, 106.

Resurrectionis millesimus nobis est annus, 1150. Diversæ philosophorum de resurrectione corporum sententiæ, 1151.

Revelationes quarto sæculo raras non fuisse, 309.

Rhetia secunda, 858.

Rivetus arguitur, 387.

Roma peregrinas religiones adoptaverat, 840.

Romana basilica Mediolani, 873.

Romulus diaconus aut sacerdos in rurali Ecclesiâ, 1056.

Rufinus calumniæ in Hieronymum falso insimulatus, 598.

Rufinus ex magistro officiorum præfectus prætorio in consul tu factus, 1002.

Rufinus noster, id est, Jeremias, 449.

Sabaoth vocis interpretationes, 525.

Sabbati magni requies, 280.

- Sabbati sancti jejunium, 885.  
 Sabellii errores; ubi et quando eos spargere cœperit? 445. Sabelliani Patri susceptionem carnis humanæ attribuant, 446. Augustini atque Epiphani de Sabellianis Patropassianis sententiæ conciliantur, 579.  
 Sabinius Piacentinus, 801, 984.  
 Sacerdos summus, 326. Urbici sacerdotes, 858. Spiritus sanctus de peccatoribus facit sacerdotes, 615. Levitas et sacerdotes ad continentiam teneri, 66. Continentia sacerdotalis, 1037. Monogamia sacerdotalis, *ibid.* Sacerdotis auctoritas ad remittenda peccata, 1059. Qui sacerdotes consulendi? 225. Veteri jure a sacerdotibus donata imperia, 858.  
 Sacramentum non verearis, 955.  
 Sacrorum seu secretarii custodes qui fuerint? 69.  
 Sacrificium a precibus distinctum, 1146.  
 Sæbadio Agenni episcopo scribit Ambrosius, 1106.  
 Sævitas seu scævitas quid Ambrosio? 689.  
 Salus hoc vitæ, 1135.  
 Sancta sanctorum quid? 535.  
 Sancti. Dogma de invocatione sanctorum Ambrosio visum esse orthodoxum, 185, 200. Sanctorum pro vivis et defunctis hominibus subsidia, 1121.  
 Sanguis liberet, 855.  
 Sarinatio. *Vid. Burbantianus.*  
 Sapientia. Libertatem nostram in cognitione sapientiæ esse positam, seu solum sapientem esse liberum, 931.  
 Satanæ tradere in interitum carnis, 407.  
 Satisfactio pro peccatis, 424.  
 Satyrus Ambrosii frater, num Uranius vocatus? 1109. Illius cum Ambrosio spiritu et corpore similitudo, præcipua vitæ acta et mors, *ibid.* Quo anno mortuus sit? 1111. Libri hac de re ab Ambrosio editi, *ibid.* Satyri epitaphium, *ibid.* Ubi baptizatus fuerit? 1128. In funere Satyri facies ejus aperta erat, 1134. Oratio habita ab Ambrosio septimo a sepultura ejus die, 1135.  
 Scamna quid? 17.  
 Scelus conceptum, 305.  
 Σεισσηφάστου, 69.  
 Scribarum audaciæ exemplum, 656.  
 Scripta sua unumquemque fallunt, 989.  
 Scripto nitor non argumento, 678.  
 Scriptores sacri num ex artis præceptis scripta composuerint? 783. Ambrosius codice sacræ Scripturæ a nostris non parum diverso utebatur, 296. Exemplar Scripturæ sacræ, quo utebatur Ambrosius, ab aliis in multis discrepabat, 1165. Ambrosius varias Scripturæ lectiones consulere solitus, 1177.  
 Secundianus episcopus Arianus, 786.  
 Semiariani qui fuerint? 728.  
 Senones capta urbe, ansærum strepitu detecti sunt, 853.  
 Sentinosum navigium, 1120.  
 Septenarius remissionis numerus, 1047.  
 Sermones vellica, 989.  
 Severus Neapolitanus episcopus, 1016.  
 Servi characteres domini inscribentur, 1189.  
 Sichima, id est, bumerus, 901.  
 Siclus quid? 777.  
 Silentiariorum officia, 1181.  
 Simplicianus num a Damasus papa ad Ambrosium instituentum destinatus? 1037. Quis fuerit ille Simplicianus? 1052.  
 In Sinu abscondere, 762.  
 Sirmium cur Illyrici caput? 800. Sirmiensis Ecclesiæ vexatio, et Sirmiensia concilia fideique formulæ, 675.  
 Siscia sedes episcopalis in Pannonia, 953.  
 Socrates quo anno vixerit? 10.  
 Solus nunquam minus sum, quam cum solus esse videor; nec minus otiosus, quam cum otiosus, 991.  
 Solitudo, id est, orbitas, 1121.  
 Sonum mysticum servare, 29.  
 Sophocles Jobo recentior, 956. Sophoclea carmina, 935.  
 Sortem ex sorte, 782.  
 Solheris sanctæ martyrium, 184.  
 Sotus arguitur, 387, 395, 423, 432.  
 Spado. Ego patiar quod episcopi, tu facies quod spadones, 899.  
 Species pro natura et substantia dicitur 359. Species pro individuo, 726.  
 Spiritus sancti processo ex Filio, 651. Argumentum efficacissimum contra Spiritus sancti divinitatem impugnantes, 611. In Spiritus sancti divinitatem objectioni ex verbis Amos, responsio, 644. Majores nostri cum Spiritu gloriæ Christi esse memorabant, 650. Spiritum Dei an Spiritum Deo apud Apostolum legi debeat? 642. Spiritus sancti in orbis gubernatione operatio sub quibusdam involucris ab Ethnicis designata, 640.  
 Ad Sponsalia valide celebranda quot testes necessarii? 609.  
 Spurinæ adolescentis factum, 299.  
 Stater quid, et cuius pretii? 779.  
 Stephani papæ sententia de hæreticis rebaptizandis, 329.  
 Stoicorum opinio de peccatorum æqualitate, 591.  
 II Studia, id est, favor ac benevolentia, 1129.  
 Studius quis? 892.  
 Substantiæ vox et consubstantialitatis quid, et an Deo tribuenda? 515.  
 Supinator, 908.  
 Supplicationes penæ invidiæ, 1101.  
 Supplicationum publicarum antiquitas, 94. *Vid. Preces.*  
 Susannam non licet liliū nominari, quod non est 506.  
 Symbolum apostolorum quid, et a quibus compositum, 967. *Vid. Competentes.*  
 Symmachus parens Satyri, 1122. Ambrosius duos libellos contra Symmachum imperatoribus dedit, 1009. Symmachus ab ethnicis senatoribus electus, ut sacrorum suorum obtinere instaurationem conaretur, 828. In ejus relatione prudentia desideratur, 829. Symmachii relatio imperatori clanculum oblata, 825.  
 Syricio Romano pontifici scribit Ambrosius, 1106.  
 Ταυτέρας, 664.  
 In Tentationem ne patiaris nos induci, quam ferre non possumus, 579.  
 Terræ motus ante Theodosii mortem, 1197.  
 Testes auditionis, 770.  
 Thecla cur maritric dicitur? 167. Theclæ exemplum Ambrosio familiare, 1051.  
 Theodosius pater Theodosii magni injuste gladio feriri jubetur, 1215.  
 Theodosius magnus ab inimicis patris exagitatus, et periculosus temporibus ad imperii societatem allectus, 1215. Quomodo Gratiani pater dici poterit? 1001. Cur Valentiniani parens dicitur? 826. Antiochenis injuriam suam donavit, 955. Proclivitas ad iracundiam, et placabilitas, 1201. Supplantavit perfidiam tyrannorum, et abscondit simulacra gentium, 1199. Splendida in subeunda publica penitentia humilitas, 1207. Fides ejus triumphos acquisivit, 1200. Victoria in Maximum, 952. Miracula insolita, quibus victoriam ejus de Eugenio tyranno Deus illustravit, 1020, 1022. Post victoriam de Eugenio reportatam a sacrorum communione abstinuit, 1207. Iis ignovit qui Eugenii partes amplecti erant, filiisque suis devinxit, 1197. Precibus Ambrosii id pluribus concessit, 1199. Moriens tributa jussit laxari, 1200. Num uterque Theodosii filius ejus morti adfuerit? 1207. Filios suos presenti commendavit parenti, 1200. Parentalia ejus quadragesimo ab ejus obitu die solenni more celebrata, 1196. In ea solemnitate orationem habuit Ambrosius, de qua frustra a quibusdam dubitatum, *ibid.* *Vid. Terræ motus.*  
 Thessalonicensibus injuriam suam donaturum promiserat Theodosius, 998.  
 Thot mensis, 884.  
 Thracia. *Vid. Illyricum.*  
 Timotheus episcopus Alexandriæ quis fuerit? 813.  
 Titianus præfectus prætorio quis fuerit? 1001.  
 Togati qui fuerint? 1100.  
 Torques insignia sunt victoriæ, 1191. Victores torquibus donabantur, 264.  
 Tractatus, id est, concio, sive lectionis expositio, 853. Quandoque idem est ac simplex expositio, quandoque vero disceptatio seu polemica disputatio, 1117.  
 Traditiones Ecclesiæ, 890. Quinta traditio seu editio, 1066.  
 In Trinitate non tres sancti, 687.  
 Troglitæ seu Troglodytæ qui fuerint? 728.  
 Trophæum Domini signare, 148.  
 Turris penitentiae, 316.  
 Turtur, 1029.  
 Typhus quid? 1055.  
 Uctionis extremæ sacramentum, 400.  
 Ungue adamantino, 668.  
 Uriel angelus, 499.  
 Ursinus sive Ursicinus antipapa, 809. Arianis se jungit et turbas excitat, 810.  
 Usura nihil iniquius, 845.  
 Utilitas maxime homini deos asserit, 850.  
 Vadimonium quid? 170.  
 Valens Petavianus, 811.  
 Valentis imperatoris clades indicatur, 761.  
 Valentinianus senior sub Juliano militiam et tribunatus honores fidei amore contempsit, 1188. Fides ejus confessionis constantia comprobata est, 860. Ejus leges ad episcoporum causas judicandas, *ibid.* Num ignoraverit esse in senatu aram Victoriæ, in qua sacrificia offerrentur? 828. Num paganus faverit? 852.  
 Valentinianus junior quo anno imperium suscepit? 1190. Errores juventutis correxit, 1178. Lex ejus adver-

sus Thymelicam, id est, scenicam mulierem, 1179. Laus ejus maxima absque adulationis suspitione, 1186. Ante diem mortis temporum privilegia denegavit, 1187. Quibus de causis ante mortem scripsit ad Ambrosium? 1181. Ab Ambrosio baptizari postulavit, 1002. Quo anno et die interfecit? 1171. Quo imperii anno? 1189. Ubi et quo mortis genere? 1175. Quo ætatis anno, *ibid.*

Valentinus deos putat esse sæculi, 710. Asserebat Christi corpus quoddam spiritale, quod e celo per Virgineam tamquam per canalē descendisset, 178.

Valentinianorum hæreticorum. Eones, 951. Conventicula eorum prohibita, 954.

Valerianus episcopus Aquileiensis quis fuerit? 799. Apud eum Hieronymus et Rufinus educati, 800.

Valesium hæretici, 205.

Vallio comes illustris, 891.

Vectigalis excusatio, 762.

Venationes circenses, 96.

Veneretur passivo significatione, 824.

Venetiarum partes, 1025.

Venus Afris Cælestis, Persis Mitra, 810.

Verbum Dei Filium est, quia immaculatus, 447. Verbi in Patrem refusio, 645.

Vercellensis episcopi electio cur retardaretur? 1011.

Vergilia quid? 586.

Versuram facere, 435.

Versus pro conversus, 12.

Vestales violentia capiebantur, 217, 835. Cum christianis virginibus comparantur, 149.

Vestes ablutionis et gratiæ, 435. Vestibus alieni sexus uti vitium, 1061. Albarum vestium usus quibus competat? 27.

Victor comes, 889.

Victoriæ ara e senatu tollitur, 825.

Viduae quales ad professionem viduitatis, vel ad munus docendarum eligendæ? 187. Viduarum ætas, ut stipendiis Ecclesiæ alerentur, 284. Ambrosius quantum mortem viduarum vitæ ne morum gravitate præcellentium defleret?

1132. Possessio tributaria viduæ difficilis, 1102.

Vigilius Tridenti episcopus a paganis necatus, et cum Ambrosio cum a permittendis fidelium cum infidelibus conubis tantopere dèhorretur? 843.

Virginum sacrarum origo et institutum primis Ecclesiæ sæculis, 141 et seq. Quid pro eis Ambrosius? 145. Alie in monasteriis, alie in parentum domibus habitabant, 770. Quo ætatis anno puellæ virginitatem profiteri possent? 233. Quo die, et quibus cæremoniis velabantur et prof. sponem emittebant 309. Publica professio virginitatis, 318. Varii ritus pertinentes ad virgines in monasteriis degentes, 311. Cujus coloris veste uterentur? 23. Num coma eis tonderetur? 313. Quantum solitudinis amor ab eis exigatur? 26. Monasteria virginum viri ingrediuntur, 512. Virgum inspectio et integritatis exploratio incerta et periculosa, 767. Num aliquando licita? 769. Virginitatis votifragæ pœna, 511.

Virgines dominicæ resurrectionis testes, 317.

Virginitatis hymnus, 512.

Virgo Hebraeorum, 968.

Virgo regia, 968.

Viruit pro virguit, 514.

Virtutem Cicero in affectum vacuitate, Ambrosius in moderatione constituit, 25.

Visceribus ossa vestiuntur, 1152.

Vitæ nomen varios significatos habet, 1116. Tamquam s; oliati et nudi projiciunt in hanc vitam, 1141.

Vitalis. *Vid. Agricola.*

Vitulamina pullulantia, 930.

Volentia Maximo me non recepisse, 887.

Votorum in Ecclesia quam antiquus usus et effectus? 1117. Votorum publice non sine quibusdam cæremoniis nuncupandum antiquitas, 174. Sola perpetuæ castitatis vota pro legitimis haberi ab Ambrosio, 172.

Vota sacris in cælum receptis nuncupandi quæ antiquus mos? 281.

Vota pro filiis a parentibus nuncupata, 291.

De Vocis fragilitate querela, 554.

## INDEX RERUM

### QUÆ IN HAC POSTERIORIS TOMI PARTE CONTINENTUR.

PÆFATIO in hunc tomum.	9	CAP. XX. — Quid vitandum et quali otio indulgendum ad conservandam verecundiam.	19
<i>In tres libros de Officiis admonitio.</i>	17	CAP. XXI. — Quomodo iræ imperandum. Dictum Architecta.	34
DE OFFICIIS MINISTRORUM LIBRI TRES.		CAP. XXII. — De cogitationibus et appetitu; de quæcoro sermonis in confabulatione servando.	42
LIBER PRIMUS.	23	CAP. XXIII. — Joci etiam honesti in ecclesiasticis viris proscribuntur.	54
CAPUT PRIMUM. — Episcopi proprium munus docere; ipsi docendum simul et discendum.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXIV. — Tria in vitæ actibus maxime observanda, et quod sancti veteris Testamenti virtutibus cardinalibus præfulserint.	55
CAP. II. — Multiplex in loquendo periculum, cujus remedium Scriptura indicat.	25	CAP. XXV. — Virtutes cardinales in veteribus Patribus existisse demonstrat.	57
CAP. III. — Quale debeat observari silentium, et de oris cordisque custodia.	26	CAP. XVI. — De contradictione philosophorum: quorum sapientiam quantum Moyses superaverit explicatur.	59
CAP. IV. — Quod a recta ratione prodire debeat oratio.	27	CAP. XXVII. — Primum officii fons, prudentia. Quam arete cum illa tres aliæ virtutes connectantur.	61
CAP. V. — Adv. rsarius silentio vincendus, ut debita conservetur humilitas.	28	CAP. XXVIII. — Quod justitia et beneficentia constant pietas. Evangelio repugnant ullo et privata possessio. Principium communitatis et mutui auxilii a Scripturis moniti sunt Stoici.	61
CAP. VI. — Nobis imitanda sunt Davidis silentium et humilitas.	29	CAP. XXIX. — Justitia etiam in bello servanda; ejus fundamentum in fide, forma in Ecclesia.	65
CAP. VII. — Quam pulchre procerim loco usurpatus fuerit psalmus xviii, quo inductus Vir sanctus de Officiis scribere constituit.	30	CAP. XXX. — De beneficentia, benevolentia et liberalitate.	65
CAP. VIII. — Officii etymologia.	31	CAP. XXXI. — Acceptum beneficium largiori manu remunerandum. Locus de convivio Salomonis spiritualiter explicatur.	69
CAP. IX. — Officium ab honesto et utili nec non ab amorum inter se comparatione desumi, et quam præsertim ob causam hic tractatus Christianis multum utilitatis conferat.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXII. — Variæ reddendi beneficii rationes.	71
CAP. X. — Legem silentii a Davide mutuavit Pythagoras, et in quo prioris præferenda sit disciplina.	32	CAP. XXXIII. — Benevolentiam in Ecclesia maxime, et earumdem aut affinium virtutum hominibus perseverare.	72
CAP. XI. — Officium omne aut perfectum aut medium esse Scriptura ostenditur.	34	CAP. XXXIV. — Alia benevolentia commoda memoratur.	74
CAP. XII. — Quod Deus actus hominum curet, et de miseria improbi etiam in divitiis.	35	CAP. XXXV. — De fortitudine bellica et domestica. <i>Ibid.</i>	75
CAP. XIII. — Refecluntur philosophi Providentiam vel omnino vel partim negantes.	37	CAP. XXXVI. — Varia fortitudinis officia.	75
CAP. XIV. — Quod Deus omnia cognoscat.	38	CAP. XXXVII. — Quomodo et quando servanda sit mediocris aequalitas.	78
CAP. XV. — De veritate penarum et præmiorum alterius vitæ.	40	CAP. XXXVIII. — Adversus futura in commoda mentem exercitatione roborandam.	79
CAP. XVI. — Ejusdem argumenti confirmatio.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXIX. — Fortitudinem adversus vitia omnia di-	
CAP. XVII. — Adolescentis officia.	42		
CAP. XVIII. — De verecundia ejusque mirandis effectibus. Duorum clericorum historia exenq; hinc affertur.	43		
CAP. XIX. — Decorum quomodo describatur: ab oratore, an et quantum ad virtutem conferat formositas.	47		

- micare debere. 80  
 CAP. XL. — Virtutem bellicam nostris etiam non de-  
 fuisse. 81  
 CAP. XLI. — Laudata Judæ ac Jonathæ fortitudinæ mar-  
 tyrum constantia ob oculos ponitur. 82  
 CAP. XLII. — Potestates non irritandas, neque adulationi  
 præbendas aures. 86  
 CAP. XLIII. — De prudentia et præcipuis ejus partibus. *Ib.*  
 CAP. XLIV. — Officio sibi congruo quemque studere  
 oportere. 87  
 CAP. XLV. — De pulchro et honesto. 88  
 CAP. XLVI. — Proponitur bifida decori divisio. 89  
 CAP. XLVII. — Quid non præstare oporteat ut in vita  
 nostra luceat illud decorum. 90  
 CAP. XLVIII. — De compeſcenda iracundia David et  
 Apostolorum in exemplum nobis proponuntur. Hujus ac futu-  
 ræ vitæ discrimen. 92  
 CAP. XLIX. — Virtutum imago in nobis servanda: Dia-  
 boli vitiorumque, eradenda. 94  
 CAP. L. — De clericorum virtutibus, dignitate et officiis. 96  
 LIBER II. 103  
 CAPUT PRIMUM. — Vitæ beatitudinem acquiri honestate. *Ib.*  
 CAP. II. — Variæ philosophorum de beatitudine opinio-  
 nes: in quo vere consistat. 104  
 CAP. III. — Definitio beatitudinis juxta Scripturam, et  
 quod a bonis aut malis externis minime pendeat. 105  
 CAP. IV. — Ejusdem argumenti confirmatio. 106  
 CAP. V. — Quæ putantur bona, impedimenta sunt bea-  
 titudinis: quæ mali, materia virtutum. 107  
 CAP. VI. — De utili, non quæſtuoſo illo, sed justo et  
 honesto, quod etiam damnis quæritur. 109  
 CAP. VII. — Utilitatem idem esse ac honestatem. Nihil  
 utilius Dilectione. Moysis Davidisque exempla afferuntur. 111  
 CAP. VIII. — Consiliorum vis; illam ex justitia et pru-  
 dentia mutantur. 114  
 CAP. IX. — Quamvis individua sint justitia atque pru-  
 dentia, vulgi tamen, cardinales virtutes distinguuntis, in-  
 genio serviendum esse. 116  
 CAP. X. — Justitiæ ac prudentiæ conjunctorum potentia  
 Salomonis, Josephi ac Danielis exemplo demonstratur. *Ib.*  
 CAP. XI. — Tertio conditio quæ ad fidem alicui concili-  
 andam valet, in Moysæ, Daniele et Josepho fulsisse osten-  
 ditur. 118  
 CAP. XII. — Neminem ab homine vitis contaminato con-  
 silium poscere, sed ab eo cujusmodi exemplar habemus  
 in Scripturis. *Ibid.*  
 CAP. XIII. — Declarata divinis testimoniis sapientiæ  
 pulchritudine, ejus cum aliis virtutibus societatem probat. 119  
 CAP. XIV. — Prudentiam cum aliis virtutibus conjunc-  
 tam esse, maxime vero cum opum desipientia. 120  
 CAP. XV. — De liberalitate, et quomodo etiam ab inope  
 exerceri queat. *Ibid.*  
 CAP. XVI. — Modum in liberalitate, servandum; non ta-  
 men nimis, parce ac timide ministrandas eleemosynas. 125  
 CAP. XVII. — Quas virtutes in eo quem consulamus in-  
 esse oporteat. 126  
 CAP. XVIII. — Quantum iniqui consiliiarii damni afferant  
 exemplo schismatis decem tribuum probatur. 128  
 CAP. XIX. — Justitia et affabilitate plurimos conciliari;  
 sed hanc sinceram esse debere. *Ibid.*  
 CAP. XX. — Bonorum familiaritatis utilitas; et quod  
 dispares ætate aliquando pares sint virtutibus. 129  
 CAP. XXI. — Maxima viri commendatio si defendat in-  
 firmos, peregrinos suscipiat, etc. Vituperatur avaritia;  
 prodigalitas in sacerdotibus improbat. 130  
 CAP. XXII. — Modum inter nimiam remissionem ac se-  
 veritatem esse statuendum. 135  
 CAP. XXIII. — Eorum fluxam fidem esse qui pecunia  
 vel ambitu redempti fuerint. 134  
 CAP. XXIV. — Bonis artibus ad honores nitendum, maxime  
 ecclesiasticos; adeptum vero munus sapienter ac moderate  
 administrandum. *Ibid.*  
 CAP. XXV. — Beneficia potius in pauperes quam in di-  
 vites conferenda, et quare. Ad pecuniæ contemptum se-  
 quitur adhortatio. 136  
 CAP. XXVI. — Vetus malum avaritia, inanisque pecuniæ  
 rumpit possessio. 137  
 CAP. XXVII. — In pecuniæ contemptu forma inest justiti-  
 æ; quam virtutem nec non alias maxime sectari debent  
 clerici. 138  
 CAP. XXVIII. — Misericordiam etiam cum invidia pro-  
 pria largius exerceadam: ad quod refertur memorabilis vaso-  
 rum sacerorum in captivorum redemptionem ab Ambrosio fac-  
 torum historia. Quenam sint veri Ecclesiæ thesauri. Regulæ  
 in confidendis atque impendendis vasis initiatis servandæ. 139  
 CAP. XXIX. — Deposita viduarum, imo omnium fidelium  
 in Ecclesia cum sui etiam periculo defendi oportere. 142  
 CAP. XXX. — Exhortatio ad fugiendos invidos atque ad  
 prudentiam, fidem virtutesque alias prosequendas. 144  
 LIBER III. 145  
 CAPUT PRIMUM. — Ratio cum corde nostro conversandi.  
 Prohetarum otia cum aliorum otis conferuntur. Num-  
 quam in angusto justum esse. *Ibid.*  
 CAP. II. — Christianis nihil utile visi quod justum. Quæ  
 officia perfecta, quæve media. Virum justum semper alio-  
 rum studere utilitati. 147  
 CAP. III. — De non quærendo proprio emolumento, et  
 quam flagitiosum sit alienæ utilitati detrudere. 149  
 CAP. IV. — Quod uni utile est, non vere utile; et quod  
 propositæ a philosophis de naufragis duobus quæſtioni lo-  
 cus non sit apud Christianos, quibus ubique charitas at-  
 que humilitas exerceada sunt. 151  
 CAP. V. — Justum nihil agere quod sit contra officium;  
 quod confirmatur tum Gygis annuli fabula, tum Davidis ac  
 Joannis Baptistæ exemplis. 153  
 CAP. VI. — Prævalere apud nos emolumentum non ope-  
 rere. A frumento licrum captantibus Evangelii parabola,  
 nec non Salomonis effata obijciuntur. 156  
 CAP. VII. — Peregrinos tempore famis nequiquam ex-  
 pellendos: hæc quæſtio discutitur. 158  
 CAP. VIII. — Honestum utili anteposentes a Deo  
 probari. *Ibid.*  
 CAP. IX. — Fraudes et turpia lucra maxime dedecere  
 clericos; illos in causis pecuniariis intervenire nequaquam  
 debere, secus in capitalibus. Nemini etiam accessit, nocere  
 debent. *Ibid.*  
 CAP. X. — De fraude in omni contractu fugienda cau-  
 tum esse etiam in sacris Litteris. 164  
 CAP. XI. — Inductis per reticentiam rhetoricam fraudum  
 quarundam exemplis, eas aliasque omnes apertius in  
 Scriptura damnari ostenditur. 165  
 CAP. XII. — Nihil promittendum quod sit inhonestum,  
 nec si quid injustum juraveris, observandum. 167  
 CAP. XIII. — Juditha, cum multa pericula pro honestate  
 subisset, multiplicem reportasse humilitatem. 169  
 CAP. XIV. — Elisæi factum quam honestum atque utile  
 fuerit. Ejusdem cum decantato Græcorum facinore com-  
 paratio. Joannem pro honestate vitam impendisse. *Ibid.*  
 CAP. XV. — Relato Romanorum generoso concilio, maxi-  
 mam fuisse Moysi honestatis curam declaratur. 171  
 CAP. XVI. — Paucis de Tobia injectis, Raguelem philo-  
 sophis antecelluisse evincitur. 172  
 CAP. XVII. — Quanto honestatis studio antiqui Patres in  
 captivitatem abitura, sacrum ingenium ouculerint. *Ibid.*  
 CAP. XVIII. — Superioris eventus, ac potissimum oblati  
 a Noemia sacrificii narratione Spiritum sanctum, Christia-  
 norumque baptismum significari. 174  
 CAP. XIX. — Narratur admissum in levitæ cujusdam  
 uxorem a civibus Gabaa flagitium, atque ex illius ultione  
 colligitur quam veteribus illis cordi fuerit honestatis ratio. 176  
 CAP. XX. — Post solutam ex Elisæi vaticinio diram Sa-  
 marie obsidionem, quanta fuerit quatuor leprosis honesti  
 cura enarratur. 178  
 CAP. XXI. — Esther vitæ periculo honestatis decus so-  
 cutam esse, immo et regem barbarum, illata nece viro  
 amississimo; anticitiam enim semper honestati conjungen-  
 dam. 179  
 CONCLUSIO. 184  
 In tres libros de Virginitibus admonitio. 185  
 DE VIRGINIBUS LIBRI TRES.  
 LIBER PRIMUS. 187  
 CAPUT PRIMUM. — Exordium, in quo motiva scribendi et  
 bene sperandi de successu operis multa arte exponuntur.  
*Ibid.*  
 CAP. II. — Sanctæ Agnetis laus, ex eo præsertim petita  
 quod, vix duodecim annos nata, minas, terrores, pariter  
 ac promissa respuerit. 189  
 CAP. III. — Virginitatis commendatio, præsertim ex eo  
 quod Verbum e celo in terra elicere potuerit. 191  
 CAP. IV. — Virginitatis decus ethnicis adjudicatur atque  
 etiam philosophis adjudicatur; et de Pythagoreâ virgine. 192  
 CAP. V. — Virginitatis patriam cælum esse, auctorem vero  
 Dei filium. Dotes Ecclesiæ. 194  
 CAP. VI. — Sanctus Vir mulierum incommoda cum vir-  
 ginum privilegiis comparat, non ideo se matrimonium  
 damnare contestatus. 195  
 CAP. VII. — Parentes hortatur ut ad virginitatem filias  
 instruunt; tum matrimonium adversus hæreticos tuetur,  
 et quædam Canticorum loca moraliter exponit. 198  
 CAP. VIII. — Locum sequentem Canticorum, *Favus dis-*  
*tillans*, etc., si edisserit ut inde ansam arripiat cum aliis  
 sacras Virgines comparandi. 200  
 CAP. VIII. — Alios e canticis locos exponit, virginem ut

Christum inquirat exhortans, ipsamque cum angelis confers. 200

CAP. IX.—Ultima virginittatis laus proponitur, avaritiæ nimirum immunitas. Quanta Virginis felicitas, quæ non cogitur luxui atque vanitati morem gerere. 205

CAP. X.—Obijcientibus exhortationum Ambrosii ad virginittatem nullum fructum esse, exemplis refellit. 204

CAP. XI.—Virginittatem parentum favori atque etiam patrimonio anteponeudam. 205

LIBER II. 207

CAPUT PRIMUM.—De moribus Virginum instituendis acturus rationem propositi reddit, præsumptionis iavidia abs se derivata. *Ibid.*

CAP. II.—Virginibus Mariæ exemplum proponitur, cujus virtutes præcipuè commendantur. 208

CAP. III.—Ut Maria vitæ informandæ, sic Thecla mortis obseude exemplar dicitur. Quomodo hæc a bestiis adorata sit. 211

CAP. IV.—De duplici martyrio Antiochenæ virginis ad lupanar damnate, et militis Christiani qui eam, mutatis vestibus, liberaverat. 212

CAP. V.—Anicorum duorum e secta Pythagorea memorabile factum cum laude recensetur. De Dionysii in sponsonis idolis irrisione et de deorum infirmitate. 216

CAP. VI.—Libri secundi conclusio; et quod antequam severiora traderet præcepta, Virginum animas orationis atque exemplorum suavitate mulcere debuerit. 217

LIBER III. 219

CAPUT PRIMUM.—Liberii Marcellinam dato virginittatis velamine consecrantis refertur et commendatur oratio. *Ibid.*

CAP. II.—Virginis institutionem a sobrietate auspicius, fabulosam Hyppoliti necem ac suscitationem refert suggestitque. 221

CAP. III.—Virginibus fugiendæ visitationes, pudor servandus, silentium per mysteriorum celebrationem observandum. 222

CAP. IV.—Recitata Liberii exhortatione, sororis virtutes laudat Ambrosius, hincque varia consilia de jejuniis paulisper remittendis, precibus frequentandis, etc., suppeditat. 224

CAP. V.—Ad lacrymas fundendas hortatur. Quomodo Christus corpus doloris suscepit stratumque versaverit in infirmitate. 226

CAP. VI.—Mentione sancti Præcursoris inductus, omnia cædis ejus adjuncta quam eloquentissime describit et amplificat. 227

CAP. VII.—Quid sentiendum de iis qui, ne in persecutorum manus veniant, sibi vim inferunt. Exempla. 229

*In librum de Viduis admonitio.* 231

#### DE VIDUIS LIBER UNUS.

CAPUT PRIMUM.—Viduitatis cum virginittate relatio præsentem tractatum præcedenti connectit. Viduis Sareptana in exemplum proponitur, cujus commendatur hospitalitas. 235

CAP. II.—Veræ viduæ præcepta traduntur ex Apostolo; qua occasione secundas nuptias negat a Paulo fuisse damnatas. Quo sensu nubere melius quam uri dicatur. Quanta viduarum dignitas. 236

CAP. III.—Quod Sareptana vidua figura Ecclesiæ fuerit, Isaias autem figura Christi. 239

CAP. IV.—Qualis viduarum vita esse debeat patefacit exemplo Anne. Triplex castitatis gradus, triplexque ejus virtutis exemplum in Maria, in Anna nec non in Susanna. 241

CAP. V.—Liberalitatis erga pauperes exemplum in vidua Evangelica proponitur, in cujus duobus infantibus utrumque testamentum signatum est. Exhortatio ad viduas de bonis operibus. 242

CAP. VI.—In Noemi exemplum viduæ ex nuru ad virtutem abs se instituta fructum capientis proponitur. Tristitia viduitatis spe gaudiorum futurorum abunde compensari; et de lacrymarum utilitate. 244

CAP. VII.—Fortitudinem viduis non deesse exemplo Judith ostenditur, atque ejusdem describitur in Holophernem præparatio, nec non castitas, sapientia, molestia. 245

CAP. VIII.—De Dehbora et præclaris quæ viduis præstitit documentis. Quod illa Ecclesiæ pugnas ac triumphos præfiguraverit. 247

CAP. IX.—Objectionibus de subsidii comparandi patri-moniique conservandi necessitate refutatis, indecentissimum esse demonstrat viduam cui filiæ jam nubiles sunt adhuc nubere. 250

CAP. X.—Christi benignitas in miseris adeundis, et quod tanti medici invocationem celerrima consequatur sanatio. Moralis de voluntate quam in socio Petri expressam docet,

accepto. 251

CAP. XI.—Causis quæ pro nuptiarum iteratione afferri solent explosis, proficitur a se non damnari secunda conjugia, hæreticosque ea improbant castigat. 254

CAP. XII.—Præcepti et consilii discrimina, divitis adolescentis, cujus Evangelium meminit, exemplo illustrantur. 256

CAP. XIII.—Spadones non voluntarios non maxime laudandos, damnandos qui in se manus converterunt ut tales efficiantur; neminem laudandum nisi eum qui se ipsam per continentiam vicerit. 257

CAP. XIV.—Viduitatis consilium quam frequens quantique momenti. Invocatur in viduitatis impugnatores. 259

CAP. XV.—Viduis liberorum desiderium obijcientibus respondet, eas præsertim aggrediens quæ filios ex pro-nuptiis suscepserint conjugio. 261

*In librum de Virginittate admonitio.* 263

#### DE VIRGINITTATE LIBER UNUS.

CAPUT PRIMUM.—Judicii Salomonis historica, philosophica et moralis explicatio. 270

CAP. II.—Historiæ Jephthæ commentatio. Factum damnandum, in solvendo voto fides approbanda. Cur Deus Jephthæ patricidium non impederit. 271

CAP. III.—Ex historia Jephthæ ansam arripit tum castitatis virginittatis continentiæ improbatore, tum se ipsum excusandi quod ne virgo sacra nuberet veterit. 273

CAP. IV.—Magdalenæ dubitantis occasione virgines et fidem cohortatur, spiritualiter explicans Christi cum illa colloquium. 279

CAP. V.—Sui defensionem repetens, cupere etiam nupturas ad virginittatis studium revocare proficitur. 281

CAP. VI.—Ad virginittatem provocare nec improba esse, nec novum, nec inutile; nuptiæ tamen non damnandæ. 282

CAP. VII.—Quod virginittas non sit noxia. Respondetur tum iis qui obijci-bant hinc nuptias fieri juventuti difficiliore, tum iis qui virgines serius esse velandas contemdebant. 283

CAP. VIII.—Sicut omnis ætas Christo quærendo est habilis, ita et omnis locus ad id opportunus. De sequenti Christo per diem. 287

CAP. IX.—Quærendum Christum in montibus aromatum atque in deserto; hujus fecunditas, exposito cur flos alij per liliam dicatur Christus, describitur. 289

CAP. X.—Quid faciendum ut Christi mereamur nos adventum. Pedum lotio quid significet, et quod dicit Sponsa: *Quomodo inquinabo illos?* 290

CAP. XI.—Bonum esse ad accessum Christi trepidare ac festinare. Christo applicantur Cantici verba: *Manus autem meæ stillaverunt myrrham, etc.* 291

CAP. XII.—Omibus et maxime virginibus Christum expectandum. Quid sit quod Sponsus cincinnos suos humidos dicat. Tentatores spernendi. 295

CAP. XIII.—Quo pacto sponsus teneri queat, et per quam fenestram manum mittere dicatur sponsus. Silentio virginittatis comes et custos. 295

CAP. XIV.—Qua ratione Sponsa in caelstem Jerusalem sit ingressura. Ejusdem civitatis lumen, muri, portæ, cives explicantur. Quomodo intelligatur anima spoliari a sanctis angelis. 297

CAP. XV.—Quare anima feminino vocabulo nuncpetur. Animæ motus equis comparantur. 299

CAP. XVI.—Sponsi in hortum nucis invitatio spirititaliter explicatur. Mirabiles fidei effectus, cui adjiciendi probatur hominis confessio. 299

CAP. XVII.—Cavendam jactantiam suadet exemplum apiculæ. Christus apostolice nobis imitandi. 303

CAP. XVIII.—Quod a poetis animæ currus, equi et alie attribuantur, id petulum ab Ezechiæle. Quatuor animalium formas, quibus quatuor evangelistæ exprimentur, quatuor etiam virtutum cardinalium esse figuras. Quomodo anima volare debeat. 304

CAP. XIX.—Piscationis Petri explicatio mystica. Exhortatio ut nos Christi beneficio dignos exhibeamus. 308

CAP. XX.—Ambrosius quasi piscator rete missuram, piscationem secundam a Domino petit. Quam utile Joanni fuerit omnia pro Christo deseruisse. Piscatorum cum Moyse collatio. 309

*In librum de Institutione virginis admonitio.* 311

#### DE INSTITUTIONE VIRGINIS LIBER UNUS.

CAPUT PRIMUM.—Parentibus merito curam esse majorem virginis sacræ quam reliquæ sobolis; et quod silentium maxime virginittati conveniat. 303

CAP. II.—Orationem inchoari debere a Dei laudibus, ac in gratiarum actiones desinere. Evangelicus locus de oratione explicatur. 307

CAP. III.—Culpandum non esse femininum sexum, et

- a Deo tanta dona collata fuerint. Deum non approbasse hominem nisi post creatam mulierem, eo quod hujus cum illo unio magis figuram erat expressura sacramenti; ex quo nomen accepisse ipsa declaratur. 309
- CAP. IV. — Mulieris quam viri levius fuisse peccatum asseritur. Remedia adversus mulierum tentationes 311
- CAP. V. — Evam in Sora, sed maxime in Maria damnationis sententia quasi solutam esse. Virginitatis Mariæ impugnatores refelluntur. 313
- CAP. VI. — Quam sit absurdum supponere matri suæ Christum virginitatis munera denegasse. 316
- CAP. VII. — Ubi probatum est Mariam perseverasse in integritate virginæ, ex eo quod in matrem discipulo data fuerit, confirmatur virginitatis propositum ab ea minime mutari potuisse, cujus tanta constantia in Filii passione, tantaque virtus in Baptistæ exultatione præfulserit. 317
- CAP. VIII. — Ezechielis testimonia, et potissimum quod habet de porta non aperienda, in Mariam quadrare, ut pote per quam non reseratam transierit Christus. 319
- CAP. IX. — Quomodo variis symbolis virginitas significetur, quidve ex eorum singulis discere debeant sacræ virginæ. 321
- CAP. X. — Virginitatem coronam esse in manu Domini. Fides catholica de Trinitate adversus hæreticos asseritur. *Ibid.*
- CAP. XI. — Quod non uni Christo laborare oporteat. Ipsa non legitur secundus esse nisi tantum quatenus homo est. 323
- CAP. XII. — Christum juvenis secundi nomine ab Ecclesiasticis designatum cum nonnullis locis intelligi; eum igitur esse qui et transisse portam et in ea sedens manducasse describitur. 324
- CAP. XIII. — Mariæ virginitatem pulchre designari per ollam et nubem levem. Hujus nubis pluviam atque ollæ unguentum a virginibus debere colligi. 325
- CAP. XIV. — Quod mystice de Ecclesia dicta Mariæ etiam convenient. 326
- CAP. XV. — Quomodo virgines per lilia, Christum vero per acerum tritici liliis circumdatum adumbrentur. 327
- CAP. XVI. — Qua ratione virginibus abundum Christo. De illius divinitate non ambigendum; et quod virgo Christum omniumque simul ornamenta virtutum induere debeat. 328
- CAP. XVII. — Gratia Deo aguntur quod angelorum vita in paradiso quondam perita jam fulgeat in virginibus. Ambrosia Deo commendatur ac offertur. 330
- In exhortatione virginitatis admonitio.* 333
- DE EXHORTATIONE VIRGINITATIS LIBER UNUS.
- CAPUT PRIMUM. — Exordium a reliquiis sanctorum Agricolaë et Vitalis, quas e Bononia attulerat, hilarumque ad inventionem sumptum. 333
- CAP. II. — Reliquiarum pretium amplificat; deinde Julianam viduam quæ illis donaretur dignam asserit. 339
- CAP. III. — Julianæ ad liberos exhortatio. 340
- CAP. IV. — « Castitatis dignitas, nuptiarum damna, Apostoli sententia de nuptiis. 342
- CAP. V. — « Virginitas in utroque Fœdere palmam publicæ salutis attributam. Horti ac vineæ figura virginitatem, sicut oleum typo conjugum designari. Unde filios hortatur ut, rejectis Achab et Jezabel spiritalibus, verum illum Naboth amplectantur pro nobis accusatum atque occisum. 344
- CAP. VI. — « Filios docet qua ratione ipsi nubes leves esse queant per virginitatem, et dare Levi verus ejus. Dominicæ ac Mosaicæ sortitionis quondam discrimen? 346
- CAP. VII. — « Sterilitatis virginum laus. Tentationes virginum; ad quod recurendum sit contra eas remedium. 348
- CAP. VIII. — « Ut prolem suam, quæ Deo jam a parentibus promissa erat, acrius urgeat, filia Jephthe in implendo paterno voto obsequium ferat. Deinde de sancta piæ sobolis alacritate gratias agit. » 350
- CAP. IX. — Maternam exhortationem nrisua quoque cumulet sanctus presul, sanctæ viduæ filias ad quaerendum Christum in Scripturarum lectione, bonis operibus et nocturnis orationibus incitat. 352
- CAP. X. — Virginitati competere Ecclesiasticis locum de vestibus, quod autem addit de oleo ferendo in capite, hoc et de mentis humilitate et de modesta corporis compositione intelligi. Quomodo Ecclesiæ dicat Synagoga: *Ubi piscis*, etc., hæc vero eas Christi voces accipiat: *Nisi scitis te*, etc. 353
- CAP. XI. — Hortatur ut jurandi facilitatem vitent, lætitiæ acrymas anteponan, etc. 358
- CAP. XII. — Jubet bonam parari existimationem, maxime vero requirit in virgine sobrietatem. Sanctæ Sotheris exemplum proponitur. 359
- CAP. XIII. — Virgines de servanda in se imagine divina monet. Quomodo et quatenus alienæ linguæ flagellum non timendum. Susannæ, Josephi, Danielis et Jobi exempla. 361
- CAP. XIV. — Ex incommodis sæculi de cuiusquam merito non judicandum. Coronam a Paulo prædicatam illi viduæ reservari, quæ viduitatis suæ ac filiorum virginitatis duplex Deo obtulit sacrificium. 362
- In librum de Lapsu Virginis consecratæ admonitio.* 363
- DE LAPSU VIRGINIS CONSECRATÆ LIBER.
- CAPUT PRIMUM. — De tanto lapsu omnes ut sibi et Ecclesiæ condolent excitat. 367
- CAP. II. — Corruptam alloquitur, ipsius animæ statum ante et post crimen describens. 368
- CAP. III. — Quam sit misera quæ jam apud Deum accessum non habeat, immo neque apud ipsos homines. 369
- CAP. IV. — Confutatis excusationibus quas corruptæ solent prætertere, parentum ac totius familiæ virginis de qua agitur sortem miseratur. 370
- CAP. V. — Solemnitate consecrationis et votorum revocata, objectiones ex Apostoli verbis petitas solvit. 372
- CAP. VI. — Commemoratis rationibus quibus illam a turpitudine revocari oportuerat, ipsius amentiam miratur. 373
- CAP. VII. — Omnem episcopalem officii curam illi a se præstitam fuisse asseverat; sed ipsam non solum inde nihil proficisse, verum etiam aliis objecisse grave scandalum. 375
- CAP. VIII. — Remedii adhibendi ratio et difficultas. Veræ poenitentiaë actus interior et signa exteriora commendantur. Futuri judicii severitas. 376
- CAP. IX. — Virginis corruptorem objurgat atque ad poenitentiam commovet. 379
- CAP. X. — Virgini lapsæ vividos poenitentiaë affectus suppeditat. 380
- In librum de Mysteriis admonitio.* 385
- DE MYSTERIIS LIBER.
- CAPUT PRIMUM. — Tractatibus quos ante de moribus Sanctus habuerat subjecturum se mysteriorum expositionem spondet. Deinde, cur eam non prius elucubratus fuerit declarato, mysticam agere deditur apertionem, quam a Christo ipse olim celebratam demonstrat. 389
- CAP. II. — Quid initiandi Ecclesiam ingressi promiserint, quibusne coram testibus, et quamobrem se converterint ad Orientem. 390
- CAP. III. — In aqua et ministris operatio Divinitatis consideranda est. 391
- CAP. IV. — Aquam non mundare sine spiritu declaratur, ostenditurque Spiritum sanctum in baptismo Christi vere descendisse. 394
- CAP. V. — Confirmatur Christum adesse in baptismo. Confessio Trinitatis a baptisati edicta expenditur. 397
- CAP. VI. — Egressis e fonte baptismatis quare unctio fiat in capite; cur etiam pedum lotio post baptismum. 398
- CAP. VII. — Vestimentis candidis peccatorum indicari: cuius opera ut Ecclesia se nigram atque decoram diceret effectum est. Sponsæ Christi, quæ Ecclesia est, decor, nec non Christi erga eam affectus. 399
- CAP. VIII. — De mystico dominici altaris convivio, quod Synagoga sacris antiquis esse ostenditur. 403
- CAP. IX. — De veritate corporis Christi in Eucharistia, nec non de effectibus hujus sacramenti dispositionibusque ad illud recipiendum requisitis. 405
- In libros de Sacramentis præfatio.* 409
- DE SACRAMENTIS LIBRI SEX.
- LIBER PRIMUS. 417
- CAPUT PRIMUM. — Ubi præmisit acturum se de sacramentis, quæ prius explicata non oportuit, accedit ad mysterium apertionis, quam a Christo in surdi ac muti curatione signatam docet. *Ibid.*
- CAP. II. — Unctionem athletæ christiani exponit, quem ut excitet ad servandam fidem abreunitionis, testium quibus præsentibus ea facta est dignitatem amplificat. 419
- CAP. III. — Licet fontem atque ministros tantum viderint neophyti, majora tamen esse quæ non videntur ostendit. 420
- CAP. IV. — Sacramenta Christianorum divinita et priora esse quam Judæorum. De vocis *Pascha* significatu. *Ibid.*
- CAP. V. — In historia curationis Naaman virtutem aquæ baptismalis significari. De Spiritu sancti descensione sub specie columbe cum Christus baptizaretur. 421
- CAP. VI. — Baptisma per transitum maris Rubri nec non per diluvium fuisse præfiguratum. 423
- Ibid.*
- LIBER SECUNDUS.
- CAPUT PRIMUM. — Resumit explicationem diluvi, veri in eo baptismi figuram ostendens. *Ibid.*



CAP. II. — Piscinæ Probativæ ab angelo commotæ, ac ei qui primus descendisset sanitatem restituentis historia, itemque paralytici ad Christum responsio edisseruntur. 425

CAP. III. — Nonnullis ex historia Naaman enarratis, alias aliquot ejusdem sacramenti figuras perstringit. 426

CAP. IV. — Alias duas baptismatis figuras, in ferro quod ad nutum Elisæi natavit, nec non in fonte edulcorato proponit Auctor. *Ibid.* 427

CAP. V. — Ad preces sacerdotis adesse Trinitatem. 427

CAP. VI. — Cum in homines mortis sententia propter peccatum lata fuisset, baptismus ad eorundem resuscitandos inventus astringitur. 428

CAP. VII. — Triplicis interrogationis et immersionis exemplum in tria responsione Petri existisse. Unum esse nomen in quo nos salvari oporteat, et qua ratione Christo commemoramur. 429

LIBER III. 431

CAPUT PRIMUM. — Quare in baptismo demersi ac vivificati recipienti unguentum in capite, et quid sit regeneratio. De mysterio lotionis pedum. *Ibid.* 431

CAP. II. — Baptizatum consignari Spiritu sancto. Per impositionem luti super oculos baptizati peccatorum significari confessionem. 435

LIBER IV. 433

CAPUT PRIMUM. — Secundum veteris legis Tabernaculum, et quæ moris erat ibi servari, ad baptismum baptismique effectus astringuntur. *Ibid.* 433

CAP. II. — Humanam in baptismo conditionem admittenti esse ipsis angelis. 437

CAP. III. — Sacramenta nostra Judæorum sacramentis antiquiora esse. 438

CAP. IV. — De veritate corporis Christi in Eucharistia, et cur sanguis sub aliena specie detur. 439

CAP. V. — Ipsis Domini verbis corpus et sanguinem ejus consecrari et vere confici. 443

LIBER V. 445

CAPUT PRIMUM. — Melchisedech figura Christi, illumque sacrificium figura Eucharistiæ. Duplex causa cur aqua in calice admisceatur. *Ibid.* 445

CAP. II. — Quemadmodum qui mundatus fuerit, et invitetur a Christo, et ipse ad inestimabilem sacramenti suavitate aspirat. 447

CAP. III. — Eucharistiæ fructus, et quonam modo Ecclesiæ de convivarum multitudine gestienti respondeat Christus. 448

CAP. IV. — Ut novos fideles instituat orandi forma, propositam ipsis instar speculi Dominicam orationem paucis exponit. 450

LIBER VI. 453

CAPUT PRIMUM. — Non in Eucharistia divinæ substantiæ esse participes. *Ibid.* 453

CAP. II. — In sacramentis omnibus trinitatis operationem, divinarumque Personarum æqualitatem adverti posse. 455

CAP. III. — Orandi rationem traditurus, Christi atque Apostoli verba conciliat. 456

CAP. IV. — Quare secreto et in omni loco orandum, et quo sensu dictum sit *levantes puras manus*. 457

CAP. V. — De inordinata orantium disceptatione, et qua modestia mulieres orare oporteat; item de orationis initio, medio et fine. 458

*In libros de Pœnitentiâ admonitio.* 461

DE PœNITENTIÂ LIBRI DUO. 463

CAPUT PRIMUM. — Moderationis laus. Quam necessaria sit ea virtus præfectis Ecclesiæ. Hinc ansum arripit Novatianos arguendi. *Ibid.* 463

CAP. II. — Novatianorum cum Scriptura et secum ipsis contradictio. Jus ligandi atque solvendi male ab hæresi vindicari, recte ab Ecclesia. *Ibid.* 463

CAP. III. — Pergit arguere Novatianorum de remissione peccatorum in misericordem doctrinam. 469

CAP. IV. — Quanta sit divina misericordia; et quod qui Christum negaverunt non omnes eodem loco habendi sint. 471

CAP. V. — Objectioni ab immutabilitate Dei petite respondetur, additurque eos majorem obtinere misericordiam qui quodammodo inibi deliquerunt. 472

CAP. VI. — Novatianos inclementiores esse hypocritis qui in Evangelio redarguntur. 474

CAP. VII. — Novatianos propter nimiam severitatem partem cum Christo habere non posse. 475

CAP. VIII. — Quanta discipulis suis Christus contulerit. Novationes, dum manus imponunt et baptismum conferunt, a se ipsis redarguit. 476

CAP. IX. — Scripturæ verba, *Si autem in Dominum peccaverit homo, quis orabit pro eo?* quo sensu intelligenda sint. 478

CAP. X. — Joannem non absolute ac simpliciter prohibuisse ne pro sordibus *peccati ad mortem* fieret oratio. 480

CAP. XI. — Superior Joannis sententia illustratur alio ejusdem testimonio, Novatiani que arguuntur. 481

CAP. XII. — Alius ex Evangelio Joannis locus, in ejusdem argumenti confirmationem explicatur, objicientibusque servandorum mandatorum Dei necessitati in respondetur. 485

CAP. XIII. — Qui *peccatum ad mortem* fecerint, non deserendos, et quid sit *tradi Satanae in infernum carnem*. 484

CAP. XIV. — Quod supra dixerit Ambrosius, *carnem ad infernum Satanae traditam a serpente comedi*, explicatur. Præcepta ad oculorum mentisque custodiam. 486

CAP. XV. — Quid sit *venire in virga* vel spiritu mansuetudinis. Ratio agendi erga graviter lapsum. Quomodo Ecclesiæ farina omnes conspergi ac cibo charitatis possi debeant, ne similis Novatiani fiant. 489

CAP. XVI. — Novatiani cum Apostolo comparantur. Quam pulchre illis conveniat Domini verbum, *Nescitis quous Spiritus estis*. Illorum de pœnitentiâ doctrina redarguitur. 492

CAP. XVII. — Severitati pietatem addendam esse. Corollium baptismate fuisse initiatum contra Novatianorum cavillos astringitur. Vocem *infernum* non significare destructionem, sed tantum castigationem carnis. 494

LIBER II. 495

CAPUT PRIMUM. — Ambrosius superioris libri præceptis nova subtexurus, necessitatem mature agendi pœnitentiæ allegorice insinuat. *Ibid.* 495

CAP. II. — Apostolicum locum ab hæreticis objectum solvit, eumque de baptismatis iteratione intelligendum ostendit. 497

CAP. III. — Superiorem solutionem confirmat. 499

CAP. IV. — Aliam objectionem ex blasphemia in Spiritum sanctum petitam retorquet in ipsos Novatianos. 501

CAP. V. — Objectionem ex eo petitam quod Petrus non affirmate Simoni mago veniam promississe videatur, solvit. Deinde addit apostolos pœnitentiam, cuius a Davide fructus ostenduntur, ad nos transmisisse. 504

CAP. VI. — A fide vel innocenti lapsos hortatur ad pœnitendum, ex Isaia quid eos a Deo expectare, quidne ipsosmet præstare oporteat, docet. Contra saltationes et choreas. Quas habere debeat conditiones pœnitentiæ. 507

CAP. VII. — Ad flenda et confitenda peccata hortatur. Contra Novatianos docet perfectam cuiusque peccati justificationem per odorem unguenti a Maria in Christi pedes effusi expressam docet. 510

CAP. VIII. — In actione pœnitentis Magdalena traditum esse pœnitentiæ formam. Non insultandum peccatoribus, pro quibus Christus mortuus est. 512

CAP. IX. — Quo pacto fides ad pœnitentiâ necessariam. Quot etiam solvendi subsidia cuique suppetant. Orationem, fletus et jejunia pecuniis potiora esse. Pœnitentiæ defectus signantur. 516

CAP. X. — Utilitas precum ab omni Ecclesia simul commensarum. Veræ pœnitentiæ difficultas. 518

CAP. XI. — Contra illos qui baptismum usque ad mortem differunt. 521

*In libros de Fide admonitio.* 525

DE FIDE LIBRI QUINQUE. *Ibid.*

PROLOGUS. 527

CAPUT PRIMUM. — Catholicam fidem ab hæreticorum et infidelium erroribus distinguit. Vocum *Dei* et *Domini* interpretationem. Personarum discrimen et naturæ unitatem contra Arianos assertit. 530

CAP. II. — Gratianum ad fidei zelum exhortatus, Christi divinitatem ex eo probat quod ille cum Patre unam hæbeat operationem. Divina attributi Christo etiam convenire, et de variis ipsius appellationibus. 531

CAP. III. — Patris et Filii unitatem Scriptura probat. 533

CAP. IV. — De Dei unitate et de magorum muneribus. 535

CAP. V. — Variæ Arianorum in Christum blasphemie referuntur; quibus antequam respondeatur, monentur catholici caveant a sophismatis philosophorum, eo quod scilicet in illis hæretici spem præcipuum collocarent. 538

CAP. VI. — Christum Patri dissimilem non esse probaturus, Arianæ hæreses duces dissensionis arguit, atque adversus eos Scripturarum præsidium indicat. 557

CAP. VII. — Ex Paulo, prophetis atque Evangelio Christus assertitur Patri similis. 559

CAP. VIII. — Ex probata Filii cum Patre similitudine Filii etiam æternitatem concludi debere; quam tamen specialibus Scripturæ testimoniis astringit. 540

CAP. IX. — Contra hæreticos assertit nullo modo Chri-



- stum Patri posteriorem esse, utrique vero æternitatem tribuendam. 541
- CAP. X. — Iterum de Christi æternitate, et quod divina generatio ad humanæ modulum non sit exigenda. 542
- CAP. XI. — Non posse probari Patrem Filio priorem esse. 544
- CAP. XII. — Iteratè in Filium objectioni respondetur eam retorqueri posse in Patrem. Nihil humani in generatione Christi ex Maria : ergo nihil humani in generatione ex Patre. 545
- CAP. XIII. — Quæstio quomodo genitus sit Filius solvitur ostenditurque, visione Nabuchodonosoris divinitatem æternitatemque Filii esse signatam. 547
- CAP. XIV. — Quod Dei Filius non sit creatura. In eam rem argumenta Apostoli testimonio confirmantur. 549
- CAP. XV. — Quo sensu intelligendi sint duo Scripturæ loci quibus Christus factus et creatus dicitur. 550
- CAP. XVI. — Arianos Christo injuriam facere si *genitum* et *creatum* confundant; si vero non, quem *genitum* legunt *creatum* negare debent. Nihil in Deo creatum, nec creaturam Filium dici posse, in quo Patri complacuit. 551
- CAP. XVII. — Christum Deum verum esse, Patris et Filii una eademque operatio. 553
- CAP. XVIII. — In Nicæna definitione Arianos errores, ne quem decipiant, commemorari. Eidem cum anathemate suo referuntur, quod non modo Nicææ latum dicitur, sed et Arimini semel et iterum. 555
- CAP. XIX. — Ubi Ario primum e memoratis erroribus attribuit eundem refellit Joannis testimonio, atque tragicam ipsius mortem describit. 556
- CAP. XX. — Optat ad se mundandum, ut olim ad Isaiam, Seraphim adorare. Christum ad se, ad Gratianum Imperatorem atque ad lectores suos invitât; et tandem Imperatorem ceterosque fideles mensa cœlesti inebriari suadet. 558
- LIBER II. 559
- Prologus.* *Ibi.*
- CAPUT PRIMUM. — Ariatorum Dei Filio bonitatem abrogantium objectionem solvit. 563
- CAP. II. — Bonum esse Dei filium ab operibus probatur. Verba Sponsæ Christi bonitatem designantium edisseruntur. 564
- CAP. III. — Filium Dei Deum verum ac bonum esse. 566
- CAP. IV. — Omnipotentem esse Dei Filium. *Ibid.*
- CAP. V. — Objectos adversus Christi omnipotentiam Scripturæ locos, ac in eo maxime immoratur ut eundem non raro ex humanæ naturæ affectu locutum probet. 567
- CAP. VI. — Libertas Christo indicatur. 569
- CAP. VII. — Quidquid in Christo non congruit divinitati, illud ex humanitate ab eo suscepta oriri. 570
- CAP. VIII. — Explicatio horum verborum: *Pater major me est.* 571
- CAP. IX. — Objecto quod Filius a Patre sit missus solvitur. Sedulo distinguendum quæ locutiones Christo ut Deo, quæ eidem ut homini conveniant. 573
- CAP. X. — Objecto a Filii obedientia petita diluitur. 578
- CAP. XI. — Quo consilio et qua utilitate Christus carnem induerit. Quantum prosit idem habere, et quod Dei Filius sine ulla subjectione sit missus. 579
- CAP. XII. — Christum ratione judicis consideratum Catholicis et Ariani melius sibi conciliant inquirunt. Objecto solvitur ex eo petita quod Pater Filium invitât ut a dextris suis sedeat. 581
- CAP. XIII. — Continuata judicii Dominici allegoria, blasphemias Ariatorum opinionibus refellit. 583
- CAP. XIV. — Christi judicis exponit sententiam; discussisque adversariorum cavillis, ab ea provocationem non dari ostendit. 585
- CAP. XV. — Arianae et Judaicæ perverciacæ comparatio. *Ibid.*
- CAP. XVI. — Gratiano victoriam spondens eam ab Ezechiele prædictam narrat, Deumque obsecrat ut fidelis exercitus, ducti ac regioni ferat auxilium. 587
- LIBER III. 589
- CAPUT PRIMUM. — Objectum sibi sabbatarum usum exemplo Scripturæ diluit, cum alia poetica memorantis, tum maxime Sirenas quas figuræ sunt voluptatum, a quibus et Pauli verba et Christi facta oportet avocent Christianos. *Ibid.*
- CAP. II. — Quæ corporis sunt, a Christo pro nobis suscepti, divinitati non tribuenda. Quod legitur, soli Deo competere immortalitatem, etiam de Christo intelligendum. 591
- CAP. III. — Filium a Patre non separandum ex Apostolo confirmatur. 592
- CAP. IV. — Christum non nisi secundum carnem factum narrari, et quod oraverit ad humanitatem esse referendum. Quare Filius hominis potens dicitur. 594
- CAP. V. — *Factum* in Scriptura non semper idem esse ac creatum. 596
- CAP. VI. — Objectionem ex Joanne desumptam diluit contra Manichæos. 598
- CAP. VII. — Salomonis dictum, *Dominus creavit me*, etc., incarnationem Christi significare, vocemque *principium* accipi posse de documentis virtutum quarum magister ac principium existit Christus. 599
- CAP. VIII. — Versiculus Isaiæ, *Filius datus est nobis*, etc., de Christi humanitate ac divinitate explicatur. 600
- CAP. IX. — Difficultatem ex loco Salomonis supra laudato exorientem solvit. 602
- CAP. X. — Baptistæ verba ex quibus Christum etiam ante incarnationem factum disputabant hæretici solvit, et quo sensu sint intelligenda explicat. *Ibid.*
- CAP. XI. — Quoties Christus dicitur factus, hoc vel ad incarnationem, vel ad causam sive adjunctum aliquod referri docet. Christum verum sacerdotem esse in Melchisedech præfiguratum. 605
- CAP. XII. — Regnum Patris atque Filii unum esse ac indivisum; et unam similiter utriusque divinitatem. 608
- CAP. XIII. — Filio majestatem suam esse, ac paternæ æqualem: cujus socii non sunt angeli, sed spectatores. 610
- CAP. XIV. — Unius substantiæ cum Patre Filium esse. 611
- CAP. XV. — Verbi *ὁμοούσιον* vis et opportunitas contra hæreticos. 613
- CAP. XVI. — Catholici contra subdolos Ariatorum confessiones præmuniuntur. 615
- CAP. XVII. — Cur Dominus Stephano stare visus sit, explicatur; et ex hujus ad Filium precibus ejusdem ac Patris æqualitas confirmatur. 616
- LIBER IV. 617
- CAPUT PRIMUM. — Haud mirum esse quod homines in Christi cognitione erraverint, sed quod Scripturæ non obtemperaverint: illum quoque nec angelis nisi revelatione fuisse cognitum Christi in cœlum ascendentis qualis triumphus. *Ibid.*
- CAP. II. — In cœlum sine fide ascensurum neminem, vel, si quis ascenderit, efficiendum. Esse etiam in nobis cœlos, quorum portæ aperiendæ ac per Christi divinitatis confessionem elevandæ sunt. Contra Arianos. 620
- CAP. III. — Verba illa, *Omnis virtus caput Christus... caput autem Christi Deus*, et alia, *Qui autem plantat et qui rigat unum sunt*, adversus Arianos explicatur. 622
- CAP. IV. — Objectum ab hæreticis textum, *Non potest Filius facere a se quidquam*, etc., solvit. 624
- CAP. V. — Corruptam objecto loci expositionem urgens, rationes quatuor quibus aliquid fieri non posse affirmamus, explicat, et earum primas tres in Christum non cadere demonstrat. 626
- CAP. VI. — Accedit ad quartam e rationibus supra memoratis, et Filium nihil facere quod non probetur a Patre probans, nonnullas difficultates tollit. 629
- CAP. VII. — Proposita doctrina hinc confirmatur quod Filius sit Patris verbum, non quale nostrum, sed verum et operatorium. 631
- CAP. VIII. — Objectionem qua hæretici Filium Patri inæqualem esse contendebant eo quod alium generare non possit, in ipsos retorquet. Divina ex humanis non esse iudicanda, sed standum Scripturæ auctoritate. Omnipotentiam non minus Patri quam Filio convenire. 632
- CAP. IX. — Varias Ariatorum captivulas, quæ Filium cœpisse arguabantur, profert et explodit. 636
- CAP. X. — Objectionibus quod Christus dicitur vivere propter Patrem respondetur. 639
- CAP. XI. — Discrimen quod asserere moliebantur Ariani e verbis Apostoli, omnia ex Patre et per Filium omnia esse docentis, irridetur. 643
- CAP. XII. — Quod objiciebatur ex Joanne Filium viti et Patrem agricolæ comparari, de incarnatione intelligendum: Filium secundum divinitatem agricolam quoque esse, ac non secundum humanitatem asseritur. 647
- LIBER V. 649
- Prologus.* *Ibid.*
- CAPUT PRIMUM. — Quam impii sint Ariani, dum illud in quo humana felicitas consistat impugnant. Joannem semper cum Patre Filium conjungere; unde vera Filio asseritur divinitas. 652
- CAP. II. — Per vocem *solus*, cum in Scripturis de Patre dicitur, non excludi Filium. Trinitatem non inter omnia, sed super omnia solam esse. Filium non a Patre separandum. 654
- CAP. III. — Arianis contra urgentibus Deos induci duos ex unitate substantiæ, responditur pluralitatem ex diversitate potius inferri, proindeque in ipsos recidere sursum accusationem. De unitate Personarum S. Trinitatis. 657

- I CAP. IV.**—Hæreticis objicientibus Christum Patrem adorasse respondetur. 659
- CAP. V.**—Objectio ex Christi ad Zebedæi filiorum matrem verbis petita diluitur. 660
- CAP. VI.**—Propositæ objectioni accuratius solvendæ insistit. 663
- CAP. VII.**—Alia objectio solvitur, ex hoc loco petita: *Dilexisti eos sicut et me dilexisti.* 666
- CAP. VIII.**—Christo, in quantum verus est Dei Filius, Dominum non esse, sed in quantum homo est: uno verbo, sedulo esse distinguenda quæ Christo ut Deo, quæ ut homini conveniant. 668
- CAP. IX.**—Judaico more ordinem verborum, *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, objicientibus respondetur. 672
- CAP. X.**—Arianos ad gentiles palam transire dum objicitur verba: *Qui in me credit, non in me credit*, etc. Verus loci sensus explicatur. 673
- CAP. XI.**—Quod Christus legatur nihil a se loqui, hoc referendum ad ipsius humanitatem. Quomodo etiam secundum divinitatem audire ac videre Patrem recte dicatur. 675
- CAP. XII.**—Superiora confirmat ex parabola divitis ad quærendum sibi regnum proficiscentis. Nos licet esse Christi regnum. 677
- CAP. XIII.**—De subjectione Christi Patri, et rerum omnium Christo. 679
- CAP. XIV.**—De subjectione Christi disputare pergit. 682
- CAP. XV.**—Superius disputata strictim resumit, ex unitate divinæ potestatis in Patre et Filio quæcumque de Filii subjectione dicantur ad solam humanitatem referenda colligens. 683
- CAP. XVI.**—Arianos a Spiritu sancto per David condemnatos, quippe qui scientiæ Christi derogare audeant. Christo, ut Dei Filio scientiam deesse non posse. 687
- CAP. XVII.**—Quod Christus diem iudicii revelare noluerit, in hoc nostræ utilitati consultum esse. Hinc Filio tribuere ignorantiam quam sit absurdum. 691
- CAP. XVIII.**—Scientiam Patris ac Filii æqualem esse, et ideo non minorem Patre filium. Arianorum temeritas percellitur. 693
- CAP. XIX.**—Quam temerum sit de divina generatione disputare, et quantum fugienda Arii arrogantia. 696
- In libros de Spiritu sancto admonitio.* 697

## DE SPIRITU SANCTO LIBRI TRES.

## LIBER PRIMUS.

## Prologus.

- CAPUT PRIMUM.**—Gratianum cum propter fidem tum propter basilicam Ecclesie redditam laudat. Adversarios, si Spiritum sanctum servire negaverint, quin sit super omnia negare non posse. 709
- CAP. II.**—Spiritum sanctum esse inter omnia non probari ex illis verbis: *Omnia per ipsum facta sunt.* 711
- CAP. III.**—Quod Apostolus dixerit ex Patre, per Filium omnia esse, ab eorum consortio Spiritum sanctum non secludi. Ab angelis Filium adorari, non a Spiritu: hunc enim testem ejus esse, non ministrum. Dignitatem Spiritus sancti ex eo elucere quod irremissibile declaratur peccatum in eum admissum. 712
- CAP. IV.**—Spiritum sanctum unum et eundem esse qui locutus est in prophetis et in apostolis, qui Spiritus Dei et Christi est, quem præterea Spiritum paraclitum, Spiritum vitæ et veritatis Scriptura significat. 717
- CAP. V.**—Spiritum sanctum, cum creaturas sanctificet, nec creaturam esse nec mutabilem; eum semper bonum esse. 719
- CAP. VI.**—Quamquam in aqua et Spiritu baptizamur, hunc tamen illi longe præstare, atque adeo non sejungendum a Patre et Filio. 722
- CAP. VII.**—Spiritum sanctum creaturam non esse, cum sit incircumscribitus et apostolis per omnes regiones dispersus infusus. Eodem Mariam repletam esse, nec non etiam Christum Dominum atque adeo superiora et inferiora omnia. 723
- CAP. VIII.**—A Deo solo dari Spiritum; neque tamen totum singulis. Per Spiritum effundi charitatem. Ipsum inter creata non reponendum. 726
- CAP. IX.**—Spiritum sanctum recte dici unguentum Christi, oleum lætitiæ. Christum ipsum non esse unguentum; mirum autem id non videri si unguentum vocetur et Spiritus, cum Pater ac Filius etiam Spiritus appellentur. 728
- CAP. X.**—Quod Spiritus peccata condonat, hoc illi cum Patre ac Filio, non autem cum angelis esse commune. 731
- CAP. XI.**—Spiritum ad omnes mitti, nec transire ex loco

In alium. 731

**CAP. XII.**—Patris et Filii et Spiritus sancti unam esse pacem atque gratiam, similiter unam charitatem, unam denique trium communicationem. 734

**CAP. XIII.**—Divinarum etiam Personarum unum esse nomen e Scripturis demonstratur. 735

**CAP. XIV.**—Singulas Trinitatis Personas lucem esse, Spiritum autem etiam ignem significari e Scripturis ostenditur. Negari non posse Spiritus divinitatem. 736

**CAP. XV.**—Spiritum sanctum æque ac Patrem et Filium vitam esse. 738

**CAP. XVI.**—Spiritum sanctum flumen esse magnam, cuius munere mystica Jerusalem irrigatur. Eundem loci suo, id est Patri et Filio æqualem esse. 739

## LIBER II.

## Prologus.

**CAPUT PRIMUM.**—Spiritum Domini etiam Dominum ac virtutem esse, nec in hoc Patri vel Filio inferiorem. 746

**CAP. II.**—Unum esse Patris et Filii et Spiritus sancti consilium. 747

**CAP. III.**—Sicut vita est cognoscere Patrem et Filium, ita vitam esse cognoscere Spiritum sanctum, proindeque Patris divinitate non separandum. 748

**CAP. IV.**—Spiritum sanctum non secus ac Patrem et Filium, operatione non diversa vivificare. 749

**CAP. V.**—Sicut Patrem et Filium, ita etiam Spiritum sanctum in Scriptura significari. Hoc ipsum a pagano quoque scriptoribus adumbratum, sed planissime demonstratum esse in mysterio Incarnationis. 750

**CAP. VI.**—Objicientibus ex verbis Amos creati Spiritum respondetur. 752

**CAP. VII.**—Creationis spiritalis seu regenerationis minus auctorem Spiritum esse, quam Patrem ac Filium. In quo consistat illa creatio ejusque præstantia; et quomodo quod membra et corpus Deo tribuere videntur sacri codices debeat intelligi. 756

**CAP. VIII.**—Argutiam hæreticorum qui Deum dicunt in Spiritu, non cum Spiritu glorificandum debent. 757

**CAP. IX.**—Apostolicum locum quo hæretici, ut distamen inducerent inter Personas divinas, abutebantur exponit et explicat. 759

**CAP. X.**—Unam esse Trinitatis voluntatem. In visione Petri adumbratam esse vocationem gentium. In Jeremia in locum a Judæis demisso et inde ducto ab Abdemelech Spiritus sancti ab iisdem Judæis contemptum habuisse a gentibus honorati symbolum prævisse. 760

**CAP. XI.**—Nobis Abdemelech in exemplum proponitur. Unitatem naturæ et scientiæ in Trinitate e Scripturis agnoscendam. 761

**CAP. XII.**—Probato Spiritum æque revelare ac Patrem et Filium, quomodo non loquatur a se idem Spiritus explicatur. Spiritum eo sensu audire et clarificare Filium, quod eum prophetas atque apostolos revelavit. 762

**CAP. XIII.**—In tribus Personis imperii, constitutione largitatisque unitatem agnoscendam. 763

## LIBER III.

**CAPUT PRIMUM.**—Non tantum prophetas et apostolos Spiritu missos, verum etiam Filium Dei. Quare equaliter Spiritum sicut columbam super Christum descendisse licet scriberent. 764

**CAP. II.**—Filium perinde ac Spiritum dari: unde non subjectio, sed una divinitas operatione demonstratur. 765

**CAP. III.**—Eandem quoque unitatem inde cognoscitur, quod Spiritus *digitus* dicatur et Filius *dextera*. 766

**CAP. IV.**—Spiritum, propterea quod *digitus* vocatur, minorem esse contententes refelluntur. 767

**CAP. V.**—Unitatem per *digitum* atque *dexteram* significari inde confirmat, quod eadem opera Dei sint quæ sunt manuum; et quæ manuum, eadem etiam sint *digitum*. 768

**CAP. VI.**—Spiritum perinde ac Patrem et Filium arguere, immo vero judicare non posse iudices absque. 769

**CAP. VII.**—Filium insum non judicare aut vindicare sicut Spiritum; unde idem Spiritus Verbi gladius appellatur. 770

**CAP. VIII.**—Prædictam unitatem eo probari quod sicut Pater, ita etiam Filius contristari ac tentari legatur. Tentatum etiam Filium in deserto, ubi erecta fuit in æneo serpente figura crucis. 771

**CAP. IX.**—Spiritus sancti vel cum Patre et Filio conjunctio vel propria divinitas asseritur. 772

**CAP. X.**—Spiritus sancti divinitatem astrui ex Joannis loco. Hunc quidem deletum fuisse ab hæreticis, sed iustam conati, cum inde facilis eorum perfidia convinci possent. Iterum ex duobus Joannis testimoniis colligitur Spiritus divinitas, ac demum quomodo Spiritus, aqua et sanguis testes dicantur exponitur. 773

CAP. XI. — Objicientes Joannis verba, *Spiritus est Deus*, ad Deum Patrem referenda esse, refelluntur. 792

CAP. XII. — Ex eo quod in Trinitate divinitatis lucem, quam in Christo tres apostoli adoraverunt, inesse Paulus significaverit, adorandus etiam esse Spiritus declaratur. Ostenditur ex ipsis verbis Spiritum designatum ab Apostolo. Ejusdem divinitas inde probatur, quod templum habeat, in quo non ut sacerdos habitat sed ut Deus. 797

CAP. XIII. — Objicientibus Catholicos, dum Spiritui attribuitur divinitatem, tres Deos inducere, respondetur. 798

CAP. XIV. — Ex Epistolis ad Thessalonicenses et aliorum Scripturæ textuum collatione ostenditur Spiritui sicut et aliis Personis dominatum arrogari. 799

CAP. XV. — Etsi Spiritus Dominus appelletur, tres tamen Dominos hinc non induci. 801

CAP. XVI. — Patrem sanctum esse, ac similiter Filium et Spiritum, atque hinc trisago eodem celebrari; nec posse a nobis Deum prædicari dignum quam si eundem sanctum dicamus. Ex loco Joannis unde calumniam conflabant hæretici, Trinitatis æqualitatem unitatemque astrui deitatis. 802

CAP. XVII. — Ubi ad intelligentiam verborum Domini loca in quibus verba illa dicta fuerint juvare exemplis ostendit Ambrosius, Christum sententiam ex Joanne citatum locutum esse in porticu Salomonis, per quam sapientis anima significatur, docet. Contra Judæos, qui Dei Filium emerunt ac venderunt Josephum. 804

CAP. XVIII. — Spiritus sancti divinitatem ex iis quæ hactenus disputata sunt confirmatur, nonnulla iterum tractanda sumit: nimirum peccata eum non habere, sed condonare, creaturam non esse, sed creatorem; ac demum, non adorare, sed adorari. 807

CAP. XIX. — Ex eo quod supra probatum est Spiritum manere et loqui in prophetis colligit ab eo agnosci omnia quæ Dei sunt, atque adeo unum esse cum Patre et Filio. Hoc ipsum exinde iterum confirmat quod omnia habet quæ habet Deus. 810

CAP. XX. — In flumine de sede Dei promanente figuram fuisse Spiritus sancti; per aquas vero quas David memorat, cælestes virtutes designari. Regnum Dei opus esse Spiritus; nec mirum si hic idem conregnat cum Filio, quando nos etiam Filio coregnaturos promittit Paulus. 812

CAP. XXI. — Missum a Spiritu fuisse Esaiam, proindeque eundem Spiritum ab eo visum. Quid per currentes rotas alasque diversas intelligendum Spiritus sanctus Deus Sabaoth appellari debeat. 813

CAP. XXII. — Ut regni unitas probetur in tribus personis, citatus Esaiæ locus expenditur; et in iis a quibus vel de Patre vel de Filio vel de Spiritu expositus sit nullam sensus diversitatem fuisse declaratur. 814

In librum de Incarnationis Dominicæ sacramento adnotatio. 815

DE INCARNATIONIS DOMINICÆ SACRAMENTO  
LIBER UNUS. 817

CAPUT PRIMUM. — De sacrificiis Caini et Abelis: Quosdam lata in Cainum feriat sententia. *Ibid.*

CAP. II. — Post enumerata varia hominum genera qui sub nominis christiani falso velamine Ecclesiam lacerantes, memoratæ sententiæ obnoxii sunt, admonet quemadmodum nobis declinanda sit eadem sententia. 820

CAP. III. — Eis qui Joannis testimonium non recipere de Verbi æternitate increpitis, nec non laudato eodem evangelista, locum expendit, quo non solum Verbi æternitatem divinitatemque signari tradit, sed etiam ex his eadem in patre attributa demonstrari. 821

CAP. IV. — Non sufficere si credamus in Christo veram carnem, nisi a divinitate omnem cum ea confusionem secludamus: neque si eundem utriusque fæderis Deum dicamus, nisi coæternum ipsimet Verbum profiteamur. 824

CAP. V. — Fidem hanc Ecclesiæ fundamentum esse ac valere adversus omnes hereses, qua in Christo divina simul et humana generatio creditur. Infirmitates corporis divinitati non attribuendas. 827

CAP. VI. — Perstringuntur hi omnes hæretici qui Christum vel in phantasmate passum, vel duas in se personas complexum dicunt, non secus ac qui vel a Dei Filio Verbum distinguunt, vel a carne non distinguunt divinitatem, vel hanc, tanquam imperfectam, injuriis corporis subjiciunt. 830

CAP. VII. — Quod libris superioribus hunc addiderit excusat. Contra eos qui animam a Christo negabant esse susceptam. Quomodo metiuri aut proficere dicatur Christus. 834

CAP. VIII. — Contra catholicam sententiam, Filium qui generatus est Patri qui generavit æqualem esse, opponentibus adversariis genitum cum ingenito ejusdem nature esse non posse, respondetur. 838

CAP. IX. — Dum ingenitum Patrem, quod in Scriptura non legerunt hæretici, sibi concedi volunt, eos contentions studium patefacere. Vox *ingenitus* etiam creaturæ communis asseritur. 840

CAP. X. — A superioribus eos non discrepare qui Filium Patri similem agnoscentes, ejusdem substantiæ inficiantur. Nihil vocem *ingenitum* Catholicis obstare, sed hæreticorum prodere perniciam. 844

FRAGMENTUM AMBROSIANUM EX THEODORETO DESUMPTUM. 847  
In Epistolas S. Ambrosii novo ordine distributas adnotatio. 849

Ordo Epistolarum secundum, temporum rationem distributarum asseritur. 851

Ordo novus Epistolarum S. Ambrosii cum antea vulgatis comparatus. 867

Ordo Romani editionis cum veteribus et hac nova editione comparatus. 869

Ordo veterum editionum cum Romani et hac nova editione comparatus. 871

Epistolarum index alphabeticus. 875

#### EPISTOLÆ IN DUAS CLASSES DISTRIBUTÆ.

PRIMA CLASSIS. 878

GRATIANI AD AMBROSIIUM EPISTOLA. — Ambrosium ad se invitavit, ut se in fide de Filii et Spiritus sancti divinitate confirmet. *Ibid.*

EPISTOLA PRIMA. — Ambrosius apud Cæsarensē, quod non venerit, excusat, sequē voluntati ejusdem in lucubrandis tractatibus de Spiritu sancto tractatibus satisfacturum spondet. 876

EPIST. II. — Constantio in episcopum nuper electo de præcipuis sacerdotii officiis et virtutibus præcepta tradit. 879

EPIST. III. — Felicis munusculum prædicat, sed eum quod se a longo tempore non inviserit, arguens, ut non tandiu procrastinetur velit. 888

EPIST. IV. — Sermone Felicis recreatum se esse, maxime vero quod venturum ad basilicæ consecrationem eum speraret postquam celebrasset initi abs se episcopatus diem. Suas ad hoc preces ei promittit mutuasque ab eodem reposcit. *Ibid.*

EPIST. V. — Sententiam abs se in causa Indiciæ latam defendens, Syagrii iudicium arguit, quod legitima in eo forma non servata sit. Syagrium inspectionem virgini contumeliosissimam decessisse. In quibus inspectio sit toleranda. Accusatore ac testibus vituperatis, refertur Marcellinæ aliarumque pro Indiciæ testimonium, post quod iudicium Ambrosianum subjicitur. 891

EPIST. VI. — Syagrii quod Indiciam contumeliose inspectioni addidisset exprobrat; atque atrocissimam ultionem quam Israelitæ obviolatam in uxore levitæ castitate repetiverunt ante oculos ponens, totam rei seriem describit. 893

EPIST. VII. — Justo, sciscitanti quidam didrachmi dimidium pro redemptione offerri præceptum, significasset, Ambrosius rescribit. 904

EPIST. VIII. — Refellit eos qui secundum artem negabant scripsisse sacros auctores. 912

GESTA CONCILII AQUILENSIS CONTRA PALLADIUM ET SECUNDIANUM HÆRETICOS. 916

EPIST. IX. — Concilium Gallis episcopis gratias agit, eiusque Palladii et Secundiani damnationem scribit. 939

EPIST. X. — Imperatoribus de synodi convocacione gratias agit; qui ad eam convenierint exponit, hæreticorum tergiversationem, blasphemias ac pervicaciam memorat; tandem implorat fidem imperatorum, ut et eorum auctoritate executioni mandentur concilii decreta, et alii nonnulli hæretici coercentur. 940

EPIST. XI. — Imperatoribus quid in synodo actum fuerit episcopi significant, eosque monent, ne Ursinum sibi palliantur obrepere, ipsum turbarum auctorem necnon infami crimine accusatum asseverantes. 944

EPIST. XII. — Aguntur imperatoribus gratiæ ob restitutam Ecclesiæ tranquillitatem, eisdemque episcoporum preces promittuntur. Tam nuntiatis quibusdam catholicorum dissidiis, rogantur hinc principes ut Alexandria jubeant coire concilium, cui et auxilium suum impendere non dedignentur. 947

EPIST. XIII. — Actis Theodosio gratis de restituta in basilicas orthodoxis, et dolore suo propter Ecclesiæ turbas significato, episcopum Antiochiæ mortuo Meletio subrogatum queritur Ambrosius; et ut Nectarius Constantinopoli post Maximum ordinatus loco cedat, vel de utriusque ordinatione in synodo Romæ pronuntietur, petit. 950

EPIST. XIV. — Theodosio, quod restituendæ inter orientalem atque orientalem Ecclesiam unitati operam dedisset, commendato, episcopi cur de ea re superiorem scripserint epistolam, exponunt: addunt curæ etiam sibi

fuisse ut fautores Apollinaris condemnarentur : postremo nec se concilium petendo injuriam cuiquam intulisse, nec a majorum instituto usquam defecisse asserunt. 953

Epist. XV. — Acholii mortem se rescivisse, nec sine quodam miraculo; illum non tam mortuum esse quam ad feliciorum vitam translatum; actiones ejus ut Elisæo similis haberetur meruisse, ut autem etiam Eliam dicatur exprimere, maxime successorem, quem spiritus sui hæredem fecit, persuadere. 956

Epist. XVI. — Anysio in Acholii locum recens adscio gratulatur, et decusorem laudans, ut Anysius ejusdem meritum successor fiat apprecatur. 959

Epist. XVII. — Imperatorum esse religionem tueri, nec ab eis instaurationem superstitionis postulandam. Falso petitionem senatus nomine oblatam esse, cum ei senatores christiani non consenserint. De hoc referri oportere ad Theodosium et ad episcopos: Valentinianum, si privilegia in fidelibus concesserit, ab Ecclesia rejiciendum. 961

RELATIO SYMMACHI URBIS PREFECTI. — Imperatoribus supplicat senatus nomine ut veteres religiones instaurentur ac reparentur ara Victoriæ, ut ad eum jusjurandum exigatur more antiquo. 966

Epist. XVIII. — Relationi Symmachi respondet Ambrosius. 971

Epist. XIX. — Ambrosius, a Vigilio ad episcopatum recens affecto ut sibi formam institutionis traderet obsecrans ipsi varia tradit præcepta. 982

Epist. XX. — Narrat sorori quæ Mediolani per dies aliquot, propter basilicam, quam Arianii petebant, evenere. 994

Epist. XXI. — Excusat se Ambrosius quod, vocatus, non venerit ad consistorium, asserens in causa fidei vel ecclesiastica neminem judicare debere nisi sacerdotes; nec se in eo contumacem, quod injuriam ordini suo non inurat. Addit Auxentium forte Judeos aut infideles electum iudicium loco; nec recusare quominus in ecclesia vel in synodo de his disputaret. 1005

SERMO CONTRA AUMENTUM. — De basilicis Aradensis. 1007

Epist. XXII. — De inventione corporum Gervasii et Protasii, et de martyribus. 1019

Epist. XXIII. — Defluenti paschalem diem difficultate ac necessitate propositis, licitam esse dierum observationem, dum superstitio absit, probat, suumque consilium aperit. 1024

Epist. XXIV. — Exposito cur legationis suæ rationem reddat, quomodo in consistorium ingredi coactus, Maximi osculum recusaverit, et accusationes quibus hic ab eo se deceptum, et a Bauto inmissis imperio barbaras criminabatur, in ipsum retorserit, narrat. 1035

Epist. XXV. — Studio, num sibi in reos sententiam ferre liceret consulenti, respondet. 1039

Epist. XXVI. — Argumento superioris epistolæ repetito, episcopos reorum mortem prosequentes Judæis adulteram Christo sistentibus comparat. Hinc locum ubi oblata fuit mulier exponens, de remissione peccatorum multa disputat. 1042

Epist. XXVII. — Ægyptiorum abominaciones Irenæum docet peiora esse: hinc intelligi pietatem atque virtutem improbis displicere; ac proinde viros bonos contrariis instare studiis oportere. Hoc illustratur exemplo uxorum Jacob ad fugiendum patrem sequendumque conjugem consensum præbentium: qua in allegoria quidam præstare conveniat accedentes ad Ecclesiam declaratur. 1046

Epist. XXVIII. — Pythagoricum adagium, communem viam esse declinandam, petitum fuisse ex sacris paginis, indeque colligi a plebeia vita abhorreere debere sacerdotalem. Hinc Ambrosius Irenæum ut populares opiniones et cupiditates fugiat, ingrediatur viam arctam, excitat. 1051

Epist. XXIX. — Pulchritudinem summi boni quærendam suadet, fore ut illa recreetur oculus noster atque anima nutritur spondens. Ad hoc bonum non nisi virtute perducimur. 1054

Epist. XXX. — Docet non habitandum in locis depressis more luxuriosorum, sed, sanctorum instar, in editoribus, ubi ædificandum est templum Domino, scilicet in propriis mentibus. A luxuriosis non ædificari hoc templum, cuius fastigium æquitatis ope nemitur. 1061

Epist. XXXI. — Quærenti Irenæo num eos qui statim a pueritia, et eos qui jam ætate prædictores crediderint, diversa charitate Deus diligat, respondet Ambrosius. 1065

Epist. XXXII. — Perdisis fallacia et libidine alimbrari Satanam tradit. Quomodo hic clamando sibi congregaverit populos, et eos etiam Christus clamando ad se revocaverit. 1068

Epist. XXXIII. — Irenæo vereri se ne quis ex loco Scripturæ de duabus uxoribus duas in eodem homine

animas esse arbitretur, significanti respondet. 1071

Epist. XXXIV. — Horontianum, an anima, de qua præsentunt philosophi, celestis substantiæ sit quærentem, primo remittit ad libros Esdræ; tum dignitatem ejus ostendens Pauli testimonio, qua ratione ibidem omnis creatura ingemiscere, ac rursus liberanda esse dicatur, explicat. 1074

Epist. XXXV. — In hac epistola quæritur cur, cum in verbis Apostoli non omnis creatura dicatur corruptioni obnoxia, congemiscere tamen, omnis dicitur: postea et iis quæ ibidem sequuntur, de Spiritu adoptionis, de magnitudine prætorum cælestium, de sanctorum genua, primitiis Spiritus, etc., disseritur. 1077

Epist. XXXVI. — Roganti quemnam spiritum Paulus scripserit postulare pro nobis gemitibus memorat, respondetur. 1082

Epist. XXXVII. — Cum Simplicianus Ambrosio testis esset eum utiliter facturum, si quid ex Apostolo disseret apud populum, ipsius voluntati se hoc datum spondet sanctus Vir. 1085

Epist. XXXVIII. — Sapientem esse divitem, neque hi- ulum seum excipi se didicisse ex Petri epistola, ejus locus enucleatur. 1085

Epist. XXXIX. — Faustinum propter sororis mortem bonium consortium fugientem arguit. 1088

EPISTOLA XL. — Ab imperatore audiri se postulat, affirmans in principe laudari facultatem; tacere se sine utroque periculo non posse; nec regibus displicere libertatem: illum vero, quamvis plus sit, decipi posse; sententiam de synagoga reparanda esse periculosam, cum episcopum martyrio vel prævaricationi exponat. Contra Valentinianum. 1091

Epist. XLI. — Sorori refert quemadmodum, loco Jeremiæ de sacerdotum vrbis explicato, Evangelicam lectionem enarraverit, ostenderit illic Domini miseriam commendari, cuius idem a nobis exigit imitationem; et docuerit qua ratione evangelicam peccatricem Domini pedes lavando, tergendo, unguendo, atque osculando relevavit. 1115

EPISTOLA SIRICII PAPÆ AD MEDIOLANENSEM ECCLESIAM. — Mediolanenses docet diaboli factum invidia ut doctæ hereses irreperit in Ecclesiam. Quam perniciosæ illæ sit prodiit; et in conventu ecclesiastico eorum auctores, quorum singillatim nomina recensentur, damnatos refert. 1121

Epist. XLII. — Synodus Mediolanensis laudat Siricum, quod Ecclesiam a lupis defenderet. Hos adversus virginitatem, simulata conjugii defensione, sæ ire: cum hic illam præferri jubeat Paulus. Idem hæretici et Virgine Christum negantes nasci potuisse, Scripturæ testimoniis refelluntur. Paucis additis de laude viduitatis et abstinentiæ, quibus isti inesti erant, ipsos, ut pote Manichæo anathemate abs se confixos testantur Patres. 1125

Epist. XLIII. — Horontiano respondet, roganti ut homo rebus aliis, quibus longe præcellit, conditus fieri posterior, nec rei hujus vel Ambrosius ipse vel Mev rationem depromperit. 1129

Epist. XLIV. — Moysen, quæ inter Deum et mundum distinctio sit, recte indicasse. Sex dies orbis creationi non eo attribui, quod tempore Deus indigeat, sed ut discere exprimeretur. Declaratur Septuagintii dignitas, cui octonarius antefertur, ut pote qui sit novi testamenti hæretus, ut ille veteris. 1134

Epist. XLV. — Sabino sciscitanti an de paradiso scripserit Ambrosius, quæve ipsius de illo esset sententia respondet. 1138

Epist. XLVI. — Ambrosius Sabino scribit maleficia Apollinaristam publice fuisse confutatum: sese cum eo, etsi servilem non admitteret, benevolentius egisse; at illa verba, Deum scilicet Patrem filii esse et Dominum creaturæ, quæ illi compingis displicebant, cum verbis Davidicis convenire. 1145

Epist. XLVII. — Sabino cur librum apertius perscriptum ipsi miserit causam reddens, quamobrem scribere quam dictare malit explicat. Hinc illum ad nuntium epistolam usum invitat, quanta inde redeat utilitas patefaciens. 1151

Epist. XLVIII. — Sabianum ut libros suos severo expectat examine obsecrat, et quæ commoda hinc oriantur exponit; subiungens tamen duritiam verborum tolerandam esse, dum fidei professio integra sit, suas variis hæresibus fidei professiones opponit. 1154

Epist. XLIX. — Nunquam minus se solum esse quam cum solus sit amico scribens, solitudinis bona exemplis docet. 1155

Epist. L. — Quod mentiri Deus non possit, non esse infirmitatis, Dei tamen esse aliquid infirmum, sed quod fortius sit hominibus, crucem sanctorum. Quod Deus prophetam Balaam infuderit mirram non esse, cum illud nec

sacerdoti negaverit Christum persequenti, ut nempe sibi ex inimicis exprimeret testimonium. Quanta infidelitate atque avaritia prophetias suas corruperit Balaam. 1156

Epist. LI. — Adventum Theodosii non ingrato affectu se declinare, sed ne tacere cogeretur, aut offensionis causam præberet. Iracundum esse Theodosium, sed ex se placabilem; ne igitur eum commoveret, valetudinem excusasse. Ingenuisse episcopos causam Thessalonicensem, proinde in eluenda illa sanctorum imitandam poenitentiam, sine qua peccatum non tollitur, Diabolum, qui ei inviderit, vincendum. Non auderes, illo præsen- te, offerre sacrificium, a quo etiam divinitus fuerit deterritus: at ipsam poenitentiam sacrificium esse. Quod factum ejus non præverterit, dolere se, quippe qui eum vere diligit. 1159

Epist. LII. — Tatiano causam cur in judicio cum nepte subeundo timeat, sublatam gratulatus, ei ut facilem se ad componendum præbeat, suadet. 1164

Epist. LIII. — Causam silentii sui aperiens, Valentini obitum, maxime propter summam ejus in Deum pietatem atque in se benevolentiam luget. Deinde nuntiatio ad ejusdem sepulturam præsto esse inarmor, ut ea sororum causa maturetur suadet. 1165

Epist. LIV. — Remissam apparitori offensam, necnon Faustini tussim recrudescentem Eusebio nuntiat. 1167

Epist. LV. — Eusebii sobolem partim apud se remansisse, partim ad illum protectam esse commemorans, duos Faustinos accommodatis familiæ Noachi benedictionibus exornat; et salutanti Valentiano Chanaan et Nembrot personas ajtat. *Ibid.*

Epist. LVI. — Dolet Ambrosius contentionibus Evagrii ac Flaviani Capuanum concilium finem afferre non potuisse. Flavianum quod imperatori necesse obtulerit, incusat; sed ita tamen ut hoc ipsius juri nollet officere. Postremo Theophilum quomodo judicium hoc a Capuana Synodo illi commissum exerceat, monet. 1170

EPISTOLA DE CAUSA BONOSI. — Sciscitantibus quid in Bonosi causa esset statuendum respondet. 1172

Epist. LVII. — Eugenio cur cum Mediolani non expectaverit, explicat deinde, iis que sub Valentiano et Theodosio relationis Symmachi occasione facta fuerant recensitis, eundem tyrannum quod sumptus idolorum templis concedendo nec Dei timorem nec aliorum de se existimationem ante oculos haberit, libere arguit. 1174

Epist. LVIII. — Paulini et Therasiæ post distributas egenis suas facultates secessum narrat, necnon futuras ob eam causam paganorum criminationes, quorum superstitionem ac cæcitate luget. Tum nihil pro religione turpe ducendum exemplis probans, saltationem Davidis, Eliæque utilitatem mystice explicat et defendit. 1178

Epist. LIX. — Nuntiatio Jacobi presbyteri secessu ex Perside in Campaniam, hujus plagæ tranquillitatem laudat, tumultus quo Mediolanum agitabatur illi opponens. 1182

Epist. LX. — Paternum filio neptem ex filia uxorem tradere cogitantem a proposito ipsa nihilum consideratione deterrit. Id legi divinæ congruum negat, itemque pietati ac Cæsareis constitutionibus: tum solutis quibusdam objectionibus, easdem nuptias non expedire confirmat. 1183

Epist. LXI. — Cur Mediolano secesserit, ac mature eodem redierit, declarat, gratiisque Deo propter opem Theodosii præstitam actis, voluntati ejusdem principis obsecutum se pollicetur. 1186

Epist. LXII. — Quod pridem ad Theodosium non scripserit accusat; seque ad eum mittere diaconum significans, ut ipsius preces pro quibusdam in Ecclesiæ asylum receptis admittat petiit. 1188

Epist. LXIII. — Vercellensem Ecclesiam episcopo propter intestinas contentiones diutius orbatam dolens, concordiam qua Eusebius olim fuerat electus, laudat; atque Christum in medio sui statum habere eadem Ecclesia studeat, suadet. *Ibid.*

SECUNDA CLASSIS. — Irenæo roganti cur manna quod olim pluit Israelitis, Christianis non pluat, respondet. 1219

Epist. LXV. — Simplicianum, cur hostiarum sanguis partim super altare, partim in crateras infunderetur scire cupientem Ambrosius docet. 1222

Epist. LXVI. — Præmissa laude epistolarum, maxime que de re utili instituuntur, docet per id quod Aaron mulierum in aures in vituli caput conflaverit, significari ereptum serpentinis flatus fidei signaculum, ac præmonstratam Judæorum idololatram: per id vero quod fractis tabulis Moyses vitulum comminuit, indicari defendam superbiam ac perfidiam: per illud tandem quod in proximum jus ite sævire, non alimoneri ut consanguineos posthabeamus religioni, et quidquid in nobis Deo resistit præcidamus. 1231

Epist. LXVII. — Ubi ostensum est, quod Aaron filios excusanti Moyses acquieverit, inani sententiam ejusque circa proprium munus antecellere, idem locus consideratur. 1237

Epist. LXVIII. — Quidam Deus Judæis interminatus fuerit, dicens: *Ponant caelum æreum, et terram ferream.* 1251

Epist. LXIX. — Roganti Irenæo quare lex viros veste muliebri, ac mulieres virili uti prohibeat, respondet. 1252

Epist. LXX. — Quemadmodum fortis animæ est in bono stare, ita debilis labi ac resurgere. Quocirca cum in Canticis processus animæ robustioris describuntur, in Michæa vero prophetia lapsæ conversio, eam considerandam proponit. 1254

Epist. LXXI. — Post varios gradus, quibus anima lapsa sese reparat, supra descriptos, hic animæ fidelis a Christo susceptio, eruditio et consummatio considerantur, ostenditurque in Christi itineribus diversos animæ progressus designari. 1241

Epist. LXXII. — Rogabant aliqui cur Deus, cum in Testamento veteri circumcisionem instituerit, cum abrogaverit in novo; cur etiam de illa legem tulerit, cum ipsa puerum in discrimen adduceret; cur tandem in ea corporis parte fieri voluerit: his questionibus respondet Ambrosius, ad Constantium scribens. 1245

Epist. LXXIII. — Interroganti cur lata sit Lex, cum eam abesse Paulus indicat, respondetur. 1251

Epist. LXXIV. — Quod multi Legem, utpote quam Deus condidisset, negabant abrogandam, aut ex ejus abrogatione utrumque Testamentum ab eodem Deo non esse colligebant, id solvi ex illo Apostoli: *Lex prædagogus noster:* facti, etc. 1254

Epist. LXXV. — Proposita ernendi Paulini sensus difficultate, subjungit textum ejusdem Apostoli, hæredem nullum fieri nisi per fidem affirmantis. Deinde Judæos hæreditatem propter vetus Testamentum sibi debitam contententes refellit. 1257

Epist. LXXVI. — Rogatus ab Irenæo Ambrosius Epistola ad Ephesios summam exhibet. Scribit igitur illic notis proponi cœlestem hæreditatem, et solii cœlestis consortium cum Christo, per quem in libertatem sumus asserti: finem vero fidei charitatem, qua Christo connectimur, ostendi: nullam aliam epistolam pluribus refertam esse benedictionibus, quas singulatim breviterque prosequitur. 1259

Epist. LXXVII. — Roganti que hæreditas illa sit, pro qua mortem oportere plerique non dubitant, respondetur. 1265

Epist. LXXVIII. — Abrahæ instar nos ex fide justificari, qua sumus filii liberæ: circumcisionem tantum per Christum vim habuisse, quam ipse in semet passus antiquavit: justitiam ergo non expectandam nisi ex fide, quæ, si perfecta sit, nunquam charitate destituitur. 1267

Epist. LXXIX. — Bellicio, qui, cum credidisset in Christum, e morbo convalescerat, asserit et morbum et sanitatem ejusdem Christi tribuenda visitationi; atque ut ipsum retineat, et ad alia sacramenta properet, illum hortatur. 1269

Epist. LXXX. — Ubi curationem cæci a nativitate ostendit divina fuisse potentia, discipulorum interrogationem reprehendit; atque nonnullas ejusdem historiæ partes memorat et paucis edisserit. 1272

Epist. LXXXI. — Quosdam clericos propter laborem ac difficultatem animo despondentes, verbis erigit, eisque non modo futuram mercedem ponit ob oculos, sed etiam paratum Christi præsidium. Eam ob rem, explicatis aliquot Scripturæ locis, admonet ne se divelli ab illo patiantur. 1275

Epist. LXXXII. — Quomodo in Marcelli, læti et amborum sororis causa constitutus sit Index, et quare illam cognitionem ita suscepit, ut maluerit arbitrum agere, commemorat, litis exponit statum, ac Marcello damnatum non ægre ferendum ostendit. 1275

Epist. LXXXIII. — Sisinnium propter veniam filio, qui se inconsulto uxorem duxerat, datam commendat; et commedis quibusdam quæ ille ex se relaturus erat, memoratis eundem hac ignoscendi facilitate sanctorum vestigiis instittisse ostendit. 1279

Epist. LXXXIV. — Cynegium de consultatione sua commendat. 1282

Epist. LXXXV. — Syricio gratis actis quod litteras ad se miserit per Syrum presbyterum, celerem hujus vestitum laudat, et de sequendo Christo quædam subjungit. *Ibid.*

Epist. LXXXVI. — De litteris a Prisco utrinque perlatis. 1283

Epist. LXXXVII. — Laudat Polybum, cujus rogatu se binas ad Segatium et Delphinum epistolas scripsisse significat. *Ibid.*


Epist. LXXXVIII. — Priscum litterarum utriusque bajulum laudat. 1284

Epist. LXXXIX. — De Alypii ad se, deque suis ad eum litteris agit. *Ibid.*

Epist. XC. — Antouli amorem in se summum vicissim in

illum commemorat.	1284	DE OBITU VALENTINIANI CONSOLATIO.	1357
Epist. XCI.—Candidianum laudat, ac se deprimit.	1280	<i>In orationem de Obitu Theodosii admonitio.</i>	1385
<i>In libros duos de excessu fratris Satyri admonitio.</i>	1285	DE OBITU THEODOSII ORATIO.	1385
DE EXCESSU FRATRIS SUI SATYRI LIBRI DUO.		<i>In hymnos sancti Ambrosii admonitio.</i>	1405
LIBER PRIMUS.	1289	HYMNI.	1409
LIBER SECUNDUS.—DE FIDE RESURRECTIONIS.	1315	ELENCHUS manuscriptorum atque editorum codicum ad	
<i>In consolationem de obitu Valentiniiani admonitio.</i>	1353	quos emendata sunt S. Ambrosii opera.	1415
		INDEX RERUM ET SENTENTIARUM.	1415

FINIS INDICIS RERUM.



2786-2